BnF Gallica

Biblia 1. Hebraica, 2. Samaritana, 3. Chaldaica, 4. Graeca, 5. Syriaca, 6. Latina, 7. Arabica . Quibus textus originales [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

BnF Gallica

. Biblia 1. Hebraica, 2. Samaritana, 3. Chaldaica, 4. Graeca, 5. Syriaca, 6. Latina, 7. Arabica . Quibus textus originales totius Scripturae sacrae, quorum pars in editione Complutensi, deinde in Antverpiensi regiis sumptibus extat, nunc integri, ex manuscriptis toto ferè orbe quaesitis exemplaribus, exhibentur. 1645.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
- La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter
utilisation.commerciale@bnf.fr.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

B. 115:

2d

A
28.
7

PENTATEVCHVS SYRIACVS, ARABICVS, ET SAMARITANVS.

BIBLIOTHEQUE ROYALE

D. D'ornano dedit R. P. Bonaventuræ aurelianensi
et additum est hoc volumen bibliothecæ ffr. disc. S. aug. Con. paris.
1661

[illegible]

IN NOMINE DOMINI OMNIPOTENTIS aggredimur impreſſionem libri legis Moſis Prophetæ. Ac primò librum Creationis. CAPVT PRIMVM.

IN principio creauit De⁹
eſſe cæli & eſſe terræ.
2 Terra autem erat de-
ſerta & inculta, tenebræ-
que ſuper faciem abyſſi:
& ſpiritus Dei incuba-
bat ſuperficiei aquarum.
3 Dixitque Deus, Fiat
lux. factaque eſt lux.
4 Viditque Deus lucem quòd bona eſſet. Et
diuiſit Deus inter lucem & tenebras: 5 Appel-
lauitque Deus lucem, diem: & tenebras appel-
lauit noctem: fuitque veſpera, fuitque mane
dies vnus. 6 Et dixit Deus, Sit firmamentum in
medio aquarũ: & fuit, diuiſitque inter aquas &
aquas. 7 Fecitque Deus firmamentũ, & diuiſit
aquas quæ ſub firmamento, & aquas quæ ſuper
firmamentũ: & fuit ita. 8 Appellauitque Deus
firmamentũ cælũ: & fuit veſpera, & fuit mane
dies ſecũdus. 9 Et dixit Deus, Cõgregẽtur aquæ
quæ ſub cælo sũt in locũ vnũ, & appareat arida:
& fuit ita. 10 Et appellauit Deus aridam, ter-
ram: congregationem verò aquarũ appellauit
maria: viditq; Deus quòd bonũ eſſet. 11 Et dixit
Deus, Producat terra germen herbã quæ ſeren-
do ſeratur iuxta genus ſuũ: & arborem fructuũ
edentẽ fructus iuxta genus ſuũ, cuius plãta ſit in
ſemetipſa ſuper terrã. & fuit ita. 12 Et produxit
terra germẽ herbã quæ ſerẽdo ſeritur iuxta ge-
nus ſuũ: & arborẽ proferentẽ fructũ cuius plãta
eſt in ſemetipſa iuxta genus ſuũ. Viditque Deus
quòd eſſet bonũ. 13 Et fuit veſpera, fuitq; mane
dies tertius. 14 Dixitque Deus, Sint luminaria
in firmamẽto cæli ad diſtinguẽdum inter diẽ &
noctẽ: ſintq; in ſigna, & tẽpora, in dies, & annos:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

IN NOMINE DEI MISERICORDIS MISERATORIS AGGREDIMVR impreſſionem Legis ſacroſanctæ. Liber primus, videlicet LIBER CREATIONIS.

CAPVT PRIMVM.

PRIMVM quod creauit
Deus, fuit *Cælũ & terra:*
2 *Eratque terra abyſſis*
cooperta, obruta mari: &
tenebræ ſuper faciem abyſ-
ſi, & venti Dei flabant
ſuper faciem aquæ. 3 *Vo-*
luitque Deus vt eſſet lux,
& fuit lux. 4 *Cùm cogno-*
uiſſet Deus lucem eſſe bonam, diuiſit Deus inter lu-
cem & tenebras. 5 *Et vocauit Deus tempora lucis,*
diem: & tempora tenebrarum, noctem. Cúm-
que præteriiſſet ex nocte & die, dies vnus, 6 *Voluit*
Deus vt eſſet firmamentum in medio aquæ, &
eſſet diuidens inter ambas aquas. 7 *Et fecit Deus*
firmamentũ, diuiſitq́; inter aquã quæ eſt infra illud,
& aquã quæ eſt ſuper illud: & fuit ita. 8 *Et voca-*
uit Deus firmamentũ, Cælũ. Cùmq́; præteriiſſet ex
nocte & die, dies ſecũdus, 9 *Voluit Deus vt cõgre-*
garetur aqua de ſub cælo in locũ vnũ, & appareret
ariditas: fuitq́; ita. 10 *Et vocauit Deus ariditatẽ,*
terram: & congeriem aquæ, maria. Cùm cogno-
uiſſet illud eſſe bonũ, 11 *Etiam voluit Deus vt ger-*
minaret terra germen, herbã habentem ſemen: &
arbores frugiferas producẽtes fructus in ſpecies ſuas,
quarũ planta eſſet ex metipſis ſuper terram: & fuit
ita. 12 *Et produxit terra germen, & herbã haben-*
tem ſemen in ſpecies ſuas, & arbores producẽtes fru-
ctus, quarũ plãta eſt ex metipſis in ſpecies ſuas. Cũ
cognouiſſet Deus id eſſe bonũ, 13 *Et cùm præteriiſſet*
ex nocte & die, dies tertius, 14 *Voluit Deus vt eſſent*
luces in firmamento cæli, diuidentes inter noctem
& diem, eſſentq́; ſigna, & tempora, & dies, & anni.

* بسم الله الرحمن الرحيم نبتدي بختم التوراة المقدسة *
* السفر الاول * وهو سفر الخليقة * الفصل * آ *

1 اول ما خلق الله السماء والارض * 2 وكانت الارض غامرة
مستبحرة * وظلام علي وجه الغمر * ورياح الاله تهب علي وجه الماء *
3 فشاء الله ان يكون نور فكان نور * 4 لما علم الله ان النور
جيد فصل الله بين النور والظلام *
5 وسمي الله اوقات النور نهارا * واوقات الظلام ليلا * ولما
مضي من الليل والنهار يوم واحد * 6 شاء الله ان يكون جلد
في وسط الماء * ويكون فاصلا بين المائين *
7 فصنع الله الجلد وفصل بين الماء الذي من دونه * والماء
الذي فوقه * فكان كذلك * 8 وسمي الله الجلد سماء * ولما مضي
من الليل والنهار يوم ثان * 9 شاء الله ان يجمع الماء من تحت
السماء الي موضع واحد ويظهر اليبس فكان كذلك *
10 وسمي الله اليبس ارضا * ومجمع الماء بحارا * لما علم ان
ذلك جيد * 11 وشاء الله ان يكلي الارض كلاء عشبا ذا حب *
وشجرا ذا ثمر مخرج ثمر لاصنافه ما غرسه منه علي الارض * فكان
كذلك * 12 واخرجت الارض كلاء وعشبا ذا حب لاصنافه *
وشجرا مخرج ثمر ما غرسه منه لاصنافه * لما علم الله ان ذلك
جيد * 13 ولما مضي من الليل والنهار يوم ثالث *
14 شاء الله ان يكون انوار في جلد السماء تفرز بين الليل
والنهار فيكون آيات واوقاتا واياما وسنين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT PRIMVM.

IN principio creauit Deus cælum & terram. 2 Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ
erant ſuper faciem Abyſſi: Spiritus quoque Dei ferebatur ſuper aquas. 3 Dixitque Deus, fiat
lux, & facta eſt lux. 4 Et vidit Deus lucem quòd bona eſſet: Et ſeparauit Deus inter lucem &
inter tenebras. 5 Vocauitque Deus lucem, diem; & tenebras vocauit noctem: Et factum eſt veſpere,
factumque eſt mane, dies vnus. 6 Et dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquarum; ſeparetque aquas
ab aquis. 7 Et fecit Deus firmamentum; ſeparauitque aquas quæ erant ſubter firmamentum ab
aquis quæ erant ſuper firmamentum: & factum eſt ita. 8 Vocauitque Deus firmamentum, cæ-
lum: Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies ſecundus. 9 Et dixit Deus, congregentur
aquæ, quæ ſub cælo ſunt in locum vnum; & appareat arida: & factum eſt ita. 10 Et vocauit Deus ari-
dam, terram; & congregationem aquarum, vocauit maria: viditque Deus quòd bonum eſſet. 11 Et dixit
Deus, germinet terra herbam virentem, facientem ſemen; & arborem frugiferam, facientem fructum ſecun-
dum ſpeciem ſuam, cuius ſemen ſit in ea ſuper terram: Et factum eſt ita. 12 Produxitque terra herbam vi-
rentem, facientem ſemen ſecundum ſpeciem ſuam: & arborem facientem fructum, habentem ſemen in ſe-
metipſa ſecundum ſpeciem ſuam: Et vidit Deus quòd bonum eſſet. 13 Et factum eſt veſpere, factumque eſt
mane, dies tertius. 14 Et dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cæli, vt luceant ſuper terram, & ſepa-
rent diem à nocte: ſintque in ſigna, & in tempora, & in dies & annos.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 Et ſint lucentia in firmamento cæli ad lu-
men præbendum ſuper terram. & fuit ita.
16 Fecitque Deus duo luminaria magna, lu-
minare maius in dominium diei, & luminare
minus in dominium noctis, & ſtellas.
17 Poſuitque ea Deus in firmamento cæli ad
lumen præbendum ſuper terram, 18 Et domi-
nandum interdiu & noctu, ac diuidendum in-
ter lucem & tenebras. viditque Deus quòd
eſſet bonum. 19 Et fuit veſpera, fuitque mane
dies quartus. 20 Dixitque Deus, Scaturiant
aquæ reptile animam viuentem: & volatile vo-
litet ſuper terram, ſuper faciem firmamenti cæ-
li. 21 Creauit quoque Deus dracones maxi-
mos, & omnem animam viuentem reptilis
quod ſcaturierant aquæ iuxta genus ſuum: &
omne volucre alatum iuxta genus ſuum. vidit-
que Deus quòd eſſet bonum. 22 Et benedixit
illis Deus, & ait illis, Fœcundamini, & mul-
tiplicamini, & implete aquas quæ ſunt in ma-
ribus: & volatile multiplicetur in terra.
23 Et fuit veſpera, fuitque mane dies quintus.
24 Dixit quoque Deus, Producat terra ani-
mam viuentem iuxta genus ſuum, iumentum,
& reptile, & beſtiam terræ iuxta genus ſuum.
& fuit ita. 25 Fecitque Deus beſtiam terræ iux-
ta genus ſuum, & iumentum iuxta genus
ſuum, cunctaque reptilia terræ iuxta genus
ſuum. & vidit Deus quòd eſſet bonum.
26 Dixitque Deus, Faciamus hominem in
imagine noſtra, ſecundùm ſimilitudinem no-
ſtram, & dominentur in piſces maris, & vola-
tile cæli, & in iumentum, & in omnem be-
ſtiam terræ, & in omnia reptilia quæ reptant
ſuper terram.
27 Itaque creauit Deus hominem in imagine
ſua, in imagine Dei creauit illum, marem
& fœminam creauit eos.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 *Et eſſent luces in firmamento cæli lucentes ſu-*
per terram: & fuit ita. 16 *Et fecit Deus duo lu-*
minaria magna, luminare maius ad illuminan-
dum in die, & luminare minus ad illuminandum
in nocte ac ſtellas. 17 *Et poſuit ea Deus in fir-*
mamento cæli, vt lucerent ſuper terram.
18 *Et ad illuminandum in die & in nocte, &*
vt diuiderent inter lucem & tenebras. Cùm co-
gnouiſſet Deus illud eſſe bonum,
19 *Et cum præteriiſſet ex nocte ac die, dies quar-*
tus, 20 *Voluit Deus vt ambularet ex aqua am-*
bulans habens animas viuentes, & volucre vo-
lans ſuper terram eregione firmamenti cæli.
21 *Creauitque Deus cetos magnos, & reliquas*
animas viuentes reptantes quæ ambularunt ex
aqua, in ſpecies ſuas: & omne volucre alatum in
ſpecies ſuas. Cùm cognouiſſet Deus illud eſſe bo-
num, 22 *Benedixit etiam Deus illis, & dixit im-*
perans: Fructificate, & multiplicamini, & reple-
te aquam quæ eſt in maribus: & volucre multipli-
cetur in terra.
23 *Et cùm præteriiſſet ex nocte & die dies quin-*
tus, 24 *Voluit Deus vt produceret terra ani-*
mas viuas in ſpecies ſuas: iumenta, & reptile,
& beſtiam terræ: & fuit ita.
25 *Et fecit Deus beſtiam terræ in ſpecies ſuas,*
& iumenta in ſpecies ſuas, & omne reptile terræ
in genera ſua. Cùm cognouiſſet Deus illud eſſe
bonum,
26 *Tum dixit Deus, Faciamus hominem forma-*
tione ac figuratione noſtra, eumque dominan-
tem, qui præſit piſcibus maris, & volatili cæli,
& iumentis, & toti terræ, & omni reptili re-
ptanti ſuper eam.
27 *Et creauit Deus Adam in imagine ſua: in*
imagine quam nobilitauit Deus, dominantem
creauit illum: maſculum & fœminam creauit
ambos.

15 ويكون انوارا في جلد السماء تضي على الارض فكان كذلك *
16 وصنع الله النيرين العظيمين * النير الاكبر للاضاءة في النهار
والنير الاصغر للاضاءة في الليل والكواكب * 17 وجعلها الله في جلد
السماء لتضي على الارض * 18 وللاضاءة في النهار وفي الليل ولتفرق
بين النور والظلام * لما علم الله ان ذلك جيد * 19 ولما مضي
من الليل والنهار يوم رابع * 20 شاء الله ان يسعي من الماء ساع
ذو نفوس حية * وطير يطير على الارض قبالة جلد السماء *
21 فخلق الله التنانين العظام وساير النفوس الحية الدابة التي
سعت من الماء لاصنافها * وكل طاير ذي جناح لاصنافه * لما علم
الله ان ذلك جيد * 22 وبارك الله فيهم وقال حاكما اثمروا
واكثروا وعموا الماء الذي في البحار * والطير يكثر في
الارض * 23 ولما مضي من الليل والنهار يوم خامس *
24 شاء الله ان تخرج الارض نفوسا حية لاصنافها * بهايم ودبيبا
ووحش الارض * فكان كذلك *
25 فصنع الله وحش الارض لاصنافه والبهايم لاصنافها وكل
دبيب الارض لاجناسه * لما علم الله ان ذلك جيد *
26 وقال الله نصنع انسانا بتصويرنا وتشكيلنا * اياه مسلطا يستولي
على سمك البحر وطير السماء والبهايم وجميع الارض وساير
الدبيب الداب عليها *
27 فخلق الله آدم بصورته * بصورة شرفها الله مسلطا خلقه *
ذكرا وانثي خلقهما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Sint quoque luminaria in firmamento cæli ad illuminandam terram: Et factum eſt ita,
16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt dominetur diei, & luminare minus, vt
dominetur nocti, & ſtellis. 17 Et poſuit ea Deus in firmamento cæli, vt luceant ſuper terram,
18 Et dominentur diei & nocti, diuidantque inter lucem & tenebras: Et vidit Deus quod hoc bonum
eſſet. 19 Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies quartus. 20 Et dixit Deus producant aquæ
reptile animæ viuentis: & volatile volet ſuper terram, ſuper faciem firmamenti cæli.
21 Creauitque Deus cete magna, & omnem animam viuentem repentem, quam produxerunt aquæ ſe-
cundum ſpeciem ſuam; & omne volatile pennatum ſecundum ſpeciem ſuam: Viditque Deus quod bonum
eſſet. 22 Et benedixit eis Deus dicens; fructificate, & multiplicate, & replete aquas maris; volatile quo-
que multiplicetur in terra. 23 Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies quintus.
24 Et dixit Deus, producat terra animam viuentem ſecundum ſpeciem ſuam, iumentum, & reptile, &
beſtiam terræ ſecundum ſpeciem ſuam. Factumque eſt ita. 25 Fecit autem Deus beſtiam terræ ſe-
cundum ſpeciem ſuam, & iumentum ſecundum ſpeciem ſuam, & omne reptile terræ ſecundum ſpeciem
ſuam. Viditque Deus quod bonum eſſet. 26 Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem noſtram,
& ſecundum ſimilitudinem noſtram; dominetur quoque piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, &
omni terræ, & omni reptili repenti ſuper terram. 27 Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad
imaginem Dei creauit eum, maſculum & fœminam creauit eos.

28 ܘܒܪܟ ܐܢܘܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ. ܦܘܫܘ ܘܣܓܘ ܘܡܠܘ ܠܐܪܥܐ ܘܟܒܫܘܗ̇. ܘܐܬܡܠܟܘ ܒܢܘܢܐ ܕܝܡܐ. ܘܒܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܒܒܥܝܪܐ. ܘܒܟܠܗ̇ ܚܝܘܬܐ ܕܪܚܫܐ ܥܠ ܐܪܥܐ.
29 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ. ܗܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܟܠܗ ܥܣܒܐ ܕܡܙܕܪܥ ܙܪܥܐ ܕܥܠ ܐܦܝ ܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ. ܘܟܠܗ ܐܝܠܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܦܐܪܐ ܕܐܝܠܢܐ ܕܡܙܕܪܥ ܙܪܥܐ. ܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ.
30 ܘܠܟܠܗ̇ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ. ܘܠܟܠܗ̇ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܠܟܠ ܪܚܫܐ ܕܪܚܫ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܦܫܐ ܚܝܐ. ܟܠܗ ܝܘܪܩܐ ܕܥܣܒܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ. ܘܗܘܐ ܗܟܢܐ.
31 ܘܚܙܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕ. ܘܗܐ ܫܦܝܪ ܛܒ. ܘܗܘܐ ܪܡܫܐ ܘܗܘܐ ܨܦܪܐ ܝܘܡܐ ܕܫܬܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܘܐܫܬܠܡܘ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠܗ ܨܒܬܗܘܢ. 2 ܘܫܠܡ ܐܠܗܐ ܒܝܘܡܐ ܫܬܝܬܝܐ ܥܒܕܘܗܝ ܕܥܒܕ. ܘܐܬܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܥܒܕ.
3 ܘܒܪܟ ܐܠܗܐ ܠܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܘܩܕܫܗ. ܡܛܠ ܕܒܗ ܐܬܢܝܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܒܪܐ ܐܠܗܐ ܠܡܥܒܕ.
4 ܗܠܝܢ ܬܘܠܕܬܗ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ ܟܕ ܐܬܒܪܝܘ. ܒܝܘܡܐ ܕܥܒܕ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ.
5 ܘܟܠܗ ܐܝܠܢܐ ܕܚܩܠܐ. ܥܕܠܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ. ܘܟܠܗ ܥܣܒܐ ܕܚܩܠܐ ܥܕܠܐ ܕܢܥ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܚܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܛܪܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܐܢܫ ܠܝܬ ܗܘܐ ܕܢܦܠܘܚ ܒܐܪܥܐ.
6 ܘܡܒܘܥܐ ܣܠܩ ܗܘܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܘܡܫܩܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗ̇ ܐܦܝ ܐܪܥܐ.
7 ܘܓܒܠܗ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܠܐܕܡ ܥܦܪܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܘܢܦܚ ܒܢܚܝܪܘܗܝ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ. ܘܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫܐ ܚܝܐ.
8 ܘܢܨܒ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܦܪܕܝܣܐ ܒܥܕܢ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܣܡ ܬܡܢ ܠܐܕܡ ܕܓܒܠ.

28 Et benedixit eis Deus, & ait illis Deus, Fœcundamini, & multiplicamini, & implete terram, & domate eam, & dominamini in piſces maris, & in volucre cæli, & in iumenta, & in omne animal quod reptat ſuper terram.
29 Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam terræ ſeminabilem ſuper faciem totius terræ: & omnis arbor habens fructus arboris ſuæ, cuius ſemen ſeminatur, vobis ſit in eſcam.
30 Et omni volucri cæli, & cuilibet reptanti ſuper terram habenti animam viuentem, omne viride olus in eſcam *dedi*: & fuit ita.
31 Viditque Deus quicquid fecerat, eratque valde bonum: & fuit veſpera, fuitque mane dies ſextus.

CAPVT II.

1 Itaque perfecti ſunt cæli & terra, & omnis exercitus eorũ.
2 Et abſoluit Deus die ſexto opera ſua quæ fecerat, & quieuit die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecerat.
3 Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quoniam in eo quieuit ab omnibus operibus ſuis quæ Deus faciendo creauerat.
4 Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ, quando creata fuerunt in die qua fecit dominus Deus cælum ac terram.
5 Omnes autem arbores agri nondum erant in terra, & omnis herba agri nondum germinauerat: quoniam non emiſerat dominus Deus pluuiam ſuper faciem terræ, nec erat homo ad colendam terram.
6 Et fons emergebat è terra, & irrigabat vniuerſam faciem terræ.
7 Et compegit dominus Deus hominem puluerem de humo, & inſlauit in faciem eius halitum vitalem, factuſque eſt homo in animam viuentem.
8 Et plantauit dominus Deus paradiſum in Eden ab anteriori parte, & collocauit illuc hominem quem compegerat.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 *Benedixitque eis Deus, & dixit ambobus, Fructificate, & multiplicamini, & replete terram, & poſſidete eam, & præ eſtote piſcibus maris, & volatilibus cæli, & reliquo animanti reptanti ſuper terram.* 29 *Et dixit Deus, Ecce iam dedi vobis omnem herbam habentem ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ, & omnes arbores in quibus eſt fructus habens ſemen, vt ſit vobis eſca, & omni beſtiæ terræ,* 30 *Et omni volucri cæli, & omni, quod reptat ſuper terram, in quo eſt anima viuens. Denique omnia olera herbæ conſtitui eſcam: & fuit ita.*
31 *Cùm cognouiſſet Deus omne quod fecit, eſſe bonum valde: & cùm præteriiſſet ex nocte & die, dies ſextus,*

CAPVT II.

PErfecti ſunt cæli & terra, & omnes exercitus eorum. 2 *Et compleuit Deus in die ſeptimo creaturam ſuam, quam fecit: & ceſſauit in illo creare rem ſimilem creaturæ ſuæ.*
3 *Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit eum, cùm ceſſaſſet in illo creare rem ſimilem creaturæ ſuæ quam fecerat.*
4 *Hæc eſt narratio productionum cæli & terræ, quando creata ſunt in tempore quo fecit Deus terram & cælum.* 5 *Ac vero ſuper omnes arbores campi, antequam fuiſſent in terra, & ſuper omnem herbam eius, antequam germinaſſet, non pluerat Deus: nec homo erat, vt coleret terram,* 6 *Nec exhalatio aſcendebat ex ea, vt irrigaret vniuerſam ſuperficiem eius.*
7 *Et verò Deus creauit Adam puluerem de terra, & inſufflauit in nares eius auram vitæ, & factus eſt Adam anima rationalis.*
8 *Et plantauit Deus hortum in Eden ad Orientem, & poſuit ibi Adam quem creauerat.*

28 وبارك فيهما الله * وقال لهما اثمروا واكثروا فعموا الارض واملكوها * واستولوا علي سمك البحر * وطير السماء * وساير الحيوان الداب علي الارض * 29 وقال الله ها قد اعطيتكم كل عشب ذي حب علي وجه جميع الارض * وكل شجر فيه ثمر ذو حب يكون لكم طعاما ولجميع وحش الارض * 30 وجميع طير السماء وساير ما دب علي الارض الذي فيه نفس حية * الان جميع خضر العشب جعلته ماكلا فكان كذاك * 31 لما علم الله ان جميع ما صنعه جيد جدا * ولما مضي من الليل والنهار يوم سادس *

* الفصل الثاني *

1 كملت السموات والارض وجميع جيوشهن * 2 واكمل الله في اليوم السابع خلقه الذي صنعه * وعطل فيه ان يخلق شيا من مثل خلقه * 3 وبارك الله اليوم السابع وقدسه اذ عطل فيه ان يخلق شيا من مثل خلقه الذي صنعه * 4 هذا شرح نواشي السماء والارض اذ خلقتا في وقت صنع الله الارض والسماء * 5 وان جميع شجر الصحراء قبل ان يكون في الارض * وجميع عشبها قبل ان ينبت لم يمطر الله عليها * ولا انسان كان ليفلح الارض * 6 ولا بخار كان يصعد منها فيسقي جميع وجهها * 7 وان الله خلق ادم ترابا من الارض ونفخ في انفه نسمة الحياة فصار ادم نفسا ناطقا *

8 وغرس الله جنانا في عدن شرقيا وصير هناك ادم الذي خلقه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Benedixitque illis Deus, & dixit illis Deus; fructificate & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & omni beſtiæ repenti ſuper terram. 29 Dixitque Deus, ecce dedi vobis omnem herbam ſeminantem ſemen, quæ eſt ſuper faciem omnis terræ: & omnem arborem in quo eſt fructus. Arbor ſeminans ſemen vobis erit in eſcam: 30 Et omnibus beſtiis terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni repenti ſuper terram in quo eſt anima viuens; omne quoque olus gramineum in eſcam. Factumque eſt ita. 31 Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce bonum erat valde. Et factum eſt Veſpere, factumque eſt mane dies ſextus.

CAPVT II.

ET perfecti ſunt cæli & terra, omniſque exercitus eorum: 2 Perfecit autem Deus in die ſexto opus ſuum quod fecerat: Et requieuit in die ſeptimo ab omni opere ſuo quod fecerat: 3 Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit eum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauerat Deus vt faceret. 4 Hæ ſunt generationes cæli & terræ, cum creata ſunt in die quo fecit dominus Deus cælum & terram: 5 Et omne virgultum agri antequam eſſet in terra; & omnem herbam agri antequam exorta eſſet: quoniam pluere non faciebat dominus Deus ſuper terram: nec erat homo qui coleret terram. 6 Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. 7 Et formauit dominus Deus hominem puluerem de terra: inſufflauitque in faciem eius ſpiritum vitæ; & factus eſt homo in animam viuentem. 8 Plantauit quoque dominus Deus hortum in Eden ab Oriente: Et poſuit ibi hominem quem formauerat.

[illegible]

9 Et fecit germinare Dominus Deus de humo
omnem arborem optabilem viſu,& cõmodam
eſu : & arborem vitæ in medio paradiſi, &
arborem ſcientiæ boni & mali. 10 Et fluuius
egrediebatur ex Eden ad irrigandum paradi-
ſum, & exinde diuiditur in quatuor capita.
11 Nomen vnius Phiſon, qui circuit totam
terram Heuila,vbi eſt aurum: 12 Et aurum
terræ illius eſt optimum:ibi vniones,& lapides
cryſtalli. 13 Et nomen fluuii ſecundi Gihon,
qui circuit totam terram Æthiopiæ. 14 Et no-
men fluuij tertij Declat, qui pergit cõtra Aſſy-
riã. Et fluuius quartus eſt Euphrates. 15 Duxit-
que dominus Deus Adam, & poſuit eum in
paradiſo Eden, vt coleret eum, cuſtodiretque
illum. 16 Et præcepit Dominus Deus Adæ,&
dixit ei, Ex omnibus arboribus quę ſunt in pa-
radiſo, comedendo comedes: 17 At ex arbo-
re ſcientię boni & mali ne comedas : nam qua
die comedes ex ea, morte morieris. 18 Et dixit
Dominus Deus, Non eſt conſentaneum vt ſit
Adam ſolus:faciam illi adiutorem ſimilem ipſi.
19 Compegerat autem Dominus Deus de hu-
mo omnem beſtiam deſerti, & omnem volu-
crem cæli,adduxitque ea ad Adam, vt videret
quid vocaret ea: & quodcunque nomen im-
poſuit eis Adam,*cuilibet* animę viuenti, ipſum
eſt nomen eius. 20 Impoſuit igitur Adam no-
mina cunctis iumentis,& vniuerſis volatilibus
cęli,omnique animãti ſolitudinis: & verò Adę
non inueniebatur adiutor ſimilis eius. 21 Immi-
ſitque Dñs Deus quietẽ in Adam,& obdormi-
uit:& ſumpſit vnã è coſtis eius,&applicuit car-
nem loco illius. 22 Et cõdidit Dñs Deus coſtam
quã ſumpſerat ex Adam,in mulierẽ, adduxitq;
eam ad Adam. 23 Et dixit Adam, Hoc tempo-
re os ex oſſibus meis,& caro ex carne mea : hęc
vocabitur mulier, quia de viro ſumpta eſt.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

*9 Et germinare fecit Deus de terra omnem ar-
borem pulchri aſpectus, & ſuauis eſus: & arborem
vitæ in medio horti, & arborem ſcientiæ boni &
mali. 10 Et ſtatuit flumen quod egrediebatur ex
Eden, vt irrigaret hortum. Et exinde diuiditur,
& fit quatuor capita. 11 Nomen vnius ex eis,
Nilus: & ipſe eſt circundans omnem regionem
Zeuila, in qua eſt aurum. 12 Et aurum eius
regionis eſt bonum. ibi vniones, & lapides Chry-
ſtalli. 13 Et nomen fluminis ſecundi Gihan:
& ipſum eſt circundans omnem regionem Æthio-
piæ. 14 Et nomen fluminis tertij Degla: &
ipſum fluit in partem Orientalem Meſopotamiæ.
Et flumen quartum eſt Euphrates.
15 Sumpſitque Deus Adam, & collocauit
eum in horto Eden, vt coleret illum, & cuſtodiret
eum. 16 Et præcepit Deus Adam, dicens: Ex
omnibus arboribus horti licitum eſt tibi comedere;
17 At ex arbore ſcientiæ boni & mali ne come-
das: nam in die comeſtionis tuæ ex ea mereberis
mori. 18 Et dixit Deus, Non eſt bonum perma-
nere Adam ſolum: faciam ei adiutorem eregione
ipſius. 19 Collegit autem Deus de terra omnes
belluas campi, & volatilia cæli, & adduxit
ea ad Adam, vt oſtenderet ei quid vocaret ea.
Et quicquid vocauit Adam ex anima viuente
nomine aliquo, ipſum eſt nomen eius vſque modò.
20 Vocauit ergo Adam nomina omnibus iu-
mentis, & volatilibus cæli, & omni beſtiæ campi.
Nec inueniebat Adam auxilium eregione ſui.
21 Itaque immiſit Deus ſomnum in Adam ne
ſentiret, dormiuitque. Et extraxit vnam coſta-
rum eius, & obturauit locum eius carne. 22 Et
fabricauit Deus coſtam quam acceperat, in mu-
lierem, & adduxit eam Adæ. 23 Et dixit
Adam: Hæc mulier vidit os ex oſſibus meis, &
carnem de carne mea: decetque vt vocetur virago
quia de virilitate mea deſumpta eſt.*

9 وانبت الله من الارض كل شجرة حسن منظرها وطيب
ماكلها * وشجرة الحياة في وسط الجنان * وشجرة معرفة الخير والشر *
10 وجعل نهرا يخرج من عدن ليسقي الجنان * ومن ثم يفترق
فيصير اربعة ارؤس * 11 اسم احدها النيل وهو المحيط
بجميع بلد زويلة الذي فيه الذهب * 12 وذهب ذلك البلد
جيد * ثم اللولو وحجارة البلور * 13 واسم النهر الثاني
جيحان وهو المحيط بجميع بلد الحبشة * 14 واسم النهر
الثالث دجلة وهو يسير في شرقي الموصل * والنهر الرابع هو الفرات *
15 فاخذ الله ادم وانزله في جنان عدن ليفلحه وليحفظه *
16 وامر الله ادم قايلا من جميع شجر الجنان جايز لك ان
تاكل * 17 ومن شجرة معرفة الخير والشر لا تاكل * فانك في
يوم اكلك منها تستحق ان تموت * 18 وقال الله لا خير في
بقاء ادم وحده اصنع له عونا حذاه * 19 فحشر الله من الارض
جميع وحش الصحراء وطير السماء * واتى بها الى ادم ليريه ما
يسميها * فكل ما سمى ادم من نفس حية باسم هو اسمه الى الان *
20 فاسمى ادم اسماء لجميع البهايم وطير السماء وجميع وحش
الصحراء ولم يجد ادم عونا حذاه * 21 فاوقع الله سباتا على
ادم ليلا يحس فنام * فاستل احدى اضلاعه وسد مكانها بلحم *
22 وبنى الله الضلع التي اخذ امراة فاتى بها الى ادم *
23 وقال ادم هذه المراة شاهدت عظما من عظامي ولحما من
لحمي وينبغي ان تسمى امراة لانها من امرء اخذت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Et germinare fecit Dominus Deus de terra omnem arborem deſiderabilem viſu & bonam in cibum, &
arborem vitæ in medio horti; arborem quoque ſcientiæ boni & mali. 10 Et fluuius egrediebatur ex Eden ad
irrigandum hortum: atque exinde diuidebatur, & fiebat in quatuor capita. 11 Nomen vni Phiſon: hic circun-
dat omnem terrã Heuilah, vbi eſt aurum. 12 Aurum autem terræ iſtius bonum eſt valde: ibi eſt bdelliũ, & la-
pis onychinus. 13 Nomen verò fluuii ſecundi, Gehon: hic circumdat omnem terram Chus. 14 Et nomen
fluuii tertii, Tygris: iſte fluit ad Oriẽtem Aſſyriæ. fluuius verò quartus, ipſe eſt Euphrates. 15 Sumpſitque Do-
minus Deus hominem; & poſuit eum in horto Eden, vt coleret, & cuſtodiret eum. 16 Præcepit quoque Do-
minus Deus Adamo, dicens: de omni arbore horti comedendo comedes: 17 De arbore autem ſcientiæ bo-
ni & mali, non comedes ex ea: quoniam in die quo comederis ex ea, moriendo morieris. 18 Et dixit Domi-
nus Deus, non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciam ei adiutorium ſimile illi: 19 Et formauit Dominus
Deus adhuc de terra omnem beſtiam agri, & omne volatile cæli: adduxitque ad Adam, vt videret quomodo
vocaret illud. Et omne quod vocauit illud Adam animæ viuentis, hoc eſt nomen eius. 20 Appellauitque
Adam nominibus ſuis omnia iumenta & volatilia cæli, & omnes beſtias agri: ſed homini non inuenit auxi-
lium ſimile ipſi. 21 Et immiſit Dominus Deus ſoporem ſuper Adam, & dormiuit: Et cepit vnam de coſtis
eius, poſuitque carnem pro ea: 22 Ædificauit autem Dominus Deus coſtam quam ſumpſit ex Adamo in
mulierem: Et adduxit eam ad Adamum. 23 Dixitque Adam, hac vice os ex oſſibus meis, & caro ex carne
mea: ideo vocabitur vira, quia de viro ſuo ſumpta eſt iſta:

24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

24 Propterea deſeret homo patrem ſuum ma-
tremque ſuam, & hærebit vxori ſuæ, erunt-
que ambo vna caro. 25 Erant autem ambo
nudi, Adam *ſcilicet* & vxor eius, & non eru-
beſcebant.

CAPVT III.

1 ET ſerpens callidior erat cunctis animan-
tibus campi quæ fecerat Dominus
Deus: dixitque ſerpens ad mulierem, Verène
dixit Deus vt ne comederetis ex omnibus ar-
boribus paradiſi? 2 Et dixit mulier ad ſerpen-
tem, de fructibus arborum quæ ſunt in para-
diſo cunctarum comedimus, 3 At de fructi-
bus arboris quæ eſt in medio paradiſi dixit
Deus, Ne comederitis ex ea, neque acceſſeri-
tis ad eam, vt ne moriamini. 4 Dixitque ſer-
pens ad mulierem, haudquaquam moriemini.
5 Nam nouit Deus quòd qua die comederi-
tis ex ea, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut
Deus ſcientes bonum & malum. 6 Vidit au-
tem mulier bonam eſſe arborem ad comeden-
dum, & delitias eſſe oculi, atque optabilem ar-
borem aſpectui: tulitque de fructibus eius, &
comedit, deditque etiam marito ſuo ſecum, &
comedit. 7 Et aperti ſunt oculi amborum,
& cognouerunt ſe nudos eſſe, & coaptarunt
folia ficuum, feceruntque ſibi perizomata.
8 Et audierunt vocem Domini Dei ambu-
lantis in paradiſo, retrocedente die: abſconde-
runtque ſe Adam & vxor illius à conſpectu
Domini Dei, inter arbores quæ erant in para-
diſo. 9 Vocauitque Dominus Deus Adam,
& dixit ei, Vbi es Adam? 10 Qui ait, Vocem
tuam audiui in paradiſo, & vidi me nudum eſſe,
meque abdidi. 11 Dixit autem Dominus,
Quis oſtendit tibi quòd nudus eſſes? Num ex
arbore, ex qua præceperam tibi ne comederes,
comediſti?

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

24 *Et propterea relinquet vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, eruntque ambo quaſi corpus vnum.*

25 *Et erant ambo nudi Adam, & coniux eius, nec erubeſcebant ob hoc.*

CAPVT III.

1 *ET ſerpens factus eſt ſapientiſſimus præ omnibus animantibus campi, quæ creauerat Deus: dixitque mulieri, Verè ne dixit Deus, Ne comedatis ex omnibus arboribus horti?*
2 *Ait mulier ſerpenti, Ex fructibus arborum*
horti comedimus: 3 *Sed ex fructibus arboris*
quæ eſt in medio ipſius, dixit Deus: Ne comedatis ex eis, & ne tangatis eos, vt non moriamini.
4 *Dixit ei: Nequaquam moriemini:* 5 *Verùm*
Deus ſcit quòd in die comeſtionis veſtræ ex eis, aperientur oculi veſtri, & fietis velut Angeli abundantiùs ſcientes bonum & malum.
6 *Cùm ergo vidiſſet mulier quòd arbor eſſet ſuauis ad eſcam, grata aſpectu, optabilis intellectui, accepit ex fructibus eius, & comedit: deditque coniugi ſuo, & comedit cum ipſa.*
7 *Et aperti ſunt oculi amborum, cognoueruntque ſe eſſe nudos: conſueruntque ex foliis fici quiddam ex quo compoſuerunt velamina.*
8 *Audierunt autem vocem Dei euntis in hortum placidè in motu diei, abdideruntque ſe Adam & coniux eius à conſpectu vocis Dei abditione, inter arbores horti:*
9 *Vocauitque Deus Adam, & dixit ei interrogatiuè, Vbi es?* 10 *Dixit: Quia audiui*
vocem tuam in horto, certuſque factus ſum me eſſe nudum, abſcondi me.
11 *Dixit: Quis indicauit tibi te eſſe nudum? Anne ex arbore, è qua prohibui te ne comederes ex ea, comediſti?*

24 ولذلك يترك الرجل اباه وامه ويلزم زوجته فيصيران
كجسد واحد * 25 وكانا جميعا عريانين ادم وزوجته ولا يحتشمان
من ذلك *

* الفصل الثالث *

1 والثعبان صار حكيما من جميع حيوان الصحراء الذي خلقه
الله * فقال للمراة ايقينا قال الله لا تاكلا من جميع شجر الجنان *
2 قالت المراة للثعبان من ثمر شجر الجنان ناكل *
3 لكن من ثمر الشجرة التي في وسطه قال الله لا تاكلا منه ولا
تدنوا به كيلا تموتا * 4 قال لها لستما تموتان *
5 ان الله عالم انكما في يوم اكلكما منه تنفتح عيونكما
وتصيران كالملائكة عارفي الخير والشر بزيادة *
6 فلما رات المراة ان الشجرة طيبة الماكل شهية للمنظر
منى للعقل اخذت من ثمرها فاكلت واعطت بعلها فاكل
معها * 7 فانفتحت عيونهما فعلما انهما عريانان فخيطا من ورق
التين ما صنعا منه مازر * 8 فسمعا صوت الله مارا في
الجنان برفق في حركة النهار * فاستخبا ادم وزوجته من قبل صوت
الله خباء فيما بين شجر الجنان *
9 فنادى الله ادم وقال له مقررا اين انت *
10 قال اني سمعت صوتك في الجنان فايقنت اذ انا عريان
فاستخبات * 11 قال من اخبرك انك عريان * امن الشجرة التي
نهيتك عن الاكل منها اكلت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Propterea relinquet vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: fietque ex ambobus vna
caro: 25 Erant autem ambo nudi, Adam & vxor eius: & non erubeſcebant.

CAPVT III.

1 ET ſerpens erat callidus præ omnibus beſtiis agri quas fecerat Dominus Deus. dixitque mulieri:
Nunquid dixit Deus, non comedetis ex omni arbore horti? 2 Reſpondit verò mulier ſerpenti: De fru-
ctu arboris horti comedimus: 3 De fructu autem arboris huius quæ eſt in medio horti, dixit Deus non co-
medetis ex eo, neque tangetis eum, ne moriamini: 4 Dixit vero ſerpens mulieri, moriendo non moriemini.
5 Nam nouit Deus quoniam quo die comedetis ex eo, & aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij cognoſ-
centes bonum & malum. 6 Vidit quoque mulier quod bona eſſet arbor ad veſcendum, & quod grata eſſet
oculis, & deſiderabilis arbor ad intelligendum: Et cepit de fructu eius, & comedit; deditque etiam viro ſuo ſe-
cum, & comederunt. 7 Apertique ſunt oculi amborum; & cognouerunt quod nudi erant: & conſuerunt
folia ficus, feceruntque ſibi cingulos: 8 Audiuerunt etiam vocem Domini Dei deambulantis in horto ad
auram diei: tum occultauit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio arborum horti. 9 Et vo-
cauit Dominus Deus Adam, dixitque ei, vbi es. 10 Qui reſpondit, vocem tuam audiui in horto, & ti-
mui: quoniam nudus ego ſum, & abſcondi me. 11 Et dixit, quis indicauit tibi quia nudus es tu? Nonne
ex arbore quam præceperam tibi ne ederes ex ea, ediſti?

[illegible]

12 Et dixit Adam, Mulier quam dediſti mihi vt
mecũ eſſet, ipſa dedit mihi ex arbore, & come-
di. 13 Et dixit Dñs ad mulierem, Quid eſt hoc
quod feciſti? Et ait mulier, Serpens me ſeduxit,
& comedi. 14 Et dixit dñs Deus ad ſerpentem,
Quia feciſti hoc, maledictus es præ omni iumẽ-
to, & præ omni animanti ſolitudinis, & ſuper
ventrẽ tuum gradieris, & puluerem comedes
omnibus diebus vitæ tuæ. 15 Et inimicitiã po-
nã inter te & mulierem, & inter ſemen tuũ &
ſemen illius: ipſum conculcabit caput tuũ, &
tu feries eum in calcaneo ipſius. 16 Et ad mu-
lierem dixit, Multiplicãs multiplicabo dolores
tuos & conceptus tuos, & cum doloribus pa-
ries filios, & ad maritum tuum conuerteris,
ipſeque dominabitur tibi. 17 Et ad Adam di-
xit, Quoniam audiſti vocem vxoris tuæ, & co-
mediſti ex arbore de qua præceperam tibi &
dixeram tibi ne comederes ex ea, maledicta eſt
terra cauſa tui: cum doloribus comedes eam
cunctis diebus vitæ tuæ. 18 Et ſpinas atque tri-
bulos progerminabit tibi, & manducabis her-
bam agri. 19 Et in ſudore vultus tui veſceris
pane donec reuertaris in humum ex qua ſum-
ptus es: nam puluis es, & in puluerem reuerte-
ris. 20 Et appellauit Adam nomen vxoris ſuæ
Euam, quoniam ipſa fuit mater omnis viuẽtis.
21 Et fecit dñs Deus Adæ & vxori eius tunicas
pelliceas, & induit eos. 22 Et dixit Dñs Deus,
Ecce Adã factus eſt quaſi vnus è nobis ad ſcien-
dũ bonum & malũ. nunc fortè extendet manũ
ſuã, ſumetq; ex arbore vitę, & comedet, ac vi-
uet in æternũ. 23 Et emiſit eũ Dñs Deus è para-
diſo Eden, ad colendã terrã vnde ſumptus fue-
rat. 24 Et expulit eum Dñs Deus, & vallauit
plagam orientalem paradiſi Eden, Cherubim
& cuſpide gladij qui ſe volutabat ad cuſto-
diendum iter arboris vitæ.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[12] *Ait Adam: Mulier, quam ſtatuiſti mecum,*
ipſa dedit mihi ex arbore, & comedi. [13] *Dixit*
Deus mulieri: Quid feciſti? Ait: ſerpens ſeduxit
me, & comedi. [14] *Dixit Deus ſerpenti: Cùm*
feceris hoc ſciēter, tu es maledictus præ omnibus iu-
mentis, & præ omnibus belluis campi: & ſuper pe-
ctus tuum ambulabis, & terram comedes longitu-
dine dierum vitæ tuæ. [15] *Et ponam inimicitiam*
inter te, & inter mulierem, & inter ſtirpem tuã, &
ſtirpem eius: & hæc findet ex te caput, & tu mor-
debis eam in calcaneo. [16] *Et dixit mulieri, Sanè*
multiplicabo afflictionem tuam, & conceptionem
tuam, & cum difficultate parturies filios; & ma-
riti tui erit gubernatio tua, & ipſe dominabitur
tibi. [17] *Et dixit Adæ: Cùm acquieueris ſer-*
moni coniugis tuæ, & comederis ex arbore
quam interdixi tibi, dicens, Ne comedas ex ea,
maledicta terra cauſa tui: cum labore comedes ex
ea longitudine vitæ tuæ. [18] *Et ſpinas & tribu-*
los pullulabit tibi, & comedes herbam campi:
[19] *Cum ſudore vultus tui comedes cibum vſque*
ad tempus reuerſionis tuæ in terram, è qua de-
ſumptus es: quia tu terra es, & in terram reuer-
teris. [20] *Et nominauit Adam vxorem ſuam,*
Euam: quia ipſa fuit mater omnis viuentis ra-
tionalis. [21] *Fecitque Deus Adæ & vxori eius*
indumenta corij, & veſtiuit ambos.
[22] *Tum dixit Deus: Ecce Adam iam factus eſt*
vt vnus è nobis, ſciens ſcientiam boni & mali; &
modò oportet vt exeat ex horto, ne extendat manũ
ſuam, & accipiat ex arbore vitæ quoque, & co-
medat, & viuat in ſæculum. [23] *Expulitque eum*
Deus ex horto Eden, vt coleret terram è qua de-
ſumptus fuerat.
[24] *Et cùm expulſus fuiſſet Adam, habitare fe-*
cit à parte orientali horti Eden, Angelos, & co-
ruſcationem gladij verſatilis, vt cuſtodirent viam
arboris vitæ.

12 قال آدم المرأة التي جعلتها معي هي أعطتني من الشجرة
فأكلت * 13 قال الله للمرأة ماذا صنعت * قالت الثعبان أغواني
فأكلت * 14 قال الله للثعبان إذ صنعت هذا بعلم فأنت
ملعون من جميع البهائم وجميع وحش الصحراء وعلى صدرك
تسلك وترابا تأكل طول أيام حياتك * 15 وأجعل عداوة
بينك وبين المرأة وبين نسلك ونسلها * وهو يشدخ منك الرأس
وأنت تلدغه في العقب * 16 وقال للمرأة لأكثرن مشقتك
وحملك * وبمشقة تلدين الأولاد وإلى بعلك يكون قيادك وهو
يتسلط عليك * 17 وقال لآدم إذ قبلت قول زوجتك فأكلت من
الشجرة التي نهيتك قائلا لا تأكل منها ملعونة الأرض بسببك
بمشقة تأكل منها طول حياتك * 18 وشوكا ودردرا تنبت لك
وتأكل عشب الصحراء * 19 بعرق وجهك تأكل الطعام إلى
حين رجوعك إلى الأرض التي أخذت منها * لأنك تراب وإلى التراب
ترجع * 20 وسمى آدم زوجته حوا * لأنها كانت أم كل حي
ناطق * 21 وصنع الله لآدم وزوجته ثياب بدن وألبسهما *
22 ثم قال الله هوذا آدم قد صار كواحد منا يعرف معرفة الخير
والشر * والآن فيجب أن يخرج من الجنان لئلا يمد يده فيأخذ من
شجرة الحياة أيضا ويأكل فيحيا إلى الدهر *
23 فطرده الله من جنان عدن ليفلح الأرض التي أخذ منها *
24 ولما طرد آدم أسكن من شرقي جنان عدن الملائكة ولمع
سيف متقلب ليحفظوا طريق شجرة الحياة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[12] Reſponditque Adam: mulier quam dediſti mihi, hæc dedit mihi de arbore; & comedi. [13] Et dixit do-
minus Deus mulieri: quid hoc feciſti? Reſpondit autem mulier: ſerpens ſeduxit me, & comedi. [14] Et dixit
dominus Deus ſerpenti: quia feciſti hoc, maledictus eris præ omnibus animantibus, & omnibus beſtiis agri:
ſuper ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. [15] Inimicitiã quoque ponam
inter te, & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen eius: ipſum conteret tibi caput, & tu conteres
ei calcaneum. [16] Mulieri verò dixit: multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & grauiditatem tuã: in dolo-
re paries filios, & ad virum tuum conuerſio tua; & ipſe dominabitur tibi. [17] Adamo autem dixit: quia audiſti
vocem vxoris tuæ, & comediſti de arbore quam præcepi tibi dicens, non comedes ex ea: maledicta eſt terra
propter te: in dolore comedes illam omnibus diebus vitæ tuæ. [18] Et ſpinam, & tribulum germinabit ti-
bi: comedeſque herbam agri. [19] In ſudore vultus tui comedes panem, donec reuertaris in terram; quo-
niam ex ea ſumptus es: nam puluis es tu, & in puluerem tuum reuerteris. [20] Et vocauit Adam nomen
vxoris ſuæ, Heuam: quia illa fuit mater omnis viuentis. [21] Fecit autem dominus Deus Ådamo & vxori eius
tunicas pelliceas, & induit eos. [22] Et dixit dominus Deus: Ecce Adam eſt ſicut vnus ex nobis ad cognoſ-
cendum bonum & malum: Et nunc, ne mittat manum ſuam & accipiat etiam de arbore vitæ, & comedat,
& viuat in æternum. [23] Et emiſit eum dominus Deus ex horto Eden, vt coleret terram ex qua ſumptus
erat. [24] Expulitque Adamum; & collocauit ex aduerſo ad hortum Eden, Cherubim, & flammeum gla-
dium verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

[illegible]

CAPVT IV.

1 ET Adam cognouit Euam vxorem ſuam,
quæ concepit ac peperit Cain: dixitque
poſſedi virum Domino. 2 Rurſumque pepe-
rit fratrem eius Habel. Fuitque Habel paſtor
ouium, & Cain fuit cultor terræ. 3 Et accidit
poſt dies *aliquot*, vt afferret Cain de fructibus
ſeminis ſui, oblationem Domino: 4 Et Ha-
bel afferret etiam ipſe de primogenitis ouium
ſuarum, & de pinguiſſimis earum. Et oblecta-
tus eſt Dñs Habele & eius oblatione: 5 Caino
verò eiuſque oblatione, nõ eſt oblectatus: quod
ægrè tulit Cain vehementer, & cõtriſtatus eſt
vultus illius. 6 Et dixit Dñs ad Cain, quare mo-
leſtè tuliſti? & quare cõtriſtatus eſt vultus tuus?
7 Ecce ſi benefeceris, recipies: & niſi benefece-
ris, ad ianuã peccatũ cubat. tu conuertéris ad il-
lud, & ipsũ dominabitur tibi. 8 Dixitque Cain
ad Habel fratrẽ ſuũ, Eamus in deſertũ. & factũ
eſt vt cũ ipſi eſſent in deſerto, inſurgeret Cain
in Habel fratrem ſuum, & interficeret eum.
9 Et dixit Dñs ad Cain, Vbi eſt Habel frater
tuus? qui ait, Neſcio. cuſtos ſum ne fratris mei?
10 Et dixit ad eum Dñs, Quid feciſti? vox ſan-
guinis fratris tui clamat ad me de terra. 11 Im-
poſterũ maledictus eris è terra, quæ aperuit os
ſuum, & excepit ſanguinem fratris tui de ma-
nibus tuis. 12 Quum colueris terram, ampliùs
non dabit tibi robur ſuum: tremẽs ac vacillans
eris in terra. 13 Et ait Cain ad Dñm, Maior eſt
ſtultitia mea quàm vt condonetur. 14 En eie-
ciſti me hodie è ſuperficie terræ, & à cõſpectu
tuo abſcõdar, & ero tremẽs ac vacillãs in terra,
& quiſquis me repererit, interficiet me. 15 Et di-
xit ei Dñs, Non ita *fiet*, *ſed* omni interficienti
Cainum, ſeptuplum rependetur. poſuitque
Dominus ſignum in Caino, vt non interfice-
ret eum quicunque inueniret illum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT IV.

PRæterea Adam coiuit cum Eua vxore ſua,
& concepit, & peperit Cain, Dixitque: Iam
obtinui virum à Deo. 2 Tum iteratò genuit
fratrem eius Habel: eratque Habel paſtor ouium,
& Cain colebat terram. 3 Cúmque dies aliquot
præteriiſſent, attulit Cain de fructibus terræ mu-
nus Deo, 4 Et attulit Habel quoque aliquot ex
primogenitis ouium ſuarum, & ex pingueſſimis
earum. Acceptauitque Deus Habel, & donum
eius: 5 Et Cain & munus eius non acceptauit.
Durumque fuit Caino valdè, & cecidit vultus
eius præ verecundia. 6 Et dixit Deus Caino; cur
durum fuit tibi? & cur cecidit vultus tuus?
7 Nonne ſi benè egeris, recipies? quumque non
benè egeris, quócunque perrexeris peccatum tuum
cubans eſt, & ad te ſpectat moderatio eius, &
tu es qui dominaris illius per electionem. 8 Præ-
terea locutus eſt Cain cum Habel fratre ſuo; cúm-
que eſſent ambo in campo, ſurrexit Cain ad Habel
fratrem ſuum, & occidit eum. 9 Dixitque Deus
Caino interrogatiuè; Vbi eſt Habel frater tuus?
Ait, Neſcio. num ego cuſtos ſum fratris mei?
10 Et dixit: Quid feciſti? ſanguis fratris tui cla-
mans eſt ad me de terra. 11 Et nunc tu es male-
dictus à terra, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit
ſanguinem fratris tui de manu tua. 12 Nam tu
coles terram, & ampliùs non dabit tibi vim ſuam:
& perturbatus, ac profugus eris in terra.
13 Dixit Cain Deo excelſo: Culpa mea maior eſt
quàm vt condonetur. 14 Quòd ſi expellas me
hodie de ſuperficie terræ, nunquid deliteſcam à
conſpectu tuo? & ſi fuero turbatus ac profugus in
terra, fiet vt quicunque inuenerit me, occidat me.
15 Dixit Deus: Propterea omnis qui occiderit
Cain, punietur valde. Et poſuit Deus Caino
ſignum, vt non occideret eum omnis qui reperiſ-
ſet illum.

* الفصل الرابع *

1 ثم ان ادم واقع حوا زوجته فحملت وولدت قاين فقالت قد
رزقت رجلا من عند الله * 2 ثم عاودت فولدت اخاه هابيل *
فكان هابيل راعي غنم * وقاين كان يفلح الارض * 3 فلما كان
بعد ايام اتى قاين من ثمر الارض بهدية لله * 4 واتى هابيل
ايضا بشي من بكورة غنمه ومن سمانها * فقبل الله هابيل وهديته *
5 وقاين وهديته لم يقبلهما * فاشتد على قاين جدا وسقط وجهه
حياء * 6 وقال الله لقاين لم اشتد عليك ولم سقط وجهك *
7 الا انك لو جودت قبلت * واذ لم تجوده فاينما اتجهت خطاوك
رابض واليك قياده وانت المسلط عليه بالاختيار *
8 ثم قاول قاين هابيل اخاه * فلما كانا في الصحراء قام قاين الى
هابيل اخيه فقتله * 9 فقال الله لقاين مقررا اين هابيل اخوك *
قال لا اعلم هل انا حافظ اخي * 10 وقال ماذا صنعت دم
اخيك صارخ الي من الارض * 11 والان انت ملعون من
الارض التي فتحت فاها وقبلت دم اخيك من يدك * 12 بان
تفلح الارض ولا تعود ان تعطيك قواها * وتايها تايدا تكون في
الارض * 13 قال قاين لله تعالى ذنبي اعظم من ان يغفر *
14 فان طردتني اليوم عن وجه الارض هل استتر من بين
يديك * وان كنت تايها تايدا في الارض كان كل من وجدني يقتلني *
15 قال الله لذلك كل من قتل قاين يقاد به كثيرا * فجعل الله لقاين
اية لئلا يقتله كل من وجده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT IV.

1 ADam autem cognouit Euam vxorem ſuam quæ concepit & peperit Cain: Et dixit, acquiſiui hominem
à Domino. 2 Rurſumque peperit fratrem eius Abel: Fuit autem Abel paſtor ouium; Cain verò co-
lebat terram. 3 Et factum eſt poſt aliquot dies, vt offerret Cain de fructu terræ oblationem Domino.
4 Et Abel obtulit etiam ipſe de primogenitis ouium ſuarum, & de adipibus earum. Reſpexit autem Do-
minus ad Abel, & ad oblationem eius: 5 Ad Cain verò & ad oblationem eius non reſpexit: Et iratus eſt
Cain vehementer, conciderunt que facies eius. 6 Et dixit Dñs ad Cain: Quare iraſceris, & quare conciderunt
facies tuæ? 7 Nonne ſi benefeceris, recipies: Si autem non feceris benè, ad portam peccatum cubat; &
ad te conuerſio eius, & tu dominaberis ei. 8 Et dixit Cain Abeli fratri ſuo, tranſeamus in campum: Et fa-
ctũ eſt cum eſſent in campo, vt inſurgeret Cain aduerſus Abelem fratrem ſuũ, & occideret eum. 9 Dixitque
Dominus Caino: vbi eſt Abel frater tuus? Reſponditque, Neſcio: Num cuſtos fratris mei ego ſum? 10 Et dixit,
quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 11 Nunc autẽ maledictus es tu à terra, quæ aperuit
os ſuũ, vt ſuſciperet ſanguinem fratris tui de manu tua: 12 Cum colueris terrã, non ſuperaddet virtutem ſuam
tibi: Vagus & profugus eris in terra. 13 Tum dixit Cain Domino, maior eſt iniquitas mea quàm vt eam feram.
14 Ecce expuliſti me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, eróque vagus & profugus in terra; & quicun-
que inuenerit me, occidet me. 15 Et dixit ei Dominus, propterea omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum
punietur. Et poſuit Dominus ſuper Cain ſignum, ne percuteret eum quicunque eum inueniſſet.

[illegible]

[16] Itaque egreſſus eſt Cain à conſpectu Do-
mini, & cõmoratus eſt in terra Nud, ab orien-
tali plaga Eden. [17] Et cognouit Cain vxorem
ſuã, quæ concepit, ac peperit Henoch: qui ex-
truxit ciuitatem, & appellauit nomen ciuitatis
illius iuxta nomẽ filij ſui, Henoch. [18] Porro ipſi
Henoch natus eſt Idar: & Idar genuit Mah-
uaiel, & Mahuaiel genuit Mathuſaiel, & Ma-
thuſaiel genuit Lamech. [19] Lamech autem du-
xit duas vxores, nomen vnius Ada, & nomen
alterius Sella. [20] Genuitque Ada, Iabal. ipſe
fuit pater habitantium in tentorio, & haben-
tium poſſeſſionem. [21] Et nomen fratris eius
Iubal, qui fuit pater omnis tractantis citharam
& fides. [22] Et Sella quoque ipſa genuit Tu-
balcain fabrum in cunctis æneis & ferreis. So-
ror verò Tubalcaini, Naama. [23] Dixitque La-
mech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vo-
cem meam vxores Lamech, auſcultate ſermo-
nem meum: quoniam virum occidi vulneribus
meis, & puerum alliſionibus meis. [24] Nam
ſeptuplum rependetur Caino, Lamech verò
ſeptuagies ſepties. [25] Et cognouit Adam
Euam vxorem ſuam, quæ concepit ac peperit
filium, & appellauit nomen eius Seth: quia
ſubſtituit mihi, *inquit*, Deus ſemen aliud loco
Habelis quem occidit Cain. [26] Et ipſi quo-
que Seth natus eſt filius, vocauitque no-
men eius Enos. tunc cœpit inuocare nomen
Domini.

CAPVT V.

[1] HIc eſt liber generationum Adæ in die quo creauit Deus hominem, in ſimulachro Dei creauit illum. [2] Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis Deus, vocauitque nomen illorum Adam in die quo creauit eos.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

16 Et exiuit Cain è conſpectu Dei, & commo-
ratus eſt in terra Nud ad orientalem partem
Eden. 17 Et coiuit Cain cum vxore ſua, quæ
concepit, ac genuit Enoch. Tum ædificauit vr-
bem, vocauitque illam nomine filii ſui Enoch.
18 Tum natus eſt ipſi Enoch Iradh, & Iradh
genuit Mahiail, & Mahiail genuit Mathu-
ſalah, & Mathuſalah genuit Lamech.
19 Et ſumpſit ſibi Lamech duas vxores, nomen
vnius Adha, & alterius Sella.
20 Genuitque Adha Iabal, ipſe eſt primus habi-
tantium in tentoriis, & vtentium armentis.
21 Et nomen fratris eius Iubal, ipſe eſt primus qui
geſtauit tympanum & cytharam.
22 Et Sella quoque peperit Tubal-Cain, & ipſe
eſt primus læuigator totius artis aurichalchi, &
ferri. Eratque ſoror eius Naami:
23 Dixit autem Lamech duabus vxoribus ſuis, O
Adha, & ô Sella, audite ſermonem meum, & ô
duæ vxores Lamech, attendite dictum meum.
Nunquid ego interfeci virum per fractionem
capitis, aut puerum per vulnus meum?
24 Si multum animaduerſum eſt in Cain, in
Lamech etiam magis ac magis. 25 Tum verò
Adam coiuit etiam cum vxore ſua, genuitque
filium, & vocauit eum Seth, & dixit, Iam con-
ceſſit mihi Deus progeniem alteram pro Habel,
cum occiderit eum Cain. 26 Et Seth quoque
natus eſt filius, & vocauit eum Anus. Tunc
cœptum fuit inuocari nomen Dei.

CAPVT V.

1 ISte eſt liber narrationis ætatum filiorum Adæ,
quem fecit Deus in die qua creauit eum ad
imaginem Dei. 2 Cúmque creaſſet ambos maſ-
culum & fœminam, benedixit eis, vocauitque
illos Adamæos, in die creationis eorum.

16 وخرج قاين من قدام الله فاقام بارض نود شرقي عدن *
17 وواقع قاين زوجته فحملت وولدت حنوخ * ثم بنى قرية
فسماها باسم ابنه حنوخ * 18 ثم ولد لحنوخ عيراد * وعيراد
اولد محاييل * ومحاييل اولد متوشائيل * ومتوشائيل اولد لامخ *
19 واتخذ له لامخ زوجتين اسم احداهما عادا والاخرى صلا *
20 فولدت عادا يابال هو اول سكان الخيام ومتخذي المواشي *
21 واسم اخيه يوبال * هو اول من حمل الطنبور والقيثار *
22 وصلا ايضا ولدت توبل قاين وهو اول صيقل لجميع صنعة
النحاس والحديد وكانت اخته ناعمي *
23 فقال لامخ لامراتيه يا عادا ويا صلا اسمعا قولي * ويا مراتي
لامخ انصتا لمقالي * اتراني قتلت رجلا بشجتي او صبيا بجراحتي *
24 ان كان كثيرا تقاد بقاين فلامخ اكثر واكثر *
25 ثم ان ادم واقع ايضا زوجته فولدت ابنا واسمته شيثا * وقالت
انه قد رزقني الله نسلا اخر بدل هابل اذ قتله قاين *
26 ولشيث ايضا ولد ابن وسماه انوش * حينئذ ابتدي بالدعاء
باسم الله *

* الفصل الخامس *

1 هذا كتاب شرح اعمار اولاد ادم الذي صنعه الله في يوم
خلقه اياه بصورة الله *
2 ولما خلقهما ذكرا وانثى باركهما وسماهما ادميين في يوم
خلقهما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Et egreſſus eſt Cain à facie Domini, vt habitaret in terra Nod ad orientem Eden.
17 Et cognouit Cain vxorem ſuam quę concepit, & genuit Henoch. Poſtea ædificauit vrbem, vocauitque
nomē vrbis de nomine filii ſui Henoch. 18 Natus eſt quoque Henocho Hirad: Hirad verò genuit Michael, &
Michael genuit Methuſael, & Methuſael genuit Lamech. 19 Accepitque ſibi Lamech duas vxores, nomen
vnius Ada, & nomen alterius Sella. 20 Peperit autem Ada Iabel: hic fuit pater habitantis tentorium, & poſ-
ſidentis pecora. 21 Nomen verò fratris eius erat Iubal: hic fuit pater omnis tangentis citharam & organum.
22 Et Sella etiam ipſa peperit Thubalcain, qui poliuit omne opus æreum & ferreum: Soror verò Thubal-
cain, Noema. 23 Et dixit Lamech vxoribus ſuis, Adæ & Sellæ: audite vocem meam, vxores Lamech,
auſcultate verba mea: quia virum occidi in vulnere meo, & adoleſcentulum in liuore meo.
24 Septies enim vindicabitur Cain, Lamech autem ſeptuagies ſepties. 25 Et cognouit Adam adhuc vxo-
rem ſuam, peperitque filium, & vocauit nomen eius Seth: quia poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abele,
quoniam occidit eum Cain. 26 Et Setho etiam ipſi genitus eſt filius, cuius vocauit nomen Enos: tunc
cœptum eſt inuocari nomen Domini.

CAPVT V.

1 HIc eſt liber generationum Adam: In die qua creauit Deus Adam, in ſimilitudinem Dei fecit illum.
2 Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis: & vocauit nomen eorum Adam in die qua
creauit eos.

[illegible]

3 Vixit autem Adam centum triginta annis, genuitque in ſimilitudine ſua iuxta imaginem ſuam, & vocauit nomen eius Seth. 4 Et vixit Adam poſtquam genuit Seth, octingentis annis, & genuit filios & filias. 5 Et fuerunt omnes dies vitæ Adam quam vixit, nongenti triginta anni, & mortuus eſt.
6 Et vixit Seth centum quinque annis, & genuit Enos.
7 Et vixit Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, & genuit filios ac filias.
8 Et fuerunt omnes dies Seth nongenti duodecim anni, & mortuus eſt. 9 Et vixit Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.
10 Et vixit Enos poſtquam genuit Cainan, octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. 11 Fueruntque omnes dies vitæ Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt.
12 Et vixit Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Mahlaiel. 13 Et vixit Cainan poſtquam genuit Mahlaiel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios ac filias.
14 Et fuerunt omnes dies Cainan, nongenti decem anni, & mortuus eſt.
15 Et vixit Mahlaiel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared. 16 Et vixit Mahlalaiel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis, & genuit filios & filias. 17 Et fuerunt omnes dies Mahlalaiel, octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt.
18 Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch. 19 Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios ac filias.
20 Fueruntque omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.
21 Et vixit Henoch ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalah.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 *Vixitque Adam centum, & triginta annos,*
ac genuit filium in ſimilitudine ſua iuxta imagi-
nem ſuam, & vocauit illum Seth.
4 *Et vixit poſtea octingentos annos, in quibus*
genuit filios & filias.
5 *Et facta eſt tota ætas quam vixit, nongen-*
ti anni, ac triginta anni, deinde mortuus eſt.
6 *Cúmque vixiſſet Seth centum & quinque*
annos, genuit Enos.
7 *Et vixit poſtea octingentos ac ſeptem annos,*
in quibus genuit filios ac filias,
8 *Factaque eſt tota ætas illius nongenti anni, &*
duodecim anni, deinde mortuus eſt.
9 *Cúmque vixiſſet Enos nonaginta annos, ge-*
nuit Cainan. 10 *Vixitque poſtea octingentos an-*
nos, & quindecim annos, in quibus genuit filios
& filias. 11 *Factaque eſt tota ætas eius, nongenti*
anni, & quinque anni, deinde mortuus eſt.
12 *Cúmque vixiſſet Cainan ſeptuaginta annos,*
genuit Mahlalail. 13 *Et vixit poſtea octin-*
gentos annos, & quadraginta annos, in quibus
genuit filios ac filias,
14 *Factaque eſt tota ætas eius, nongenti anni, &*
decem anni, deinde mortuus eſt.
15 *Cúmque vixiſſet Mahlalail quinque ac ſe-*
xaginta annos, genuit Iared.
16 *Et vixit poſtea octingentos annos, & trigin-*
ta annos, in quibus genuit filios ac filias.
17 *Factáque eſt tota ætas eius, octingenti anni,*
& quinque ac nonaginta anni, deinde mortuus
eſt. 18 *Cúmque vixiſſet Iared duos ac ſexa-*
ginta annos, & centum annos, genuit Enoch.
19 *Et vixit poſtea octingentos annos, in quibus*
genuit filios, ac filias.
20 *Factaque eſt tota ætas eius, nongenti anni, &*
duo ac ſexaginta anni, deinde mortuus eſt.
21 *Cúmque vixiſſet Enoch quinque ac ſexa-*
ginta annos, genuit Mathuſalah.

3 فعاش ادم مايه وثلاثين سنة * ثم اولد ولدا يشبهه بصورته
وسماه شيثا * 4 وعاش بعد ذلك ثماني مايه سنة اولد فيها
بنين وبنات * 5 فصار جميع عمره الذي عاشه تسع مايه سنة
وثلاثين سنة ثم مات * 6 ولما عاش شيث مايه وخمس سنين
اولد انوش * 7 وعاش بعد ذلك ثماني مايه وسبع سنين اولد
فيها بنين وبنات * 8 فصار جميع عمره تسع مايه سنة واثني
عشر سنة ثم مات * 9 ولما عاش انوش تسعين سنة اولد
قينان * 10 وعاش بعد ذلك ثماني مايه سنة وخمس عشر
سنة اولد فيها بنين وبنات *
11 فصار جميع عمره تسعماية سنة وخمس سنين ثم مات *
12 ولما عاش قينان سبعين سنة اولد ماهلاليل *
13 وعاش بعد ذلك ثماني مايه سنة واربعين سنة اولد فيها بنين
وبنات * 14 فصار جميع عمره تسع مايه سنة وعشر سنين
ثم مات * 15 ولما عاش ماهلاليل خمسا وستين سنة اولد يارد *
16 وعاش بعد ذلك ثماني مايه سنة وثلثين سنة اولد فيها بنين
وبنات * 17 فصار جميع عمره ثماني مايه سنة وخمسا وتسعين
سنة ثم مات * 18 ولما عاش يارد اثنين وستين سنة ومايه سنة
اولد خنوخ * 19 وعاش بعد ذلك ثماني مايه سنة اولد فيها
بنين وبنات * 10 فصار جميع عمره تسع مايه سنة واثنين
وستين سنة ثم مات * 21 ولما عاش خنوخ خمسا وستين سنة
اولد متوشالح *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Vixit autem Adam triginta & centum annis: Et genuit in ſimilitudine ſua, ſecundum imaginem ſuam; vo-
cauitque nomen eius Seth. 4 Et fuerunt dies Adæ poſtquam genuit Seth, octingenti anni: Et genuit filios &
filias. 5 Fueruntque omnes dies Adæ quibus vixit, nongenti & triginta anni, & mortuus eſt. 6 Et vixit
Seth centũ & quinque annis: & genuit Enos. Vixit autem Seth poſtquam genuit Enos, octingentis & ſeptem
annis. Genuitque filios & filias. 8 Et fuerunt omnes dies Seth, nongenti & duodecim anni, & mortuus eſt.
9 Et vixit Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. 10 Vixit autem Enos poſtquam genuit Cainan octin-
gentis & quindecim annis: genuitque filios & filias. 11 Et fuerunt omnes dies Enos, nongenti & quinque
anni, & mortuus eſt. 12 Et vixit Cainan, ſeptuaginta annis, & genuit Mahalleel.
13 Vixit autem Cainan poſtquam genuit Mahalleel, octingentis & quadraginta annis: genuitque filios &
filias. 14 Et fuerunt omnes dies Cainan, nongenti & decem anni, & mortuus eſt.
15 Et vixit Mahalleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared. 16 Vixit autem Mahalleel poſtquam genuit
Iared, octingentis & triginta annis: genuitque filios & filias. 17 Et fuerunt omnes dies Mahalleel, octin-
genti & nonaginta quinque anni, & mortuus eſt. 18 Et vixit Iared ſexaginta duobus annis, & genuit He-
noch. 19 Vixit autem Iared poſtquam genuit Henoch, ſeptingentis & octoginta quinque annis: &
genuit filios & filias.
20 Fueruntque omnes dies Iared, octingenti & quadraginta ſeptem anni, & mortuus eſt.
21 Et vixit Henoch ſexaginta quinque annis, & genuit Methuſalam.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

22 Et placuit Henoch Deo poſtquam genuit
Mathuſaiel, trecentis annis, & genuit filios
& filias. 23 Fueruntque omnes dies He-
noch, trecenti ſexaginta quinque anni.
24 Et placuit Henoch Deo, & eſſe deſiit, quia
ſumpſit eum Deus. 25 Et vixit Mathuſalah
centum octoginta ſeptem annis, & genuit La-
mech. 26 Et vixit Mathuſalah poſtquam ge-
nuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus
annis, & genuit filios ac filias. 27 Et fuerunt
omnes dies Mathuſalah, nongenti ſexaginta
nouem anni, & mortuus eſt. 28 Vixitque La-
mech centum octoginta duobus annis, & ge-
nuit filium: 29 Appellauitque nomen eius
Noe, ac dixit, Iſte conſolabitur nos ab operi-
bus noſtris, & à labore manuum noſtrarum, &
à terra cui maledixit Dominus. 30 Vixitque
Lamech poſtquam genuit Noe, quingentis
nonaginta quinque annis, & genuit filios ac
filias. 31 Et fuerunt omnes dies Lamech ſep-
tigenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus
eſt. 32 Et factus eſt Noe filius quingentorum
annorum, genuitque Noe Sem, Ham, & Ia-
pheth.

CAPVT VI.

1 ACcidit autem vt cùm cæpiſſent homi-
nes multiplicari ſuper faciem terræ, &
filiæ natæ fuiſſent eis: 2 Viderint filij Dei
filias hominum pulchras eſſe, & duxerint eas
ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.
3 Dixitque Dominus, Non habitabit ſpiri-
tus meus in homine in perpetuum, quia caro
eſt: eruntque dies illius centum viginti anni.
4 Et gigantes fuerunt in terra in diebus illis,
ac etiam imposterum: quoniam ingreſſi ſunt
filii Dei ad filias hominum, & genuerunt eis
gigantes æternos, gigantes nominatiſſimos.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

22 Ambulauitque Enoch in obedientia Dei poſt
generatiõe Matuſalah, trecentos annos, in quibus
genuit filios ac filias: 23 Factaque eſt tota ætas
eius trecenti anni & quinque ac ſexaginta anni.
24 Cúmque ambulaſſet Enoch in obedientia Dei,
defunctus eſt, aſſumpſitque eum ad ſe. 25 Cúm-
que vixiſſet Matuſalah centum annos, & ſep-
tem & octoginta annos, genuit Lamech.
26 Et vixit poſtea ſeptingentos & duos atque
octoginta annos, in quibus genuit filios ac filias.
27 Factaque eſt tota ætas illius, nongenti anni
& nouem ac ſexaginta anni, deinde mortuus eſt.
28 Cúmque vixiſſet Lamech centum & duos
atque octoginta annos, genuit filium, 29 Et voca-
uit eum Nuha, dicens: Iſte conſolabitur nos de ope-
ribus noſtris, & de labore manuum noſtrarum, in
terra cui maledixit Deus.
30 Et vixit poſtea quingentos annos, & quin-
que ac nonaginta annos, in quibus genuit filios
& filias, 31 Factaque eſt tota ætas eius, ſeptin-
genti anni, & ſeptem ac ſeptuaginta anni,
deinde mortuus eſt. 32 Cúmque factus fuiſſet
Nuha filius quingentorum annorum, genuit
Sam, & Ham, & Iafeth.

CAPVT VI.

CVmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper
facie terræ, nataque illis eſſent filiæ: 2 Viderunt
filij illuſtrium filias plebis pulchras, aſſumpſerunt-
que ſibi mulieres ex quibuſcunque elegerunt.
3 Dixitque Deus tunc, non habitabit ſpiritus
meus in his hominibus ſemper, quoniam carna-
les ſunt. Eritque mora quã protraham ipſis, centũ
ac viginti annorum. 4 Erantque ſuper terram gi-
gantes in illis diebus, & poſt illos; quia filij Elo-
him ingreſſi ſunt ad filias Cain, & genuerunt eis
gigantes æternos, gigantes memorabiles.

22 وسلك خنوخ في طاعة الله بعد ايلاده متوشالح ثلثماية سنة
اولد فيها بنين وبنات * 23 فصار جميع عمره ثلثماية سنة
وخمسا وستين سنة * 24 ولما سلك خنوخ في طاعة الله توفي
وقبضه اليه * 25 ولما عاش متوشالح ماية سنة وسبعا وثمانين
سنة اولد لامخ * 26 وعاش بعد ذلك سبعماية واثنين وثمانين
سنة اولد فيها بنين وبنات * 27 فصار جميع عمره تسعماية
سنة وتسعا وستين سنة ثم مات * 28 ولما عاش لامخ ماية
واثنين وثمانين سنة اولد ابنا * 29 وسماه نوحا قايلا هذا
يعزينا من اعمالنا ومن مشقة ايدينا في الارض التي لعنها الله *
30 وعاش بعد ذلك خمس ماية سنة وخمسا وتسعين سنة واولد
فيها بنين وبنات * 31 فصار جميع عمره سبعماية سنة وسبعا
وسبعين سنة ثم مات * 32 ولما صار نوح ابن خمس ماية
سنة اولد ساما وحاما ويافث *

* الفصل السادس *

1 ولما ابتدا الناس ان يكثروا على وجه الارض وولد لهم
بنات * 2 راي بنو الاشراف بنات العامة حسانا فاتخذوا لهم
نساء من جميع من اختاروه * 3 فقال الله عند ذلك لا تحل
روحي على هولاء الناس ابدا لانهم بشريون * ويكون المهل مني
لهم ماية وعشرين سنة * 4 وكان على الارض جبابرة في تلك
الايام ومن بعدها * لان بني الوهيم دخلوا على بنات قاين فولدن
لهم جبابرة دهريين جبابرة مذكورين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Et ambulauit Henoch cum Deo poſtquam genuit Methuſalam, trecentis annis: genuitque filios & filias.
23 Et fuerunt omnes dies Henoch trecenti & ſexaginta quinque anni. 24 Ambulauit autem Henoch cum
Deo, & non apparuit, quia aſſumpſit eum Deus. 25 Vixit autem Methuſalah poſtquam genuit Lamech, ſex-
centis & quinquaginta tribus annis: genuitque filios & filias. 27 Et fuerunt omnes dies Methuſalæ, ſep-
tingenti & viginti anni, & mortuus eſt. 28 Et vixit Lamech quinquaginta tribus annis, & genuit filium.
29 Vocauitque nomen eius Noë, dicens: hic conſolabitur nos ab operibus noſtris, & à labore manuum noſtra-
rum de terra cui maledixit Dominus. 30 Vixit autem Lamech poſtquam genuit Noe ſexcentis annis: ge-
nuitque filios & filias. 31 Et fuerunt omnes dies Lamech, ſexcenti & quinquaginta tres anni, & mortuus
eſt. 32 Erat autem Noe filius quingentorum annorum, cum genuit, Sem, Cham, & Iapheth.

CAPVT VI.

1 FActum eſt autem cum cœpit homo multiplicari ſuper faciem terræ, vt filiæ naſcerentur eis.
2 Et viderunt filii Dei filias hominis quod bonæ eſſent: Et acceperunt ſibi vxores, ex omnibus quas ele-
gerunt. 3 Dixitque Dominus, non diſceptabit ſpiritus meus aduerſus hominem in perpetuum, quia ipſe
caro eſt. Erunt enim dies eius centum & viginti anni. 4 Gigantes autem erant in terra in diebus illis; at-
que etiam poſt hæc, cum ingreſſi ſunt filii Dei, ad filias hominum, genueruntque illis: hi potentes ſunt à ſecu-
lo, viri nominis.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

5 Et vidit Dominus creuiſſe malitiam homi-
nis ſuper terram, & omnem affectum cogi-
tationis cordis eius deteriorem eſſe in dies.
6 Et diſplicuit Domino quòd feciſſet homi-
nem in terra, & doluit in corde ſuo. 7 Et ait
Dominus, Delebo homines quos creaui, à facie
terræ, ab homine vſque ad iumentum, & vſque
ad reptile, & vſque ad volucre cæli: nam diſpli-
cet mihi feciſſe ea. 8 Noe verò nactus eſt gra-
tiam in oculis Domini.
9 Et hæ ſunt generationes Noe: Noe vir
iuſtus ac ſimplex fuit in ſæculis ſuis, & pla-
cuit Noe, Deo, 10 Qui procreauit tres
filios ipſi Noe, Sem, Ham, & Iapheth.
11 Et corrupta eſt terra coram Deo, & impleta
eſt terra iniquitate. 12 Viditque Deus terram
eſſe corruptam, eo quòd corrupiſſet omnis ca-
ro viam ſuam ſuper terram. 13 Et dixit Deus ad
Noe, finis vniuerſæ carnis ingreſſus eſt coram
me, quia repleta eſt terra iniquitate à conſpe-
ctu eorum, ecce ego conſumpturus ſum eos
ſuper terram. 14 Fac tibi arcam de ligno vi-
minis: in manſiunculas compone arcam; &
lini eam extrinſecùs & intrinſecùs bitumine.
15 Et hoc pacto compone eam: Trecento-
rum cubitorum erit longitudo arcæ, & quin-
quaginta cubitorum latitudo eius, & triginta
cubitorum altitudo illius.
16 Et ſpeculas fac arcæ, & cubito perſtringe eã
ſupernè, & oſtiũ arcæ in eius latere facito: man-
ſiunculam infimam & ſecundã, ac tertiam faci-
to eam. 17 Et ego ecce ſum adducturus di-
luuium, *nempe* aquas ſuper terram ad deſtruen-
dam omnem carnem in qua eſt ſpiritus vitalis,
de ſub cælo: & quicquid in terra eſt, abſume-
tur. 18 Et ſtatuam fœdus meum tecum: &
ingredieris arcam tu & filii tui, & vxor tua, &
vxores filiorum tuorum tecum.

VERSIO SAMARITANA.

5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]
17 [illegible] 18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]
17 [illegible] 18 [illegible]

5 Viditque Dominus quòd malitia hominum
iam multiplicata eſſet ſuper terram, & quòd vo-
luntas cogitationis eorum, & peruicacia eorū ma-
la eſſet in omnibus diebus. 6 Et abominatus eſt
Deus creationem filiorum Adæ ſuper terram,
& abominatus eſt quod prouenit ex inobedientia
eorum. 7 Dixitque Dominus, Delebo homi-
nes quos creaui, & perdam eos de ſolo terræ:
ab hominibus, & vſque ad iumenta, & vſque
ad beſtiolas, & volatilia Cæli: quia abominatus
ſum creationem eorum omnium.
8 Inuenitque Nuha apud Deum gratiam, &
benegnitatem. 9 Et iſti ſunt filii Nuha. Erat
Nuha vir innocens, timens Deum in ſæculo ſuo,
placuitque Nuha Deo. 10 Et nati ſunt ei tres
filii, Sam, & Ham, & Iafeth. 11 Et corrupta
eſt terra in conſpectu Dei, & repleta eſt iniquita-
te & flagitio. 12 Cúmque vidiſſet eam Deus
iam corruptam eſſe, eo quòd corrupiſſet omnis car-
neus viam ſuam ſuper eam, 13 Dixit Deus ad
Nuha: Iam appropinquauit finis omnis carnei
in conſpectu meo, cùm impleta ſit terra à conſpe-
ctu eorum iniquitate: & ecce ego perditurus ſum
eos de ipſa. 14 Effice tibi arcam ex ligno buxi,
& fac illā tabulata, & illine eam interiùs & ex-
teriùs pice. 15 Et hæc eſt menſura ſecundùm
quam facies illam. Trecenti cubiti longitudo eius,
quinquaginta cubiti latitudo eius, & triginta cu-
biti craſſities eius. 16 Et fac illi lumina, & ad
cubitū perficies illa à ſummitate: & fac illi oſtium
à latere ipſius: infima, media, & ſuprema fa-
cies in ea. 17 Et ecce ego adducturus ſum di-
luuium aquæ ſuper terram ad perdendam om-
nem carnem in qua eſt ſpiritus vitæ, deſub cælo;
& quicquid eſt in terra morietur. 18 Et confir-
mabo fœdus meum tecum: & ingredere in arcam
tu, & filij tui, & vxor tua, & mulieres filiorum
tuorum tecum.

5 فرأى الرب أن شر الناس قد كثر على الأرض * وأن هوى
فكرهم وحقدهم ردي في جميع الأيام * 6 وكون الله خلقة ولد
آدم على الأرض وكون ما جاء من معصيتهم * 7 فقال الرب
أمحق الناس الذين خلقت وأبيدهم عن جديد الأرض من الناس
وحتى البهائم وحتى الهوام وطير السماء لأني كرهت خلقي كلهم *
8 فظفر نوح من الله برحمة ورأفة * 9 وهؤلاء ولد نوح كان
نوح رجلا برا تقيا في حقبه فارضى نوح الله * 10 فولد له ثلث
بنين سام وحام ويافث * 11 وفسدت الأرض بين يدي الله
وامتلأت إثما وفجورا * 12 ولما رآها الله قد فسدت بأن أفسد
كل بشري طريقه عليها * 13 قال الله لنوح قد دنا أجل كل
بشري بين يدي * إذ امتلأت الأرض من قبلهم ظلما * وها أنا
مهلكهم منها * 14 اصنع لك تابوتا من خشب الشمشار واصنعها
طبقات وقفرها من داخل ومن خارج بالقفر *
15 وهذا مقدار ما تصنعها عليه * ثلثماية ذراع طولها * خمسون
ذراعا عرضها * وثلاثون ذراعا سمكها *
16 واصنع لها ضياء وإلى ذراع تكملها من العلو * وصير لها
بابا من جانبها أسافل وثواني وثوالث تصنعها * 17 وها أنا آت
بطوفان الماء على الأرض لإهلاك كل بشر فيه روح الحياة من
تحت السماء * وكل ما في الأرض يموت *
18 وأثبت عهدي معك * وادخل إلى التابوت أنت وبنوك
وزوجتك ونسوة بنيك معك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Et vidit Dominus quia multiplicata erat malitia hominis in terra: & omnis imaginatio cogitationum
cordis eius tantùm malum omni die. 6 Pœnituitque Dominum quod feciſſet hominem in terra: & do-
luit in corde ſuo. 7 Et dixit Dominus, delebo hominem quem creaui à facie terræ; ab homine vſque ad
pecus, vſque ad reptile, vſque ad volatile cælorum: quia pœnitet me quod fecerim eos. 8 Sed Noe inuenit
gratiam in oculis Domini. 9 Hæ ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus & perfectus erat in generationi-
bus ſuis: cum Deo ambulabat Noe. 10 Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham & Iaphet.
11 Et corrupta eſt terra coram Deo, & repleta eſt terra violentia. 12 Viditque Deus terram, & ecce cor-
rupta erat: quia corruperat omnis caro viam ſuam ſuper terram. 13 Et dixit Deus Noe: finis omnis carnis
venit coram me; quia repleta eſt terra violentia propter eos: Et ecce diſperdo eos cum terra.
14 Fac tibi arcam de lignis Gopher: nidos facies in arca, & bitumine illinies eam intrinſecus & extrinſecus.
15 Sic autem facies eam; trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, & quinquaginta cubitorum latitu-
do eius, & triginta cubitorum altitudo eius.
16 Feneſtram facies arcæ, & ad cubitum conſummabis eam deſuper: portamque arcæ in latere eius pones:
inferiora bicamerata & tricamerata facies. 17 Et ego, ecce ego venire faciam diluuium aquarum ſuper ter-
ram, ad perdendam omnem terram in qua eſt ſpiritus vitæ ſubter cælum: quidquid eſt in terra expirabit.
18 Sed ſtatuam fœdus meum tecum: ingredieriſque in arcam, tu, & filii tui, & vxor tua, & vxores filio-
rum tuorum tecum.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

19 Et ex omni viuente ex vniuerſa carne bina
introduc in arcam, vt ſerues tecum: maſculi
& fœminæ erunt. 20 Ex volatili in ſpe-
ciem ſuam, & ex iumento in ſpeciem ſuam,
& ex omni reptili terræ in ſpecies ſuas: bina
ex omnibus ingredientur tecum, vt viuant.
21 Et tu ſume tibi ex omni cibo comeſti-
bili, & comporta apud te, ſitque tibi &
illis in eſcam. 22 Fecit igitur Noe, quicquid
præcepit ei Deus ita fecit.

CAPVT VII.

1 DIxitque Deus ad Noe, Ingredere tu
& tota domus tua in arcam: te enim
vidi iuſtum eſſe coram me in generatione iſta.
2 Et ex omni iumento mundo, ſume tibi ſep-
tena, maſculos & fœminas: at ex iumento
quod non eſt mundum, bina, maſculos & fæ-
minas. 3 Item ex volatili mundo, ſeptena,
maſculos & fæminas, vt ſerues ſemen ſuper
faciem vniuerſæ terræ. 4 Nam hinc ad ſep-
tem dies demiſſurus ſum pluuiam ſuper terram
quadraginta diebus & quadraginta noctibus,
ſumque deleturus quicquid ſubſiſtit, quod fe-
ci, de ſuperficie terræ. 5 Fecit itaque Noe
quicquid præcepit ei Dominus.
6 Noe verò natus erat ſexcentos annos, quan-
do diluuium accidit, *videlicet* aquæ ſuper ter-
ram. 7 Et ingreſſus eſt Noe & filii eius, &
vxor eius, & vxores filiorum eius cum illo, in
arcam à conſpectu aquarum diluuii.
8 Et ex iumento mundo, & ex iumento im-
mundo, & ex volatili, & ex omni quod reptat
ſuper terram,
9 Bina ingreſſa ſunt cum Noe ad arcam, maſ-
culi & fœminæ, prout mandauerat Deus Noe.
10 Et factum eſt poſt ſeptem dies, & aquæ di-
luuii fuerunt ſuper terram.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

19 *Et ex omni viuente ex vniuerſa carne, bina ex*
omnibus ingredientur in arcam, vt viuant tecum:
maſculus & fœmina erunt. 20 *Ex volatilibus*
in ſpecies ſuas, & ex iumentis in ſpecies ſuas, &
ex reliquis reptilibus terræ in ſpecies ſuas, bina ex
omnibus introduces ad te, vt viuant. 21 *Tu*
quoque ſume tibi ex omni cibo comeſtibili, & col-
lige eum ad te, eritque tibi & ipſis in eſcam. Et
fecit Nuha omne quod præcepit ei Deus.

CAPVT VII.

DIxitque Deus Nuha: ingredere tu, & omnis
familia tua in arcam, quia ego vidi te bonum
coram me in iſta generatione.
2 *Et accipe ex omnibus iumentis mundis ſep-*
tem ſeptem, alterum & parem ſuam: & ex iu-
mentis quæ non ſunt munda, par, maſculum &
fœminam.
3 *Et accipe quoque ex volatilibus cæli ſeptem*
ſeptem, maſculos & fœminas, vt viuat proge-
nies eorum ſuper facie terræ.
4 *Nam ego pluuiam miſſurus ſum poſt ſep-*
tem dies ſuper terram, quadraginta diebus &
quadraginta noctibus, & delebo quicquid extat
ex iis quæ creaui, de ſuperficie terræ. 5 *Fecitque*
Nuha omne quod præcepit ei Deus. 6 *Et erat*
Nuha filius ſexcentorum annorum quando fuit
aqua diluuii ſuper terram. 7 *Ingreſſuſque eſt*
Nuha, & filii eius, & vxor eius, & mulieres
filiorum eius cum ipſis in arcam, à conſpectu aquæ
diluuii: 8 *Et ex iumentis mundis, & ex iumen-*
tis quæ non ſunt munda, & ex volatilibus, &
reliquo reptanti ſuper terram, 9 *Bina bina in-*
greſſa ſunt ad Nuha in arcam, maſculi & fœmi-
næ, iuxta id quod præcepit illi Deus.
10 *Et cùm tranſiſſent ſeptem dies, fuit aqua di-*
luuii ſuper terram.

19 ومن كل حي من جميع البشر ازواجا من الكل يدخل الي
التابوت لتحيا معك ذكرا وانثي يكون * 20 من الطير لاصنافها
ومن البهايم لاصنافها ومن ساير دبيب الارض لاصنافه * ازواجا من
الكل تدخل اليك لتحيا * 21 وانت فخذ لك من كل طعام يوكل
وضمه اليك فيكون لك ولهم ماكلا * وعمل نوح بجميع ما امره الله به *

* الفصل السابع *

1 فقال الله لنوح ادخل انت وجميع اهلك الي التابوت * فاني
رايتك صالحا بين يدي في هذا الجيل * 2 وخذ من جميع
البهايم الطاهرة سبعة سبعة الواحد وزوجه * ومن البهايم التي
ليست طاهرة زوجين ذكرا وانثي * 3 وخذ ايضا من طير السما
سبعة سبعة ذكورا واناثا لتحيا نسلها علي وجه الارض * 4 فانني
ممطر بعد سبعة ايام علي الارض اربعين يوما واربعين ليلة *
وامحوا جميع ما يقوم مما خلقت عن وجه الارض * 5 وعمل نوح
جميع ما امره الله به * 6 وكان نوح ابن ستماية سنة حين كان
ما الطوفان علي الارض * 7 فدخل نوح وبنوه وزوجته ونسوة
بنيه معهم الي التابوت من قبل ما الطوفان * 8 ومن البهايم
الطاهرة ومن البهايم التي ليست بطاهرة ومن الطير وساير الداب
علي الارض *
9 ازواج ازواج دخلت الي نوح الي التابوت ذكور واناث
حسب ما امره الله به * 10 ولما كان بعد سبعة ايام كان ما
الطوفان علي الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 De omni autem viuente, & de omni carne, bina ex omnibus introduces in arcam vt ſint tecum, maſculum
& fœminam. 20 Fietque vt ex volatili ſecundum ſpeciem ſuam, & ex omnibus beſtiis ſecundum ſpeciem
ſuam, & ex omni quod repit ſuper terram ſecundum ſpeciem ſuam, bina ex omnibus venient ad te vt viuifi-
centur. 21 Tu verò accipies ex omni cibo qui comeditur, & colliges apud te, vt ſit tibi & illis in cibum.
22 Fecit autem Noe ſecundum omnia quæ præcepit ei Deus: ita fecit.

CAPVT VII.

1 ET dixit Deus ad Noe; ingredere tu & omnis domus tua in arcam; quia te vidi iuſtum in conſpectu meo
in generatione iſta. 2 Ex omni animali mundo ſumes tibi, ſeptem, ſeptem, maſculum & feminam:
& ex animali immundo, duo, duo, maſculum & fœminam. 3 Et etiam de volatili cælorum mundo, ſeptem,
ſeptem, maſculum & fœminam, ad viuificandum ſemen ſuper faciem omnis terræ.
4 Nam dies adhuc ſeptem, & ego pluere faciam ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta
noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam quam feci de facie terræ. 5 Fecitque Noe ſecundum omnia quæ
præcepit ei Dominus. 6 Noe autem filius erat ſexcentorum annorum, cum diluuium aquarum factum
eſt ſuper terram. 7 Et ingreſſus eſt Noe & filii eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam
propter aquas diluuii. 8 Ex animali mundo, & ex animali quod non erat mundum, & ex volatili, & ex
omni quod repit ſuper terram, 9 Bina venerunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præ-
ceperat Dominus Noe. 10 Et factum eſt poſt ſeptem dies, vt aquæ diluuij eſſent ſuper terram.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

11 Anno ſexcenteſimo ætatis Noe, menſe ſe-
cundo, decima ſeptima menſis, hac eadem die
rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & ca-
taractæ cæli apertæ ſunt.
12 Fuitque pluuia ſuper terram quadraginta
diebus & quadraginta noctibus.
13 Hoc ipſo die ingreſſus eſt Noe, & Sem, &
Ham, & Iapheth filii Noe, & vxor ipſius Noe,
& tres vxores filiorum eius, in arcam.
14 Ipſi cum omni animanti in genus ſuum,
& omni iumento in genus ſuum, omnique
reptili quod reptat ſuper terram, in genera
ſua, & omni volatili in genus ſuum: & omnis
volucris, omneque alatum,
15 Ingreſſa ſunt cum Noe ad arcam bina ex
omni carne, in quibus eſt ſpiritus vitalis.
16 Et quod ingreſſum eſt, mares ac fœminę
ex omni carne ingreſſi ſunt, quemadmodum
præceperat ei Deus. clauſitque Dominus in
faciem eius.
17 Et fuit diluuium quadra-
ginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ
ſunt aquæ, & ſuſtulerunt arcam, & eleuata
eſt à terra.
18 Et inualuerunt aquæ & multiplicatæ ſunt
vehementer ſuper terram, & gradiebatur arca
ſuper faciem aquarum.
19 Et aquæ præualuerunt ſummoperè ſuper
terram: opertique ſunt omnes montes ſubli-
mes qui ſubſunt vniuerſo cælo.
20 Quindecim cubitis altiùs exceſſerunt
aquæ: opertique ſunt montes excelſi.
21 Et abſumpta eſt omnis caro quæ reptat ſu-
per terram, volatile, & iumentum, & bellua,
& omne reptile quod reptat ſuper terram,
omneſque homines.
22 Omnia habentia halitum ſpiritus vitalis in
facie ſua, ex omnibus quæ ſunt in arida, mor-
tua ſunt.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

11 *In anno ſexcenteſimo ætatis Nuha, in menſe ſecundo, in die ſeptimadecima ex ipſo: in illa die conſciſſi ſunt fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt:*
12 *Et permanſit pluuia ſuper terram quadraginta dies, & quadraginta noctes.*
13 *In eſſentia eius diei ingreſſus eſt Nuha, & Sam, & Ham, & Iafeth filii eius, & vxor eius, & tres mulieres filiorum eius cum ipſis in arcam:*
14 *Ipſi & omnia animantia in ſpecies ſuas, & omnia iumenta in ſpecies ſuas, & reliqua reptilia reptantia ſuper terram in ſpecies ſuas, & omnia volatilia in ſpecies ſuas ex omni volatili alato.*
15 *Et ingreſſa ſunt ad Nuha in arcam, bina bina ex omni carneo in quo eſt ſpiritus vitæ,*
16 *Et quæ ingreſſa ſunt, mas & fœmina ex omni carneo ingreſſa ſunt, ſicuti præceperat ei Deus. & texit Deus ſuper illum.*
17 *Cúmque permanſiſſet diluuium quadraginta dies ſuper terram, multiplicata eſt aqua, ſuſtulitque arcam, & eleuata eſt à terra.*
18 *Cúmque multiplicata eſſet aqua valdè, atque magnificata eſſet ſuper terram, inceſſit arca ſuper faciem aquæ.*
19 *Cúmque multiplicata eſſet aqua valdè valdè ſuper terram, cooperti ſunt omnes montes ſublimes qui ſub toto cælo.*
20 *Cúmque eleuata eſſet aqua quindecim cubitis ſuper terram, coopertique eſſent montes,*
21 *Defunctum eſt omne carneum reptans ſuper terram, à volatili ad iumentum, ad belluam, & ad reliquum reptile repens ſuper terram, & omnes homines:*
22 *Omne in cuius naſo eſt halitus vitæ, ex omni eo quod erat in ariditate, mortua ſunt.*

11 فِي سَنَةِ سِتِّمِايَةٍ لِعُمْرِ نُوحٍ فِي ٱلشَّهْرِ ٱلثَّانِي فِي ٱلْيَوْمِ ٱلسَّابِعَةِ عَشَرَ
مِنْهُ * فِي ذَلِكَ ٱلْيَوْمِ تَشَقَّقَتْ عُيُونُ ٱلْغَمْرِ ٱلْعَظِيمِ * وَرَوَازِنُ ٱلسَّمَاءِ
تَفَتَّحَتْ * 12 وَأَقَامَ ٱلْمَطَرُ عَلَى ٱلْأَرْضِ أَرْبَعِينَ يَوْمًا وَأَرْبَعِينَ
لَيْلَةً * 13 فِي ذَاتِ ذَلِكَ ٱلْيَوْمِ دَخَلَ نُوحٌ وَسَامُ وَحَامُ وَيَافِثُ
بَنُوهُ وَزَوْجَتُهُ وَثَلَاثُ نِسْوَةِ بَنِيهِ مَعَهُمْ إِلَى ٱلتَّابُوتِ *
14 هُمْ وَجَمِيعُ ٱلْوُحُوشِ لِأَصْنَافِهَا * وَجَمِيعُ ٱلْبَهَايِمِ لِأَصْنَافِهَا * وَسَايِرُ
ٱلدَّبِيبِ ٱلدَّابِّ عَلَى ٱلْأَرْضِ لِأَصْنَافِهِ * وَجَمِيعُ ٱلطَّيْرِ لِأَصْنَافِهَا مِنْ
كُلِّ طَايِرٍ ذِي جَنَاحٍ * 15 وَدَخَلَتْ إِلَى نُوحٍ إِلَى ٱلتَّابُوتِ
أَزْوَاجًا أَزْوَاجًا مِنْ كُلِّ بَشَرٍ ٱلَّذِي فِيهِ رُوحُ ٱلْحَيَاةِ *
16 وَٱلدَّاخِلُونَ ذَكَرٌ وَأُنْثَى مِنْ كُلِّ بَشَرٍ دَخَلُوا كَمَا أَمَرَ ٱللَّهُ بِهِ *
وَحَجَبَ ٱللَّهُ دُونَهُ * 17 وَلَمَّا أَقَامَ ٱلطُّوفَانُ أَرْبَعِينَ يَوْمًا عَلَى
ٱلْأَرْضِ كَثُرَ ٱلْمَاءُ * فَحَمَلَ ٱلتَّابُوتَ وَٱرْتَفَعَ عَنِ ٱلْأَرْضِ *
18 وَلَمَّا كَثُرَ ٱلْمَاءُ جِدًّا وَعَظُمَ عَلَى ٱلْأَرْضِ سَارَتِ ٱلتَّابُوتُ
عَلَى وَجْهِ ٱلْمَاءِ *
19 وَلَمَّا كَثُرَ ٱلْمَاءُ جِدًّا جِدًّا عَلَى ٱلْأَرْضِ * تَغَطَّى جَمِيعُ
ٱلْجِبَالِ ٱلشَّامِخَةِ ٱلَّتِي تَحْتَ جَمِيعِ ٱلسَّمَاءِ *
20 وَلَمَّا عَلَا ٱلْمَاءُ خَمْسَ عَشَرَةَ ذِرَاعًا عَلَى ٱلْأَرْضِ وَتَغَطَّتِ
ٱلْجِبَالُ * 21 تُوُفِّيَ كُلُّ بَشَرٍ دَابٍّ عَلَى ٱلْأَرْضِ مِنْ طَيْرٍ
إِلَى بَهِيمَةٍ إِلَى وَحْشٍ * وَسَايِرُ ٱلدَّبِيبِ ٱلدَّابِّ عَلَى ٱلْأَرْضِ وَكُلُّ
ٱلنَّاسِ * 22 كُلُّ مَنْ نَسَمَةُ ٱلْحَيَاةِ فِي أَنْفِهِ مِنْ كُلِّ مَنْ فِي
ٱلْجَفَافِ مَاتُوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 In anno ſexcenteſimo vitæ Noe, in menſe ſecundo, decimo ſeptimo die menſis: in die illo rupti ſunt
omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cælorum apertæ ſunt. 12 Factáque eſt pluuia ſuper terram qua-
draginta diebus & quadraginta noctibus. 13 Hoc ipſo die ingreſſus eſt Noe, Sem, Cham, & Iaphet, filii
Noe, & vxor Noe, & tres vxores filiorum eius cum iis in arcam. 14 Ipſi & omnis beſtia ſecundum ſpe-
ciem ſuam, & omne pecus ſecundum ſpeciem ſuam, & omne reptile repens ſuper terram ſecundum ſpe-
ciem ſuam, & omne volatile ſecundum ſpeciem ſuam, omnis auis, & omne alatum.
15 Ingreſſi ſunt autem ad Noe in arcam, duo duo ex omni carne in qua eſt ſpiritus vitæ.
16 Et ingrediebantur maſculus & fœmina: Maſculus & fœmina ex omni carne venerunt, ſicut præcepe-
rat ei Deus: & clauſit Dominus ſuper eum.
17 Fuit autem diluuium quadraginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ; ſuſtuleruntque
arcam, & eleuata eſt ſupra terram.
18 Et inualuerunt aquæ, & multiplicatæ ſunt valde ſuper terram, ferebatur autem arca ſuper faciem terræ.
19 Et aquę inualuerunt valde valde ſuper terram, & operuerunt omnes montes altos qui ſunt ſubter omnes
cælos. 20 Quindecim cubitis deſuper prępualuerunt aquę, & operuerunt montes.
21 Et expirauit omnis caro repens ſuper terram, volatilium, iumentorum, & beſtiarum, & omnium repti-
lium reptantium ſuper terram, & omnis homo,
22 Omne cui inerat flatus ſpiritus vitę in naribus eius, ex omni quod eſt ſuper aridam, mortuum eſt.

23 [Syriac text illegible]
24 [Syriac text illegible]

[illegible]

1 [Syriac text illegible]
2 [Syriac text illegible]
3 [Syriac text illegible]
4 [Syriac text illegible]
5 [Syriac text illegible]
6 [Syriac text illegible]
7 [Syriac text illegible]
8 [Syriac text illegible]
9 [Syriac text illegible]
10 [Syriac text illegible]
11 [Syriac text illegible]

23 Deleuitque quicquid ſubſiſtebat ſuper faciem terræ: ab hominibus vſque ad iumentum, & vſque ad volucre cæli, deleta ſunt de terra, remanſitque Noe & qui cum eo erant in arca. 24 Et inualuerunt aquæ ſuper terram centum quinquaginta diebus.

CAPVT VIII.

1 ET recordatus eſt Deus Noe, & omnis animantis, omniſque iumenti ac omnis volucris quòd cum eo erat in arca, & tranſire fecit Deus ventum ſuper terram, & ſedatæ ſunt aquæ: 2 Et occluſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli, & cohibita eſt pluuia de cælo. 3 Et retraxerunt ſe aquæ de terra euntes ac redeuntes: & defecerunt aquæ poſt centum quinquaginta dies. 4 Quieuitque arca menſe ſeptimo, ſeptima decima eiuſdem menſis, ſuper montes Armeniæ. 5 Et aquæ ibant decreſcentes vſque ad menſem decimum: prima *die* menſis decimi apparuerunt cacumina montium. 6 Factumque eſt poſt quadraginta dies vt aperiret Noe feneſtram arcæ quam fecerat, 7 Mitteretque coruum qui quidem egreſſus eſt, neque reuerſus donec ſiccarentur aquæ de ſuperficie terræ.
8 Emiſit quoque columbam à ſe vt videret an imminutæ eſſent aquæ de ſuperficie terræ.
9 At non inueniens ſibi columba conſiſtentiam plantæ pedis ſui, reuerſa eſt ad eum in arcam, quoniam aquæ erant ſuper faciem vniuerſæ terræ: extenditque manum ſuam, & apprehenſam intulit eam apud ſe in arcam.
10 Expectauit quoque ſeptem diebus aliis, & reuerſus emiſit columbam ex arca. 11 Venitque ad eum columba tempore veſpertino, frondem oliuæ ore ſuo tenens. cognouit ergo Noe quòd imminutæ eſſent aquæ de ſuperficie terræ.

VERSIO SAMARITANA.

23 [Samaritan text illegible]
24 [Samaritan text illegible]

[Samaritan chapter mark]

1 [Samaritan text illegible]
2 [Samaritan text illegible]
3 [Samaritan text illegible]
4 [Samaritan text illegible]
5 [Samaritan text illegible]
6 [Samaritan text illegible]
7 [Samaritan text illegible]
8 [Samaritan text illegible]
9 [Samaritan text illegible]
10 [Samaritan text illegible]
11 [Samaritan text illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

23 [Samaritan text illegible]

[Samaritan chapter mark]

1 [Samaritan text illegible]
2 [Samaritan text illegible]
3 [Samaritan text illegible]
4 [Samaritan text illegible]
5 [Samaritan text illegible]
6 [Samaritan text illegible]
7 [Samaritan text illegible]
8 [Samaritan text illegible]
9 [Samaritan text illegible]
10 [Samaritan text illegible]
11 [Samaritan text illegible]

23 *Et deleuit aqua omnes homines qui erant ſu-*
per faciem terræ, ab homine vſque ad iumentum,
ad reptile, ad volatile cæli: & deleta ſunt de terra.
Et remanſit Nuha, & quæ cum eo tantùm in arca.
24 *Cúmque elata fuiſſet aqua, cooperuit terram*
centum & quinquaginta diebus.

CAPVT VIII.

1 *ET reſpexit Deus ad Nuha, & ad omnia ani-*
mantia & iumenta, quæ cum eo erant in arca:
Induxitque Deus ventum ſuper terram, quo ſe-
dauit aquam: 2 *Et obturati ſunt fontes abyſſi,*
& cataractæ cæli: & retenta eſt pluuia de cælo.
3 *Reuerſaque eſt aqua de terra: quò magis ibat,*
recedebat & imminuta eſt aqua poſt centum: &
quinquaginta dies. 4 *Et quieuit arca in menſe ſep-*
timo, in die ſeptima decima ex ipſo, ſuper montes
Carda. 5 *Et aqua quò plus ibat, imminue-*
batur, vſque ad menſem decimum: & die ex eo
elapſa, apparuerunt capita montium.
6 *Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, ape-*
ruit Nuha feneſtram arcæ quam fecerat:
7 *Dimiſitque coruum, & exibat atque reuer-*
tebatur donec exſiccata eſt aqua de terra.
8 *Deinde dimiſit columbam à ſe, vt videret an*
exſiccata eſſet aqua ex ſuperficie terræ:
9 *Et non inuenit quieſcendi locum pedi ſuo, re-*
uerſaque eſt ad eum in arcam, cùm adhuc aqua
eſſet ſuper vniuerſam faciem terræ. Extenditque
manum ſuam, & accepit eam, & introduxit eam
ad ſe in arcam.
10 *Expectauitque etiam ſeptem dies, & rurſus*
emiſit eam ex arca.
11 *Venit autem ad eum columba tempore ve-*
ſpertino, & ecce habebat folium oliuæ excer-
ptum in ore ſuo: & cognouit Nuha aquam iam
exſiccatam eſſe de terra.

23 ومحا الماء كل الناس الذين على وجه الارض من انسان
الي بهيمة الي دبيب الي طير السماء * وانمحوا من الارض * وبقي نوح
ومن معه فقط في التابوت * 24 ولما علا الماء غطي الارض
ماية وخمسين يوما * * الفصل الثامن *
1 وراعي الله نوحا وجميع الوحش والبهايم التي معه في التابوت *
واجاز الله ريحا على الارض سكن بها الماء *
2 وانسدت عيون الغمر وروازن السماء * واحتبس المطر من
السماء * 3 وتراجع الماء عن الارض كلما مر رجع * ونقص
الماء بعد ماية وخمسين يوما * 4 واستقر التابوت في الشهر
السابع في اليوم السابع عشر منه على جبال قردا * 5 وكان
الماء كلما مر نقص الي الشهر العاشر * وفي يوم خلا منه ظهرت
روس الجبال * 6 ولما كان بعد اربعين يوما فتح نوح كوة
التابوت الذي صنعه * 7 فاطلق الغراب فجعل يخرج
ويرجع الي ان يبس الماء من الارض *
8 ثم اطلق الحمامة من عنده لينظر هل جف الماء عن وجه
الارض * 9 فلم تجد مستقرا لرجلها * فرجعت اليه الي
التابوت اذ كان الماء على جميع وجه الارض * فمد يده فاخذها
وادخلها اليه الي التابوت *
10 وصبر ايضا سبعة ايام وعاود اطلاقها من التابوت *
11 فجاءت اليه الحمامة وقت عشاء * واذا ورقة زيتون مقطوعة
في فيها * فعلم نوح ان الماء قد جف عن الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Deleuitque omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper faciem terræ, ab homine vſque ad iumenta, vſque ad re-
ptilia, vſque ad volatilia cælorum: Et deleta ſunt de terra, relictuſque eſt tantùm Noe, & quod erat cum eo in
arca. 24 Inualuerunt autem aquæ ſuper terram, centum quinquaginta diebus.

CAPVT VIII.

1 ET recordatus eſt Deus Noe, & omnium beſtiarum, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca,
transiréque fecit Deus ſpiritum ſuper terram: Et ſubſiderunt aquæ. 2 Clauſique ſunt fontes abyſſi, &
cataractæ cælorum; cohibitáque eſt pluuia de cælo. 3 Et retroceſſerunt aquæ à terra: Iuerunt, & redierunt, &
defecerunt aquæ poſt finem centum & quinquaginta dierum. 4 Requieuit autem arca menſe ſeptimo, deci-
mo ſeptimo die menſis, ſuper montes Ararat: 5 Et aquæ fuerunt, iuerunt, & defecerunt vſque ad menſem
decimum: in decimo, in prima menſis apparuerunt capita montium. 6 Et factum eſt in fine quadragin-
ta dierum, vt aperiret Noe feneſtram arcæ quam fecerat, 7 Et emitteret coruum: egrediendo autem
egreſſus eſt, & reuerſus donec areſcerent aquæ ſuper terram: 8 Emiſit quoque columbam à ſe, ad
videndum an leuatæ eſſent aquæ à facie terræ. 9 Et non inuenit columba requiem plantæ pedis ſui, re-
diitque ad eum in arcam: quia aquæ erant ſuper faciem omnis terræ: miſit autem manum ſuam, & accepit
eam, & induxit eam ad ſe in arcam. 10 Et expectauit adhuc ſeptem dies alios: iterumque emiſit colum-
bam ex arca: 11 Et venit ad eum columba tempore veſpertino: Et ecce folium oliuæ decerptum in ore eius:
tum cognouit Noe, quod imminutæ eſſent aquæ de ſuper terram:

[illegible]

12 At expectauit etiam ſeptem dies alios, emiſitque columbam, nec adiecit ampliùs columba reuerti ad eum.
13 Factumque eſt anno ſexcenteſimo primo, prima menſis primi, vt areſcerent aquę de terra: & remouens Noe tectum arcæ vidit, & ecce exſiccata fuerat ſuperficies terrę.
14 Et menſe ſecundo, vigeſima ſeptima eiuſdem menſis arefacta eſt terra. 15 Locutus eſt autem Deus cum Noe, & dixit ei:
16 Egredere ex arca tu & filii tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum:
17 Et cuncta animantia quę tecum ſunt, ex omni carne: & volatile, atque iumentum, omneque reptile quod reptat ſuper terram, educ tecum: gignantque ſuper terram, & fœtos producant, atque augeſcant in terra.
18 Itaque egreſſus eſt Noe, & filii eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo:
19 Et omne animal, omneque iumentum, & cuncta volatilia, quicquid ſerpit ſuper terram in ſpecies ſuas, egreſſa ſunt ex arca.
20 Edificauitque Noe altare Domino, & aſſumens ex omni animali mundo, & ex omni volucri mũdo, extulit holocauſtum ſuper altare.
21 Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuffitus, odorem placabilitatis, & ait Dominus in corde ſuo, Non addam vlteriùs maledicere terræ propter hominem, quoniam appetitus cordis humani prauus eſt ab eius pueritia: & non adiiciam ampliùs percutere omne viuum ſicut feci. 22 Et imposterum cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, dies & nox non ceſſabunt.

CAPVT IX.

1 ET benedixit Deus Noe & filiis eius, dixitque ad eos, fructum ferte, & multiplicamini, & replete terram.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

11 *Expectauitque etiam alios ſeptem dies, tum*
emiſit eam & non eſt amplius reuerſa ad eum
vnquam. 13 *Et cùm eſſet annus ſexcenteſi-*
mus primus, in prima die ex primo menſe, eua-
nuit aqua ex terra. abſtulitque Nuha opercu-
lum arcæ, & reſpexit, & ecce iam facies terræ ex-
ſiccata erat. 14 *Et in ſecundo menſe, in die vi-*
geſimo ſeptimo ex eo, exſiccata eſt terra.
15 *Collocutuſque eſt Deus cum Nuha, dicens:*
16 *Egredere de arca tu, & mulier tua, & filii*
tui, & mulieres filiorum tuorum tecum.
17 *Et omnia animalia quæ tecum ſunt ex omni*
carne, & ex volatilibus, & iumentis, & omni
reptili gradiente ſuper terram, educ tecum, vt pro-
lificent in terra, & fructificent, & multiplicen-
tur ſuper eam. 18 *Itaque egreſſus eſt Nuha,*
& filii eius, & coniux ipſius, & coniuges filio-
rum eius cum eo.
19 *Et egreſſa ſunt ex arca omnia animalia, &*
volatilia, & omnia reptilia repentia ſuper terram,
vt eſſent ex illis ſpecies in terra.
20 *Ædificauitque Nuha altare Deo: & accepit*
aliquot animalia munda, & aliquot volatilia
munda, obtulitque omnia in oblationes ſuper al-
tare: acceptauitque Deus ſacrificium placabile.
21 *Dixitque Deus Prophetæ ſuo, non iterabo*
maledictionem terræ amplius, cauſa hominis:
quia mens cordis hominis, peſſima eſt ab eius
pueritia: nec ampliùs interſiciam omne viuens
ſicuti feci.
22 *Et ſemper, tota ætate terræ, erit ſemen &*
meſſis, & frigus & calor, & æſtas & autum-
nus: & dies & nox non ceſſabunt.

CAPVT IX.

1 *Benedixitque Deus Nuha, & filiis eius, &*
dixit eis: Multiplicamini, & fructificate,
& implete terram.

12 وصبر ايضا سبعة ايام اخر ثم اطلقها ولم تعاود الي الرجوع
اليه البتة * 13 ولما كان في سنة احدي وستماية في اليوم الاول
من الشهر الاول نضب الماء عن الارض * فرفع نوح غطاء
التابوت ونظر فاذا وجه الارض قد جف * 14 وفي الشهر الثاني
في اليوم السابع والعشرين منه جفت الارض * 15 وخاطب الله
نوحا قايلا * 16 اخرج من التابوت انت وزوجتك وبنوك ونسوة
بنيك معك * 17 وجميع الوحوش التي معك من كل بشري ومن
الطير والبهايم وساير الدبيب الساعي علي الارض اخرج معك
ليتوالدوا في الارض ويثمروا ويكثروا عليها * 18 فخرج نوح وبنوه
وزوجته ونسوة بنيه معه * 19 وخرج من التابوت جميع
الوحش والطير وساير الدبيب الداب علي الارض ليكون منها
اجناس في الارض * 20 وبني نوح مذبحا لله واخذ من بعض
البهايم الطاهرة وبعض الطير الطاهر فاصعد الجميع صعايد
علي المذبح فقبل الله القربان المرضي * 21 وقال الله لنبيه لا اعيد
لعن الارض ايضا بسبب الانسان * علي ان خاطر قلب الانسان
ردي من صغره ولا اعيد قتل كل حي كما صنعت * 22 وابدا
طول عمر الارض يكون الزرع والحصاد والقر والحمي والقيظ
والخريف والنهار والليل لا تعطل *

* الفصل التاسع *

1 وبارك الله في نوح وفي بنيه * وقال لهم اكثروا واثمروا واعمروا
الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Expectauitque adhuc ſeptem dies alios, & emiſit columbam, quæ non addidit redire ad eum amplius.
13 Factum eſt autem vno & ſexcenteſimo anno, in primo, in vna menſis, vt exſiccatæ eſſent aquæ ſuper
terram, & remoueret Noe tectum arcæ: Conſpexitque, & ecce exſiccatæ erant facies terræ:
14 Menſe autem ſecundo, viceſimo ſeptimo die menſis ſiccata erat terra. 15 Et dixit Dominus ad Noe
dicens: 16 Egredere de arca, tu, & vxor tua, & filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum.
17 Omnes autem beſtias quæ ſunt tecum, ex omni carne volatilium, & iumentorum, & omnium re ptilium repentium ſuper terram, educ tecum vt fœtificent in terra, & fructificent, & multiplicentur ſuper ter-
ram. 18 Et egreſſus eſt Noe, & filii eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum ipſo.
19 Omnes quoque beſtiæ, & omnia volatilia, & omnia reptilia repentia ſuper terram ſecundum familias
ſuas, egreſſa ſunt ex arca. 20 Et ædificauit Noe altare Domino, accepitque ex omni animali mundo, &
ex omni volatili mundo, & obtulit holocauſtum ſuper altare: 21 Et odoratus eſt Dominus odorem ſuaui-
tatis. Dixitque Dominus in corde ſuo: non addam vltra maledicere terræ propter hominem, quoniam cogitatio cordis hominis mala eſt ab adoleſcentia ſua: neque addam vltra percutere omne viuens ſicut feci.
22 Vſque ad omnes dies terræ, ſementis & meſſis; frigus & calor; æſtas & hyems; dies illorum & nox non
deficient.

CAPVT IX.

1 Benedixit autem Deus Noe, & filiis eius: dixitque eis: fructificate, & multiplicamini, & replete terram.

[illegible]

2 Et pauor veſter ac tremor veſter ſit ſuper om-
nē beſtiā deſerti, & ſuper omnem volucrē cæli,
& ſuper omne quod producit terra: etiā omnes
piſces maris in manus veſtras tradūtur: 3 Et om-
ne reptile viuēs vobis ſit in cibū: quaſi virētem
herbā dedi vobis omnia. 4 Tantumodo car-
nem, cuius ſanguis eſt in animā ipſius, ne come-
deritis. 5 Et verò ſanguinem veſtrū, animarū
veſtrarum vindicabo: de manu cunctorū ani-
mantium vindicabo eum: de manu hominis,
& de manu viri ac fratris eius vindicabo ani-
mam hominis. 6 Quicunque effuderit ſan-
guinem hominis in homine, ſanguis eius effun-
detur: quoniam ad imaginem Dei factus eſt ho-
mo. 7 Vos autem fructum edite, & multi-
plicamini, & procreate in terra, & creſcite in
ea. 8 Dixit quoque Deus ad Noe & ad filios
eius cum eo, 9 Ego ecce ſtatuo pactum meum
vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: 10 Et
cum omni anima viuente quæ vobiſcum eſt, &
cum volucri, & cum iumento, & cum omni
animanti terræ quod vobiſcum eſt ex omnibus
quæ egreſſa ſunt ex arca, cumque omni beſtia
terræ. 11 Et ſtatuam fœdus meum vobiſcum,
& non abſumetur omnis caro amplius aquis
diluuii, nec erit amplius diluuium ad deſtruen-
dam terram. 12 Dixit quoque Deus ad Noe,
Hoc eſt ſignum fœderis quod ego do inter me
& vos, & inter omnem animam viuentem quæ
vobiſcum eſt in generationes ſæculi. 13 Arcum
meum poſui in nubibus, & erit ſignum fœde-
ris inter me & terram. 14 Eritque quum aſcen-
dere faciam nubes ſuper terrā, tum conſpicie-
tur arcus in nubibus, 15 Et recordabor pacti
mei quod eſt inter me & vos, & inter omnem
animam viuentem quæ vobiſcum eſt, & inter
vniuerſam carnem: & non erunt amplius aquę
diluuii ad corrumpendam omnem carnem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

² *Et timor veſter, & terror veſter erũt ſuper omne*
animal terræ: & omne volatile cæli, & omne quod
repit ſuper terram, & piſces maris in manus ve-
ſtras ſunt traditi. ³ *Et omne reptile mun-*
dum, viuum, erit vobis eſca, & velut olus herbæ de-
di vobis omnia. ⁴ *At verò carnem ne come-*
das cum ipſius ſanguine, quoniam ipſe eius anima
eſt. ⁵ *Sanguines autem veſtros ab animabus*
veſtris requiram (per interdictum) & ab omni be-
ſtia requiram eos, & de manu hominis.
⁶ *Quicunque occiderit fratrem ſuum, ipſum*
requiram ab illius anima: ita vt effundens ſan-
guinem humanum in homine, ſanguis eius effun-
datur: quoniam ad imaginem Angelorum fecit
eum dominantem. ⁷ *Voſque fructificate, & au-*
geſcite: procedite in terram, & multiplicamini in
ea. ⁸ *Item dixit Deus ad Noha & filios eius cum*
eo, ſermonem. ⁹ *Et ecce ego firmaturus ſum pa-*
ctum meum vobiſcum, & cum progenie veſtra poſt
vos, ¹⁰ *Et cum omni anima viuente quæ eſt*
vobiſcum ex volatilibus, & iumentis, & anima-
li terræ, quod eſt vobiſcum, omni quod egreſſum
eſt de Arca ex omni animali terræ. ¹¹ *Et firmabo*
pactum meum vobiſcum, & non deficiet amplius
omne carneum aquâ diluuii: & non erit vn-
quam diluuium vt deperdat terram. ¹² *Dixitque*
Deus: Hoc eſt ſignum fœderis quod ego poſiturus
ſum inter me & inter vos, & inter omnem ani-
mam viuentem vobiſcum, in generationes ſæculi.
¹³ *Videlicet arcus meus quem conſtitui in nubi-*
bus: fietque ſignum pacti inter me, & inter habita-
tores terræ. ¹⁴ *Fietque, quum adduxero nubes*
ſuper terram, vt appareat arcus in nubibus:
¹⁵ *Et recorder pacti mei, quod eſt inter me & in-*
ter uos, & inter omnem animam viuentem cuiuſ-
libet carnei: & aqua non fiet amplius diluuium,
vt perdat omnem hominem:

2 وخوفكم وذعركم يكونان على جميع وحش الارض *
وجميع طير السماء * وكل ما يدب على الارض * وسمك البحر في
ايديكم مسلمة * 3 وكل دبيب طاهر حي يكون لكم ماكلا *
وكخضر العشب اعطيتكم الكل * 4 واما اللحم فلا تاكلة
بدمه فانه نفسه * 5 واما دماؤكم من انفسكم فاطلبها بالمنع *
ومن كل وحش اطلبها ومن يد الانسان * 6 اي انسان قتل اخاه
طلبته بنفسه * ان يكون سافك دم الانسان بانسان دمه يسفك *
لانه بصورة الملائكة صنعه مسلطا * 7 وانتم فاثمروا واكثروا
انموا في الارض واكثروا فيها * 9 ثم قال الله لنوح ولبنيه
معه قولا * 9 وها انا مثبت عهدي معكم ومع نسلكم
بعدكم * 10 ومع كل نفس حية التي معكم من الطير
والبهائم وحيوان الارض الذي معكم * كلما خرج من التابوت
من جميع حيوان الارض * 11 واثبت عهدي معكم ولا
ينقطع كل بشري ايضا من ماء الطوفان * ولا يكون ابدا طوفان
ليهلك الارض * 12 وقال الله هذه علامة العهد الذي
انا جاعله بيني وبينكم وبين كل نفس حية معكم لاجيال
الدهر * 13 وهي قوسي التي جعلتها في الغمام * فتصير علامة
عهد بيني وبين اهل الارض * 14 ويكون اذا غيمت غيما
على الارض ظهرت القوس في الغمام * 15 وذكرت عهدي
الذي بيني وبينكم وبين كل نفس حية لكل بشري * ولا تصير
الماء ايضا طوفانا ليهلك كل بشر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

Et timor veſter, & pauor veſter erunt ſuper omnem beſtiam terræ, & ſuper omnia volatilia cœli; in
omne quod reptat humi, & in omnes piſces maris: in manibus veſtris tradidi illa:
³ Omne reptile quod viuit, erit vobis in cibum: ſicut olus herbeum tradidi vobis omnia: tantùm carnem cum
anima eius quæ eſt ſanguis eius non comedetis. ⁵ Sanguinem enim veſtrum pro animabus veſtris requiram:
de manu omnis viuentis requiram eum: de manu hominis, de manu viri & fratris eius requiram animam ho-
minis. ⁶ Qui effuderit ſanguinem hominis, pro homine, ſanguis eius effundetur: quia in imagine Dei fecit
hominem. ⁷ Vos igitur fructificate, & multiplicamini, & producite in terra, & multiplicamini in ea.
⁸ Dixit autem Dominus Noe, & filiis eius cum eo, dicens: ⁹ Et ego ecce ſtatuo fœdus meum vobiſcum,
& cum ſemine veſtro poſt vos: ¹⁰ Et cum omni anima viuente quæ eſt vobiſcum, cum volatili, & cum
iumentis, & cum omnibus beſtiis terræ vobiſcum: ab omnibus egredientibus ex arca ad omnes beſtias terræ:
¹¹ Et ſtatuam fœdus meum vobiſcum, vt non excidatur vltra omnis caro ab aquis diluuii, neque ſit vltra di-
luuium ad diſperdendam terram. ¹² Dixit quoque eis, hoc eſt ſignum fœderis quod ego dedi inter me &
inter vos, & inter omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum in generationes ſeculi:
¹³ Arcum meum poſui in nube, vt ſit in ſignum fœderis inter me & inter terram.
¹⁴ Fiet autem cum obnubilauero nubem ſuper terram, vt appareat arcus in nube:
¹⁵ Tum recordabor fœderis mei quod eſt inter me & inter vos, & inter omnem animam viuentem quæ eſt
vobiſcum in omni carne: & non erit vltra aqua in diluuium ad perdendam omnem carnem.

[illegible]

16 Eritque arcus in nubibus, & videbo eum in
memoriã fœderis perpetui inter Deum & in-
ter omnem animam viuentem cuiuſuis carnis
quæ eſt ſuper terram. 17 Dixitque Deus ad
Noe, Hoc eſt ſignum fœderis quod ſtatui inter
me & inter omnem carnem quæ eſt ſuper ter-
ram. 18 Erant autem filii Noe qui egreſſi ſunt
ex arca, Sem, & Ham, & Iapheth. Ham ipſe eſt
pater Chanaan. 19 Tres iſti, filii ſunt Noe, &
ab his diſſeminati ſunt in vniuerſam terram.
20 Cœpit autem Noe culturam terræ, planta-
uitque vineam, 21 Et bibit ex vino illius, &
inebriatus eſt, atque detectus intra tabernacu-
lum ſuum. 22 Et videns Ham pater Canaan
nuditatem patris ſui, indicauit duobus fratri-
bus ſuis. 23 Et acceperunt Sem & Iapheth pal-
lium, & poſuerunt ſuper humeros amborum,
& incedentes retrorſum, operuerunt nudita-
tem patris ſui: facieſque eorum erant auerſæ, &
nuditatem patris ſui non viderunt. 24 Euigi-
lans autem Noe ex vino ſuo, nouit quicquid
fecerat ei filius ſuus minor. 25 Et ait, Maledictus
Chanaan, ſeruus ſeruorum ſit fratribus ſuis.
26 Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem,
ſitque Chanaan ſeruus illis. 27 Dilatet Deus
Iapheth, & habitet in tentorio Sem: ſitque
Chanaan ſeruus illis. 28 Vixit autem Noe poſt
diluuium, trecentis quinquaginta annis.
29 Fueruntque omnes dies Noe, nongenti
quinquaginta anni, & mortuus eſt.

CAPVT X.

1 ET iſtæ ſunt generationes filiorum Noe,
Sem, & Ham, & Iapheth: natique ſunt
eis filii poſt diluuium. 2 Filii Iapheth, Gomor,
& Magog, & Medai, & Iauan, & Tubil, & Mo-
ſoch, & Thiras. 3 Et filii Gomor, Aſchenez,
& Diphar, & Thogorma.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

16 *Et erit arcus in nubibus, eumque manifeſtabo*
in memoriam pro ſecuritate ſæculi à Deo omni
animæ viuenti quæ eſt in omni carneo ſuper ter-
ram. 17 *Tum dixit Deus ad Noha: hoc eſt*
ſignum pacti quod conſtitui inter me, & inter
omnem carnem ſuper terram. 18 *Et fuerunt filii*
Noha, qui egreſſi ſunt ex arca, Sam & Ham &
Iafet. Ham vero cognominabatur pater Cha-
naan. 19 *Hi tres ſunt filii Noha & ab ipſis diuiſi*
ſunt homines in terram. 20 *Cùmque cœpiſſet*
Noha culturam terræ, plantauit vineam:
21 *Et bibit ex vino, & inebriatus eſt, & nu-*
datus eſt in tabernaculo ſuo.
22 *Et vidit Ham pater Chanaan turpitudi-*
nem patris ſui, & detulit duobus fratribus ſuis
exiſtentibus in platea. 23 *Sumpſeruntque*
Sam & Iaphet veſtem, impoſueruntque eam
humeris ſuis, abieruntque retrocedentes, & coope-
ruerũt turpitudinem patris ſui, faciebus amborum
auerſis: & turpitudinem patris ſui non viderunt.
24 *Cùm autem reſipuiſſet Noha ex ebrietate ſua,*
cognouit quod fecerat ſibi filius ſuus minor.
25 *Dixitque, Maledictus pater Chanaan, ſeruus*
ſubditus erit ambobus fratribus ſuis. 26 *Deinde*
dixit, Benedictus Deus, Deus Sam, & erit
pater Chanaan ſeruus eius. 27 *Benefaciet Deus*
Iaphet, & habitabit in tabernaculis Sam: & erit
pater Chanaan ſeruus eius. 28 *Deinde vixit No-*
ha poſt diluuium, trecentos annos & quinquagin-
ta annos: factaque eſt tota ætas eius, nongenti an-
ni, & quinquaginta anni: deinde mortuus eſt.

CAPVT X.

Et hi ſunt filii filiorum Nuha, Sam, & Ham,
& Iapheth: ſuntque filii qui nati ſunt illis poſt
diluuium. 2 *Filii Iapheth, Turchæ, & Iagog,*
& Mahat, & Græci, & Sin, & Choraſan, &
Phares. 3 *Et filii Gomer, Slauones, &*
Francia, & Iargian.

16 ويكون القوس في الغمام اظهرها ذكرا لامان الدهر من الله لكل
نفس حية في كل بشرى على الارض * 17 ثم قال الله لنوح هذه
علامة العهد التي اقمت بيني وبين كل بشر على الارض *
18 وكانوا بنو نوح الخارجون من التابوت ساما وحاما ويافث وكان
حام يكنى ابا كنعان * 19 هولاء الثلاثة بنو نوح ومنهم تفرق
الناس في الارض * 20 واذ ابتدأ نوح بفلاحة الارض غرس كرما *
21 وشرب من الخمر وسكر وتكشف في خبائه * 22 ورأى حام ابو
كنعان سوءة ابيه واخبر اخويه وهما في السوق * 23 فاخذ سام
ويافث ثوبا وجعلاه على منكبيهما ومضيا مستدبرين فغطيا سوءة
ابيهما * ووجوههما مستدبرة وسوءة ابيهما لم يرياها * 24 ولما افاق
نوح من سكره علم ما صنع به ابنه الصغير * 25 وقال ملعون
ابو كنعان عبدا مستعبدا يكون لاخويه * 26 ثم قال تبارك الله
اله سام * ويكون ابو كنعان عبدا له * 27 يحسن الله الى يافث
ويسكن اخبية سام * ويكون ابو كنعان عبدا له * 28 ثم عاش
نوح بعد الطوفان ثلثمائة سنة وخمسين سنة * فصار جميع عمره
تسع مائة سنة وخمسين سنة ثم مات *

* الفصل العاشر *

1 وهولاء اولاد بني نوح سام وحام ويافث * وهم بنون ولدوا لهم
بعد الطوفان * 2 بنو يافث الترك * وياجوج * وماهات * واليونانية *
والصين * وخراسان * وفارس * 2 وبنو جومر الصقالبة وفرنجة
والبرجان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Sed erit arcus in nube, & videbo illum ad recordandum fœderis perpetui inter Deum & omnem animam
viuentem, cum omni carne quæ eſt ſuper terram: 17 Dixitque Deus ad Noe: hoc eſt ſignum fœderis,
quod ſtatui inter me, & inter omnem carnem quæ eſt ſuper terram.
18 Et egreſſi ſunt filii Noe ex arca, Sem, Cham & Iaphet: Cham autem fuit pater Chanaan.
19 Tres iſti ſunt filii Noe: ab iſtis diſſeminata eſt vniuerſa terra: 20 Et cœpit Noe eſſe vir terræ: Plantauit-
que vineam, 21 Et bibit de vino, & inebriatus eſt, & denudauit ſe in medio tabernaculi ſui:
22 Vidit autem Cham pater Chanaan pudenda patris ſui, nuntiauitque duobus fratribus ſuis foris:
23 Et acceperunt Sem & Iaphet veſtimentum, & poſuerunt ſuper humerum ambo ipſi: & inceſſerunt re-
trorſum, operueruntque pudenda patris ſui: facies autem eorum erant retrorſum, vt pudenda patris ſui non
viderent. 24 Et expergefactus Noe à vino ſuo, cognouit quod fecerat illi filius eius minor:
25 Tum dixit maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis: 26 Et dixit: Benedictus Domi-
nus Deus Sem: ſitque Chanaan ſeruus illis: 27 Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem: ſitque
Chanaan ſeruus illis. 28 Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis. 29 Fueruntque
omnes dies Noe, nongenti & quinquaginta anni, & mortuus eſt.

CAPVT X.

Hæ ſunt generationes filiorũ Noe, Sem, Cham & Iaphet: nati ſunt autem eis filii poſt diluuium.
2 Filii Iaphet: Gomer & Magog, Madai & Iauan, Thubal & Moſech & Thiras: 3 Et filii Gomer:
Askenas, Riphad & Thogarma.

4–22 [Syriac text of Genesis 10:4–22: illegible]

4 Et filij Iauan, Eliſa, & Tharſis, & Chetim,
& Dodanim. 5 Et ab his diuiſi ſunt in inſulas
populi per terras ſuas, vnuſquiſque ſecundùm
linguam ſuam, iuxta familias ſuas in nationibus
ſuis. 6 Filij verò Ham, Chus, & Meſraim, &
Phut, & Canaan. 7 Et filij Chus, Saba, &
Heuila, & Sabta, & Raama, & Sabethcha. &
filii Raama, Saba, & Daran.
8 Porrò Chus genuit Nemrod. ipſe cœpit
eſſe gigas in terra:
9 Ipſe fuit gigas bellator coram Domino.
propterea dicitur: Sicut Nemrod gigas bella-
tor coram Domino. 10 Et fuit principium
regni eius Babel, & Arach, & Achar, & Chelia
in terra Senaar. 11 Ex ea terra egreſſus eſt Aſ-
ſyrius, & ædificauit Niniue, & Rahboth ciui-
tatem *, & Chalah,
12 Et Raſan quæ eſt inter Niniue, & inter
Chalah: ipſa eſt ciuitas magna.
13 Et Meſraim genuit Ludim, & Iaabim, &
Lahabim, & Iaphtuhim, 14 Et Phatruſim,
& Chaſluhim, vnde egreſſi ſunt Philiſthæi &
Cappadoces. 15 Chanaan verò genuit Sai-
don primogenitum ſuum, & Hethæos, 16 Et
Iebouſæos, & Amorrhæos, & Gergeſæos,
17 Et Heuæos, & Semaræos, & Aracæos, &
Sinæos, & Aradæos, 18 Et Hamathæos. Et
poſtea diſſeminatæ ſunt familiæ Chananæo-
rum. 19 Fuit autem terminus Chananæorum
à Sidon quæ eſt ad ingreſſum in Gedar, vſque
ad Aza quæ eſt in aditu ad Sodomam & Go-
morrham, & Adamam, & Seboim, vſque ad
Laſaa. 20 Iſti ſunt filii Ham in familias ſuas
& idiomata ſua, in regionibus & nationibus
ſuis. 21 Et Sem generauit ipſe quoque pa-
ter omnium filiorum Heber, frater Iapheth
maior. 22 Filii *ergo* Sem, ſunt Ilam, &
Aſur, & Arphachſar, & Lud, & Aram.

VERSIO SAMARITANA.

4–22 [Samaritan text: illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4–22 [Samaritan text: illegible]

4 Et filij Iauan Almaſiſa, & Tarſus, & Cyprus, & Adhata. 5 Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regiones ſuas, qualibet ſecta cum loquela ſua & familiis ac nominibus ſuis.

6 Et filij Ham Ætiopia, & Ægyptus, & Taſia, & Chanaan. 7 Et filii Æthiopiæ, Saba, & Zeuila, & Zogaua, & Alfacu, & Aldams; & filii Raama, Sindæ, & Indiæ.

8 Et Cus genuit Namrud, ipſe cœpit eſſe gigas in terra. 9 Et ipſe erat gigas terribilis coram Deo; & propterea dicitur: veluti Namrud gigas in terra, terribilis coram Deo.

10 Et fuit primum regnum eius Babel & Albars, & Accadh, & Chalna in regione Sainur. 11 Et ex ea terra prodiit Aſſur, ædificauitque Niniue, & Vrbem Rahabat, & Obollam, 12 Et Vrbes quæ ſunt inter Niniue & inter Obollam, ipſa eſt vrbs maxima.

13 Et Meſra genuit Tenniſæos, & Alexandrinos, & Bahanſæos, & Caramanæos,

14 Et Aliamanæos, & Saydæos è quibus exierunt Philiſthæi, & Damiatæos.

15 Et Chanaan genuit Saidun primogenitum ſuum, & Hith, 16 Et Iebuſæos, & Amorrhæos, & Gergeſæos, 17 Et Heuæos, & Aracæos, & Tripolitanos, & Arudæos,

18 Et Hemeſſæos, & Hamathæos. Et poſtea diuiſæ ſunt familiæ Chananæorum.

19 Erantque termini Chananæorum à Saida quouſque venias ad Chalus, & ad Gazam: & donec venias ad Sadum, & Amura, & Adama, & Sabuym, ad Laſaa.

20 Hi ſunt filii Ham in familias & idiomata eorum, in regionibus ſuis, in gentes ſuas.

21 Nati ſunt etiam filii Samo, qui eſt pater omnium filiorum Aber, & frater Iaphet maior natu. 22 Filii ergo Sam, Choraſtan, & Almauſel, & Arfachſad, & Lydia, & Armenia.

٤ وبنو ياوان المصيصة وطرسوس وقبرس وادنة * ٥ من هولاء
تفرقت جزاير الامم في بلدانهم كل فريق بلغاتهم وعشايرهم
واسمايهم * ٦ وبنو حام الحبشة ومصر ونقة وكنعان *
٧ وبنو الحبشة سبا وزويلة وزغاوة والفاقو والدمس * وبنو رعما
السند والهند * ٨ وكوش اولد نمرود هو ابتدا ان يكون
جبارا في الارض * ٩ وهو كان جبارا مخيفا بين يدي الله * ولذلك
يقال كنمرود جبارا في الارض مخيفا بين يدي الله * ١٠ وكان
اول ملكه بابل والبرس واكاد وحلني في بلد الشنور * ١١ ومن
تلك الارض خرج اشور فبني نينوي وقرية الرحبة والابلة *
١٢ والمداين بين نينوي وبين الابلة هي القرية العظيمة *
١٣ ومصر اولد التنيسيين والاسكندرانيين والبهنسيين والقرميين *
١٤ والميين والصعيديين الذين خرج منهم الفلسطينيون
والدمياطيين * ١٥ وكنعان اولد صيدون بكره وحيث *
١٦ واليبوسيين والاموريين والجرجسيين * ١٧ والحويين والعرقيين
والطرابلسيين والارواديين * ١٨ والحمصيين والحمايين * وبعد ذلك
تفرقت عشاير الكنعانيين * ١٩ وكان تخم الكنعانيين من صيدا
الي ان تجي الي حلوص والي غزة * والي ان تجي الي سدوم وعمورا
وادما وصبوييم الي لاشع * ٢٠ هولاء بنو حام لعشايرهم ولغاتهم
في بلدانهم لامههم * ٢١ وولد لسام ايضا بنون وهو ابو جميع
بني عابر واخو يافث الاكبر * ٢٢ بنو سام خورستان
والموصل وارفخشد ولود وارمن *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Filij verò Iauan, Elim & Tharſis, Cethim & Rhodanim. 5 Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ gentium in terris
eorum, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias in gentibus ſuis. 6 Et filij Cham, Chus &
Miſraim, Phut & Chanaan. 7 Et filii Chus, Saba & Hauilah, Sabatha, & Regma, & Sabatacha: filij Reg-
ma, Saba & Dadan. 8 Chus quoque genuit Nimrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra. 9 Ipſe fuit po-
tens venator in conſpectu Domini: Ideo dictum eſt, ſicut Nimrod potens venator in conſpectu Domini:
10 Principium verò regni eius fuit Babel, & Arach, & Achad, & Chalen in terra Sennaar:
11 E terra iſta egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & Rehoboth ciuitatem, & Chalah:
12 Et Reſen inter Niniuen & Chalah: ipſa eſt ciuitas magna. 13 Miſraim autem genuit Lehadim, & Ne-
hamim, & Lehabim & Nephatim: 14 Et Patraſim, & Chaſlaim, de quibus egreſſi ſunt Philiſtim, &
Caphtorim. 15 Chanaan verò genuit Sidon primogenitum ſuum, & Hethæum.
16 Et Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum. 17 Et Heuæum, & Arucæum, & Sinæum:
18 Et Arudæum, & Samaræum, & Hamathæum: & poſtea, diſperſa eſt familia Chananæorum:
19 Fuit quoque terminus Chananæorum, à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnum, fluuium Euphratem,
& vſque ad mare Acharon: 20 Iſti ſunt filij Cham ſecundum familias ſuas, ſecundum linguas ſuas, in
terris ſuis, ſecundum gentes ſuas.
21 Et Semo natum eſt etiam: ipſe pater fuit omnium filiorum Heber, frater Iapheti maior:
22 Filij Sem, Elam, & Aſſur, & Arphacſad, & Lud, & Aram.

[illegible]

23 Porrò filii Aram, Vs,& Hul, & Gether, &
Maſ. 24 Verùm Arphachſar genuit Saleh,&
Saleh genuit Eber. 25 Ebero autem nati ſunt
duo filii, & nomen vnius Phaleg, quoniam in
diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratris
eius Iectan. 26 Et Iectan genuit Elmodad,&
Saleph, & Haſarmoth,& Iareh, 27 Et Hado-
ram,& Vzel,& Decla, 28 Et Obal,& Abimel,
& Saba, 29 Et Ophir,& Heuila,& Iobab. Om-
nes iſti ſunt filii Iectan. 30 Et erat habitatio
eorum à Manſa quæ eſt in ingreſſu ad Sepha-
roim montem in oriente *ſitum*. 31 Iſti ſunt
filii Sem in familias ſuas, & linguas ſuas, in re-
giones & populos ſuos. 32 Hæ ſunt familiæ
filiorum Noe in generationes ſuas, nationes
& populos ſuos. Et ab his diuiſi ſunt populi in
terra poſt diluuium.

CAPVT XI.

D*iuiſio Linguarum.* 1 Erat au-
tem vniuerſa terra linguæ vnius & lo-
quelæ eiuſdem. 2 Et accidit vt quum diſceſ-
ſiſſent ab oriente, inueniſſent planitiem in ter-
ra Senaar,& habitaſſent ibi. 3 Dixitque alter
ad ſocium ſuum, Venite componamus lateres,
& comburamus eos igni. Et erat illis later pro
lapide,& calx erat eis pro linimento. 4 Et di-
xerunt, Venite extruamus nobis ciuitatem &
turrim, cuius culmen ad cælum *pertingat*: Et
faciamus nobis nomen, ne fortè diſpergamur
ſuper faciem vniuerſæ terræ. 5 Deſcendit au-
tem Dominus vt videret ciuitatem & turrim
quam ædificabant homines. 6 Dixitque Do-
minus, En populus vnus eſt, & lingua omni-
bus eadem, & talia meditati ſunt facere, &
nunc haud deſiſtent ab omnibus quæ propo-
ſuerunt ſibi facienda. 7 Venite deſcendamus
& diuidamus ibi linguas eorum, vt ne audiat
vnuſquiſque linguam ſocii ſui.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[23] *Et filii Aram, Alghuta, & Hula, & Gia-*
rameca, & Maſc. [24] *Et Arphachſad genuit*
Saleh. & Saleh genuit Aber. [25] *Et nati ſunt*
Aber duo filii: nomen vnius ex eis Phalegh, quia in
diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratris eius
Cahtan. [26] *Et Cahtan genuit Elmodad, &*
Saleph, & Haſramot, & Iareh, [27] *Et Hadhu-*
ram, & Vzal, & Decla, [28] *Et Vbal, & Abi-*
mail, & Saba. [29] *Et Oſir, & Heuila, & Io-*
bab; Omnes hi, filii Cahtan. [30] *Eratque habita-*
tio eorum à Mecca vſquedum venias Medinam
ad montem orientalem. [31] *Hi ſunt filii Sam in*
familias ſuas, & idiomata ſua, in regionibus ſuis,
& gentibus ſuis. [32] *Hæ ſunt familiæ filiorum*
Nuha in generationes & gentes ſuas. Et ab ipſis
diuiſæ ſunt gentes in regiones poſt diluuium.

CAPVT XI.

ET erant omnes terricolæ poſſidentes linguam
vnam, eratque ſermo vnus. [2] *Cúmque pro-*
fecti eſſent ab Oriente, inuenerunt campum in re-
gione Sainur, commoratique ſunt ibi, [3] *Et di-*
xerunt alteri eorum ad alteros: Venite conſtipe-
mus lateres, & coquamus eos coctione: erantque
illis lateres inſtar lapidum, & pix erat eis pro luto.
[4] *Et dixerunt: Venite vt ædificemus nobis ciui-*
tatem & turrim cuius ſummitas pertingat cælum:
& faciamus nobis nomen, ne diſperdatur ſuper
faciem terræ. [5] *Deſcenderuntque Angeli ad*
videndam ciuitatem & turrim quam ædificaue-
rant filii Adæ. [6] *Et dixit Deus, Ecce ipſi ſunt*
populus vnus, & idioma vnum omnibus ipſis, &
hoc eſt quod propoſuere ſibi faciendum: & nunc
non effugiet eos omne quod intenderunt facere.
[7] *At ego diſponam negotium quo diſpergam*
idiomata eorum, vt non audiat qualibet ſecta idio-
ma amici ſui.

23 وبنو آرام الغوطة والحولة والجرامقة وماش * 24 وارفخشذ
أولد شالح * وشالح أولد عابر * 25 وولد لعابر ابنان * اسم أحدهما فالغ
لأنه في أيامه انقسمت الأرض * واسم أخيه قحطان * 26 وقحطان
أولد المضاض والشلف وحضرموت ويارح * 27 وهذورام واوزال
ودقلا * 28 واوبال وابيمايل وشبا * 29 واوفير وحويلا ويوباب *
كل هولاء بنو قحطان * 30 وكان مسكنهم من مكة الى أن تجي
المدينة الى الجبل الشرقي * 31 هولاء بنو سام لعشايرهم ولغاتهم
في بلدانهم وأممهم * 32 هولاء عشاير بني نوح لتوالدهم وأممهم *
ومنهم تفرقت الأمم في البلد بعد الطوفان *

* الفصل الحادي عشر *

1 وكان جميع أهل الأرض أهل لغة واحدة وكان الكلام واحدا *
2 وكان لما رحلوا من المشرق وجدوا بقعا في بلد الشنور * فأقاموا
ثم * 3 وقال بعضهم لبعض تعالوا نلبن لبنا ونطبخه طبخا *
فكان لهم اللبن كالحجارة والقفر كان لهم بدل الطين *
4 وقالوا تعالوا لنبني لنا قرية ومجدلا رأسه يداني السماء * ونصنع
لنا اسما كيلا نتبدد على وجه الأرض *
5 فانحدر ملايكة لنظر القرية والمجدل الذي بناه بنو آدم *
6 وقال الله هوذا هم شعب واحد ولغة واحدة لجميعهم * وهذا ما
احتاروا أن يفعلوه * والآن لا يفوتهم جميع ما هموا به ليصنعوه *
لكني أورد أمرا أشتت به لغاتهم * حتى لا يسمع كل فريق لغة
صاحبه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[23] Filii autem Aram; Hus, & Hoel, Geter & Maſa. [24] Arphaxad verò genuit Selah, & Selah genuit He-
ber: [25] Et Hebro geniti ſunt duo filii, nomen vnius Peleg: quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & nomen fra-
tris eius Iectan. [26] Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Haſarmoth, & Ierah, [27] Et Aduram,
& Aezel, & Dacla, [28] Et Ebal, & Abimael, & Seba, [29] Et Apher, & Hauilah, & Iobab: omnes iſti fue-
runt filii Iectan. [30] Fuit autem habitatio eorum à Meſa donec venias Sepharam montem Orientis.
[31] Hi ſunt filii Sem ſecundùm familias ſuas, ſecundùm linguas ſuas in terris ſuis, ſecundùm gentes ſuas:
[32] Iſtæ ſunt familiæ filiorum Noe ſecundùm generationes ſuas in gentibus ſuis. Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ
gentium in terra poſt diluuium.

CAPVT XI.

ET erat omnis terra vnius labii, & verborum vnorum. [2] Factumque eſt cùm proficiſcerentur ex Orien-
te, vt inuenirent vallem in terra Sennaar, & conſederunt ibi: [3] Dixerunt quoque vir ad proximũ ſuum:
agite, faciamus lateres, & comburamus eos combuſtione: fuitque later pro lapide, & bitumen erat illis in lu-
tum. [4] Poſtea dixerunt: agite, ædificemus nobis ciuitatem & turrim, caputque eius ſit in cœlo: & faciamus
nobis nomen, ne diſpergamur ſuper faciem omnis terræ. [5] Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuita-
tem & turrim quam ædificauerant filii Adam. & dixit Dominus: Ecce populus vnus eſt, labiumque vnum
omnibus, & hoc incipiunt facere: nunc autem non cohibebitur ab eis quidquid moliuntur facere:
[7] Venite, deſcendamus, & confundamus ibi labia eorum, vt non audiat vir labium proximi ſui.

8 Igitur diſſipauit eos Dominus ſuper faciem
vniuerſæ terræ: & deſtiterunt ab ædificanda ci-
uitate. 9 Propterea vocauit nomen eius, Ba-
bel: quoniam ibi confudit Dominus linguas
vniuerſæ terræ. Et exinde diſperſit eos Domi-
nus ſuper faciem totius terræ. 10 Hæ ſunt ge-
nerationes Sem: Sem natus centum annos ge-
nuit Arphachſar, duobus annis poſt diluuium.
11 Et vixit Sem poſtquam genuit Arphachſar,
quingentis annis, genuitque filios ac filias.
12 Porrò Arphachſar vixit triginta quinque
annis, & genuit Saleh. 13 Et vixit Arphach-
ſar poſtquam genuit Saleh, quadringentis tri-
bus annis: genuitque filios ac filias. 14 Et vixit
Saleh triginta annis, genuitque Heber. 15 Et
vixit Saleh poſtquam genuit Heber, quadrin-
gentis tribus annis: genuitque filios ac filias.
16 Et vixit Heber triginta quatuor annis, ge-
nuitque Phaleg. 17 Et vixit Heber poſtquam
genuit Phaleg, quadringentis triginta annis:
genuitque filios ac filias. 18 Vixit autem Pha-
leg triginta annis, & genuit Aru. 19 Vixitque
Phaleg poſtquam genuit Aru, ducentis nouem
annis: & genuit filios ac filias. 20 Vixit autem
Aru triginta duobus annis, genuitque Sarug.
21 Et vixit Aru poſtquam genuit Sarug, du-
centis ſeptem annis: & genuit filios ac filias.
22 Et vixit Sarug triginta annis, genuitque Na-
hor. 23 Vixit autem Sarug poſtquam genuit
Nahor, ducentis annis: & genuit filios ac filias.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 Et diſperdidit eos Deus inde ſuper faciem vni-
uerſæ terræ, & deſtiterunt ab ædificio vrbis.
9 Et propterea vocata fuit Babel, quia in ea
confudit Deus idioma terricolarum: & inde di-
ſperſit eos Deus ſuper vniuerſam faciem eius.
10 Hæc eſt narratio filiorum Sam. Quando fuit
Sam filius centum annorum genuit Arfachſad
duobus annis poſt diluuium. 11 Et vixit poſtea
quingentos annos, quibus genuit filios & filias.
12 Cúmque vixiſſet Arfachſad quinque ac tri-
ginta annos, genuit Saleh. 13 Et vixit poſtea
quadringentos annos & tres annos, in quibus ge-
nuit filios & filias. 14 Cúmque vixiſſet Sa-
leh triginta annos, genuit Aber.
15 Et vixit poſtea quadringentos annos & tres
annos, in quibus genuit filios ac filias.
16 Cúmque vixiſſet Aber quatuor ac triginta
annos, genuit Falegh. 17 Et vixit poſtea qua-
dringentos ac triginta annos, in quibus genuit
filios & filias. 18 Et cùm vixiſſet Falegh tri-
ginta annos, genuit Raù. 19 Et vixit poſtea
ducentos annos & nouem annos, in quibus ge-
nuit filios ac filias.
20 Cúmque vixiſſet Raù duos ac triginta an-
nos, genuit Sarugh. 21 Vixitque poſtea du-
centos annos & ſeptem annos, in quibus genuit
filios ac filias. 22 Cúmque vixiſſet Sarugh
triginta annos, genuit Nahor.
23 Vixitque ducentos annos, in quibus genuit
filios ac filias.

8 وبددهم الله من ثم على وجه جميع الارض * وانتهوا عن بناء
القرية * 9 ولذلك انسميت بابل * لان بها بلبل الله لغة اهل
الارض * ومن ثم بددهم الله على جميع وجهها * 10 هذا شرح
اولاد سام * لما كان سام ابن مائة سنة اولد ارفخشاد لسنتين بعد
الطوفان * 11 وعاش بعد ذلك خمس مائة سنة * اولد فيها
بنين وبنات * 12 ولما عاش ارفخشاد خمسا وثلاثين سنة اولد
شالح * 13 وعاش بعد ذلك اربعمائة سنة وثلاث سنين * اولد
فيها بنين وبنات * 14 ولما عاش شالح ثلاثين سنة اولد عابر *
15 وعاش بعد ذلك اربعمائة سنة وثلاث سنين * اولد فيها بنين
وبنات * 16 ولما عاش عابر اربعا وثلثين سنة اولد فالغ *
17 وعاش بعد ذلك اربعمائة وثلاثين سنة * اولد فيها بنين وبنات *
18 ولما عاش فالغ ثلثين سنة اولد رعو * 19 وعاش بعد ذلك
مائتي سنة وتسع سنين * اولد فيها بنين وبنات * 20 ولما عاش
رعو اثنين وثلاثين سنة اولد سروغ * 21 وعاش بعد ذلك مائتي
سنة وسبع سنين * اولد فيها بنين وبنات *
22 ولما عاش سروغ ثلثين سنة اولد ناحور *
23 وعاش مائتي سنة * اولد فيها بنين وبنات *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et diſperſit Dominus eos inde ſuper faciem omnis terræ, ceſſaruntque ædificare vrbem & turrim:
9 Propterea vocauit nomen eius Babel: quia ibi Dominus confuderat labium omnis terræ, & inde diſper-
ſerat eos Dominus ſuper faciem omnis terræ.
10 Iſtæ autem ſunt generationes Sem: Sem filius centum annorum genuit Arphaxad, duobus annis
poſt diluuium.
11 Vixit autem Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis, genuitque filios & filias. & fuerunt
omnes dies Sem, ſexcenti anni, & mortuus eſt. 12 Et Arphaxad vixit centum & triginta quin-
que annis, & genuit Sela. 13 Vixit autem Arphaxad poſtquam genuit Sela trecentis & tribus an-
nis, genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Arphaxad, quadringenti & triginta octo anni, & mor-
tuus eſt. 14 Et vixit Sela centum & triginta annis, & genuit Heber.
15 Vixit autem Sela poſtquam genuit Hebrum, trecentis & tribus annis, genuitque filios & filias. Et fue-
runt omnes dies Sela, quadringenti & triginta tres anni, & mortuus eſt.
16 Et vixit Heber, centum & triginta quatuor annis, & genuit Phaleg.
17 Vixit autem Heber poſtquam genuit Phaleg, ducentis ſeptuaginta annis, genuitque filios & filias. Et fue-
runt omnes dies Hebri, quadringenti & quatuor anni, & mortuus eſt.
18 Et vixit Phaleg, centum triginta annis, & genuit Ragau.
19 Vixit autem Phaleg poſtquam genuit Ragau, centum & nouem annis, genuitque filios & filias. Et fue-
runt omnes dies Phaleg, ducenti & triginta nouem anni, & mortuus eſt.
20 Et vixit Ragau, centum & triginta duobus annis, & genuit Sarug.
21 Vixit autem Ragau poſtquam genuit Sarug, centum & ſeptem annis, genuitque filios & filias. Et
fuerunt omnes dies Ragau, ducenti & triginta nouem anni, & mortuus eſt.
22 Et vixit Sarug, centum triginta annis, & genuit Nachor.
23 Vixit autem Sarug poſtquam genuit Nachor, centum annis, genuitque filios & filias. & fuerunt om-
nes dies Sarug, ducenti & triginta anni, & mortuus eſt.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

24 Et vixit Nahor viginti nouem annis, ge-
nuitque Tareh. 25 Vixit autem Nahor poſt-
quam genuit Tareh, centum nouemdecim an-
nis: genuitque filios ac filias. 26 Et vixit Ta-
reh ſeptuaginta quinque annis, genuitque
Abram, & Nahor, & Haran. 27 Et hæ ſunt
generationes Tareh: Tareh genuit Abram, &
Nahor, & Haran: Haran autem genuit Lot.
28 Et mortuus eſt Haran viuente Tareh patre
ſuo, in terra in qua natus fuerat, in Vr Chal-
dæorum. 29 Et duxerunt ſibi Abram, & Nahor
vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen
vxoris Nahor, Melcha filia Haran patris Mel-
cha & patris Eſca. 30 Erat autem Sarai ſte-
rilis, nec erant ei liberi. 31 Et duxit Tareh
Abram filium ſuum, & Lot filium Haran, &
Sarai ſocrum ſuam, coniugem Abram filii ſui:
& egreſſus eſt cum eis de Vr Chaldæorum, ad
eundum in terram Chanaan: & venerunt ad
Hharan, & commorati ſunt ibi. 32 Fueruntque
dies Tareh, ducenti quinque anni, & mortuus
eſt in Hharan.

CAPVT XII.

Dixit autem Dominus ad Abram, Abi de
terra tua, & de loco vbi natus es, & de
domo patris tui, in terram quam oſtendam ti-
bi. 2 Faciamque te in gentem magnam, &
benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum,
ſisque benedictus. 3 Et benedicam benedi-
centibus tibi, & maledicentibus tibi maledi-
cam, & benedicentur in te omnes familiæ ter-
ræ, & in ſemine tuo. 4 Fecitque Abram
quemadmodum dixit ei Dominus: & abiit
cum eo Lot. Abram autem natus erat ſep-
tuaginta quinque annos quando egreſſus eſt
ex Hharan.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

24 *Cúmque vixiſſet Nahor nouem ac viginti annos, genuit Tareh.*
25 *Vixitque poſtea centum annos, & nouemdecim annos, in quibus genuit filios ac filias.*
26 *Vixitque Tareh ſeptuaginta annos, & genuit Abram, & Nahor, & Haran.*
27 *Et hæc eſt narratio filiorum Tareh. Tareh genuit Abram, & Nahor, & Haran: Haran autem genuit Lot.*
28 *Et mortuus eſt Haran in conſpectu patris ſui Tareh, in patria natiuitatis ſuæ, in camino Chaſdæorum.*
29 *Sumpſeruntque Abram, & Nahor ſibi duas vxores; nomen vxoris Abram, Sarai; & nomen vxoris Nahor, Melcha, filia Haran patris Melcha, & patris Jeſcha.*
30 *Et erat Sarai ſterilis, non habens filium.*
31 *Et accepit Tareh Abram filium ſuum, & Lot filium Haran, filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abram filii ſui: Exieruntque cum ipſis aliquot homines ex camino Chaſdæorum, vt irent in regionem Chanaan, veneruntque in Harran, & manſerunt ibi:*
32 *Eratque ætas Tareh ducentorum annorum, & quinque annorum, & mortuus eſt Tareh in Harran.*

CAPVT XII.

TVm dixit Deus ad Abram: Proficiſcere de terra tua, & loco educationis tuæ, & domo Patris tui, ad regionem quam monſtrabo tibi.
2 *Efficiamque ex te gentem copioſam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictio.*
3 *Et benedicam benedicentes tibi, & iniuria afficientem te maledicam, & benedicentur per te omnes familiæ terræ.*
4 *Itaque profectus eſt Abram, vti locutus eſt ei Deus, abiitque cum eo Lot; eratque Abram filius ſeptuaginta quinque annorum cùm egreſſus eſt de Harran.*

24 ولما عاش ناحور تسعا وعشرين سنة اولد تارح * 25 وعاش
بعد ذلك مائة سنة وتسع عشرة سنة اولد فيها بنين وبنات *
26 وعاش تارح سبعين سنة واولد ابرام وناحور وهاران *
27 وهذا شرح اولاد تارح * تارح اولد ابرام وناحور وهاران *
وهاران اولد لوطا *
28 ومات هاران بحضرة ابيه تارح * في بلد مولده في اتون
الكسدانيين * 29 واتخذ ابرام وناحور لهما امراتين * اسم زوجة
ابرام ساراي * واسم زوجة ناحور ملكا ابنة هاران * ابي ملكا * وابي
يسكا * 30 وكانت ساراي عاقرا ليس لها ولد * 31 واخذ تارح
ابرام ابنه ولوط ابن هاران ابن ابنه وساراي كنته زوجة ابرام ابنه *
وخرج معهم قوم من اتون الكسدانيين ليمضوا الي بلد كنعان *
فجاؤا الي حران فاقاموا ثم * 32 وكان عمر تارح مائتي سنة
وخمس سنين * ومات تارح بحران *

* الفصل الثاني عشر *

1 اذ قال الله لابرام انطلق من ارضك * ومنشيك * وبيت ابيك *
الي البلد الذي اريك * 2 اصنع منك امة كبيرة * وابارك
فيك * واعظم اسمك * وتكن بركة *
3 وابارك مباركيك * وشاتمك العن * ويتبرك بك جميع عشائر
الارض *
4 وانطلق ابرام كما قال له الله * ومضي معه لوط * وكان ابرام
ابن خمس وسبعين سنة حين خرج من حران *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Et vixit Nachor ſeptuaginta nouem annis, & genuit Thare.
25 Vixit autem Nachor poſtquam genuit Thare, ſexaginta nouem annis: genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Nachor, centum & quadraginta octo anni, & mortuus eſt.
26 Et vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, Nachor, & Haran:
27 Iſtæ ſunt generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Haran. Haran autem genuit Loth:
28 Mortuuſque eſt Haran ſuper faciem Tharæ patris ſui, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum:
29 Et acceperunt ſibi Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai; & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Haran, patris Melca & patris Iſca:
30 Erat autem Sarai ſterilis, neque erat ei filius.
31 Sumpſit autem Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Haran filium filii ſui; Sarai quoque & Melca nurus ſuas, vxores Abram & Nachor filiorum ſuorũ: eduxitque eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: & venerunt vſque Haran, & habitauerunt ibi.
32 Et fuerunt dies Thare, centum quadraginta quinque anni: poſtea mortuus eſt Thare in Haran.

CAPVT XII.

ET dixit Dominus ad Abram, egredere, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, in terram quam oſtendam tibi:
2 Et faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictio:
3 Benedicam quoque benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam; benedicentur etiam in te omnes familiæ terræ:
4 Et profectus eſt Abram ſicut locutus erat ei Dominus, iuitque cum eo Lot. Abram autem natus erat ſeptuaginta quinque annos cum egrederetur ex Haran.

[illegible]

5 Tulitque Abram Sarai vxorem ſuam, &
Lot filium fratris ſui, omnemque poſſeſſionem
eorum quam poſſederant, & animas quas fe-
cerant in Hharan: & egreſſi ſunt vt irent in ter-
ram Chanaan, & venerunt ad terram Cha-
naan. 6 Et penetrauit Abram terram vſque
ad locũ Sechim, & vſque ad quercum Mamre:
Chananæi autẽ adhuc degebant in terra. 7 Et
apparuit Dñs Abramo, dixitque ei: Semini tuo
dabo terrã hãc. & ædificauit ibi altare Dño qui
apparuerat ei. 8 Et digreſſus eſt inde ad montẽ
quendam ſitum in orientali plaga Bethel: fixit-
que tentoriũ ſuũ, *vt haberet* Bethel ab occidẽ-
te, & Aai ab oriente: & extruxit ibi aram Dño,
inuocauitque nomen Dñi. 9 Rurſus diſcedens
Abram abiit & progreſſus eſt ad Meridiem.
10 Contigit autem fames in terra, deſcendit-
que Abram in Ægyptum, vt habitaret illic,
nam præualuerat fames admodum in terra.
11 Factũque eſt vt quum mox ingreſſurus eſſet
in Ægyptum, diceret ad Sarai coniugem ſuam,
En ſcio te mulierem eſſe pulchram aſpectu:
12 Quumque te viderint Ægyptii, dicturos
eſſe, vxor eius eſt hæc: & interficiẽt me, teque
ſeruabũt. 13 Dic, ſoror eius ſũ, vt benefiat mihi
propter te, viuatq; anima mea gratia tui. 14 Ita-
que factũ eſt vt ingreſſo Abrã in Ægyptũ, vidiſ-
ſent Ægyptii vxorẽ eius pulchrã eſſe vehemẽ-
ter. 15 Viderũt eã quoque principes Pharaonis,
& cõmendarũt eã apud Pharaonẽ, ductaq; fuit
mulier in domũ Pharaonis. 16 Abrã verò bene-
factũ eſt propter illã, fueruntque ei oues & bo-
ues, & aſini, & ſerui, & ancillæ, & aſinæ, & ca-
meli. 17 Percuſſit autẽ Dñs Pharaonẽ plagis ma-
ximis, ipſum ac domeſticos eius propter Sarai
vxorem Abram. 18 Aduocauit igitur Pharaon
Abrã, & dixit ei, Quid eſt hoc quod feciſti no-
bis? quare nõ indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet?

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Et accepit Abram Sarai coniugem ſuam, &*
Lot filium fratris ſui, & omnia ſua bona quæ ac-
quiſierant, animaſque quas fecerant in Harran:
& exierunt vt irent in regionem Chanaan, & ve-
nerunt in regionem Chanaan. 6 *Et perluſtra-*
uit Abram regionem illam vſque ad locum Na-
bolos & vſque ad quercus Mamre. & Chananæi
erant tunc in regione illa. 7 *Deinde apparuit ei An-*
gelus Dei, dixitque illi, Progeniei tuæ dabo iſtam re-
gionem. Et ædificauit ibi altare Deo, qui fecit An-
gelum ſuum apparere ei. 8 *Deinde profectus*
eſt inde ad montem à parte orientali domus Ail, ex-
tenditque tentorium ſuum: Domus Ail erat ei ab
occidente & Alay ab Oriente, & ædificauit ibi
altare Deo, vocauitque eum nomine ipſius.
9 *Deinde profectus eſt Abram: quo magis pro-*
grediebatur, pergebat ad meridiem. 10 *Præterea*
fuit fames in illa regione: deſcenditque Abram in
Ægyptum, vt habitaret ibi, eò quòd inualuiſſet
fames in regione. 11 *Cúmque mox ingreſſurus*
eſſet Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: Ego noui te
eſſe mulierem pulchram aſpectu.
12 *Et timea ne ſi viderint te Ægyptii, & dixe-*
rint, hæc eſt vxor eius, occidant me, & ſeruent te.
13 *Dic te eſſe ſororem meam, vt benefiat mihi cau-*
ſa tui, cùm vixerit anima mea propter te.
14 *Et cùm ingreſſus eſſet Abram Ægyptum,*
viderunt Ægyptii quòd mulier eſſet pulchra nimis.
15 *Videruntque eam principes Pharaon, & ce-*
lebrarunt eam apud ipſum. Rapta fuit ergo mu-
lier ad domum ipſius,
16 *Et benè actum fuit Abramo propter illam.*
Factæque ſunt ei oues, & boues, & aſini, & ſerui,
& ancillæ, & aſinæ, & Cameli.
17 *Afflixitque Deus Pharaonem afflictionibus*
magnis, & familiam eius, propter ſarai vxorem
illius. 18 *Vocauitque Pharaon Abram, &*
dixit ei, Quid feciſti mihi.

5 فأخذ ابرام ساراي زوجته ولوطا ابن اخيه وجميع اموالهم
التي تمولوا والنفوس التي اصطنعوا في حران * وخرجوا ليمضوا
الي بلد كنعان * وجاوا الي بلد كنعان *
6 فطاف ابرام البلد الي موضع نابلس * والي بلوط ممري *
والكنعانيون حينيذ في البلد * 7 ثم تجلي له ملاك الله وقال
له لنسلك اعطي هذا البلد * وبني هناك مذبحا لله الذي جعل
ملاكه متجليا اليه * 8 ثم انتقل من ثم الي الجبل من شرقي
بيت ايل ومد خباه * بيت ايل من الغرب له والعي من الشرق *
وبني ثم مذبحا لله ودعاه باسمه * 9 ثم رحل ابرام كلما مر
رحل الي القبلة * 10 ثم كان جوع في البلد فانحدر ابرام الي
مصر ليسكن ثم * اذا اشتد الجوع في البلد *
11 فلما قرب من دخول مصر قال لساراي زوجته انا اعلم انك
امراة جميلة المنظر * 12 واخاف ان راك المصريون وقالوا
هذه زوجته قتلوني واستبقوك * قولي انك اختي حتي يحسن الي
بسببك * بان تحيا نفسي من اجلك * 14 ولما دخل ابرام مصر
راي المصريون ان المراة حسنة جدا * 15 وراها روساء
فرعون ونعتوها عنده * فاخذت المراة الي منزله *
16 واحسن الي ابرام بسببها فصار له غنم وبقر وحمير وعبيد
واماء واتن وجمال * 17 فبلي الله فرعون بلايا عظيمة
واهله بسبب ساراي زوجته * 18 فدعا فرعون ابرام وقال له
ماذا صنعت بي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Accepit quoque Abram Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, & omnes opes ſuas quas acquiſiue-
rant, & animam quam fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan, veneruntque in terram
Chanaan. 6 Et pertranſiit Abram terram, vſque ad locum Sichem, vſque ad quercum More: Tunc au-
tem Chananæus erat in terra. 7 Et apparuit Dñs ad Abram, dixitque ei: Semini tuo dabo terram hanc. Ideo
ædificauit ibi altare Domino qui apparuerat ei. 8 Migrauitque inde in montem ex Oriente Bethel; & te-
tendit tabernaculum ſuum in Bethel ab occidente, & in Hai ab Oriente: ædificauit quoque ibi altare Do-
mino, & inuocauit nomen Domini. 9 Et profectus eſt Abram eundo & progrediendo ad meridiem.
10 Cum autem fames eſſet in terra, deſcendit Abram in Ægyptum ad peregrinandum ibi, quia ingraueſcebat
fames in terra. 11 Cumque prope eſſet vt ingrederetur in Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: ecce noui
quod mulier pulchra viſu tu es: 12 Fietque cum viderint te Ægyptii vt dicant, vxor eius iſta eſt; & oc-
cident me, te autem viuere facient. 13 Dic quæſo quod Soror mea tu es, vt bene ſit mihi propter te,
viuatque anima mea propter te. 14 Et factum eſt cum ingrederetur Abram in Ægyptum vt viderent
Ægyptii mulierem, quod pulchra eſſet valde: 15 Viderunt quoque eam principes Pharaonis, & laudauerunt
eam Pharaoni: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. 16 Et Abram benefecit propter eam; fuitque illi
pecus, & bos, poſſeſſio grauis valde; ſerui, & ancillæ, & aſini, & aſinæ, & Cameli: 17 Percuſſit etiam Dominus
Pharaonem plagis magnis, & domum eius propter negotium Sarai vxoris Abram. 18 Itaque vocauit Pharao
Abram, & dixit: Quid hoc feciſti mihi? quare non indicaſti mihi quoniam vxor tua hæc.

[illegible]

19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

19 Et quare dixiſti, Soror mea eſt? & accepi eam mihi in vxorem. igitur ecce vxorem tuam, tolle & vade.
20 Præcepitque de illo Pharao viris, dimiſitque eum & vxorem illius, & quicquid ad eum pertinebat.

CAPVT XIII.

Aſcendit ergo Abram ex Ægypto ipſe & vxor eius cum omnibus quæ habebat, & Lot cum eo, versùs meridiem.
2 Abram autem locupletatus fuerat valde in poſſeſſione & argento atque auro.
3 Iuitque per ſtationes ſuas à meridie vſque ad Bethel:
4 Vſque ad locum vbi fixerat tabernaculum ſuum antea, inter Bethel & inter Aai, ad locum *ſcilicet* aræ quam extruxerat illic ab initio, & inuocauerat ibidem Abram nomen Domini.
5 Quin & Lot, qui abierat vna cum Abram, habebat oues, & boues, & tentoria ſumma in copia.
6 Nec ferebat eos terra illa vt habitarent ſimul, eò quòd plurima eſſet eorum poſſeſſio valde, nec poſſent habitare ſimul.
7 Factumque eſt iurgium inter paſtores poſſeſſionis Abram, & inter paſtores poſſeſſionis Lot. Chananæi autem, & Pherezæi adhuc morabantur in terra.
8 Dixit ergo Abram ad Lot, Ne ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos ac paſtores tuos, quandoquidem viri fratres ſumus.
9 Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me. ſi tu ad dexteram, ego ad ſiniſtram *pergam*: quòd ſi tu ad ſiniſtram, ego ad dexteram.
10 Sublatis itaque Lot oculis ſuis, vidit totam terram Iordanis, eamque vniuerſam eſſe irriguam, antequam vaſtaret Deus Sodomam & Gomorrham, ſicut paradiſum Dei, & ſicut terrã Ægypti quæ eſt in aditu ad Saan.
11 Elegit ergo ſibi Lot vniuerſam terram Iordanis: profectuſque eſt Lot ab oriente: diuiſique ſunt alter à fratre ſuo.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

[19] *Et quare non ſignificaſti mihi eam eſſe vxorem tuam? & cur dixiſti, Soror mea eſt, vt acceperim eam vt eſſet mihi vxor? Et nunc ecce vxor tua, accipe eam, & vade.* [20] *Et commiſit curam illius Pharaon hominibus qui deducerent eum, & vxorem eius, & omnem poſſeſſionem illius.*

CAPVT XIII.

[1] *AScendit igitur Abram ab Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia bona ſua, Lot eum comitante, ad Meridiem.* [2] *Et Abram erat magnificus valdè in armentis, & argento, & auro.* [3] *Iuitque per diuerſoria ſua à Meridie ad domum Ail.* [4] *Ad locum in quo fuerat tentorium eius in principio, inter domum Ail, & inter Alay, ad locum altaris quod fecerat ibi à principio, inuocaueratque ibi Abram nomen Dei.* [5] *Et erant quoque Lot abeunti cum Abram oues, & boues, & tentoria.* [6] *Nec ſuſtinuit eos ambitus regionis, vt commorarentur in illa ſimul: cùm eſſent bona amborum multa, non potuerunt manere ſimul.* [7] *Eratque rixa inter paſtores armenti Abram, & inter paſtores armenti Lot (Chananæi verò, & Pherezæi tunc habitabant in regione)* [8] *Ita vt dixerit Abram ad Lot: Non decet eſſe rixam inter me, & inter te, neque inter paſtores meos, & paſtores tuos, quia ſumus duo viri habentes cognationem.* [9] *Itaque tota regio eſt coram te: ſegregare à me vel ad ſiniſtram, & ego dextrorſum pergam; vel ad dexteram, & ſiniſtrorſum pergam.* [10] *Leuauitque Lot oculos ſuos, & vidit totum pratum Iordanis, & ecce erat totum irriguum, antequam perdidiſſet Deus Sadum & Amura, ſicuti paradyſus Dei, veluti terra Ægypti quouſque venias ad Zogar.* [11] *Elegitque ſibi Lot vniuerſum pratum Iordanis, & profectus eſt Orientem verſus, ſeiunctuſque eſt quilibet homo à fratre ſuo.*

19 ولم لم تخبرني انها زوجتك * ولم قلت اختي هي حتى اخذتها
لتكون لي زوجة * والان ها زوجتك خذها وامض * 20 فوكل
عليه فرعون قوما يدرقوا به وزوجته وكل ماله *

* الفصل الثالث عشر *

1 فصعد ابرام من مصر هو وزوجته وكل ماله ولوط معه الي
القبلة * 2 وابرام عظيم جدا بالماشية والفضة والذهب *
3 فمضى في مراحله من القبلة الي بيت ايل * 4 الي الموضع
الذي كان فيه مضربه في الابتداء * بين بيت ايل وبين العي * الي
موضع المذبح الذي صنعه ثم في الابتداء فدعا ثم ابرام باسم الله *
5 وكان ايضا للوط السائر مع ابرام غنم وبقر وخيام *
6 ولم تحملهما سعة البلد ان يقيما فيه جميعا اذ كان مالهما
كثيرا * فلم يمكنهما المقام جميعا * 7 فكانت خصومة
بين رعاة ماشية ابرام وبين رعاة ماشية لوط * والكنعانيون والفرزيون
حينئذ مقيمون في البلد * 8 حتى قال ابرام للوط لا يحسن
ان يكون خصومة بيني وبينك * ولا بين رعاتي ورعاتك * لانا
رجلان ذوا قرابة * 9 الان جميع البلد بين يديك * انفرد
عني اما الي الشمال فاتيامن عنك * واما الي اليمين فاتياسر *
10 فرفع لوط عينيه وراى جميع مرج الاردن فاذا جميعه سقي
قبل ان يهلك الله سدوم وعمورا كجنة الله * مثل ارض مصر الي
ان تجي الي زغر * 11 فاختار له جميع مرج الاردن * ورحل الي
المشرق وانفرد كل امرئ عن اخيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[19] Et quare dixiſti ſoror mea eſt, & accepi illam mihi in vxorem? nunc autem, ecce vxorem tuam ſume, & abi:
[20] Præcepitque de eo Pharao viris, vt dimitterent eum, & vxorem eius, & omnia quæ erant ei. Lot autem
erat cum eo.

CAPVT XIII.

ASCendit igitur Abram de Ægypto, ipſe, & vxor eius, & omnia quæ erant ei, & Lot cum eo ad meri-
diem. [2] Abram autem grauis erat in pecore, in argento, & in auro, [3] Iuitque ſecundum itinera
ſua, à meridie & vſque ad Bethel, vſque ad locum in quo fuerat tabernaculum eius in principio, inter Bethel,
& inter Hai: [4] Ad locum altaris quod fecerat ibi in principio: & inuocauit ibi Abram nomen Domini.
[5] Atque etiam Loto eunti cum Abram erat pecus, & bos, & tabernacula. [6] Et non ferebat eos terra
ad habitandum ſimul, quoniam erant opes eorum multæ, neque poterant ſimul habitare. [7] Accidit quoque
iurgium inter paſtores pecudum Abram, & inter paſtores pecudum Lot. Chananæus autem & Pherezæus
tunc habitabant in terra: [8] Et dixit Abram, Loto: ne quæſo ſit iurgium inter me & inter te, & inter pa-
ſtores meos & inter paſtores tuos: quia viri fratres nos ſumus. [9] Nonne omnis terra coram te: ſeparare
quæſo à me; ſi ad ſiniſtram, ego ad dexteram; vel ſi ad dexteram ego ad ſiniſtram. [10] Tum leuauit Lot oculos
ſuos, & vidit omnem planitiem Iordanis, quòd tota eſſet irrigua antequam euerteret Dominus Sodomam &
Gomorrham, ſicut hortus Domini, ſicut terra Ægypti cum tendis Segoram: [11] Et elegit ſibi Lot omnem
planitiem Iordanis: profectuſque eſt Lot ab Oriente, & ſeparati ſunt vir à fratre ſuo:

12 Abrã moratus eſt in terra Chanaan: Lot verò
habitauit in ciuitatibus Checar, poſſeditque
vſque ad Sodomã. 13 Porrò homines Sodomæ
peſſimi erant ac ſceleſti valde corã Dño. 14 Di-
xitque Dñs ad Abrã poſtquã receſſit ab eo Lot,
Attolle oculos tuos, & reſpice à loco in quo es,
ad aquilonẽ, & meridiẽ, ad orientẽ & occiden-
tem. 15 Nam totã terram quã tu vides, tibi ſum
daturus & ſemini tuo vſque in æternũ. 16 Faciã-
que ſemẽ tuũ quaſi puluerem terræ, ita vt ſi tu
queas numerare puluerẽ terræ, etiã ſemen tuũ
numeretur. 17 Surge perambula terram in lon-
gitudine & latitudine ſua: quoniam tibi ſum
daturus eam. 18 Et venit Abram, & ingreſſus
habitauit inter quercũ Mamre Amorrhæi quæ
eſt in Hebron, & ędificauit ibi altare Domino.

CAPVT XIV.

FActum eſt autem in diebus Amarphel re-
gis Senaar, & Arioch regis Dalaſar, &
Charadlaamar regis Ilam, & Taril regis Geli-
tarum, 2 Vt inirent bellum contra Baraa
regem Sodomæ, & contra Barſaa regem
Gomorrhæ, & Senab regem Adamæ, & Se-
mair regem Seboim & regem Balaa quæ eſt
Soar. 3 Omnes iſti conuenerunt in vallem So-
domitarum, hoc eſt mare ſalſum. 4 Duodecim
annis ſeruierant ipſi Charadlaamar, & tertio-
decimo anno rebellarunt. 5 Anno autem quar-
todecimo venit Charadlaamar & reges qui
cum eo erant, percuſſeruntque Gigantes qui
erant in Aſtaroth, & Cornaim, & robuſtos
qui in iis *degebant*, & accolas qui erant in pla-
nitie Curiathim. 6 Et Horæos qui erant in mõ-
tibus Seir, vſque ad Therebintum Pharan
quæ eſt in deſerto. 7 Reuerſique venerunt ad
fontem iudicii, hoc eſt Racem: & necauerunt
omnes principes Amalecitarum, & præterea
Amorrhæos qui habitabant in fonte Gad.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[11] *Abram manſit in terra Chanaan, & Lot*
commoratus eſt in ciuitatibus prati, fixitque tento-
ria vſque Sadum. [13] *Et incolæ Sadum erant*
eo tempore mali, peccatores in Deum valde.
[14] *Deinde dixit Deus ad Abram, poſtquam diui-*
ſus fuerat ab eo Lot: Leua oculos tuos, & reſpice de
loco in quo es, ad meridiem, & ad aquilonem, &
ad orientem, & ad occidentem. [15] *Nam om-*
nem terram quam vides, tibi dabo, & ſtirpi tuæ in
æternum. [16] *Et faciam ſtirpem tuam vt pulue-*
rem terræ; ita vt ſi poſſit quis numerare puluerem
terræ, ſtirps quoque tua numeretur. [17] *Surge*
& ambula per terram in longitudinem ac latitu-
dinem eius, & ego dabo illam tibi. [18] *Fixit igi-*
tur Abram tentoria diuerſis in diuerſoriis donec
veniſſet, & habitaſſet in terra Mamre, quæ eſt
in Hebra, ædificauitque altare Deo.

CAPVT XIV.

PRæterea contigit in diebus Amrafal regis Sai-
nur, & Arioch regis Sarian, & Cadharlao-
mar regis Choraſtan, & Thadaal regis gentium.
[2] *Vt ipſi pugnarent contra Bare regem Sa-*
dum, & Barſaa regem Amura, & Senaab
regem Adama, & Samaber regem Seboim, & re-
gem Balaa, ipſa eſt Zogar. [3] *Omnes hi conue-*
nerunt in prato agrorum, quod eſt paruum mare
mortuum. [4] *Duodecim annos obedierunt Cad-*
harlaomar, & in tertio decimo defecerunt ab eo.
[5] *Et in anno quartodecimo venerunt Cadharlao-*
mar & reges qui cum eo erant, occideruntque for-
tes qui erant in Sanamain, & Dahacæos qui erãt
in Ham, & Mahenos qui erãt in planitie Coraua,
[6] *Et Huranæos in mõtibus Sciarah, vſque ad pra-*
tum Pharan quod eſt in extremitate deſerti.
[7] *Deinde reuerſi ſunt ac venerunt ad fontem iu-*
dicii nempe Racim, & interfecerunt omnes qui
erant in Caſtellis Amalecitarum, atque etiam
Amorrhæos degentes in denſitate palmarum.

12 ابرام اقام بارض كنعان * ولوط اقام في قرى المرج وخيم الى
سدوم * 13 واهل سدوم يومئذ اشرار خاطئون لله جدا * 14 ثم
قال الله لابرام بعد ما فارقه لوط * ارفع عينيك وانظر من الموضع
الذي انت فيه شمالا وجنوبا وشرقا وغربا * 15 فان جميع الارض
التي تراها لك اعطيها ولنسلك الى الابد * 16 واصير نسلك كتراب
الارض * حتى ان امكن انسانا احصاء تراب الارض فنسلك ايضا
يحصى * 17 قم فامش في الارض طولها وعرضها فاني
اعطيكها * 18 فخيم ابرام مرحلة مرحلة الى ان جاء واقام في
ارض ممرى الذي في حبرون وبنى مذبحا لله *

* الفصل الرابع عشر *

1 ثم كان في ايام امرافال ملك الشذور * واريوخ ملك سريان *
وكدرلاعومر ملك خورستان * وتدعال ملك الامم * 2 انهم حاربوا بارع
ملك سدوم * وبرشاع ملك عمورا * وشناب ملك ادما * وشمابر ملك
صبوييم وملك بالعة هي زغر * 3 كل هولاء اصطحبوا في مرج
الحقول * هو البحيرة الميتة * 4 اثنتي عشرة سنة اطاعوا كدرلاعومر
وفي الثالثة عشر عصوه * 5 وفي السنة الرابعة عشر اقبل كدرلاعومر
والملوك الذين معه فقتلوا الشجعان الذين في الصنمين والدهاقين
الذين في هام * والمهيين الذين في مستوى قراوا * 6 والحورانيين في
جبال الشراه الى مرج فاران الذي في طرف البرية * 7 ثم رجعوا
وجاوا الى عين الحكم هي رقيم فقتلوا كل من كان في ضياع
العمالقة * وايضا الاموريين المقيمين في التفاف النخل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[11] Abram habitauit in terra Chanaan; Lot autem habitauit in vrbibus planitiei, & tabernacula ſua expoſuit
vſque Sodomam. [13] Viri autem Sodomæ impii erant & peccatores in dominum valde. [14] Et Dominus
dixit ad Abram poſtquam ſeparauit ſe Lot ab eo: leua nunc oculos, & conſpice de loco in quo tu es, à Sep-
tentrione, & à meridie, & ab Oriente, & ab Occidente: [15] Quoniam omnem terram quam tu vides, tibi
dabo eam & ſemini tuo vſque in ſeculum. [16] Et ponam ſemen tuum ſicut puluerem terræ: Quia ſi poteſt
homo numerare puluerem terræ, etiam ſemen tuum numerabit. [17] Surge, deambula per terram, in lon-
gitudinem & latitudinem eius; illam enim tibi dabo. [18] Itaque iuit Abram, & venit, & habitauit in quercu
Mamre, quæ eſt in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

CAPVT XIV.

ET factum eſt in diebus Amraphel regis Sennaar, & Arioch regis Ellaſar, Chodorlahomor regis
Elam, & Thadal regis gentium: [2] Vt facerent bellum cum Bara rege Sodomæ, & cum Barſa rege Go-
morrhæ, & Sennaab rege Adamæ, & Semabed rege Seboim, & rege Balæ, ipſa eſt Segor.
[3] Omnes iſti conuenerunt in valle campeſtri, quæ eſt mare ſalſum. [4] Duodecim annis ſeruierant Cho-
dorlahomor, ſed in tertio decimo rebellauerant. [5] At decimo quarto anno venit Chodorlahomor, & reges
qui cum eo erant: percuſſeruntque Gigantes in Aſtaroth, Carnaim, & fortes cum eis, & Hemim in Saue ciui-
tate, [6] Et Chorræos in montibus Seir vſque ad planiciem Pharan, quæ eſt in deſerto.
[7] Redeuntes autem, venerunt ad fontem miſphat, ipſa eſt Cades: Et percuſſerunt omnem agrum Amaleci-
tarum, atque etiam Amorrhæum habitantem in Aſaſonthamar.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

8 Et egreſſi ſunt rex Sodomæ, & rex Gomor-
rhæ, & rex Adamæ, & rex Seboim, & rex Balaa
quę eſt Soar. omnes iſti inierunt prœliũ in valle
Sodomitarum, 9 Cõtra Charadlaamar regem
Ilam, & Taril regem Gelitarum, & Amarphel
regem Senaar, & Arioch regem Dalaſar; qua-
tuor reges contra quinque. 10 Porrò vallis So-
domitarum abundabat puteis bituminis. fuge-
runt autem rex Sodomæ & rex Gomorrhę, &
ceciderunt illuc: qui verò remanſerãt, ad mon-
tem fugerunt. 11 Tulerũt autem omnem poſ-
ſeſſionem Sodomę & Gomorrhæ, & omnem
commeatum eorum, & abierunt. 12 Et abdu-
xerunt Lot filium fratris Abram, eiuſque ſub-
ſtantiã, & abierunt: ipſe enim habitabat in So-
doma. 13 Et venit quidam qui euaſerat, & indi-
cauit Abram Hebræo qui habitabat in quer-
cu Mamre Amorrhęi fratris Anir & fratris
Eſchol, qui erant confœderati cum Abram.
14 Audiens ergo Abram captum fuiſſe filium
fratris ſui, armauit iuuenes ſuos filios, domus
ſuę, trecentos decem & octo, & inſequutus eſt
eos vſque ad Dan. 15 Et diuidentes ſeſe aduer-
sùs eos noctu ipſe cum ſeruis ſuis, percuſſerunt
eos, & perſecuti ſunt eos vſque ad Hoba quæ
eſt ad læuam Damaſci. 16 Et reduxerũt totam
poſſeſſionem: quin & Lot filium fratris eius, &
poſſeſſionẽ ipſi⁹ reduxerũt, & mulieres atq; po-
pulũ. 17 Egreſſus eſt autẽ rex Sodomę in occur-
sũ eius poſtquã reuerſus eſt, quũ interfeciſſent
Charadlaamar & reges qui cũ eo erant, in valle
planitiei, hęc eſt vallis regũ. 18 Et Melchiſedech
rex Solim protulit panem ac vinũ: & hic Pon-
tifex erat Dei altiſſimi. 19 Et benedixit illum,
ac dixit, Benedictus Abrã à Deo excelſo poſſi-
dente cælum ac terram. 20 Et benedictus ſit
Deus altiſſimus qui tradidit hoſtes tuos in ma-
nus tuas. & obtulit ei decimas ex omnibus.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

8 *Præterea exiuit rex Sadum, & rex Amura,*
& rex Adama, & rex Seboim, & rex Balaa, quæ
eſt Zogar, inſtruxeruntque bellum in prato agrorũ.
9 *Contra Cadharlaomar regem Choraſtan, &*
Thadaal regem gentium, & Amraſal regẽ Sai-
nur, & Arioch regem Serian, quatuor reges contra
quinque. 10 *Cæterùm in prato agrorum extant*
planities puteorum producentium bitumen: fu-
gerunt autem rex Sadum, & rex Amura, &
ceciderunt ambo ibi, & reliqui fugerunt ad mon-
tem. 11 *Ceperuntque omnem ſuppellectilem*
Sadum & Amura, & omnem eſcam eorum, &
abierunt. 12 *Ceperuntque Lot filium fratris*
Abram, & bona eius, abieruntque, quandoqui-
dem ipſe degebat in Sadum. 13 *Tum venit*
transfuga, ſignificauitque Abram Ebræo commo-
ranti in prato Mamre Amorrhæi fratris Eſcol,
& Aanir qui erant amici Abram.
14 *Cùm ergo audiſſet Abram conſanguineum*
ſuum redactum in ſeruitutem, conciuit fidos ſuos
natos domi ſuæ, trecentum & decem & octo, &
inſecutus eſt eos vſque ad Banias.
15 *Diuiſeruntque ſe ſuper eos noctu, ipſe & ſerui*
ſui interfecitque eos, & perſecutus eſt eos vſque ad
Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci:
16 *Reduxitque cunctam ſuppellectilem: & Lot*
conſanguineum ſuum & bona eius reduxit, &
mulieres quoque, reliquoſque homines.
17 *Tum exiuit Rex Sadum, & obuiam venit ei*
poſt reditum eius è bello Cadharlaomar, & regum
qui cum illo erant, ad pratum planum, quod eſt lo-
cus ludi regis. 18 *Et rex iuſtitiæ, rex Solim pro-*
tulit ei cibum, ac vinum: & ipſe erat ſacerdos po-
tentis, excelſi. 19 *Benedixitque ei, & dixit: Abram*
erit benedictus potenti, excelſo, regi cœlorum ac
terræ. 20 *Et benedictus ſit, potens excelſus,*
qui tradidit inimicos tuos in manus tuas: deditque
ei decimas ex omnibus.

8 ثم خرج ملك سدوم * وملك عمورا * وملك آدما * وملك
صبويم * وملك بالعة هي زغر * فصافوهم الحرب في مرج
الحقول * 9 مع كدرلاعومر ملك خورستان * وتدعال ملك الامم *
وامرافال ملك الشينور واريوخ ملك سريان اربعة املاك مع
الخمسة * 10 ومرج الحقول فيه اداك آبار تخرج حمرا * فهرب
ملك سدوم وملك عمورا فوقعا هناك * والباقون هربوا الي الجبل *
11 فاخذوا جميع سرح سدوم وعمورا * وجميع ماكلهم ومضوا *
12 فاخذوا لوطا ابن اخي ابرام وماله ومضوا وهو مقيم في سدوم *
13 ثم جاء الفلت واخبر ابرام العبراني وهو مقيم في مرج ممري
الاموري اخي اشكول وعانر * وهم اصدقاء ابرام *
14 فلما سمع ابرام ان قريبه قد اسر جرد نصحاءه المولودين في
بيته ثلثماية وثمانية عشر وكلبهم الي بانياس *
15 وتفرق عليهم ليلا هو وعبيده فقتلهم وكلبهم الي حوبا التي
عن يسار دمشق * 16 ورد جميع السرح ولوطا قريبه وسرحه
ردها * والنساء ايضا وساير القوم *
17 ثم خرج ملك سدوم فتلقاه بعد رجوعه من حرب كدرلاعومر
والملوك الذين معه الي مرج المستوي هو ملعب الملك *
18 وملك العدل ملك سوليم اخرج له طعاما وشرابا وهو امام
للقادر العالي * 19 فبارك عليه وقال ابرام يكون مباركا للقادر
العالي مالك السموات والارض * 20 وتبارك القادر العالي الذي
اسلم اعداءك في يديك * فاعطاه العشر من الكل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et egreſſus eſt rex Sodomæ, & rex Gomorrhæ, rex quoque Adamæ, & rex Seboim, & rex Balæ, hæc eſt
Segor: & ordinauerunt cum eis prælium in valle campeſtri. 9 Cum Chodorlahomor rege Elam, & Tha-
dal rege gentium, & Amraphel rege Seboim, & Arioch rege Elaſar: quatuor reges cum quinque:
10 Vallis autem campeſtris, plena erat puteis bituminis. Fugeruntque rex Sodomæ, & rex Gomorrhæ, &
ceciderunt ibi; reſidui verò fugerunt in montem: 11 Et ceperunt omnes opes Sodomæ & Gomorrhæ, &
omnem annonam eorum, & abierunt. 12 Ceperunt quoque Lotum, & omnes opes eius, filium fratris Abram,
& abiuit; nam ipſe habitabat Sodomæ. 13 Aduenit autem quidam qui euaſerat, & nuntiauit Abram he-
bræo. Ipſe autem habitabat in vallibus Mamre Amorrhæi fratris Eſcol, & fratris Anram, qui pepigerant fœ-
dus cum Abram: 14 Et audiuit Abram quod captiuus erat frater eius: Tum recenſuit instructos ſuos na-
tos domi ſuæ, trecentos & decem octo: & perſecutus eſt vſque Dan: 15 Séque diuiſit aduerſus eos noctu,
ipſe, & ſerui eius; & percuſſit eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba, quæ eſt ad ſiniſtram Damaſci: Et reduxit
omnem ſubſtantiam, atque etiam Lot fratrem ſuum, & ſubſtantiam eius reduxit; mulieres quoque &
populum. 17 Et egreſſus eſt rex Sodomæ in occurſum eius, poſtquam rediit à cæde Chodorlahomor, &
regum qui erant cum eo ad vallem Saue: ipſa eſt vallis regis. 18 Melchiſedech autem rex Salem protulit
panem & vinum, quia ipſe erat ſacerdos Deo altiſſimo, 19 Et benedixit Abram, dicens: Benedictus
Abram Deo altiſſimo poſſeſſori cælorum & terræ: 20 Et benedictus Deus altiſſimus qui tradidit hoſtes
tuos in manus tuas. Tum dedit illi decimas ex omnibus.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

21 Rursùs ait rex Sodomæ ad Abram, Da mihi animas, & poſſeſſionem tolle tibi. 22 Dixit autem Abram regi Sodomæ, Leuaui manus meas ad Deum excelſum, cuius poſſeſſio eſt cælum ac terra, 23 Ne filum quidem, neque corrigiam caligæ me ſumpturum ex omnibus quæ tua ſunt (ne dicas, ego ditaui Abrã) 24 Præter id quod comederunt iuuenes, & portiones virorum qui venerunt mecum *nempe* Anir, & Eſchol, & Mamre: ipſi accipiẽt portiones ſuas.

CAPVT XV.

Poſt ſermones iſtos factus eſt ſermo Domini ad Abram in viſione, & dixit ei, Ne timeas Abram, ego protegam te, merces tua bona eſt valde. 2 Et ait Abram, Domine Deus, quid dabis mihi, cùm ego vadam abſque liberis, & Eliezer Damaſcenus domeſticus meus ipſe futurus ſit hæres meus? 3 Tum ſubdidit Abram, Ecce mihi non conceſſiſti filium, & ecce vernaculus meus hæres meus erit.
4 Dixitque ei Dominus, Non erit hæres tuus iſte, ſed filius tuus qui egredietur è dorſo tuo, is erit hæres tuus. 5 Eduxitque eum foras, & ait illi, Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes eas numerare. & ſubiunxit ei, Sic erit ſemen tuum. 6 Credidítque Abram Deo, & annumeratum eſt ei ad iuſtitiam. 7 Et dixit illi, Ego ſum Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, hæreditariò poſſidendam. 8 Ait autem Abram, Domine Deus, per quid agnoſcam quòd eam ſim hæreditariò poſſeſſurus? 9 Qui dixit ei, Sume tibi vitulum triennem, & arietem triennem, & capram trimam, & turturem, & pullum columbæ. 10 Sumpſit ergo ſibi hæc omnia, & diuiſit ea æqualiter, poſuitque membrum contra ſocium eius, volucrem autem non diuiſit.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

21 Dixitque rex Sadum Abramo, Da mihi ani-
mas, & ſuppellectilem accipe tibi.
22 Dixit ei Abram: Leuaui manus meas iurans
per Deum potentem, excelſum, regem cælorum ac
terræ. 23 Si ſumpſero à filo vſque ad corrigiam
corii ex omnibus quæ poßides: ne dicas, Ego ditaui
Abram: 24 Præter id quod comederunt famuli,
& partem hominum qui abierunt mecum, Anir,
& Eſcol, & Mamre: ipſi accipient ſortem ſuam.

CAPVT XV.

POſt hæc colloquia, fuit ſermo Dei ad Abram
per viſionem, dicentis: Ne timeas Abram,
ego ſum clypeus tuus, merces tua magna eſt nimis.
2 Dixit: Deus ô Domine mi, quid dabis mihi,
cùm ego tranſeam ſterilis, & gubernator domus
meæ ſit Eliazar Damaſcenus.
3 Dixitque ei: Niſi conceſſeris mihi prolem, filius
qui eſt domi meæ, hæres meus erit.
4 Et ecce ſermo Dei dicentis ad eum, Non erit
hic hæres tuus: ſed qui exibit è dorſo tuo, ipſe
hæres tuus erit. 5 Deinde eduxit eum foras, &
dixit ei: Conuertere modò ad cælum, & tenta nu-
merationem ſtellarum, an fortè poßis numerare
eas; tum dixit ei, ſic erit progenies tua.
6 Credidítque Deo, & ſcripſit id illi in opus bo-
num. 7 Et dixit ei: Ego ſum Deus qui eduxi
te de fornace Caſdæorum, vt darem tibi hanc re-
gionem, & poßideres eam. 8 Dixit: Deus ô
Domine mi, per quid ſciam me poſſeſſurum eſſe
illam. 9 Dixit ei: Accipe mihi vitulum tri-
mum, & capram trimam, & arietem trimum,
& turturem, & pullum columbarum.
10 Accepitque ei omnia hæc, & partitus eſt ea
per medietates eorum, deinde poſuit vnumquod-
que fruſtum ex aduerſo ſocij ſui: volucrem au-
tem non diuiſit.

21 فقال ملك سدوم لابرام اعطني النفوس والسرح خذه لك *
22 قال له ابرام رفعت يدي حالفا بالله القادر العلي مالك
السموات والارض * 23 ان اخذت من خيط الي شسع نعل من
جميع ما لك * حتي لا تقول انا اغنيت ابرام * 24 غير ما اكلة
الغلمان * وقسم القوم الذين مضوا معي عانير واشكول وممري
هم ياخذون نصيبهم *

* الفصل الخامس عشر *

1 بعد هذه الخطوب كان قول الله لابرام بوحي قايلا * لا تخف
ابرام انا ترسك اجرك عظيم جدا * 2 قال اللهم يا ربي ما
تعطيني وانا منصرف عقيما * وذو قياد منزلي هو العازر الدمشقي *
3 فقال اذ لم ترزقني نسلا فان الابن الذي في منزلي يرثني *
4 فاذا بقول الله قايلا له لا يرثك هذا بل من يخرج من صلبك
هو يرثك * 5 ثم اخرجه الي خارج وقال له التفت الان الي
السماء * والتمس احصاء الكواكب هل تطيق ان تحصيها *
ثم قال له كذا يكون نسلك * 6 فامن بالله وكتبها له حسنة *
7 وقال له انا الله الذي اخرجتك من اتون الكسدانيين
لاعطيك هذا البلد فتحوزه *
8 قال اللهم يا رب بماذا اعلم اني احوزه * 9 قال له خذ لي
عجلا مثلثا * وعنزا مثلثة * وكبشا مثلثا * وشفنينا * وفرخ حمام *
10 فاخذ له جميع هذه وشطرها في اوساطها * ثم جعل كل شطر
قبالة صاحبه * والطاير لم يشطره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Et dixit rex Sodomæ ad Abram: da mihi animam, & opes ſume tibi. 22 Reſpondit verò Abram regi So-
domæ: leuaui manum meam ad Deum, Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ: 23 Si à filo & vſque
ad nodum calceamenti accepero ex omnibus quæ tua ſunt: ne dicas, ego ditaui Abram.
24 Exceptis tantùm his quæ comederunt pueri, & portione virorum qui venerunt mecum, Anram, Eſ-
chol, & Mamre: iſti accipient partes ſuas.

CAPVT XV.

POſt res iſtas factum eſt verbum Domini ad Abram in viſione, dicens: ne timeas Abram, ego ſum tibi cly-
peus, mercedem tuam multiplicabo valde: 2 Reſponditque Abram, deſpota Dñe, quid dabis mihi? Ego
enim vado ſine liberis: filius autem procurationis domus meæ, iſte eſt Damaſcenus Eliezer: 3 Dixit etiam
Abram, ecce mihi non dediſti ſemen; ideo ecce vernaculus meus hæreditabit me: 4 Ecce tum verbum
Domini ad eum, dicens: iſte non hæreditabit te; ſed qui egredietur de viſceribus tuis, iſte hæreditabit te:
5 Eduxitque eum foras, & dixit, contemplare nunc cælos, & numera ſtellas, ſi potes numerare eas: & ait
ei, ſic erit ſemen tuum. 6 Credíditque Domino, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam:
7 Dixit ei rurſus, ego Dñs qui eduxi te de Vr Chaldæorum ad dandum tibi terram iſtam in hæreditatem:
8 Tum inquit, deſpota Domine, in quo cognoſcam quod poſſidebo eam? 9 Et reſpondit ei, accipe tibi vitu-
lam trimam, & capram trimam & arietem trimum, & turturem, & pullum. 10 Et accepit ſibi omnia hæc, &
diuiſit ea per partes; poſuitque vnamquamque partem ex aduerſo alterius, ſed aues non diuiſit:

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

11 Deſcendebatque volatile ſuper corpora il-
la, at abigebat illud Abram. 12 Quumque eſſet
ſol occubiturus, quies incidit ſuper Abram: &
ecce pauor & obſcuritas magna irruit ſuper
eum. 13 Et dixit ad Abram, Certò ſcias pere-
grinum fore ſemen tuum in terra non ſua, &
operæ ac ſeruituti ſubiiciendos eſſe quadrin-
gentis annis. 14 Sed & populum cui ſeruituri
ſunt, ego iudicabo: & poſtea egredientur cum
poſſeſſione magna. 15 Tu verò colligeris ad
patres tuos in pace, & ſepelieris in ſenectute
bona. 16 Sæculo autem quarto reuertentur
huc: quia nondum expletæ ſunt iniquitates
Amorrhæorum. 17 Factumque eſt vt ſole oc-
cũbente, caligo fieret, & ecce clibanus fumans,
& lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.
18 In die illa ſtatuit Dñs cum Abram pactum,
& dixit ei, Semini tuo dabo terram iſtam, à flu-
mine Ægypti vſque ad fluuium magnum, flu-
uium Euphratem. 19 Cinæos & Cenezæos, &
Cadmonæos, 20 Et Hethæos, & Pherezæos,
& Gigantes, 21 Et Amorrhæos, & Chana-
næos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

CAPVT XVI.

PORrò Sarai vxor Abram non genuerat ei:
habebat autem ancillam Ægyptiam, cu-
ius nomen Hagar. 2 Dixitque Sarai ad Abram,
ecce prohibuit me Dominus ſobole: ingredere
ad ancillam meam, fortè conſolabor ab ea. ac-
quieuit ergo Abram voci Sarai. 3 Duxitque
Sarai vxor Abram, Hagar Ægyptiam ancil-
lam ſuam decem poſt annos à quo commora-
tus fuerat Abram in terra Canaan, eamque
dedit in vxorem Abram marito ſuo. 4 Qui
quum ingreſſus eſſet ad Hagar, concepit illa.
Cúmque vidiſſet ſe concepiſſe, viluit domina
eius in oculis ipſius.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible]

[11] *Deſcenſum verò inhiabant genera volucrum rapacium ſuper corpora, at amouit ea, expulitque illa Abram.* [12] *Cúmque eſſet prope occaſum ſolis, cecidit ſomnus ſuper Abram, & ecce horror tenebrarum ingens cecidit ſuper eum.* [13] *Dixitque ad Abram, Scito ſcientiam quòd progenies tua erit peregrina in regione non ſua, & mancipabunt eam, & fatigabunt eam complemento quadringentorum annorum:* [14] *Et homines, qui vtentur eis, ego quoque iudicabo; at demum exibunt cum opibus magnis.* [15] *Et tu abibis ad patres tuos cum pace, & ſepelieris in ſenectute bona.*
[16] *Et generatione quarta redibit huc, cùm non ſint completæ culpæ Amorrhæorum vſque modò.*
[17] *Cúmque occidiſſet ſol, fuiſſetque obſcuritas, ecce ſimilitudo clibani fumi, & facis ignis euntis inter fruſta illa.* [18] *In illa die pactus eſt Deus cum Abram pactum dicens: Progeniei tuæ dabo hanc terram à flumine Ægypti ad flumen magnum flumen Euphratem.*
[19] *Et ſtabiliam vos præ Cinæis, & Cenezæis, & Cadmonæis,* [20] *Et Hethæis, & Pherezæis & Gigantibus,* [21] *Et Amorrhæis, & Chananeis, & Gergeſæis, & Iebuſæis.*

CAPVT XVI.

Sarai verò vxor Abram non pepererat ei: & erat ipſi ancilla Ægyptia, nomine Hagar.
[2] *Dixitque ad Abram: Ecce Deus concluſit me à generatione, ingredere ad ancillam meam, vt fortè domus mea ædificetur ex ipſa. Acceptauitque Abram ſermonem Sarai.* [3] *Accepitque Sarai vxor Abram, Hagar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt decem annos à commoratione Abram in regione Chanaan, deditque eam Abram marito ſuo, vt eſſet ei vxor.* [4] *Ingreſſuſque eſt ad Hagar, & concepit. Cúmque vidiſſet ſe iam concepiſſe, deſpectui fuit domina eius apud ipſam.*

11 فانقضت صنوف الجارح على الاجساد فحركها * ونفرها ابرام *
12 ولما كان عند مغيب الشمس وقع سبات على ابرام * فاذا هيبة
ظلمة عظيمة قد وقعت عليه * 13 فقال لابرام اعلم علما ان
نسلك سيكونون غريبا في بلد ليس لهم * ويستعبدونهم ويسقونهم تمام
اربعماية سنة * 14 والقوم الذين يستخدمونهم ايضا ساحكم
عليهم * وبعد ذلك يخرجون بمال عظيم * 15 وانت تصير الى
ابايك بسلام وتدفن بشيبة صالحة * 16 والجيل الرابع يرجع الى
هاهنا اذ لم يكمل ذنوب الاموريين الى الان * 17 فلما غابت
الشمس وكانت الدهمة فاذا شبه بتنور دخان ومشعل نار سايرٍ
بين تلك الشطور * 18 في ذلك اليوم عهد الله مع ابرام عهدا
قايلا لنسلك اعطي هذه الارض من نهر مصر الى النهر الكبير نهر
الفرات * 19 وسابكنكم من القينيين * والقنزيين * والقدمونيين *
20 والحيثيين * والفرزيين * والشجعان * 21 والاموريين * والكنعانيين
والجرجسيين * واليبوسيين * * الفصل السادس عشر *
1 وساراي زوجة ابرام لم تلد له * وكانت لها امة مصرية اسمها
هاجر * 2 فقالت لابرام هوذا قد حبسني الله من الولادة * ادخل
الى امتي لعل ابني بيتي منها * فقبل ابرام قول ساراي *
3 فاخذت ساراي زوجة ابرام هاجر المصرية امتها من بعد
عشر سنين من مقام ابرام ببلد كنعان * فاعطتها ابرام زوجها
لتكون له زوجة * 4 فدخل الى هاجر فحملت * فلما رات
انها قد حملت هانت سيدتها عندها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[11] Deſcenderuntque aues ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. [12] Cum autem ſol occideret, ſopor cecidit ſuper Abram: Tum ecce horror tenebroſus magnus cecidit ſuper eum. [13] Et dictum eſt ad Abram, cognoſcendo cognoſces quod peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & ſeruient eis, & affligent eos quadringentis annis: [14] Atque etiam gentem cui ſeruient iudicabo ego: & poſtea egredientur cum opibus magnis:
[15] Sed tu ibis ad patres tuos in pace, & ſepelieris in pace bona. [16] Verùm generatione quarta redibit huc: quoniam completa non eſt iniquitas Amorrhæorum huc vſque.
[17] Et cum ſol occubuiſſet caligo facta eſt, & ecce clibanus fumans, & lampas ignis quæ tranſiit inter diuiſiones illas: [18] In die illa percuſſit Dominus cum Abram fœdus, dicens: ſemini tuo dedi terram iſtam, à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnum, fluuium Euphratem. [19] Cenæum, & Cenezæum, & Cedmonæum:
[20] Et Hethæum, & Pherezæum, & Raphaim. [21] Et Amorrhæum, & Chananæum, & Gergeſæum, & Heuæum, & Iebuſæum.

CAPVT XVI.

ET Sarai vxor Abram non pepererat ei: erat autem ei ancilla Ægyptia, cui nomen Agar: [2] Dixit verò Sarai ad Abram: Ecce nunc concluſit me Dominus ne parerem: Ingredere nunc ad ancillam meam, fortaſſe ædificabor ab ea: & paruit Abram voci Sarai, [3] Accepit igitur Sarai vxor Abram Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt finem decem annorum habitationis Abram in terra Chanaan, deditque eam Abram viro, ſuo in vxorem. [4] Et ingreſſus eſt ad Agar, & concepit: Videns autem quod concepiſſet, contempſit dominam ſuam in oculis ſuis.

[illegible]

5 Et dixit Sarai ad Abrã, oppreſſio mea ſuper te
ſit: ego dedi ancillã meã in gremium tuũ, quæ
quũ vidiſſet ſe cõcepiſſe, vilui in oculis eius. Iu-
dicet Dñs inter me & te. 6 Dixit autẽ Abrã ad
Sarai coniugẽ ſuã, En ancilla tua tradita eſt in
manus tuas: fac illi quod bonũ eſt in oculis tuis.
Igitur cõtumeliis affecit eã Sarai domina ipſiꝰ:
fugitque à cõſpectu eius. 7 Et reperit eã ange-
lus Dñi iuxta fontem aquarũ in deſerto, in via
Gedar: 8 Et dixit ad eam, Hagar ancilla Sarai,
vndenam venis, & quò vadis. quæ dixit, A cõ-
ſpectu Sarai dñæ meæ ego fugio. 9 Ait illi An-
gelus Dñi, reuertere ad dominã tuã, & ſubde te
ſub manũ illius. 10 Tum ſubiunxit ei angelus
Dñi, Multiplicans multiplicabo ſemẽ tuum, &
nõ numerabitur prę multitudine eius. 11 Dixit
etiã ei Angelus Dñi, Ecce tu grauida es, & pa-
ries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iſmael, eò quòd
audierit Dñs oppreſſionem tuã. 12 Et ipſe erit
onager hominũ: manus eius cõtra oẽs, & manꝰ
omniũ erit in eũ, & iuxta terminũ omniũ fra-
trũ ſuorũ habitabit. 13 Et vocauit illa nomen
Dñi qui fuerat cũ ea locutꝰ: ac dixit, Tu es Deꝰ
in viſione; dixit enim, En etiã viſionẽ vidi poſt-
quã vidit me. 14 Propterea appellauit puteũ il-
lum Puteum viuentis qui vidit me. en ipſe *iacet*
inter Racẽ, & inter Gedar. 15 Peperit ergo Ha-
gar Abramo filiũ: vocauitque Abram nomen
filii ſui qui natus eſt ei, quem peperit ei Hagar,
Iſmael. 16 Et verò Abram natus erat octogin-
ta ſex annos, quando peperit Hagar Iſmae-
lem Abramo.

CAPVT XVII.

Promiſſio Abrahæ. 1 Erat autem Abram
natus nonaginta nouem annos: & appa-
ruit Dominus Abramo, & dixit ei, Ego ſum
Elſadai Deus, benefacito coram me, & eſto
ſine macula.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Dixitque Sarai ad Abram: Oppreſſio mea ſuper te, ego dedi tibi ancillam meam, cúmque vidiſſet ſe iam concepiſſe, deſpecta ſum apud ipſam. iudicet Deus inter me & inter te.* 6 *Dixit ei: Ecce ancilla tua in manu tua, faciei quod placuerit tibi. Vexauitque eam Sarai donec fugeret è manibus eius.* 7 *Inuenitque eam Angelus Dei ſuper fontem aquæ in deſerto, ſuper fontem qui eſt in via regionis Mecchanæ.* 8 *Et dixit: O Hagar ancilla Sarai, vnde veniſti, & quo vadis? Dixit: E manibus Sarai dominæ meæ ego ſum fugiens.* 9 *Dixit ei Angelus Dei: Reuertere ad dominam tuam, & ſubiicere ſub manibus eius.* 10 *Rurſus dixit ei, Certè multiplicabo ſemen tuum ita, vt non numeretur præ multitudine.* 11 *Tum dixit ei, ecce tu grauida es, & paries filium, & vocabis eum Iſmail, eò quòd audierit Deus inuocationem tuam ad ſe de labore tuo.* 12 *Et ipſe erit ſolitarius ab hominibus, manus eius in omnes, & manus omnium in eum, & in conſpectu omnium fratrum ſuorum habitabit.* 13 *Vocauitque nomen Dei colloquentis ſecum, Tu es potens, videns: quia ipſa dixit, quòd vidi hic miſericordiam tuam poſtquam vidi tribulationem.* 14 *Propterea vocatus eſt puteus ille, Puteus viui, miſericordis. Ecce ipſe eſt inter Racim, & inter Iared.*
15 *Deinde peperit Hagar Abramo filium: vocauitque Abram filium ſuum quem genuit Hagar, Iſmail.* 16 *Et erat Abram filius ſex & octoginta annorum, quando peperit Hagar Iſmailem Abramo.*

CAPVT XVII.

Cvmque factus eſſet Abram filius nonaginta nouem annorum, apparuit ei Angelus Dei, & dixit illi: Ego ſum potentiſſimus, ſufficientiſſimus, ambula in obedientia mea, & eſto integer.

5 فقالت ساراي لابرام ظلمي عليك * انا اعطيتك امتي فلما رات
انها قد حملت هنت عندها * يحكم الله بيني وبينك * 6 قال
لها هوذا امتك في يدك اصنعي بها ما حسن عندك * فعذبتها
ساراي حتي هربت من بين يديها * 7 فوجدها ملاك الله علي
عين ماء في البرية علي العين التي في طريق حجر الحجاز *
8 فقال يا هاجر امة ساراي من اين جيت والي اين تمضين *
قالت من بين يدي ساراي سيدتي انا هاربة * 9 قال لها
ملاك الله ارجعي الي سيدتك واستعبدي تحت يديها *
10 ثم قال لها لاكثرن نسلك حتي لا يحصي كثرة *
11 ثم قال لها ها انت حامل وستلدين ابنا وتسميه اسماعيل
اذ سمع الله دعاك اليه من شقايك * 12 وهو يكون وحشيا
من الناس * يده في الكل ويد الكل فيه * وبحضرة جميع اخوته
يسكن * 13 فنادت باسم الله المخاطب لها * انت القادر
الرائي * لانها قالت اني رايت هاهنا رحمتك بعد رويتي الشقا *
14 لذلك سميت البير بير الحي الرحيم * هوذا هي بين رقيم وبين
برد * 15 ثم ولدت هاجر لابرام ابنا فسمي ابرام ابنه الذي
ولدته هاجر اسماعيل * 16 وكان ابرام ابن ست وثمانين سنة
حين ولدت هاجر اسمعيل لابرام *

* الفصل السابع عشر *

1 ولما صار ابرام ابن تسع وتسعين سنة تراءي له ملاك الله
وقال له انا القادر الكافي اسلك في طاعتي وكن صحيحا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Et dixit Sarai ad Abram, iniuria mea ſuper te: ego dedi ancillam meam in ſinu tuo. Videns autem quod conceperat, vilis fui in oculis eius: Iudicet Dominus inter me & inter te: 6 Et dixit Abram ad Sarai: ecce ancilla tua in manu tua eſt: fac illi vt placuerit oculis tuis: Tum afflixit eam Sarai, ideo fugit à facie eius.
7 Et inuenit eam Angelus Domini iuxta fontem aquarum, in deſerto, iuxta fontem quæ eſt in via Sur:
8 Dixitque, Agar Ancilla Sarai: vnde venis, & quo vadis? Et reſpondit, à facie Sarai dominæ meæ ego fugio:
9 Et dixit ei Angelus Domini, reuertere ad dominam tuam, & humilia te ſub manu eius. 10 Dixit quoque ei Angelus Domini; multiplicando multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.
11 Iterum dixit ei Angelus Domini, ecce tu prægnans es, & paries filium, vocabiſque nomen eius Iſmael, quia audiuit Dominus afflictionem tuam. 12 Et ipſe erit ferus homo; manus eius erunt aduerſus omnes, & manus omnium aduerſus eum; & ad faciem omnium fratrum ſuorum habitabit.
13 Et vocauit nomen Domini loquentis ad eam, tu Deus videns: dicebat enim, num etiam hîc vidi poſt videntem me? 14 Ideo vocauit puteum illum, puteum viuentis videntis me, qui eſt inter Cades & inter Barad. Poſtea peperit Agar ipſi Abram filium: & vocauit Abram nomen filii ſui quem peperit Agar, Iſmael.
16 Abram autem filius erat octoginta & ſex annorum, cum peperit Agar Iſmaelem Abræ.

CAPVT XVII.

ET erat Abram filius nonaginta nouem annorum: Tum apparuit Dominus Abram, & dixit ei: Ego ſum Deus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

[2] Et dabo fœdus meũ inter me&te,& multipli-
cabo te vehemẽtiſſimè. [3] Prociditq; Abrã in fa-
ciẽ ſuã. Et allocutus eſt eũ Deus,& ait illi: [4] Ego
en ſtatuo pactũ meũ tecũ, eriſque pater multi-
tudinis gentium. [5] Nec vocabitur vltra no-
men tuum Abram,ſed erit nomen tuum Abra-
ham, quia patrem multitudinis gentium te
conſtitui. [6] Et fœcũdabo te,& multiplicabo te
vehementer nimis,ponãque te in gentes,& re-
ges è dorſo tuo prodibunt. [7] Et ſtatuã pactum
meũ inter me & te, & inter ſemẽ tuũ poſt te in
generationes eorũ,fœdere ſẽpiterno:&ero tibi
Deus & ſemini tuo poſt te. [8] Daboq; tibi & ſe-
mini tuo poſt te terram incolatꝰ tui, totã terrã
Chanaã in hæreditatẽ perpetuã,& ero eis Deꝰ.
[9] Dixit quoq; Deus ad Abrahã, Tu pactũ meũ
ſerua,tu & ſemen tuum poſt te in generationes
ſuas. [10] Hoc eſt pactũ meũ quod ſeruabitis in-
ter me &vos,& inter ſemẽ tuũ poſt te. vt circũ-
cidatis omnẽ maſculũ. [11] Circuncideris autem
carnẽ præputii veſtri, & erit ſignũ fœderis in-
ter me & vos. [12] Et verò filius octo dierũ circũ-
cidetur ex vobis omnis maſculus in generatio-
nes veſtras: tã vernaculus, quã emptus argento,
ex omni filio peregrini qui non fuerit de ſtirpe
tua: [13] Circuncidẽdo circũcidetur vernaculus
tuus & emptus argẽto tuo: eritque pactũ meũ
in carne veſtra in fœdus æternũ. [14] Et præpu-
tiatus maſculus cuiꝰ præputii caro minimè cir-
cuncidetur, peribit anima illa de populo ſuo:
fœdus *enim* meũ irritum fecit. [15] Rurſus dixit
Deus Abrahamo, Sarai vxoris tuæ ne voces no-
men eius Sarai, quia Sara eſt nomen eius. [16] Et
benedicã ei, & dabo etiam tibi ex ea filium, cui
benedicam, eritque in populos, & reges gen-
tium ex eo erunt. [17] Et procidit Abraham ſu-
per vultum ſuum, ac riſit, dixitque in corde
ſuo, Filio centum annorum naſcetur filius?
An Sara filia nonaginta annorum pariet?

VERSIO SAMARITANA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

2 Et ponam fœdus meum inter me, & inter te,
& multiplicabo te valde valde. 3 Corruitque
Abram ſuper faciem ſuam, & allocutus eſt eum
Deus, dicens: 4 Ecce ego poſiturus ſum pactum
meum tecum, & eris pater nobilitatis gentium.
5 Et non vocabitur ampliùs nomen tuum Abram,
ſed erit nomen tuum Ebrahim: quia conſtitui te
patrem excellentiæ gentium. 6 Et fructificare te fa-
ciam valdè valde: & conſtituam ex te gentes, &
exibunt ex te reges. 7 Et confirmabo pactũ meum
inter me & inter te, & inter progeniem tuam
poſt te in generationes eorum, pactum ſæculi: vt ſim
tibi Deus, & ſtirpi tuæ poſt te. 8 Et dabo tibi &
ſtirpi tuæ poſt te, regionem hoſpitii tui, nempe totam
terram Chanaan, in poſſeſſionem ſempiternam, &
ero vobis Deus. 9 Tum dixit Deus ad Ebrahim:
Et tu ſerua pactũ meũ tu & progenies tua poſt te
in generationes eorũ. 10 Hoc eſt pactum meũ quod
ſeruabitis inter me & inter vos, & inter progeniem
tuã poſt te, vt circũcidatur omnis maſculus ex vo-
bis. 11 Circuncidetiſque præputiũ de corporibus ve-
ſtris, eritque ſignũ pacti inter me, & inter vos. 12 Et
filius octo dierum circũcidetur omnis maſculus ex
vobis in generationes veſtras: genitus in domibus
veſtris, & emptus pretio, ex omni extero qui non eſt
ex progenie veſtra. 13 Circũciſione circũcidetur natꝰ
domi tuæ, & emptus pecunia tua, & erit pactũ meũ
in corporibus veſtris, pactũ ſempiternũ. 14 Et ſi cu-
ius præputiũ habentis ex maſculis, non circunciſum
fuerit præputiũ de corpore ipſius, abſcindetur talis
anima à gente ſua, eo quòd iam violauerit pactum
meum. 15 Adhuc dixit Deus ad Ebrahim: Sarai
vxorem tuam ne voces Sarai, ſed voca eam Sara.
16 Nam benedicam illã, & dabo tibi ex ea filium,
& benedicam eã, & erit ex ea gens, & reges popu-
lorum de ea exibunt. 17 Ceciditque Ebrahim
ſuper faciem ſuam, & riſit præ gaudio, & dixit in
ſemetipſo: Anne filio centum annorũ erit proles?
an vero Sara filia nonaginta annorum pariet?

2 واجعل عهدي بيني وبينك * واكثرك جدا جدا * 3 فوقع
ابرام على وجهه وخاطبه الله قايلا * 4 ها انا جاعل عهدي معك *
وتكون ابا جمهور الامم * 5 ولا يسمى ايضا اسمك ابرام * بل
يكون اسمك ابرهيم لاني جعلتك ابا جمهور الامم * 6 واثمرك
جدا جدا * واجعل منك امما * ويخرج منك ملوك * 7 واثبت عهدي
بيني وبينك * وبين نسلك بعدك لاجيالهم عهد الدهر * لاكون
لك الها ولنسلك بعدك * 8 واعطيك ونسلك بعدك بلدة
سكناك * وهي جميع ارض كنعان حوزا مويدا * واكون لكم الها * 9 ثم
قال الله لابرهيم وانت احفظ عهدي انت ونسلك بعدك لاجيالهم *
10 هذا عهدي الذي تحفظونه بيني وبينكم وبين نسلك من
بعدك * ان تختن كل ذكر منكم * 11 فتختنون القلفة من ابدانكم *
ويكون علامة عهد بيني وبينكم * 12 وابن ثمانية ايام يختتن كل
ذكر منكم لاجيالكم المولود في منازلكم والمشتري بثمن من كل غريب
ليس هو من نسلكم * 13 اختتانا يختتن المولود في بيتك والمشتري
بمالك * ويكون عهدي في ابدانكم عهدا مويدا * 14 واي اقلف
من الذكور لم تختن القلفة من بدنه تنقطع تلك النفس من
قومها * اذ قد فسخ عهدي * 15 ثم قال الله لابرهيم ساراي
زوجتك لا تسمها ساراي بل سمها سارة * 16 فاني ابارك فيها *
واعطي لك منها ابنا واباركها * ويكون منها امة وملوك الشعوب
منها يخرجون * 17 فوقع ابرهيم على وجهه وضحك سرورا وقال في
نفسه * الابن مائة سنة يولد * او سارة ابنة تسعين سنة تلد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

2 Dabo enim fœdus meũ inter me, & inter te, & multiplicabo te valde valde. 3 Tum cecidit Abrã in faciem
ſuã, locutuſque eſt cũ eo Deus, dicens: 4 Ego, ecce fœdus meũ tecũ, vt ſis in patrem multitudinis gẽtium: 5 Ideo
nõ vocabitur amplius nomen tuũ Abram, ſed erit nomen tuũ Abrahã: quia patrẽ multitudinis gentiũ dedi te.
6 Fructificare quoque te faciã plurimùm: & dabo te in gentem, regeſque de te egredientur. 7 Et ſtabiliã fœ-
dus meum inter me, & inter te, & inter ſemen tuum poſt te in generationes eorũ in fœdus perpetuum, vt ſim
tibi in Deum, & ſemini tuo poſt te. 8 Itaque dedi tibi & ſemini tuo poſt te terrã peregrinationis tuæ: vniuerſã
terram Chanaan, in poſſeſſionem perpetuam: & ero eis in Deum. 9 Et dixit Deus Abrahæ: Tu quoque fœdus
meum ſeruabis, tu, & ſemen tuum poſt te, in generationes eorum. 10 Hoc eſt fœdus meum quod ſeruabitis
inter me & inter vos & inter ſemen tuum poſt te: Circumcidetur vobis omnis maſculus. 11 Et circumcidetis
carnem præputii veſtri: Eritque in ſignum fœderis inter me & inter vos. 12 Et filius octo dierum circumcide-
tur vobis, omnis maſculus in generationibus veſtris; natus domi, & acquiſitus argẽto, ex omni filio alienigenæ
quod non eſt ex ſemine tuo. 13 Circumcidendo circumcides natos domi tuæ, & acquiſitos argento: & erit
fœdus meum in carne tua in fœdus perpetuum. 14 Præputium autẽ maſculi cuius non circũciſa fuerit caro pre-
putii ſui in die octauo, iſtius exterminabitur anima de populis ſuis: fœdus meũ fregit. 15 Et dixit Deus Abra-
hæ: Sarai vxoris tuæ, non vocabitur nomen Sarai, ſed erit Sara nomen eius; benedicam enim eam, atque etiam
dabo ex ea tibi filiũ. 17 Et benedicã eum, & erit in gẽtes, regeſque populorũ ex ea erunt. 17 Tũ cecidit Abrahã in
faciẽ ſuã, & riſit & dicẽs in corde ſuo: Nũquid filiꝰ centũ annorũ gignã, aut Sara filia nonaginta annorũ pariet?

18 [illegible Syriac text]
19 [illegible Syriac text]
20 [illegible Syriac text]
21 [illegible Syriac text]
22 [illegible Syriac text]
23 [illegible Syriac text]
24 [illegible Syriac text]
25 [illegible Syriac text]
26 [illegible Syriac text]
27 [illegible Syriac text]

[illegible]

1 [illegible Syriac text]
2 [illegible Syriac text]
3 [illegible Syriac text]
4 [illegible Syriac text]

18 Ait autem Abraham Deo, O vtinam Iſmael
viuat coram te. 19 Et dixit Deus Abrahamo,
Verè Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis
nomen eius Iſahac: & ſtatuam pactum meum
cum eo in fœdus ſempiternũ, & cum eius progenie poſt eum. 20 Quod autem ad Iſmael,
audiui te: ecce benedixi ei, & multiplicaui
eum, & magnificaui illum ſummoperè, duodecim principes generabit, & faciã eum in gentem magnam. 21 Et fœdus meum ſtatuam
cum Iſahac quem pariet tibi Sara tempore iſto
in anno altero. 22 Cúmq; deſiiſſet loqui cum
eo, ſublatus eſt Deus ab Abrahã. 23 Et adduxit
Iſmaelem filium ſuum, & omnes vernaculos
ſuos, omneſque emptos argento ipſius, omnem
ſcilicet marem inter domeſticos Abrahami: &
circunciderũt carnem præputii ſui ipſo eodem
die, quemadmodũ locutus fuerat cũ eo Deus.
24 Porrò Abraham natus erat annos nonaginta nouem, quando circuncidit carnem præputii ſui. 25 Iſmael autẽ filius eius natus erat annos tredecim quãdo circuncidit carnem præputii eius. 26 Eodem ipſo die circumcidit
Abraham Iſmaelem filiũ ſuum, 27 Omneſque
domeſticos ſuos, tam natos domi ſuæ, quàm
emptos argento ipſius: etiam filios peregrinorum circuncidit ſecum.

CAPVT XVIII.

ET apparuit ei Dominus in quercu Mamre, dum ipſe ſederet in oſtio tabernaculi,
æſtuante die. 2 Et ſublatis oculis ſuis reſpexit, & ecce tres viros aſtantes illi: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum ab oſtio
tabernaculi, & adorauit in terram. 3 Et dixit,
Domine, ſi inueni miſericordiam in oculis
tuis, ne prætereas ſeruum tuum. 4 Sumam
paulum aquæ, & lauabo pedes veſtros, & recumbite ſub arbore.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible Samaritan text]
19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]
22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible Samaritan text]
24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]

[illegible]

1 [illegible Samaritan text]
2 [illegible Samaritan text]
3 [illegible Samaritan text]
4 [illegible Samaritan text]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible Samaritan text]
19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]
22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible Samaritan text]
24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]

[illegible]

1 [illegible Samaritan text]
2 [illegible Samaritan text]
3 [illegible Samaritan text]
4 [illegible Samaritan text]

18 *Dixitque Ebrahim Deo: Vtinam Iſmail vi-*
uat in conſpectu tuo. 19 *Dixitque Deus: Imò*
Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis eum
Iſhac, & confirmabo pactum meum cum ipſo, pa-
ctum ſempiternum, & cum progenie illius poſt
eum. 20 *Etiam audiui ſermonem tuum de*
Iſmail, & ecce ego benedicturus ſum ei, & fructi-
ficare faciam eum, & multiplicabo eum valde
valde, & gignet duodecim nobiles, & conſtituam
ex ipſo gentem magnam. 21 *Et pactum meum*
confirmabo cum Iſhac, quem pariet tibi Sara in
ſimili huic tempore, in anno venturo. 22 *Cúm-*
que finiſſet colloquium ſuum, ſublatus eſt Angelus
Dei ab Ebrahim. 23 *Et accepit Ebrahim Iſ-*
mail filium ſuum, & omnes natos domus ſuæ, &
cunctos emptos pecunia ſua cum omni maſculo ex
domeſticis ſuis, circunciditque præputium de cor-
poribus eorum in iſta die, ſecundum id quod præ-
ceperat ei Deus. 24 *Et Ebrahim erat filius no-*
naginta nouem annorum cùm circuncidit car-
nem præputii ſui. 25 *Et erat Iſmail filius eius,*
natus tredecim annos quando circuncidit præpu-
tium è corpore ipſius. 26 *In eadem ipſa die*
circunciſus eſt Ebrahim, & Iſmail filius eius,
27 *Et omnes homines domicilii illius, & nati in*
illo, & emptus pecunia eius ex aduenis, circunciſi
ſunt cum illo.

CAPVT XVIII.

ET apparuit ei Angelus Dei in quercubus
Mamri, cùm eſſet ſedens ad ianuam tentorii
in æſtu diei. 2 *Tum leuauit oculos ſuos, inſpexit-*
que, & ecce tres homines ſtantes coram ſe; cúmque
vidiſſet eos, accurrit in occurſum eorum ex ianua
tentorii, & adorauit ſuper terram. 3 *Et dixit:*
O amice Dei, ſi inueni ſortem apud te, ne transeas
modò à ſeruo tuo. 4 *Offeret vobis parum aquæ,*
& lauate pedes veſtros, & incumbite ſub arbore.

18 فقال ابرهيم لله ليت اسمعيل يحيا بين يديك * 19 فقال
الله لكن سارة زوجتك ستلد لك ابنا وتسميه اسحق * واثبت
عهدي معه عهدا موبدا ومع نسله بعده * 20 وقد سمعت
قولك في اسماعيل * وها انا مبارك فيه * وانميه واكثره جدا جدا *
ويولد اثني عشر شريفا * واجعل منه امة عظيمة * 21 وعهدي
اثبته مع اسحاق الذي تلده لك سارة في مثل هذا الوقت في
السنة الاتية * 22 فلما فرغ من مخاطبته ارتفع ملاك الله عن
ابرهيم * 23 فاخذ ابرهيم اسمعيل ابنه * وجميع ولدان بيته *
وساير المشترين بماله * مع كل ذكر من اهل منزله * فختن القلفة من
ابدانهم في هذا اليوم * حسب ما امره الله به * 24 وابرهيم ابن
تسع وتسعين سنة عند ختنه لحم قلفته * 25 وكان اسمعيل
ابنه ابن ثلاث عشرة سنة حين ختن القلفة من بدنه *
26 في ذات ذلك اليوم اختتن ابرهيم * واسمعيل ابنه *
27 وكل اناس منزله * والمولودين فيه * والمشتري بماله من الاجنبيين
اختتنوا معه *

* الفصل الثامن عشر *

1 وتجلى له ملاك الله في بلوط ممرى * وهو جالس بباب المضرب
عند حر النهار * 2 ثم رفع عينيه فنظر فاذا ثلثة نفر وقوف امامه *
فلما راهم احضر للقائهم من باب المضرب وسجد على الارض *
3 وقال يا ولي الله ان وجدت حظا عندك فلا تجز الان عن عبدك *
4 يقدم لكم قليل ماء واغسلوا ارجلكم * واستندوا تحت الشجرة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Dixitque Abrahã Deo: vtinam Iſmael viuat in conſpectu tuo. 19 Ait verò Deus: ecce, certò Sara vxor tua
pariet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Iſaac: & ſtabiliã fœdus meũ cum eo in fœdus æternum, & cum ſemine
eius poſt eum. 20 De Iſmaele autem audiui te: ecce benedixi eum, & fructificare faciam eum, & multiplicabo
eum valde valde. Duodecim principes gignet, ponãque eum in gentem magnam. 21 Sed fœdus meum ſtabi-
liam cum Iſaco, quem pariet tibi Sara in tempore iſto, in anno altero. 22 Finitóque ſermone cum eo, aſcen-
dit Deus ab Abraham. 23 Poſtea accepit Abraham Iſmaelem filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, &
omnem argento emptum, omnem maſculum in viris domus Abraham: & circumcidit carnem præputii eo-
rum in illo ipſo die, ſicut locutus fuerat cum eo Deus. 24 Abraham autem filius erat nonaginta nouem an-
norum, cum circumcidit carnem ꝓputii ſui. 25 Iſmael verò filius eius, natus erat tredecim annos cum
circumciſa fuit caro præputii eius. 26 In illo ipſo die circumciſus eſt Abraham, & Iſmael filius eius.
27 Et omnes viri domus eius; natus domi, & emptus argento ex filiis alienigenarum circumciſi ſunt cum eo.

CAPVT XVIII.

ET apparuit ei Dominus in conualle Mamre: ipſe tum ſedebat ad portam tabernaculi cum incaleſceret
dies. 2 Et leuauit oculos ſuos, & ecce tres viri ſtantes ſuper eum: Vt vidit eos, cucurrit in occurſum eo-
rum de porta tabernaculi, & proſtrauit ſe in terram. 3 Dixitque, Domini mei, ſi nunc inueni gratiam in oculis
veſtris, ne quæſo prætereatis ſeruum veſtrum. 4 Sumatur quæſo paululum aquæ, lauate quoque pedes ve-
ſtros, & requieſcite ſub arbore.

[illegible]

5 Et accipite fruſtulum panis,& fulcite cor ve-
ſtrum,ac poſtea tranſibitis:quandoquidem ita
tranſiiſtis prope ſeruum veſtrum. Et dixerunt,
ſic facies quemadmodum dixiſti. 6 Igitur fe-
ſtinans Abraham,cucurrit in tabernaculum ad
Sara,dixitque,Citò tria ſata farinę ſimilæ pinſe
& fac placentam. 7 Et ad armentum cur-
rens Abraham, cepit vitulum vnum pinguem
ac bonum,deditq; puero, qui feſtinauit ad cō-
ponendum illum. 8 Et accipiens butyrũ & lac
cũ vitulo quem apparauerat, appoſuit illis: ip-
ſe verò aſſiſtebat eis ſub arbore: & comederũt.
9 Et dixerũt ei,vbi eſt Sara vxor tua?qui ait, Ec-
ce in tabernaculo. 10 Præterea dixerunt illi,Re-
uertens reuertar ad te circiter tempus hoc, ipſa
ſuperſtite,& erit filius Saræ vxori tuæ. Sara ve-
rò audiuit in oſtio tabernaculi,ipſo à tergo exi-
ſtente. 11 Et quidem Abraham & Sara ſenue-
rant & proceſſerant in annos, deſieratque eſſe
ipſi Saræ vſus muliebris. 12 Riſit itaque Sara in
corde ſuo, ac dixit; Poſtquam *ſenio* confecta
ſum, fietne mihi iuuentus? & dominus meus
iam cōſenuit. 13 Dixit autem Dñs ad Abraham,
Quare riſit Sara, ac dixit, Verène pariam ego
quæ ſenui? 14 Num magnum eſt negotiũ apud
Deum,vt circiter tēpus hoc reuertar ad te,ipſa
ſuperſtite,ſitque filius Saræ vxori tuæ? 15 Nega-
uit autē Sara,dixitque,Nō riſi. Timuerat enim.
Et ait,Nequaquam, imò riſiſti. 16 Cōſurgentes
ergo illinc viri iſti,reſpexerunt verſus Sodomã,
Abrahã verò iuit cũ eis vt deduceret eos. 17 Et
Dñs dixit,Nũ cælabo ſeruũ meũ Abrahã quod
geſturꝰ ſũ. 18 Quũ Abrahã omnino futurus ſit in
gētē magnã & copioſã, benedicēdiq; ſint in eo
oēs populi terræ? 19 Nã ego noui eũ hortaturũ
filios ſuos,& filios domꝰ ſuæ poſt ſe,vt cuſtodiãt
vias Dñi,faciãtque iudiciũ & iuſtitiã,ad hoc vt
adducat Dñs ſuper Abraham quod dixit de eo.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Et offeram fruſtum panis quo ſuſtentetis corda*
veſtra, ac deinde abibitis: nam vos idcirco tranſii-
ſtis ante ſeruum veſtrum. Dixerunt, fac vt dixiſti.
6 *Feſtinauitque Ebrahim ad tentorium ad Sara,*
& dixit: Accelera, ſume tres cados farinæ ſimila-
ginis, & ſubige eam, & fac eam placentas. 7 *Et*
ad boues accurrit Ebrahim, ſumpſitque vitulum
tenerum, delicatum, deditque eum puero, & acce-
lerauit eum ad parandum illum. 8 *Deinde ac-*
cepit butyrum, & lac, & vitulum, quem para-
uerat, & poſuit ea ante illos, ipſeq; ſtabat coram
ipſis ſub arbore. 9 *Et comederunt: deinde dixe-*
runt, Vbi eſt Sara vxor tua? Dixit: Ecce eſt in
tentorio. 10 *Ait miſſus ex ipſis ad eam, Reuer-*
tar ad te in tempore huic ſimili in anno ſequenti,
& erit filius Saræ vxori tuæ. Et Sara audiebat
propè ianuam tentorii, cuius à tergo ſtabat ille.
11 *Ebrahim verò ac Sara erãt ambo ſenes grãdæui*
in ætate, & iam ceſſauerat eſſe Saræ mos ſicut mu-
lieribus. 12 *Riſitque Sara in ſemetipſa dicens: An-*
ne poſtquã conſũpta ſum, erit mihi viciſſitudo, &
Dominus meus ſenex eſt? 13 *Dixitq; Propheta*
Dei ad Ebrahim: Cur riſit Sara dicens; Num cer-
tò pariam, cùm iam ſenuerim. 14 *Anne abſcon-*
ditur à Deo res vlla? In tempore huic ſimili reuer-
tar ad te, & Saræ erit filius. 15 *Negauitque Sa-*
ra, dicẽs: Non riſi: eò quod timuiſſet. Dixitq;, Non,
ſed riſiſti. 16 *Deinde ſurrexerunt homines inde, &*
proſpexerũt ad id Sodomæ quod patebat. Et Ebra-
him iuit cum eis, vt deduceret eos. 17 *Dixitq; Deus:*
Num abſconditurus ſum ab Ebrahim quod ego
facturus ſum, 18 *Cùm ex Ebrahim futura ſit*
gens ampla, magna: & benedicendæ ſint per ipſum
omnes gentes terræ, 19 *Et ego ſciam quod ipſe præ-*
cipiet filiis ſuis, & familiæ ſuæ poſt ſe, vt ſeruent
viam Dei, ad faciendum cum iuſtitia & iudi-
cio, donec adimpleat Deus Ebrahimo quod pro-
miſit ei?

5 واقدم كسرة خبز لتسندوا بها قلوبكم * ثم تمضوا بعد ذلك *
فانكم علي ذلك جزتم بعبدكم * قالوا اصنع كما قلت * 6 فاسرع
ابرهيم الي المضرب الي سارة * وقال اسرعي باخذ ثلاث ويبات من
دقيق سميد فاعجنها واصنعها ملة * 7 والي البقر احضر ابرهيم
فاخذ عجلا رخصا طيبا * ودفعه الي الغلام واستعجله في اصلاحه *
8 ثم اخذ سمنا ولبنا والعجل الذي اصلحه * وجعل ذلك بين
يديهم وهو واقف امامهم تحت الشجرة * 9 فاكلوا ثم قالوا اين سارة
زوجتك * قال ها هي في الخبا * 10 قال المبعوث منهم اليها سارجع
اليك في مثل هذا الوقت من قابل ويكون ابن لسارة زوجتك وسارة
تسمع عند باب المضرب وهو وراه * 11 وابرهيم وسارة شيخان
طاعنان في السن * وقد امتنع ان يكون لسارة سبيل كالنساء *
12 فضحكت سارة في نفسها قايلة ابعد ان بليت يكون لي ربيع
وسيدي شيخ * 13 فقال نبي الله لابرهيم لم ضحكت سارة قايلة
ايقينا الد وقد شخت * 14 ايخفي عن الله امر * في مثل هذا
الوقت اعود اليك ولسارة ابن * 15 فجحدت سارة قايلة لم اضحك
اذ خافت * فقال لا بل ضحكت * 16 ثم قام القوم من هناك واشرفوا
علي ظاهر سدوم * وابرهيم مضي معهم ليشيعهم * 17 فقال الله
اخفي انا عن ابرهيم ما انا صانعه * 18 وابرهيم سيكون منه امة
كبيرة عظيمة * ويتبرك به جميع امم الارض * 19 وانا اعلم انه
سيامر بنيه واهله بعده بان يحفظوا طريق الله ليعملوا بالعدل
والحكم * حتي ينجز الله لابرهيم ما وعده به *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Et accipiam buccellam panis, vt ſuſtentetis cor veſtrum, & poſtea tranſibitis: nam quare pręteriretis ſeruum
veſtrum? qui dixerunt, ſic fiet ſicut dixiſti. 6 Tum feſtinauit Abrahã in tabernaculum ad Saram: & dixit, feſtina;
tria ſata farinæ ſimilæ depſito, & fac ſubcinericios panes. 7 Ad Boues etiam cucurrit Abraham, & accepit
vitulum tenerũ & bonum, & dedit puero, feſtinauitque vt præpararet eum. 8 Accepit quoque butyrum &
Lac, & vitulum quem præparauerat, & poſuit coram eis: ipſe autem adſtabat eis ſub arbore cum comede-
bant. 9 Dixerũt verò ei, vbi eſt Sara vxor tua? & reſpõdit, ecce in tabernaculo. 10 Tum dixit, redeundo redi-
bo ad te circa tẽpus vitæ, & ecce filius Saræ vxori tuæ: & audiuit Sara ex oſtio tabernaculi, erat enim poſt eum.
11 Abraham autem & Sara ſenes erant prouectæ ætatis: ceſſauerat eſſe Saræ conſuetudo mulierum. 12 Et riſit
Sara in ſemetipſa, dicens: poſtquam ſenui, erit mihi voluptas, & Dominus meus ſenex? 13 Dixit verò Dominus
Abrahæ, propter quid riſit Sara dicens: nunquid verè pariam, cum ego ſenuerim? 14 Num Deo aliquid occultũ
erit: in tempore redibo ad te, ſecundum tempus vitæ, & Saræ erit filius. 15 Et negauit Sara dicens, non riſi,
quoniam timuerat: Sed dixit ei, imò riſiſti. 16 Poſtea ſurrexerunt inde viri, & reſpexerunt verſus Sodomam
& Abraham ambulabat cum eis vt deduceret eos. 17 Et Dominus dixit, occultabo ego Abrahæ
quod ego facturus ſum? 18 Erit enim Abraham in gentem magnam & fortem, & benedicentur in eo omnes
gentes terræ. 19 Scio quoque quod præcipiet Abraham filiis ſuis, & domui ſuæ poſt eum, vt cuſto-
diant viam Domini, ad faciendam iuſtitiam & iudicium, vt adducat Dominus ſuper Abraham quæcun-
que locutus eſt ei.

20 [Syriac text illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

20 Et ait Dominus, Clamor Sodomæ & Go-
morrhæ ingreſſus eſt coram me,& peccata eo-
rum valde creuerunt. 21 Deſcendam & vide-
bo num iuxta clamorem qui ingreſſus eſt co-
ram me,geſſerint & *opere* compleuerint:ſin mi-
nùs ſciam. 22 Et diuertentes inde viri illi,
abierunt in Sodomam, Abrahamo adhuc ſtan-
te coram Domino. 23 Et accedens Abraham
dixit,Num vna *eademque* ira perdes iuſtos cum
peccatoribus? 24 Si fuerint quinquaginta iu-
ſti intra ciuitatem,nunquid ira eadem perdes,
nec parces loco illi propter quinquaginta iu-
ſtos qui in eo fuerint? 25 Abſit à te vt facias rem
iſtam, vt *ſcilicet* occidas innocentem cum reo,
fiatque innocens ſicut reus. Abſit à te iudex
vniuerſæ terræ: nequaquam fiet iudicium tale.
26 Dixitque Dominus, Si inuenero Sodomis
quinquaginta iuſtos intra ciuitatem, parcam
toti loco propter eos. 27 Et reſpondit Abra-
ham & ait en cœpi loqui coram Domino,cum
ego puluis ſim ac cinis. 28 Quòd ſi deſint ex
quinquaginta iuſtis quinque, deſtrues ne pro-
pter quinque totam ciuitatem? Dixit,Non de-
ſtruam, ſi inuenero ibi quadraginta quinque.
29 Et adiecit rurſus Abraham dicere ei,Quid ſi
reperiantur ibi quadraginta ? Inquit, non de-
ſtruam ſi reperiam ibi quadraginta. 30 Dixit
etiam, Ne moleſtum ſit Domino, & loquar:
Quid ſi reperiantur ibi triginta? Reſpondit non
deſtruam ſi inuenero ibi triginta. 31 Rurſus ait,
en cœpi loqui coram Domino:Quid ſi reperiã-
tur ibi viginti ? Reſpondit non deſtruam pro-
pter viginti. 32 Item dixit, Ne ægrè ferat Do-
minus, & loquar tantumodò vice iſta: Quid ſi
reperiantur illic decem? Ait, Nõ deſtruam pro-
pter decem. 33 Abiitque Dominus poſtquam
ceſſauit loqui cum Abrahamo, & Abraham
reuerſus eſt in locum ſuum.

VERSIO SAMARITANA.

20 [Samaritan text illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 [Hebrew-Samaritan text illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

[20] *Dixitque Deus, Clamor eorum qui ſunt oppreſ-
ſi in Sadum & Amura, iam multiplicatus eſt, &
peccatum eorum iam magnificatum eſt valde.*
[21] *Mittam ergo ad eas monitorem, vt videat
vtrum iuxta clamorem eorum peruenientem ad
me faciat vniuerſus cœtus eorum, an non.* [22] *Tum
digreſſi ſunt homines inde, & abierunt Sadum: &
manſit Ebrahim ſtans coram Deo.* [23] *Acceſſit-
que Ebrahim, & dixit: Nunquid certò perdes iu-
ſtum cum iniquo.* [24] *Et ſi reperti fuerint quin-
quaginta probi in vrbe, num conſumes incolas eius,
& non parces eis propter quinquaginta probos
qui ſunt in medio eius?* [25] *Et a te abſit vt facias
huiuſmodi rem, vt perdas iuſtum cum iniquo, &
ſit iuſtus vt iniquus, à te abſit. nam iudex vni-
uerſi mundi, non aget cum iudicio?* [26] *Dixit ei
Deus, Si reperero in Sadũ quinquaginta bonos in
medio vrbis, parcam omnibus incolis loci cauſa il-
lorum.* [27] *Reſpondit ei Ebrahim, & dixit: Ecce
protraxi ſermonem coram Deo, cùm ego ſim pul-
uis, aut cinis.* [28] *Si fortè à quinquaginta probis
deſint quinque, num perdes propter defectum quin-
que totam regionem?* [29] *Dixit, Non perdam eos
ſi inuenero ibi quadraginta quinque. Et iterauit
etiam ſermonem ſuum, ac dixit: Fortè reperientur
ibi quadraginta. Dixit, Non faciã id propter illos
quadraginta.* [30] *Et ait, Ne diſpliceat in conſpectu
Dei quod loquar. fortè reperientur ibi triginta.
Dixit, Non faciam id, ſi inuenero ibi triginta.* [31] *Et
dixit: Iam produxi ſermonem inter manus Dei:
forſitan inuenĩetur ibi viginti. Dixit, Non perdã
eos propter illos viginti.* [32] *Ait, Ne durum ſit in
conſpectu Domini mei vt loquar hac vice tantùm.
fortè reperientur ibi decem. Dixit, non perdam eos
propter illos decem.*
[33] *Abiit autem Angelus Dei, vt finem fecit
loquendi cum Ebrahim: & Ebrahim reuerſus eſt
in locum ſuum.*

20 فقال الله صراخ المظلومين في سدوم وعمورا قد كثر وخطيتهم
قد عظمت جدا * 21 فاحدر اليهما نذيرا ينظر الصراخهم الواصل
الي يصنع جملتهم ام لا * 22 ثم ولي القوم من ثم ومضوا الي سدوم
وبقي ابرهيم واقفا بين يدي الله * 23 فتقدم ابرهيم وقال ايقينا
تستفف الصالح مع الطالح * 24 وان وجد خمسون صالحا في القرية
اتفني اهلها ولا تصفح عنهم من اجل الخمسين صالحا الذين في
وسطها * 25 وانت معاذ من ان تصنع مثل هذا الامر * ان تهلك
الصالح مع الطالح فيكون الصالح كالطالح * انت معاذا * حاكم جميع
العالم لا يعمل بالحكم * 26 فقال له الله ان وجدت في سدوم
خمسين صالحا في وسط القرية * صفحت عن جميع اهل الموضع
بسببهم * 27 فاجابه ابرهيم وقال هوذا قد امعنت في الكلام بين
يدي الله وانا تراب او رماد * 28 لعل الخمسين صالحا ينقصون
خمسة * اتهلك بسبب نقص الخمسة جميع البلد * 29 قال لا
اهلكهم ان وجدت ثم خمسة واربعين * وعاود ايضا في كلامه فقال
عسي ان يوجد هناك اربعون * قال لا اصنع ذلك بسبب الاربعين *
39 وقال لا يصعب بين يدي الله ان اتكلم * عسي ان يوجد ثم
ثلاثون * قال لا اصنع ذلك ان وجدت ثم ثلاثين * 31 وقال قد امعنت
في الكلام بين يدي الله * عسي ان يوجد ثم عشرون * قال لا اهلكهم
بسبب العشرين * 32 قال لا يشتد بين يدي ربي حتي اتكلم هذه
المرة فقط * عسي ان توجد ثم عشرة قال لا اهلكهم بسبب العشرة *
33 فمضي ملاك الله كما فرغ من كلام ابرهيم وابرهيم رجع الي موضعه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[20] Et dixit Dominus: clamor Sodomæ & Gomorrhæ quia multiplicatus eſt, & peccatum eorum quia aggra-
uatum eſt valde: [21] Deſcendam nunc, & videbo num ſecundùm clamorem qui venit ad me fecerint con-
ſummationem, aut ſi non, cognoſcam. [22] Et receſſerunt inde viri illi, & iuerunt Sodomam: ſed Abraham ad-
huc ſtetit in conſpectu Domini. [23] Itaque accedens Abraham dixit: Nunquid perdes iuſtum cum impio?
[24] Fortaſſe ſunt quinquaginta iuſti intra vrbem, nunquid perdes, & non parces loco propter quinquaginta
iuſtos qui ſunt in medio eius? [25] Abſit à te vt facias ſecundum verbum iſtud: vt occidas iuſtum cum impio,
ſitque ſicut iuſtus ita impius: Abſit à te, iudex vniuerſæ terræ non faciet iudicium! [26] Et dixit Dominus: ſi
inuenero Sodomæ quinquaginta iuſtos in medio vrbis, tum parcam omni loco propter eos. [27] Et reſpondit
Abraham, & dixit: Ecce nunc cœpi loqui Domino meo cum ego ſim puluis & cinis: [28] Forte deficient quin-
quaginta iuſtis quinque, nunquid delebis propter quinque, vniuerſam ciuitatem? Et dixit: non delebo ſi in-
uenero ibi quadraginta quinque. [29] Et addidit adhuc loqui ad eum, dicens ei: fortaſſe inuenientur ibi
quadraginta: ſed dixit non delebo propter quadraginta. [30] Rurſus dixit: Non iraſcatur quæſo Dominus
meus, & loquar: fortaſſe inuenientur ibi triginta: Et dixit: Non perdam ſi inuenero ibi triginta: Et dixit:
ecce nunc cœpi loqui Domino meo: fortaſſe inuenientur ibi viginti: Et dixit, non delebo propter vigin-
ti. [32] Et dixit, ne quæſo iraſcatur Dominus meus, & loquar tantùm hac vice, fortaſſe inuenientur ibi de-
cem: Et dixit: Non delebo propter decem. [33] Et abiit Dominus poſtquam finiuit loqui cum Abraham:
Abraham quoque reuerſus eſt in locum ſuum.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

CAPVT XIX.

VEneruntque duo *illi* Angeli Sodomam
veſperè, Lot ſedente in porta Sodomæ:
& videns eos Lot, aſſurrexit ad occurſum eo-
rum, & adorans pronus in terram, 2 Dixit,
Rogo vos Domini mei, diuertite ad domum
ſerui veſtri: & pernoctate, & lauate pedes ve-
ſtros, & manè conſurgentes proficiſcimini in
viam veſtram. Qui dixerũt, Minimè, in platea
pernoctabimus. 3 At vrſit eos Lot vehemen-
ter, diuerteruntque ad eum, & ingreſſi ſunt do-
mum illius: fecitque eis conuiuium, & azima
coxit eis, & comederunt. 4 Nec dum dor-
mierant, & homines ciuitatis, homines *inquam*
Sodomæ vallarunt domum illam, à iuuenibus
vſque ad ſenes, quin vniuerſus populus à primo
ad vltimum. 5 Et vocantes Lot dixerunt ei,
Vbi ſunt viri qui venerunt ad te noctu? educ
eos ad nos, & cognoſcemus eos. 6 Exiit autem
Lot ad eos ad oſtium, & oſtium clauſit à tergo.
7 Dixitq; Lot ad illos, Ne malũ inferatis fratres
mei. 8 Ecce habeo duas filias quas nõ cognouit
vir *vllus*, educã eas ad vos, & vtimini illis prout
libuerit in oculis veſtris: tantumodò viris iſtis
ne faciatis quicquam, eò quòd ingreſſi ſint ſub
vmbrã trabium mearum. 9 Qui dixerunt re-
cede illuc. Dixerunt etiã, Quidã venit ad pere-
grinandũ apud nos, & ecce decernit nobis iu-
dicia: nunc peius tibi fiet quàm ipſis. Et rixatus
eſt cũ viris *illis* Lot vehementer: & acceſſerunt
ad effringendũ oſtium. 10 Et extẽdentes viri il-
li manus ſuas, introduxerũt Lot ad ſe in domũ,
& ianuã clauſerũt. 11 Cæterũ viri illi qui erãt
in oſtio domus, percuſſi fuerunt caligine à mi-
nimo vſque ad maximũ, & fatigabantur ad in-
ueniendũ oſtiũ. 12 Dixerũt autẽ viri illi ad Lot,
Quid agis hîc? generos tuos, & filios filiáſq; tuas,
& quicquid habes in ciuitate, educ è loco iſto.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

CAPVT XIX.

DEinde ingreſſi ſunt duo illi apoſtoli in Sadum
tempore veſpertino, Lot ſedente ad por-
tam eius. cúmque vidiſſet eos, ſurrexit in occur-
ſum eorum, & adorauit ſuper faciem ſuam ad ter-
ram. 2 Dixitque: O Domini mei, diuertite ad
domum famuli veſtri, & pernoctate, & lauate pe-
des veſtros, & primo mane diſcedite, & abite per
viam veſtrã. Dixerunt: Nequaquam, ſed in pla-
tea pernoctabimus: 3 Adeo vt ſollicitarit eos ve-
hementer. Diuerterunt igitur ad eum, & ingreſſi
ſunt in hoſpitium eius, fecitque eis conuiuium, &
coxit azimum, comederuntque. 4 Antequam
cubaſſent, ecce incolæ vrbis, habitatores Sadum
obſederunt domum à iuuene vſque ad ſenem,
omnis turba quæ erat in vico eius. 5 Vocarunt-
que Lot, & dixerunt ei: Vbi ſunt duo viri, qui ve-
nerunt ad te in hac nocte? educ eos ad nos vt coëa-
mus cum eis. 6 Egreſſus eſt autem ad eos Lot
ad portam, & clauſit oſtium poſt ſe. 7 Dixitque:
O fratres mei ne lædatis eos. 8 Ecce ſunt mihi
duæ filiæ quæ non cognouerunt virum, educam eas
ad vos, & facite eis quicquid placuerit vobis, &
ne faciatis in hos homines quicquam, eò quòd in-
greſſi ſunt ſub vmbra tecti mei. 9 Dixerunt: Re-
cede à ianua. & dixerũt: Num vnus qui venit vt
habitaret nobiſcum, cœpit iudicare nos? nunc læ-
demus te pluſquam lædemus eos. Et perurſerunt
Lot grauiſſimè, & acceſſerunt vt frangerent oſtiũ.
10 Extenderunt autem duo illi viri ad eum
manus ſuas, introduxeruntque Lot ad ſe in do-
mum, & clauſerunt ianuam. 11 Et homines, qui
erant in porta domus, percuſſerunt eos caligine, à
iuuene vſque ad ſenem, & non potuerunt inueni-
re portam. 12 Dixeruntque duo illi viri ad Lot:
Quoſcunque habes etiam hic, ſiue generum, ſiue
filios tuos, & filias tuas, & quotquot habes in vr-
be, educ eos ex hoc loco.

* الفصل التاسع عشر *

1 ثم دخل الرسولان الي سدوم وقت عشاء * ولوط جالس على
بابها * فلما راهما قام لاستقبالهما وسجد علي وجهه الي الارض *
2 وقال يا سيدي ميلا الي بيت عبدكما وبيتا واغسلا ارجلكما * وادلجا
وسيرا في طريقكما * قالا لا الا في الرحبة نبيت * 3 حتى الح عليهما
جدا فمالا اليه ودخلا الي منزله * فصنع لهما مجلسا وخبز فطيرا
فاكلوا * 4 قبل ان يضطجعوا فاذا اهل القرية اهل سدوم قد
احاطوا بالبيت من حدث الي شيخ جميع القوم الذين في ناحيته *
5 فدعوا بلوط وقالوا له اين الرجلان اللذان جاءا اليك في هذه
الليلة * اخرجهما الينا حتى نواقعهما * 6 فخرج اليهم لوط الي
الباب واغلق المصراع وراءه * 7 وقال يا اخوتي لا تسيئوا
اليهما * 8 هوذا لي ابنتان ما عرفتا رجلا * اخرجهما اليكم واصنعوا
بهما ما حسن عندكم * ولا تصنعوا بهؤلاء القوم شيئا * لانهم دخلوا
تحت ظلال سقفي * 9 فقالوا تقدم عن الباب * وقالوا اواحد جاء
ليسكن معنا صار يحكم علينا * الان نسيء اليك اكثر من
اساءتنا اليهما * فالحوا علي لوط جدا وتقدموا ليكسروا المصراع *
10 فمدا الرجلان اليه ايديهما وادخلا لوط اليهما الي البيت
واغلقا الباب * 11 والقوم الذين في باب البيت ضرباهم بالغشي
من شاب الي شيخ * فعجزوا عن وجود الباب * 12 وقال الرجلان
للوط من لك ايضا ها هنا من صهر وبنيك وبناتك وجميع من لك في
البلد اخرجهم من هذا الموضع *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XIX.

ET venerunt duo Angeli Sodomam veſperi: Lot tum ſedebat in porta Sodomæ. vt vidit Lot, ſurrexit in
occurſum eorum, & proſtrauit ſe in faciem ſuper terram. 2 Dixitque, ecce nunc Domini, diuertite
quæſo in domum ſerui veſtri, & pernoctate, & lauate pedes veſtros: & mane ſurgetis, & ibitis viam ve-
ſtrã: & dixerunt minimè, ſed in platea pernoctabimus. 3 Cogens autem eos valde diuerterũt ad eum, & vene-
runt in domum eius, & fecit eis conuiuium, & azyma coxit, & comederunt. 4 Sed antequam cubaſſent
viri ciuitatis, viri Sodomæ, circumdederunt domũm à puero vſque ad ſenem, omnis populus ab extremo:
5 Et vocauerunt Lotum, & dixerunt ei: vbi ſunt viri qui venerunt ad te hac nocte? educ eos ad nos, vt cognoſ-
camus eos. 6 Et egreſſus eſt ad eos Lot ad portam, & oſtium clauſit poſt ſe. 7 Et dixit, ne quæſo fratres
malum faciatis. 8 Ecce nunc mihi ſunt duæ filiæ, quæ non cognouerunt virum: educam nunc eas ad vos, &
facietis eis ſicut bonum erit in oculis veſtris; tantummodò viris iſtis non facietis quicquam: nam ideo vene-
runt ſub vmbram culminis mei. 9 Tum dixerunt accede vlterius. Iterũque dixerunt, vnus iſte venit ad pere-
grinãdum, & iudicabit etiam iudiciũ: nunc malefaciemus tibi prę iſtis. inſtabant igitur venientes in Lotum ve-
hementer, & appropinquarunt vt frangerent oſtium. 10 Sed extenderũt viri illi manũ ſuam, & introduxerunt
Lotum ad ſe in domum, & oſtium clauſerunt. 11 Viros autem qui erãt ad oſtium domus, percuſſerunt cæcita-
tibus à paruo vſque ad magnum: & defeſſi ſunt in inueniendo oſtio. 12 Poſtea dixerunt Angeli Lotho, adhuc
quis tuorum hic? generum, filios tuos & filias tuas, & quæcunque tua ſunt in vrbe educ ex loco iſto.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

13 Nam vaſtaturi ſumus locum iſtum, eò quòd
aſcenderit clamor eorum coram Domino, mi-
ſitque nos Dominus ad vaſtandum illũ. 14 Igi-
tur egreſſus eſt Lot, & alloquutus eſt generos
ſuos qui duxerant filias ſuas, & dixit eis, Surgi-
te, egredimini è loco iſto, quoniam vaſtaturus
eſt eum Dominus: fuit autem quaſi iocans in
oculis generorum ſuorum. 15 Quumque aſ-
cendiſſet aurora, vrſerunt Angeli Lot, & dicũt
ei, Surge duc vxorem tuam, & duas filias tuas
quæ adſunt, ne fortè percutiaris in peccatis ci-
uitatis. 16 At moras nectente Lot, apprehen-
derunt Angeli manum eius, & manum amba-
rum filiarum eius (miſertus enim fuerat Do-
minus illi) & eduxerunt eum, & collocauerunt
eum extra ciuitatem. 17 Cúmque eduxiſſent
eos extra, dicunt ei, Salua animam tuam: ne te
vertas poſt tergum tuum, neque conſiſtas in
tota planitie: ad montem effugito, vt ne pereas.
18 Et dixit eis Lot, Quæſo vos Dñi mei. 19 Ecce
inuenit ſeruus tuus miſericordiam in oculis
tuis, & maximum eſt beneficium tuum quo
vſus es mecum, ſeruans animam meam: & ego
nequeo fugere in montem, ne forte aſſequa-
tur me malum, ac moriar. 20 En oppidum iſtud
proximum eſt vt fugiam illuc: & quidem ipſum
paruulum eſt, effugiam illuc, ecce paruulum
eſt, viuat anima mea. 21 Dixitque ei, Ecce ſuſ-
cepi faciem tuam etiam in ſermone iſto, vt non
ſubuertam oppidum quod dixiſti. 22 Citò
ſalua te illuc, quia non poſſum facere quic-
quam quoad ingrediaris illuc. Propterea vo-
cauit nomen illius oppidi, Soar. 23 Sol egreſſus
eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt in Soar.
24 Dominus ergo demiſit ſuper Sodomam &
ſuper Gomorrham ignem & ſulphur à con-
ſpectu Domini de cælo: 25 Et ſubuertit ci-
uitates illas, & totam planitiem, omneſque
habitatores terræ, & germen terræ.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

13 *Quia perdituri ſumus homines huius loci, cùm iam creuerit clamor eorum in conſpectu Dei, & iam miſerit nos Deus ad perdendam hanc ciuitatem.* 14 *Exiuit ergo Lot, & locutus eſt cum generis ſuis, qui duxerant filias ſuas, dixitque eis: Surgite & exite ex hoc loco, quia Deus perditurus eſt eum; fuitque apud illos quaſi iocator.* 15 *Cùmque fuiſſet propè ortum auroræ, ſollicitarunt duo miſſi Lot, dicentes: Surge, accipe vxorem tuam, & duas filias tuas præſentes, ne conſumantur plaga deſcendente propter culpam incolarum vrbis.* 16 *Moram autem eo faciente, apprehenderunt duo viri manum eius, & manum vxoris eius, & manum duarum filiarum eius, ob miſericordiam Dei erga ipſum, & educentes eum deduxerunt extra vrbem.* 17 *Cùmque eduxiſſent eos extra, dixerunt ei, Salua animam tuam: ne conuertaris retrorſum, & ne moreris vllibi in prato, & ſalua te ad montem, ne conſumaris.*
18 *Dixit eis Lot: Non, ô duo apoſtoli Dei.*
19 *Ecce iam inuenit ſeruus tuus gratiam apud te, & multiplicaſti beneficium tuum quod feciſti mecum, vt viuificares animam meam: & ego non poſſum ſaluari ad mõtem, ne aſſequatur me plaga, & moriar.* 20 *Ecce hoc oppidum proximum eſt, poſſum confugere ad illud, & quidem paruum eſt, ſaluabor igitur ad illud, eò quòd ſit paruũ, & viuet anima mea* 21 *Dixit ei: Ecce iam admiſi ſupplicationem tuam etiam de hac re, vt ne ſubuertam oppidum, pro quo poſtulaſti.* 22 *Feſtina, ſaluare illuc, quia non poſſum facere quicquam donec ingrediaris in illud: propterea vocatum eſt oppidum illud Zogar.* 23 *Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Zogar.*
24 *Deus autem pluit ſuper Sadum & ſuper Amura, ſulphur & ignem à ſe de cælo.*
25 *Et ſubuertit eas ciuitates, pratum, & omnes incolas earum, etiam herbam terræ.*

13 فانا مهلكا ناس هذا الموضع * اذ قد عظمت صرختهم بين
يدي الله * وقد بعثنا الله لاهلاك هذه المدينة * 14 فخرج لوط
وكلم اصهاره آخذي بناته * وقال لهم قوموا واخرجوا من هذا
الموضع لان الله مهلكه * فكان عندهم كاللاعب * 15 فلما كان عند
طلوع الفجر الح الرسولان علي لوط قايلين قم فخذ زوجتك وابنتيك
الموجودتين * كيلا ينقرضن بالبلاء النازل بذنب اهل القرية *
16 فلبث * فامسك الرجلان بيده وبيد زوجته وبيد ابنتيه * بسبب
رحمة الله له * فاخرجاه وودعاه الي خارج القرية * 17 فلما اخرجاهم
الي خارج قالا له انج بنفسك * لا تلتفت وراك * ولا تقف في شي من
المرج وتخلص الي الجبل كيلا تنقرض * 18 فقال لهما لوط لا يا
رسولي الله * 19 هوذا قد وجد عبدك حظا عندك * وكثر
فضلك الذي صنعته معي لتحيي نفسي * وانا لا اطيق التخلص
الي الجبل * ليلا تلحقني البلية فاموت * 20 هوذا هذه القرية
قريبة تمكنني الهرب اليها * وهي صغيرة فاتخلص اليها علي انها
صغيرة وتحيي نفسي * 21 قال له هوذا قد شفعتك في هذا
الامر ايضا * بان لا اقلب القرية التي سالت فيها * 22 اسرع
الخلاص الي ثم * فاني لست اطيق ان اصنع شيئا الي ان تدخلها *
لذلك اسميت القرية زغر * 23 الشمس خرجت علي الارض
ولوط دخل الي زغر * 24 والله امطر علي سدوم وعلي عموره
كبريتا ونارا من عنده من السماء * 25 فقلب تلك القرى
المرج * وجميع سكانها * حتي نبت الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Quia delemus nos locum iſtum: eſt enim magnus clamor eorum ante dominum; ideo miſit nos Dominus ad eum perdendum. 14 Tum egreſſus eſt Lot vt loqueretur generis ſuis, qui acceperant filias ſuas: & dixit, ſurgite, egredimini de loco iſto, quoniam delebit Dominus ciuitatem iſtam: erat autem velut ludens in oculis generorum ſuorum: 15 Cum verò aurora aſcendiſſet, vrgebant Angeli Lotum dicendo: Surge, accipe vxorem tuam, & duas filias tuas quæ præſto ſunt, ne conſummaris in iniquitate vrbis.
16 Illo autem tardante apprehenderunt viri illi manum eius, & manum vxoris eius, & manum duarum filiarum eius propter clementiam Domini in illum; & eduxit eum, & poſuit eum extra ciuitatem. 17 Et factum eſt poſtquam eduxit eos foras, vt diceret, ſalua animam tuam, ne reſpicias poſt te, neque moreris in omni planicie: in montem ſalua te, ne pereas. 18 Dixit autem Lot eis, minimè quæſo Domine; 19 Ecce nunc inuenit ſeruus tuus gratiam in oculis tuis, & magnificaſti miſericordiam quam feciſti mecum viuificando animam meam; At ego non potero ſaluari in monte, ne adhæreat mihi malum, & moriar.
20 Ecce nunc ciuitas iſta prope eſt vt illuc fugiam, eſtque parua: illuc quæſo ſaluus euadam. Nonne parua eſt illa, & viuet anima mea? 21 Reſpondit autem ei: Ecce ſuſcepi faciem tuam etiam in verbo hoc, ne ſubuertam ciuitatem de qua locutus es. 22 Feſtina, & euade illuc: non enim quidquam præſtare potero donec illuc perueneris: Ideo vocauit nomen ciuitatis illius Segor. 23 Sol oriebatur ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor. 24 Tum Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cœlo.
25 Et euertit ciuitates iſtas, & omnem planiciem, & omnes incolas ciuitatum, & germen terræ.

[illegible]

[16] Cõuerſa autem eſt vxor eius à tergo ipſius, & facta eſt ſtatua ſalis. [27] Et anteuertit Abrahã in matutino ad locũ vbi ſteterat corã Dño. [28] Et reſpiciens versùs Sodomã & Gomorrham, & versùs vniuerſam terrã planitiei, vidit, & ecce aſcẽdebat fumus terræ illius quemadmodũ fumus fornacis. [29] Factũque eſt vt quum abſumpſiſſet Deus ciuitates planitiei, recordaretur Deus Abrahã, emitteretque Lot ex ſubuerſione, quãdo ſubuertit ciuitates in quibus habitabat Lot. [30] Aſcendit autẽ Lot de Soar, ſeditque in mõte ipſe & duæ filię eius cũ eo: timuit enim morari in Soar, ſeditque in ſpelũca ipſe & ambæ ipſius filiæ. [31] Dixitque maior natu minori, Ecce pater noſter ſenuit & vir non eſt in regione qui ingrediatur ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. [32] Veni potemus patrem noſtrũ vino, & dormiamus cum eo, & ſuſcitemus patri noſtro ſemen. [33] Igitur potauerunt nocte illa patrem ſuũ vino, & ingreſſa ſenior, dormiuit cum patre ſuo: ille verò non animaduertit accubitum eius neque ſurrectionem ipſius. [34] Et factum eſt poſtera die vt diceret maior minori, Ecce dormiui veſpere cum patre meo, potemus eum vino etiam in nocte iſta, & ingredere dormi cum eo, & ſuſcitemus de patre noſtro ſemen. [35] Itaque potauerunt etiam illa nocte patrem ſuum vino, & ingrediens minor dormiuit cum eo: at ille non animaduertit accubitũ eius neque ſurrectionem ipſius. [36] Et conceperunt ambæ filiæ Lot de patre ſuo. [37] Et peperit maior natu filium, vocauitque nomen eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarum vſque in hodiernam diem. [38] Et minor genuit quoque ipſa filium, & appellauit nomen eius Bar-am, ipſe eſt pater filiorum Ammon vſque hodie.

CAP. XX.

[1] ET profectus Abraham inde ad terram Auſtralem, conſedit inter Racem & Gedar; habitauitque Abraham in Gedar.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

26 *Reſpexit autem vxor Lot poſt eum, factaque
eſt columna ſalis.* 27 *Et anteuertit Ebrahim di-
luculo ad locum in quo ſteterat coram Deo.* 28 *Et
proſpiciens verſus Sadum & Amuram, omnem-
que terram prati, vidit, & ecce jam aſcenderat
fumus eius quaſi fumus fornacis.* 29 *Cumque per-
didiſſet Deus ciuitates prati, recordatus eſt Deus
Ebrahimi, dimiſitque Lot è medio ſubuerſionis
poſtquã ſubuertit ciuitates quas inhabitabat Lot.*
30 *Igitur aſcendit Lot de Zogar, & habitauit in
mõte, ambæq; filiæ eius cum eo; timens enim morari
in Zogar, ſe recepit ad ſpeluncam in montem, ipſe
& vtraque ipſius filia.* 31 *Dixit autem maior ad
minorem: Pater noſter ſenex eſt, nec ſuper eſt
in terra vir qui ingrediatur ad nos pro more mu-
lierum.* 32 *Age igitur, propinemus patri noſtro
vinũ, & concubamus cum eo, & linquamus è pa-
tre noſtro ſobolem.* 33 *Propinarunt ergo patri ſuo
vinum in illa nocte: & accedens maior, cubauit
cum eo: at ille non deprehendit accubitum eius
neq; exſurrectionẽ ipſius.* 34 *Poſtera autem die ait
maior minori: Ecce cubaui heri cum patre meo,
propinemus ei vinum hac etiam nocte, & veni
cuba cum eo, & linque ex eo prolem quoque.*
35 *Propinarunt igitur ea nocte patri ſuo vinum,
& ſurgens minor concubuit cum eo: is verò non
percepit eius accubitum, neque ſurrectionem ipſius.*
36 *Itaque conceperunt ambæ filiæ Lot ex patre ſuo.*
37 *Et parturiens maior filium, vocauit nomen eius
Moab: ipſe eſt pater Moabitarum vſque ad ho-
diernum diem.* 38 *Et minor quoque peperit
filium, appellauitque eum Ben-Ammi, ipſe-
que eſt pater Ammonitarum vſque ad præ-
ſentem diem.*

CAPVT XX.

1 *Deinde profectus inde Ebrahim ad terram
Meridionalem, habitauit inter Racim &
Algioſar, commoratúſque eſt Ebrahim in Chalus.*

26 فالتفتت زوجته وراه * فصارت نصبة ملح * 27 فادلج
ابرهيم بالغداة الي الموضع الذي وقف ثم بين يدي الله *
28 فاشرف علي وجه سدوم وعمورة وساير ارض المرج * فنظر فاذا
قد صعد دخانها كقتار الاتون * 29 ولما اهلك الله قري المرج
ذكر الله ابرهيم فاطلق للوط من وسط القلب بعد ما قلب القري
التي كان يسكنها لوط * 30 فصعد لوط من زغر واقام في الجبل *
وابنتاه معه * انه خاف ان يقيم في زغر * فاقام في المغارة هو وابنتاه *
31 وقالت الكبري للصغري * ابونا شيخ وليس رجل في البلد
يدخل الينا كسبيل النسآء * 32 تعالي نسقي ابانا خمرا ونضاجعه
ونستبقي من ابينا نسلا * 33 فسقتا اباهما خمرا في تلك الليلة *
وجاءت الكبري فضاجعته * ولم يعلم بنيامها ولا قيامها * 34 فلما
كان الغد قالت الكبري للصغري * هوذا ضاجعت امس ابي *
فنسقيه خمرا الليلة ايضا وتعالي ضاجعيه * ونستبقي منه نسلا
ايضا * 35 فسقتا في تلك الليلة اباهما خمرا * وقامت الصغري
فضاجعته * ولم يعلم بنيامها ولا قيامها * 36 فحملتا ابنتا لوط
من ابيهما * 37 وولدت الكبري ابنا واسمته ماب * هو ابو الموابيين
الي اليوم * 38 والصغري ايضا ولدت ابنا واسمته بن عمي * وهو
ابو بني عمان الي اليوم *

* الفصل العشرون *

1 ثم رحل من ثم ابرهيم الي بلد القبلة * واقام بين رقيم وبين
الجفار * وسكن في الخلوص *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Sed reſpiciens vxor eius poſt eum, facta eſt ſtatua ſalis. 27 Surrexit autem Abraham ſummo mane ad
locum in quo ſteterat coram Domino. 28 Et reſpexit verſus Sodomam & Gomorrham, & verſus omnem
terrã planitiei: Viditque, & ecce aſcendebat fumus terræ, ſicut fumus fornacis. 29 Factum verò eſt cum euerte-
ret Deus vrbes vallis, vt recordaretur Deus Abrahæ, & emitteret Deus Lotum è medio ſubuerſionis, cum ci-
uitates ſubuerteret in quibus Lot habitauerat. 30 Poſtea aſcendit Lot de Segor, & habitauit in monte, & duæ
filiæ eius cum eo; timebat enim habitare in Segor, ideo habitauit in ſpelunca, ipſe & duæ filiæ eius cum eo.
31 Dixit autem maior minori, pater noſter ſenex eſt, & nemo eſt in terra qui veniat ad nos iuxta conſuetudi-
nem vniuerſæ terræ. 32 Veni, potemus panem noſtrum vino, & cubemus cum eo, vt ſuſcitemus de patre
noſtro ſemen. 33 Et potarunt vino patrem ſuum nocte illa: Venitque maior natu, & concubuit cum patre
ſuo, & non ſenſit cum accubuit aut ſurrexit. 34 Poſtridie autem dixit maior minori, cubui heri cum Patre:
potemus eum vino adhuc hac nocte, & veni, cuba cum illo, & ſuſcitemus de patre noſtro ſemen.
35 Et potarunt adhuc illa nocte patrem ſuum vino: ſurrexitque iunior, & concubuit cum eo, & non ſenſit cum
accumberet aut ſurgeret. 36 Et conceperunt duæ filiæ Lot de patre ſuo. 37 Et peperit maior filium, voca-
uitque nomen eius Moab: hic pater eſt Moab vſque in hunc diem. 38 Minor etiam ipſa peperit filium, & vo-
cauit nomen eius Benami: Ipſe pater eſt filiorum Ammon vſque in hunc diem.

CAPVT XX.

1 Et profectus eſt inde Abraham in terram auſtralem, & habitauit inter Cades & inter Sur; peregrinatúſque eſt in Gerar.

[illegible]

2 Dixitque Abraham de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. miſit ergo Abimelech rex Gedar, tulitque Saram. 3 Venit autem Deus contra Abimelech per ſomnium noctis, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tuliſti, nam mulier eſt ad virum pertinens. 4 Abimelech verò non tetigerat eam: & ait Abimelech, Domine etiam ne populum innocentem interficies? 5 En ipſe dixit, Soror mea eſt, & ipſa quoque ait, Frater meus eſt: in ſimplicitate cordis mei, & puritate manum mearum feci hoc. 6 Dixitque ad eum Deus per ſomnium, Quin & ego noui, te in ſimplicitate cordis tui feciſſe hoc, & cohibui te etiam ego quò minùs peccares in me: iccirco non permiſi tibi vt eam tangeres. 7 Nunc igitur reſtitue coniugem viri quoniã Propheta eſt, & orabit pro te, ac viues. quòd ſi non reſtituas, ſcito te certiſſimè moriturum, te *inquam* & omnes ad te pertinentes. 8 Surgenſque Abimelech manè, conuocauit omnes ſeruos ſuos, & locutus eſt omnia verba hæc in auribus eorum, timueruntque homines valde. 9 Et aduocans Abimelech Abrahamum, ait illi, Quid feci tibi, & qua in re peccaui tibi, vt adduxeris ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande? opera minimè agenda feciſti mecum. 10 Dixit etiam Abimelech ad Abrahã, Quid ſpectaſti vt faceres ſermonem iſtũ? 11 Et ait Abrahã, Quia dixi, Fortaſſis non eſt timor Dei in loco iſto, & interficiẽt me propter vxorem meã. 12 Cæterùm verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, factaque eſt mihi vxor. 13 Et factum eſt, vt quum eduxiſſet me Deus de domo patris mei, dixiſſem ad eam, hoc beneficio vteris in me: quolibet in loco ad quem ituri ſumus, dic de me quod frater tuus ſim. 14 Et accepit Abimelech oues, & boues, & ſeruos, & ancillas, deditque Abrahamo, & reſtituit ei Saram cõiugẽ ipſius.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

² *Et dixit Ebrahim denuò de Sara vxore ſua,
quòd ſoror eius eſſet. Miſitq; Abumalech rex Pale-
ſtinorum, & accepit eam.* ³ *Venit autem An-
gelus Domini ad Abimalech in ſomnio noctis, di-
xitque ei: Tu moriturus es cauſa mulieris, ſi ſum-
pſeris eam, cùm ſit coniugata.* ⁴ *Abimalech au-
tem non tetigerat illam: Dixitque: ô Domine, vi-
rum probum occides?* ⁵ *Nonne ipſe dixit mihi,
Soror mea eſt, & ipſa quoq; dixit, Frater meus eſt?
cum integritate cordis mei, & puritate volæ meæ
feci iſtud.* ⁶ *Dixit ei Angelus Dei in ſomnio:
Ego etiam noui quod cum integritate cordis tui
feceris illud, & impediui te (per notificationem)
quin peccares in me.* ⁷ *Et propterea non per-
miſi tibi vt tangeres eam. & nunc reſtitue con-
iugem viri, quoniam propheta eſt, & deprecabi-
tur pro te, & viues? Et niſi eam reſtitueris, ſci-
to te periturum, & omnia bona tua.*
⁸ *Surrexitque Abimalech ſummo manè, & vo-
cauit omnes duces ſuos, locutuſque eſt eis hæc ver-
ba: timueruntque homines valdè.*
⁹ *Deinde vocauit Ebrahim, & dixit ei: Quid
feciſti nobis? & in quo peccaui aduerſus te? ſi qui-
dem adduxiſti ſuper me & ſuper regnum meum
peccatum maximum, & feciſti mecum opera
quæ non licebat facere?* ¹⁰ *Tum dixit ei: Quid
vidiſti a nobis, vt faceres hanc rem?*
¹¹ *Ait, Quia dixi, Fortè timor Dei non eſt in
hoc loco, occidentque me habitatores eius propter
vxorem meam:* ¹² *Et in rei veritate ipſa eſt
conſanguinea mea ex parte patris mei, non ex
parte matris meæ, factáque eſt mihi vxor.*
¹³ *Cúmque auulſiſſet me Deus è domo pa-
tris mei, dixi ad eam: Hæc eſt gratiâ quam
facies mihi; in omni loco in quem ingredie-
mur, dic de me, frater meus eſt.* ¹⁴ *Accepitq;
Abimalech oues, & boues, & ſeruos, ac ſeruas,
& dedit ea Ebrahim, & reddidit ei vxorem eius.*

2 ولما قال ابرهيم عن سارة زوجته هي اختي * وبعث ابومالك
ملك فلسطين فاخذها * 3 وجآء ملاك الله الي ابيمالخ
في حلم الليل * فقال له انك مايت بسبب المراة ان اخذتها
وهي ذات بعل * 4 وابيمالخ لم يدن منها * فقال يا رب انسانا
صالحا تقتله * 5 اليس هو قال لي اختي هي * وهي ايضا
قالت اخي هو * بصحة قلبي ونقآء كفي صنعت ذلك * 6 فقال
له ملاك الله في الحلم * انا ايضا قد علمت انك بصحة قلبك
صنعت ذلك * وصددتك بالتعريف عن ان تخطي الي *
7 ولذلك لم ادعك تدنوا منها والان اردد زوجة الرجل انه
نبي ويدعوا لك فتحيا * وان لم تردها فاعلم انك هالك انت
وجميع مالك * 8 وادلج ابيمالخ بالغداة ودعا بجميع قواده
وكلمهم بهذا الكلام ففزع القوم جدا * 9 ثم دعا ابراهيم وقال
له ماذا صنعت بنا وما اخطاءت به عليك * اذ جلبت علي وعلي
مملكتي خطية عظيمة وفعلت بي افعالا لا يجوز ان تفعل *
10 ثم قال له ما رايت منا حتي فعلت هذا الامر *
11 قال اني قلت لعل خوف الله ليس في هذا الموضع فيقتلني
اهله بسبب زوجتي * 12 وعلي الحقيقة هي قريبتي من ابي لا من
امي * فصارت لي زوجة * 13 فلما اخلعني الله من بيت ابي
قلت لها * هذا فضلك الذي تصنعيه بي * في كل موضع ندخل
اليه قولي عني هو اخي * 14 فاخذ ابيمالخ غنما وبقرا وعبيدا
واماء واعطي ذلك ابرهيم ورد اليه زوجته *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

² Dixitque Abraham Saræ vxori ſuæ, ſoror mea iſta eſt. miſit autem Abimelech rex Gerar, & accepit Sa-
ram. ³ Et venit Deus ad Abimelech in ſomnio noctis, dixitque ei: Ecce mortuus es propter mulierem
quam tuliſti; ipſa enim viro nupſit. ⁴ Abimelech autem non acceſſerat ad eam: Et dixit, Domine, num
etiam gentem iuſtam occides? ⁵ Nonne ipſe dixit mihi, ſoror mea hæc eſt, & ipſa dixit, frater meus hic? In
puritate cordis, & in munditia manuum mearum hoc feci. ⁶ Et dixit ei Deus in ſomnio; cognoui etiam
quod in puritate cordis hoc feceris, & cohibui etiam te ne peccares in me, ideo non permiſi tibi eam tan-
gere. ⁷ Nunc autem redde vxorem viri iſtius, quia propheta eſt, orabitque pro te, & viues: niſi verò reddide-
ris, ſcias te moriendo moriturum. ⁸ Summóque mane ſurrexit Abimelech, & vocauit omnes ſeruos ſuos,
& retulit omnia verba hæc in aures eorum: timueruntque omnes homines valdè. ⁹ Et vocauit Abime-
lech Abraham, dixitque ei, quid feciſti nobis? & quid peccaui tibi, quod induxiſti ſuper me, & ſuper regnum
meum peccatum magnum? opera quæ nunquam fient, feciſti mihi. ¹⁰ Et dixit Abimelech Abrahæ, quid
vidiſti quod feciſti hanc rem? ¹¹ Reſpondit autem Abraham, quia timui, ideo dixi, fortè non eſt timor Dei
in loco iſto, & occident me propter vxorem meam. ¹² Atque etiam verè ſoror mea eſt, filia patris mei, ſed
non eſt filia matris meæ, eſt quoque vxor mea. ¹³ Et factum eſt quando errare fecit me Deus à domo patris
mei, & à terra natiuitatis meæ, vt dixerim ei, hæc miſericordia tua quam mihi præſtabis, in omni loco ad
quem veniemus dic de me, frater meus iſte. ¹⁴ Tum accepit Abimelech mille argenteos, & pecudes & bo-
ues & ſeruos & ancillas, & dedit Abrahæ, reddiditque illi Saram vxorem ſuam.

[illegible]

15 Dixitq; Abimelech ad Abrahã, En terra mea
corã te eſt, vbicunq; libuerit in oculis tuis cõſi-
de. 16 Et ad Sarã inquit, Ecce dedi mille argen-
teos fratri tuo, & ecce etiã ipſi ſunt tibi cõceſſi,
eò quòd velaueris oculos omniũ qui mecũ sũt,
& ſuper omnia me corripueris. 17 Orauitque
Abrahã corã Deo, & ſanauit Deus Abimelech
& vxorẽ eius & ancillas eius, atq; pepererunt.
18 Nam penitus concluſerat Dñs omnem vul-
uam domus Abimelech propter Sara vxorem
Abrahami.

CAPVT XXI.

Porrò Dñs recordatus eſt Saræ vti loquutꝰ
fuerat. 2 Et cõcepit Sara, peperitq; Abra-
hamo filiũ in ſenectute illius in tẽpore quod lo-
cutus fuerat cũ eo Deus. 3 Et appellauit Abra-
hã nomẽ filii ſui qui natus eſt ei, quẽ genuit ei
Sara, Iſahac. 4 Et circuncidit Abraham Iſahac
filium ſuum, natum octo dies, quemadmodum
præceperat ei Deus. 5 Abraham verò centum
erat annos natus, quãdo natus eſt ei Iſahac filiꝰ
eius. 6 Dixitq; Sara, Gaudiũ magnũ fecit mihi
Deus hodie: quicunque audierit, gratulabitur
mihi. 7 Dixit etiã, quis diceret Abrahamo lacta-
turã filios Sarã, cũ genuerit ei filiũ in ſenectute
ipſius? 8 Creuit itaq; puer, & ablactatus eſt: fe-
citque Abraham conuiuium magnũ in die quo
ablactatus eſt Iſahac. 9 Vidit autẽ Sara filiũ Ha-
gar Ægyptiæ quẽ pepererat Abrahamo, deri-
dentẽ: 10 Et ait ad Abraham, Eiice ancillã iſtam
& filium eius; nõ enim erit hæres filius ancillæ
hic cum filio meo Iſahac. 11 Et moleſtus fuit
ſermo vehementer in occulis Abrahami ob
rem filii ſui. 12 Dixit autem Deus Abrahamo,
Ne ſit aſperum in oculis tuis propter puerum
& propter ancillam tuam. in omnibus quæ di-
xerit tibi Sara, acquieſce voci ipſius: nam in
Iſahac vocabitur tibi ſemen. 13 Quin etiam
filium ancillæ, in gentem magnam faciam, eò
quòd ſemen tuum ſit.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

15 Et dixit Abimelech: Ecce regio mea coram te eſt, vbicunque tibi commodum fuerit, maneto ibi. 16 Et dixit Saræ, Iã dedi fratri tuo mille dracmas, impendantur tibi pro veſtitu pulchro, omnibus qui tecum ſunt, & ecce omnia ad ruborem tuum. 17 Tum deprecatus eſt Ebrahim Deum excelſum, ſanauitque Deus Abimalech, & vxorem eius, & ancillas eius & pepererunt. 18 Nam Deus iam minitatus fuerat concluſionem omnis vteri habitantium domus Abimalech propter Saram vxorem Ebrahim.

CAPVT XXI.

Tvm reſpexit Deus Saram vt dixerat, & fecit ei ſicut promiſerat. 2 Concepitque, ac peperit Sara Ebrahimo filium in tempore ſenectutis eius, in tempore quo dixerat ei Dominus quòd eſſet paritura. 3 Vocauitque Ebrahim filium ſuum ſibi genitum quem genuit Sara, Iſhac: 4 Et circuncidit eum cùm eſſet filius octo dierum, iuxta id quod præceperat illi Deus. 5 Eratque Ebrahim filius centum annorum, cùm natus eſt ei Iſhac filius eius. 6 Dixitque Sara, Iam fecit Deus gaudium, quod quicunque audierit, gratulabitur mihi. 7 Dixit præterea: Verax fuit qui dixit ad Ebrahim quòd Sara lactabit filium, cùm pepererit filium in ſenectute ſua. 8 Deinde creuit puer, & ablactatus eſt: fecitque Ebrahim conuiuium magnum in die ablactationis Iſhac. 9 Tum vidit Sara filium Hagar Ægyptiæ, quem genuerat Ebrahimo, ludentem. 10 Dixitque ad Ebrahim, Expelle hanc ancillam, & filium eius: quoniam non erit hæres cum filio meo Iſhac. 11 Grauis autem fuit ea res valde Ebrahimo propter filium ſuum. 12 Et dixit Deus: Ne vexet te negotium pueri, & negotium ancillæ. quicquid dixerit tibi Sara, accepta ab ea, quoniam ex Iſhac vocabitur tibi progenies. 13 Et ex filio ancillæ quoque faciam gentem, eò quòd ſit ſtirps tua.

15 وقال ابيمالح هوذا بلدي بين يديك * اين ما صلح لك فاقم فيه *
16 وقال لسان قد اعطيت اخاك الف درهم * يكون لك مصروفا
في كسوة حسنة لكل من معك * وهوذا الكل حياء لك *
17 ثم دعا ابراهيم الى الله تعالى فعافى الله ابيمالح وزوجته واماه
فولدن * 18 لان الله كان قد توعد بحبس كل رحم من اهل
بيت ابيمالح بسبب سان زوجة ابرهيم *

* الفصل الحادي والعشرون *

1 ثم رعى الله سان كما قال * وصنع لها كما وعد * 2 فحملت
وولدت سان لابرهيم ابنا في زمان شيخوختها في الوقت الذي قال
الله انها تلد فيه * 3 فسمى ابراهيم ابنه المولود له الذي
ولدته سان اسحاق * 4 وختنه وهو ابن ثمانية ايام حسب ما
امره الله به * 5 وكان ابراهيم ابن مائة سنة حين ولد له اسحاق
ابنه * 6 وقالت سان قد صنع الله سرورا فكل من سمع فرح لي *
7 ثم قالت صدق من قال لابراهيم ان سان سترضع ابناء ولدت
ابنا في شيخوختها * 8 ثم كبر الصبي وفطم * وصنع ابراهيم
مجلسا عظيما في يوم فطام اسحاق * 9 ثم رات سان ابن هاجر
المصرية الذي ولدته لابراهيم لاعبا * 10 فقالت لابراهيم اطرد
هذه الامة وابنها * فانه لا يرث مع ابني اسحق * 11 فشق ذلك الامر
جدا على ابراهيم بسبب ابنه * 12 وقال الله لا يشق عليك امر
الصبي وامر امتك كل ما تقوله لك سان فاقبله منها فان اسحاق به
يدعا لك النسل * 13 وابن الامة ايضا اصيره امة فانه نسلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Dixit autem Abimelech, ecce terra mea in conſpectu tuo: vbi bene in oculis tuis, habita. 16 Saræ verò dixit, Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. En ipſe tibi erit velamen oculorum, & omnibus qui tecum ſunt, & erga omnes. Sicque correpta eſt. 17 Orauit autem Abraham Dominum, & ſanauit Dominus Abimelech & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt. 18 Quia concludendo concluſerat Dominus omnem vuluam in domo Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

CAPVT XXI.

Viſitauit autem Dominus Saram ſicut dixerat, fecitque ei ſicut locutus fuerat. 2 Et peperit, & concepit Sara Abrahæ filium in ſenectute ſua in tempore quod ei dixerat Deus. 3 Et vocauit Abraham nomen filii ſui, qui natus ei fuerat, quem pepererat ei Sara, Iſaac. 4 Circuncidit quoque Abraham Iſaacum filium ſuum cum eſſet octo dierum, ſicut præceperat ei Deus. 5 Abraham autem filius erat centum annorum, cum natus eſt ei Iſaac filius eius. 6 Et dixit Sara, riſum fecit mihi Deus, quicunque audierit corridebit mihi. 7 Dixitque, quis dixiſſet Abrahæ quod lactaret filios Sara? peperi enim illi filium in ſenectute eius. 8 Creuit autem infans, & ablactatus eſt: fecitque Abraham conuiuium magnum in die ablactationis Iſaaci filii ſui. 9 Et vidit Sara filium Agar Ægyptiæ quem peperit Abrahæ ridentem. 10 Ideo dixit Abrahæ, expelle ancillam iſtam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ iſtius cum filio meo, cum Iſaaco. 11 Et diſplicuit verbum iſtud plurimùm oculis Abrahæ propter filium ſuum. 12 Sed dixit Deus Abrahæ, non diſpliceat oculis tuis hoc de puero, & ancilla tua: quodcũque dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quoniam in Iſaac vocabitur tibi ſemen. 13 Filium etiam ancillæ iſtius in gentem magnam ponã, quia ſemen tuum eſt.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

14 Igitur anteuertẽs Abraham manè, ſumpſit
panem & vterculum aquæ, deditque Hagar,
impoſuitque humero ipſius vnâ cum puero,
miſitque eam: quæ abiens errauit in deſerto
Ber-ſeba. 15 Deficientibus autem aquis ex
vterculo, proiecit puerum ſub dumo quodam:
16 Et abiens cõſedit eregione, recedens circiter
iaculatum arcus; dixit enim, Non videbo mor-
tem pueri: & ſedens eregione extulit vocem
ſuam ac fleuit. 17 Audiuit autem Deus vocem
pueri, vocauitque Angelus Dei Hagar de cæ-
lo, & ait illi, Quid eſt tibi Hagar? ne timeas,
quoniã audiuit Deus vocẽ pueri *in loco* vbi eſt.
18 Surge tolle puerũ, & generoſas præbe ma-
nus tuas in eo: quia in gentem magnam faciam
eum. 19 Et aperuit Deus oculos eius, viditque
puteum aquarum, & abiens impleuit vtercu-
lum aquis, deditque potum puero. 20 Fuitque
Deus cum puero, & adoleuit, moratuſque eſt
in deſerto Pharan: & addiſcebat artem iaculan-
di in deſerto Pharan. 21 Et accepit illi mater ſua
vxorem de terra Ægypti. 22 Factumque eſt
eodem tempore vt diceret Abimelech & Phi-
chol princeps exercitus eius ad Abrahã, Deus
tecum eſt in omnibus quæ agis. 23 Igitur iura
mihi per Deum iſtic, te non acturum doloſè
mecũ, & cum ſtirpe mea, & familia mea: & iux-
ta beneficium quo ſum vſus tecum, vtere me-
cum, & cum terra in qua hoſpes fuiſti. 24 Di-
xitque Abraham, Ego iurabo. 25 Arguit au-
tem Abrahã Abimelech de cauſa putei aqua-
rum, quem effoderant ſerui Abrahæ, & abſtu-
lerant eum ſerui Abimelech. 26 Et dixit Abi-
melech, non noui quis fecerit ſermonem
iſtum, quin & ego ne quidem audieram, & tu
quoque non indicaſti mihi niſi hodie. 27 Tulit-
que Abraham oues & boues, deditque Abime-
lech: & inierunt ambo fœdus.

VERSIO SAMARITANA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

14 *Et ſurrexit ſummo manè Ebrahim, & accepit cibum & vterculum aquæ, deditque ea Hagar,*
& poſuit ea ſuper humeros eius, & tradidit ei puerum, & dimiſit eam: quæ abiens errauit in deſerto
Bir-ſabaa. 15 *Et defecit aqua de vtre, proiecitque puerum ſub quibuſdam arboribus.*
16 *Et abiuit, ac ſedit contra eum procul, ad iaculatum arcus: quia ipſa dixerat, Non videbo mortem pueri: & ſedit contra eum, eleuauitque vocem*
ſuam, & fleuit. 17 *Exaudiuitque Deus vocem pueri; & vocauit Angelus Domini Hagar de cælo, & dixit ei. Quid eſt tibi, ô Hagar? ne timeas, eò quòd Deus iam exaudierit vocem pueri vbi eſt.*
18 *Surge, & porta eum, & corrobora manum tuam ſuper eum: quoniam efficiam ex eo gentem*
magnam. 19 *Et detexit Deus oculum eius, viditque puteum aquæ: & abiens impleuit vtrem aqua, potauitque puerum.*
20 *Fuitque cum eo Deus donec adoleuit; & manſit in deſerto, factuſque eſt puer ſagittarius.*
21 *Permanſitque in deſerto Pharan, & accepit ei mater eius vxorem ex regione Ægypti.*
22 *Et in illo tempore dixit Abimalech & Fichol princeps exercitus eius Ebrahimo ſermonem: Profectò Deus tecum eſt in omnibus quæ operaris.*
23 *Nunc ergo iura mihi per Deum hîc; quòd tu non fraudabis me, neque progeniem meam, & poſteritatem meam, ſed facies mecum ſecundùm beneficium quod feci tecum, & cum habitatoribus*
regionis quam inhabitaſti. 24 *Dixit Ebrahim:*
Ego iuro. 25 *Reprehenditque Ebrahim Abimalech propter puteum aquæ, quem vi abſtulerant ſerui eius.* 26 *Dixit Abimalech: Ignoro quiſnam fecerit hanc rem: tu quoque non ſignificaſti mihi, & ego etiam non audiui niſi hodie.*
27 *Deinde accepit Ebrahim oues & boues, deditque ea Abimalech: & inierunt ambo ſimul pactum.*

14 وادلج ابرهيم بالغداة واخذ طعاما وقربة ماء فدفعهما الى
هاجر * صيرهما على منكبها * واعطاها الصبي واطلقها ومضت
فضلت في برية بير سبع * 15 وفني الماء من القربة فطرحت
الصبي تحت بعض الشجر * 16 ومضت فجلست حذاه
بعيدا كغلوة قوس * لانها قالت لا ارى موت الصبي * فجلست حذاه
ورفعت صوتها وبكت * 17 وسمع الله صوت الصبي * ونادى
ملاك الله هاجر من السماء وقال لها * ما لك يا هاجر لا تخافي فان
الله قد سمع صوت الصبي حيث هو * 18 قومي فاحمليه
واشددي يدك عليه * فاني اصيره امة كبيرة * 19 فكشف
الله عن عينها فرات بير ماء * ومضت وملات القربة ماء وسقت
الصبي * 20 وكان الله معه حتى كبر * فاقام في البرية وكان
غلاما راميا * 21 واقام في برية فاران * واخذت له امه زوجة من
بلد مصر * 22 ولما كان في ذلك الوقت قال ابيمالخ وفيخول
رايس جيشه لابراهيم قولا * ان الله معك في جميع ما تصنعه *
23 والان احلف لي بالله ههنا انك لا تغدرني وبنسلي وبعقبي *
بل تصنع معي كالاحسان الذي صنعته معك ومع اهل البلد
الذي سكنته * 24 فقال ابراهيم انا احلف * 25 ووعظ
ابراهيم ابيمالخ بسبب بير الماء التي غصبوها عبيده *
26 فقال ابيمالخ لم اعلم من صنع هذا الامر * وايضا انت لم
تخبرني * وانا ايضا لم اسمع الا اليوم * 27 ثم اخذ ابراهيم غنما
وبقرا فاعطى ذلك ابيمالخ * وقطعا جميعا عهدا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Surrexit itaque ſummo mane Abraham, accepitque panem & vtrem aquæ, & dedit Agar, imponens ſuper humerum eius puerum quoque; & dimiſit eam: abiit verò & errauit in deſerto putei iuramenti.
15 Cum autem defeciſſent aquæ de vtre, proiecit puerum ſubter vnum ex fruticibus. 16 Et abiuit, ſeditque è regione, elongata velut arcus ejaculatio: dicebat enim, non videbo mortem pueri, ideo ſedit è regione, leuauitque vocem ſuam & fleuit. 17 Et audiuit Deus vocem pueri, & vocauit Angelus Domini Aga rè cœlo, dixitque ei, Quid tibi Agar? ne timeas, quoniam exaudiuit Deus vocem pueri è loco vbi eſt.
18 Surge, tolle puerum, & apprehende manum ipſius; in gentem enim magnam ponam eum.
19 Aperuitque Deus oculos eius, & vidit puteum aquæ, iuit & impleuit vtrem aqua, potauitque puerum.
20 Fuit autem Deus cum puero, & creuit, & habitauit in deſerto; factuſque eſt iaculator arcus. 21 Et habitauit in deſerto Pharan, & accepit illi mater eius vxorem de terra Ægypti. 22 Factumque eſt illo tempore, vt dixerit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius Abrahæ, dicens; Dominus eſt tecum in omnibus quæ facis. 23 Nunc porro iura mihi per Deum: Ecce ſi mentiaris mihi; & poſteris meis, & ducibus meis, iuxta miſericordiam quam feci tecum, facies mecum, & cum terra in qua peregrinatus es.
24 Reſpondit verò Abraham, ego iurabo: 25 Et increpauit Abraham Abimelech propter puteum aquarum quem rapuerant ſerui Abimelech. 26 Dixit autem Abimelech, neſcio quis fecerit rem hanc, verùm etiam non indicaſti mihi: neque audiueram ante hunc diem. 27 Et accepit Abraham oues & boues, & dedit Abimelech, & percuſſerunt ambo fœdus.

[illegible]

28 Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas ouium
ſeorſim. 29 Dixit autem Abimelech ad Abra-
ham, Quid ſibi volunt hæ ſeptem agnæ ouium
quas ſtatuiſti ſeorſim? 30 Qui ait, Septem agnas
accipies de manibus meis, quatenus ſit mihi
teſtimonium quòd effoderim puteum iſtum.
31 Propterea vocauit locum illum Bir-ſeba,
eò quòd ibi iurauerint ambo. 32 Et inierunt
pactum in Bir-ſeba: & ſurrexerunt Abimelech
& Phichol princeps exercitus eius, & reuerſi
ſunt in terram Paleſtinorum. 33 Plantauit
autem Abraham plantam in Bir-ſeba, & inuo-
cauit ibi nomen Domini Dei ſæculorum.
34 Et habitauit Abraham in terra Paleſtino-
rum diebus multis.

CAPVT XXI.

T*Entatio Abrahæ.* 1 Et factum eſt poſt
ſermones iſtos vt Deus tentaret Abra-
ham, diceretque ad eum, Abrâham. qui ait,
Adſum. 2 Dixitque ad eum, Tolle filium
tuum, vnicum tuum, quem tu diligis, Iſahac:
& vade tibi in terram Amorrhæorum, & offer
eum ibi victimam ſuper vnum ex montibus
quem dicam tibi. 3 Anteuertit itaque Abra-
ham diluculo, & ſtrauit aſinum ſuum, duxit-
que duos ſeruos ſuos ſecum, & Iſahac filium
ſuum, & fidit ligna ad victimam: ſurgenſque
abiit ad locum quem dixerat ei Deus. 4 Die
verò tertia ſublatis Abraham oculis ſuis, vidit
locum illum à longe. 5 Dixitque iuuenibus
ſuis, Manete hîc apud aſinum: ego autem &
puer ibimus illuc vſque adoraturi, & reuerte-
mur ad vos. 6 Tulit quoque Abraham ligna
ad victimam, & impoſuit ſuper Iſahac filium
ſuum, & accepit manu ſua ignem & cultrum,
abieruntque ambo ſimul. 7 Ait autem Iſahac
ad Abraham patrem ſuum, dixitque, Pater. Re-
ſpondit, Ecce me fili mi. Et dixit ad eum, Ecce
ignis & ligna, vbi eſt agnus ad victimam?

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

28 Et ſtatuit Ebrahim ſeptem agnas ex ouibus
ſeorſim. 29 Dixitque ei Abimalech: Quænam
ſunt hæ ſeptem agnæ quas ſtatuiſti ſeorſum?
30 Ait, Vt accipias eas è manibus meis, ad hoc
vt ſint teſtimonium mihi quod ego fodi puteum
iſtum. 31 Propterea nominatus eſt locus ille Bir-
ſabaa, eò quòd ambo ſimul iurauerint. 32 Cúmque
pacti fuiſſent ambo in Bir-ſabaa, ſurrexit Abi-
malech, & Fichol princeps exercitus eius, & redie-
re ambo in regionem Paleſtinæ.
33 Et plantauit plantas in Bir-ſabaa, & inuo-
cauit ibi nomen Dei, Dei orbis terrarum.
34 Et fuit colonus Ebrahim in regione Paleſti-
næ dies multos.

CAPVT XXII.

POſt has res geſtas probauit Deus Ebrahim,
dixitque ei: ó Ebrahim. Ait, quid tibi placet?
2 Dixit: Accipe filium tuum, vnicũ tuum, quem
diligis, ipſe eſt Iſhac, & vade in regionẽ adoratio-
nis, & offer illum ibi ſacrificium ſuper vnum mon-
tium, quem ſignificabo tibi. 3 Surrexit ergo
Ebrahim ſummo manè, & ſtrauit aſinum ſuum,
& ſumpſit duos famulos ſuos ſecum, & Iſhac
filium ſuum, & fidit ligna oblationis: & ſurre-
xit, atque abiit in locum, ad quem dixit ei Deus,
Vade. 4 Cúmque fuiſſet dies tertia, leuauit
Ebrahim oculos ſuos, & vidit locum à longe.
5 Dixitque Ebrahim duobus famulis ſuis: Sede-
te hîc cum aſino, & ego & puer ibimus illuc, &
adorabimus, & reuertemur ad vos.
6 Sumpſitque Ebrahim ligna oblationis, & po-
ſuit ea ſuper Iſhac filium ſuum, accepitque ſe-
cum ignem, & cultrum, abieruntque ambo ſimul.
7 Tum dixit Iſhac ad Ebrahim patrem ſuum;
O pater mi. Ait, quid tibi placet ô fili mi? Dixit:
Ecce ignis, & ligna: vbi eſt agnus ad oblationem?

28 ووقف ابرهيم سبع نعاج من الغنم وحدها * 29 فقال له
ابيمالخ ما هذه السبع النعاجات التي وقفتها وحدها * 30 قال
لتاخذها من اجل ان يكون شهادة لي باني حفرت هذه البير *
31 ولذلك سمي الموضع بير سبع انهما جميعا حلفا * 32 ولما
عهدا في بير سبع * قام ابيمالخ وفيحول ريس جيشه ورجعا الي
بلد فلسطين * 33 ونصب نصبا في بير سبع * ودعا ثم بسم الله
اله العالم * 34 وجاور ابرهيم في بلد فلسطين اياما كثيرة *

* الفصل الثاني والعشرون *

1 ولما كان بعد هذه الامور امتحن الله ابرهيم * فقال له يا ابرهيم *
فقال لبيك * 2 قال خذ ابنك واحدك الذي تحبه هو اسحق *
وامض الي بلد العبادة * واصعده ثم قربانا على احد الجبال
الذي اعرفك به * 3 فادلج ابرهيم بالغداة واسرج حماره
واخذ غلاميه معه واسحق ابنه وشقق حطب الصعيدة وقام
ومضى الي الموضع الذي قال الله امض اليه * 4 ولما كان
اليوم الثالث رفع ابرهيم عينيه فنظر الموضع من بعيد *
5 فقال ابرهيم لغلاميه اجلسا هاهنا مع الحمار وانا والغلام نمضي
الي ثم ونسجد ونرجع اليكما *
6 فاخذ ابرهيم حطب القربان وصيره على اسحق ابنه
واخذ معه النار والسكين ومضيا جميعا *
7 ثم قال اسحق لابرهيم ابيه يا ابه * قال لبيك يا بني * قال هوذا
النار والحطب فاين الحمل للقربان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Sepoſuitque Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſim. 29 Dixitque Abimelech ad Abraham: Quid ſunt
ſeptem iſtæ agnæ quas ſepoſuiſti ſeorſim? 30 Et dixit Abraham, certè ſeptem iſtas agnas accipies de manu
mea vt ſint mihi in teſtimonium quod foderim puteum iſtum. 31 Propterea vocauit puteum iſtum Beer-
ſebah, quod ibi ambo iuraſſent. 32 Percuſſeruntque fœdus in Beerſebah, ſurrexitque Abimelech, &
Phicol princeps exercitus eius, & redierunt in terram Philiſthim. 33 Plantauit autem Abraham nemus
in Beerſebah, & inuocauit ibi nomen Domini Dei ſeculi. 34 Et peregrinatus eſt Abraham in terra Phili-
ſthim diebus multis.

CAPVT XXII.

ET factum eſt poſt res iſtas, vt Deus tentaret Abraham, diceretque illi, Abraham, & reſpondit, Ecce me:
2 Et dixit, ſume nunc filium tuum, vnicum tuum quem diligis Iſaacum, & vade in terram Morah,
& offer illum ibi holocauſtum in vno montium quem tibi dixero. 3 Et ſurrexit Abraham ſummo
mane, ſtrauitque aſinum ſuum. Et accepit duos ſeruos ſuos ſecum, & Iſaac filium ſuum: ſcidit quoque ligna
holocauſti, poſtea ſurrexit, & abiuit in locum quem dixerat ei Deus. 4 Die autem tertia leuauit oculos,
& vidit locum à longè. 5 Dixitque Abraham ſeruis ſuis; Sedete vos hîc cum aſino: Ego verò & puer ibimus
huc vſque, & adorabimus, poſtea redibimus ad vos. 6 Accepit autem Abraham ligna holocauſti, & po-
ſuit ſuper Iſaacum puerum ſuum, ſumpſitque in manu ſua ignem & cultrum, & abierunt ambo illi ſimul.
7 Dixit autem Iſaac Abrahæ patri ſuo, pater, Et reſpondit, adſum fili, dixitque, ecce ignem & ligna, ſed vbi
eſt ouis in holocauſtum.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

8 Inquit Abraham, Deus prouidebit agnum
ad victimam fili mi : & perrexerunt ambo
ſimul. 9 Et venerunt ad locum quem dixerat
ei Deus. Ædificauitque ibi Abraham altare, &
compoſuit ligna & colligauit Iſahac filium
ſuum , impoſuitque eum altari ſuper ligna.
10 Et extendens manum ſuam Abraham,
apprehendit cultrum ad mactandum filium
ſuum. 11 Vocauit autem illum angelus Dei
de cælo , ac dixit, Abraham Abraham. qui ait,
Adſum. 12 Et dixit ad eum , Ne extendas
manum tuam ad puerum , neque facias illi
quicquam: quia nunc indicaſti timentem Dei
te eſſe, eò quòd non denegaueris filium tuum,
vnicum tuũ, mihi. 13 Leuauit autem Abraham
oculos ſuos , viditque , & ecce arietem vnum
detentum ramo cornibus ſuis. & abiens Abra-
ham , tulit arietem , obtulitque eum in victi-
mam pro filio ſuo. 14 Appellauitque Abra-
ham nomen loci illius, Deus videbit: quia dici-
tur hodie , in monte hoc , Dominus videbit.
15 Et vocauit Angelus Dei Abrahamum ſe-
cunda vice de cælo , 16 Ac dixit , Per me iura-
ui, ait Dominus, pro eo quod feciſti ſermonem
hunc, & non peperciſti filio tuo, vnico tuo pro-
pter me. 17 Benedicens benedicam tibi , &
multiplicans multiplicabo ſemen tuum vt ſtel-
las cæli & vt arenam quæ eſt ad litus maris: &
poſſidebit ſemẽ tuũ terras inimicorum ſuorũ.
18 Et benedicentur in ſemine tuo cuncti populi
terræ, pro eo quod audieris vocẽ meam. 19 Et
reuerſus eſt Abrahã ad iuuenes ſuos, & ſurgen-
tes abierunt ſimul in Bir-ſeba: moratuſque eſt
Abraham in Bir-ſeba. 20 His itaque rebus ge-
ſtis, indicatum fuit Abrahæ & dictum eſt ei,
Ecce peperit Melcha etiam ipſa filios Nachor
fratri tuo, 21 Vs primogenitum eius, & Buz
fratrem eius , & Camuel patrem Aram.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

[8] *Dixit Ebrahim: Deus oſtendet agnum ad oblationem, ô fili mi; & abierunt ambo ſimul,*
[9] *Donec venirent ad locum, ad quem dixerat ei Deus, Vade. Ædificauitque Ebrahim ibi altare, & conſtruxit ligna, & reuinxit manus Isbac filij ſui, & poſuit eum ſuper altare ſuper ligna.*
[10] *Extenditque Ebrahim manum ſuam, & accepit cultrum vt iugularet filium ſuum.*
[11] *Vocauit autem eum Angelus Dei de cælo dicẽs: O Ebrahim, ô Ebrahim: Dixit, Quid tibi placet?* [12] *Ait, Ne extendas manum tuam ad puerum, neque facias ei quicquam: quia ego nunc notum feci hominibus quòd ſis timens Deum, & non ſubduxeris filium tuum vnicum tuum à me.*
[13] *Tum leuauit Ebrahim oculos ſuos poſt hæc, & ecce aries inhærens bifurco arboris cornibus ſuis, abiitque ad eum, & accepit eum, & obtulit illum in oblationem pro filio ſuo.* [14] *Appellauitque Ebrahim nomen eius loci, locus miſereatur Deus viſitantis eum, ſicuti dicitur in hac die: In monte Dei oportet vt appareant homines.* [15] *Item vocauit Angelus Dei de cælo ſecundo, O Ebrahim.*
[16] *Et ait: Per nomen meum iuraui, dicit Deus, quòd quia feciſti hanc rem, nec ſubduxiſti filium tuum vnigenitũ tuum,* [17] *Benedicã certè tibi, & multiplicabo quidem progeniem tuam ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt ad litus maris, & poſsidebit generatio tua ciuitates inimicorum ſuorum.* [18] *Et benedicentur per progeniem tuam omnes gentes terræ, in retributionem pro eo quod acceptaueris ſermonem meum.*
[19] *Deinde reuerſus eſt Ebrahim ad duos famulos ſuos: ſurrexeruntque & abierunt omnes ad Bir-ſabaa, & manſit ibi.* [20] *Et poſt has res nunciatum fuit Ebrahimo, dictumque eſt ei: Ecce iam genuit Malca ipſa quoque filios Nahor fratri tuo:* [21] *Vs primogenitum eius & Buz fratrem eius, & Camuail patrem Aram.*

8 قال ابرهيم الله يظهر الحمل للقربان يا بني * ومضيا جميعا
9 حتى جاءا الى الموضع الذي قال له الله امض اليه * فبنى
ابرهيم ثم المذبح وصفّ الحطب * وكتّف اسحق ابنه وصيّره
على المذبح فوق الحطب * 10 ومدّ ابرهيم يده فاخذ
السكين ليذبح ابنه * 11 فناداه ملاك الله من السماء قائلا
يا ابرهيم يا ابرهيم * قال لبيك * 12 قال لا تمدّ يدك الى الغلام
ولا تصنع به شيئا * فاني الآن عرّفت الناس انك تقيّ لله ولم تصد
ابنك وحيدك عني * 13 ثم رفع ابرهيم عينيه بعد ذلك فاذا
بكبش ملتحم في شعب الشجر بقرنيه * فمضى اليه فاخذه
وقربه قربانا بدل ابنه * 14 وسمى ابرهيم اسم ذلك الموضع
مكان يرحم الله رائيه * كما يقال في هذا اليوم في جبل الله يجب ان
يتراءى الناس * 15 ثم نادى ملاك الله من السماء ثانية يا
ابرهيم * 16 وقال باسمي اقسمت يقول الله انك لاجل ما
صنعت هذا الامر ولم تصدّ ابنك وحيدك *
17 لابارِكنّ فيك واكثرنّ نسلك ككواكب السماء وكالرمل
الذي على شاطي البحر * ويحوز نسلك قرى اعدائه *
18 ويتبرك بنسلك جميع امم الارض جزاء ما قبلت قولي *
19 ثم رجع ابرهيم الى غلاميه * فقاموا ومضوا اجمعون الى بير
سبع واقام ثمّ * 20 ولما كان بعد هذه الامور أُخبر ابرهيم
بان قيل له هوذا قد ولدت ملكا هي ايضا بنين لناحور اخيك *
21 عوص بكره * وبوز اخوه * وقموايل ابو ارام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[8] Reſpondit verò Abraham, Deus prouidebit ſibi ouem in holocauſtum, fili: & ibant ambo ſimul.
[9] Veneruntque in locum quem dixit illi Dominus, & ædificauit ibi Abraham altare, & diſpoſuit ligna, ligauitque Iſaacum filium ſuum, & poſuit eum ſuper altare deſuper ligna: [10] Extenditque manum ſuam, & accepit cultrum ſuum vt mactaret eum. [11] Et vocauit eum Angelus Domini de cælo, dixitque: Abraham, Abraham, qui reſpondit, Ecce me: [12] Et dixit, ne mittas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam: nunc enim cognoui quod timeas dominum, cum non ſubtraxeris mihi filium tuum, vnicum tuum. [13] Tum leuauit Abraham oculos ſuos, aſpexitque, & ecce aries vnus intricatus in vepribus cornibus ſuis: Et iuit Abraham, & accepit arietem, & obtulit eum in holocauſtum pro filio ſuo.
[14] Vocauitque Abraham nomen loci illius, Dominus videbit, qui dicitur hodie, in monte Dominus videbit.
[15] Vocauit autem Angelus Domini Abraham ſecunda vice de cælis. [16] Dixitque, per me iuraui, dicit Dominus; propter ea quod feciſti hanc rem, & non ſubtraxiſti mihi filium tuum, vnicum tuum. [17] Ideò benedicendo benedicam te, & multiplicando multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris, & poſſidebit ſemen tuum portam inimicorum ſuorum. [18] Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ; eo quod audiuiſti vocem meam. [19] Poſtea rediit Abraham ad pueros ſuos, & ſurrexerunt, ieruntque ſimul in Beerſebah, & habitauit Abraham in Beerſebah. [20] Factumque eſt poſt res iſtas, vt nuntiaretur Abrahæ dicendo, Ecce peperit Melca etiam ipſa filios Nachor fratri tuo.
[21] Hus primogenitum ſuum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]

22 Et Caſar,& Haſu,& Phalras,& Iarlaph,&
Bathuael. 23 Bathuael autem genuit Rebec-
cam octo iſtos peperit Melcha Nahor fratri
Abrahæ. 24 Concubina vero illius nomine
Reuma, peperit etiam ipſa Tebah & Gaham,
& Thahas,& Maacha. CAPVT XXIII.

OBitus Saræ. 1 Fuit autem ætas Saræ
centum ac viginti ſeptem annorum, an-
norum *inquam* quos vixit Sara. 2 Et mortua
eſt Sara in ciuitate gigantum, nempe Hebron
quæ eſt in terra Chanaan: & venit Abraham
vt lugeret Saram vxorem ſuam, defleretque
eam. 3 Deinde ſurgens Abraham à conſpe-
ctu mortuæ ſuæ, loquutus eſt cũ filiis Heth, &
dixit eis. 4 Hoſpes ſum & peregrinus apud
vos, date mihi hæreditatem ſepulchri vobiſ-
cum & ſepeliam mortuam meam à conſpectu
meo. 5 Reſponderunt filii Heth, & dixerunt
ad Abraham. 6 Audi nos domine noſter, tu
princeps es Dei inter nos: in ſelectiſſimo mo-
numẽtorum noſtrorum ſepeli mortuam tuam,
nemo ex nobis denegabit ſepulchrum ſuum
tibi quin ſepelias mortuam tuam. 7 Surgens
autem Abraham adorauit populum terræ
filios Heth,& allocutus eſt eos, & ait illis. 8 Si
cupiunt animæ veſtræ vt ſepeliam mortuam
meam à conſpectu meo, audite me & rogate
pro me apud Ephron filium Soar. 9 Concedat-
que mihi ſpeluncã duplicem ſuã quæ eſt ad la-
tus agri ipſius, pecunia integra det eam mihi in
hæreditatem ſepulchri. 10 Porrò Ephron ha-
bitabat in medio filiorum Heth & reſpondens
Ephrõ Hetheus, dixit Abrahamo præſentibus
filiis Heth & coram omnibus ingredientibus
portam ciuitatis eius. 11 Non, dñe mi, audi me
agrum dedi tibi,& ſpeluncam quę in eo eſt, tibi
conceſſi, præſentibus filiis populi mei eam dedi
tibi, ſepeli mortuam tuam. 12 Et adorauit
Abraham coram populo terræ.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
24 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]

22 Et Caſed, & Haz, & Phaldas & Iedlaph.
Et Bathuail 23 & Bathuail genuit Rebeccam:
Hos octo genuit Nahor fratri Ebrahim. 24 Et
ancilla eius, eiuſque nomen Rauma, genuit ipſa
quoque Tabah, & Giaham, & Tahas, &
Maacha.

CAPVT XXIII.

ERatque ætas Saræ centum & ſeptem ac viginti
annorum, anni vitæ eius. 2 Deinde mortua
eſt Sara in ciuitate Arbæ, ipſa eſt Habra in regio-
ne Chanaan: venitque Ebrahim vt ploraret, ac
lugeret eam. 3 Tum ſurrexit Ebrahim à præ-
ſentia mortui ſui, & locutus eſt ad filios Hith di-
cens. 4 Ego ſum aduena, & hoſpes vobiſcum,
date mihi dominium ſepulchri apud vos, & ſepe-
liam mortuum meum de conſpectu meo. 5 Reſpon-
derunt filij Hith Ebrahimo, dicentes ei: 6 Audi
nos ô Domine noſter: tu es Nobilis Dei inter nos:
in optimo ſepulchrorum noſtrorum ſepeli mortuum
tuum, & quilibet vir ex nobis non negabit tibi ſe-
pulchrũ quod habet, vt in eo ſepelias mortuum tuũ.
7 Surrexitque Ebrahim, & adorauit gratias
agens incolis regionis, nempe filiis Hith.
8 Tum locutus eſt eis, & dixit illis: Si cupiant
animæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum de con-
ſpectu meo, auſcultate mihi, vt intercedatis pro
me apud Afron filium Sohar, 9 Vt det mihi
ſpeluncam duplicem, quam habet, quæ eſt in ex-
tremitate ruris eius: pretio integro cncedat illam
mihi inter vos in dominium ſepulchri. 10 Erat
autem Afron ſedens inter filios Hith. Reſpondit
Afron Hithæus Ebrahimo in præſentia eorum, &
in præſentia omnium ingredientium ianuam ciui-
tatis ſuæ, dicens. 11 Ne facias mentionem de pre-
tio, ô Domine mi, Auſculta mihi. Rus iam dedi
tibi, & ſpeluncam quæ eſt in eo etiam, iam conceſſi
tibi: teſtantibus filiis patrui mei conceſſi vtrun-
que tibi, ſepeli mortuum tuum. 12 Adorauitque
Ebrahim gratias agens coram incolis regionis.

22 وكاسد * وحز * وفلداش * ويدلاف * وبثوايل * 23 وبثوايل اولد
ربقا * هولاء الثمانية ولدهم لناحور اخي ابرهيم * 24 وامته واسمها
راوما ولدت هي ايضا طابح وجاحم وطاحس وماعخا *

* الفصل الثالث والعشرون *

1 وكان عمر سارا مائة وسبعا وعشرين سنة سنو حياتها * 2 ثم
ماتت سارا في قرية اربع * هي حبرون في بلد كنعان * 3 فاقبل ابرهيم
يندبها ويبكيها * ثم قام ابراهيم من حضرة ميتة * وكلم بني حيث
قائلا * 4 انا غريب وضيف معكم * اعطوني حوز قبر عندكم وادفن
ميتي من بين يدي * 5 فاجاب بنو حيث ابراهيم قائلين له *
6 اسمع منا يا سيدنا * انت شريف الله فيما بيننا * في خيار قبورنا
ادفن ميتك * وكل رجل منا لا يبخل عليك بقبره لتدفن فيه ميتك *
7 فقام ابراهيم فسجد شكرا لاهل البلد وهم بنو حيث * 8 ثم
كلمهم وقال لهم ان اشتهت نفوسكم ان ادفن ميتي من بين يدي
اسمعوا مني في ان تشفعوا لي عند عفرون ابن صوحر * 9 في ان
يعطيني المغارة المضعفة التي له التي في طرف ضيعته * بثمن كامل
يعطينيها فيما بينكم حوز قبر * وكان عفرون جالسا فيما بين بني
حيث * 10 فاجاب عفرون الحيثي ابرهيم بحضرتهم وبحضرة سائر
من دخل باب قريته قائلا * 11 لا تذكر ثمنا يا سيدي * فاسمع مني
الضيعة قد اعطيتكها * والمغارة التي فيها ايضا قد وهبتها لك *
بشهادة بني عمي وهبتها لك ادفن ميتك * 12 فسجد ابراهيم
شكرا بحضرة اهل البلد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Et Caſed, & Hazo, & Pildas & Iedelaph, & Bathuel. 23 Bathuel autem genuit Rebecca: octo iſtos ge-
nuit Melcha Nachori fratri Abraham. 24 Concubina verò eius cuius nomen Roma, peperit etiam ipſa Te-
bah, & Gaham, & Tahas, & Maaca.

CAPVT XXIII.

FVit autem vita Saræ centum & viginti ſeptem annorum; hi fuerunt anni vitæ ipſius. 2 Mortuáque eſt
Sara in Kirjath Arbé, ad vallem, ipſa eſt Hebron in terra Chanaan. Venitque Abraham vt lugeret Saram
& defleret eam. 3 Conſurgens autem Abraham à conſpectu mortui ſui, locutus eſt filiis Heth, dicens. 4 Pe-
regrinus & inquilinus ego ſum vobiſcum, date mihi poſſeſſionem ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum
meum à conſpectu meo. 5 Et reſponderunt filii Heth Abrahamo dicentes: Nequaquam. 6 Audi nos Do-
mine, princeps Dei tu es in medio noſtri, in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum. Nemo noſtrûm
ſepulchrum ſuum prohibebit tibi, ne in eo ſepelias mortuum tuum. 7 Et ſurrexit Abraham, & adorauit po-
pulum terræ, filios Heth. 8 Locutus eſt eis dicens; ſi propoſuit anima veſtra vt ſepeliam mortuum meum à
conſpectu meo, audite me, & intercedite pro me apud Hephron filium Seor hethæi. 9 Vt det mihi ſpelun-
cam duplicem quæ ad ipſum pertinet, quæque eſt in fine agri ſui pro pretio iuſto, det illam mihi in medio ve-
ſtri in poſſeſſionem ſepulchri. 10 Hephron autem habitabat in medio filiorũ Heth. Reſpondit verò Hephron
hetæus Abrahamo in auribus filiorum Heth, omnibus ingredientibus portam vrbis eius, dicens. 11 Nequa-
quã Dñe mi, audi me: Agrum dedi tibi & ſpeluncam quæ eſt in eo; dedi tibi illam: in oculis filiorum populi mei
dedi eam tibi, ſepeli mortuum tuum. 12 Et adorauit Abraham in conſpectu populi terræ:

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

13 Et dixit ad Ephron præſenti cuncto populo terræ, Si placet audias me. dabo tibi pecuniam pretii agri: dabo tibi, & ſepeliã mortuam meam illic. 14 Reſpõdit Ephron & dixit ad Abraham, Domine mi, audias me. 15 Terra quadringentorum eſt ſiclorum argenti: inter me autem & te quid hoc eſt? mortuam ergo tuam ſepeli. 16 Itaque audiens Abraham Ephronem, appendit Abraham Ephroni pecuniam de qua locutus fuerat coram filiis Heth, quadringentos ſiclos argenti quod expenditur à mercatore. 17 Ceſſit igitur ager Ephronis qui erat in Duplici quæ eſt è regione Mamre, tã ager ſpeluncæ quàm ſpelunca quæ in eo erat, & omnes arbores quæ in agro, quæque in confinibus erant vndequaque, 18 Abrahæ iure emptionis, coram filiis Heth, & coram ingredientibus portam ciuitatis eius. 19 Poſt hæc ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca quę eſt in agro duplici, è regione Mamre, ipſa eſt Hebron quæ eſt in terra Chanaan. 20 Ceſſit igitur ager ſpeluncæ & ſpelunca quę erat in eo, Abrahæ in hæreditatẽ monumẽti à filiis Heth.

CAPVT XXIV.

Abraham autem ſenuerat, & proceſſerat in annos: & Dñs benedixerat Abrahę in omnibus. 2 Vocauitque Abrahã ſeruum ſuum ſeniorem œconomũ ſuũ, qui præerat omnibus quæ habebat, & dixit ei, Pone manũ tuam ſub dorſo meo. 3 Et adiurabo te per Dñm Deum cæli & Deũ terræ, ne accipias vxorẽ filio meo ex filiabus Chananæorum inter quos habito; 4 Sed ad terrã meã & ad natalia mea proficiſcere, & accipe vxorẽ filio meo Iſahac. 5 Ait illi ſeruus, Quòd ſi nolit mulier illa venire poſt me ad terrã iſtã, reducens reducã ne filiũ tuũ in terrã de qua egreſſus es? 6 Dixit ad eum Abraham, Caue tibi ne fortè reducas filium meum illuc.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

13 *Præterea locutus eſt ad Afron in præſentia eo-*
rum dicens: Negotium meum non eſt niſi apud te,
& vtinam auſcultares mihi, & darem tibi pre-
tium Ruris, & acceptares illud à me, vt ſepeliam
mortuum meum ibi. 14 *Reſponditque Afron*
Ebrahimo, & dixit ei. 15 *O domine mi, acquieſ-*
ce mihi: Terra, æquiualens quadringentis ſiclis
argenti, inter me & te quid eſt? ſepeli mortuum
tuum in ea. 16 *Cúmque audiſſet hoc Ebrahim*
ab ipſo, ponderauit ei numos de quibus mentionem
fecerat in præſentia filiorum Hith, quadringentos
ſiclos argenti ex iis qui currunt apud mercatores.
17 *Pertinuit ergo Rus Afronis notum nomine Du-*
plicis, quod eſt ex aduerſo Mamri, Rus & ſpelun-
ca quæ eſt in eo, & omnes arbores quæ ſunt in eo,
& in omnibus terminis eius circuncirca, iure
emptionis, 18 *Ad Ebrahim in præſentia filio-*
rum Hith, & eorum omnium qui ingrediebantur
per portam vrbis eorum. 19 *Et poſtea ſepeliuit*
Ebraim Saram vxorem ſuam in agro ſpeluncæ
duplicis è regione Mamri, ipſa eſt Habra in re-
gione Chanaan. 20 *Et pertinuit Rus & ſpe-*
lunca quæ eſt in eo, ad Ebrahim in poſſeſſionem ſe-
pulchri a filiis Hith.

CAPVT XXIV.

ET cùm ſenuiſſet Ebrahim, & prouecta fa-
ctus eſſet ætatis, & benedixiſſet Deus ei in
omnibus: 2 *Dixit ſeruo ſuo ſeniori domus ſuæ,*
præpoſito ſuper omnia bona ſua, Annue ma-
num tuam ad pactum meum. 3 *Et adiurabo te*
per Deum Dominum cælorum & terræ, quòd non
accipies vxorem filio meo ex filiabus Chananæorũ
inter quos commoror ego; 4 *Sed proficiſceris ad*
patriam meam & locum natiuitatis meæ, & ac-
cipies vxorem filio meo Iſhac. 5 *Dixit illi ſeruus:*
Si fortè mulier noluerit ſequi me ad hanc regio-
nem, reducamnè filium tuum ad regionem, ex
qua exiſti? 6 *Ait illi Ebrahim: Caue ne re-*
ducas filium meum illuc.

13 ثم كلم عفرون بحضرتهم قايلا ليس حاجتي الا عندك فليتك
تسمع مني واعطيك ثمن الضيعة وتقبله مني حتى ادفن ميتي
ثم * 14 واجاب عفرون ابراهيم وقال له * 15 يا سيدي اسمع
مني ارض تساوي اربع ماية مثقال فضة بيني وبينك ما هي فادفن
ميتك فيها * 16 فلما سمع ابراهيم ذلك منه وزن له الدراهم
التي ذكرها بحضرة بني حيث اربع ماية مثقال فضة مما هو جاير
بين التجار * 17 فوجبت ضيعة عفرون المعروفة بالمضاعفة
التي بحضرة ممرى الضيعة والمغارة التي فيها وجميع الشجر
الذي فيها وفي جميع تخمها مستديرا وجوب شرى * 18 لابراهيم
بحضرة بني حيث وساير من دخل من باب قريتهم * 19 وبعد
ذلك دفن ابراهيم سارة زوجته في حقل مغارة المضعفة بحضرة
ممرى هي حبرى في بلد كنعان * 20 فوجبت الضيعة والمغارة
التي فيها لابراهيم حوز قبر من بني حيث *

* الفصل الرابع والعشرون *

1 ولما شاخ ابراهيم وطعن في السن وبارك الله له في كل شي *
2 قال لعبده شيخ منزله المسلط على جميع ماله اوثني بيدك الى
عهدي * 3 واحلفك بالله رب السموات والارض ان لا تاخذ
زوجة لابني من بنات الكنعانيين الذين انا مقيم فيما بينهم * 4 بل
تمضي الى بلدي ومولدي وتاخذ زوجة لابني اسحق * 5 فقال له
العبد لعل المراة لا تشا تتبعني الى هذا البلد هل ارد ابنك الى
البلد الذي خرجت منه * 6 قال له ابراهيم احذر ان ترد ابني الى ثم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Dixitque ad Hephron in auribus populi terræ, dicens; Certè ſi tu meus es, audi me: dabo argentum agri,
accipe illud à me & ſepeliam mortuum meum ibi. 14 Reſpondit verò Hephron Abrahamo dicens.
15 Nequaquam Domine, audi me: terra eſt quadringentorum ſiclorum argenti; inter me & inter te quid
hoc eſt? tu verò mortuum tuum ſepeli. 16 Et audiuit Abraham Hephronem, & appendit Abraham Hephro-
ni argentum de quo locutus fuerat in auribus filiorum Heth, quadringentos ſiclos argenti probatos merca-
toribus. 17 Et confirmatus eſt ager Hephronis qui erat in duplici versùs Mamre: ager & ſpelunca quæ erat
in eo, & omnis arbor agri quæ erat in omnibus terminis circumquaque. 18 Abrahamo in poſſeſſionem, in
conſpectu filiorum Heth, & omnium ingredientium portam ciuitatis eius. 19 Poſt hæc ſepeliuit Abra-
ham Saram vxorem ſuam ad ſpeluncam agri duplicem versùs Mamré, hæc eſt Hebron in terra Chanaan.
20 Et confirmatus eſt ager & ſpelunca quæ eſt in eo Abrahamo in poſſeſſionem ſepulchri à filiis Heth.

CAPVT XXIV.

ERat autem Abraham ſenex, & ætatis prouectæ, Dominuſque benedicebat Abraham in omnibus.
2 Dixitque Abraham ſeruo ſuo ſeniori domus ſuæ dominanti omnibus quæ pertinebant ad eum,
pone quæſo manum tuam ſub femore meo. 3 Et adiurabo te per Dominum Deum cœli, & Deum
terræ, quod non capies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum medio ego habito. 4 Verùm
ad terram meam & ad cognationem meam ibis, & accipies vxorem filio meo Iſaac. 5 Dixit verò ad eum
ſeruus, fortaſſe nolet mulier venire poſt me in terram iſtam, nunquid reducendo reducam filium tuum in ter-
ram è qua egreſſus es: 6 Reſponditque ei Abraham, caue tibi ne reducas filium meum illuc.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

7 Dominus Deus cæli qui duxit me inde, de
domo patris mei, & de terra mea natali, & qui
dixit mihi, quique mihi aſſeuerauit, Semini tuo
dabo terrã iſtam: ipſe mittet Angelum ſuũ ante
te, & accipies vxorẽ filio meo iſtinc. 8 Quòd ſi
non acquieſcat mulier vt veniat tecum, eris in-
nocens ab hoc meo iuramento: tantumodo
filiũ meũ ne reducas illuc. 9 Poſuit igitur ſeruus
manuũ ſuã ſubtus dorſum Abrahami dñi ſui,
& iurauit ei de hac re. 10 Et accipiens ſeruus
decẽ camelos ex camelis dñi ſui, abiit, ex omni-
bus bonis Dñi ſui *portans* manu ſua: & ſurgens
perrexit in Aram Naharin ad ciuitatẽ Nahor.
11 Et genuflectere fecit camelos ſuos extra ci-
uitatem iuxta puteũ aquarum ſub tempus ve-
ſpertinum, quo tempore egredi ſolent *mulieres*
haurientes aquam. 12 Et orauit dicens, Domi-
ne Deus heri mei Abraham, diſpone coram me
hodie & vtere beneficio erga dominũ meum
Abraham. 13 En ego aſto ad puteũ aquarum, &
filiæ ciuium vrbis *huius* egrediuntur ad hau-
riendas aquas. 14 Igitur puella cui dixero, In-
clina mihi hydriam tuam vt bibã, illáque mihi
dixerit, Bibe, quin & camelis tuis potum dabo:
ipſa eſt vxor quam preparaſti ſeruo tuo Iſahac,
& per hoc intelligam te vti gratia & iuſtitia er-
ga dominum meum. 15 Necdum ipſe finem lo-
quẽdi fecerat, & ecce Rebecca egreſſa eſt, quæ
nata fuerat Bathueli filio Melchæ vxoris Na-
hor fratris Abrahami, cum hydria ſuper hume-
rum ſuum. 16 Cæterùm puella pulcherrima
erat aſpectu, virgo quam vir nullus agnouerat,
deſcenditque ad puteum, & impleta hidria ſua,
aſcendit. 17 Et currens ſeruus in occurſum eius,
dixit ad eã, Propina mihi pauxillũ aquæ de hy-
dria tua. 18 Quæ ait illi, Bibe dñe mi; moxque
depoſita hydria ſuper manus ſuas, potũ illi præ-
buit. 19 Et abſoluẽs potũ ei prębere, dixit, Etiã
camelis tuis hauriam, donec finierint bibere.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

7 *Deus Dominus Cæli qui eduxit me de domo
patris mei, & de terra natiuitatis meæ, & qui di-
xit mihi, & iurauit mihi dicens: progeniei tuæ da-
bo hanc terram, ipſemet mittet angelum ſuum an-
te te, & proſperum faciet iter tuum, & accipies
vxorem filio meo inde.* 8 *Et ſi noluerit mulier
ſequi te, tu libereris à iuramento meo iſto: ſed non ab
adiuratione vt non reducas filium meum illuc.*
9 *Annuitque ſeruus manu ſua ad pactum Ebra-
him Domini ſui, & iurauit illi de his rebus.*
10 *Deinde ſumpſit ſeruus decem camelos ex came-
lis Domini ſui, & profectus eſt: & omnia bona
Domini ſui erant in manu ſua. Et ſurrexit,
abiitque in Aram Naharaim ad vrbem Na-
hor.* 11 *Et accumbere fecit camelos extra vrbem
ad puteum aquæ tempore veſpertino, tempore exi-
tus mulierum haurientium aquam.* 12 *Dixitque
Deus ô Deus, Domini mei Ebrahim, diſpone in
conſpectu meo hodie, & benefac in hoc, Domino
meo Ebrahim:* 13 *Ecce ego aſtans ſum ad fon-
tem aquæ, & filiæ incolarum vrbis exeunt vt hau-
riant aquam.* 14 *Et puellam cui dixero, inclina
hydriam tuam vt bibam, dicetque bibe, & potabo
& camelos tuos, præparaſti eam ſeruo tuo Iſhac,
& per eam ſciam te benefeciſſe Domino meo.*
15 *Euenitque vt antequam expleſſet ſermonem
ſuum, exiret Rebecca, quæ nata fuerat Bathuail
filio Malchæ vxoris Nahor fratris Ebrahim, ha-
bens hydriam ſuam ſuper humerum ſuum.*
16 *Et puella erat pulchra aſpectu nimis, virgo,
quam, non cognouerat vir: deſcenditque ad fon-
tem, & impleuit hydriam ſuam, & aſcendit.*
17 *Accurrit autem ſeruus in occurſum eius, &
ait illi: Da mihi bibere parum de aqua hydriæ tuæ.*
18 *Dixit, bibe, ô Domine mi, & feſtinauit, atque
depoſuit hydriam ſuam ſuper manu ſua potauitq;
eum.* 19 *Et cum expleſſet potare illum ait. Potabo
etiam camelos tuos donec expleatur potatio eorum.*

7 الله رب السماء الذي اخرجني من بيت ابي ومن ارض مولدي *
والذي قال لي واقسم لي قايلا لنسلك اعطي هذا البلد * هو يبعث
ملاكه بين يديك وينجح طريقك فتاخذ زوجة لابني من ثم *
8 وان لا تشاء المراة ان تتبعك فانت بري من يميني هذه * الا من
احلافك ان لا ترد ابني الي ثم * 9 فاوثق العبد يده الي عهد
ابرهيم مولاه * وحلف له علي هذه الامور * 10 ثم اخذ العبد
عشرة اجمال من جمال مولاه ومضي وكل خير مولاه بيده * وقام
ومضي الي ارام ناهرايم الي قرية ناحور * 11 فاناخ الجمال خارج
القرية علي بير ماء وقت عشاء وقت خروج النساء المستقيات *
12 فقال اللهم يا اله مولاي ابرهيم وفق بين يدي اليوم واحسن
بذلك الي مولاي ابرهيم * 13 هوذا انا واقف علي عين الماء وبنات
اهل القرية يخرجن ليستقين ماء * 14 فيكون الجارية التي اقول
لها ميلي جرتك حتي اشرب * فتقول اشرب واسقي ايضا جمالك * قد
وفقتها لعبدك اسحاق * وبها اعلم انك احسنت الي مولاي *
15 فكان قبل فراغه من كلامه ان خرجت ربقا التي ولدت لبتوايل
ابن ملكا زوجة ناحور اخي ابرهيم وجرتها علي كتفها *
16 والجارية حسنة المنظر جدا بكر لم يعرفها رجل * فنزلت علي
العين وملات جرتها وصعدت * 17 فاحضر العبد للقاها
وقال لها اسقيني قليلا من ماء جرتك * 18 فقالت اشرب يا سيدي
واسرعت وانزلت جرتها علي يدها وسقته * 19 ولما فرغت من
سقيه قالت اسقي ايضا لجمالك الي ان يكمل شربهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Dominus Deus cœli qui accepit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus eſt mihi,
quique iurauit mihi, dicens, ſemini tuo dabo terram iſtam, ille mittet Angelum ſuum ante faciem tuam, & in-
de accipies vxorem filio meo. 8 Et ſi noluerit mulier venire poſt te, tunc mundus eris à iuramento meo iſto,
tantùm filium meum ne reducas illuc. 9 Et poſuit ſeruus manum ſuam ſub femore Abraham Domini ſui,
iurauitque illi ſuper verbo iſto. 10 Et accepit ſeruus decem Camelos è Camelis Domini ſui, & profectus
eſt: omnia enim bona Domini ſui erant in manu eius. Surgens igitur iuit in Meſopotamiam, in vrbem Na-
chor. 11 Et genu flectere fecit camelos extra ciuitatem prope puteum aquarum tempore veſpertino, cum
egrediuntur aquatrices. 12 Dixitque, Domine Deus Domini mei Abraham, occurrere fac quæſo ante
faciem meam hodie, & fac miſericordiam cum Domino meo Abraham. 13 Ecce ego ſto ſuper fontem
aquarum, & filiæ virorum huius vrbis egrediuntur ad hauriendas aquas. 14 Fiat verò vt puella cui dixero,
inclina mihi quæſo hydriam tuam vt bibam, & dixerit, bibe, atque etiam camelos tuos potabo, hanc demon-
ſtraueris ſeruo tuo Iſaac, & in hoc cognoſcam quod feceris miſericordiam cum Domino meo Abraham.
15 Et factum eſt antequam finiiſſet ille loqui in corde ſuo, & ecce Rebecca egreſſa eſt quæ nata fuerat Bathueli
filio Melchæ vxoris Nachor fratris Abrahæ; hydria autem erat ſuper humerum eius. 16 Puella verò ſpecio-
ſa admodum erat aſpectu: Virgo erat, virque non cognouerat eam, & deſcendit ad fontem, & repleuit hy-
driam, poſtea reuertebatur. 17 Sed cucurrit ſeruus in occurſum eius, & dixit, ſorbendum quæſo mihi præ-
be paululum aquæ de hydria tua. 18 Reſponditque, bibe Dñe mi, feſtinanſque demiſit hydriam in manũ ſuam,
& potauit eũ. 19 Et poſtquam finiit potans eum, dixit, etiam camelis tuis hauriam quouſque finierint bibere.

20 Et feſtinauit, effuditque hydriam ſuam ad
potum, & accurrit iterum ad puteum vt hauri-
ret, hauſitque omnibus camelis illius. [21] Vir au-
tem ille potum præbebat & contemplabatur
eam expectans ad ſciendum vtrum fortunaſſet
Dn̄s iter ſuum necne. [22] Quumque cameli ſatis
abundè bibiſſent, protulit ſeruus inaurem au-
reã ſicli pondo, & duas armillas ſuper manus il-
lius, decem aureorũ pondo. [23] Et ait illi, Cuius
filia tu ſis indica mihi, & vtrũ ſit nobis locus do-
mi patris tui ad pernoctandũ. Dixit ad eũ, Filia
Bathuelis ego sũ filii Melchæ, quẽ peperit ipſi
Nahor. [25] Tum ſubdidit ei, Quin & paleam at-
que ſtramen multũ habemus, itemque locum
ad pernoctandũ. [26] Et genuflectens vir ille ſu-
per terrã, adorauit Dñm. [27] Et dixit, Benedi-
ctus ſit Dn̄s Deus domini mei Abrahã, qui nõ
retraxit bonitatem ſuam & iuſtitiã ſuam à do-
mino meo, ſed per viã *rectam* perduxit me Dn̄s
in domum fratris domini mei, vt acciperem
filiam fratris domini mei filio ipſius. [28] Cu-
currit autem filia, & indicauit domui patris
ſui verba hæc. [29] Rebecca verò habebat fratrẽ
nomine Laban: cucurrit ergo Laban ad virum
foras ad puteum, [30] Quum vidiſſet inaures &
armillas in manibus ſororis ſuæ, & quum audiſ-
ſet verba Rebeccæ ſororis ſuæ dicentis, Talia
dixit mihi vir ille: & venit ad virum qui ſtabat
prope camelos iuxta puteum. [31] Et dixit ei, In-
gredere benedicte Domini, cur ſtas in platea?
& ego præparaui domum, & locum camelis.
32 Ingreſſus eſt igitur vir ille domum, & exo-
nerauit camelos, poſuitque paleam & pabu-
lum camelis, & aquam ad lauandos pedes eius,
& pedes virorum qui cum eo erant. [33] Et pro-
poſuit eis cibum. Dixit autem, Non comedam
donec dicam verba mea. Inquiunt ei, Dicito.
34 Inquit, Seruus ſum Abrahami.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 *Et feſtinauit euacuauitque hydriam ſuam in potatorio, & accurrit etiam ad puteum, vt hauriret, donec potaſſet omnes camelos eius.*
21 *Et erat vir conſiderans eam tacitus, vt ſciret vtrum Deus proſperaſſet viam ſuam, an non.*
22 *Cúmque finem feciſſent cameli bibẽdi, accepit vir inaurẽ ex auro, ponderis dimidij ſicli, & dedit eã ipſi, & poſuit duo monilia in manibus eius, ponderis decem ſiclorum auri.* 23 *Poſtea dixit ei: Indica mihi cuiuſnam filia tu ſis: num inueniam in domo patris tui locum nobis in quo pernoctemus?*
24 *Ait illi: Ego ſum filia Bathuail filij Malchæ quem genuit Nahor.* 25 *Tum dixit ei: Palea, & fœnum multum eſt apud nos, & habemus quoque locum ad pernoctandum.* 26 *Tum procidit vir, & adorauit Deum.* 27 *Et dixit: Benedictus Deus, Deus domini mei Ebrahim, qui non priuauit gratia ſua & beneficio ſuo dominum meum, & duxit me via recta ad domum fratris domini mei.* 28 *Deinde cucurrit puella, & nuntiauit nonnullis ex iis qui erant in domo matris ſuæ, de his rebus.* 29 *Et erat Rebeccæ frater, qui vocabatur Laban, accurritque Laban ad virum extra ciuitatem ad fontem.*
30 *Et fuit hoc poſtquam vidit inaurem, & duo monilia in manibus ſororis ſuæ, & poſtquam audiuit ſermonem Rebeccæ dicentis, Sic collocutus eſt mecum vir: & venit ad eum, ipſe verò ſtabat cum camelis ad fontem.* 31 *Dixitque: Ingredere, ó benedicte à Deo: cur ſtas foris, & ego iam aptaui domum, & paraui locum camelis?*
32 *Ingreſſus eſt ergo vir domicilium, & ſoluit à camelis, & proiecit eis paleam & fœnum: & dedit ei aquam qua lauaret pedes ſuos, & pedes hominum qui cum eo erant.* 33 *Deinde appoſuit cibum coram eo, vt comederet. Dixit autem: Non comedam donec loquar ſermonem meum. Ait illi, Loquere.* 34 *Dixit, Ego ſum ſeruus Ebrahim.*

20 فاسرعت وفرغت جرّتها في المسقاة واحضرت ايضا الي البير
لتستقي * الي ان سقت جميع جماله * 21 وبقي الرجل متاملا
لها ممسكا ليعلم هل انجح الله طريقه ام لا * 22 فلما فرغت الجمال
من شربها اخذ الرجل شنفا من ذهب وزنه نصف مثقال فاعطاها
اياه * وجعل سوارين في يديها وزنهما عشرة مثاقيل ذهب * 23 بعد
ذلك قال لها اخبريني بنت من انت * هل احد في بيت ابيك
موضعا لنا نبيت فيه * 24 فقالت له انا ابنة بتوايل ابن ملكا
الذي ولدته لناحور * 25 ثم قالت له التبن والقت كثير عندنا *
ولنا ايضا موضع للمبيت * 26 ثم خر الرجل وسجد لله * 27 وقال
تبارك الله اله مولاي ابرهيم الذي لم يخل فضله واحسانه من
مولاي * وسيرني في طريق مستقيم الي بيت اخي مولاي * 28 ثم
احضرت الجارية واخبرت بعض من في بيت امها بهذه الامور *
29 وكان لربقا اخ يسمي لابان * فاحضر لابان الي الرجل الي خارج
القرية الي العين * 30 وكان ذلك بعد نظره الشنف والسوارين في
يدي اخته * وبعد سماعه كلام ربقا قايلة كذا خاطبني الرجل * فصار
اليه فاذا هو واقف مع الجمال علي العين * 31 فقال ادخل يا مبارك
من الله لم تقف برا وانا قد نظفت البيت واصلحت موضعا
للجمال * 32 فدخل الرجل الي المنزل وحل عن الجمال وطرح لها
تبنا وقتا واعطاه ماء يغسل به رجليه وارجل القوم الذين معه *
33 ثم صير الطعام بين يديه لياكل * فقال لا اكل حتي اتكلم
بكلامي * فقال له تكلم * 34 قال انا عبد ابرهيم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Feſtinauit autem & dimiſit hydriam ſuam in canalem, & cucurrit iterum ad puteum vt hauriret, & hauſit omnibus camelis eius. 21 Interea vir ille conſternabatur animo ſuper eam, & ſilebat vt cognoſceret an
proſperum ſucceſſum daret Dominus itineri ſuo, necne. 22 Factum eſt autem poſtquam finierunt cameli bibere, vt acciperet vir ille monile aureum, ſemiſſis pondus eius, & poſuit ſuper frontem eius, duaſque armillas in manibus eius, decem aureorum pondus eorum. 23 Et dixit, filia cuius es tu? indica quæſo mihi:
Nunquid eſt in domo patris tui locus nobis ad pernoctandum? 24 Et reſpondit ei, filia Bathuelis ego ſum,
filii Melchæ quem peperit Nachori. 25 Et dixit ei, etiam palea, etiam pabulum multum nobiſcum eſt, atque
etiam locus ad pernoctandum. 26 Et inclinauit ſe vir ille, & adorauit Dominum. 27 Dixitque, Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham qui non dimiſit miſericordiam ſuam & veritatem ſuam à domino
meo Abraham: cum eſſem in via deduxit me Dominus in domum fratris domini mei. 28 Tum cucurrit puella,
& nuntiauit domui matris ſuæ ſecundum verba iſta. 29 Rebeccæ autem frater erat, cuius nomen Laban:
& cucurrit Laban ad virum illum foras ad fontem. 30 Factumque eſt cum videret monile & armillas ſuper manus ſororis ſuæ, & cum audiret verba Rebeccæ ſororis ſuæ dicentis, ſic locutus eſt mihi vir iſte, vt veniret ad virum illum, & ecce ſtabat prope camelos ad fontem. 31 Diceretque, Veni Benedicte Domini, quare
ſtas foris? Ego paraui domum & locum camelis. 32 Introduxit itaque virũ illum domũ, & ſoluit camelos, deditque paleã & pabulũ camelis, & aquã lauãdis pedibus eius, & pedibus hominũ qui cum ipſo erãt. 33 Poſuitq;
corã eis quod comederent; ſed dixit, non edam donec locutus fuerim verba mea, dixeruntq; ei, loquere. 34 Et
dixit, ſeruus Abraham ego ſum.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38–47 [illegible]

[35] Et verò Dñs benedixit domino meo, magnificatuſque eſt vehementer, & factæ ſunt ei oues, & boues, & argentũ, & aurum, & ſerui, & ancillæ, & aſinæ, & cameli, & aſini.
[36] Et peperit Sara vxor domini mei filium dño meo poſtquã ſenuerat, deditque ei omnia quæ poſſidet.
[37] Et adiurauit me dñs meus, ac dixit mihi, Ne accipias coniugem filio meo de filiis Chananæorum quorũ terrã inhabito.
[38] Sed abi in domũ patris mei, & ad generationem meam & accipe coniugem filio meo illinc.
[39] Dixique dño meo, Quid ſi nolit mulier venire mecũ?
[40] Inquit mihi dominus meus, Dominus quem colui, ipſe mittet Angelum ſuum tecum, diſponetque viam tuam, & accipies vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei.
[41] Et tunc innoxius eris à iuramento meo, cùm ieris ad cognationem meam: Et niſi dederint tibi, eris innocens à iuramento meo.
[42] Itaque veni hodie ad puteũ, & dixi, Domine Deus Abrahæ, ſi diſpoſuiſti viam meã pro qua veni.
[43] Ecce ego ſto ad puteũ aquarũ, & puella quæ egredietur hauſtura aquas, & dixero ei,
[44] Propina mihi pauculũ aquæ ex hydria tua, dixeritque mihi, Et tu bibe, & etiã camelis tuis hauriã, ipſa eſt vxor quam præparauit Dñs filio dñi mei.
[45] Ego nondum finem feceram loquendi, & ecce Rebecca egreſſa eſt cum hydria ſuper humerum ſuum, deſcenditque ad fontem & hauſit: dixique ad eam, Propina mihi parũ aquæ ex hydria tua.
[46] Quæ feſtinans depoſuit hydriam ſuam à ſe, & dixit mihi, Bibe, imò etiam camelis tuis potum præbebo. Bibi ergo & camelis etiam meis potum dedi.
[47] Et interrogans eam, dixi ei, Cuius filia es tu? Reſpondit, Filia Bathuelis ego ſum filij Nahor quem genuit ei Melcha. tum poſui armillas in manibus eius, & inaures in auribus illius.

VERSIO SAMARITANA.

35–47 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

35–47 [illegible]

35 *Et Deus benedixit domino meo valdè,& magnificatus eſt,& conceſsit ei oues, & boues, & argentum,& aurum,& ſeruos, & ancillas, & camelos, & aſinos.* 36 *Tum peperit Sara vxor domini mei filium ipſi poſt ſenectutem ſuam, deditque ei omnia bona ſua.* 37 *Adiurauitque me dominus meus dicens: Ne accipias vxorē filio meo ex filiabus Chananæi in cuius regione ego commoror.* 38 *Sed vade ad domum patris mei, & cognationem meam, & accipe vxorem filio meo.*
39 *Dixi domino meo: Forſitan mulier non ſectabitur me.* 40 *Ait mihi: Deus, in cuius obedientia ambulaui, mittet Angelum ſuum ante te, & proſperabit iter tuum, vt ſumas vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei.*
41 *Tunc innocens eris à rigore meo, cū perueneris ad cognationem meam. Quòd ſi ipſi non dederint tibi mulierem filio meo, eris innocens à rigore meo.*
42 *Veni ergo hodie ad fontem,& dixi: Deus ô Deus domini mei Ebrahim, ſi proſperā facis viam meā pro qua pergo,* 43 *Ecce ego ſto ad fontem aquæ: ergo puella, quæ exierit ad hauriendam aquā, & dixero ei, Da mihi bibere parum aquæ ex hydria tua:*
44 *Et dixerit mihi: Bibe tu, & ego etiam potabo camelos tuos, ipſa erit mulier quam parauit Deus filio domini mei.* 45 *Antequam ego expleſſem ſermonem in meipſo, ecce Rebecca exiens, & habens hydriam ſuam ſuper humerum ſuum, deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Dixitque ei: Præbe mihi potum.*
46 *Et accelerauit, ac depoſuit hydriam ſuam de ſe, & dixit: Bibe, donec potem camelos tuos; bibique, & potauit camelos.*
47 *Deinde ſciſcitatus ſum ab ea, & dixi: Cuiuſnam filia tu es? Ait: Filia Bathuail filii Nahor, quem peperit ei Malcha; impoſuique inaurem naſo eius, & duo monilia in manibus eius.*

35 والله بارك لمولاي فعظم ورزقه غنما وبقرا وفضة وذهبا
وعبيدا واماء وجمالا وحميرا * 36 ثم ولدت سارة زوجة
مولاي ابنا له بعد شيخوختها فاعطاه جميع ماله *
37 فاحلفني مولاي قائلا لا تاخذ زوجة لابني من بنات
الكنعاني الذي انا مقيم في بلده * 38 بل امض الى بيت
ابي والى عشيرتي وخذ زوجة لابني * 39 فقلت لسيدي لعل
المراة لا تتبعني * 40 فقال لي الله الذي سلكت في طاعته
يبعث ملاكه بين يديك وينجح طريقك حتى تاخذ زوجة لابني
من عشيرتي ومن بيت ابي * 41 حينئذ تبرا من حرجي اذا
صرت الى عشيرتي * وان هم لم يعطوك امراة لابني كنت بريا من
حرجي * 42 فجئت اليوم الى العين فقلت * اللهم يا اله مولاي
ابرهيم ان كنت تنجح طريقي الذي انا سائر فيه * 43 فها انا
واقف على عين الماء فالجارية التي تخرج لتستقي الماء فاقول لها
اسقيني قليل ماء من جرتك * 44 فتقول لي اشرب انت وايضا
انا استقي لجمالك * هي المراة التي وفقها الله لابن مولاي *
45 انا قبل ان افرغ من الكلام في نفسي فاذا ربقا خارجة
وجرتها على كتفها * فنزلت الى العين واستقت فقلت لها اسقيني *
46 فاسرعت وانزلت جرتها عنها وقالت اشرب حتى اسقي
جمالك * فشربت وسقت الجمال * 47 ثم سالتها فقلت بنت
من انت * قالت بنت بتوايل ابن ناحور الذي ولدته له ملكا *
فصيرت الشنف على انفها والسوارين على يديها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

35 Dominus autem benedixit dominum meum valde, & magnificauit, & dedit illi oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. 36 Peperit quoque Sara vxor domini mei filium domino meo poſt ſenectutem ſuam, deditque illi omnia quæ ſua ſunt. 37 Adiurauit autem me dominus meus, dicens, non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum in quorum terra ego habito. 38 Verùm in domum patris mei ibis, & ad familiam meam, accipieſque vxorem filio meo. 39 Et dixi domino meo, fortaſſe non veniet mulier poſt me. 40 Sed dixit mihi, Dominus coram quo ambulaui, mittet Angelum ſuum tecum, & proſperam reddet viam tuam, accipieſque vxorem filio meo de familia mea, & de domo patris mei.
41 Tunc mundus eris à ſacramento meo, cum iueris ad familiam meam: Et ſi non dederint tibi, eris tamen mūdus à ſacramento meo. 42 Veni autem hodie ad fontem, & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, Si nunc proſperas viam meam quam ego ambulo. 43 Ecce ego ſto ſuper fontem aquarum, fiat vt puella quæ egredietur ad hauriendum, cuique dixero, propina mihi quæſo parū aquæ de hydria tua. 44 Et dixerit mihi, etiam tu bibe, atque etiā camelis tuis hauriā, hæc ſit mulier quā demōſtrat Dn̄s filio domini mei. 45 Antequā ego finiiſſem loqui in corde meo, & ecce Rebecca egreſſa eſt cum hydria ſuper humerum eius, & deſcendit ad fontem, & hauſit; Dixique ad eam, propina mihi quæſo parū aquæ de hydria tua. 46 Feſtinauit verò, & depoſuit hydriā ſuam à ſe, & dixit, bibe; atque etiā camelos tuos potabo. Bibi autē, atque etiā camelos illa potauit.
47 Et interrogaui eam, & dixi, filia cuius es tu? quæ reſpondit, filia ſum Bathuel filii Nachor quem peperit ei Melcha: tunc poſui monile ſuper faciem eius, & armillas ſuper manus eius.

48 [illegible]

49 [illegible]

50 [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible]

55 [illegible]

56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

62 [illegible]

48 Et genuflectens adoraui Dominum , &
benedixi Domino Deo domini mei Abrahæ,
qui duxerat me itinere recto ad domum fratris
domini mei, vt caperem filiam fratris domini
mei filio ipſius. 49 Iam verò ſi vtimini bene-
ficio & iuſtitia cum domino meo , indicate
mihi: ſin minùs, ſignificate mihi, vt vertam me
ad dexteram vel ad ſiniſtram. 50 Reſponde-
runt Laban & Bathuel, ac dixerunt, A Domi-
no egreſſus eſt ſermo: non poſſumus dicere tibi
bonum aut malum. 51 En Rebecca coram te
eſt, duc & vade, ſitque vxor filio domini tui
prout dixit Dñs. 52 Vt autem audiuit ſeruus
Abrahæ verba illorũ, procubuit ſuper terram
coram Dño. 53 Et prolatis ſeruus vaſis aureis &
vaſis argẽteis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ, &
munera dedit fratrib⁹ eius & matri illius. 54 Co-
mederũt ergo & biberunt ipſe & viri qui cũ eo
erãt, ac pernoctarũt. ſurgẽſq; diluculo, ait illis,
Dimittite me, vt vadã ad dñm meũ. 55 Dixerũt
ad eũ fratres eius & mater ipſius, maneat puella
nobiſcũ menſe dierũ, ac tunc abibit. 56 Ait illis,
Ne me remoremini, cùm Dñs fortunauerit viã
meã: dimittite me vt vadã ad dñm meũ. 57 Et
dixerunt, Vocemus puellam, & interrogemus
ex ore eius. 58 Aduocarunt ergo Rebeccam,
& dixerũt ei, Ibis ne cum viro iſto? Reſpondit,
Ibo. 59 Dimiſerunt itaque Rebeccam ſoro-
rem ſuam, & nutricẽ illius, & ſeruum Abrahæ,
& viros eius. 60 Benedixerũtque Rebeccæ ſo-
rori ſuæ, dixeruntque ad eam, Soror noſtra es,
eſto in mille & in decem millia, & poſſideat ſe-
men tuũ terras inimicorũ ſuorum. 61 Surrexit
ergo Rebecca, & puellæ eius, & inſidentes ca-
melis abierunt poſt virum. Abduxitque ſeruus
Rebeccam, & profectus eſt. 62 Iſahac verò ve-
niens veniebat ex puteo Viuens vidit me, ſiqui-
dem habitabat in terra Auſtrali.

VERSIO SAMARITANA.

48 [illegible]

49 [illegible]

50 [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible]

55 [illegible]

56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

62 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

48 [illegible]

49 [illegible]

50 [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible]

55 [illegible]

56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

62 [illegible]

48 *Et procidi, adorauique Deum, & laudaui*
Deum, Deum domini mei Ebrahim, qui duxerat
me per viam veritatis, vt ſumerem filiã fratris do-
mini mei filio ſuo. 49 *Et nunc ſi facitis gratiam*
& beneficium erga dominum meum, indicate mihi
id: ſin autem, pergam dextrorſũ, aut ſiniſtrorſum.
50 *Reſponderunt ei Laban & Bathuail, & di-*
xerunt: A Deo exiuit hæc res, non poſſumus loqui
tecum de ea in malum nec in bonum.
51 *Ecce Rebecca coram te eſt, accipe eam, & va-*
de, & ſit vxor filio domini tui, ſicuti diſpoſuit
Deus. 52 *Cùm autem audiuiſſet ſeruus Ebra-*
him ſermonem eorum, adorauit ſuper terram
Deum. 53 *Et eduxit ſeruus vaſa argenti, &*
vaſa auri, & veſtes, deditque ea Rebeccæ: & ve-
nuſta munuſcula dedit fratri eius, matriq; illius.
54 *Et comederunt & biberunt ipſe & turba*
quæ erat ſecum, & dormierunt. Cúmque ſurre-
xiſſent manè, dixit: Dimittite me ad dominum
meum. 55 *Et ait frater eius, & mater eius: Ma-*
neat puella nobiſcum annum vel decem men-
ſes, & poſtea abibit. 56 *Dixit eis: Ne retar-*
detis me quum Deus iam proſperauerit iter meum.
Dimittite me vt vadam ad dominum meum.
57 *Dixerunt: Vocemus puellam, & interroge-*
mus eam de ſermone ſuo circa hoc.
58 *Vocaruntque Rebeccã, & dixerunt ei, Ibiſne*
cum hoc viro? Ait, Ita. 59 *Dimiſerunt ergo Re-*
beccam ſororem ſuam, & nutricem eius, &
ſeruum Ebrahim, & viros eius. 60 *Et depre-*
cati ſunt Rebeccæ, dixeruntque ei: O ſoror noſtra,
ſint ex te millia, & myriades; & poſſideant
filij tui vrbes oſorum ſuorum. 61 *Surrexitque Re-*
becca, & ancillæ eius, conſcenderúntque camelos,
& abierunt cum viro. Aſſumpſitque ſeruus Re-
beccam, & profectus eſt. 62 *Et Iſhac iam redierat*
ex itinere ſuo ad puteum qui eſt Viui videntis; &
ipſe manebat in regione Auſtri.

48 وخررت وسجدت لله وسبحت لله اله مولاي ابراهيم الذي
صيرني في طريق حق لاخذ ابنة اخي مولاي لابنه *
49 والان ان كنتم صانعين فضلا واحسانا مع مولاي فاخبروني
بذلك * والا فاخبروني حتى اتجه يمينا او يسارا * 50 فاجابه
لابان وبتوايل وقالا * من عند الله خرج هذا الامر * ما نطيق
نكلمك فيه بشر ولا بخير * 51 هوذا ربقا بين يديك خذها
وامض فتكون امراة لابن مولاك كما وفق الله * 52 فلما
سمع عبد ابرهيم كلامهم سجد على الارض لله * 53 واخرج
العبد انية فضة وانية ذهب وثيابا فاعطاها ربقا * وطرايف
اعطاها اخاها وامها * 54 واكلوا وشربوا هو والقوم الذين
معه وباتوا * فلما قاموا بالغداة قال اطلقوني الي مولاي *
55 وقال اخوها وامها تقيم الجارية معنا حولا او عشرة اشهر
وبعد ذلك تمضي * 56 فقال لهم لا توخروني والله قد انجح
طريقي * اطلقوني لامضي الي مولاي * 57 فقالوا ندعوا بالجارية
ونسلها عن قولها في هذا * 58 فدعوا بربقا وقالوا لها امضين
مع هذا الرجل * قالت نعم * 59 فاطلقوا ربقا اختهم ودايتها
وعبد ابراهيم ورجاله * 60 ودعوا لربقا وقالوا لها يا اختنا يكون منك
الوف وربوات * ويحوز بنوك قرى شانيهم * 61 فقامت ربقا
وجواريها فركبن الجمال ومضين مع الرجل * فاخذ العبد ربقا
ومضى * 62 وكان اسحق قد قدم من سفرته الي البير التي
للحي الراءي * وهو مقيم في بلد القبلة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

48 Tum inclinaui me, & adoraui dominum, & benedixi dominum Deum domini mei Abraham, qui duxit
me per viam veritatis, vt acciperem filiam fratris domini mei filio ſuo. 49 Nunc autem ſi facitis miſeri-
cordiam & veritatem cum Domino meo, indicate mihi; quòd ſi non, indicate mihi, vt reuertar ad dexteram
aut ad ſiniſtram. 50 Et reſponderunt Laban & Bathuel, & dixerunt: à Domino egreſſum eſt verbum iſtud,
non poſſumus dicere tibi neque malum, neque bonum. 51 Ecce Rebecca in conſpectu tuo: aſſume illam,
& vade, ſitque vxor filij domini tui, ſicut locutus eſt dominus. 52 Vt autem audiuit ſeruus Abrahæ
verba eorum, proſtrauit ſe in terram coram Domino. 53 Et eduxit ſeruus ille vaſa argenti, & vaſa auri, &
veſtes, deditque Rebeccæ, res quoque pretioſas dedit fratribus & matri eius. 54 Poſtea manducauerunt &
biberunt ipſe & viri qui erant cum eo, & pernoctarunt; ſurrexeruntque manè, & dixit, dimittite me ad domi-
num meum. 55 Dixerunt verò frater eius & mater eius; maneat puella nobiſcum dies aut menſem, &
poſtea exibis. 56 Et reſpondit eis, ne retardetis me, cum Dominus proſperum ſucceſſum dederit itineri meo,
dimittite me vt eam ad dominum meum. 57 Tum dixerunt vocemus puellam, & interrogemus os eius.
58 Et vocauerunt Rebeccam, & dixerunt ei, ibis cum viro iſto? Et dixit, ibo, 59 Dimiſerunt igitur Re-
beccam ſororem ſuam, & nutricem eius & ſeruum Abrahæ & homines eius. 60 Et benedixerunt Rebec-
cæ, dixeruntque ei, ſoror noſtra tu es, ſis in mille myriades, poſſideatque ſemen tuum portam inimicorum
ſuorum. 61 Et ſurrexit Rebecca, & puellæ eius, & aſcenderunt camelos, & abierunt poſt hominem: ac-
cepit verò ſeruus Rebeccam & profectus eſt. 62 Iſaac autem ibat in deſertum ad puteum viuentis & viden-
tis: ipſe tum habitabat in terra auſtrali.

63 [illegible] 64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

[63] Et egreſſus Iſahac ad deambulandum in
agro tempore veſpertino, leuauit oculos ſuos
ac vidit, & ecce camelos venientes. [64] Et ſu-
blatis Rebecca oculis ſuis, vidit Iſahacum, &
inclinauit ſe ſuper camelum: [65] Dixitque ad
ſeruum, Quis eſt vir iſte qui venit per agrum in
occurſum noſtrum? Ait ſeruus, Eſt dñs meus. at
illa ſumens peplum, operuit ſe. [66] Et narrauit
ſeruus Iſahaco omnes ſermones quos ipſa fece-
rat. [67] Et introduxit eam Iſahac in tabernacu-
lum Saræ matris ſuæ, & duxit Rebeccam & fa-
cta eſt ipſi vxor, & dilexit eam: & conſolatus eſt
Iſahac poſt matrem ſuam.

CAPVT XXV.

RVrſus autem Abraham duxit vxorem,
cui nomen Kentura. [2] Quæ peperit illi
Zamran, & Iacſan, & Madan, & Median, & Aſ-
bac, & Suah. [3] Iacſan verò genuit Seba, & Da-
ran. Porrò filii Daran fuerunt Aſudim, & Lot-
ſim, & Omim. [4] Filii verò Median, Epha, &
Hophar, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Om-
nes iſti ſunt filii Kenturæ. [5] Deditque Abra-
ham quicquid habebat Iſahaco filio ſuo. [6] Fi-
liis verò cõcubinæ Abrahami, dedit Abraham
munera, & amandauit eos ab Iſahac filio ſuo
dum adhuc viueret, imprimis, in plagam orien-
talem. *Obitus Abrahæ.* [7] Et iſti ſunt
dies annorum vitæ Abrahami quos vixit, cen-
tum ſeptuaginta quinque anni. [8] Et infirma-
tus ac mortuus eſt Abraham in ſenectute bo-
na: ſenuit, & ſaturatus eſt diebus ſuis, collectuſ-
que eſt ad populum ſuum. [9] Et ſepelierunt
eum Iſahac, & Iſmael filii eius in ſpelunca du-
plici quæ eſt in agro Ephronis filii Soar He-
thæi, è regione Mamre: [10] Agro *ſcilicet* quem
emerat Abraham à filiis Heth in poſſeſſionem
monumenti. ibi ſepultus fuit Abraham & Sara
vxor illius.

VERSIO SAMARITANA.

63 [illegible] 64 [illegible] 65 [illegible] 66 [illegible] 67 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

63 [illegible] 64 [illegible] 65 [illegible] 66 [illegible] 67 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

[63] *Exiuitque Iſhac ad orandum in agro prope acceſſum noctis, leuauitque oculos ſuos, & vidit, & ecce cameli aduenientes.*
[64] *Et cùm eleuaſſet Rebecca oculos ſuos, vidiſſetque Iſhac, penè decidit de camelo;*
[65] *Et ait ſeruo: Quis eſt iſte vir deambulans in agro in occurſum noſtrum? Dixit ſeruus: Eſt dominus meus. Accepitque velum, & cooperuit ſe eo.* [66] *Deinde narrauit ſeruus Iſhaco omnes res quas geſſerat.* [67] *Introduxitque eam Iſhac in tentorium Saræ matris ſuæ. accepitque Rebeccam, & facta eſt ei vxor, & adamauit eam, & conſolatus eſt Iſhac per eam loco matris ſuæ.*

CAPVT XXV.

Præterea iterum Ebrahim accepit vxorem, cuius nomen Cetura. [2] *Et peperit ei Zamran & Iacſan, & Maddan, & Madian & Ieſbac, & Suha;* [3] *Et Iecſan genuit Saba, & Dadan. Porrò filij Dadan fuerunt Aſurim & Latuſim, & Laommim.*
[4] *Et filij Madian, Ipha, & Iſar, & Chonuch, & Abidaa, & Aldaa. omnes hi filij Ceturæ.*
[5] *Deditque Ebrahim omnia bona ſua Iſhac.*
[6] *Et filiis ancillarum, quas habebat Ebrahim, dedit Ebrahim dona, & abdicauit eos ab Iſhac filio ſuo adhuc viuens, Orientem verſus, ad plagam Orientis.* [7] *Et hi ſunt dies annorum ætatis Ebrahim, quibus vixit: centum anni & ſeptuaginta quinque anni.*
[8] *Poſtremò defunctus eſt Ebrahim in ſenectute bona, ſenex iam ſaturatus ætate, & abiit ad gentem ſuam.* [9] *Et ſepelierunt eum Iſhac, & Iſmail duo filij eius in ſpelunca duplicata in rure Afron filij Sohar Hethæi, quod eſt è regione Mamri.*
[10] *Rure quod emerat Ebrahim à filiis Hith. in ipſo ſepultus eſt Ebrahim & Sara vxor eius.*

63 خرج اسحق ليصلي في الصحراء عند تولي الليل * فرفع عينيه
فنظر فاذا جمال مقبلة * 64 ولما رفعت رفقا عينيها ورات اسحق
كادت تسقط عن الجمل * 65 وقالت للعبد من هذا الرجل السائر
في الصحراء لاستقبالنا * قال العبد هو مولاي * فاخذت القناع
وتغطت به * 66 ثم قص العبد علي اسحق جميع الامور التي
صنعها * 67 فادخلها اسحاق الي مضرب سارة امه * واخذ رفقا
وصارت له زوجة واحبها وتعزي اسحاق بها عن امه *

* الفصل الخامس والعشرون *

1 ثم عاود ابرهيم فاخذ زوجة اسمها قطورا * 2 فولدت له
زمران * ويقشان * ومدان * ومديان * ويشباق * وشوح * 3 ويقشان
اولد شبا * ودادان * وبنو ددان كانوا اشوريم * ولطوشيم * ولاميم *
4 وبنو مديان عيفا * وعيفر * وحنوخ * وابيداع * والداعا * كل هولاء
بنو قطورا * 5 واعطي ابرهيم جميع ماله لاسحق *
6 ولبني الاماء التي لابراهيم وهب ابراهيم هبات * وصرفهم
عن اسحق ابنه في حياته شرقا الي بلد الشرق * 7 وهذه
ايام سني حياة ابراهيم التي عاشها مائة سنة وخمس وسبعون
سنة * 8 ثم توفي ابراهيم بشيبة صالحة شيخا قد شبع من
العمر * وصار الي قومه * 9 ودفنه اسحاق واسمعيل ابناه في
المغارة المضعفة في ضيعة عفرون بن صوحر الحثي التي بحضرة
ممري * 10 الضيعة التي اشتراها ابرهيم من بني حث * فيها
قبر ابرهيم وزوجته سارة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[63] Egreſſus autem fuerat Iſaac ad meditandum in campum cùm vergeret dies ad veſperam: & leuauit oculos ſuos, viditque, & ecce cameli venientes. [64] Leuauit etiam Rebecca oculos ſuos, & vidit Iſaacum, & deſiliit de camelo. [65] Dixitque ſeruo, quis vir ille ambulans per campum in occurſum noſtrum: reſponditque ſeruus, iſte eſt dominus meus; tunc cepit velamentum & operuit ſe. [66] Et narrauit ſeruus Iſaaco res omnes quas fecerat. [67] Iſaac autem introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ: accepitque Rebeccam, & fuit illi in vxorem, & dilexit eam, & conſolatus eſt ſe poſt matrem ſuam.

CAPVT XXV.

Adjecitque Abraham, & duxit vxorem cuius nomen erat Cethura. [2] Et peperit ei, Zamron, & Iecſan & Madan, & Madian, & Ieſbach, & Suah. [3] Iecſan verò genuit Saban & Dedan: filii autem Dedan fuerunt Aſurim & Lataſaim & Lamim. [4] Et filii Madian Epha & Opher, & Hanoch & Abida & Eldaa: omnes iſti filii fuerunt Cethuræ. [5] Dedit autem Abraham omnia quæ ſua erant Iſaaco filio ſuo.
[6] Filiis verò Concubinarum ipſius Abrahæ dedit Abraham munera, & dimiſit eos ab Iſaaco filio ſuo, cùm adhuc viueret verſus Orientem in terram Orientalem. [7] Et hi ſunt dies annorum vitæ Abraham quibus vixit, centum ſeptuaginta quinque anni. [8] Expirauit igitur, & mortuus eſt in ſenectute bona, ſenex & ſatur dierum, appoſituſque eſt ad populum ſuum. [9] Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filii eius in ſpelunca duplici in agro Hephron filii Sehor Hethæi, qui eſt verſus Mamre. [10] Ager ille eſt quem acquiſiuit Abraham à filiis Heth: Ibi ſepultus eſt Abraham & Sara vxor eius.

11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible]

14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible] 20 [illegible]

21 [illegible] 22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible] 25 [illegible]

26 [illegible]

11 Factũque eſt poſtquã obiit Abrahã, benedixit
Deus Iſahac filio eius: habitauitq; Iſah'ac ad lat⁹
putei *nomine* viuens vidit me. *Generationes Iſ-
maelis.* 12 Hæ autẽ ſunt generationes Iſmaelis
filii Abrahã, quẽ peperit Hagar Ægyptia ancil-
la Sara Abrahamo. 13 Et hæc ſunt nomina filio-
rũ Iſmaelis in nominibus ſuis ſecundũ genera-
tiones ſuas. Primogenitus Iſmaelis, Nabaiot, &
Cedar, & Arbol, & Mebſam. 14 Et Maſmaa, &
Ruma, & Maſa, 15 Hodar, & Thema, & Netur,
& Nephes, & Kedẽ. 16 Iſti ſunt filii Iſmaelis, &
hæc ſunt nomina eorũ iuxta habitationes ſuas
& ſepta ſua: duodecim principes in gentes ſuas.
17 Et iſti ſunt anni vitæ Iſmaelis, centum tri-
ginta ſeptem anni: ægrotauitque, & mortuus
eſt, atque collectus ad populum ſuum. 18 Ha-
bitauerũt autem ab Heuila vſque ad Sud quæ
eſt è regione Ægypti, quæ eſt in ingreſſu ad
Aſſur; ſuper terminũ omnium fratrũ ſuorũ ha-
bitauit. *Generationes Iſahac.* 19 Hæ autẽ ſunt
generationes Iſahac filii Abrahę, Abraham ge-
nuit Iſahac. 20 Eratq; Iſahac filius quadragin-
ta annorũ quãdo duxit Rebeccã filiã Bathuelis
Aramęi de Phadan Arã, ſororẽ Laban Aramęi,
ſibi vxorẽ. 21 Et orauit Iſahac corã Dño pro cõ-
iuge ſua eò quòd ſterilis eſſet. Et exaudiuit eum
Dñs, concepitq; Rebecca vxor eius. 22 Vim au-
tẽ faciebãt filii ei⁹ in vtero ipſius: dixitque, Si ita
ſe res habet, ad quid viua ſum? Perrexitq; ad in-
terrogandũ Dñm. 23 Dixitq; ad eam Dñs, duo
populi ſunt in viſceribus tuis, & duæ gentes ex
viſceribus tuis diuidẽtur, & gens gẽti præuale-
bit, & maior ſubiicietur minori. 24 Expletis er-
go dieb⁹ eius vt pareret, en gemini in vtero ei⁹.
25 Et egreſſus eſt prior rufus, totuſq; in anulos
pilorũ: & vocauit nomẽ eius Eſau. 26 Et poſt eũ
egreſſus eſt frater eius manu ſua tenẽs calcaneũ
Eſau: appellauitq; nomẽ ei⁹ Iacob. Iſahac verò
natus erat ſexaginta annos quãdo genuit illos.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible]

14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

17 [illegible] 18 [illegible]

19 [illegible] 20 [illegible]

21 [illegible] 22 [illegible]

23 [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] 26 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] 26 [illegible]

11 *Et poſt obitum Abraham benedixit Deus*
Iſhac filio eius, & manſit Jſhac apud puteum
Viui videntis. 12 *Et hæc eſt hyſtoria geanologiæ*
Jſmail filii Ebrahim quem peperit Hagar Ægy-
ptia ancilla Saræ Ebrahimo. 13 *Hæc ſunt no-*
mina filiorum Iſmail ſecundùm generationem
ſuam. Primogenitus Iſmail Nabaioth, & Cidar,
& Adbail, & Mabſam. 14 *Et Maſmaa, &*
Duma, & Maſa. 15 *Et Hadad, & Thima, &*
Jator, & Naſes, & Cidama. 16 *Jſti ſunt filii*
Jſmail, & hæc nomina eorum in oppidis ſuis, &
arcibus ſuis: duodecim nobiles in gentes ſuas.
17 *Et hi ſunt anni vitæ Iſmailis, centum anni,*
& ſeptem ac triginta anni, deinde defunctus eſt;
& cum mortuus eſſet, abiit ad gentem ſuam.
18 *Et habitauerunt à Zeuila ad Geſar quæ eſt*
contra Ægyptum, donec venias ad Aſſyriam, &
commoratus eſt in conſpectu omnium fratrum ſuo-
rum. 19 *Atque hæ ſunt narrationes Iſhac filii*
Ebrahim. Ebrahim genuit Iſhac. 20 *Et Iſhac*
erat filius quadraginta annorum quando matri-
monium iniuit cum Rebecca filia Bathuail Syri de
Phadan Aram, ſorore Laban Syri, fuitque illi
coniux. 21 *Deinde ſupplicauit Iſhac Deo pro*
vxore ſua, quia erat ſterilis: & exaudiuit Deus
ſupplicationem eius, & cõcepit Rebecca vxor eius.
22 *Tum cõpreſſerunt ſeſe duo filii in vtero eius. Di-*
xitque, Si ſciuiſſem rem ita eſſe, nõ petiiſſem eam, &
iuit vt quæreret ſcientiã à Deo. 23 *Dixitq́ Deus ad*
illam, Duo patres duarum gentium ſunt in vtero
tuo, & duæ ſectæ ex his qui in inteſtinis tuis ſepa-
rabuntur, & corroborabitur alter eorum plus alte-
ro, & maior ſeruiet minori. 24 *Cúmq́ expleti fuiſ-*
ſent dies conceptionis eius, vidit, & ecce gemelli in
vtero ſuo. 25 *Egreſſuſque eſt primus rufus, totum*
corpus eius veluti ſaga piloſa, & vocauerunt eum
Eſau. 26 *Et poſtea exiuit frater eius, manu ſua te-*
nens calcaneũ Eſau, & vocatus eſt Iacob. Eratque
Iſhac filius ſexaginta annorũ, cũ nati ſunt ambo.

11 وكان بعد موت ابراهيم ان بارك الله في اسحق ابنه واقام اسحق
عند البير التي للحي الراي* 12 وهذا شرح توليد اسمعيل بن ابراهيم
الذي ولدته هاجر المصرية امة سارة لابراهيم* 13 هذه اسما
بني اسمعيل حسب ولادتهم* بكر اسمعيل نبايوث وقيدار وادبايل
ومبسام* 14 ومشماع ودوما ومسا* 15 وحداد وتيما ويطور ونافش
وقدما* 16 هولاء بنو اسماعيل وهذه اسماوهم في ارباضهم وقصورهم
اثنا عشر شريفا لامهم* 17 وهذه سنو حياة اسمعيل مائة سنة
وسبع وثلاثون سنة ثم توفي* ولما مات صار الي قومه* 18 وسكنوا من
زويلة الي الجفار الذي بحضرة مصر الي ان تجي الي الموصل* واقام
بحضرة جميع اخوته* 19 وهذه اخبار اسحق ابن ابراهيم* ابراهيم
اولد اسحق* 20 وكان اسحق ابن اربعين سنة حتي تزوج ربقا
بنت بتوايل الارمي من فدان ارام اخت لابان الارمي* فكانت له
زوجة* 21 ثم شفع اسحق الي الله حيال زوجته اذ كانت عاقرا
فشفعه الله فحملت ربقا زوجته* 22 ثم ازدحم الولدان في جوفها*
فقالت لو علمت ان الامر هكذا لم اطلبه* ومضت لتلتمس علما من
عند الله* 23 فقال الله لها ان ابوي امتين في بطنك وكلا حزبين
ممن في احشائك يفترقان* ويتايد احدهما اكثر من الاخر* والكبير
يخدم الصغير* 24 فلما كملت ايام حملها نظرت واذا توامان في
بطنها* 25 فخرج الاول احمريا كل بدنه كمدرعة شعر* فسماه
العيص* 26 وبعد ذلك خرج اخوه ويده ممسكة بعقب العيص*
فسمي يعقوب* وكان اسحق ابن ستين سنة اذ ولدا*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Et factum eſt poſt mortem Abrahæ, vt benediceret Deus Iſaacum filium eius: habitauit autem Iſaac ad pu-
teum viuentis & videntis. 12 Iſtæ porro ſunt generationes Iſmael filii Abraham, quem peperit Hagar
Ægyptia ancilla Saræ Abrahamo. 13 Hæcque ſunt nomina eorum in generationibus ſuis: primogenitus
Iſmael, Nebaoth, & Cedad & Adbal, & Mabſam. 14 Et Maſma, & Duma, & Maſa. 15 Hadad & Thi-
me, Ietur, & Naphis, & Cedama. 16 Hi ſunt filii Iſmael, & hæc ſunt nomina eorum in villis ſuis & palatiis ſuis,
duodecim principes ſecundum tribus ſuas. 17 Et hi ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem anni,
& expirauit mortuuſque eſt, & collectus eſt ad populum ſuum. 18 Et habitauerunt ab Heuilah vſque Sur,
quæ eſt verſus Ægyptum tibi venienti in Aſſyriam: coram omnibus fratribus cecidit. 19 Hæ autem ſunt ge-
nerationes Iſaac filii Abrahæ, Abraham genuit Iſaac. 20 Erat vero Iſaac filius quadraginta annorum cùm
accepit Rebeccam, filiam Bathuel Syri ex Padan Aram ſororem Laban Syri, ſibi in vxorem.
21 Et orauit Iſaac dominum pro vxore ſua, quoniam ſterilis erat, & exoratus fuit ab eo dominus, & concepit
Rebecca vxor eius. 22 Cum autem colliderent ſe filii in medio eius, dixit: ſi ita eſt, cur ego ſum? Iuit autem vt
interrogaret dominum. 23 Reſponditque Dominus, duæ gentes ſunt in ventre tuo, duoque populi de viſce-
ribus tuis ſeparabuntur, & populus populo præualebit, maiorque ſeruiet minori. 24 Cum autem completi
eſſent dies eius vt pareret, ecce gemelli in ventre eius. 25 Exiit autem prior rufus totus, ſicut pellis hiſpi-
dus, & vocauit nomen eius Eſau. 26 Et poſt hæc egreſſus eſt frater eius, cuius manus apprehendebat calca-
neum Eſau: vocaruntque nomen eius Iacob: Iſaac porrò filius erat ſexaginta annorum cum genuit eos.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

27 Creuerunt itaque pueri, & fuit Eſau vir
gnarus venandi, homo campeſtris: Iacob au-
tem vir fuit integer, & habitans in tentorio.
28 Cæterùm Iſahac diligebat Eſau, quoniam
venatio eius erat in ore ipſius. Rebecca verò
diligebat Iacob. 29 Coxit autem Iacob pul-
mentum, & ecce Eſau frater eius venit ex agro
agitatus. 30 Dixitque Eſau ad Iacob, Ciba
me de rubris rubeo iſto, quia ſum agitatus.
Propterea vocauit nomen eius Edom.
31 Ait illi Iacob, Vende mihi hodie primoge-
nituram tuam. 32 Dixitque Eſau in ſemet-
ipſo, En ego proximus ſum morti, quid pro-
ſunt mihi primogenita? 33 Inquit ad eum
Iacob, Iura mihi hodie. & iurauit ei, vendi-
ditque primogenita ſua Iacobo.
34 Iacob ergo dedit Eſau ad comedendum,
panem & pulmentum lentium. qui comedit
ac bibit, & ſurgens abiit: paruipenditque Eſau
primogenita ſua.

CAPVT XXVI.

Accidit autem fames in terra præter fa-
mem priorem quæ acciderat in diebus
Abraham: quapropter contulit ſe Iſahac ad
Abimelech regem Paleſthinorum in Gedar.
2 Et apparuit ei Dominus, dixitque ad eum,
Ne deſcendas in Ægyptum: commorare in ter-
ra quam dicam tibi. 3 Habita in terra iſta, &
ero tecum, benedicamque tibi; nam tibi &
ſemini tuo dabo cuncta regna hæc, & confir-
mabo iuſiurandum quod iuraui Abrahæ patri
tuo. 4 Et multiplicabo ſemen tuum ſicut
ſtellas cæli, daboque ſemini tuo omnes terras
iſtas, & benedicentur in ſemine tuo omnes po-
puli terræ. 5 Pro eo quòd audierit Abraham
vocem meam, & cuſtodierit obſeruationes
meas, & præcepta mea, & ſtatuta mea, & leges
meas. 6 Igitur habitauit Iſahac in Gedar.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

27 *Poſt hæc creuerunt duo pueri: & erat Eſau vir callens venationem, vir campeſtris; & Iacob vir perfectus virtutibus, habitans in tabernaculis.*
28 *Amauit autem Iſhac Eſau, quia callebat venationem: & Rebecca dilexit Iacob.*
29 *Deinde coxit Iacob pulmentum, & ingreſſus eſt Eſau de campo languidus.*
30 *Dixitque Eſau ad Iacob: Da mihi manducare ex hoc rubeo rubicundo, quia languidus ſum; propterea appellatus eſt Eſau, Rubeus.*
31 *Dixit Iacob, Vende mihi hodie primogenituram tuam.* 32 *Ait Eſau, Ecce ego vado ad mortem, ad quid erit mihi primogenitura?* 33 *Dixit, Iura mihi. & iurauit ei, & vendidit ei primogenituram ſuam.* 34 *Et dedit ei Iacob panem, ac pulmentum ex lente, & comedit, ac bibit, & abiit, & vilipendit Eſau primogenituram.*

CAPVT XXVI.

DEinde fuit fames in regione, vltra famem primam quæ fuerat in diebus Ebrahim, & abiit Iſhac ad Abimalech regem Paleſtinæ ad Chalus. 2 *Apparuitque ei Angelus Dei, & ait illi: Ne deſcendas in Ægyptum, ſed habita in regione, in qua dicam tibi, Habita.*
3 *Et citò inhabita hanc regionem; nam ero tecum, & benedicam tibi, quia conſtituam tibi & ſtirpi tuæ has regiones, & perſoluam iuramentum quod iuraui Ebrahim patri tuo.*
4 *Et multiplicabo progeniem tuam vt ſtellas cæli, & dabo eis omnes has regiones, & benedicentur per eos omnes gentes terræ.*
5 *In retributionem pro eo quòd ſuſceperit Ebrahim ſermonem meum, & obſeruauerit quod ei cuſtodiendum edixi ex ſtatutis meis, & præceptis meis, & legibus meis.*
6 *Habitauit ergo Iſhac in Chalus.*

27 ثم كبر الغلامان فكان العيص رجلا عارفا بالصيد رجلا
صحراويا * ويعقوب رجلا تام الفضايل مقيما في الاخبية *
28 فاحب اسحاق العيص لمعرفته بالصيد * وربقا احبت
يعقوب * 29 ثم طبخ يعقوب طبيخا فدخل العيص من
الصحراء وهو لاغب * 30 فقال العيص ليعقوب اطعمني من
هذا الاحمر الاحمر فاني لاغب * ولذلك سمي العيص الاحمر *
31 فقال يعقوب بعني اليوم بكوريتك * 32 وقال العيص هوذا
انا مار الي الموت فلم تكون لي بكورية * 33 قال احلف لي *
فحلف له وباعه بكوريته * 34 واعطاه يعقوب خبزا وطبيخا من
عدس * فاكل وشرب ومضي وازري العيص بالبكورية *

* الفصل السادس والعشرون *

1 ثم كان جوع في البلد سوي الجوع الاول الذي كان في ايام
ابرهيم * ومضي اسحق الي ابيمالخ ملك فلسطين الي الخلوص *
2 فظاهر له ملاك الله فقال لا تنزل الي مصر بل اسكن في البلد
الذي اقول لك اسكنه * 3 وبالعاجل اسكن هذا البلد
فانني اكون معك وابارك عليك * لانني ساجعل لك ولنسلك
هذه البلدان * واني بالقسم الذي اقسمته لابرهيم ابيك *
4 واكثر نسلك ككواكب السماء * واعطيهم جميع هذه
البلدان * ويتبرك بهم جميع امم الارض * 5 جزاء ما قبل
ابرهيم قولي وحفظ ما استحفظته من رسومي ووصاياي وشرايعي *
6 فاقام اسحق في الخلوص *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Creueruntque pueri, & factus eſt Eſau vir peritus venationis, vir agreſtis: Iacob verò vir erat integer, habitans in tabernaculis. 28 Iſaac autem diligebat Eſau, quia venatio in ore eius, ſed Rebecca diligebat Iacobum. 29 Coxit autem Iacob pulmentum, venitque Eſau ex agro defeſſus. 30 Et dixit Eſau Iacobo, da mihi quæſo guſtandum de rufo, rufo iſto, quia laſſus ego ſum: propterea vocauit nomen eius Edom.
31 Et dixit Iacob, vende hodie mihi primogenituram tuam. 32 Reſponditque Eſau, ecce ego ad mortem propero, & quid mihi hæc primogenitura? 33 Dixitque Iacob, iura mihi hodie; & iurauit illi, vendiditque primogenituram ſuam Iacobo. 34 Iacob igitur dedit Eſau panem, & iuſculum lenticularum, & comedit & bibit, ſurrexitque & abiuit, & contempſit primogenituram ſuam Eſau.

CAPVT XXVI.

FActa eſt autem fames in terra præter famem priorem quæ fuerat in diebus Abrahæ: iuitque Iſaac ad Abimelech regem Philiſtinorum Geraram. 2 Et apparuit ei Dominus & dixit; ne deſcendas in Ægyptum, habita in terra quam dixero tibi. 3 Peregrinare in terra iſta, & ero tecum, benedicamque tibi, quoniam tibi & ſemini tuo dabo omnes terras iſtas, & confirmabo iuramentum quod iuraui Abrahæ patri tuo.
4 Multiplicabo quoque ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & dabo ſemini tuo omnes terras iſtas, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. 5 Eo quod audiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodiuit obſeruationes meas, præcepta mea, decreta mea, & legem meam.
6 Et habitauit Iſaac in Gerar.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

7 Et interrogauerũt eum homines loci illius
de ipſiꝰ vxore. Dixitque, Soror mea eſt; timue-
rat enim dicere vxorem ſuam eſſe, ne fortè oc-
ciderent eum incolæ loci propter Rebeccã quę
decora erat aſpectu. 8 Factumque eſt vt quum
lõgos exegiſſet ibi dies, proſpexerit Abimelech
rex Paleſthinorũ de feneſtra, videritque Iſahac
iocantẽ cũ Rebecca vxore ſua. 9 Accerſito er-
go Abimelech Iſahaco, dixit ei, En vxor tua eſt,
quo pacto dicebas ſororẽ tuã eſſe? Inquit ad eũ
Iſahac, Quia dixi, Ne fortè moriar propter eã.
10 Ait illi Abimelech, Quid eſt hoc quod feciſti
nobis? parũ abfuit quin dormierit aliquis ex po-
pulo cũ vxore tua: & adduxiſſes ſuper nos pec-
catũ. 11 Mandauit itaque Abimelech cũcto po-
pulo dicẽs, Quicũque læſerit virũ iſtum & vxo-
rẽ eius, abſque dubio interficietur. 12 Semina-
uit autẽ Iſahac terrã, reperitque eo anno cen-
tũ ordei *menſuras*. & benedixit ei Dñs, & ma-
gnificatus eſt vir, 13 Et indies proficiebat ita
vt plurimùm creuerit. 14 Et facta ſunt ei armẽ-
ta ouiũ, & armenta boũ, & famulitiũ maximũ
& copioſiſſimum. & inuiderunt ei Paleſthini.
15 Omneſque puteos, quos foderãt ſerui patris
eius in diebus Abrahæ patris eius, obturauerũt
Paleſthini, implentes eos terra. 16 Dixit itaque
Abimelech ad Iſahac, Secede à nobis: nã multò
potentior factus es nobis. 17 Igitur profectus
inde Iſahac, caſtrametatus eſt in valle Gedar, &
habitauit illic. 18 Et rurſũ Isahac fodit puteos
aquarũ, quos foderant ſerui patris ſui in diebus
Abrahę patris ſui, & quos obſtruxerãt Paleſthi-
ni poſtquã obierat Abrahã. & appellauit eos no-
minibꝰ quibꝰ vocabat eos pater ſuus. 19 Foderũt
ergo ſerui Iſahac in valle, & inuenerũt illic pu-
teũ aquarũ viuẽtiũ. 20 Et altercati sũt paſtores
Gedar cũ paſtoribus Iſahac, ac dixerũt, Noſtræ
ſunt aquæ. quapropter vocauit nomẽ putei il-
lius, Aſperũ, eo quòd aſperè ſe geſſiſſent cũ eo.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

7 *Deinde petierunt ab eo incolæ loci de coniuge ſua.*
Dixit: Ipſa eſt ſoror mea, quia timuit dicere eam
eſſe vxorem meam: dixit, ne occidant me incolæ re-
gionis cauſa illius, cum ipſa ſit pulchra aſpectu.
8 *Cúmque protracti fuiſſent dies commorationis*
eius ibi, reſpexit Abimalech rex Paleſtinæ de feneſtra
ſtra ſua, & vidit, & ecce Iſhac iocabatur cum
Rebecca coniuge ſua. 9 *Accerſitque eum, &*
ait: Cùm ipſa ſit vxor tua, cur dixiſti eſſe ſororem
tuam? Dixit: Timui ne occiderer cauſa ipſius.
10 *Ait Abimalech: Quid feciſti nobis? parum ab-*
fuit quin, ſi quis è populo noſtro coiuiſſet cum vxore
tua, adduxiſſes ſuper nos iniquitatem. 11 *Edixit-*
que Abimalech vniuerſo populo dicens, Qui
læſerit hunc virum & eius coniugem, occida-
tur occiſione. 12 *Deinde ſeminauit Iſhac in ea*
terra, & lucratus eſt in illo anno centuplum.
Et benedixit Deus ei. 13 *Et magnificata eſt fa-*
ma viri, & quantò magis procedebat, tantò
magis magnificabatur, 14 *Adeò vt euaſerit ma-*
gnus valde, & factum ſit ei armentum ouium, &
armentum boum, & agricultura magna, ita vt in-
uiderent ei Paleſtini. 15 *Et omnes puteos, quos*
foderant ſerui patris ſui in diebus Ebrahim patris
ſui, Paleſtini iam clauſerant, impleuerantque eos
terra. 16 *Dixitque Abimalech ad Iſhac:*
Diſcede à nobis, eò quòd magnificatus ſis multò
magis quam nos. 17 *Diſceßitque illinc Iſhac,*
& recepit ſe ad torrentem Chalus, & manſit ibi.
18 *Deinde iterum Iſhac fodit puteos aquæ, qui*
effoßi fuerant in diebus Ebrahim patris ſui, & ob-
turauerant eos Paleſtini poſt obitum eius: & vo-
cauit eos nominibus, quemadmodum nominaue-
rat eos pater ſuus. 19 *Cúmque fodiſſent ſerui*
Iſhac in valle, inuenerunt ibi puteum aquæ dulcis.
20 *Et contenderunt paſtores Chalus cum paſtori-*
bus Iſhac, dicentes: Hæc aqua eſt noſtra. & vocauit
puteum, Opus, quòd operosè egiſſent cum eo.

7 ثم سأله اهل الموضع عن زوجته* فقال هي اختي* لانه خاف
من ان يقول هي زوجتي* قال لئلا تقتلني اهل البلد بسببها اذ
هي حسنة المنظر* 8 فلما طالت ايام مقامه ثم اطلع
ابيمالح مالك فلسطين من كوة له* فنظر فاذا اسحق يلاعب
ربقا زوجته* 9 فدعا به وقال اذ هي زوجتك لم قلت انها
اختي* فقال اني تخوفت ان اقتل بسببها* 10 قال ابيمالح ماذا
صنعت بنا* عن قليل لو ضاجع احد قومنا زوجتك لجلبت علينا
اثما* 11 فنادى ابيمالح في جميع القوم قائلا* من اذى هذا
الرجل وزوجته فليقتل قتلا* 12 ثم زرع اسحق في تلك
الارض فافاد في تلك السنة ماية بالحزر* وبارك الله له*
13 فعظم شان الرجل وكان كلما مر عظم* 14 الى ان صار
عظيما جدا* وصارت له ماشية غنم* وماشية بقر* وفلاحة عظيمة
حتى حسده الفلسطيون* 15 وجميع الابار التي حفرها عبيد
ابيه في ايام ابرهيم ابيه كان الفلسطيون قد سدوها وملوها
ترابا* 16 ثم قال ابيمالح لاسحاق امض من عندنا فانك قد
اعظمت بنا جدا* 17 فمضى من ثم اسحق فنزل في وادي الحلوص
واقام ثم* 18 ثم عاد اسحق فحفر ابار الماء التي كانت حفرت في
ايام ابرهيم ابيه وسدها الفلسطيون بعد موته* وسماها باسماء كما
سماها ابوه* 19 ولما حفر عبيد اسحق في الوادي وجدوا ثم
بير ماء عذب* فاختصم رعاة الحلوص مع رعاة اسحق قائلين هذا
الماء لنا* فسمي البير شغلا* لما اشتغلوا معه*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Inquiſiuerunt autem viri loci de vxore eius; reſponditque, ſoror mea eſt: timebat enim dicere, Vxor mea
hæc eſt, ne occiderent eum viri loci propter Rebeccam, eo quod ſpecioſa erat vultu. 8 Factumque eſt cum
ibi prolongarentur eius dies, vt aſpiceret Abimelech rex Philiſthinorum per feneſtram, videretque, & ecce
Iſaac ludebat cum Rebecca vxore ſua. 9 Tunc vocauit Abimelech Iſaacum, dixitque certè hæc eſt vxor
tua, & quomodo dixiſti quod ſoror tua eſſet? Illi verò reſpondit Iſaac, quoniam dixi, ne morerer propter eam.
10 Et dixit Abimelech, quid hoc eſt quod feciſti nobis? paululùm abfuit quin concumberet vnus è populo
cum vxore tua, & induxiſſes ſuper nos delictum. 11 Præcepitque Abimelech vniuerſo populo ſuo dicens,
qui tetigerit virum iſtum, aut vxorem eius, morte morietur. 12 Seminauit autem Iſaac in terra iſta, & inue-
nit in anno iſto centuplicem menſuram, nam benedixerat ei Dominus. 13 Creuitque vir ille, & iuit pro fi-
ciens, & creſcens, donec magnus factus eſt valde. 14 Fuitque ei poſſeſſio pecudum & poſſeſſio boum, & ſer-
uitium multum; inuideruntque illi Philiſthæi. 15 Ideò omnes puteos quos foderant ſerui patris eius in die-
bus Abraham patris eius obturauerunt Philiſtæi, & impleuerunt terra. 16 Dixitque Abimelech Iſaaco, diſ-
cede à nobis, quoniam potentior factus es nobis valdè. 17 Abiuitque inde Iſaacus, & tentoria fixit in valle Ge-
rar, & habitauit ibi. 18 Reuerſuſque Iſaac fodit puteos aquarum quos foderant ſerui Abrahæ patris ſui, & ob-
turauerant Philiſtæi poſt mortem Abrahæ, & appellauit eos nominibus iuxta nomina quæ impoſuerat eis pa-
ter eius. 19 Et foderunt ſerui Iſaac in valle, & inuenerunt ibi puteum aquæ viuentis. 20 Rixati quoque ſunt
paſtores Gerar cum paſtoribus Iſaac, dicentes, noſtræ ſunt aquæ, ideo vocauit nomen putei Heſech, quia ri-
xati fuerant cum eo.

BIBLIOTHEQUE ROYALE

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

21 Et foderunt puteum alterum, & conten-
derunt etiam pro eo, vnde vocauit nomen eius
Satanam. 22 Et profectus eſt inde, foderunt-
que puteum alium, & non contenderunt de
eo: vocauitque nomen eius Rohboth, dicens,
Nunc dilatauit nobis Dominus, & multiplica-
uit nos in terra. 23 Aſcenditque illinc ad Bir-
ſebaa. 24 Et apparuit ei Dominus nocte illa,
& dixit ei, Ego ſum Deus Abraham patris tui,
ne timeas quoniam tecum ſum, & benedicam
tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter
Abraham ſeruum meum. 25 Extruens autem
illic aram, inuocauit nomen Domini, & fixit ibi
tabernaculum ſuum. Foderuntque ibi ſerui
Iſahac puteum. 26 Abimelech autem venit
ad eum de Gedar vnâ cum Ahazoth amico
ſuo, & Phichol principe exercitus eius. 27 Di-
xitque ad eos Iſahac, Cur veniſtis ad me? vos
me odiſtis, & amandaſtis à vobis. 28 Dixerunt
ad eum, Certiſſimè vidimus adeſſe tibi Domi-
num, & diximus, Sit iuſiurandum inter nos &
te, & ſtatuamus tecum fœdus: 29 Vt non affi-
cias nos malo, quemadmodum non nocuimus
tibi, & quemadmodum exercuimus erga te be-
neficium, teque dimiſimus incolumem: tu igi-
tur es benedictus à Domino. 30 Fecit ergo
eis conuiuium, & comederunt atque biberunt.
31 Et ſurgentes diluculo, iurauerunt alter al-
teri, dimiſitque eos Iſahac: illi verò profecti
ſunt ab eo cum pace. 32 Factumque fuit in die
illa vt venirent ſerui Iſahac, & indicauerint ei
negotiũ putei quem foderãt, & dixerint ei, In-
uenimus aquas. 33 Et vocauit nomen eius Sa-
tietatem: propterea indidit nomen ciuitati illi
Bir-ſebaa vſque ad hodiernũ diem. 34 Et factus
eſt Eſau filius quadraginta annorum, duxitque
vxorẽ Iehudith filiam Biri Hethæi: & Beſmath
filiam Elon Heuæi. 35 Et hæ excruciabant ſpi-
ritum Iſahac & Rebeccæ.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

21 *Et foderunt alium puteum, & contenderunt*
de illo, vnde vocauit eum, Puteum contentionis.
22 *Deinde diſceſſit illinc, & foderunt alium pu-*
teum, & non litigarunt de illo, vocauitque illum,
Puteum dilatationis, dixitque: Nunc dilatabit
Deus nobis, & augebit nos in regione. 23 *Deinde*
aſcendit illinc ad puteum Sabaa. 24 *Et appa-*
ruit ei Angelus Dei in illa nocte, & ait illi de eo,
Ego ſum Deus Ebrahim patris tui; ne timeas
quia tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo
progeniem tuam propter Ebrahim. 25 *Ædificauit-*
que ibi altare, & inuocauit nomen Dei, & teten-
dit ibi tentorium ſuum. & foderunt ibi ſerui Iſ-
hac puteū. 26 *Et Abimalech adiuit eum de Chalus,*
vnà cum Ahozath cōuiua ſuo, & Phichol principe
exercitus ſui. 27 *Dixit autem ad eos Iſhac, Quare*
veniſtis ad me, & vos odiſtis me, & expuliſtis me à
vobis? 28 *Dixerunt: Jam cognouimus quòd*
Deus ſit tecum, diximuſque: Sit modò iuramen-
tum inter nos & inter te. 29 *Et paciſcemur te-*
cum pactum, ne facias in nos malum, ſicuti
non læſimus te, & quemadmodum fecimus in te
bonum ſincerum, & dimiſimus te in pace; tu er-
go modò es benedictus à Deo. 30 *Fecitque eis*
conuiuium, & comederunt ac biberunt.
31 *Et ſurrexerunt ſummò mane, & iurauit qui-*
libet homo fratri ſuo. Dimiſitque eos Iſhac, & abie-
runt ab eo in pace. 32 *In illa verò die venerunt*
ſerui Iſhac & nuntiauerunt ei de puteo quem
foderant, & dixerunt ei, Iam inuenimus aquam.
33 *Et vocauit eum Sabaa; & propterea nomen*
vrbis eſt, Puteus Sabaa vſque in hunc diem.
34 *Cúmque factus eſſet Eſau filius quadra-*
ginta annorum duxit vxorem nomine Jehudith
filiam Bairi Hethæi, & Baſemath filiam Ailon
Hethæi.
35 *Erantque ambæ contradicentes ſententiæ*
Iſhac & Rebeccæ.

21 وحفروا بيرا اخري فاختصموا عليها فاسماها ذات العناد * 22 ثم
انتقل من ثم * وحفروا بيرا اخري ولم يختصموا عليها * فاسماها
ذات السعة * وقال الآن يوسع الله علينا وينمينا في البلد * 23 ثم
صعد من ثم الي بير سبع * 24 وتظاهر له ملاك الله في تلك
الليلة * وقال له عنه * انا اله ابراهيم ابيك * لا تخف فاني معك * ابارك
عليك * واكثر نسلك بسبب ابراهيم * 25 وبني ثم مذبحا
ودعا باسم الله * ومد ثم مضربه * وكرا ثم عبيد اسحق بيرا *
26 وابيمالخ صار اليه من الخلوص * واحزات نديمه * وفيحول
ريس جيشه * 27 فقال لهم اسحق ما بالكم جيتم الي وانتم
ابغضتموني وطردتموني من عندكم * 28 فقالوا انا قد علمنا
ان الله معك * فقلنا يكون الآن حرج بيننا وبينك *
29 ونعاهدك عهدا الا تصنع بنا شرا * كما لم نوذك وكما صنعنا
بك خيرا محضا واطلقناك بسلام * فانت الآن مبارك من الله *
30 فصنع لهم مجلسا واكلوا وشربوا * 31 وادلجوا بالغداة *
فحلف كل امرء لاخيه * فاطلقهم اسحق ومضوا من عنده بسلام *
32 فلما كان في ذلك اليوم جاء عبيد اسحق فاخبروه بسبب
البير التي حفروا وقالوا له قد وجدنا ماء * 33 فاسماها سبعه
ولذلك اسم القرية بير سبع الي هذا اليوم * 34 ولما صار
العيص ابن اربعين سنة تزوج امراة اسمها يهوديث بنت بايري
الحيثي * وباسمات بنت ايلون الحيثي * 35 فكانتا مخالفتي راي
اسحق وربقا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Foderunt itaque puteum alium, & contenderunt iterum propter eum, & vocauit nomen eius Satana.
22 Et migrauit inde, foderuntque puteum alium ſuper quo rixati non ſunt, quem vocauit Rehobot, dicens
quia nunc dilatauit nos Dominus, & fructificauimus in terra. 23 Et aſcendit inde Beerſeba.
24 Apparuit autem ei Dominus illa nocte, dixitque ei, Ego ſum Deus Abraham patris tui, ne timeas, quia
ego ſum tecum, & benedicam te, & multiplicabo ſemen tuum propter Abraham ſeruum meum.
25 Et ædificauit ibi altare, & inuocauit nomen Domini & tetendit ibi tabernaculum ſuum; foderunt verò
ibi puteum ſerui Iſaac. 26 Abimelech autem venit ad eum de Gerar, & Ochozath amicus eius, & Phicol
princeps exercitus eius. 27 Iis porro dixit Iſaac, quare veniſtis ad me cum vos oderitis me, & dimiſeritis me
à vobis? 28 Et reſponderunt, videndo vidimus quod erat Dominus tecum; ideo diximus, fiat quæſo iuſiu-
randum cum execratione inter nos, inter nos, & inter te, & percutiamus fœdus tecum. 29 Ne facias no-
bis malum, ſicut non tetigimus te, & ſicut fecimus tibi tantùm bonum, & dimiſimus te in pace: Tu nunc be-
nedictus es à Domino. 30 Fecit autem eis conuiuium, & comederunt, & biberunt. 31 Surrexeruntque mane,
& iurauerunt vnuſquiſque proximo ſuo, & dimiſit eos Iſaac, & diſceſſerunt ab eo in pace. 32 Factum quoque
eſt illo die, vt venirent ſerui Iſaac, & annuntiarent ei de puteo quem foderant; & dicerent ei; inuenimus aquas.
33 Et vocauit eum Sebaa, ideo nomen ciuitatis fuit Beerſeba vſque in hunc diem. 34 Cum autem eſſet Eſau
annorum quadraginta accepit vxorem Iudith filiam Beri Hethæi, & Baſmath filiam Elon Heuæi.
35 Quæ fuerunt amaritudo ſpiritus Iſaaco & Rebeccæ.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

CAPVT XXVII.

Benedictio Dei ſuper Iacob. [1] Factum eſt
autem vt cùm ſenuiſſet Iſahac & graue-
dine oppreſſi eſſent oculi eius quominùs vide-
ret, aduocarit Eſau filium ſuum natu maiorem,
& dixerit ad eum, fili mi. qui reſpondit, Adſum.
[2] Inquit ad eum Iſahac, ecce ego ſenui, &
ignoro diem qua ſum moriturus. [3] Cape ergo
inſtrumenta tua, gladium tuum, & arcũ tuum:
[4] Et egredere in ſolitudinem, & venare vena-
tionem, & appara pulmentum vt appeto, & af-
fer mihi vt comedam, quatenus benedicat tibi
anima mea antequam moriar. [5] Rebecca verò
audiuit quum diceret Iſahac ad Eſau filiũ ſuũ.
Abiit ergo Eſau in agrũ ad venandã venationẽ
eamque afferendã. [6] Et Rebecca dixit ad Ia-
cob filium ſuum, En audiui patrem tuũ dicen-
tem ad Eſau fratrem tuum. [7] Affer mihi vena-
tionem, & para mihi pulmẽtum, vt comedam,
& benedicam tibi corã Domino ante mortem
meam. [8] Nunc ergo fili mi audi vocem meã in
re quam tibi ſum præceptura. [9] Perge ad oues,
& cape mihi inde duos hædos caprarũ bonos,
& ego parabo eos in pulmentũ patri tuo, prout
appetit. [10] Et infer patri tuo, vt comedat, & be-
nedicat tibi coram Dño ante mortem ſuam.
[11] Ait Iacob Rebeccæ matri ſuæ, En Eſau fra-
ter meus homo piloſus eſt, ego verò homo læ-
uis: [12] Fortaſſis attrectabit me pater meus, ero-
que in oculis eius quaſi illuſor, & induces ſuper
me maledictiones potiùs quàm benedictiones.
[13] Dixit ei mater ſua, Super me ſint maledictio-
nes tuæ fili mi: tantùm audi vocem meã, & per-
gens affer mihi. [14] Igitur abiens accepit, & at-
tulit matri ſuæ: fecitque mater eius pulmentũ
prout appetebat pater ipſius. [15] Et accipiens
Rebecca veſtes Eſau filii ſui maioris optabilio-
res quas habebat apud ſe domi, induit Iaco-
bum filium ſuum minorem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XXVII.

CVmque ſenuiſſet Iſhac, debilitati ſunt oculi
eius a viſu, vocauitque Eſau filium ſuum ma-
iorem, dixitque, O fili mi. Ait, Quid tibi placet?
2 Dixit, Ecce ego iam ſenui, nec ſcio diem mortis
meæ: 3 Itaque geſta tecum arma tua & arcum
tuum, & exi ad campum, & venare mihi vena-
tionem. 4 Et præpara eam mihi diuerſis modis,
vti amo, & affer eam mihi, vt comedam ex ea, vt
benedicat tibi anima mea antequam moriar.
5 Et audiuit Rebecca quando locutus eſt Iſhac
de hac re ad Eſau filium ſuum. Cúmque abiiſſet
Eſau ad campum vt venaretur venationem &
afferret eam: 6 Dixit Rebecca ad Iacob filium
ſuum ſermonem: Ecce iam audiui patrem tuum
loquentem cum Eſau fratre tuo, dicentem:
7 Affer mihi venationem, & præpara mihi va-
riis modis, vt comedam ex eis, & benedicam tibi
coram Deo ante mortem meam. 8 Et nunc ó
fili mi, auſculta mihi quod præcipio tibi. 9 Vade
ad oues, & accipe mihi inde duos hædos è capris
optimos, vt præparem eos variis modis patri tuo,
vt optat. 10 Et introduces eos ad patrem tuum,
& comedet ex eis, vt benedicat tibi ante mortem
ſuam. 11 Dixit ad eam Iacob, Eſau fra-
ter meus vir piloſus eſt, & ego vir glaber:
12 Forſitan pater meus tractabit me, & ero apud
illum tanquam illudens ei, & adducam aduerſus
animam meam maledictionem, & non acquiram
benedictionem. 13 Dixit illi mater eius, In me
refundatur maledictio tua ô fili mi: ſed acquieſce,
& vade, & ſume mihi illud.
14 Et abiit, ſumpſitque id, & attulit illud matri
ſuæ, & parauit illud mater eius variis modis ſicut
optabat pater eius. 15 Deinde accepit Rebecca
veſtes Eſau filii ſui maioris præſtantiores, quas
habebat ſecum in domo, veſtiuitque eis Iacob
filium ſuum minorem.

* الفصل السابع والعشرون *

1 ولما شاخ اسحق ضعفت عيناه عن النظر * فدعا بالعيص ابنه
الاكبر فقال يا بني * قال لبيك * 2 قال هوذا انا قد شخت
ولا اعلم يوم موتي * 3 والان احمل اليك سلاحك وقوسك
واخرج الى الصحراء وصد لي صيدا * 4 واصلحه لي الوانا كما
احب * وائتني بها اكل منها لكي تباركك نفسي قبل ان
اموت * 5 وسمعت رفقا حين كلم اسحق بذلك العيص ابنه *
فلما مضى العيص الى الصحراء ليصيد صيدا ويأتي به *
6 قالت رفقا ليعقوب ابنها قولا * هوذا قد سمعت اباك يكلم
العيص اخاك قايلا * 7 ائتني بصيد واصلح لي الوانا اكل
منها * واباركك بين يدي الله قبل موتي * 8 والان يا بني اقبل
مني ما آمرك به * 9 امض الى الغنم وخذ لي من ثم
جديين من المعز جيدين * اصلحهما الوانا لابيك كما احب *
10 فتدخلها الى ابيك ويأكل منها لكي يباركك قبل موته *
11 قال لها يعقوب ان العيص اخي رجل شعراني وانا رجل اجرد *
12 لعل ابي يجسني فاكون عنده كالساخر منه * فاجلب على نفسي
لعنة ولا يحصل لي بركة * 13 قالت له امه علي استدفاع
لعنتك يا بني * لكن اقبل وامض وخذ لي ذلك * 14 فمضى واخذ
ذلك واتى به الى امه * فاصلحته امه الوانا كما احب ابوه *
15 ثم اخذت رفقا ثياب العيص ابنها الاكبر الفاخرة التي
معها في البيت * فالبستها يعقوب ابنها الاصغر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXVII.

ET factum eſt poſtquam ſenuit Iſaac, & cohibiti ſunt oculi eius à viſu, vt vocaret Eſau filium ſuum maio-
rem natu: cui dixit, fili mi, reſponditque, Ecce me. 2 Et dixit, ecce nunc ſenui, non cognoſco diem
mortis meæ. 3 Nunc autem ſume quæſo inſtrumenta tua, pharetram tuam, & arcum tuum; & exi in cam-
pos, & venare mihi venationem. 4 Facitoque mihi cupedias quales amo, afferque mihi & comedam, vt
benedicat tibi anima mea antequam moriar. 5 Rebecca autem audierat verbum Iſaac ad Eſau filium ſuum:
Iuit itaque Eſau in campum, vt venaretur venationem quam afferret. 6 Tunc Rebecca locuta eſt filio ſuo,
dicens: Ecce audiui patrem tuum loquentem ad Eſau fratrem tuum, dicentem. 7 Affer mihi venationem,
& fac mihi cupedias, & comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. 8 Nunc autem fili,
audi vocem meam, ſicut ego præcipio tibi. 9 Vade nunc ad gregem, & accipe inde duos hædos caprarum
bonos, & præparabo illos in cupedias patri tuo quales amat. 10 Et deferes patri tuo, & comedet, vt bene-
dicat tibi antequam moriatur. 11 Dixitque Iacob matri ſuæ, ecce Eſau frater meus homo eſt piloſus, & ego
vir læuis. 12 Fortaſſe palpabit me pater meus, & ero in oculis eius velut impoſtor, inducámque ſuper me maledi-
ctionem & non benedictionem. 13 Reſpondit autem ei mater ſua, ſuper me ſit maledictio tua fili mi, tantum-
modo audi vocem meam, & vade, accipe mihi. 14 Iuitque & accepit, & attulit matri ſuæ, & fecit mater eius
cupedias quales deſiderabat pater eius. 15 Et accepit Rebecca veſtes Eſau filii ſui maioris pretioſas quæ
erant cum ea domi, & induit Iacobum filium ſuum minorem.

[illegible]

16 Et pellibus hædorum caprarum induit ma-
nus eius, & læuorem colli eius. 17 Deditque
pulmentum & cibum quem parauerat, Iacobo
filio ſuo: 18 Iſque intulit patri ſuo, & ait, Pater
mi. qui reſpõdit, Adſum: dixitque, Quis es tu fili
mi? 19 Inquit Iacob ad patrem ſuum, Ego ſum
filius tuus primogenitus tuus Eſau: feci prout
dixeras mihi, ſurge, ſede, & comede de vena-
tione mea, vt benedicat mihi anima tua.
20 Dixitque Iſahac ad filium ſuum, Quid hoc
eſt quod cito inueniſti fili mi? Qui ait, Quod
præparauit Dominus Deus tuus coram me.
21 Dixit Iſahac ad Iacob filium ſuum, Accede
quæſo vt palpem te fili mi vtrum ſis filius meus
Eſau, necne. 22 Et acceſſit Iacob ad Iſahac pa-
trem ſuum: quo palpato dixit, Vox, Iacobi eſt:
ſed attrectatio manuum, Eſau. 23 Et non co-
gnouit eum, quia erant manus eius ſicut ma-
nus Eſau fratris ſui, piloſæ: & benedixit ei.
24 Dixitque, Tu ne iſtuc es filius meus Eſau?
Ait, Ego ſum. 25 Dixitque ad eũ, Offer mihi vt
comedam de venatione filii mei, vt benedicat
tibi anima mea. Obtulit ergo ei, & comedit: in-
tulit quoque ei vinũ, ac bibit. 26 Dixit autem ei
Iſahac pater ſuus, Accede, & oſculare me fili
mi. & acceſſit, oſculatuſq; eſt eũ. 27 Et olfecit
fragrantiã veſtium eius, & benedixit ei dicens,
Videte odorem filii mei ſicut odorem agri cui
benedixit Dñs. 28 Det tibi Deus de rore cæli, &
de pinguedine terrę, & copiam fruměti ac vini.
29 Seruiant tibi populi, & adorent te gentes?
Eſto caput fratrum tuorum, & adorent te filii
matris tuæ: Maledicentes tibi, ſint maledicti:
& benedicentes tibi, benedicti. 30 Quum-
que compleſſet Iſahac benedictionem Iacobi,
& egreſſus eſſet Iacob è conſpectu Iſahac pa-
tris ſui: ecce Eſau frater eius venit de vena-
tione ſua.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

16 *Accepitque ambas pelles hædorum caprarum,*
veſtiuitque eis manus eius, & læuitatem gutturis
eius. 17 *Deditque ei varios cibos cum pane*
quem fecerat.
18 *Ingreſſuſque eſt ad patrem ſuum, & dixit:*
O pater mi? Ait: Quid tibi placet?
19 *Quis es tu ô fili mi? Inquit: Ego ſum Eſau pri-*
mogenitus tuus, iam feci ſicuti præcepiſti mihi, ſur-
ge, & ſede, & manduca ex præda mea, vt benedi-
cat mihi anima tua.
20 *Dixit: Quid euenit tibi vt tam citò inuene-*
ris fili mi? Dixit: Sanè Deus Dominus tuus
diſpoſuit ante me illud.
21 *Ait, Accede vt tractem te ô fili mi an ſis*
filius meus Eſau, an non.
22 *Acceſſitque ad eum, & tractauit eum, &*
dixit: Vox eſt vox Iacob, & manus manus Eſau.
23 *Et non cognouit eum, cùm manus eius eſſent*
veluti manus Eſau fratris eius, piloſæ. Benedixit-
que eum, dixitque illi: 24 *Tu es filius meus*
Eſau? Ait, Ego ſum. 25 *Dixit: Affer mihi vt*
comedam de venatione tua, vt benedicat tibi ani-
ma mea. obtulitque ei, & comedit: & attulit ei
vinum, & bibit. 26 *Deinde dixit ei: Accede, oſcu-*
lare me ô fili mi. 27 *Et acceſſit, oſculatuſque eſt*
eum, & odoratus eſt fragantiã veſtimentorũ eius.
Benedixitque ei, & ait, Vide fragrantiam filii
mei, veluti fragrantiam viridarii cui Deus bene-
dixit. 28 *Dabit tibi Deus de rore cæli, & pingue-*
dine terræ, & abundantiam frugum, ac muſti.
29 *Et ſeruient tibi gentes, & ſubiicient ſe tibi*
nationes, & eſto Dominus fratrum tuorum, &
incuruabuntur tibi filii matris tuæ: maledicens
tibi, ſit maledictus, & benedicens tibi, benedi-
ctus. 30 *Cúmque expleſſet Iſhac benedictionem*
Iacob, contigit vt exeunte Iacob è conſpectu
Iſhac patris ſui, Eſau frater eius veniret de
venatione.

16 واخذت جلدي جديي الماعز فالبستهما في يديه وعلي
ملوسة حلقه * 17 واعطته الالوان مع الخبز الذي صنعته *
18 فدخل الي ابيه وقال يا ابت * قال لبيك * 19 من انت يا
بني * قال انا العيص بكرك قد صنعت كما امرتني * قم فاجلس وكل
من صيدي لكي تبركني نفسك * 20 قال ماذا اتفق لك حتي
اسرعت الوجود يا بني * قال ان الله ربك وفق قدامي ذلك *
21 قال تقدم حتي اجسك يا بني هل انت ابني العيص ام لا *
22 فتقدم اليه فجسه * وقال الصوت صوت يعقوب * واليدان يدا
العيص * 23 ولم يثبته اذ كانت يداه كيدي العيص
اخيه شعرانيتين * فباركه ثم قال له *
24 انت ابني العيص * قال انا هو * 25 قال قدم لي حتي
اكل من صيدك لكي تباركك نفسي * فقدمه له فاكل * واتاه
بخمر فشرب * 26 ثم قال له تقدم قبلني يا بني *
27 فتقدم وقبله وشم رايحة ثيابه * فباركه وقال انظر رايحة
ابني كرايحة روضة قد بارك الله فيها * 28 يعطيك الله من طل
السماء ودسم الارض وكثرة الحبوب والعصير *
29 وتخدم لك الامم * وتخضع لك الاحزاب * وكن مولي اخوتك *
وتخضع لك بنو امك * لاعنك ملعون * ومباركك مبارك *
30 فلما فرغ اسحق من تبريك يعقوب اتفق انه خرج يعقوب
خروجا من بين يدي اسحاق ابيه * والعيص اخوه قد وافي من
صيده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Et pelles hædorum caprarum veſtiuit ſuper manus eius, & ſuper læuitiem colli eius. 17 Deditque cupe-
dias, & panem quem fecerat in manus Iacobi filii ſui, qui tulit eas ad patrem ſuum. 18 Dixitque, pater mi, &
reſpondit, ecce me, quis tu fili mi? 19 Dixitque Iacob patri ſuo, ego ſum Eſau primogenitus tuus, feci ſicut
dixiſti mihi: ſurge nunc, ſaturare, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. 20 Et dixit Iſaac
filio ſuo, vt quid feſtinaſti vt inuenires fili mi? & reſpondit, quia occurrere fecit Dominus Deus tuus coram
me. 21 Dixit autem Iſaac Iacobo, accede quæſo, vt palpem te, fili mi, An tu ipſe filius meus Eſau, necne.
22 Et acceſſit Iacob ad Iſaacum patrem ſuum, & palpauit eum & dixit, vox hæc, vox Iacob; ſed manus iſtæ,
manus Eſau. 23 Itaque non cognouit eum, quia erant manus eius ſicut manus Eſau fratris ſui, piloſæ; &
benedixit illi. 24 Dixitque, nunquid tu ipſe filius meus Eſau? & reſpondit, ego ſum. 25 Et dixit, accede
ad me, & comedam de venatione fili mi, vt benedicat tibi anima mea: & acceſſit ad eum, & manducauit; ob-
tulitque ei vinum, & bibit. 26 Dixit verò ad eum Iſaac pater eius; accede quæſo, & oſculare me fili mi.
27 Et acceſſit, & oſculatus eſt eum, & odoratus eſt odorem veſtium eius & benedixit ei; dicens: videte
odorem filii mei ſicut odorem agri pleni cui benedixit Dominus. 28 Detque tibi Deus de rore cœli, & de
pinguedine terræ, & multitudinem frumenti & muſti. 29 Seruient tibi populi & adorabunt te nationes,
eriſque Dominus fratrum tuorum, & adorabunt te filii matris tuæ: maledicentes tibi maledicti erunt, & be-
nedicentes tibi benedicti. 30 Et factum eſt poſtquam Iſaac abſoluit benedictionem Iacobi, eratque tantum-
modo egrediendo egrediens Iacob à facie Iſaac patris ſui, vt Eſau frater eius veniret è venatione ſua.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

31 Et fecit ipſe quoque pulmentum, intulit-
que patri ſuo: Et dixit ad patrem ſuum, Surgat
pater meus, & comedat de venatione filii ſui,
quatenus benedicat mihi anima tua. 32 Ait illi
Iſahac pater ſuus, Quis es tu? Dixit, Ego ſum
filius tuus primogenitus tuus Eſau. 33 Et obſtu-
puit Iſahac ſtupore magno & vehementi ad-
modũ, & ait, Quis ergo ille eſt qui venatus eſt
venationem, & attulit mihi, & comedi ex om-
nibus priuſquam venires? & benedixi ei, & qui-
dem benedictus erit. 34 Cúmque audiſſet Eſau
verba patris ſui, vlulauit vlulatu ingenti &
amaro valde, dixitque patri ſuo, Benedic etiam
mihi pater mi. 35 Ait illi pater ſuus, Subintrauit
frater tuus cum dolo, & accepit benedictiones
tuas. 36 Dixit Eſau, Iure vocatum eſt nomen
eius Iacob, nam decepit me en duabus vicibus:
primogenita mea tulit & ecce nunc accepit be-
nedictiones meas. Dixitque Eſau ad patrem
ſuum, Mihi non reſeruaſti benedictionem?
37 Reſpondit Iſahac, & dixit ad Eſau, En caput
conſtitui eum tibi, quin & omnes fratres eius
dedi ei ſeruos, & fruméto ac vino ſuffulſi eum:
tibi ergo quid faciam fili mi? 38 Dixit Eſau ad
patrem ſuum, Benedictio vna tibi eſt pater mi?
benedic etiam mihi pater mi. Sublataque Eſau
voce ſua fleuit. 39 Reſpondit Iſahac pater ſuus,
& ait illi, Ecce in pinguedine terræ erit habi-
tatio tua, & de rore cæli deſuper. 40 Et de gla-
dio tuo viues, & fratri tuo ſeruies: at ſi pœnitẽ-
tiam egeris, præteribit iugum eius à collo tuo.
41 Igitur odit Eſau Iacobum propter benedi-
ctiones quibus benedixerat ei pater eius: dixit-
que Eſau in corde ſuo, Aduenięt dies funerum
patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.
42 Perlataque fuerunt ad Rebeccã verba Eſau
filii ſui maioris: quapropter mittens aduocauit
Iacob filiũ ſuum minorem, & dixit ei, en Eſau
frater tuus minitatur tibi necem.

VERSIO SAMARITANA.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

31 *Et fecit ipſe quoque varios cibos, attulitque*
eos patri ſuo: Dixitque ei, Surgat pater meus, &
comedat ex venatione filii ſui, vt benedicat mihi
anima tua. 32 *Dixitq; ei Iſhac pater eius: Quis es tu?*
Ait: Ego ſum filius tuus primogenitus tuus Eſau;
33 *Perturbatuſque eſt Iſhac perturbatione magna*
valdè, & ait: Quis eſt ille, qui venatus eſt venatio-
nem, attulitque eam mihi, & comedi ex ea ante-
quam veniſſes, & benedixi eum? & quidem erit be-
nedictus. 34 *Cúmque audiſſet Eſau ſermonem*
patris ſui, exclamauit clamore magno & amaro
valdè, & dixit patri ſuo: Benedic mihi quoque
ô pater mi. 35 *Ait illi: Venit frater tuus cum*
fraude, & accepit benedictionem tuam.
36 *Dixit: An non rectè parentes eius vocarunt eum*
Iacob? iam ſupplantauit me bis: primò accepit pri-
mogenituram meam, & ecce ipſe nunc accepit be-
nedictionem meam. Tum dixit: An non reſeruaſti
mihi benedictionem? 37 *Reſpondit Iſhac, &*
ait ad Eſau: Ecce iam conſtitui eum dominum
tuum, & omnes fratres eius conſtitui ſeruos eius,
& frugibus ac muſto fulſi eum: & tibi modo
quid faciam ô fili mi? 38 *Dixit Eſau patri ſuo:*
Num benedictio vna eſt tibi, ô pater mi? Benedic
etiam mihi ô pater mi. & eleuauit vocem ſuam, &
fleuit. 39 *Reſpondit ei Iſhac pater eius, &*
ait illi: Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua,
& de rore cæli deſuper. 40 *Et ſuper gladium*
tuum viues: & fratri tuo ſeruies: & cùm domina-
tus fueris, ſolues iugum eius de collo tuo.
41 *Et ſeruauit odium Eſau aduerſus Iacob, pro-*
pter benedictionem quam benedixit ei pater eius.
Dixitque Eſau in ſemetipſo: Aduenient dies lu-
ctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.
42 *Nuntiatum eſt autem Rebeccæ de ſermone*
Eſau filii ſui maioris, & miſit, accerſiuitque Ia-
cob filium ſuum minorem, & ait ei: Ecce Eſau
frater tuus minitatur tibi necem.

31 وصنع هو ايضا الوانا واتى بها الى ابيه * فقال له يقوم ابي وياكل
من صيد ابنه لكي تباركني نفسك * 32 وقال له اسحق ابوه من
انت * قال انا ابنك بكرك العيص * 33 فقلق اسحاق قلقا عظيما
جدا * وقال فمن ذاك الذي صاد صيدا فاتاني به واكلت منه
قبل ان تجي فباركته ليكون ايضا مباركا * 34 ولما سمع العيص
كلام ابيه صرخ صرخة عظيمة ومرة جدا * وقال لابيه باركني انا
ايضا يا ابت * 35 فقال له جاء اخوك بمكر واخذ بركتك *
36 فقال الان اباه سماه يعقوب * قد تعقبني مرتين اولا اخذ
بكوريتي * وهوذا هو الان قد اخذ بركتي * ثم قال الا ابقيت لي
بركة * 37 فاجاب اسحق وقال للعيص هوذا قد صيرته مولاك *
وجميع اخوته جعلتهم عبيدا له * والحبوب والعصير اسندته به *
ولك الان ماذا اصنع يا بني * 38 فقال العيص لابيه ابركة
واحدة هي لك يا ابت * وبركني ايضا يا ابتي * ورفع صوته وبكا *
39 فاجابه اسحق ابوه وقال له هوذا من دسم الارض يكون
مسكنك ومن طل السماء من علو * 40 وعلى سيفك تحيا * واخاك
تخدم * ويكون اذا استوليت فككت نيره عن عنقك *
41 وحقد العيص على يعقوب بسبب البركة التي باركه ابوه *
وقال العيص في نفسه تقرب ايام حزن ابي واقتل يعقوب اخي *
42 فخبرت رفقا بكلام العيص ابنها الاكبر * فبعثت واستدعت
بيعقوب ابنها الاصغر * وقالت له هوذا العيص اخوك متوعدك
بقتلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Fecitque etiam ipſe cupedias, & obtulit patri ſuo, & dixit patri ſuo: ſurgat pater meus, & comedat de ve-
natione filii ſui, vt benedicat mihi anima tua. 32 Dixit verò Iſaac pater eius, quis eſt tu? Et reſpondit; ego filius
tuus, primogenitus tuus Eſau. 33 Tum expauit Iſaac pauore maximo, dixitque, vbi ille qui venatus eſt vena-
tionem, & attulit mihi, & comedi ex omnibus antequam venires, & benedixi illi, atque etiam benedictus erit.
34 Et factum eſt cum audiret Eſau verba patris ſui, vt clamaret clamore maximo & amariſſimo, diceretque
patri ſuo, Benedic etiam mihi pater. 35 Reſponditque, venit frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem
tuam. 36 Tum dixit, iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: nam ſupplantauit me iam duabus vicibus; primo-
genituram meam accepit, & ecce nunc accipit benedictionem meam: & dixit, nonne reſeruaſti mihi bene-
dictionem? 37 Reſponditque Iſaac, & dixit Eſau; ecce dominum conſtitui illum tibi, omneſque fratres
eius, dedi illi in ſeruos: frumento quoque & muſto ſuſtentaui illum, tibi verò nunc quid faciam fili?
38 Et dixit Eſau patri ſuo, benedictio vna tibi eſt pater? Benedic etiam mihi pater: & leuauit Eſau vocem &
fleuit. 39 Reſpondit autem Iſaac pater eius, & dixit ei, ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, de rore
cæli deſuper. 40 Et ſuper gladium tuum viues, tuque fratri tuo ſeruies. contingetque vt aliquando magni-
ficeris, & frangas iugum eius de collo tuo. 41 Et odio habuit Eſau Iacobum propter benedictionem qua be-
nedixit illi pater eius. Dixitque Eſau in corde ſuo, appropinquabunt dies luctus patris mei, & occidam Iaco-
bum fratrem meum. 42 Nuntiata ſunt autem Rebeccæ verba Eſau filii ſui maioris; miſitque & vocauit Ia-
cobum filium ſuum minorem, & dixit ei, Eſau frater tuus conſolatur eſt ſe, occidendo te.

43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

43 Ergo fili mi audi vocem meam, & ſurgens cōfer te ad Laban fratrem meum in Haran, & commorare ibi dies aliquot, 44 Quoad ſedetur ira fratris tui à te, & obliuiſcatur eorum quæ feciſti in eum: ac tum mittam & adducam te illinc, ne fortè orber etiam vtroque veſtrorum vno eodemque die. 45 Dixitque Rebecca ad Iſahac, Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si ſumat Iacob vxorem de filiabus Heth ſimilem hiſce filiabus terræ, ad quid prodeſt mihi vita?

CAPVT XXVIII.

VOcans itaque Iſahac Iacobum, benedixit ei, mandauitque ei dicens, Ne ducas vxorem de filiabus Chanaan. 2 Surge, vade tibi in Phadan Aram ad domum Bathuelis patris matris tuæ, & duc tibi vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. 3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & magnificet te, atque multiplicet te, ſiſque in cœtum populorum. 4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, tibi *inquam* & ſemini tuo tecum, faciatque te hæredem terræ incolatus tui, quam dedit Deus Abrahæ. 5 Dimiſit ergo Iſahac Iacobum, & profectus eſt in Phadan Aram, ad Laban filium Bathuelis Aramæi fratris Rebeccæ matris Iacob & Eſau. 6 Videns autem Eſau quòd benedixiſſet Iſahac Iacobo fratri ſuo, eumque miſiſſet in Phadan Aram ad ſumendam inde ſibi vxorem, poſtquam benedixerat ei, & præceperat ei dicens, Ne ducas vxorem de filiabus Chanaan: 7 Quòdque acquieuiſſet Iacob patri ſuo matrique ſuæ, abiiſſetque in Phadan Aram: 8 Videns etiam Eſau improbas eſſe filias Chanaan in oculis Iſahac patris ſui: 9 Abiit Eſau ad Iſmaelem, duxitque Beſmath filiam Iſmaelis filii Abrahæ, ſororem Nabaiot, vltra vxores ſuas, ſibi vxorem.

VERSIO SAMARITANA.

43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

43 *Nunc itaque ô fili mi, auſculta mihi, & ſurge, & vade ad Laban fratrem meum in Harran.*
44 *Et maneto apud eum dies paucos, donec abſcedat ira fratris tui.* 45 *Et cum abſceſſerit ira fratris tui ab opere tuo, & oblitus fuerit id quod cõmiſiſti aduerſus eum, mittam, & accipiam te exinde, vt ne orber vobis duobus in vno die.* 46 *Dixit quoque ad Isbac. Tedet me vitæ meæ propter duas filias Hith. ſi enim in matrimonium duxerit Iacob mulierem ex filiabus Hith, ſimilem his duabus, aut ex filiabus omnium incolarum huius regionis, ad quid erit mihi vita?*

CAPVT XXVIII.

VOcauit autem Isbac Iacobum, benedixitque ei, ac præcepit illi, & dixit ei: Ne accipias vxorem ex filiabus Chanaan. 2 *Surge, & vade ad Phadan Aram domũ Bathuail patris matris tuæ, & duc in matrimonium mulierem exinde, ex filiabus Laban auunculi tui.* 3 *Et omnipotens atque ſufficiens benedicet tibi, & augebit te, & multiplicabit te, & erit ex te turma gentium.*
4 *Et dabit tibi benedictionem Ebrahim, tibi & progeniei tuæ poſt te, concedendo tibi in hæreditatem terrã hoſpitii tui, quam conceſſit Deus Ebrahimo.*
5 *Et miſit Isbac Iacob, & abiit in Phadan Aram ad Laban filium Bathuail Syri fratris Rebeccæ matris Iacobi & Eſau.* 6 *Cognouitque Eſau, quòd Isbac iam benedixerat Iacob, & miſerat eũ ad Phadan Aram, vt ſumeret ſibi inde vxorem, & poſtquã benedixit eum, præcepit ei, & ait illi ne ducas mulierem ex filiabus Canaan:*
7 *Et auſcultauit Iacob patri ſuo, & matri ſuæ, & abiit ad Phadan Aram.* 8 *Cúmque vidiſſet Eſau, quod filiæ Chanaan eſſent prauæ apud Isbac patrem ſuum,* 9 *Et abiit Eſau ad gentem Iſmail, & duxit vxorem Mahalath filiam Iſmailis filii Ebrahim ſororem Nabaioth, vt eſſet ſibi coniux præter vxores ſuas.*

43 والان يا بني اقبل مني وقم فامض الي لابان اخي الي حران *
44 واقم عنده اياما يسيرة الي ان تزول حمية اخيك * 45 وعند
زوال غضب اخيك من فعلك فينسي ما صنعت به * ابعث فاخذك
من ثم لئلا اثكلكما في يوم واحد * 46 ثم قالت لاسحاق قد
ضجرت في حياتي من قبل ابنتي حث * فان تزوج يعقوب بامراة
من بنات حث مثل هاتين * او من بنات ساير اهل هذا البلد
فلم لي الحياة *

الفصل الثامن والعشرون *

1 فدعا اسحق يعقوب وباركه واوصاه فقال له لا تاخذ زوجة من
بنات كنعان * 2 قم فامض الي فدان ارام بيت بثوايل ابي امك *
وتزوج بامراة من ثم من بنات لابان خالك * 3 والقادر الكافي
يبارك عليك وينميك ويكثرك ويكون منك جوق امم *
4 ويعطيك بركة ابراهيم لك ولنسلك بعدك بارثك ارض مجاورتك
التي وهب الله لابراهيم * 5 وارسل اسحق يعقوب * فمضي الي
فدان ارام الي لابان ابن بثوايل الارمي اخي رفقا ام يعقوب
والعيص * 6 فعلم العيص ان اسحاق قد بارك يعقوب * وقد
بعث به الي فدان ارام ليتخذ له من ثم زوجة * واذ باركه امره
وقال له لا تتزوج بمراة من بنات كنعان * 7 وقبل يعقوب من ابيه
ومن امه ومضي الي فدان ارام * 8 ولما راي العيص ان بنات
كنعان اشرار عند اسحق ابيه * 9 ومضي العيص الي حلة
اسماعيل فتزوج ماحلات ابنة اسماعيل بن ابراهيم اخت بنايوت
لتكون له زوجة مع نسايه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

43 Nunc autem fili audi vocem meam, & ſurge, fuge ad Laban fratrem meum in Charan. 44 Et habitabis cum eo dies aliquot, donec auertatur furor fratris tui. 45 Donec auertatur ira fratris tui à te, & obliuiſcatur omnium quæ feciſti illi; & mittam, accerſamque te inde: quare orbabor etiam vobis duobus vno die.
46 Dixitque Rebecca Iſaaco, tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi accipiat Iacob vxorem de filiabus Heth, ſicut iſtæ de filiabus terræ, ad quid mihi vita?

CAPVT XXVIII.

ITaque vocauit Iſaac Iacobum, & benedixit illi præcepitque ei, dicens, non accipies vxorem de filiabus Chanaan. 2 Surge, vade in Padan Aram in domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. 3 Deus autem omnipotens benedicat tibi & fructificare & multiplicare faciat te, ſiſque in congregationem populorum. 4 Detque tibi benedictionem Abrahæ patris tui, tibi & ſemini tuo tecum, vt poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam dedit Dominus Abrahæ. 5 Et miſit Iſaac Iacobum qui viuit in Padan Aram ad Laban filium Bathuel Syri fratris Rebeccæ matris Iacobi & Eſau. 6 Et vidit Eſau quod benedixiſſet Iſaac Iacobũ & miſiſſet eum in Padan Aram, vt acciperet ſibi inde vxorem: cum benediceret eum, quod præcepiſſet ei dicens, non accipies vxorẽ de filiabus Chanaan: 7 Et quod audiuiſſet Iacob patrem ſuum & matrem ſuam, quodque iuiſſet in Padan Aram. 8 Vidit etiã Eſau quod diſplicebant filiæ Chanaan oculis Iſaac patris ſui. 9 Ideo iuit Eſau, & accepit Maheleth filiam Iſmaelis filii Abrahæ ſororem Nebaoth ſibi in vxorem ſuper vxores ſuas.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

Apparitio Iacobi. 10 Igitur egreſſus Iacob
de Bir-Sebaa vt iret in Haran, 11 Offendit lo-
cum *quendam*, ibique pernoctauit: nam ſol
occiderat. Et tollens de lapidibus illius loci, po-
ſuit eos ſibi ceruical, & dormiuit in eodem lo-
co. 12 Et vidit in ſomnio ſuo, & ecce ſcalam
ſtantem in terra, cuius culmen pertingebat
vſque in cælum, & ecce Angelos Dei aſcen-
dentes & deſcendentes per eam. 13 Et ecce
Dominum ſtantem ſuper eam, ac dicentem,
Ego ſum Dominus Deus Abrahæ, & Deus
Iſahac patris tui. Terrã, ſuper qua dormis, tibi
dabo & ſemini tuo. 14 Eritque ſemen tuum
quaſi puluis terræ, & multiplicaberis ad Orien-
tem, & ad Occidentem, & ad Septentrionem,
& ad Meridiem: & benedicentur in te cunctæ
familiæ terræ, & in ſemine tuo. 15 Et ecce ego
tecum ſum, & cuſtodiam te quócunque perre-
xeris, & reducam te in terram iſtam, nec dimit-
tam te donec perficiam quod dixi tibi. 16 Ex-
perrectus autẽ Iacob de ſomno ſuo, ait, Verè eſt
Dñs in loco iſto, & ego neſciebã. 17 Et extimuit
Iacob timore magno, dixitque, Quã tremẽdus
eſt locus iſte hodie! non eſt hic niſi domus Dei,
& hæc eſt porta cæli. 18 Et præteruertens Iacob
diluculo, sũpſit lapidẽ quem poſuerat ſibi cer-
uical, ſtatuitque eum in titulũ, fuditque oleum
ſuper ſummitatem eius. 19 Vocauitque Iacob
nomẽ loci illius, Bethel: verùm Luz nomẽ erat
loco illi olim. 20 Et vouit Iacob votũ, ac dixit,
Si fuerit Deus mecũ, meque cuſtodierit in via
hac per quã ambulo, dederitque mihi panẽ ad
edendũ, & veſtimentũ ad induendum, 21 Et re-
uerſus fuero incolumis ad domũ patris mei: erit
mihi Dñs in Deum: 22 Et lapis iſte quẽ ſtatui
in titulũ, erit domus Dei: & omniũ quę dederis
mihi, decimas offerã tibi.

CAP. XXIX.

Leuauit ergo Iacob pedes ſuos, & perre-
xit in terram incolarum Orientis.

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible] 11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible] 11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

10 *Deinde egreſſus eſt Iacob è puteo Sabaa, vt iret*
in Harran. 11 *Venitque ad locum quendam,*
& dormiuit ibi occumbente ſole: & accepit de la-
pidibus loci, & poſuit eos in modum puluina-
ris, & obdormiuit in eo. 12 *Viditque ſomnium*
quaſi ſcalam fixam ſuper terram, & ſummitatem
eius pertingentem cælum: & Angeli Dei aſcende-
bant & deſcendebant per eam. 13 *Et ecce Angelus*
Dei ſtãs coram illo, qui dixit ad eum pro Deo: Ego
ſum Deus, Deus Ebrahim patris tui, & Deus
Isbac: Terram ſuper qua tu dormis, dabo tibi &
ſtirpi tuæ. 14 *Et erit progenies tua ſicut puluis*
terræ, & creſces in Occidentem, & in Orientem, &
Septentrionem, & Meridiem: & benedicentur in
te omnes familiæ terræ, & in progenie tua. 15 *Et*
ecce ego tecum ſum: cuſtodiam te quòcunque am-
bulaueris, & reducam te in hanc regionem, nec de-
relinquam te donec impleam tibi quodcunque pro-
miſi tibi. 16 *Experrectuſque eſt Iacob de ſomno ſuo,*
& dixit: Ergo lux Dei in iſto loco eſt, & ego neſcie-
bam. 17 *Et timuit, ac dixit: Quàm terribilis eſt*
locus iſte! & non eſt iſte, niſi domus Dei, & hæc ia-
nua cæli. 18 *Tum ſurrexit ſummo manè Iacob,*
& accepit lapidem quem poſuerat pro puluinari,
& erexit eum titulum, & effudit oleum ſuper ver-
ticem eius. 19 *Et appellauit locum illum Beth-*
Il; at nomen vrbis priùs erat Luza. 20 *Deinde*
vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Deus mecum,
& cuſtodierit me in hac via per quam ego ambulo,
& conceſſerit mihi panem ad manducandum, &
veſtem ad induendum, 21 *Et reuerſus fuero inco-*
lumis ad domum patris mei, & fuerit mihi Deus
adiutor: 22 *Sanè iſte lapis, quem conſtitui titulum,*
erit mihi domus Dei: & omne quod dabit mihi,
decimabo decimatione tibi.

CAPVT XXIX.

DEinde leuauit Iacob pedes ſuos, & abiit in regionem incolarum Orientis.

10 ثم خرج يعقوب من بير سبع ليمضي الى حران * 11 فوافى
الموضع الخاص وبات ثم اذا غابت الشمس * واخذ من حجارة الموضع
فصيرها موسدة ونام فيه * 12 فراى حلما كان سلما منتصب على
الارض وراسه مداني السما * وكان ملايكة الله تصعد وتنزل فيه *
13 واذا ملاك الله واقفا امامه فقال له عن الله * انا الله اله ابرهيم
ابيك واله اسحاق * الارض التي انت نايم عليها لك اعطيها ولنسلك *
14 ويكون نسلك كتراب الارض * وتنموا غربا وشرقا وشمالا وجنوبا *
ويتبرك بك جميع عشاير الارض وبنسلك * 15 وها انا معك
احفظك اين سلكت واردك الى هذا البلد ولا اتركك الى ان افي
لك بكلما وعدتك * 16 فاستيقظ يعقوب من نومته وقال ان نور
الله في هذا الموضع وانا لم اعلم * 17 فخاف وقال ما اخوف
هذا الموضع * وما هذا الا بيت الله وهذا باب السما * 18 ثم ادلج
يعقوب بالغداة فاخذ الحجر الذي جعل توسده ونصبه دكة وصب
دهنا على راسها * 19 وسمى ذلك الموضع بيت ايل * وانما اسم
القرية اولا لوز * 20 ثم نذر يعقوب نذرا قايلا ان كان الله معي
وحفظني في هذه الطريق التي انا سالكها * ورزقني خبزا اكله
وثوبا البسه * 21 ورجعت سالما الى بيت ابي * وكان الله لي وليا *
22 فان هذا الحجر الذي جعلته دكة يكون لي بيت الله *
وجميع ما يرزقنيه اعشره تعشيرا لك *

* الفصل التاسع والعشرون *

1 ثم رفع يعقوب رجليه ومضى الى بلد اهل الشرق *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Egreſſus eſt autem Iacob de Beerſeba, vt iret in Padan. 11 Deuenitque in locum quendam; in quo per-
noctauit, eo quod occidiſſet ſol, & accepit de lapidibus loci, & ſtatuit ceruicale ſuum, & recubuit in loco iſto.
12 Cum autem ſomniaret, ecce ſcala ſtans in terram, & caput eius pertingens cælos, & ecce Angeli Domini
aſcendentes & deſcendentes per eam. 13 Ecce etiam Deus ſtans ſuper eam, dixit, Ego Dominus Deus Abra-
ham patris tui, & Deus Iſaac: terram ſuper quam recumbis, dabo tibi & ſemini tuo. 14 Eritque ſemen tuum
ſicut puluis terræ, & dilatabitur ad Occidentem, & ad Orientem, & ad Septentrionem, & ad meridiem: Et
benedicentur in te omnes familiæ terræ, & in ſemine tuo. 15 Et ecce ego ſum tecum, & cuſtodiam te in
omnibus in quibus ambulaueris, & reducam te in terram iſtam; quia non deſeram te, donec fecerim quæ locu-
tus ſum tibi. 16 Cúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, dixit, certè Deus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.
17 Timuitque, & dixit, quam terribilis eſt locus iſte; non eſt hîc niſi domus Dei, & hæc eſt porta cœli.
18 Et ſurrexit Iacob ſummo manè, cepitque lapidem quem ſuppoſuerat ceruical ſibi, & poſuit eum in ſta-
tuam, & effudit oleum ſuper ſummitatem eius. 19 Vocauitque nomen loci iſtius Bethel; Vlamluz autem erat
nomen ciuitatis prius. 20 Vouitque Iacob votum dicens: Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in
via iſta, qua ego incedo, & dederit mihi panem vt comedam, & veſtem qua veſtiar. 21 Et reuertar in pace ad
domum patris mei, fueritque mihi Dominus in Deum. 22 Lapis quoque iſte quem poſui in ſtatuam, erit do-
mus Dei, & omnia quæ dederis mihi, decimando decimabo tibi.

CAPVT XXIX.

POſtea leuauit Iacob pedes ſuos, & iuit in terram filiorum Orientis.

[illegible]

2 Et vidit, & ecce puteus in agro, ibique tres
greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex
puteo illo bibebant greges: erat autem lapis in-
gens ſuper os putei. 3 Et conuenientibus eò
cunctis gregibus, deuoluebant lapidem ab ore
putei, & adaquabant greges, ac tùm repone-
bant lapidem ſuper os putei in locum ſuum.
4 Ait illis Iacob, Fratres mei, vnde eſtis? Dicunt
ei, De Haran ſum9. 5 Inquit illis, Noſtiſne Labã,
filium Nachor? Dicunt ei, Nouimus. 6 Inquit
ad eos, Sanuſne eſt? Dicunt ei, Sanus eſt, & ecce
Rahel filia eius venit cum ouibus. 7 Ait illis
Iacob, En adhuc dies ſtat, non eſt tempus co-
gendi pecus: adaquate oues, & ite paſtum. 8 Di-
cunt ei, Non poſſumus donec congregentur
omnes greges, & deuoluamus lapidem ab ore
putei, & adaquemus pecudes. 9 Cúmque ipſe
alloqueretur eos, Rahel venit cum ouibus pa-
tris ſui, erat enim paſtor. 10 Et cùm vidiſſet Ia-
cob Rahelem filiam Labani fratris matris ſuæ,
& oues Labani fratris matris ſuæ: acceſſit
Iacob, reuolutoque lapide ab ore putei, ada-
quauit oues Labani fratris matris ſuæ. 11 Oſ-
culatuſque eſt Iacob Rahelem, & ſublata voce
fleuit. 12 Et indicauit Iacob Raheli fratrem ſe
eſſe patris eius, & filium Rebeccæ ſe eſſe: illa ve-
rò currens indicauit patri ſuo. 13 Cúmque au-
diſſet Laban famam Iacobi filii ſororis ſuæ, ac-
currit in occurſum eius, eumque amplexatus
atque deoſculatus eſt, & adduxit eum domum
ſuam. Narrauitque Labano omnia verba hæc.
14 Dixit ei Laban, verè os meum tu es & caro
mea: 15 Commoratuſque eſt apud eum circiter
menſem dierum. Dixit verò Laban ad Iacob,
Licet verè frater meus ſis, ſeruies mihi gratis?
indica mihi quæ ſit merces tua. 16 Laban autem
duas habebat filias, nomen maioris Lea: no-
men verò minoris Rahel.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

² *Viditque, & ecce puteus in campo, & ecce tres*
greges ouium accubantes prope illum, quia pota-
bant paſtores ex ipſo greges, & ſaxum magnum
erat ſuper os eius. ³ *Et quando congregaban-*
tur paſtores gregum, reuoluebant ſaxum ab ore pu-
tei, & potabant oues, & reponebant illud in loco
ſuo. ⁴ *Dixit autem ad eos Iacob: Cuiates eſtis*
ô fratres? Dixerunt, Ex Harran. ⁵ *Ait illis: Co-*
gnoſcitis ne Laban filium Nahor? Dixerunt, Ita.
⁶ *Ait illis: Incolumis ne eſt? Dixerunt, Ita. Et ecce*
Rahil filia ipſius veniens eſt cum ouibus.
⁷ *Tum dixit eis: Ecce dies adhuc magna eſt, ne-*
que eſt tempus colligendi armenta: potate oues, &
ducite eas, & paſcite illas. ⁸ *Dixerunt, Non*
poſſumus id, donec congregentur paſtores gregum,
& reuoluant ſaxum ab ore putei, & potemus oues.
⁹ *Dum ipſe alloquebatur eos, venit Rahil cum*
ouibus patris ſui, erat enim illa paſtor.
¹⁰ *Vt autem vidit Iacob Rahil filiam Laban*
auunculi ſui, & oues Laban auunculi ſui, acce-
dens reuoluit ſaxum de puteo, & adaquauit oues
eius. ¹¹ *Deinde oſculatus eſt Iacob Rahil, eleua-*
uitque vocem ſuam, ac fleuit. ¹² *Et ſignificauit*
ei ſe eſſe filium materteræ eius Rebeccæ. Cucur-
rit illa, & nuntiauit parentibus ſuis.
¹³ *Cúmque audiſſet Laban famam Iacobi filii*
ſororis ſuæ, accurrit in occurſum eius, amplexa-
tuſque eſt eum, & oſculatus eſt illum, & intro-
duxit illum in habitaculum ſuum; & narrauit
ei omnes res iſtas.
¹⁴ *Tum dixit Laban ad Iacob: Tu quidem es*
os meum, & caro mea. Et manſit apud eum men-
ſem vnum.
¹⁵ *Et dixit ei Laban: Etiamſi ſis conſanguineus*
meus, ſeruieſne mihi gratis? Indica mihi quænam
ſit merces tua.
¹⁶ *Erantque Labano duæ filiæ: nomen maioris*
Lia, & nomen minoris Rahil.

2 فرأى واذا بير في الصحراء * واذا ثلثة قطعان من الغنم
رابضة عندها * لانها تسقي الرعاة منها القطعان * وصخرة عظيمة
على فمها * 3 وكان اذا اجتمعت رعاة القطعان دحرجوا
الحجر عن فم البير وسقوا الغنم ثم ردوه الى موضعه *
4 فقال لهم يعقوب من اين انتم يا اخوة * قالوا من حران *
5 فقال لهم اتعرفون لابان بن ناحور * فقالوا نعم * 6 فقال لهم
اسالم هو قالوا نعم وهوذا راحيل ابنته جاية مع الغنم *
7 ثم قال لهم هوذا النهار بعد كبير وليس هو وقت انضمام
الماشية * فاسقوا الغنم وامضوا بها فارعوها * 8 قالوا لا نطيق
ذلك الى ان تجتمع رعاة القطعان ويدحرجوا الحجر عن فم البير
ونسقي الغنم * 9 وبينما هو يخاطبهم جاءت راحيل مع غنم
ابيها * لانها كانت راعية * 10 فلما راى يعقوب راحيل ابنة
لابان خاله * وغنم لابان خاله * تقدم ودحرج الحجر عن البير وسقى
غنمه * 11 ثم قبل يعقوب راحيل ورفع صوته وبكا *
12 واخبرها انه ابن عمتها ربقا * فاحضرت واخبرت اباها *
13 فلما سمع لابان خبر يعقوب ابن اخته * احضر للقاية فعانقه
وقبله وادخله الى منزله * واخبره بجميع هذه الامور *
14 ثم قال لابان ليعقوب اما انت فعظمي ولحمي * ومكث عنده
شهرا * 15 وقال له لابان * وان كنت قريبي اتخدمني مجانا *
اخبرني ما اجرتك * 16 وكان للابان ابنتان * اسم الكبرى ليا * واسم
الصغرى راحيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

² Conſpexitque, & ecce puteus in agro, & tres greges ouium recubantium prope eum, quia de puteo iſto
potabant greges; lapis autem ingens erat ad os putei. ³ Et congregabantur ibi omnes paſtores, & reuoluebant
lapidem ab ore putei, & potabant pecudes, & reponebant lapidem ſuper os putei in locum ſuum. ⁴ Dixit au-
tem eis Iacob: fratres, vnde eſtis vos? & reſponderunt, de Aram nos ſumus. ⁵ Et dixit eis, Num cognoſcitis
Laban filium Nachor? & reſponderunt, cognoſcimus. ⁶ Dixitque illis, num pax illi? & reſponderunt, pax;
& ecce Rachel filia eius venit cum ouibus. ⁷ Dixit quoque eis, ecce dies adhuc magnus, nondum tempus
congregandi pecudes, potate oues, & abite, paſcite. ⁸ Et dixerunt, non poſſumus donec conuenerint omnes
paſtores, & reuoluerint lapidem ab ore putei, tunc potabimus oues. ⁹ Adhuc colloquebatur eis, cùm Rachel
venit cum ouibus quæ erant patris ſui, paſcebat enim oues. ¹⁰ Et factum eſt cum vidit Iacob Rachel filiam
Laban fratris matris ſuæ, & oues Laban fratris matris ſuæ, vt appropinquaret Iacob, & reuolueret lapidem ab
ore putei, & adaquaret oues Laban fratris matris ſuæ. ¹¹ Deinde oſculatus eſt Iacob Rachelem, leuauitque
vocem ſuam, & fleuit. ¹² Et narrauit Iacob Racheli quod frater patris eius eſſet ipſe, & filius Rebeccæ; &
cucurrit, nuntiauitque patri ſuo. ¹³ Et factum eſt cum audiuit Laban rumorem de Iacobo filio ſororis ſuæ, vt
curreret obuiam ei, & amplecteretur eum, & oſcularetur, & introduceret in domum ſuam: narrauit quoque
Labano omnia verba iſta. ¹⁴ Dixit verò ipſi Laban, verè os meum & caro mea tu es; & habitauit cum eo men-
ſem dierum. ¹⁵ Et dixit Laban Iacobo, num quia tu es frater meus, ſerues mihi gratis? Indica mihi quæ erit
merces tua. ¹⁶ Laban autē duas habebat filias, nomen maioris Lea, & nomen minoris Rachel.

[illegible]

17 Porrò oculi Leæ teneri erant, Rahel autem
formoſa erat aſpectu, & decora vultu. 18 Dilexit
autẽ Iacob Rahelem & ait, Seruiã tibi ſeptem
annis pro Rahele filia tua minore. 19 Inquit ei
Laban, Satius eſt vt eam dem tibi, quàm vt dem
eam alii homini: mane apud me. 20 Seruiuit
ergo Iacob pro Rahele ſeptem annis, fueruntque in oculis eius quaſi dies pauci, quoniam
adamabat eam. 21 Dixitque Iacob ad Laban,
Da mihi vxorem meam, ſiquidem expleti ſunt
dies, & ingrediar ad eam. 22 Conuocauit igitur
Laban omnes homines loci *illius*, & fecit conuiuium. 23 Cúmque eſſet veſpera, adduxit Leam
filiam ſuam, eamque introduxit ad eum, & ingreſſus eſt ad illam. 24 Dedit quoque Laban
Leæ filiæ ſuæ Zelpham ancillam ſuam in famulam. 25 Mane autem facto, videns Leam eſſe, dixit ad Laban, Quid hoc eſt quod feciſti mihi? en
pro Rahele ſeruiui tibi, quare decepiſti me?
26 Reſpondit Laban Iacobo, Non fit ita in patria noſtra, vt detur minor ante maiorem.
27 Perfice conuiuium iſtius, & dabo tibi etiam
illam pro opere quo ſeruies apud me adhuc ſeptem annis aliis. 28 Fecit itaque Iacob hoc pacto, & cum compleſſet conuiuium illius, dedit
etiam ei Rahelem filiam ſuam in vxorem.
29 Deditque Laban Raheli filiæ ſuæ Belham
ancillam ſuam in famulam. 30 Et ingreſſus
eſt etiam ad Rahelem, dilexitque etiam Rahelem pluſquam Leam: & ſeruiuit apud eum
etiam ſeptem annis aliis. 31 Videns autem
Dominus exoſam eſſe Leam, aperuit vuluam
eius, Rahel verò ſterilis erat. 32 Concepit ergo
Lea, peperitque filium, & vocauit nomen eius
Rubil dicens, Quoniam reſpexit Deus ſubiectionem meam, nũc amabit me maritus meus.
33 Et concepit rurſus, peperitque filiũ, ac dixit,
Quia audiuit Dñs me exoſam eſſe, cõceſſit mihi etiam hũc: vocauitque nomen eius Simeon.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

*17 Et oculi Liæ erant pulchri, at verò Rahil erat
pulchra forma & aſpectu. 18 Amauit autem
Rahilem Iacob, & ait: Seruiam tibi ſeptem annis
pro Rahil filia tua minore. 19 Dixit Laban: Da-
re eam tibi, melius eſt quàm dare eam viro alteri:
mane ergo apud me. 20 Seruiuitque ei Iacob pro
Rahil ſeptem annos, fueruntque apud eum quaſi
dies pauci præ amore ipſius in eam.
21 Deinde dixit ei: Da mihi vxorem meam, cùm
iam completi ſint dies mei: & ingrediar ad illam.
22 Congregauit autem Laban habitatores loci, &
fecit eis conuiuium. 23 Cùmque fuiſſet ſero, acce-
pit Liam filiam ſuam, & duxit eam ad ipſum: &
ingreſſus eſt ad eam. 24 Deditque illi Laban
Zelpham ancillam ſuam, vt eſſet ei ancilla.
25 Cùm autem fuiſſet mane, ecce ipſa erat Lia.
Dixitque ad Laban: Quid feciſti mihi? nonne pro
Rahil ſeruiui tibi? quare fraudaſti me.
26 Dixit Laban: Non fit ita in patria noſtra, vt
maritemus minorem ante maiorem:
27 Sed perfice hebdomadam huius, & dabo tibi
hanc etiam pro ſeruitute quam ſeruies apud me
ſeptem annos alios. 28 Fecitque Iacob ita, & per-
fecit hebdomadam huius Liæ. 29 Deinde dedit ei
Rahil filiam ſuam in vxorem. 30 Et dedit La-
ban Rahili filiæ ſuæ Belha ancillam ſuam, vt eſſet
ipſi ancilla. Cùmque ingreſſus eſſet ad Rahil, ama-
uit eam pluſquam Liam. Tum ſeruiuit ei ſeptem
annos alios. 31 Cognouit autem Deus Liam eſſe
exoſam, conceſſitque ei filium; & Rahil erat ſterilis.
32 Concepitque Lia, & peperit filium, appellauit-
que eum Raubin. Dixit enim, Iam reſpexit Deus
ad imbecillitatem meam, & nunc diliget me
vir meus.
33 Concepitque etiam ac peperit, dixitque:
Audiuit Deus preces meas quoniam exoſa
ſum, conceſſitque mihi etiam hunc, & voca-
uit eum Simeon.*

17 وعينا ليا حسنتان * وان كانت راحيل حسنة الحلية والمنظر *
18 فاحب راحيل يعقوب وقال اخدمك سبع سنين براحيل ابنتك
الصغرى * 19 قال لابان اعطائي اياها لك اصلح من اعطائي
اياها لرجل اخر فاقم عندي * 20 فخدمه يعقوب براحيل سبع
سنين * وكانت عنده كايام يسيرة من محبته لها * 21 ثم قال له
اعطني زوجتي اذ قد كملت ايامي * وادخل اليها * 22 فجمع لابان
اهل الموضع وصنع لهم مجلسا * 23 فلما كان العشاء اخذ ليا
ابنته فزفها اليه ودخل اليها * 24 فاعطاها لابان زلفا امته
لتكون لها امة * 25 فلما كان بالغداة فاذا هي ليا * فقال
للابان ماذا صنعت بي * اليس براحيل خدمتك * فلم اربتني *
26 قال لابان لا يصنع كذا في بلدنا ان تزوج الصغرى قبل
الكبرى * 27 لكن اكمل اسبوع هذه واعطيك هذه ايضا
بالخدمة التي تخدمها عندي سبع سنين اخر * 28 فصنع
يعقوب كذا * وكمل اسبوع هذه ليا * 29 ثم اعطاه راحيل
ابنته زوجة * 30 واعطى لابان راحيل ابنته بلها امة لتكون
لها امة * فلما دخل الي راحيل احبها اكثر من ليا * 31 ثم
خدمه سبع سنين اخر * 31 وعلم الله ان ليا مبغضة فرزقها
ولدا وراحيل عاقر * 32 فحملت ليا وولدت ابنا واسمه راوبين *
لانها قالت قد نظر الله الي ضعفي والان يحبني رجلي *
33 وحملت ايضا وولدت ابنا وقالت قد سمع الله دعاي لاني
مشنوءة * فرزقني ايضا هذا * واسمه شمعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Et oculi Leæ teneri erant; Rachel verò erat ſpecioſæ formæ, & pulchra viſu. 18 Diligens autem Iacob
Rachelem, dixit, ſeruiam tibi ſeptem annis pro Rachele filia tua minore. 19 Reſpondit verò Laban, melius
eſt me dare eam tibi, quàm dare eam alteri viro: habita mecum. 20 Et ſeruiuit Iacob pro Rachele ſeptem
annis; fueruntque in oculis eius tanquam dies pauci, eo quod diligeret eam. 21 Poſtea dixit Iacob ad Laban, da
vxorem meã, quia completi ſunt dies, & ingrediar ad eam. 22 Tum congregauit Laban omnes viros loci, fecit-
que conuiuium. 23 Factumque eſt veſperi vt acciperet Leam filiam ſuam, & introduceret eam ad eum, venit-
que ad eam Iacob. 24 Et dedit Laban Zilpham ancillam ſuam Leæ filiæ ſuæ in ancillam. 25 Factóque mane,
& ecce erat Lea: dixitque ad Laban, quid feciſti mihi? nonne pro Rachele ſeruiui tibi? Et quare decepiſti me?
26 Reſpondit verò Laban, non fit ſic in locis noſtris, vt detur minor ante maiorem. 27 Comple hebdoma-
dem iſtius, & dabo tibi etiam iſtam pro ſeruitute quam ſeruieris mihi adhuc ſeptem annos alios. 28 Fecitque
Iacob ita, & compleuit hebdomadem hanc, & dedit ei Rachelem filiam ſuam in vxorem. 29 Dedit quoque
Laban Racheli filiæ ſuæ Balam ancillam ſuam ei in ancillam. 30 Et intrauit etiam ad Rachelem, atque etiam
dilexit Rachelem pluſquam Leam: & ſeruiuit ei adhuc ſeptem annos alios. 31 Videns autem Dominus quod
exoſa eſſet Lea, aperuit vuluam eius; Rachel verò erat ſterilis. 32 Et concepit Lea, & peperit filium, voca-
uitque nomen eius Ruben: dicebat enim, vidit Dominus afflictionem meam, quoniam nunc diliget me vir
meus. 33 Et concepit adhuc, & peperit filium, dixitque: quoniam audiuit Dominus quod exoſa eſſem, ideo
dedit mihi adhuc iſtum, & vocauit nomen eius Simeon.

34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

34 Concepit rurſus, ac peperit filium, dixit-
que, Vice hac adhærebit mihi maritus meus,
quandoquidem peperi ei tres filios: idcirco vo-
cauit nomen eius Leui. 35 Concepit denuò
& peperit filium, ac dixit, Tempore iſto gratias
agam Domino : propterea vocauit nomen
eius Iuda.

CAPVT XXX.

CErnens autem Rahel ſe non parere Iaco-
bo, inuidit ſorori ſuæ, dixitque ad Iacob,
Da mihi liberos, alioquin moriar. 2 Et incen-
ſus furore Iacob in Rahelem, dixit ei, Num lo-
co Dei ſum ego, qui interdixit tibi fructus ven-
tris? 3 Dixit ad eum, En ancilla mea Belha, in-
gredere ad eam, parietque ſuper genua mea, &
conſolabor ego quoque per eam. 4 Dedit er-
go ei Belham ancillam ſuam in vxorem, & in-
greſſus eſt ad eam. 5 Et concepit Belha, peperit-
que Iacobo filium. 6 Dixitque Rahel, Iudi-
cauit me Deus, atque adeò exaudiuit vocem
meam, deditque mihi filium: idcirco vocauit
nomen eius Dan. 7 Et concepit rurſus Belha
ancilla Rahelis, peperitque filium alterum
Iacobo. 8 Et ait Rahel, Contendi cum ſorore
mea, quin etiam potui. vocauitque nomen eius
Nephtali. 9 Videns autem Lea ſe deſtitiſſe à pa-
riendo, adduxit Zelpham ancillam ſuam, & de-
dit eam vxorem Iacobo. 10 Peperit igitur Zel-
pha ancilla Leæ Iacobo filium. 11 Dixitque
Lea, Venit fortuna mea. & vocauit nomen eius
Gad. 12 Peperit quoque Zelpha ancilla Leæ
filium ſecundum Iacobo. 13 Dixitque Lea,
Pro gloria mea qua me glorificauerunt filiæ.
vocauitque nomen eius Aſir. 14 Abiit au-
tem Rubil in diebus meſſis triticeæ, & inuenit
mandragoras in agro, attulitque eas Leæ ma-
tri ſuæ. Dixitque Rahel ad Leam, Da mihi de
mandragoris filii tui.

VERSIO SAMARITANA.

34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

34 *Et concepit quoque, ac peperit filium, & ait:*
Hac vice propenſus erit ad me maritus meus, quia
peperi ei tres filios, & vocauit eum Liui. 35 *Con-*
cepit etiam, ac peperit filium, & dixit: Hac vice
renouabo gratias Dei, & propterea vocauit eum
Ihuda: Deinde ceſſauit à pariendo.

CAPVT XXX.

CVmque vidiſſet Rahil ſe non peperiſſe Iacobo,
inuidit ei, & dixit ad illum, Impetra mihi filiũ,
alioqui ego moritura ſum: 2 *Inualuit autem ira*
eius contra illam, & ait: Num ſupra Deum ſum
ego qui priuauit te fructu ventris? 3 *Dixit: Hæc*
eſt ancilla mea Balha, ingredere ad eam, pariet in
ſinu meo, & ædificabitur domus mea etiam ex ipſa:
4 *Deditque ei ancillam ſuam Balha in vxorem.*
Et ingreſſus eſt ad eam Iacob, 5 *Concepitque*
Balha, ac peperit Iacobo filium. 6 *Aitque Rahil,*
Adiudicauit mihi Deus, atque etiam audiuit vo-
cem meam, conceſſitque mihi iſtum, & vocauit
eum Dan. 7 *Concepit autem quoque Balha*
Ancilla Rahil, & peperit filium ſecundum Iacobo,
8 *Et dixit Rahil: Miſericordiam à Deo conſe-*
cuta ſum cum ſorore mea, & pergens appella-
uit eum Neſtali. 9 *Cúmque vidiſſet Lia quoque*
ſe ceſſaſſe à pariendo, accepit Zelſam ancillam
ſuam, & dedit eam Iacobo in vxorem.
10 *Genuitque Zelſa ancilla Liæ Iacobo filium.*
11 *Et dixit Lia: Verificata eſt fama, & vocauit*
eum Gad: 12 *Et peperit Zelſa ancilla Liæ*
filium ſecundum Iacobo. 13 *Dixitque Lia:*
De laude mea eſt, vt laudent me mulieres: appel-
lauitque eum Aſcir.
14 *Deinde abiit Raubin in diebus meſſis tritici,*
reperitque mandragoras in campo, attulitque eas
ad matrem ſuam Liam: Dixit autem Rahil ad
eam, Da mihi de mandragoris filii tui.

34 وحملت ايضا وولدت ابنا وقالت هذه المرة يعطف الي
زوجي لاني قد ولدت له ثلثة اولاد واسمه لوي * 35 وحملت
ايضا وولدت ابنا وقالت هذه المرة اجدد شكر الله * ولذلك اسمه
يهودا * ثم وقفت عن الولادة *

* الفصل الثلثون *

1 ولما رات راحيل انها لم تلد ليعقوب حسدتها * وقالت له
استرزق لي ولدا والا فانا مايتة * 2 فاشتد غضبه عليها وقال امن
دون الله انا الذي منعك ثمر البطن * 3 قالت هذه امتي بلها
ادخل اليها تلد في حجري وتبني بيتي ايضا منها * 4 فاعطته
امتها بلها زوجة * فدخل اليها يعقوب * 5 فحملت بلها وولدت
ليعقوب ابنا * 6 فقالت راحيل قد حكم الله لي وايضا سمع
صوتي فرزقني هذا * واسمه دان * 7 وحملت ايضا بلها امة
راحيل وولدت ابنا ثانيا ليعقوب * 8 فقالت راحيل عطفة من
عند الله انعطفت مع اختي * واطقت واسمه نفتالي * 9 ولما
رات ليا ايضا انها قد وقفت عن الولادة * اخذت زلفا امتها
واعطتها يعقوب زوجة * 10 فولدت زلفا امة ليا ليعقوب ابنا *
11 فقالت ليا قد صح الخبر * واسمه جاد * 12 وولدت زلفا امة
ليا ابنا ثانيا ليعقوب * 13 فقالت ليا من وصفي ان يصفني
النساء * فاسمه اسير * 14 ثم مضى راوبين في ايام حصاد
الحنطة فوجد لفاحا في الصحراء فاتى به الي امه ليا * فقالت
راحيل لها اعطيني من لفاح ابنك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

34 Et concipiens adhuc peperit filium, & dixit, nunc hac vice adhęrebit mihi vir meus, quia peperi illi tres filios;
ideo vocauit nomen eius, Leui. 35 Iterúmque concepit, & peperit filium, & ait, hac vice confitebor Domino,
ideo vocauit nomen eius, Iudam, ceſſauitque parere.

CAPVT XXX.

VIdens autem Rachel quod non pareret Iacobo, inuidit ſorori ſuæ, dixitque Iacobo: da mihi pueros; quod
ſi non, mortua ſum. 2 Tum exarſit ira Iacobi aduerſus Rachelem & dixit, Num loco Dei ego ſum qui
prohibuit a te fructum ventris? 3 Et ait, ecce ancilla mea Bala, ingredere ad eam, & pariet ſuper genua mea, &
ædificabor etiam ego ab ea. 4 Deditque illi Balam ancillam ſuam in vxorem, & venit ad eam Iacob.
5 Et concepit Bala, & peperit Iacobo filium. 6 Tum dixit Rachel, iudicauit me Deus, atque etiam audiuit
vocem meam, & dedit mihi filium; ideo vocauit nomen eius, Dan. 7 Concepitque iterum, & peperit Bala
ancilla Rachel, filium ſecundum Iacobo. 8 Dixitque Rachel, colluctationes Dei colluctata ſum cum ſorore
mea, atque etiam inualui, & vocauit nomen eius Nephtali. 9 Videns autem Lea quod ſtetiſſet à partu, acce-
pit Zilpham ancillam ſuam, & dedit eam Iacobo in vxorem. 10 Et peperit Zilpha ancilla Leæ Iacobo filium.
11 Tum dixit Lea, venit turma; & vocauit nomen eius Gad. 12 Et peperit Zilpha ancilla Leæ filium ſecun-
dum Iacobo. 13 Et dixit Lea, in fælicitate mea, quia beatificabunt me filiæ: vocauitque nomen eius Aſer.
14 Iuit autem Ruben in diebus meſſis frumentorum, & inuenit mandragoras in agro, attulitque illas ad Leam
matrem ſuam: dixit verò Rachel Leæ, da mihi quæſo de mandragoris filii tui.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

15 Reſpondit ei Lea, Nonne ſufficit tibi rapuiſſe
maritum meum, ſed etiam accipies mandrago-
ras filij mei? Ait Rahel, Propterea dormiet te-
cum hac in nocte pro mandragoris filii tui.
16 Itaque ingredienti Iacobo ex agro ſub veſpe-
ram, egreſſa eſt Lea in occurſum eius, ac dixit,
Apud me ingredieris, quoniã mercede te con-
duxi pro mãdragoris filii mei; & dormiuit cum
ea in nocte illa. 17 Exaudiuit autem Deus
Leam, concepitque, & peperit Iacobo filium
quintũ. 18 Dixitque Lea, Reddidit Deus mer-
cedẽ meã, eo quòd dederim ancillã meã mari-
to meo. vocauitq; nomen eius Iſachar. 19 Con-
cepit rurſum Lea, peperitq; filium ſextũ Iaco-
bo. 20 Et ait Lea, Dotauit me Deus dote bona:
hoc tempore adhærebit mihi maritus meus, eo
quòd genuerim ei ſex filios. vocauitque nomen
eius Zebolon. 21 Præterea genuit filiam, & vo-
cauit nomen eius Dina. 22 Et recordatus eſt
Deus Rahelis, exaudiuitque eam Deus, & ape-
ruit vuluã eius. 23 Quæ concipiens peperit filiũ,
& dixit, Abſtulit Deus opprobrium meum.
24 Vocauitque nomen eius Ioſeph, dicẽs, Adii-
ciat mihi Deus filiũ alterũ. 25 Cúmque genuiſ-
ſet Rahel Ioſephum, ait Iacob ad Laban, Mitte
me vt abeam in patriam meã & ſolum meum.
26 Da mihi vxores meas & filios meos pro qui-
bus ſeruiui tibi, & vadam; nam tu noſti ſeruitu-
tem quam ſeruiui tibi. 27 Dixitque Laban Iaco-
bo, Si inueni gratiam in oculis tuis: expertus
ſum quòd benedixerit mihi Deus propter te.
28 Dixit etiã, Præſcribe mercedem tuam mihi,
& dabo. 29 Inquit ad eum Iacob, Tu noſti ſer-
uitium quod tibi ſeruiui, & quanta fuerit poſ-
ſeſſio tua mecum. 30 Nam parum habebas ante
me, at multiplicatum eſt valde, & benedixit
tibi Dominus propter me: & nunc quid faciam
etiam ego pro domo mea?

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[15] *Ait illi: Nonne ſufficit tibi eripuiſſe maritum
meum, vt accipias mandragoras filii mei etiam?
Ait Rahil: Attamen ipſe dormiet apud te hac nocte
pro eis.* [16] *Cùm ergo veniſſet Iacob ex agro ve-
ſperè, egreſſa eſt Lia in occurſum eius, dixitque:
Ingredere ad me, quia merui te pro mandragoris
filii mei. Dormiuitque apud eam illa nocte.*
[17] *Et audiuit Deus preces Liæ, concepitque, ac
peperit ei filium quintum:*
[18] *Et ait Lia: Iam dedit mihi Deus mercedem
meam prout maritaui ancillam meam cum viro
meo, appellauitque eum Iſſachar.*
[19] *Concepit etiam Lia, & peperit filium ſextum
Iacobo.* [20] *Dixitque Lia: Iam profudit in
me Deus affluentiam boni, & hac vice cohabitabit
mecum vir meus, cùm pepererim ei ſex filios; vo-
cauitque eum Zabulon.* [21] *Et poſtea genuit
filiam, & vocauit eam Dina.* [22] *Præterea fauit
Deus Rahil, & exaudiuit preces eius, & con-
ceſſit illi filium.* [23] *Concepitque ac peperit filium,
& ait: Iam collegit à me Deus ignominiam.*
[24] *Et vocauit eum Ioſeph, dicens: Augeat mihi
Deus filium alterum.*
[25] *Cúmque genuiſſet Rahil Ioſeph, dixit Iacob
ad Laban: Dimitte me, vt abeam ad locum
meum & ad patriam meam.*
[26] *Et da mihi filios meos & mulieres meas pro
quibus ſeruiui tibi, vt vadam: tu enim noſti ſerui-
tutem meam in obſequium tuum.*
[27] *Dixit ei Laban: Si inueni ſortem apud te,
mane; quia expertus ſum Deum excelſum bene-
dixiſſe mihi propter te.* [28] *Et dixit: Indica
mihi mercedem tuam, vt dem tibi illam.*
[29] *Dixit ei, Tu ſcis quomodo ſeruierim tibi, &
quomodo fuerit armentum tuum apud me;*
[30] *Nam erat paucum, & creuit: & benedixit
tibi Deus cauſa mei: & nunc quandonam opera-
bor ego etiam pro domo mea?*

15 فقالت لها اما كفاك ان اخذت زوجي حتى تاخذي
لفاح ابني ايضا * قالت راحيل لكنه ينام عندك الليلة بدل ذلك *
16 فلما جاء يعقوب من الصحراء عشاء خرجت ليا تلقاه
فقالت ادخل الي لاني استحققتك بلفاح ابني * فنام عندها تلك
الليلة * 17 فسمع الله دعاء ليا * فحملت وولدت ابنا خامسا *
18 فقالت ليا قد اعطاني الله اجري كما زوجت امتي برجلي *
فسمته يساخار * 19 فحملت ايضا ليا وولدت ابنا سادسا
ليعقوب * 20 فقالت ليا قد فوضني الله تعويض خير * وهذه
المرة يساكنني رجلي اذا ولدت له ستة بنين * فسمته زبولون *
21 وبعد ذلك ولدت ابنة فسمتها دينا *
22 ثم رعى الله راحيل وسمع دعاها فرزقها ولدا * 23 فحملت
وولدت ابنا وقالت قد ضم الله عني العار * 24 واسمه يوسف
قايلة يزيدني الله ابنا اخر * 25 فلما ولدت راحيل يوسف
قال يعقوب للابان اطلقني حتى امضي الى موضعي وبلدي *
26 واعطني اولادي ونسوتي اللواتي خدمتك بهن * حتى امضي
فانك تعلم خدمتي الى خدمتك * 27 فقال له لابان ان وجدت
حظا عندك اقم * فاني قد جربت ان الله تعالى قد بارك علي من
اجلك * 28 وقال بين لي اجرتك حتى اعطيكها *
29 قال له انت تعلم كيف خدمتك وكيف كانت ماشيتك
عندي * 30 فانها كانت قليلة ونمت كثيرا * وبارك عليك الله
بسببي * والان متى اصنع انا ايضا لبيتي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[15] Reſponditque ei, num parum quod accepiſti virum meum, atque etiam accipies mandragoras filii mei?
Et dixit Rachel, ideo cubabit tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. [16] Venienti autem Iacobo de agro
veſperi, egreſſa eſt Lea obuiam ei, illique dixit; venies hac nocte, quia mercede conduxi te pro mandragoris filii
mei, & dormiuit cum ea illa nocte. [17] Et audiuit Dominus Leam, concepitque, & peperit Iacobo filium
quintum. [18] Dixitque Lea, dedit Dominus mercedem meam, quia tradidi ancillam meam viro meo; &
vocauit nomen eius Iſſachar. [19] Et concepit adhuc Lea, & peperit filium ſextum Iacobo. [20] Dixitque
Lea, dotauit me Deus dote bona, nunc habitabit mecum vir meus, quia peperi illi ſex filios, & vocauit no-
men eius Zabulon. [21] Et poſtea genuit filiam, cuius nomen vocauit Dina. [22] Recordatus eſt etiam
Deus Rachelis, & audiuit eam Deus, aperuitque vuluam eius. [23] Et concepit & peperit filium: Tum dixit,
abſtulit Dominus opprobrium meum. [24] Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens, adiiciet mihi Dominus
filium alterum. [25] Poſtquam autem peperit Rachel Ioſephum, dixit Iacob ad Laban, dimitte me, vt abeam
in locum meum & in terram meam. [26] Da vxores meas, & liberos meos, pro quibus tibi ſeruiui, & abibo:
tu enim noſti ſeruitutem quam ſeruiui tibi. [27] Et dixit ei Laban, ſi nunc inueni gratiam in oculis tuis, ex-
perimento enim didici quod benedixerit mihi Deus propter te [28] Dixitque, conſtitue mercedem tuam ſu-
per me & dabo. [29] Et reſpondit ei, tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quæ erat poſſeſſio tua tecum.
[30] Quia parum erat quod erat tuum ante me, & erupit in multitudinem, benedixitque tibi Dominus in pe-
de meo: Et nunc quando fecero ego etiam pro domo mea?

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

38 [illegible]

39 [illegible]

40 [illegible]

41 [illegible]

31 Dixit ad eum Laban, Quid dabo tibi? Ait illi
Iacob, Nihil dabis mihi: ſi feceris mihi rem
quam ſum tibi dicturus, iterum paſcam oues
tuas, eaſque cuſtodiam. 32 Tranſibo per totum
pecus tuũ hodie, & ſeparabo mihi inde omnem
agnũ carentem cornibus & verſicolorem, omnemque agnũ nigrum cũ albedine: & verſicolorem atque carentem cornibus in capris: eritque merces mea. 33 Teſtis autem erit mihi innocentia mea ſicut hodie, quòd cras quãdo ingredieris ſuper mercedem meã coram te: quicquid non fuerit cornu carẽs & variegatũ in capris, nigrũque cum albedine, furtiuum erit mihi.
34 Ait ad eum Laban, Age, eſto ſecundũ verbum tuum. 35 Itaque ſegregauit in die illa hircos cornibus carentes & verſicolores, omneſq; capras carentes cornibus & variegatas, & omnes eas in quibus erat albedo, & quicquid nigrũ erat albedine reſperſum, deditq; in manũ filiorum ſuorum. 36 Et interpoſuit iter trium dierum inter ſe & Laban, & Iacob paſcebat pecudes Laban quæ ſuperfuerant. 37 Accipiens autem ſibi Iacob virgas candidas humidas amygdalinas atque populeas, decorticauit in iis cortices albos, ita vt candorem referret albedo
virgarum. 38 Inſeruitque eaſdem virgas quas decorticauerat, in canales aquarum, in adaquatorium vbi veniebant oues ad bibendum, è regione pecudũ: quæ inardeſcebãt quum venirẽt
potũ. 39 Incaleſcebant ergo pecudes ad virgas, pariebãtque pecudes agnos carẽtes cornibus &
verſicolores. 40 Segregauit ergo Iacob, poſuitque in conſpectu ouiũ agnos carẽtes cornibus & variegatos, & quicquid nigrũ erat inter pecudes Labã: fecitque ſibi gregem ſeorſum, nec permiſcuit eũ inter pecudes Laban. 41 Et quidem ſingulis annis cùm inardeſcerent oues primigeniæ, ponebat Iacob virgas in cõſpectu ouium in canalibus, vt incaleſcerẽt per virgas.

VERSIO SAMARITANA.

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

38 [illegible]

39 [illegible]

40 [illegible]

41 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

38 [illegible]

39 [illegible]

40 [illegible]

41 [illegible]

31 *Dixit, Quid dabo tibi? Ait Iacob, Ne des*
mihi quicquam: ſed cùm feceris mihi hanc rem,
per eam reuertar ad paſcendas oues tuas, & cu-
ſtodiam eas.
32 *Tranſibo hodie per oues tuas, & ſeparabo ab eis*
omnes capras coloratas, & maculoſas, & omnem
ouem verſicolorem in ouibus, & maculoſam, &
punctis reſperſam in capris: eritque id merces mea.
33 *Teſtiſque erit mihi æquitas mea cras, cùm ad-*
fuero petiturus mercedem meam ante te, quòd
omne quod non eſt maculoſum, & coloratum ex
ouibus, & verſicolor ex agnis etiam, ipſum eſt fur-
tiuum apud me.
34 *Ait Laban: Ita, vtinam id ſit ſicuti dixiſti:*
35 *Separauit ergo ea die hircos coloratos, &*
maculoſos, & omnes capras maculoſas, & colo-
ratas, omne id in quo eſt albedo, & omnem etiam
verſicolorem ex ouibus: poſuitque id in manu filio-
rum ſuorum. 36 *Et poſuit ſpatium trium die-*
rum inter ipſos, & inter Iacob; & pauit Iacob
reliquas oues Laban.
37 *Deinde accepit Iacob baculos, libani humidæ, &*
nucum, & populorũ, & decorticauit eos in cortices
albas, ita vt detegeret albedinem quæ erat ſuper
eos: 38 *Et poſuit baculos quos decorticauerat,*
in lacubus, potatoriis aquæ, vt venirent oues ad
bibendum, eſſentque in conſpectu earum, ac
tum incaleſcerent. 39 *Cúmque incaleſcerent oues*
ad baculos, pariebant coloratas, ſcutulatas, &
maculoſas. 40 *Cúmque ſeparaſſet Iacob oues,*
poſuit in principio ouium omnes maculoſas, & ver-
ſicolores in ouibus Laban, & fecit ſibi greges diſtin-
ctos, nec coniunxit eos cum ouibus Laban.
41 *Et Iacob quotieſcunque inardeſcebant oues*
vernæ, ponebat baculos ex aduerſo ipſarum in
lacubus, vt incaleſcerent ſuper ipſis.

31 قال ماذا أعطيك * قال يعقوب لا تعطني شيئا لكن إذا صنعت
لي هذا الأمر فإني أرجع إلى رعي غنمك وأحفظها *
32 أمر اليوم بغنمك وأعزل منها كل معز منقط وأبلق * وكل شاة
حمآء في الضان * وأبلق ومنقط في المعز * ويكون ذلك أجري *
33 فيشهد لي عدلي غدا إذا حضرت أن أطلب أجري بين
يديك * بأن كل ما ليس هو أبلق ومنقطا من المعز * وحمآء من
الضان أيضا فهو مسروق عندي * 34 قال لابان نعم ليت
ذلك يكون كما قلت * 35 فعزل في ذلك اليوم التيوس المحجلة
والمنقطة وجميع العنوز المنقطة والبلق * كل ما فيه بياض * وكل
حمآء أيضا من الضان * فجعل ذلك بيد بنيه * 36 وصير
مسير ثلثة أيام بينهم وبين يعقوب * ورعي يعقوب غنم لابان الباقية *
37 ثم أخذ يعقوب عصي لبني رطب وجوز ودلب وقشرها إلى
قشر أبيض حتى قشط البياض الذي عليها * 38 ووضع العصي
التي قشرها في الأحواض مساقي المآء * حتى يجي الغنم لتشرب
وتكون حيالها فتتوحم عند ذلك * 39 وإذا توحمت الضان بالعصي
ولدت محجلة ومنقطة وبلقا * 40 ولما أفرد يعقوب الضان
جعل في أول الغنم كل محجل وحمآء في ضان لابان * وجعل له
قطعانا وحدها ولم يضفها إلى غنم لابان * 41 وكان يعقوب في
كل وقت تحمي الغنم الربعية يصير العصي حذاها في الحياض
للتوحم عليها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Dixit autem quid dabo tibi? Reſpondit verò Iacob: non dabis mihi quicquam, ſi feceris mihi hanc rem; re-
dibo, paſcam oues tuas, cuſtodiam. 32 Tranſibo per vniuerſas pecudes tuas hodie, remouẽs inde omnem pecu-
dem punctatã & maculoſam, & omnem pecudem fuſcam inter agnos, & maculoſum & punctatũ inter capras,
& hoc erit merces mea. 33 Et teſtificabitur de me iuſtitia mea die craſtino, quia veniet ad mercedem meam in
cõſpectu tuo: quidquid non fuerit punctatum aut maculoſum inter capras, aut fuſcũ inter agnos, furto ablatũ
erit apud me. 34 Dixitque Laban, & ecce vtinam fiat ſecundum verba tua. 35 Separauit ergo illa die hircos va-
rios & maculoſos, & omnes capras punctatas & maculoſas, omne albũ & omne fuſcum inter agnos, & tradidit
in manus filiorum ſuorum. 36 Et poſuit iter triũ dierum inter eos, & inter Iacobũ. Iacob autem paſcebat pecu-
des Laban reſiduas. Et dixit Angelus Domini Iacobo in ſomniis, & ait, Iacob, & reſpondit, Ecce ego; & dixit,
leua nunc oculos tuos, & vide omnes hircos aſcendentes ſuper pecudes varios, pũctatos & maculis grandineis
notatos; quoniam vidi omnia quæ Laban fecit tibi: Ego ſum Deus Bethel cui ibi ſtatuã inunxiſti, & cui voui-
ſti ibi votũ: Nunc autem ſurge, egredere de terra iſta, & reuertere in terram patris tui, & benefaciam tibi. 37 Et
accepit ſibi Iacob virgam populeã, viridem, & amygdalinam, & ex platano; decortauitque in eis decorticatio-
nes albas, denudans albedinem quæ erat ſuper virgas. 38 Et collocauit virgas quas decorticauerat in canalibus
cum effundebantur aquæ ad quas ducebant pecudes aquatũ in conſpectũ pecudũ, & incaleſcebant cum venie-
bant vt aquarentur. 39 Dum autẽ incaleſcerent pecudes ſuper virgas, concipiebãt pecudes variegatas, pũctatas,
& maculoſas. 40 Agnos quoque diuiſit Iacob, & poſuit ante pecudes arietẽ variegatũ, & omne fuſcũ inter pe-
cudes Laban: poſuit verò ſibi ſoli greges, & non poſuit eos cum pecudibus Laban. 41 Et quotieſcũque inca-
leſcebãt pecudes primitiuæ, ponebat Iacob virgas ante oculos pecudũ in canalibus, vt incaleſcerẽt ad virgas.

42 [illegible]
[illegible] 43 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]

42 Serotinis verò pecudibus non proponebat.
erant ergo ſerotinæ Laban, primigeniæ verò
Iacob. 43 Ditatuſque eſt vir vltra modum, ha-
buitque gregem numeroſum, & ſeruos, & an-
cillas, & aſinas, & camelos, & aſinos.

CAPVT XXXI.

AVdiuit autem Iacob verba filiorum La-
ban dicentium, Accepit Iacob quicquid
erat patris noſtri, & ex his quæ patris noſtri
ſunt, comparauit hanc poſſeſſionem omnem.
2 Vidit quoque Iacob vultum Laban non eſſe
erga ſe vt heri & vt nudiuſtertius. 3 Et dixit
Dn̄s ad Iacob, Reuertere in terrā patrum tuo-
rum & in tuum natale ſolum, eroque tecum.
4 Itaque mittens Iacob accerſiuit Rahelem &
Leam in agrum ad gregem ſuum. 5 Et dixit ad
eas, Video faciem patris veſtri non eſſe erga me
ſicut heri & ſicut nudiuſtertius. Deus autem
patris mei fuit mecum. 6 Et vos quidem no-
ſtis quòd totis viribus meis ſeruiui patri veſtro.
7 Pater autem veſter fefellit me, & immutauit
mercedem meam decem vicibus: neque tamen
permiſit ei Deus vt me læderet. 8 Quum ſic
diceret, Cornu carentia erit merces tua, parie-
bant omnes oues cornibus carentia. Si verò di-
ceret, Verſicolores erit merces tua, pariebant
omnes oues verſicolores. 9 Et ſegregauit Deus
de poſſeſſione patris veſtri, deditque mihi.
10 Et in tempore quo incaleſcere conſueuit pe-
cus, ſuſtuli oculos meos, & vidi per ſomnium,
& ecce arietes aſcendentes ſuper oues, excor-
nes, & verſicolores, atque maculoſos.
11 Et dixit mihi Angelus Dei per ſomnium,
Iacob. Reſpondi, Ecce me. 12 Dixitque mi-
hi, Leua oculos tuos & vide omnes arietes
aſcendentes ſuper oues, excornes & verſicolo-
res, atque maculoſos. nam vidi quicquid fe-
cit Laban.

VERSIO SAMARITANA.

42 [illegible]
43 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

42 [illegible]
43 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

42 *Cùm verò autumnum agerent oues, non ponebat eos; fiebantque autumnales Laban, & vernæ Iacobo. & locupletatus eſt vir valde valde, & factæ ſunt ei oues multæ, & ancillæ, & ſerui, & cameli, & aſini.*

CAPVT XXXI.

AVdiuitque ſermonem filiorum Laban dicentium; Iam accepit Iacob omne quod eſt patris noſtri, & ex bonis eius compoſuit omnes has diuitias. 2 *Viditque etiam Iacob vultum Laban quòd non eſſet ſecum ſicut heri & antea.*
3 *Dixitque Deus ad Iacob: Reuertere in regionem patrum tuorum, & natiuitatis tuæ, & ero tecum.* 4 *Miſit ergo Iacob, & vocauit Rahil & Liam in campum ad oues, & ait ambabus:*
5 *Ecce video vultum patris veſtri quòd non ſit mecum ſicut heri & anteà. & Deus patris mei perpetuò mecum eſt.*
6 *Et vos ſcitis quòd ego ſeruierim ei omnibus viribus meis.* 7 *Et pater veſter deriſit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & non permiſit illi Deus vt noceret mihi.*
8 *Si dicebat ſic, Erunt merces tua maculoſa, pepererunt omnes oues ſic; Et ſi dicebat ſic, Verſicolores erunt merces tua, pepererunt omnes oues ſic.*
9 *Et ſeparauit Deus de ouibus patris veſtri id quod dedit mihi.* 10 *Et cùm adueniret tempus caloris ouium, eleuaui oculos meos, & vidi in ſomnio, & ecce hirci aſcendentes ſuper oues, maculoſi erant, & colorati, & varij.*
11 *Dixitque mihi Angelus Dei in ſomno: O Iacob. Dixi: Quid tibi placet?*
12 *Ait: Eleua oculos tuos, & vide vniuerſos hircos aſcendentes ſuper oues, maculoſos, & coloratos, & varios: quoniam ego vidi quicquid Laban facturus eſt tibi.*

42 وإذا خرفت الغنم لا يصير ذلك * فتصير الخريفية للابان
والربيعية ليعقوب * فأيسر الرجل جدا جدا * وصارت له الغنم الكثير
وإماء * وعبيد * وجمال * وحمير *

* الفصل الحادي والثلثون *

1 وسمع كلام بني لابان قايلين قد أخذ يعقوب جميع ما لأبينا * ومن
ماله اصطنع جميع هذا اليسار * 2 ورأى يعقوب أيضا وجه
لابان فإذا ليس هو معه مثل أمس وما قبل * 3 وقال الله
ليعقوب ارجع إلى بلد آبائك ومولدك * وأكون معك *
4 فبعث يعقوب ودعا براحيل وليا إلى الصحراء إلى عند غنمه *
فقال لهما * 5 هوذا أرى وجه أبيكما ليس هو معي مثل أمس
وما قبل * وإله أبي لم يزل معي * 6 وأنتما تعرفان أني خدمته
بجميع قوتي * 7 وأبوكما سخر مني وبدل أجري عشر أعداد *
ولم يدعه الله أن يسيء بي * 8 إن قال كذا يكون أجرك
منقطة * ولد جميع الغنم كذلك * وإن قال كذا محجلة يكون أجرك *
ولد جميع الغنم كذلك * 9 فأفرد الله من غنم أبيكما ما أعطاني *
10 ولما كان وقت وحم الغنم رفعت عيني ورأيت في المنام * فإذا
التيوس الصاعدة على الغنم محجلة ومنقطة وحلنجية *
11 ثم قال لي ملاك الله في الحلم يا يعقوب * فقلت لبيك *
12 قال ارفع عينيك وانظر جميع التيوس الصاعدة على
الغنم محجلة ومنقطة وحلنجية * فإني قد رأيت جميع ما لابان
صانعه بك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

42 Cùm verò ſerotinæ erant pecudes, non ponebat: & fuerunt ſerotinæ ipſius Laban, primitiuæ verò Iacobi.
43 Et ditatus eſt vir ille valde valde, fueruntque illi pecudes multæ, & ancillæ, ſerui, & cameli, & aſini.

CAPVT XXXI.

AVdiuit autem verba filiorum Laban dicentium: Accepit Iacob omnia quæ erant patris noſtri, atque ex iis quæ erant patris noſtri fecit omnem gloriam iſtam. 2 Viditque Iacob faciem Laban, & ecce non erat cum eo ſicut heri & nudiuſtertius. 3 Et dixit Dominus Iacobo; reuertere in terram patrum tuorum, & ad cognationem tuam, & ero tecum. 4 Tum miſit Iacob, & vocauit Rachelem & Leam in agrum prope pecudes ſuas. 5 Dixitque eis, video ego faciem patris veſtri quod non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius; Deus autem patris mei fuit mecum. 6 Vos quoque noſtis quod in omni virtute mea ſeruiui patri veſtro.
7 Pater autem veſter circumuênit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus; ſed non dedit illi Dominus vt noceret mihi. 8 Si ita dicebat: punctata erunt merces tua; pepererunt omnes pecudes punctata: ſi autem ſic dicebat: variegata erunt merces tua; pepererunt omnes pecudes variegata. 9 Abſtulitque Dominus poſſeſſionem patris veſtri, & dedit mihi. 10 Factum autem eſt in tempore conceptus pecudum, vt leuarem oculos meos, & viderem in ſomnio, & ecce hircos aſcendentes ſuper pecudes, variegatas, punctatas & grandinatas. 11 Tum dixit mihi Angelus Domini in ſomnio; Iacob: & reſpondi, ecce ego. 12 Et dixit, leua nunc oculos tuos, & vide omnes hircos aſcendentes ſuper pecudes, variegatos, punctatos & grandineis maculis notatos; quoniam vidi omnia quæ Laban fecit tibi.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[13] Ego ſum Deus Bethel, cui vnxiſti illic ſtatuã,
& cui vouiſti illic votum. nunc ergo ſurge,
egredere de terra iſta, & reuertere in ſolum natale tuum.
[14] Reſponderunt Rahel & Lea dicentes, Non habemus ampliùs partem nec hæreditatem cum patre noſtro.
[15] En quaſi extraneæ reputamur ab eo; vendidit enim nos, adeóque comedit argentum noſtrum.
[16] Quandoquidem cunctæ diuitiæ, quas ſegregauit Deus ex his quæ patris noſtri ſunt, noſtræ ſunt filiorumque noſtrorum. nunc ergo quicquid ait tibi Dominus exequere.
[17] Surgẽs igitur Iacob, impoſuit liberos ſuos & vxores ſuas camelis.
[18] Abduxitque totum pecus ſuum totáque poſſeſſionẽ ſuam quam acquiſierat in Phadan Arã, vt veniret ad Iſahac patrẽ ſuum, in terrã Chanaan.
[19] Laban verò ierat ad tõdendas oues ſuas, & furata eſt Rahel idola patris ſui.
[20] Furatuſq; eſt Iacob cor Laban Aramæi, eo quòd non indicaſſet ei diſceſſum ſuum.
[21] Fugit itaque ipſe & omnia quæ illius erãt, & ſurgens traiecit fluuium, direxitque faciem ſuam versùs montem Gelaad.
[22] Delatũque fuit ad Laban die tertio quòd aufugiſſet Iacob.
[23] Qui aſſumptis ſecum fratribus ſuis, inſecutus eſt eum itinere ſeptem dierum, & aſſecutus eſt eum in monte Gelaad.
[24] Venit autem Deus ad Laban in ſomnio noctis, & dixit ei, Caue tibi ne quid boni vel mali loquaris cum Iacob.
[25] Aſſecutus eſt ergo Laban Iacobum, iamque Iacob fixerat tabernaculum ſuum in monte, & Laban caſtrametari fecerat fratres ſuos in monte Gelaad.
[26] Dixitque Laban ad Iacob, Quid feciſti quòd furatus es cor meum, & abduxiſti filias meas veluti captiuas gladio? quare te celaſti, vt fugã capeſſeres? teque ſubduxiſti à me, ñec indicaſti mihi? Equidem dimiſiſſem te cum gaudio, & cantu, & citharis, ac ſyſtris.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
1 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[13] *Ego ſum omnipotens qui apparui tibi in*
Beth-Il, cùm vnxiſti ibi titulum,& vouiſti mihi
ibi votum. Et nunc ſurge, & exi ex hac regione, &
reuertere in regionem natiuitatis tuæ. [14] *Reſpon-*
deruntque ei Rahil & Lia, & dixerunt ei: Num
reſtat nobis portio & poſſeſſio in domo patris
noſtri? [15] *Nunc veluti exteros reputauit nos*
apud ſe, & ac ſi vendidiſſet nos, & comediſſet
pretium noſtrum. [16] *Et verò omnes diuitiæ, quas*
acquirere fecit te Deus à patre noſtro, ſunt nobis
& filiis noſtris. Itaque quidquid præcepit tibi Deus,
facito. [17] *Surrexit igitur Iacob, & impoſuit filios*
ſuos & coniuges ſuas camelis. [18] *Et duxit vni-*
uerſum armentum ſuum, & omnia bona ſua quæ
poſſederat in Phadan Aram, vt veniret ad Iſhac
patrem ſuum in regionem Chanaan. [19] *Et Laban*
abierat ad tondendas oues ſuas, abſconditque
Rahil ſimulacrum quod habebat pater ſuus.
[20] *Et celauit Iacob Laban Syro, cùm non indi-*
caſſet ei ſe abiturum. [21] *Abiit ergo ipſe & omnia*
bona ſua, & manè conſurgens tranſiit Euphra-
tem, propoſuitque in animo ſibi montem Geres.
[22] *Nuntiatum autem fuit Laban die tertia quòd*
Iacob iam diſceſſerat. [23] *Duxitque amicos ſuos*
ſecum, & perſecutus eſt eum ſpatio ſeptem dierum:
& aſſecutus eſt eum in Monte Geres.
[24] *Venitque Angelus Dei ad Laban Syrum in*
ſomnio noctis, & ait illi: Caue ne loquaris ad Ia-
cob bonum vel malum. [25] *Tum aſſecutus eſt*
Laban Iacobum, & Iacob fixerat tentorium ſuum
in monte. Et manere fecit Laban fratres ſuos in
monte Geres. [26] *Aitque Laban: Quid feciſti*
cùm celaueris mihi, & duxeris ambas filias meas
quaſi captiuas gladio?
[27] *Et quare latuiſti, & abiiſti, & celaſti me*
hoc, & non ſignificaſti illud mihi? ego enim comi-
tatus fuiſſem te cum gaudio, & cantu, & tympa-
nis, & citharis.

13 انا القادر المبشر لك في بيت ايل * اذ مسحت هناك النصبة
ونذرت لي ثم نذرا * والان قم فاخرج من هذا البلد وارجع الي
بلد مولدك * 14 فاجابته راحيل وليا * وقالتا له هل بقي لنا
نصيب ونحلة في بيت ابينا * 15 الان كالغرباء حسبنا عنده
وكانه باعنا واكل ثمننا * 16 واما جميع الغنا الذي افادك
الله اياه من قبل ابينا فهو لنا ولاولادنا * والان فجميع ما قال الله لك
فاصنعه * 17 فقام يعقوب وحمل بنيه ونساءه على الجمال *
18 وساق جميع ماشيته وجميع سرحه الذي ملكه في فدان ارام
ليجي الي اسحق ابيه الي بلد كنعان * 19 وكان لابان قد
مضى ليجز غنمه * فاخفت راحيل التمثال الذي لابيها *
20 وكتم يعقوب لابان الارمي اذ لم يخبره بانه منصرف *
21 فانصرف هو وجميع ماله * وبادر فعبر الفرات وجعل قصده
جبل جرش * 22 فاخبر لابان في اليوم الثالث ان يعقوب قد
انصرف * 23 فاخذ اصحابه معه وطلبه مسير سبعة ايام ولحقه
في جبل جرش * 24 فجاء ملاك الله الي لابان الارمي في حلم
الليل * وقال له احذر من ان تكلم يعقوب من خير الي شر *
25 ثم لحق لابان يعقوب وكان يعقوب قد ضرب خيمه في
الجبل * فانزل لابان اخوته في جبل جرش * 26 فقال لابان ماذا
صنعت اذ كتمتني وسقت بناتي كالمسبيين بالسيف *
27 ولم اختفيت فانصرفت وكتمتنيه ولم تخبرني به فكنت اشيعك
بفرح وغناء ودفوف وطنابير *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[13] Ego ſum Deus Bethel, cui vnxiſti ibi ſtatuam & cui vouiſti ibi votum: nunc autem ſurge, egredere
de terra iſta, & reuertere in terram natiuitatis tuæ. [14] Et reſpondit Rachel & Lea, dixeruntque ei;
nunquid adhuc nobis pars eſt & poſſeſſio in domo patris noſtri? [15] Nonne ſicut alienigenæ reputatæ
ſumus ei? nam vendidit nos, & comedendo comedit etiam argentum noſtrum. [16] Ideo omnes diuitiæ quas
abſtulit Dominus à patre noſtro, noſtræ ſunt & filiorum noſtrorum: Nunc autem quidquid tibi dixerit Do-
minus, facito. [17] Et ſurrexit Iacob, impoſuitque vxores ſuas & filios ſuos ſuper camelos. [18] Et abduxit omnia
pecora ſua, & omnes opes ſuas quas acquiſiuerat, pecora acquiſitionis ſuæ quæ acquiſiuerat in Padan Aram, vt
veniret ad Iſaacum patrem ſuum in terram Chanaan. [19] Laban autem abiuerat vt tonderet oues ſuas: Ra-
chel verò furata erat idola patris ſui. [20] Furatus eſt etiam Iacob cor Laban Syri, eo vſque vt non indicaret ei
quòd fugeret. [21] Et fugit ipſe, & omnia quæ ipſius erant, ſurgenſque tranſiuit fluuium, & poſuit faciem ſuam
verſus montem Galaad. [22] Et nuntiatum eſt Laban die tertio quod fugerat Iacob. [23] Accepitque fratres ſuos
ſecum, & ſecutus eſt poſt eum iter ſeptem dierum, atque aſſecutus eſt eum in monte Galaad. [24] Venit autem
Deus ad Laban Syrum in ſomnio noctis, & ait illi, caue tibi ne loquaris cum Iacobo à bono vſque ad malum.
[25] Aſſecutuſque eſt Laban Iacobum; Iacob autem fixerat tabernaculum ſuum in monte, Laban verò colloca-
uerat fratres ſuos in monte Galaad. [26] Et dixit Laban Iacobo, quid feciſti? furatus es cor meum, & abduxiſti
filias meas velut captiuas gladio. [27] Quare abſcondiſti te vt fugeres, & furatus es teipſum, neque indicaſti
mihi? dimiſiſſem enim te cum lætitia, cum canticis, cum tympanis, & cum cithara.

28 Nec permiſiſti mihi vt oſcularer filios meos &
filias meas. Stultè quidem te geſſiſti in eo quod
egiſti. 29 Valerêt manus meæ inferre vobis ma-
lũ: ſed Deus patris veſtri veſperè dixit mihi, Ca-
ue tibi ne loquaris cũ Iacob bonũ vel malum.
30 Eſto, abire omnino volebas, eo quòd ſummo
tenebaris deſiderio domus patris tui: cur furat⁹
es deos meos? 31 Reſpondit Iacob & dixit ad
Labã, Eo quòd timuerim, dixerimq;, Ne fortè
raperes filias tuas à me. 32 Is apud quẽ reperien-
tur dii tui, non viuat: corã fratribus noſtris re-
cognoſce quod tuũ eſt, quid apud me ſit, & ca-
pe tibi: Ignorabat autẽ Iacob quod Rahel eos
eſſet furata. 33 Ingreſſus itaque Laban in taber-
naculum Iacob, & in tabernaculũ Leæ, & in ta-
bernaculũ vtriuſque ancillę, nõ inuenit: egreſ-
ſuſque è tabernaculo Leæ, ingreſſus eſt ad ta-
bernaculum Rahelis. 34 Rahel verò ſumpſerat
idola, & poſuerat ea in clitellis cameli, inſedit-
que eis. attrectauitque Laban totum taberna-
culum, & nihil inuenit. 35 Ait autem Rahel
patri ſuo, Ne durum ſit in oculis domini mei
quòd non poſſim aſſurgere coram te, nam con-
ſuetudine laboro fœminarum. Perſcrutans
igitur non inuenit ſimulacra. 36 Quod ægrè
ferens Iacob, litigauit cum Laban; nam reſpon-
dens Iacob ait ad Laban, Quænam eſt ſtultitia
mea? & quænam culpa mea, vt inſecutus me ſis?
37 En contrectaſti cunctas ſupellectiles meas,
quid inueniſti ex vniuerſa ſupellectili domus
tuæ? pone hic ante fratres meos & fratres tuos,
& arguãt inter nos duos. 38 En viginti annis fui
tecũ, oues tuę & caprę tuæ nõ fuerũt ſteriles, &
arietes pecoris tui nõ comedi, 39 Et prędã captũ
nõ attuli tibi, ego cuſtodiebã illud: ſi quidẽ è ma-
nib⁹ meis illud exigebas, tã quod furto peribat
in die, quàm quod furto ſurripiebatur in nocte.
40 Cõtigit mihi vt interdiu voraret me calor, &
glacies noctu, receſſit ſõnus me⁹ ab oculis meis.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 *At ne permiſiſti quidem mihi oſculari filios meos,*
& filias meas . certè ſtultè feciſti quod feciſti.
29 *Et eſt in manu mea facultas inferendi vobis*
malum , niſi Deus patrum veſtrorum heri
dixiſſet mihi: Caue ne loquaris cum Iacob bonum,
vel malum. 30 *Et nunc proficiſcens profectus*
es,cùm exoptaſſes domum patris tui: quare autem
furatus es adorandum meum? 31 *Reſpondit Iacob*
dicens ad Laban: Quia ego timui,& dixi,ne diffi-
cultatem opponeres mihi ob duas filias tuas. 32 *Et*
is,cũ quo inuenies adorandũ tuum,non viuat corã
amicis noſtris: Dignoſce quid ſit tibi mecum, &
tolle illud. & ignorabat Iacob quòd Rahil abſcon-
diſſet illud. 33 *Ingreſſus eſt ergo Laban tabernacu-*
lum Iacob, & tabernaculum Liæ, & tabernacu-
lum duarum ancillarum, & nihil inuenit. Dein-
de egreſſus eſt de tabernaculo Liæ, & ingreſſus eſt
in tabernaculum Rahil; 34 *Et ipſa iam acce-*
per[illegible] ſimulacrum , & poſuerat illud in clytellis
ca[illegible] ,& ſederat ſuper illas. Explorauit ergo La-
ba[illegible] tum tabernaculum, nec inuenit quicquam.
35 *[illegible]ixitque patri ſuo: Ne durum ſit domi-*
no [illegible]; non enim poſſum ſurgere à conſpectu
t[illegible] m mos mulierum euenerit mihi. & non in-
u[illegible] ſimulacrum. 36 *Moleſtè tulit id Iacob,*
contendit cum Laban, & reſpondit ei dicendo
illi, Quæ eſt culpa mea, & quod peccatum meum,
vt perſecutus ſis me? 37 *En iam exploraſti omnia*
vaſa mea , ecquid inueniſti ex omnibus vaſis do-
mus tuæ? pone illud hîc coram amicis meis &
amicis tuis, & arguent nos de eo viciſſim.
38 *Heus talis, viginti annos fui tecum: agnæ tuæ*
& capræ tuæ non fuerunt infœcundæ, & ex arieti-
bus ouium tuarum non comedi, 39 *Et prædam non*
attuli tibi, & quod amiſi, è manu mea petiiſti. La-
boraui die , & laboraui nocte: 40 *Et in die*
vrebant me venti calidi, & gelu in nocte, & fugit
ſomnus meus ab oculis meis.

28 ولم تدرني اقبل بني وبناتي * الان قد جهلت فيما صنعت *
29 وموجود في يدي الطاقة ان اصنع بكم شرا * لولا ان اله ابيكم
البارحة قال لي احذر ان تكلم يعقوب من خير الي شر *
30 والان مضيا مضيت اذا اشتقت الي بيت ابيك * فلم سرقت
معبودي * 31 فاجاب يعقوب بان قال للابان لاني تخوفت وقلت
لئلا تغصبني بنتيك * 32 ومن وجدت معبودك معه لا يحيي
حذا اصحابنا * اثبت اي شي هو لك معي وخذه * ولم يعلم
يعقوب ان راحيل اخفته * 33 فدخل لابان خباء يعقوب وخباء
ليا وخباء الامتين ولم يجد شيا * ثم خرج من خباء ليا فدخل
الي خباء راحيل * وهي قد اخذت التمثال وصيرته في قتب الجمل
وجلست فوقه * فجس لابان جميع الخباء ولم يجد شيا *
35 فقالت لابيها لا يشتد علي سيدي فاني لا اطيق ان اقوم من
بين يديك اذ سبيل النساء قد عرض لي * ولم يجد التمثال *
36 فاشتد ذلك علي يعقوب وخاصم لابان * واجابه بان قال له ما جرمي
وما خطيتي اذ رهقتني * 37 وقد جسست جميع انيتي * فماذا
وجدت من جميع انية بيتك صيره هاهنا حذا اصحابي واصحابك
ويوبخونا به علي البدل * 38 يا هذا لي عشرون سنة معك
رخالك ومواعزك لم يثكل * ومن كباش غنمك لم اكل *
39 وفريسة لم ادفع اليك * وما استهلكته فمن يدي تطلبه * كددت
نهارا وكددت ليلا * 40 وكنت في النهار تحرقني السموم
والجليد في الليل * وبعد نومي من عيني *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Neque permiſiſti mihi oſculari filios meos & filias meas, nunc ſtultè egiſti. 29 Eſt fortis manus mea
vt malefaciat tibi: Sed Deus patris tui heri locutus eſt mihi dicens, caue tibi ne dicas Iacobo à bono vſque ad
malum. 30 Et nunc abeundo abiuiſti, quia deſiderando deſideraſti domum patris tui: quare furatus es
Deos meos? 31 Reſpondit autem Iacob,& dixit Laban, quia timui: dicebam enim ne fortè rapiat mihi
filias ſuas. 32 Cúmque inuenies deos tuos,non viuat in conſpectu fratrum ſuorum; recognoſce quod eſt me-
cum, & accipe tibi: non enim ſciebat Iacob quòd Rachel furata eſſet eos. 33 Ingreſſuſque eſt Laban &
proſtrauit in tabernaculo Iacobi, & in tabernaculo Leæ & in tabernaculis duarum ancillarum, & non inue-
nit: Egreſſus autem de tabernaculo Leæ, venit in tabernaculum Rachel. 34 Rachel verò acceperat idola,
& repoſuerat ea in clitella cameli, & ſederat ſuper eam; & contrectauit Laban omne tabernaculum, & non in-
uenit. 35 Tum dixit patri ſuo, ne grauiter ferat in oculis ſuis dominus meus, ſi non poſſum ſurgere à con-
ſpectu tuo, quoniam conſuetudo mulierum eſt mihi: & proſtrauit, & non inuenit idola. 36 Et iratus Ia-
cob iurgatus eſt cum Laban, reſponditque Iacob, & dixit ad Laban, quæ iniuſtitia mea, & quod peccatum
meum? quod tam ardenter inſecutus es me? 37 Cum autem contrectaſti omnia vaſa mea, quid inueniſti ex
omnibus vaſis domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & arguãt inter nos duos. 38 Hos
viginti annos ego fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ non abortiuerunt; arietes pecudum tuarum non comedi.
39 Raptum non attuli tibi: ego expiabam de manu mea furtum diei & furtum noctis 40 Substiti interdiu,
conſumebat me æſtus, & gelu noctu, fugiebatque ſomnus meus ab oculis meis.

41 [Syriac text not transcribed]
42 [Syriac text not transcribed]
43 [Syriac text not transcribed]
44 [Syriac text not transcribed]
45 [Syriac text not transcribed]
46 [Syriac text not transcribed]
47 [Syriac text not transcribed]
48 [Syriac text not transcribed]
49 [Syriac text not transcribed]
50 [Syriac text not transcribed]
51 [Syriac text not transcribed]
52 [Syriac text not transcribed]
53 [Syriac text not transcribed]

41 En viginti annis fui domi tuæ: ſeruiui tibi
quatuordecim annos pro duabus filiabus tuis,
& ſex annos pro ouibus tuis: immutaſti merce-
dem meam decem vicibus. 42 Et niſi Deus
patris mei, Deus Abraham, & timor Iſahac af-
fuiſſet mihi, nunc vacuum me dimiſiſſes:
ærumnam & laborem manuum mearum re-
ſpexit Deus, & redarguit te veſperè.
43 Reſpondit Laban & dixit Iacobo, Filiæ *iſtæ*
filiæ meæ ſunt, & filii *iſti* filii mei, & oues *iſtæ*
oues meæ, & quicquid vides, meum eſt: filiabus
autem meis iſtis quid facerem hodie, aut filiis
earum quos pepererunt? 44 Nunc ergo veni
ineamus fœdus ego & tu, ſitque teſtis inter
me & te. 45 Acceptum itaque Iacob lapi-
dem erexit in ſtatuam.
46 Dixitque Iacob fratribus ſuis, Legite
lapides. qui capientes lapides, confecerunt
aceruum, & comederunt ibi ſuper aceruum.
47 Vocauitque eum Laban, Aceruum teſti-
monii: Iacob autem vocauit eum, Gelaad.
48 Dixitque Laban, Aceruus hic teſtis eſt
inter me & te hodie: idcirco appellauit nomen
eius Gelaad, 49 Et ſpeculam: dixit enim,
Intueatur Dominus inter me & te, quando-
quidem ſeparandi ſumus alter ab altero: 50 Si
contumelioſè tractaueris filias meas, ſique du-
xeris *alias* vxores vltra filias meas. Nemo nobi-
ſcum eſt: vide quòd Deus teſtis eſt inter me &
te. 51 Ait quoque Laban ad Iacob, En aceruus
iſte, & en ſtatua iſta quam erexi inter me & te.
52 Teſtis eſto acceruus iſte, & teſtis eſto ſta-
tua hæc, me non tranſiturum contra te hunc
aceruum, teque pariter non tranſiturum con-
tra me aceruum hunc & ſtatuam iſtam malo
animo. 53 Deus Abraham, Deus Nahor iu-
dicet inter nos, Deus patrum noſtrorum. Iu-
rauitque Iacob per timorem patris ſui Iſahac.

VERSIO SAMARITANA.

41 [Samaritan text not transcribed]
42 [Samaritan text not transcribed]
43 [Samaritan text not transcribed]
44 [Samaritan text not transcribed]
45 [Samaritan text not transcribed]
46 [Samaritan text not transcribed]
47 [Samaritan text not transcribed]
48 [Samaritan text not transcribed]
49 [Samaritan text not transcribed]
50 [Samaritan text not transcribed]
51 [Samaritan text not transcribed]
52 [Samaritan text not transcribed]
53 [Samaritan text not transcribed]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

41 [Samaritan text not transcribed]
42 [Samaritan text not transcribed]
43 [Samaritan text not transcribed]
44 [Samaritan text not transcribed]
45 [Samaritan text not transcribed]
46 [Samaritan text not transcribed]
47 [Samaritan text not transcribed]
48 [Samaritan text not transcribed]
49 [Samaritan text not transcribed]
50 [Samaritan text not transcribed]
51 [Samaritan text not transcribed]
52 [Samaritan text not transcribed]
53 [Samaritan text not transcribed]

41 En fui viginti annos in habitaculo tuo: ſerui-
ui tibi ex eis quatuordecim pro duabus filiabus
tuis, & ſex annis pro ouibus tuis: & mutaſti mer-
cedem meam decem vicibus.
42 Niſi Deus patris mei Ebrahim, & timor
Iſhac fuiſſet mihi adiutorio, nunc dimiſiſſes me
vacuum. Ad imbecillitatem meam & ad labo-
rem volæ meæ reſpexit Deus, & increpauit te heri.
43 Reſpondit Laban dicendo ad Iacob: Filiæ ſunt
filiæ meæ, & filii ſunt filii mei, & oues ſunt oues
meæ, & omne quod vides, meum eſt: quid ergo po-
tui hodie facere filiabus meis, & filiis earum quos
genuerunt?
44 Sed veni paciſcamur pactum ego & tu, &
ſit teſtis inter me & inter te.
45 Tulitque Iacob lapidem, & erexit eum titu-
lum. 46 Deinde dixit Iacob ſociis ſuis: Colligi-
te lapides. collegeruntque lapides, & erexerunt eos
in cumulum, & comederunt cibum ſuper eos.
47 Et appellauit eum Laban, Cumulum teſtimo-
nij, & Iacob appellauit illum Hebraicè, Gel-Id.
48 Et dixit ei Laban, Hic cumulus teſtis eſt inter
me & inter te hodie; & propterea vocauit eum
Cumulum teſtimonij.
49 Et vocatus eſt Lapis intuens. Ait, In ipſo in-
tueatur Deus me & te, vt tutus ſit vnuſquiſque
noſtrum ab amico ſuo:
50 Vt ne crucies duas filias meas: neque ſumas
præter eas, mulieres. Non eſt nobiſcum homo alie-
nus. Vide, Deus teſtis eſt inter me & inter te. 51 Et
dixit Laban ad Iacob: Ecce hic cumulus, & hic
titulus quem ſtrauiſti, ſit inter me & inter te.
52 Iſte cumulus teſtis eſt, & titulus teſtis eſt, quòd
non tranſgrediar eos ad te: & tibi, quòd non tranſ-
gredieris eos ad me, in malum.
53 Deus Ebrahim & Deus Nahor iudicet in-
ter nos: ipſe eſt Deus patrum eorum. & iurauit
Iacob per timorem patris ſui Iſhac.

41 هذا لي عشرون سنة في منزلك * خدمتك منها اربع عشرة
سنة بابنتيك * وست سنين بغنمك * فبدلت اجرتي عشر
اعداد * 42 لولا اله ابي ابراهيم وفزع اسحق كان لي عونا لكنت
الان قد اطلقتني فارغا * لضعفي ولتعب كفي نظر الاله ووبخك
البارحة * 43 فاجاب لابان بان قال ليعقوب البنات بناتي والبنون
بني والغنم غنمي وجميع ما تراه هو لي * فما عسيت ان افعل اليوم
ببنتي وباولادهما الذين ولدا * 44 لكن تعال نتعهد عهدا انا وانت
ويكون شاهدا بيني وبينك * 45 فاخذ يعقوب حجرا ورفعه
نصبة * 46 ثم قال يعقوب لاصحابه اجمعوا حجارة * فجمعوا
حجارة ونصبوها رجما * واكلوا طعاما فوقها * 47 وسماه لابان
رجم الشهادة * ويعقوب سماه بالعبرانية جل عد * 48 وقال له
لابان هذا الرجم شاهد بيني وبينك اليوم * ولذلك سماه رجم
الشهادة *
49 وسمي الحجر المطلع * قال فيه يطلع ـ علي وعليك * فانا نستتر
كل واحد منا من صاحبه * 50 ان لا تعذب بنتي ولا تتخذ
عليهما نساء * ليس معنا انسان غريب * انظر الله شاهد بيني وبينك *
51 وقال لابان ليعقوب هوذا هذا الرجم وهذه النصبة التي
سدوت بها بيني وبينك * 52 هذا الرجم شاهد والنصبة
شاهدة ان لا اجوزهما اليك * وعليك ان لا تجوزهما الي لشر *
53 اله ابراهيم واله ناحور يحكم فيما بيننا هو اله ابيهما * وحلف
يعقوب بفزع ابيه اسحق *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

41 Hos viginti annos fui domi tuæ: ſeruiui tibi quatuordecim annis pro duabus filiabus tuis, & ſex annis pro
pecudibus tuis, & mutaſti mercedem meam decem vicibus. 42 Niſi Deus patris mei, Deus Abraham, &
timor Iſaaci adfuiſſet mihi, certè nunc vacuum dimiſiſſes me: afflictionem meam & laborem manuum mea-
rum vidit Deus, & iudicauit heri. 43 Reſpondit autem Laban, dixitque Iacobo: filiæ, filiæ meæ; & filii, filii
mei; & pecudes, pecudes meæ: Et omnia quæcunque vides, mea ſunt & filiarum mearum. Quid faciam eis ho-
die aut filiis earum quos pepererunt? 44 Nunc igitur veni, percutiamus fœdus, ego & tu, ſitque in teſtimo-
nium inter me & inter te. 45 Tum accepit Iacob lapidem & erexit eum in ſtatuam. 46 Dixitque Iacob
fratribus ſuis, colligite lapides; & acceperunt lapides, & fecerunt tumulum, comederuntque ibi ſuper tumu-
lum. 47 Et vocauit eum Laban, tumulum teſtimonii, Iacob verò vocauit eum, tumulum teſtis.
48 Dixit autem Laban, tumulus iſte teſtis eſt inter me, & inter te hodie, ideo vocauit nomen eius Galaad.
49 Et Mitſba, quia dixit: reſpiciat Deus inter me, & inter te, nam latemus alter alteri.
50 Si afflixeris filias meas, vel ſi acciperis vxores ſuper filias meas, nemo nobiſcum eſt qui videat, Deus teſtis
eſt inter me & inter te. 51 Dixit quoque Laban Iacobo, ecce tumulus iſte, & ecce ſtatua quam vidiſti in-
ter me & inter te. 52 Teſtis eſt tumulus iſte, & teſtis eſt ſtatua iſta: Si ego non tranſibo ad te tumulum iſtum,
& ſi tu non tranſibis ad me tumulum iſtum & ſtatuam iſtam in malum. 53 Deus Abraham, & Deus Nachor,
iudicet inter nos, Deus Abraham, & iurauit Iacob per pauorem patris ſui Iſaac.

54 [illegible]
55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

54 Præterea mactauit Iacob victimam in mon-
te, cõuocauitque fratres ſuos ad comedendum
panem: qui comederunt panem, & pernocta-
runt in monte. 55 Surgenſque Laban diluculo,
oſculatus eſt filios ſuos & filias ſuas, & benedi-
xit eis: reuerſuſque eſt Laban, & abiit in pa-
triam ſuam.

CAPVT XXXII.

IAcob etiam profectus eſt itinere ſuo, & oc-
currerunt ei Angeli Dei. 2 Dixitque Iacob
cùm vidiſſet eos, Caſtra Dei ſunt hæc, & voca-
uit nomen loci illius Mahanaim. 3 Miſitque Ia-
cob nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuũ in ter-
ram Seir in campum Edom. 4 Et præcepit eis
dicens eis, Sic dicetis domino meo Eſau, Sic
dicit ſeruus tuus Iacob, Apud Laban hoſpes fui
& moram traxi vſque ad hãc diem. 5 Factique
ſunt mihi boues, & aſini, & oues, & ſerui, & an-
cillæ, miſique indicatũ *hæc* Domino meo, vt in-
ueniam gratiam in oculis tuis. 6 Reuerſique
ſunt nuntii ad Iacob, & dixerunt ei, Iuimus ad
Eſau fratrem tuum, & ecce etiam ipſe venit in
occurſum tuum, & quadringentos viros ſe-
cum habet. 7 Timuit autem Iacob, ſummo-
que fuit angore perculſus: quare diſtribuit po-
pulum qui ſecum erat, oueſque, & boues, nec-
non camelos in duas turmas: 8 Et ait Iacob, Si
venerit Eſau frater meus aduerſus turmam
vnam & trucidauerit eam, turma quæ ſupereſt,
euadet. 9 Et orauit Iacob dicens, Deus pa-
tris mei Abrahæ, Deus patris mei Iſahac, Do-
mine qui dixiſti mihi, Reuertere in terram pa-
trum tuorum & natalium tuorum, & benefa-
ciam tibi: 10 Inferior ſum omnibus benefi-
ciis tuis omnique iuſtitia quam feciſti erga
ſeruum tuum, nam baculo meo tranſiui Ior-
danem iſtum, & nunc factus ſum in duas
turmas.

VERSIO SAMARITANA.

54 [illegible]
55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

54 [illegible]
55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

54 *Deinde mactauit Iacob ſacrificium in monte, & conuocauit amicos ſuos, vt comederent cibum. Comederuntque cibum, & dormierunt in monte.*
55 *Surrexit autem ſummo manè Laban, & oſculatus eſt filios ſuos & filias ſuas, & fauſta precatus eſt eis. Deinde abiit Laban, reuerſuſque eſt ad locum ſuum.*

CAPVT XXXII.

ET Iacob abiit per iter ſuum, & irruerunt in eum Angeli Dei. 2 *Dixitque Iacob cùm vidit eos: Iſte eſt exercitus Dei. Et vocauit illum locum, Locum militũ.* 3 *Tum Iacob miſit nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in regionem Sarah, agrum Adum.* 4 *Et monuit eos dicens: Sic dicite domino meo Eſau: Ita dixit ſeruus tuus Iacob, quòd ego habitaui apud Laban, & moratus ſum vſque nunc: & facti ſunt mihi boues, & aſini, & oues, & ſerui, & ancillæ: & miſi qui nuntiaret domino meo, vt inuenirem ſortem apud te.*
6 *Et reuerſi ſunt nuntij ad Iacob, dicentes: Iuimus ad fratrem tuum Eſau, & ecce ipſe proficiſcens eſt in occurſum tuum, & cum eo quadrigenti viri.* 7 *Et timuit Iacob valdè, & anxit eum negotium, diuiſitque gentem quæ cum eo erat, & oues, & boues, & camelos, in duos exercitus.*
8 *Et ait: Si venerit Eſau ad alterum eorum, & perdiderit illum, erit exercitus reliquus ſaluus.*
9 *Tum dixit Iacob, O Deus aui mei Ebrahim, & Deus patris mei Iſhac: ô Deus qui dixiſti mihi: Reuertere ad patriam tuam, & ad locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi:*
10 *Ego minor ſum omnibus fauoribus & beneficiis quæ feciſti cum famulo tuo; quoniam cum baculo meo tranſiui hunc Iordanem, & nunc facti ſunt mihi duo exercitus.*

54 ثم ذبح يعقوب ذبحا في الجبل * ودعا باصحابه الي ان ياكلوا
طعاما * فاكلوا طعاما وباتوا في الجبل * 55 فادلج لابان فقبل بنيه
وبناته ودعا لهم * ثم مضي لابان فرجع الي موضعه *

* الفصل الثاني والثلثون *

1 ويعقوب مضي في طريقه * وفاجاته ملايكة الله * 2 فقال
يعقوب لما راهم هذا عسكر الله * وسمي ذلك الموضع ذا العسكرين *
3 ثم ان يعقوب ارسل رسلا بين يديه الي العيص اخيه * الي بلد
شراه حقل ادوم * 4 واوصاهم قايلا هكذا قولوا لسيدي العيص *
كذا قال عبدك يعقوب اني سكنت عند لابان فتاخرت الي الان *
5 وصارت لي بقر وحمير وغنم وعبيد واماء * وبعثت من يخبر
سيدي لاجد حظا عندك * 6 فرجع الرسل الي يعقوب
قايلين صرنا الي اخيك العيص * فاذا هو ماض للقايك ومعه
اربعماية رجل * 7 فخاف يعقوب جدا * وضاق به الامر * فقسم
القوم الذين معه والغنم والبقر والجمال في عسكرين *
8 وقال ان جاء العيص الي احدهما فاهلكه * كان العسكر الباقي
فلتا * 9 ثم قال يعقوب يا اله جدي ابرهيم واله ابي اسحق
يا الله القايل لي ارجع الي بلدك والي مولدك واحسن
اليك *
10 انا اقل من استحقاق جميع الفضل والاحسان الذي صنعته
مع عبدك * لاني بعصاي عبرت هذا الاردن والان قد صار لي
عسكران *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

54 Sacrificauit etiam Iacob ſacrificium in monte, & vocauit fratres ſuos vt comederent panem, comederuntque panem & pernoctarunt in monte. 55 Surgens autem Laban ſummo mane, oſculatus eſt filios ſuos & filias ſuas, benedixit quoque eis, & abiuit & reuerſus eſt Laban in locum ſuum.

CAPVT XXXII.

IAcob verò iuit viam ſuam, & occurrerunt ei Angeli Dei. 2 Dixit autem Iacob cum vidit eos, caſtra Dei ſunt hæc; vocauitque nomen loci huius, Mahanaim. 3 Poſtea miſit Iacob nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir, agrum Edom. 4 Præcepitque eis dicens, ſic loquemini Domino meo Eſau, ſic dicit ſeruus tuus Iacob: cum Laban habitaui & commoratus ſum vſque nunc. 5 Eſt etiam mihi bos, & aſinus, & pecus, & ſeruus, & ancilla: miſi autem vt nuntiarem Domino meo, inueniremque gratiam in oculis tuis. 6 Redieruntque nuntij ad Iacobum dicentes, venimus ad fratrem tuum Eſau, & ipſe etiam venit in occurſum tuum, & quadringenti viri cum eo. 7 Et timuit Iacob valde, anxiuſque diuiſit populum qui erat cum eo, & oues, & boues, & camelos in duo caſtra. 8 Dicebat enim, ſi venerit Eſau ad caſtrum vnum, & percutiat illud, caſtrum reſiduum conſeruabitur. 9 Dixit autem Iacob, Deus patris mei Abraham, Deus patris mei Iſaac, Dominus qui dixit mihi, reuertere in terram tuam & ad cognationem tuam, & benefaciam tibi. 10 Minor ſum omnibus miſericordiis, & omni veritate quam feciſti ſeruo tuo, quia in virga tranſiui Iordanem iſtum, nunc autem factus ſum in duo caſtra.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 Libera me de manibus Eſau fratris mei, quia
timeo eum, ne veniat percutiatque me, & ma-
trem ſimul cum filiis ſuis. 12 Et tu quidem
dixiſti, Benefaciens benefaciam tibi, reddam-
que ſemen tuum veluti arenam maris, quæ non
numeratur præ multitudine ſua. 13 Et perno-
ctauit illic nocte illa. & accepit ex his quæ attu-
lerat manu ſua, munus Eſeau fratri ſuo: 14 Ca-
pras ducentas & hircos viginti, oues ducentas
& arietes viginti: 15 Camelas lactantes cum
pullis earum triginta, vaccas quadraginta &
tauros viginti, aſinas viginti & pullos decem.
16 Traditque in manum ſeruorum ſuorum
ſingulos greges ſeorſim. Dixitque ſeruis ſuis,
Antecedite me, & ſpatium facite inter ſingu-
los greges. 17 Præcepitque priori, ac dixit ei,
Cùm occurrerit tibi Eſau frater meus, & inter-
rogauerit te, dixeritque tibi, Quis es tu, quò
vadis, & cuius iſta ſunt quæ te præcedunt?
18 Dic illi, Serui tui Iacobi ſunt, munus quod
miſit ad dominum meum Eſau: & en ipſe
quoque ſubſequitur nos. 19 Præcepit etiam
ſecundo ac tertio, & denique omnibus ſequen-
tibus gregem, dicens, Iuxta ſermonem hunc
dicetis Eſau, cùm repereritis eum.
20 Et dicetis ad eum, En etiam ſeruus tuus
Iacob poſt nos eſt. dixit enim, Placabo iram
eius munere quod me præcedit, ac deinde vi-
debo faciem eius, fortaſſe *benignè* excipiet
vultum meum. 21 Præceſſit itaque eum
munus, ipſe verò pernoctauit nocte illa in ca-
ſtris. 22 Et conſurgens nocte duxit duas
vxores ſuas, & vtramque ancillam ſuam cum
vndecim filiis ſuis, traduxitque eos per de-
ſertum Iaboc.
23 Et duxit eos, tranſmiſitque eos vltra tor-
rentem, tranſmiſit quoque quicquid ha-
bebat.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 *Libera me de manu fratris mei, de manu Eſau; quoniam ego timeo eum, ne veniat, & occidat eas quæ mecum ſunt matres cum filiis.*
12 *Et tu dixiſti: Ego benefaciam tibi, & efficiam progeniem tuam veluti arenam maris, quæ non numeratur propter ſuam multitudinem.*
13 *Et pernoctauit ibi in illa nocte, & ſepoſuit ex his quæ attulerat ſecum, munus Eſau fratri ſuo.*
14 *Ducentas capras, & viginti hircos, & ducentas agnas, & viginti arietes.*
15 *Et triginta camelas lactantes cum pullis ſuis, & quadraginta vaccas, & decem tauros, & viginti aſinas, & decem pullos.*
16 *Et poſuit ea in manu ſeruorum ſuorum, gregem & gregem ſeorſum, & ait illis: Antecedite me, & ponite ſpatium inter gregem & gregem.*
17 *Admonuitque primum, dicens: Si te offenderit Eſau frater meus, & interrogauerit te, & dixerit: Cuius es, & quò vadis, & cuiuſnam ſunt hæc quæ ſunt ante te?*
18 *Dic: Serui tui Iacob ſunt hæc, munus miſſum ad dominum meum Eſau: & ecce ipſe quoque poſt nos eſt.*
19 *Et præcepit etiam ſecundo rem huic ſimilem, & tertio quoque, & reliquis etiam abeuntibus cum gregibus, dicens: Iuxta hunc ſermonem dicetis ad Eſau cùm perueneritis ad eum.*
20 *Et dicite etiam: Ecce Iacob poſt nos eſt. Dixit enim: Placabo illum priùs munere præuio mihi, & poſtea aſpiciam ad vultum eius, fortè ſupplicationem meam accipiet.*
21 *Præceſſit ergo eum munus, & ipſe pernoctauit ea nocte in caſtris.*
22 *Et ſurrexit ea nocte, accepitque duas vxores ſuas, & duas ancillas ſuas, & vndecim filios quos habebat, & tranſiuit ripam Iaboc.*
23 *Sumpſitque eos, & traduxit illos per torrentem, & traduxit omnia bona ſua.*

11 فخلصني من يد اخي من يد العيص فاني اخاف منه ان ياتي
فيقتل من معي من الامهات مع البنين * 12 وانت قلت انا احسن
اليك واصير نسلك كرمل البحر الذي لا يحصى من كثرته *
13 وبات ثم في تلك الليلة وعزل مما جا به معه هدية للعيص
اخيه * 14 مايتي عنز وعشرين تيسا * ومايتي نعجة وعشرين
كبشا * 15 وثلاثين ناقة مرضعة مع اولادها * واربعين بقرة
وعشرة ثيران * وعشرين اتانا وعشرة جحاش * 16 وجعل ذلك
بيد عبيده قطيعا قطيعا على حدته * وقال لهم تقدموا قدامي وصيروا
فرجة بين قطيع وبين قطيع * 17 ووصى الاول قايلا ان لقيك
العيص اخي وسالك فقال لمن انت والى اين تمضي ولمن هذا
الذي بين يديك * 18 فقل لعبدك يعقوب هي هدية مبعوثة
الى سيدي العيص وهوذا هو ايضا وراءنا * 19 ووصى الثاني ايضا
مثل ذلك وايضا الثالث وايضا ساير الماضين مع القطعان قايلا *
مثل هذا القول تقولون للعيص اذا وافيتموه *
20 وقولوا ايضا هوذا يعقوب وراءنا * لانه قال ارضاه اولا بالهدية
المتقدمة بين يدي * وبعد ذلك انظر الى وجهه لعله
يشفعني *
21 فتقدمته الهدية وهو بات تلك الليلة في العسكر *
22 وقام في تلك الليلة فاخذ زوجتيه وامتيه والاحد عشر ابنا
الذين له فعبر جنب يبوق * 23 ثم اخذهم وعبر بهم الوادي
وعبر بجميع ماله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Eripe me quæſo de manu fratris mei, de manu Eſau, nam eum ego timeo, ne veniat & percutiat me, matrem ſuper filios. 12 Tu autem dixiſti, benefaciendo benefaciam tibi, & ponam ſemen tuum ſicut arenam maris quæ non poteſt ſupputari præ multitudine. 13 Pernoctauit autem ibi illa nocte. Et accepit de occurrente in manum ſuam munera pro Eſau fratre ſuo. 14 Capras ducentas, & hircos viginti, oues ducentas & arietes viginti. 15 Camelos lactantes cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & iuuencos decem, aſinas viginti, & aſellos decem. 16 Et dedit in manus ſeruorum ſuorum ſingulos greges ſeorſim, dixitque ſeruis ſuis; tranſite ante me, & interuallum ponite inter gregem, & inter gregem.
17 Præcepitque primo dicens, cum occurrerit tibi Eſau frater meus, & interrogauerit te, dicens: cuius es tu, & quò vadis; & cuius ſunt iſta quæ ſunt ante faciem tuam.
18 Tunc reſpondebis, ſerui tui Iacobi; munus hoc miſſum eſt Domino meo Eſau, Et ecce ipſe etiam poſt nos. 19 Præcepit etiam ſecundo, atque etiam tertio, atque etiam omnibus ſequentibus greges, dicens; ſecundum verba iſta loquemini ad Eſau, cum inueneritis eum. 20 Dicetis, ecce etiam ſeruus tuus Iacob venit poſt nos: dicit enim, placabo faciem eius per munus præcedens me; poſtea videbo faciem eius, fortaſſe ſuſcipiet faciem meam. 21 Tranſiuit igitur munus ante ipſum, ipſe verò pernoctauit nocte illa in caſtris.
22 Surrexit autem nocte illa, & accepit duas vxores ſuas & duas ancillas ſuas, & vndecim filios ſuos, & tranſiuit vadum Iaboc. 23 Sumpſitque illos, & tranſire fecit fluuium, traduxitque omnia quæ ipſius erant.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

24 Et manſit Iacob ſolus, & decertauit cum
eo vir, donec orta eſſet aurora: 25 Qui videns ſe
non poſſe ei præualere, tetigit coxēdicem eius,
luxataque eſt coxendix Iacob cùm decertaret
cum eo. 26 Dixitque ad eum, Dimitte me, quo-
niam orta eſt aurora. Reſpondit, Non dimittā
te niſi benedixeris mihi. 27 Ait illi, Quod eſt
nomen tuum? Dixit, Iacob. 28 Inquit ei, Non
vocabitur ampliùs nomen tuum Iacob, ſed
Iſrael: quia fortis fuiſti cum Angelo & cum
viro, & polluiſti viribus. 29 Et interrogauit
eum Iacob dicens, Indica mihi nomen tuum.
Ait illi, Cur poſtulas de nomine meo? Et bene-
dixit ei ibi. 30 Vocauit autem Iacob nomen
loci illius Phanuel: quoniam vidi Angelum fa-
cie oppoſita faciei: & liberata eſt anima mea.
31 Ortuſque eſt ei ſol quum pertranſiſſet Pha-
nuel, & ipſe claudicabat coxendice ſua, ſiqui-
dem luxata fuerat coxēdix Iacob. 32 Propterea
non comedunt filii Iſrael neruum muliebrem
qui eſt in coxendice femoris vſque in præſen-
tem diem, quia tetigit coxendicem femoris Iā-
cob, muliebrem *ſcilicet neruum.*

CAPVT XXXIII.

ATtollens autem Iacob oculos ſuos vidit,
& ecce Eſau veniebat, & cum eo qua-
dringēti viri: diuiſitque filios inter Leam & Ra-
helē, & ambas ancillas. 2 Et trāſire fecit ancillas
cum filiis earum initio, Leam verò & filios eius
ſecundo loco, & Rahelem ac Ioſeph poſtremo.
3 Ipſe autem præceſſit eos, & adorauit ſuper
terrā ſeptem vicibus quouſq; appropinquaret
ad fratrem ſuum. 4 Et accurrit Eſau in occur-
ſum eius, eūque amplexatus cecidit ſuper collū
eius, & oſculatus eſt eū, fleueruntque. 5 Et ſu-
blatis Eſau oculis ſuis, vidit mulieres & pueros,
dixitq;, Vnde tibi iſti? Reſpōdit illi Iacob, Pue-
ri ſunt quos cōceſſit Deus ſeruo tuo. 6 Deinde
accedētes ancillę ſimul cū filiis ſuis, adorauerūt

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

[24] *Et remanſit Iacob in eo latere ſolus. luctatus
eſt autem cum eo vir vſque ad ortum auroræ.*
[25] *Cúmque vidiſſet ſe non poſſe aduerſus illum,
tetigit iſchium femoris eius, & luxatum eſt
iſchium femoris Iacob in lucta ſua cum eo.* [26] *Cúm-
que orta eſſet aurora, dixit ei: Dimitte me. Ait:
Non dimittã te niſi poſtquã benedixeris mihi.* [27] *Et
dixit ad eũ, Quod eſt nomen tuum? Ait illi: Iacob.*
[28] *Dixit: Non vocabitur nomen tuũ ſemper Iacob
tantùm, ſed Iſrael etiam: quoniam excelluiſti
apud Deum, & apud homines, & valuiſti ad hoc.*
[29] *Deinde interrogauit eum Iacob, & ait illi: Indi-
ca mihi nomen tuum. Dixit, Et ad quid petitio tua
de nomine meo? Et quia benedixit eum ibi,*
[30] *Vocauit locum illum Iacob, Phaniail, dicens:
Vidi Angelum Dei coràm, & ſalua facta eſt ani-
ma mea.* [31] *Cúmque pertranſiſſet Phaniail, or-
tus eſt illi ſol. Et vſque ad illud tempus claudicabat
ex femore ſuo.* [32] *Propterea non comedunt filij
Iſrael neruum muliebrem qui eſt cum iſchio fe-
moris, vſque in hanc diem: eo quòd tetigiſſet
iſchium femoris Iacob, neruum muliebrem.*

CAPVT XXXIII.

*PRæterea leuauit Iacob oculos ſuos, aſpexitque,
& ecce Eſau veniens, & cum eo quadringenti
viri. diuiſitque filios ſuos inter Rahil, & Liam, &
ambas famulas.* [2] *Et collocauit ambas ancillas
ac filios earum in primis: deinde Liam ac filios
eius: tum Rahil ac filios eius poſtremò:*
[3] *Et ipſe præcedebat eos. Adorauitque ſuper ter-
ram ſeptem vicibus quouſque peruenit ad fratrem
ſuum.* [4] *Cucurrit autem Eſau in occurſum eius,
& amplexatus eſt eum, prociditque ſuper collum
eius, & oſculatus eſt eum, & fleuerunt ambo.*
[5] *Leuauitq́ oculos ſuos, & vidit mulieres ac filios,
dixitque: Quî pertinent iſti ad te? Dixit: Sunt
filij quos conceßit Deus ſeruo tuo.* [6] *Acceſſeruntq́
ambæ ancillæ & filij earum, & adorauerunt.*

24 وبقي يعقوب في ذلك الجانب وحده * فصارعه رجل الى مطلع
الفجر * 25 ولما راى انه لم يطيقه دنا من حق وركه * فزال حق
وركه يعقوب في مصارعته له * 26 فلما طلع الفجر قال له اطلقني
قال لا اطلقك دون ان تباركني * 27 وقال له ما اسمك * قال له
يعقوب * 28 قال لا يسمى اسمك ابدا يعقوب فقط * بل اسرايل
ايضا * لانك راست عند الله وعند الناس واطقت ذلك * 29 ثم
ساله يعقوب وقال له اخبرني باسمك * قال وما سوالك عن اسمي * ولما
باركه ثم 30 وسمي الموضع يعقوب فنايل قايلا اني رايت ملاك الله
مواجهة وتخلصت نفسي * 31 فلما عبر فنايل اشرق له الشمس
وكان الي وقته ذاك يظلع من وركه * 32 لذلك لا ياكل بنو اسرايل
عرق النسا الذي مع حق الورك الي هذا اليوم * لما دنا بحق ورك
يعقوب بعرق النسا *

* الفصل الثالث والثلثون *

1 ثم رفع يعقوب عينيه فنظر فاذا العيص مقبل ومعه اربع مايه
رجل * ففرق اولاده علي راحيل وليا والامتين * 2 وصير الامتين
واولادهما اولا * ثم ليا واولادها * ثم راحيل واولادها بعد ذلك *
3 وهو يقدمهم * فسجد على الارض سبع مرات الي ان دنا
من اخيه * 4 فاحضر العيص للقايه * فعانقه وانكب على
عنقه وقبله وبكيا * 5 ورفع عينيه فنظر النسا والاولاد * فقال
من هولاء منك * قال الاولاد الذين رزقهم الله عبدك *
6 فتقدم الامتان واولادهما وسجدوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[24] Et remanente Iacobo ſolo luctatus eſt vir cum eo vſque dum aſcenderet aurora. [25] Cum autem videret
quod non præualeret ei, tetigit acetabulum femoris eius, & luxatum eſt acetabulum femoris Iacob dum lucta-
retur cum eo, [26] Aitque, dimitte me, aſcendit enim aurora; reſpondit verò, non dimittam te niſi benedixeris
mihi. [27] Et dixit ei, quod eſt nomen tuum? reſponditque, Iacob. [28] Tum dixit, non dicetur ampliùs Iacob no-
men tuum, ſed Iſrael; nam princeps fuiſti cum Deo, & cum hominibus, & præualuiſti. [29] Interrogauitque Ia-
cob, & dixit, indica quæſo nomen tuum, & reſpondit, cur quæris nomen meũ? benedixitque eum ibi. [30] Itaque
vocauit Iacob nomen loci Phanuel, quia vidi Deum facie ad faciem, & ſeruata eſt anima mea. [31] Ortus eſt au-
tem ei ſol cum tranſiuit Phanuel: Ipſe verò claudicabat femore ſuo. [32] Ideo non comedunt filii Iſrael neruum
torporis qui eſt ſuper acetabulum femoris, vſque in hunc diem; quia tetigit acetabulum femoris Iacob, in ner-
uo qui obtorpuit.

CAPVT XXXIII.

ET leuauit Iacob oculos ſuos, viditque & ecce Eſau veniebat, & cum eo quadringenti viri, tum diuiſit
filios Leæ & Rachel, & duarum ancillarum. [2] Poſuitque ancillas, & filios earum in principio: Leam verò
& filios eius poſteriores, Rachelem autem & Ioſephum nouiſſimos. [3] Ipſe verò præiuit illis, proſtrauitque ſe in
terram ſepties, vſque dum appropinquaret ad fratrem ſuum. [4] Cucurrit autem Eſau obuiam ei, amplexuſque
eſt eum, & cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum, & fleuerunt. [5] Poſtea leuauit oculos ſuos, & vidit
mulieres & pueros, & dixit, quid hæc ſunt tibi? reſponditque, pueri ſunt quos miſericorditer dedit Deus ſeruo
tuo. [6] Et acceſſerunt ancillæ ipſæ, & filii earum & adorauerunt.

[illegible] (Syriac text, verses 7–20)

7 Acceſſit quoque Lea & filii eius, & adora-
uerunt. Demum acceſſit etiam Rahel & Io-
ſeph, atque adorauerunt. 8 Præterea dixit
Eſeau ad Iacob, Vnde tibi vniuerſa hæc turma
quæ mihi obuiam fuit? Ait illi Iacob, Quatę-
nus inuenirem gratiam in oculis domini mei.
9 Inquit ad eum Eſau, Habeo, & qui-
dem abundè habeo frater mi, repete quod
tuum eſt. 10 Inquit ad eum Iacob, Si in-
ueni gratiam in oculis tuis, ſuſcipe munus
meum de manibus meis, quia nunc vidi faciem
tuam quaſi aſpectum vultus Angeli, & gratum
me habuiſti. 11 Suſcipe benedictionem meam
quam attuli tibi; nam miſertus eſt mihi Deus,
nam habeo omnia. Et compulit eum, accepit-
que. 12 Dicit ei Eſau, Proficiſcamur & abea-
mus, iboque vnâ tecum. 13 Ait illi Iacob, Do-
minus meus nouit pueros eſſe paruulos, & oues
ac boues lactantes me habere, quas ſi impule-
ro vna die, morietur totum pecus. 14 Præce-
dat dominus meus ſeruum ſuum, & ego ince-
dam ſenſim iuxta paſſus armenti quod ante me
eſt, & iuxta paſſus paruulorum, donec perue-
niam ad dominum meum in Seir. 15 Dicit ad
eum Eſau, Relinquam apud te ex populo qui
mecum eſt. Reſpondit Iacob, Ad quid proderit
mihi? inueniam quæſo gratiam in oculis domi-
ni mei. 16 Reuerſuſque eſt Eſau in die illa ad
iter ſuum versùs Seir: 17 Iacob verò perrexit ad
Sochoth. ædificauitque ſibi domum, & pecori-
bus ſuis conſtruxit tentorium. propterea voca-
uit nomen loci illius Sochoth. 18 Et venit Ia-
cob ad Salem ciuitatẽ Sechim in regione Cha-
naan, dum rediret ex Phadan Aram, & caſtra-
metatus eſt è regione illius ciuitatis. 19 Emitq;
partẽ agri à filiis Hemor patris Sechim, centũ
ouibus. 20 Et fixit ibi tabernaculũ ſuũ, erexitq;
ibi arã, vocauitq; eam fortiſſimũ Deũ Iſraelis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible] (Samaritan text, verses 7–20)

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible] (Samaritan script text, verses 7–20)

7 *Deinde acceſſit Lia etiam & filii eius, &*
adorauerunt. & poſtea acceſſit Ioſeph, & Rahil,
adorauerüntque ambo. 8 *Deinde dixit ei:*
Adquid tibi omnes turmæ in quas incidi? Ait: Vt
inueniam ſortem apud Dominum meum.
9 *Dixit Eſau: Eſt mihi plus his: reſtent tibi, ô*
frater mi, bona tua. 10 *Ait Iacob: Non ô Do-*
mine mi: ſi inueni ſortem apud te, accepta munus
meum de manibus meis. Nam vidi faciem tuam
quaſi aſpectum faciei Nobilium. Placare mihi,
11 *Et accepta benedictionem meam, quam attu-*
li tibi; nam Deus miſertus eſt mei, & habeo plus
his. & inſtitit ei donec accepiſſet ea.
12 *Tum dixit ei: Proficiſcamur & eamus, &*
abibo tecum. 13 *Dixit ei: Dominus meus ſcit*
filios eſſe teneros, & oues & boues lactantes apud
me. quod ſi vexauero eas die vno, morientur mul-
tæ ex eis. 14 *Præeat dominus meus ſeruum*
ſuum, & ego ducam eas lentè propter poſſeſſiones
quas habeo mecum, & propter filios: quouſque
veniam ad dominum meum in Sarah.
15 *Dixit Eſau, Relinquam tecum ex hominibus*
qui mecum ſunt. Ait: Quare inueni totam hanc
ſortem apud dominum meum?
16 *Reuerſus eſt ergo Eſau in illa die ad iter ſuum*
ad Sarah, 17 *Et profectus eſt Iacob ad Socuth;*
Edificauitque ſibi domum, & fecit armentis ſuis
tectum, & propterea appellauit locum, Arſcia
quæ eſt Socuth.
18 *Deinde ingreſſus eſt Iacob incolumis in ciui-*
tatem Nabolos, quæ eſt in regione Chanaan, in ad-
uentu ſuo de Phadan Aram, & habitauit è regio-
ne ciuitatis. 19 *Emitque ſeptum pagi in*
quo fixit tentorium ſuum, à filiis Hamur patris
Sacham, centum ouibus.
20 *Et erexit ibi altare, & inuocauit ante ipſum*
nomen Dei Iſrael.

7 ثم تقدمت ليا ايضا واولادها وسجدوا * وبعد ذلك تقدم
يوسف وراحيل فسجدا * 8 ثم قال له لم لك جميع العسكر
الذي فاجاته * قال لاجد حظا عند سيدي * 9 قال العيص
موجود لي اكثر منه * بقي لك يا اخي مالك * 10 قال يعقوب
لا يا سيدي ان وجدت حظا عندك فاقبل هديتي من يدي * فاني
رايت وجهك كنظر وجه الاشراف * فارض عني * 11 واقبل
بركتي التي جئت بها لك * فان الله قد رافني وموجود لي اكثر
من ذلك فالح عليه حتى اخذها * 12 ثم قال له نرحل ونمضي
واسير معك * 13 قال له سيدي يعلم ان الاولاد رطاب
والغنم والبقر مرضعات عندي * فان كددتها يوما واحدا تموت كثير
منها * 14 يتقدم سيدي عبده وانا اسوقهم رويدا من اجل
الملاك الذي معي ومن اجل الاولاد * الى ان اجي الى سيدي الى
شراه * 15 فقال العيص فاخلف معك من القوم الذين معي *
قال لماذا قد وجدت كل هذا الحظ عند سيدي * 16 فرجع
العيص في ذلك اليوم الى طريقه الى شراه * 17 ورحل يعقوب الى
سكوت * فبنى له بيتا وصنع * لماشيته عرشا * ولذلك اسمى الموضع
عرشا هو سكوت * 18 ثم دخل يعقوب سالما الى قرية نابلس
التي في بلد كنعان في مجيه من فدان ارام * فنزل قبالة القرية *
19 فابتاع حديقة الضيعة التي ضرب فيها مضربه من بني
حمور ابي شخام بماية نعجة * 20 ونصب ثم مذبحا * ودعا امامه
باسم اله اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Acceſſit etiam Lea, & filii eius & adorauerunt; poſtea acceſſit Ioſeph & Rachel & adorauerunt. 8 Dixit-
que, quid tibi omnis hæc turma cui occurri? & reſpondit, vt inuenirem gratiam in oculis domini mei.
9 Dixit autem Eſau, ſunt mihi multa, frater, ſint tibi tua. 10 Reſponditque Iacob, ne quæſo; ſi nunc in-
ueni gratiam in oculis tuis, accipies munus meum de manu mea: nam ideo vidi faciem tuam quaſi viderem fa-
ciem Dei, & complacebis mihi. 11 Accipe quæſo benedictionem meam quam attuli tibi, quia miſertus eſt
mei Deus, & quia hæc omnia mea ſunt: inſtitit autem ei, & accepit. 12 Poſtea dixit; proficiſcamur, & eamus,
ibo ante te. 13 Et reſpondit ei, dominus meus nouit quod pueri teneri ſunt, oues quoque & boues fœtæ
ſunt mihi, ſi vrgeam eas diem vnum, morientur omnia pecora. 14 Tranſeat quæſo dominus meus ante
ſeruum ſuum, & ego inualeſcam ſenſim ad pedem operis quod eſt ante me, & ad pedem puerorum, vſque dum
veniam ad dominum meum in Seir. 15 Dixit autem Eſau, relinquam quæſo tecum de populo qui mecum
eſt; & reſpondit, quare hoc? inueniam gratiam in oculis domini mei. 16 Et reuerſus eſt illo die Eſau viam
ſuam in Seir. 17 Iacob autem profectus eſt in Sucoth, & ædificauit ſibi domum, gregibus verò ſuis fecit ta-
bernacula: propterea vocauit nomen loci Sucoth. 18 Poſtea venit Iacob Salom ciuitatem Sichimorum,
quæ eſt in terra Chanaan cum veniret de Padan Aram, & caſtrametatus eſt ante vrbem.
19 Acquiſiuit quoque partem agri in quo tetendit tabernaculum ſuum, de manu filiorum Hemor patris
Sichem centum agnis. 20 Et erexit ibi altare, & vocauit illud, fortem Deum Iſrael.

[illegible]

CAPVT XXXIV.

EGreſſa eſt autem Dina filia Leæ quæ ge-
nita fuerat Iacobo, vt videret filias *illius*
regionis. 2 Et vidit eam Sechim filius He-
mor Heuæi, principis terræ illius, rapuitque
Dinam, & dormiens cum illa conſtuprauit
eam. 3 Et egreſſa eſt anima eius poſt Dinam
filiam Iacobi, amauitque puellam, & conſo-
latus eſt puellam. 4 Et dixit Sechim ad He-
mor patrem ſuum, accipe mihi puellam hanc
coniugem. 5 Iacob autem audiuit quòd
polluiſſet Dinam filiam ſuam, filiis eius cum pe-
core exiſtentibus in agro, & ſiluit Iacob donec
redirent. 6 Egreſſo itaque Hemor patre Se-
chim ad Iacobum, vt alloqueretur eum, 7 Filij
Iacob venerunt ex agro; cúmque audiſſent,
ægrè tulerunt viri, & doluerunt vehementer,
eo quòd perpetraſſent rem tam nephariam in
Iſrael, & conſtupraſſent filiam Iacob, nec ita
ſit agendum. 8 Locutus eſt igitur Hemor
cum eis & dixit ad eos, Sechim filii mei ani-
ma concupiuit filiam veſtram: date eam
illi vxorem, 9 Et iungite connubia no-
biſcum: filias veſtras tradite nobis, & filias no-
ſtras accipite vobis, 10 Et nobiſcum habitate:
en terra vobis patet, commoramini, & nego-
tiamini, & poſſeſſiones acquirite in ea.
11 Dixit etiam Sechim patri & fratribus eius,
Inueniam quæſo gratiam in oculis veſtris, &
quicquid ſtatuetis mihi, dabo. 12 Augete ſu-
per me vel in immenſum dotem ac munera, &
dabo prout præſcribetis mihi, *modò* tribuatis
mihi puellam hanc vxorem. 13 Reſponderunt
filii Iacob Sechim & Hemor patri eius, dixe-
runtque ad eum doloſè, eo quòd polluiſſent
Dinam ſororem ipſorum: 14 Dixerunt ergo,
Non poſſumus facere rem iſtam, dare *ſcilicet*
ſororem noſtram, viro habenti præputium, id
enim probroſum nobis eſſet.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XXXIV.

PRæterea egreſſa eſt Dina filia Liæ, quam pepe-
rerat Iacobo, vt videret filias regionis.
2 Viditque eam Sacham filius Hamur Heuæi
principis regionis,& accepit eam,& accubuit cum
illa, & coiuit cum ea. 3 Et adhæſit anima eius
illi, & adamauit eam, & blanditus eſt ei.
4 Et dixit Sacham ad Hamur patrem ſuum
ſermonem, Accipe illam mihi vxorem.
5 Audiuitque Iacob quòd ipſe contaminauerat
Dinam filiam ſuam, erantque filii ſui cum ar-
mentis eius in campo, expectauitque vſque ad ad-
uentum eorum. 6 Deinde egreſſus eſt Hamur
pater Sacham ad Iacob, vt loqueretur cum illo
de hac re: 7 Et filij Iacob venerunt de cam-
po. vt audierunt, contriſtati ſunt homines, & du-
rum fuit eis valdè, quia commiſerat turpitudi-
nem in Iſrael, eo quòd accubuiſſet cum filia ipſius,
& ita non ſit agendum. 8 Locutuſque eſt ad eos
Hamur dicens: Sacham filii mei anima adama-
uit filiam veſtram, facite eam illi vxorem.
9 Et inite nobiſcum parentelam: date nobis
filias veſtras, & accipite filias noſtras.
10 Et habitate nobiſcum. ecce regio inter manus
veſtras eſt, ſedete & mercamini in ea, & poſſidete
illam. 11 Et ait Sacham quoque ad patrem
eius, & fratres eius: Inueniam gratiam apud vos,
& quæcunque dixeritis mihi, dabo vobis.
12 Augete ſuper me valdè dotem, & donum,
vt dem vobis ſicuti præcipietis mihi, & facite mihi
puellam vxorem. 13 Reſponderunt filii Iacob
ad Sacham & Hamur patrem eius (fraudulen-
ter dicentes hoc, eo quòd contaminaſſet Dinam
ſororem eorum.)
14 Et dixerunt eis: Non valemus facere id,
vt demus ſororem noſtram viro habenti præpu-
tium, quia ignominia nobis eſt.

* الفصل الرابع والثلثون *

1 ثم خرجت دينا بنت ليا التي ولدتها ليعقوب لتنظر بنات
البلد * 2 فراها شخام بن حمور الحوي شريف البلد فاخذها
وضاجعها واتاها * 3 وتعلقت نفسه بها واحبها وداراها *
4 وقال شخام لحمور ابيه قولا خذها لي زوجة * 5 وسمع
يعقوب انه قد نجس دينا ابنته * وكان بنوه مع ماشيته في الصحرا *
فامسك الي مجيهم * 6 ثم خرج حمور ابو شخام الي يعقوب
ليكلمه في ذلك *
7 وبنو يعقوب جاوا من الصحرا * كما سمعوا فاغتم القوم
واشتد عليهم جدا * لانه قد صنع خساسة باسرايل * اذ ضاجع
ابنته وكذاك لا يصنع * 8 فتكلم حمور معهم قايلا ان شخام
ابني شغفت نفسه بابنتكم فاجعلوها له زوجة * 9 وصاهرونا
اعطونا بناتكم وخذوا بناتنا * 10 واقيموا معنا * هوذا البلد بين
ايديكم اجلسوا واتجروا فيه وحوزوه * 11 وقال شخام ايضا
لابيها ولاخوتها * اجد حظا عندكم وما تقولوه لي ابلغه لكم *
12 كثروا علي جدا المهر والاعطا * لاعطيكم كما ترسموه لي * واجعلوا
لي الجارية زوجة *
13 فاجاب بنو يعقوب شخام وحمور اباه بمكر قايلين ذلك لانه
نجس دينا اختهم *
14 وقالوا لهما لا نطيق ان نصنع هذا * ان نعطي اختنا رجلا
له قلفة لانه عار علينا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXIV.

ET egreſſa eſt Dina filia Leæ quam pepererat Iacobo, vt videret filias terræ. 2 Viditque illam Sichem
filius Hemor Heuæi, principis terræ, & accepit eam, & dormiuit cum illa, & humiliauit eam.
3 Et adhæſit anima eius Dinæ filiæ Iacob, dilexitque puellam, & locutus eſt ſecundum cor puellæ. 4 Allocu-
tuſque eſt Sichem patrem ſuum, dicens; ſume mihi puellam iſtam in vxorem. 5 Audiuit autem Iacob quòd
polluiſſet Dinam filiam ſuam filiis eius exiſtentibus cum gregibus in agris, & ſiluit Iacob donec ipſi veniſſent.
6 Egreſſuſque eſt Hemor pater Sichem ad Iacobum, vt loqueretur cum eo. 7 Venerunt quoque filii Iacob
de agris cum audierunt hoc, & condoluerunt viri illi, iraque accenſi ſunt valde, quòd turpitudinem fecerat in
Iſrael, cubando cum filia Iacobi: ſic autem non fiet. 8 Et locutus eſt eis Hemor dicens; Sichem filius
meus, dilexit anima eius filiam veſtram, date quæſo illam ei in vxorem. 9 Et connubia iungite nobiſcum,
filias veſtras date nobis, & filias noſtras accipite vobis. 10 Et nobiſcum habitabitis, & terra erit ante faciem
veſtram; habitate, negotiamini & poſſidete illam. 11 Dixit autem Sichem ad patrem eius & ad fratres eius;
inueniam gratiam in oculis veſtris, & quod dixeritis mihi tradam. 12 Multiplicate ſuper me dotem pluri-
mùm, & munus: dabo enim ſicut dixeritis mihi, modo detis mihi puellam in vxorem.
13 Et reſponderunt filii Iacob Sichem & Hemor patri eius in dolo, ſic loquentes, eo quòd polluerant
Dinam ſororem eorum. 14 Dixeruntque eis, non poterimus facere rem iſtam, dare ſororem noſtram in
vxorem ei cui eſt præputium, eſt enim hoc opprobrium nobis.

1 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 Veruntamen hac conditione acquieſcemus
vobis ; ſi fiatis ſimiles nobis, & circuncidatis
omnem maſculum quemadmodum nos ſumus
circunciſi, 16 Dabimus vobis filias noſtras, &
filias veſtras ducemus nobis, & cohabitabimus
vobiſcum, erimuſque populus vnus. 17 Quod ſi
nos minimè audiatis, vt circuncidamini, abdu-
cemus filiam noſtram & abibimus. 18 Et pla-
cuerunt verba illorum in oculis Hemor & in
oculis Sechim filii eius. 19 Nec diſtulit adoleſ-
cẽs exequi opus : deperibat enim filiã Iacob, &
ipſe honoratior erat vniuerſa domo patris ſui.
20 Venit ergo Hemor & Sechim filius eius ad
portam ciuitatis ſuæ, locutique ſunt cum ciui-
bus vrbis ſuæ, dixeruntque ad eos. 21 Viri iſti
concordes ſunt nobiſcum: habitẽt in terra *iſta*,
& negotientur in ea, & quidem terra en am-
pliſſima eſt corã eis : filias eorum ducemus no-
bis vxores, & filias noſtras dabimus eis. 22 Ve-
rùm hac conditione acquieſcent nobis viri vt
ſedeant nobiſcum, ſimuſque populus vnus, ſi
circunciderimus omnem maſculum, quemad-
modum ipſi ſunt circunciſi. 23 Facultates eorũ
& poſſeſſiones eorũ, cunctaque illorũ armen-
ta, ecce noſtra ſunt, dumodo acquieſcamus
illis vt habitẽt nobiſcũ. 24 Obedierunt ergo Se-
chim & Hemor patri eius omnes egredientes è
porta ciuitatis eius, & circunciderũt ſe omnes
mares, omnes *videlicet* egrediẽtes è porta ciui-
tatis illius. 25 Factumque eſt die tertia, vt cùm
inualuiſſent dolores eorũ, caperent duo filii Ia-
cobi, Simeon & Leui fratres Dinæ quilibet gla-
dium ſuum, & ingrederentur ſuper ciuitatem
repentè, & trucidarent omnem maſculum.
26 Hemor etiam & Sechim filiũ eius occiderũt
acie gladij, & abduxerunt Dinam ſororem ſuã
de domo Sechim, & egreſſi sũt. 27 Præterea filii
Iacob irruentes in occiſos, dirupuerũt ciuitatẽ,
eo quòd polluiſſent Dinam ſororem illorum.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 *Sed certa conditione aſſentiemur vobis, ſi*
fiatis ſicut nos per circunciſionem cuiuſlibet viri
è vobis. 16 *Dabimus vobis filias noſtras, & *
coniugabimur cum filiabus veſtris, & manebimus
apud vos, & ſiemus gens vna. 17 *Quòd ſi non*
auſcultaueritis nobis, vt circuncidamini, accipie-
mus ſororem noſtram, & abibimus. 18 *Placuitque*
ſermo eorum apud Hamur & Sacham filium eius.
19 *Nec diſtulit adoleſcens exequi eam rem, quòd*
exoptaret filiam Iacob: & ipſe erat honeſtiſſimus
totius familiæ patris ſui. 20 *Cúmque ingreſſi*
eſſent Hamur & Sacham filius eius in vrbem
ſuam, locuti ſunt ad habitatores eius, dicentes:
21 *Huiuſmodi homines ſunt nobis confœderati,*
habitabunt igitur in regione, & negotiabuntur in
ea, & ecce ipſa latè patet ante eos, & duce-
mus in matrimonium filias eorum, & dabimus
illis in vxores filias noſtras; 22 *Sed cum vna*
conditione conueniet nobiſcum populus de manen-
do nobiſcum, & cœundo in gentem vnam, vt cir-
cuncidatur quilibet vir è nobis, ſicuti ipſi circun-
ciſi ſunt. 23 *Armenta eorum, & iumenta eo-*
rum, & reliqua bona eorum erunt nobis, modo
aſſentiamur eis in hoc, & maneant nobiſcum.
24 *Acceptauit ergo ex Hamur & ex Sacham*
filio eius omnis egrediens ex porta ciuitatis eius.
& circunciſus eſt quilibet vir ex ipſis.
25 *Et cùm eſſet dies tertia, dum ipſi eſſent dolentes,*
arripuit Simeon & Leui fratres Dinæ, quilibet
eorum gladium ſuum, & aggreſſi ſunt illos,
dum ipſi eſſent ſecuri, & interfecerunt ambo
omnem virum.
26 *Et Hamur atque Sacham filium eius occide-*
runt acie gladij, & acceperunt Dinam ſororem
ſuam de domo Sacham, & exierunt ambo.
27 *Et filii Iacob irruerunt in proſtratos, & de-*
populati ſunt quidquid erat in vrbe, propter conta-
minationem ſuæ ſororis.

15 لكن بحلة نواتيكم ان تصيروا مثلنا باختتان كل رجل
منكم * 16 اعطيناكم بناتنا وتزوجنا بناتكم واقمنا
عندكم وصرنا امة واحدة *
17 وان لم تقبلوا منا ان تختتنوا * اخذنا اختنا ومضينا *
18 وحسن كلامهم عند حمور وشخام ابنه * 19 ولم يوخر
الغلام ان يصنع ذلك الامر * لانه سر بابنة يعقوب * وهو اكرم من
جميع اهل بيت ابيه * 20 فلما دخل حمور وشخام ابنه
الى قريتهما خاطبا اهلها قايلين * 21 هولاء القوم مسالمون لنا
فيجلسون في البلد ويتجرون فيه * وهوذا هو واسع الاماكن بين
ايديهم * ونزوج بناتهم ونزوجهم بناتنا * 22 لكن بحلة يطاوعنا
القوم على ان يقيموا معنا ونصير امة واحدة * بان يختتن كل رجل
منا كما هم مختتنون *
23 مواشيهم وبهائمهم وساير ملكهم انما هي لنا بان نطاوعهم
على هذا ويقيموا معنا *
24 فقبل من حمور وشخام ابنه كل من خرج من باب قريته *
فاختتن كل رجل منهم *
25 فلما كان في اليوم الثالث وهم وجعون اخذ شمعون ولاوي
اخوا دينا كل واحد منهم سيفه * فدخلا عليهم وهم مطمئنون فقتلا
كل رجل * 26 وحمور وشخام ابنه قتلا بحد السيف واخذا دينا
من بيت شخام وخرجا * 27 وبنو يعقوب دخلوا على الصرعى
وغنموا ما في القرية من اجل تنجيس اختهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Verùm in hoc acquieſcemus vobis, ſi fueritis ſimiles nobis, circuncidendo vobis omnem maſculum.
16 Et dabimus vobis filias noſtras, & filias veſtras accipiemus nobis, & habitabimus vobiſcum, & erimus
velut vnus populus. 17 Si autem nos non audieritis, ſumemus filiam noſtram & abibimus. 18 Et placue-
runt verba eorum in oculis Hemor, & in oculis Sichem filii eius. 19 Neque tardauit iuuenis facere rem il-
lam; amabat enim filiam Iacobi: erat autem honoratiſſimus in omni domo patris ſui. 20 Venit autem
Hemor & Sichem filius eius ad portam vrbis ſuæ, & locuti ſunt ad viros vrbis ſuæ, dicentes. 21 Viri iſti
pacifici ſunt, nobiſcum habitent in terra, & negotientur in ea; nam terra ecce lata & ſpatioſa eſt coram eis:
filias eorum accipiemus nobis in vxores, & filias noſtras dabimus eis. 22 Verùm in hoc acquieſcent nobis
viri illi habitare nobiſcum, vt ſint in populum vnum, ſi circuncidamus omnem maſculum, ſicut ipſi circumci-
ſi ſunt. 23 Pecora eorum, & poſſeſſiones eorum, & omnia iumenta eorum, nonne noſtra erunt? tantum-
modo acquieſcamus illis, & habitent nobiſcum. 24 Et audierunt Hemor, & Sichem filium eius omnes
egredientes portam vrbis eius; & circunciderunt omnem maſculum omnes egredientes portam vrbis
eius. 25 Factumque eſt die tertio cum dolore afficerentur, vt acciperent duo filii Iacob Simeon & Leui
fratres Dinæ vnuſquiſque enſem ſuum, & venirent aduerſus vrbem confidenter, & occiderent omnem maſ-
culum. 26 Hemor quoque & Sichem filium eius occiderunt in ore gladii, & tulerunt Dinam de domo Si-
chem, & egreſſi ſunt. 27 Filii autem Iacobi venerunt ad mortuos, & deprædati ſunt vrbem, eo quod pol-
luerant ſororem ſuam.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]

28 Et oues eorum,& boues eorum,& aſinos eorum tam qui in vrbe erant quàm in agro,abduxerunt.
29 Omnes etiam facultates eorũ,cunctamque eorum ſupellectilem, quin & mulieres eorum captiuas duxerunt, rapientes quicquid erat in ciuitate.
30 Ait autem Iacob ad Simeon & Leui, Offendiſtis me, malum mihi inferentes inter habitatores terræ, inter Chananæos, & inter Pherezæos. Ego enim cùm paruo ſim numero, congregabuntur aduerſum me, & percutient me, & interibo ego & domus mea.
31 Dixerunt, Vt ſcorto factum eſt ſorori noſtræ.

CAPVT XXXV.

1 INterea dixit Deus Iacobo, Surge, aſcende ad Beth-el, & maneto ibi, & fac ibi altare Deo fortiſſimo qui apparuit tibi, dum fugeres à conſpectu Eſau fratris tui.
2 Dixitque Iacob filiis familiæ ſuæ & omnibus qui cum eo erant, Auferte deos alienos de medio veſtri, & mundamini,& mutate veſtimenta veſtra.
3 Et ſurgite,aſcendamus ad Beth-el, faciamque ibi altare Deo qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, fuitque mecum in via quam ambulaui.
4 Dederunt ergo Iacobo omnes deos quos habebant in manibus ſuis, & inaures quas in ſuis auribus habebant,& infodit eas Iacob ſubter terebinthũ quæ eſt iuxta Sechim.
5 Aſcenderunt itaque,& factus eſt terror Dei ſuper ciuitates circuniacentes, & non ſunt inſecuti Iacobũ & filios eius.
6 Venit autẽ Iacob ad Luz quę eſt in terra Chanaan, ipſa eſt Beth-el, ipſe & cunctus populus qui cũ eo erat.
7 Et extruxit ibi arã, vocauitq; locũ illum Beth-el, eo quòd illic apparuiſſet ei Deus, quũ fugeret à conſpectu Eſau fratris ſui.
8 Mortua eſt verò Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt infra Beth-el ſubter terebinthũ, cuius etiã nomẽ appellauit, Terebinthus fletus.
9 Et apparuit ibi Deus Iacobo venienti de Phadã Aram,& benedixit ei.

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

28 *Acceperuntque oues eorum, & boues eorum,*
& aſinos eorum, & quidquid erat in ruribus.
29 *Et omnia ſupellectilia eorũ,& pueros eorum,&*
mulieres eorum captiuas duxerunt depopulatique
ſunt,& quicquid erat in habitaculo. 30 *Dixitque*
Iacob ad Simeō & Leui: Infamaſtis me,& corru-
piſtis ſtatum meũ cum incolis regionis, & Chana-
næis,& Pherezæis. Et ego familiam habens nume-
ratam, congregabuntur aduerſum me,& occident
me, & peribo ego & gens mea. 31 *Dixerunt*
ambo : Num veluti fornicariam faciet ſo-
rorem noſtram? CAPVT XXXV.
DEinde dixit Deus ad Iacob: Surge, & aſcen-
de ad domum Il, & maneto ibi, & fac ibi
altare Omnipotenti, manifeſtanti Angelum ſuum
tibi dum fugeres à conſpectu Eſau fratris tui.
2 *Et ait Iacob genti ſuæ & omnibus qui ſecum*
erant: Tollite adoranda aliena, quæ ſunt inter
vos, & mundamini, & mutate veſtes veſtras.
3 *Et ſurgamus, atque aſcendamus ad domum*
Il, & faciamus ibi altare omnipotenti exaudien-
ti me in die tribulationis meæ, qui fuit mecum
in itinere per quod ambulaui. 4 *Dederuntque*
Iacobo omnia adoranda aliena quæ ſecum erant,
& inaures quæ in auribus eorum erant: ſepeliit-
que ea ſub terebintho quæ eſt contra Nabolos.
5 *Deinde profecti ſunt, & fuit terror Dei ſuper*
incolas vrbium quæ circa illos erant, nec inſecu-
ti ſunt filios Iacob. 6 *Deinde venit Iacob in Luz,*
quæ eſt in regione Chanaã, ipſa eſt domus Il, ipſe &
gens quæ cũ illo erat. 7 *Et ædificauit ibi altare,&*
inuocauit in loco illo, nempe *domo Il, Omnipoten-*
tẽ; quia ibi apparuit ei Angelus Dei in fuga ſua à
conſpectu fratris ſui. 8 *Ibi mortua eſt Debora ob-*
ſtetrix Rebeccæ, ſepultaq; fuit ſubtus domũ Il, citra
pratum: vocauitque illud, Pratum fletus. 9 *Præ-*
terea apparuit quoque Angelus Dei Iacobo ad ad-
uentum ipſius ex Phadan Aram, benedixitque ei.

28 واخذوا غنمهم وبقرهم وحميرهم وما في القرية وما في الضياع *
29 وجميع اثاثهم واطفالهم ونسايهم سبوه وغنموه * وساير ما في المنزل *
30 فقال يعقوب لشمعون وليوي * قد فضحتماني وافسدتما حالي
مع اهل البلد والكنعانيين والفرزيين * وانا في رهط ذي احصا *
فيجتمعون علي ويقتلونني فاهلك انا واهلي * 31 قالا اكزانية
يجعل اختنا * * الفصل الخامس والثلثون *
1 ثم قال الله ليعقوب قم فاصعد الي بيت ايل واقم ثم واصنع ثم
مذبحا للقادر المظهر ملاكه لك عند هربك من قدام العيص
اخيك * 2 وقال يعقوب لاهله وساير من معه * ازيلوا معبودات
الغربا التي فيما بينكم وتطهروا وابدلوا ثيابكم * 3 ونقوم فنصعد
الي بيت ايل * ونصنع ثم مذبحا للقادر المجيب لي في يوم شدتي *
وكان معي في الطريق الذي سلكته * 4 فاعطوا يعقوب جميع
المعبودات الغربا التي معهم والاشناف التي في اذانهم فدفنها تحت
البطمة التي بحصن نابلس * 5 ثم رحلوا فكان ذعر الله علي اهل
القري التي حواليهم * ولم يكلبوا بني يعقوب * 6 ثم جا يعقوب الي
لوز التي في بلد كنعان هي بيت ايل * هو والقوم الذين معه *
7 وبني ثم مذبحا ودعا في الموضع بيت ايل الي القادر * لانه ثم
تظاهر له ملاك الله في هربه من بين يدي اخيه * 8 ثم ماتت
دبورا داية ربقا * فدفنت اسفل من بيت ايل دون المرج * فسماه
مرج البكا * 9 ثم تظاهر ملاك الله ليعقوب ايضا عند مجيه
من فدان ارام * فبارك عليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Et pecudes eorum,& boues eorum,& aſinos eorum,& quæ erant in vrbe,& quæ in agro acceperunt. 29 Et
omnem ſubſtantiam eorum, & paruulos eorum, & vxores eorum captiuas abduxerunt, & deprædati ſunt
quidquid erat domi. 30 Dixit autem Iacob Simeoni & Leui, turbaſtis me, ita vt fœtere me feceritis apud in-
colas terræ, apud Chananæos & Pherezeos: mecum ſunt viri pauci, illi autem congregabuntur aduerſum me,
& me percutient, diſperdarque ego & domus mea. 31 Et reſponderunt, nunquid vt meretrice vtentur ſorore
noſtra? CAPVT XXXV.
ET dixit Deus Iacobo: ſurge, aſcende in Bethel, & habita ibi, facque ibi altare Deo qui apparuit tibi cùm
fugeres à facie Eſau fratris tui. 2 Dixitque Iacob domui ſuæ, & omnibus qui erant cum eo; remoue-
te deos alienos qui ſunt in medio veſtrum,& purificamini,& mutate veſtimenta veſtra. 3 Surgamuſque, &
aſcendamus Bethel, vt faciam ibi altare Deo qui exaudiuit me in die afflictionis meæ, & qui fuit mecum in
via quam ambulaui. 4 Dederuntque Iacobo omnes deos alienos qui erant in manibus eorum, & inaures
quæ in auribus eorum,& abſcondit eas Iacob ſub terebintho quæ erat iuxta Sichem. 5 Cùm autem proficiſ-
cerentur, factus eſt timor Dei ſuper vrbes quæ erant circumquaque illos, ita vt non perſecutæ fuerint filios
Iacobi. 6 Et venit Iacob Luzam, quæ eſt in terra Chanaan, hæc eſt Bethel, ipſe & omnis populus qui erat
cum eo. Et ædificauit ibi altare, vocauitque locum El Bethel, quoniam ibi reuelatus illi fuerat Deus cum fu-
geret à facie fratris ſui. 8 Mortua autem eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt infra Bethel ſub quercu,
vocauitque nomen eius Alon Bekith. 9 Et apparuit Deus Iacobo iterum cum veniret de Padan Aram, &
benedixit ei Deus.

[illegible]

10 Et dixit ad eum Deus, Non vocabitur amplius nomen tuum Iacob, ſed erit nomen tuum Iſrael. 11 Dixit etiam ad eum Deus, Ego ſum omnipotens Deus, creſce & multiplicare: populus & cœtus populorum ex te erunt, & reges è dorſo tuo prodibunt. 12 Terram, pro qua iuraui Abrahæ & Iſahac, tibi dabo: & ſemini tuo poſt te dabo eamdem terram. 13 Sublatuſque eſt ab eo Deus in loco vbi locutus fuerat cum eo. 14 Erexit autem Iacob ſtatuam in loco vbi collocutus fuerat cum eo, ſtatuam *inquam* lapideam, & libauit ſuper eam libamina, fuditque ſuper eam oleum. 15 Et appellauit Iacob nomen loci illius vbi locutus fuerat cum eo Deus, Bethel. 16 Cúmque profectus eſſet de Bethel, & progreſſus eſſet itinere quaſi ſtadii terræ, vt ingrederetur in Ophrath: peperit Rahel, & difficultatem paſſa eſt dum pareret.
17 Factumque eſt vt cùm difficultatem pateretur, diceret ad eam obſtetrix, Ne timeas: nam etiam iſte, filius eſt tibi. 18 Et factum eſt vt egrediente anima ipſius, eaque moriente, vocaret nomen eius, Filius dolorum meorum; pater autem ipſius vocauit eum Beniamen. 19 Mortua eſt itaque Rahel, & ſepulta in via *quæ ducit ad* Ophrath: ipſa eſt Bethlehem.
20 Et erexit Iacob ſtatuam ſuper ſepulchrum Rahel: ipſa eſt ſtatua Rahelis vſque in præſentem diem. *Peccatum Rubil.* 21 Et profectus Iſrael fixit tabernaculum ſuum trans turrim Gedar. 22 Contigitque vt dum moraretur Iſrael, in terra illa, abiret Rubil, dormiretque cum Belha concubina patris ſui, audiſſetque hoc Iſrael. *Generationes Iacob.* 23 Fuerunt autem filii Iacob duodecim. filii Leæ, primogenitus Iacobi Rubil, & Simeon, & Leui, & Iuda, & Iſachar, & Zabulon. 24 Filii Rahelis Ioſeph & Beniamen. Filii Belha ancillæ Rahelis, Dan, & Nephtali.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

10 *Et ait illi: Nomen tuum Iacob, non voca-*
bitur ſemper Iacob tantùm, ſed Iſrael: Appella-
uitque eum etiam Iſrael: 11 *Tum dixit ei Deus,*
Ego ſum potens ſufficiens: Creſce, & multiplicare.
Gens poſt congregationem gentium erit ex te, &
reges de lumbo tuo egredientur.
12 *Et regionem quam conſtitui Ebrahim &*
Iſhac, tibi conſtituo & ſtirpi tuæ poſt te.
13 *Deinde eleuatus eſt ab eo Angelus Dei in lo-*
co in quo collocutus eſt cum eo. 14 *Fixitque*
Iacob titulum, in loco in quo collocutus eſt cum eo
Dominus eius, lapideum, & ſparſit ſuper illum
vinum temperatum, & effudit ſuper illum oleum.
15 *Et nominauit locum illum in quo locutus*
eſt Deus cum eo, domum Il. 16 *Præterea*
diſceſſerunt de domo Il, & reſtante illis mil-
liari ex itinere, quouſque ingrederentur in
Ephrath, peperit Rahil, & difficilis reddi-
tus eſt partus eius. 17 *Et cùm difficilis redditus*
eſſet partus eius, dixit ad eam obſtetrix: Ne ti-
meas, quoniam hic eſt filius.
18 *Et ante exhalationem animæ ſuæ, dum eſſet*
moribunda, vocauit eum Filium mœroris mei.
& pater eius vocauit eum Beniamin.
19 *Deinde mortua eſt, & ſepulta eſt in via*
Ephrath, ipſa eſt domus Lehem. 20 *Et erexit Ia-*
cob titulum ſuper ſepulchro eius: Ipſe vocatur ti-
tulus ſepulchri Rahil vſque hodie. 21 *Deinde*
profectus eſt Iſrael, & tetendit tentorium ſuum
trans turrim Idar. 22 *Cúmque habitaſſet*
Iſrael in illo loco, abiit Raubin, & concubuit
cum Balha ancilla patris ſui: audiuitque hoc
Iſrael. Facti ſunt autem filij Iacob cum Benia-
min duodecim. 23 *Filij Lia, primogenitus Ia-*
cob, Raubin, & Simeon, & Liui, & Ihudha, &
Iſſachar, & Zabulon. 24 *Et filij Rahil, Ioſeph,*
& Beniamin. 25 *Et filij Balha ancillæ Rahil,*
Dan, & Nepht-ali.

10 وقال له اسمك يعقوب لا يسمى ابدا يعقوب فقط بل اسرايل *
فسماه ايضا اسرايل * 11 ثم قال له الله انا القادر الكافي * انم
واكثر * امة من بعد جوق امم يكون منك * وملوك من
صلبك يخرجون * 12 والبلد الذي جعلته لابرهيم
واسحق لك اجعله ولنسلك بعدك * 13 ثم ارتفع عنه
ملاك الله في الموضع الذي خاطبه فيه * 14 فنصب
يعقوب نصبة في الموضع الذي خاطبه فيه ربه من حجر * ورش
عليها مزاجا وصب عليها دهنا * 15 وسمي ذلك الموضع الذي
خاطبه الله فيه بيت ايل * 16 ثم رحلوا من بيت ايل وبقي لهم
ميل من الطريق الى ان يدخلوا الى افرات * فولدت راحيل وصعب
ولادها * 17 فلما صعب ولادها قالت لها القابلة لا تخافي فان
هذا ابن * 18 فقبل خروج نفسها وهي مايتة اسمته ابن نوحي *
وابوه اسماه بنيامين * 19 ثم ماتت ودفنت في طريق افرات
هي بيت لحم * 20 ونصب يعقوب دكة على قبرها * هي
تسمى نصبة قبر راحيل الى اليوم * 21 ثم رحل اسرايل ومد
خيمه هناك من مجدل عيدر * 22 ولما سكن اسرايل في
ذلك الموضع مضى راوبين فضاجع بلها امة ابيه * فسمع بذلك
اسرايل * فصار بنو يعقوب ببنيامين اثني عشر * 23 بنو ليا
بكر يعقوب * راوبين وشمعون ولوي ويهودا ويساخار وزبولون *
42 وبنو راحيل يوسف وبنيامين * 25 وبنو بلها امة راحيل
دان ونفتالي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Dixitque ei Deus, nomen tuum eſt Iacob, non vocabitur ampliùs nomen tuum Iacob; nam Iſrael erit no-
men tuum; vocauitque nomen eius Iſrael. 11 Et dixit ei Deus, Ego ſum Deus omnipotens, fructifica, &
multiplicare: gens, & congregatio gentium futura eſt ex te, & reges de lumbis tuis egredientur. 12 Terram
autem quam dedi Abrahamo & Iſaaco, tibi tradam, ſemini quoque tuo poſt te tradam terram illam.
13 Et aſcendit ab eo Deus, in loco quo allocutus fuerat eum. 14 Poſuitque Iacob ſtatuam in loco vbi locu-
tus eſt cum eo, ſtatuam lapideam, & libauit ſuper eam libamen, & effudit ſuper eam oleum. 15 Vocauitque
Iacob nomen loci in quo locutus eſt ei Deus Bethel. 16 Et profecti ſunt de Bethel, eratque adhuc tractus ter-
ræ ad veniendum Ephrata, tum peperit Rachel, difficultatémque paſſa eſt in partu ſuo. 17 Factumque
eſt cùm difficultatem pateretur in pariendo, vt diceret ei obſtetrix, ne timeas; nam etiam iſte tibi filius eſt.
18 Et accidit cum egrederetur anima eius, mortua eſt enim, vt vocaret nomen eius Benoni, ſed pater eius
vocauit eum Beniamin. 19 Mortuáque eſt Rachel, & ſepulta in itinere Ephrata, ipſa eſt Bethlehem.
20 Et erexit Iacob ſtatuam ſuper ſepulchrum eius: hæc eſt ſtatua ſepulchri Rachel vſque in hunc diem.
21 Et profectus eſt Iſrael & tetendit tabernaculum ſuum vltrà turrim Heder.
22 Accidit autem cum habitaret Iſrael in terra iſta, vt abiret Ruben & cubaret cum Bala concubina pa-
tris ſui, & audiuit Iſrael. fuerunt autem filii Iacob duodecim.
23 Filij Leæ, primogenitus Iacobi, Ruben, & Simeon, & Leui, & Iuda, & Iſſacar, & Zabulon.
24 Filii autem Rachel, Ioſeph & Beniamin. 25 Filii verò Balæ ancillæ Rachel, Dan & Nephtali.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

26 Filij verò Zelphæ ancillæ Leæ, Gad, &
Aſir. Hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Pha-
dan Aram. *Obitus Iſahac.* 27 Et venit Iacob
ad Iſahac patrem ſuum in Mamre ciuitatem
Gigantum : ipſa eſt Hebron quæ eſt in terra
Chanaan, commoratique ſunt ibi Abraham
& Iſahac. 28 Fuerunt autem dies Iſahac cen-
tum octoginta anni. 29 Ægrotauitque Iſahac,
& mortuus eſt, atque collectus ad populum
ſuum: ſenuit, & ſaturatus eſt diebus ſuis, & ſe-
pelierunt eum Eſau & Iacob filii eius in ſepul-
chro quod emerat Abraham pater eius.

CAPVT XXXVI.

Iſtæ verò ſunt generationes Eſau. Eſau
ipſe eſt Adum. 2 Eſau duxerat vxores
ſuas de filiabus Chanaan, Ada filiam Elon
Hethæi, & Ahlibama filiam Ana filii Sebeon
Heuæi, 3 Et Beſmath filiam Iſmaelis ſoro-
rem Nabaioth. 4 Genuit autem Ada ipſi
Eſau Eliphaz : Beſmath verò genuit Rauel:
5 Et Ahlibama genuit Ieus, & Ialan, & Co-
rah. Hi ſunt filii Eſau qui nati ſunt ei in terra
Chanaan. 6 Tulitque Eſau vxores ſuas, &
filios filiaſque ſuas, & omnes animas domus
ſuæ, cuncta etiam pecora ſua, totamque poſ-
ſeſſionem ſuam quam acquiſierat in terra
Chanaan, & abiit in terram Seir à conſpectu
Iacobi fratris ſui. 7 Nimia enim erat eo-
rum poſſeſſio vt habitarent ſimul, nec pote-
rat terra habitationis eorum ſuſtinere eos, pro-
pter poſſeſſionem eorum.
8 Habitauit ergo Eſau in monte Seir. Eſau
autem eſt Adum. *Generationes Eſau.*
9 Cæterùm hæ ſunt generationes Eſau pa-
tris Idumæorum in monte Seir.
10 Et hæc ſunt nomina filiorum Eſau : Eli-
phaz filius Ada vxoris Eſau, & Rauel filius
Beſmath vxoris Eſau.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible]

[16] *Et filii Zelpha ancillæ Liæ, Agad, & Aſir.
Hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Phadan
Aram.* [27] *Deinde venit Iacob ad Iſhac pa-
trem ſuum in Mamre vrbem Arbaa, ipſa eſt
Habra, locus in quo habitauerunt Ebrahim
& Iſhac.* [28] *Fuitque ætas Iſhac octoginta an-
norum & centum annorum.*
[29] *Deinde obiit Iſhac, & mortuus eſt, & abiit
ad gentem ſuam ſenex & iam ſaturatus ætate, &
ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii eius.*

CAPVT XXXVI.

*ET hæc eſt narratio filiorum Eſau, qui eſt
Adhum.* [2] *Et Eſau iam duxerat in vxores
mulieres ex filiabus Chanaan, Aadha filiam
Ailun Hethæi, & Ahlibama filiam Ana, filiæ
Sebaun Heuæi,* [3] *Et Baſemath filiam Iſmail
ſororem Benaioth.*
[4] *Genuit autem Aadha Eſau Elifaz. Et Ba-
ſemath genuit Raauail.*
[5] *Et Ahlibama genuit Iaus, & Ialam, &
Curah. Hi ſunt filii Eſau qui nati ſunt ei in re-
gione Chanaan.* [6] *Deinde accepit Eſau vxo-
res ſuas, & filios ſuos, & filias ſuas, & omnem
animam quam habebat, & armenta ſua, &
omnem poſſeſſionem ſuam quam poſſederat in re-
gione Chanaan, & abiit cum iis ad aliam regio-
nem à conſpectu Iacob fratris ſui.*
[7] *Quoniam bona amborum erant ita copioſa,
vt non poſſent manere ſimul: & non poterat pro-
uincia habitationis eorum ſuſtinere eos, pro-
pter armenta eorum.* [8] *Et erat Eſau in
monte Sarah. Eſau ipſe eſt Adhum.*
[9] *Et hæc eſt hiſtoria generationis Eſau patris
Rubeorum in monte Sarah.*
[10] *Hæc ſunt nomina filiorum Eſau. Elifaz
filius Aadha vxoris Eſau, & Raauail filius
Baſemath vxoris eius.*

26 وبنو زلفا امة ليا اجاد واشير * هولاء بنو يعقوب الذين ولدوا
له في فدان آرام * 27 ثم جاء يعقوب الي اسحاق ابيه الي ممري
قرية اربع * هي حبري الموضع الذي سكن فيه ابراهيم واسحق *
28 وكان عمر اسحق ثمانين سنة ومائة سنة * 29 ثم توفي
اسحق ومات وصار الي قومه شيخا وقد شبع من العمر * ودفنه
العيص ويعقوب ابناه *

* الفصل السادس والثلثون *

1 وهذا شرح اولاد العيص هو ادوم * 2 وكان العيص قد تزوج
بنساء من بنات كنعان * عادا بنت ايلون الحتي * واهليباما ابنة عنا
بنت صبعون الحوي * 3 وباسمات ابنة اسمعيل اخت نبايوث *
4 فولدت عادا للعيص اليفاز * وباسمات ولدت رعوايل *
5 واهليباما ولدت يعوش ويعلام وقورح * هولاء بنو العيص الذين
ولدوا له في بلد كنعان * 6 ثم اخذ العيص نساءه وبنيه وبناته وكل
نفس من ماله وماشيته وساير ملكه الذي ملكه في بلد كنعان *
فمضى بذلك الي بلد غير من بين يدي يعقوب اخيه *
7 لان سرحهما كان اكثر من ان يقيما جميعا * ولم يمكن
بلد سكناهما ان يحملهما من اجل مواشيهما * 8 وكان العيص
في جبل شراه * العيص هو ادوم * 9 وهذا شرح ولادة العيص
ابي الاحمريين في جبل شراه *
10 هذه اسماء بني العيص * اليفاز بن عادا زوجة العيص *
ورعوايل بن باسمات زوجته *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[16] Et filii Zelphæ ancillæ Leæ, Gad, & Aſer: hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Padan Aram. [27] Venit au-
tem Iacob ad Iſaacum patrem ſuum in Mamre ciuitatem Arbée, ipſa eſt Hebron, in qua peregrinatus eſt
Abraham, & Iſaac. [28] Fuerunt autem dies Iſaaci centum & octoginta anni. [29] Expirauitque Iſaac & mor-
tuus eſt, & aggregatus eſt ad populum ſuum ſenex & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau & Ia-
cob filii eius.

CAPVT XXXVI.

ISTæ autem ſunt generationes Eſau, ipſe eſt Edom. [2] Eſau accepit vxores ſuas de filiis Chanaan, Adam
filiam Elon Hethæi, Olibamam filiam Anæ filii Sebeon Heuæi. [3] Et Mahalath filiam Iſmaelis ſororem
Nebaoth. [4] Peperit autem Ada Eſauo Eliphaz; & Mahalath peperit Rahuel. [5] Et Olibama peperit
Iehus, & Ihelon & Core: Hi ſunt filii Eſau qui nati ſunt ei in terra Chanaan. [6] Et accepit Eſau vxores ſuas &
filios ſuos, & filias ſuas, & omnes animas domus ſuæ, & pecora ſua, & omnia iumenta ſua, & omnem ſubſtan-
tiam ſuam quam acquiſiuerat in terra Chanaan, & abiuit de terra Chanaan à facie fratris ſui.
[7] Quia opes eorum erant nimis multæ vt habitarent ſimul, neque poterat terra peregrinationis eorum fer-
re eos propter pecora eorum. [8] Habitauitque Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom.
[9] Iſtæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir.
[10] Et iſta ſunt nomina filiorum Eſau, Eliphaz filius Adæ vxoris Eſau, Rahuel filius Mahalath vxo-
ris Eſau.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

11 Fueruntque filii Eliphaz Teman, & Omar, & Sophu, & Gatam, & Cenez.
12 Tamna autem fuit concubina Eliphaz filii Eſau, peperitque ipſi Eliphaz Amalec. Hi ſunt filii Ada vxoris Eſau.
13 Et hi ſunt filii Rauel Nahath, & Zarah, & Sama, & Maza.
14 Hi verò ſunt filii Ahlibama filiæ Ana filiæ Sebeon vxoris Eſau, peperitque ipſi Eſau Ieus, & Ialan, & Corah.
15 Et iſti ſunt principes filiorum Eſau, filii Eliphaz primogeniti Eſau ſunt princeps Teman, princeps Omar, princeps Sophu, princeps Senez,
16 Princeps Gatam, princeps Cora, princeps Amalec. iſti ſunt principes Eliphaz in terra Adum: hi ſunt filii Ada.
17 Hi verò ſunt filii Rauel filii Eſau, princeps Nahath, princeps Zarah, princeps Sama, princeps Maza hi ſunt principes Rahuelis in terra Adum: hi ſunt filii Beſmath vxoris Eſau.
18 Et hi ſunt filii Ahlibama vxoris Eſau, princeps Ieus, princeps Ialan, princeps Cora. Hi ſunt filii Ahlibama filiæ Ana vxoris Eſau.
19 Hi ſunt filii Eſau, & hi principes eorum: Eſau verò eſt Adum.
20 Et hi ſunt filii Seir Horæi habitatores terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana,
21 Et Diſon, & Aſar, & Daiſan. Hi ſunt principes Horæorum filiorum Seir in terra Adum.
22 Fuerunt autem filii Lotan, Horan, & Homam: & ſoror Lotan, Temna.
23 Et iſti ſunt filii Sobal, Aluan, & Manhath, & Obal, & Sophar, & Oiam.
24 Et iſti ſunt filii Sebeon, Ena, & Ana: ille *ſcilicet* Ana qui inuenit ſibi aquam in deſerto dum paſceret aſinos Sebeon patris ſui.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

11 *Erantque filii Elifaz, Timan, & Vmar, &*
Saſu, & Ghaatam, & Cenaz.
12 *Et Tamna erat ancilla Elifaz filii Eſau,*
genuitque illi Amalic. Hi ſunt filii Aadha vxo-
ris Eſau. 13 *Et hi ſunt filii Raauail, Naheth*
& Zareh, & Samma, & Maza; hi erant
filii Baſemath vxoris Eſau.
14 *Et iſti erant filii Ahlibamæ filiæ Ana filiæ*
Sabaun coniugis Eſau, & genuit ei Iaus, &
Jalam, & Corah.
15 *Et hi ſunt principes filiorum Eſau, filii Elifaz*
primogeniti eius: Teman princeps, & Vmar
princeps, & Saſu princeps, & Cenaz princeps.
16 *Et Corah princeps, & Ghaatam princeps, &*
Amalic princeps. Hi ſunt principes Elifaz in re-
gione Adhum. Iſti ſunt filii Aadha.
17 *Et hi principes Raauail filii Eſau: Naheth*
princeps, Tarah princeps, Samma princeps,
Maza princeps. Hi ſunt principes eius in regio-
ne Adhum, & ipſi ſunt filii Baſemath vxoris
Eſau. 18 *Et hi ſunt filii Ahlibama vxoris*
Eſau, Jaus princeps, & Jalam princeps, & Co-
rah princeps. Hi ſunt principes Ahlibama filiæ
Ana coniugis Eſau.
19 *Iſti quinque ſunt filii Eſau: & iſti alii prin-*
cipes eorum, & ſunt Rubei.
20 *Hi ſunt filii Sair, Huranæi habitatores re-*
gionis, Lutan, & Subal, & Sabaun, & Ana.
21 *Et Diſon, & Iſſar, & Deliſan: Hi ſunt*
principes Huranæorum filiorum Sair in regione
Adhum.
22 *Erantque filii Lutan Huri, & Himam,*
& ſoror eius Temnaa.
23 *Et iſti ſunt filii Subal, Eluan, & Mana-*
hat, & Ibal, & Saſu, & Vnam.
24 *Et hi ſunt filii Sabaun, & Aia, & Aana,*
ipſe eſt Aana qui adinuenit mulos in deſerto
dum paſcebat aſinos Sabaun patris ſui.

11 وكان بنو اليفاز تيمان واومار وصفو وعغتام وقناز * 12 وتمناع
كانت امة لاليفاز بن العيص * فولدت له عماليق * هولاء بنو عادا
زوجة العيص * 13 وهولاء بنو رعوايل * ناحث وزارح وشما ومزا *
هولاء كانوا بني باسمات زوجة العيص * 14 وهولاء كانوا بني
اهليباما ابنة عانا ابنة صبعون زوجة العيص * وولدت له يعوش
ويعلام وقورح * 15 وهولاء صناديد بني العيص * بنو اليفاز بكر
تيمان صنديد واومار صنديد وصفو صنديد وقناز صنديد *
16 وقورح صنديد وعغتام صنديد وعماليق صنديد * هولاء صناديد
اليفاز في بلد ادوم * هولاء بنو عادا * 17 وهولاء صناديد رعوايل
ابن العيص * ناحث صنديد زارح صنديد شما صنديد مزا صنديد
هولاء صناديده في بلد ادوم * وهم بنو باسمات زوجة العيص *
18 وهولاء بنو اهليباما زوجة العيص * يعوش صنديد ويعلام
صنديد وقورح صنديد * هولاء صناديد اهليباما ابنة عنا زوجة
العيص * 19 هولاء الخمسة بنو العيص * وهولاء الاخر صناديدهم
وهم الاحمريون * 20 هولاء بنو شاعير الحورانيون سكان البلد
لوطان وشوبال وصبعون وعنا * 21 وديشون وايصر ودليشان *
هولاء صناديد الحورانيين بني شاعير في بلد ادوم * 22 وكان
بنو لوطان حوري وهيمام واخته تمناع * 23 وهولاء بنو شوبال
علوان ومناحث وعيبال شفو واونام * 24 وهولاء بنو صبعون
وايا وعنا هو عنا الذي ركب البغال في البر حين كان يرعى حمير
صبعون ابيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Fuerunt autem filii Eſau, Theman, & Omar & Sepho, & Gatham & Cenez. 12 Erat autem Thema-
na concubina Eliphaz filii Eſau, & peperit ipſi Eliphaz Amalec. hi ſunt filii Adæ vxoris Eſau.
13 Iſti verò ſunt filii Rahuel, Nahath, & Zarah, Sama & Meza, hi ſunt filii Mahalath vxoris Eſau.
14 Iſti autem ſunt filii Olibamæ filiæ Anæ filiæ Sebeon vxoris Eſau, quæ peperit Eſauo Iehus, & Ihelon, &
Core. 15 Hi ſunt duces filiorum Eſau, filii Eliphaz primogeniti Eſau, dux Theman, dux Omar, dux Sepho,
dux Cenez,
16 Dux Gatham, dux Amalec: Hi ſunt duces Eliphaz in terra Edom: Hi ſunt filii Adæ.
17 Et hi ſunt filii Rahuel filii Eſau, dux Nahath, dux Zarah, dux Sama, dux Meza, iſti ſunt duces Rahuel in
terra Edom: iſti ſunt filii Mahalath vxoris Eſau. 18 Iſti autem ſunt filii Olibamæ vxoris Eſau, dux
Iehus, dux Ihelon, dux Core, iſti ſunt duces Olibamæ filiæ Anæ vxoris Eſau.
19 Iſti ſunt filii Eſau, & iſti duces eorum: Eſau ipſe eſt Edom.
20 Iſti præterea ſunt filii Seir, Choræi incolæ terræ, Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana.
21 Et Diſon & Eſer, Et Diſan: Hi ſunt duces Choræorum filiorum Seir in terra Edom.
22 Fuerunt autem filii Lotan, Chori, & Heman, & ſoror Lotan Thamna.
23 Iſti verò ſunt filii Sobal, Alon, & Manachath, & Hebal, & Sepho, & Onam.
24 Et iſti ſunt filii Sebeon, Aia & Ana: iſte eſt Ana qui inuenit gigantes in deſerto cum paſceret aſi-
nos Sebeon patris ſui.

[illegible]

25 Et iſti ſunt filii Ana, Diſon, & Ahlibama.
26 Et hi ſunt filii Diſon, Hamran, & Aſban,
& Iethran, & Charan. 27 Et iſti ſunt filii Aſar,
Chalhan, & Zauan, & Acan. 28 Et iſti ſunt filii
Daiſan, Vs, & Aran. 29 Et iſti ſunt principes
Horæorum, princeps Lotan, princeps Sobal,
princeps Sebeon, princeps Ana, 30 Princeps
Diſon, princeps Aſar, princeps Daiſan. Iſti ſunt
principes Horæorum in principes eorum, in
terra Seir. 31 Et hi ſunt reges qui regnaue-
runt in terra Adum. Antequam regnaret rex
ſuper filios Iſrael, 32 Regnauit in Adum Bala
filius Beor, & nomen vrbis eius Daihab.
33 Et mortuus eſt Bala, regnauitque poſt eum
Iobab filius Zarah de Boſar. 34 Mortuo Iobab
regnauit poſt eum Heſom de terra Auſtrali.
35 Et mortuo Heſom regnauit poſt eum Ha-
dad filius Badad, qui trucidauit medianitas in
campis Moab. & nomen vrbis eius Gauith.
36 Mortuo autem Hadad, regnauit poſt eum
Samla de Maſreca.
37 Mortuo Samla, regnauit poſt eum Saul de
Rohoboth fluuio. 38 Mortuo Saul, regnauit
poſt eum Baalhanan filius Abchor.
39 Mortuo Baalhanan, regnauit poſt eum
Hadad. & nomen ciuitatis eius Phau: & no-
men vxoris illius Mehetbael filia Matrid filii
Mizahab. 40 Et hæc ſunt nomina princi-
pum Eſau in familias ſuas, in generationes
ſuas ſecundùm nomina ſua. Princeps Tamna,
princeps Anua, princeps Ithith,
41 Princeps Ahlibama, princeps Ila, prin-
ceps Phinon, 42 Princeps Cenez, princeps
Teman, princeps Mabſar,
43 Princeps Magdiel, princeps Ghiram.
Hi ſunt principes Idumæorum in habitatione
ſua, in terra poſſeſſionis ſuæ. Ipſe eſt Eſau pa-
ter Idumæorum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

25 Et iſti ſunt filii Aanæ, Diſon, & Ahlibama
filia eius. 26 Et hi ſunt filii Daiſan, Hamdan, &
Aſban, & Iethran, & Charan. 27 Hi ſunt filii
Ieſir, Belhan, & Zaauan, & Acan. 28 Hi ſunt
duo filii Daiſan, Vs, & Aran. 29 Et hi ſunt prin-
cipes Huranæorum, Lotan princeps, & Sobal
princeps. 30 Et Sabaon princeps, & Ana prin-
ceps, & Diſon princeps, & Iſar princeps, & Dai-
ſan princeps, Hi ſunt principes Huranæorum in
principes eorum, in regione Sair. 31 Et iſti ſunt
reges qui regnarunt in regione Adhum, ante-
quam regnaſſet rex filiis Iſrael. 32 Regnauit
in Adhum Balaa filius Baur, & nomen ciuita-
tis eius Danhaba. 33 Deinde mortuus eſt, &
regnauit poſt illum Iubab filius Zareh filii Boſra.
34 Deinde mortuus eſt, & regnauit poſt eum
Hoſam, de regione Taman:
35 Deinde mortuus eſt, & regnauit poſt illum
Hadad filius Badad, qui interfecit Madia-
nitas in villis Moab, & nomen ciuitatis eius
Auith. 36 Deinde mortuus eſt, & regnauit
poſt eum Samla de Maſrica. 37 Deinde mortuus
eſt, & regnauit poſt eum Saul de Rahabat Eu-
phratis. 38 Deinde mortuus eſt, & regnauit
poſt eum Baal-Hanan filius Aachbor.
39 Deinde mortuus eſt, & regnauit poſt eum
Hadhar, & nomen ciuitatis eius Phau, & no-
men vxoris eius Mahitbail filia Matrid, filiæ
Maildahab. 40 Poſtremo hæc ſunt nomina
principum Eſau in familias ſuas, in locis ſuis, in
nominibus ſuis, Temnaa princeps, & Alu prin-
ceps, & Iethith princeps, 41 Et Ahlibama
princeps, & Aila princeps, & Phinon princeps,
42 Et Cenaz princeps, & Timan princeps, &
Mabſar princeps, 43 Et Maghediail prin-
ceps, & Iram princeps. Hi ſunt principes Ru-
beorum in habitationibus eorum, in terra poſſeſſio-
nis eorum. Ipſe Eſau eſt pater ipſorum omnium.

25 وهولاء بنو عنا ديشون واهليباما ابنته * 26 وهولاء بنو ديشان *
حمدان واشبان ويثران وحران * 27 هولاء بنو يصر * بلهان
وزاعوان وعقان * 28 هاذان ابنا ديشان * عوص واران * 29 وهولاء
صناديد الحورانيين * لوطان صنديد * وشوبال صنديد * 30 وصبعون
صنديد * وعنا صنديد * وديشون صنديد * وايصر صنديد * وديشان
صنديد * هولاء صناديد الحورانيين لصناديدهم في بلد ساعير *
31 وهولاء الملوك الذين ملكوا في بلد ادوم * قبل ان يملك ملك
لبني اسرايل * 32 ملك بادوم بالع بن بعور * واسم قريته دنهابا *
33 ثم مات وملك بعده يوباب بن زارح بن بصري * 34 ثم
مات وملك بعده حوشام من بلد اليمن * 35 ثم مات وملك
بعده هداد بن بداد الذي قتل المدينين في ضياع ماب * واسم
قريته عويت * 36 ثم مات وملك بعده سملا من مسريقا *
37 ثم مات وملك بعده شاول من رحبة الفرات * 38 ثم مات
وملك بعده باعل حانان ابن عجبور * 39 ثم مات وملك بعده
هدار * واسم قريته فاعو * واسم زوجته مهيطبايل ابنة مطريد ابنة ماء
الذهب * 40 وبعد ذلك هولاء اسماء صناديد العيص لعشايرهم
في مواضعهم باسمايهم * تمناع صنديد * وعلوا صنديد * ويتت
صنديد * 41 واهليباما صنديد * وايلا صنديد * وفينون صنديد *
42 وقناز صنديد * وتيمان صنديد * ومبصار صنديد * 43 ومغديايل
صنديد * وعيرام صنديد * هولاء صناديد الاحمريين في مساكنهم
في ارض حوزهم * هو العيص ابو جميعهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Iſti quoque ſunt filii Anæ Diſon & Olibama filia Anæ. 26 Et iſti filii Diſon, Amadam & Eſeban, Ietran & Charan. 27 Filii quoque Aſer iſti, Balaan & Zuan & Achan. 28 Et filii Diſan iſti, Hus & Adan.
29 Iſti ſunt duces Choræorum, Dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana. 30 Dux Diſon, dux Aſer, dux Diſan: Hi ſunt duces Choræorum ſecundum principatus eorum in terra Sehir. 31 Hi quoque ſunt reges qui regnarunt in terra Edom antequam regnaret rex inter filios Iſrael. 32 Regnauit autem in Edom Bala filius Beor, & nomen ciuitatis eius Denaba. 33 Et mortuo Bala regnauit pro eo Iobab filius Zara de Boſra. 34 Obiit quoque Iobab, & regnauit pro eo Haſam de terra Themanorum.
35 Et mortuus eſt Haſam, & regnauit pro eo Hadad filius Badad qui percuſſit Madianitas in agro Moab, & nomen vrbis eius Anith. 36 Mortuus eſt quoque Adad, & regnauit pro eo Semla de Maſrecha.
37 Cúmque mortuus eſſet Semla, regnauit pro eo Saul de Rohoboth fluuio. 38 Mortuo quoque Saule regnauit pro eo Bahalhanan filius Achobor. 39 Et mortuus eſt Bahalhanan, & regnauit pro eo Hadad, & nomen vrbis eius Phaü, nomen autem vxoris eius Meetabel filiæ Matred filiæ Mezaab.
40 Hæc ſunt nomina ducum Eſau ſecundum familias ſuas & loca ſua cum nominibus eius: Dux Thamna, dux Alua, dux Iateth. 41 Dux Olibama, dux Ala, dux Phinon.
42 Dux Cenez, dux Themam, dux Mabſar.
43 Dux Magdiel, dux Hiram. Hi ſunt duces Edom ſecundum familias eorum in terra poſſeſſionis eorum; iſte Eſau pater fuit Edom.

[illegible]

CAPVT XXXVII.

Quando venditus fuit Ioſeph à fratribus ſuis.

HAbitauit autem Iacob in terra habitationis patris ſui, *nempe* in terra Chanaan.
2 Et iſtæ ſunt generationes Iacob. Ioſeph natus annos ſeptemdecim paſcebat cũ fratribus ſuis oues, & ipſe educabatur cum filiis Zelphæ & cum filiis Belhæ vxorum patris ſui: detulitque Ioſeph famam eorũ malam ad patrem eorum.
3 Iſrael autem diligebat ipſum Ioſeph pluſquam omnes filios ſuos, eo quòd filius ſenectutis eius eſſet, fecitque ei tunicam fimbriatam.
4 Videntes autem fratres eius diligi eum à patre ſuo plus omnibus, oderunt eum, nec poterant loqui cum eo pacem.
5 Præterea ſomniauit Ioſeph ſomnium, quod cum indicaſſet fratribus ſuis, maius conceperunt odium in eum.
6 Dixit autem ad eos, Audite ſomnium hoc quod ſomniaui.
7 Ecce nos ligabamus manipulos in agro, & ecce ſtetit manipulus meus erexitque ſeſe, & ecce ambientes manipuli veſtri adorabant manipulum meum.
8 Dixerunt ad eum fratres eius, Num regnando regnabis ſuper nos? aut dominando dominaberis in nos? quare auctum eſt etiam odium illorum in ipſum propter ſomnia eius eiuſq; ſermones.
9 Somniauit rurſus ſomniũ aliud, & narrauit illud fratribus ſuis, ac dixit eis, En ſomniũ ſomniaui adhuc, & ecce ſol & luna atque vndecim ſtellæ adorabant me.
10 Quod quum narraſſet patri ſuo & fratribus ſuis, increpauit eum pater ſuus, dixitq; ei, Quid eſt ſomniũ hoc quod ſomniaſti? an certè veniemus ego & mater tua, fratreſque tui ad adorandũ te ſuper terram?
11 Inuiderũt igitur ei fratres ſui, pater verò obſeruabat ſermones.
12 Abierũt autẽ fratres Ioſeph ad paſcendũ gregẽ patris ſui in Sechim.
13 Dixitq; Iſrael ad Ioſeph, En fratres tui paſcũt in Sechim, veni vt mittã te ad eos. Reſpondit ei, Adſum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XXXVII.

ET habitauit Iacob in terra incolatus patris ſui,
in regione Chanaan. [2] *Et hi ſunt caſus Iacobi.*
Cum eſſet Ioſeph filius ſeptemdecim annorum, & paſceret oues cum fratribus ſuis, adoleſceretque cum filiis Balha, & filiis Zelfa duabus vxoribus patris ſui: detulit Ioſeph obſcœnitatem peſſimam de eis ad patrem eorũ. [3] *Et Iſrael proſequebatur Ioſeph maiore amore quàm omnes filios ſuos: quoniã erat filius ſenectutis, fecitque illi tunicam ſericeam.* [4] *Cúmque vidiſſent fratres eius quòd pater ipſius diligeret eum maiore amore quam omnes ſeipſos, oderunt eum, & non poterant ſalutare eum.*
[5] *Deinde Ioſeph vidit ſomnia, & ſignificauit ea fratribus ſuis. & auctum eſt odium eorum in illum,* [6] *Cùm dixiſſet eis: Audite hoc ſomnium quod vidi.* [7] *Vidi quaſi nos colligare manipulos in agro, & quaſi manipulum meum ſtetiſſe atque erectum fuiſſe: & quaſi manipulos veſtros circundare illum, & adorarare eum.* [8] *Dixerunt ei fratres ſui: Num regnans regnabis ſuper nos? an dominans dominaberis nobis? & auxerunt quoque odium in eum, propter ſomnia eius & ſermonem ipſius.* [9] *Vidit quoque aliud ſomnium, narrauitque illud fratribus ſuis, & ait: Vidi etiam ſomnium, quaſi ſolem & lunam & vndecim ſtellas adorantes me.* [10] *Et cùm narraſſet illud patri ſuo ac fratribus ſuis, increpauit eum pater eius, & dixit ei: Quodnam eſt hoc ſomnium quod vidiſti? Nunquid veniemus ego, & mater tua, & fratres tui, & adorabimus te ſuper terram?*
[11] *Et inuiderunt ei ob hoc fratres eius: at pater eius ſeruauit ſermonem illius.* [12] *Deinde abierunt fratres eius ad paſcendas oues patris ſui in Nabolos.* [13] *Dixitque Iſrael ad Ioſeph: En fratres tui paſcunt in Nabolos, veni vt mittam te ad eos: Ait illi, Ita.*

* الفصل السابع والثلثون *

1 وسكن يعقوب في ارض مجاورة ابيه في بلد كنعان 2 وهذه
حوادث يعقوب * لما كان يوسف ابن سبع عشرة سنة * وكان
يرعي الغنم مع اخوته * وكان ناشيا مع بني بلها وبني زلفا مراتي
ابيه * واتي يوسف بشناعة ردية عنهم الي ابيهم * 3 وكان اسرايل
يحب يوسف اكثر من محبته لجميع بنيه لانه ابن شيخوخة *
فصنع له جبة ديباج * 4 ولما راي اخوته ان اباه يحبه اكثر
من محبته لجميعهم * ابغضوه ولم يستطيعوا السلام عليه *
5 ثم ان يوسف راي رويا فاخبر اخوته بها * فازدادوا شناءة له *
6 اذ قال لهم اسمعوا هذه الرويا التي رايتها * 7 رايت كانا نحزم
حزما في الصحراء * وكان حزمتي وقفت * ثم انتصبت * 8 وكان
حزمكم تحيط بها وتسجد لها * 8 فقال له اخوته املكا تملك
علينا * او سلطانا تتسلط علينا * وازدادوا ايضا شناءة له على احلامه
وعلي كلامه * 9 فراي ايضا رويا اخرى * فقصها على اخوته
وقال رايت ايضا رويا * كان الشمس والقمر واحد عشر كوكبا
ساجدون لي * 10 واذ قصها علي ابيه وعلي اخوته * زجره ابوه
وقال له * ما هذه الرويا التي رايتها * هل نجي انا وامك واخوتك
فنسجد لك علي الارض * 11 وحسدوه علي ذلك اخوته * وابوه
حفظ كلامه * 12 ثم مضي اخوته لرعي غنم ابيهم في نابلس *
13 فقال اسرايل ليوسف * هوذا اخوتك يرعون في نابلس * تعال
حتي ابعثك اليهم * قال له نعم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXVII.

HAbitauit autem Iacob in terra peregrinationis patris ſui, in terra Chanaan. [2] Hæ ſunt generationes
Iacobi. Ioſeph natus ſeptemdecim annos paſcebat oues cum fratribus ſuis. Iſte autem adoleſcens erat
cum filiis Balæ, & cum filiis Zelphæ vxoribus patris ſui: Tunc detulit Ioſeph crimen eorum peſſimum ad pa-
trem eorum. [3] Iſrael autem diligebat Ioſeph præ omnibus filiis ſuis, quia filius ſenectutis ipſe erat illi, & fe-
cerat illi tunicam verſicolorem. [4] Videntes verò fratres eius quòd eum diligebat pater eorum præ omnibus
filiis ſuis, odio habebant eum, nec poterant eum alloqui pacificè. [5] Somniauit autem Ioſeph ſomnium, & nar-
rauit fratribus ſuis, & auxerunt ampliùs odium in illum. [6] Dixit autem eis, audite quæſo ſomniũ iſtud quod
ſomniaui. [7] Ecce nos colligebamus manipulos in medio agri, & ecce ſurrexit manipulus meus, atque etiam
ſtetit; ecce quoque circumdabant manipuli veſtri, & adorabant manipulum meum. [8] Et dixerunt ei fratres
eius, nunquid regnando regnabis ſuper nos, aut dominando dominaberis nobis? & auxerunt adhuc odium in
eũ propter ſomnia eius, & propter verba eius. [9] Et ſomniauit adhuc ſomniũ aliud, & narrauit illud fratribus
ſuis, dixitque: Ecce ſomniaui ſomniũ adhuc, & ecce ſol & luna, & vndecim ſtellæ adorabant me. [10] Quod cum
narraſſet patri ſuo, & fratribus ſuis, increpauit eũ pater eius, dicens ei, quid ſomniũ iſtud quod ſomniaſti? Nun-
quid veniendo veniemus, ego & mater tua, & fratres tui adorare te in terrã? [11] Ideo inuidebãt ei fratres eius, ſed
pater eius conſeruabat verbũ iſtud. [12] Iuerunt autem fratres eius, vt paſcerẽt oues patris ſui in Sichem. [13] Tum
dixit Iſrael Ioſepho, nonne fratres tui paſcunt in Sichem? vade & mittam te ad eos; reſponditque ei, ecce me.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

14 Dixit ad eum pater ſuus, Vade, conſidera
valetudinem fratrum tuorum, & valetudinem
ouium, & redde mihi reſponſum. Miſit itaque
eum Iacob de valle Hebrõ, & venit in Sechim.
15 Reperit autem eum vir quidam errantem in
campo, & interrogauit eum vir ille, & dixit ad
eum, Quid quæris? 16 Reſpondit, Fratres meos
quæro: indica mihi vbi paſcãt. 17 Dixit ad eum
vir ille, Profecti ſunt hinc, & audiui eos dicen-
tes, Abeamus in Dothã: Abiit ergo Ioſeph poſt
fratres ſuos, & inuenit eos in Dothan. 18 Viden-
tes autem eum procul, antequam acceſſiſſet ad
eos, machinati ſunt ei necem: 19 Et dixerunt
quilibet ad fratrem ſuum, Ecce ſomniator ille
ſomniorum venit. 20 Adeſte occidamus eum,
& proiiciamus illum in aliquam foueam: dice-
muſque, Fera peſſima deuorauit eum, & vide-
bimus quid contingat ſomniis eius. 21 Audiens
autẽ Rubil, liberauit eum de manibus eorum,
& dixit eis, Ne occidamus animã. 22 Dixit etiã
ad eos Rubil, Ne effundatis ſanguinẽ, proiicite
eum in foueam iſtam quæ eſt in ſolitudine &
manum ne extendatis in eum: vt *ſcilicet* eripe-
ret eum ex eorum manibus, eũque reſtitueret
patri ſuo. 23 Cùm ergo veniſſet Ioſeph ad fra-
tres ſuos, exuerunt eum tunica fimbriata qua
erat indutus. 24 Et arripientes eum, proiecerũt
illum in foueam: erat autem fouea *illa* vacua,
nec erat in ea aqua. 25 Et ſedentes ad comeden-
dum panem, attollunt oculos ſuos ac vident, &
ecce turma Arabum veniens de Gelaad, quorũ
cameli erant onuſti reſina, & nucleis pineis, &
terebintho, abeũtium vt deportarent in Ægy-
ptum. 26 Et dixit Iuda fratribus ſuis, Quid lu-
cri, ſi occiderimus fratrem noſtrũ, & celaueri-
mus eius ſanguinem? 27 Venite vendamus eum
Arabibus, & manus noſtra non ſit in eo, quia
frater noſter eſt & caro noſtra. & acquieue-
runt ei fratres eius.

VERSIO SAMARITANA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

14 Dixit ei, Vade, & agnoſce valetudinem fra-
trum tuorum, & valetudinem ouium, & red-
de mihi reſponſum. Miſitque eum de valle
Habra, & venit ad Nabolos. 15 Inuenitque eum
vir errantem per agros eius, interrogauitque eum
dicens: Quid quæris? 16 Ait: Ego quæro fratres
meos, indica mihi vbi ipſi paſcant. 17 Dixit ei
vir: Iam profecti ſunt hinc, & audiui eos dicere:
Eamus in Dothain. Abiit ergo Ioſeph poſt fra-
tres ſuos, inuenitque eos in Dothan. 18 Vide-
runtque eum à longe: & antequam accederet ad
eos, machinati ſunt contra eum, vt occiderent
illum. 19 Dixitque alter ipſorum ad alterum:
Ecce ſomniator illorum ſomniorum venit. 20 Ve-
nite modò vt occidamus eum, & proiiciamus illũ
in aliquem puteorum, & dicemus feram improbam
comediſſe eum: & oſtendemus ei quid erit de ſom-
niis ipſius. 21 Audiit eos Raubin, ſaluauitq; eum
de manibus eorum, & ait: Ne occidamus animam.
22 Tum dixit eis Raubin: Ne effundatis ſanguinẽ;
proiicite eum in hunc puteum qui eſt in deſerto, &
ne extendatis manus veſtras in eum. vt ſaluaret
eum de manibus eorum, & reſtitueret eum patri
ſuo. 23 Cúmque veniſſet Ioſeph ad fratres ſuos,
ſpoliarunt eũ tunica ſua ſericea quæ erat ſuper eo.
24 Acceperuntque eum, ac proiecerunt in puteum;
erat autem puteus vacuus, in quo non erat aqua.
25 Deinde ſederunt, & comederunt cibum: & ele-
uarunt oculos ſuos, & viderunt, & ecce comitatus
Arabum veniens de Giaras, & cameli eorum
onuſti ſiliquis, & theriaca, & caſtaneis: & ipſi
ibant vt deferrent id in Ægyptum. 26 Dixitque
Ihuda ad fratres ſuos: Quæ auiditas eſt in occi-
dendo fratrem noſtrum, & celando ſanguinem
eius? 27 Venite vt vendamus eum Arabibus,
& manus noſtra non inferat vim illi, quia fra-
ter noſter eſt veluti caro noſtra. Acquieuerunt ita-
que ei fratres ſui:

14 قال له امض فاعلم سلامة اخوتك وسلامة الغنم ورد الي
الجواب * فبعث به من عمق حبرى * فاتي نابلس * 15 فوجده
رجل ضالاً في ضياعها * فسأله قايلا ما تطلب * 16 قال انا
اطلب اخوتي * اخبرني اين هم يرعون * 17 فقال الرجل قد
رحلوا من ههنا وسمعتهم يقولون نمضي الي دوثاين * فمضي
يوسف وراء اخوته * فوجدهم بدوثان * 18 فراوه من بعيد
وقبل ان يقرب اليهم اغتالوه ليقتلوه * 19 فقال بعضهم
لبعض هوذا صاحب تلك الاحلام جاي * 20 فتعالوا الآن
حتي نقتله ونطرحه في بعض الآبار * ونقول ان وحشا رديا اكله *
ونريه ما يكون من احلامه * 21 فسمعهم راوبين فخلصه
من ايديهم * وقال لا نقتل نفسا * 22 ثم قال لهم راوبين لا
تسفكوا دما * اطرحوه في هذه البير التي في البر * ولا تمدوا
ايديكم اليه * كي يخلصه من ايديهم ويرده الي ابيه *
23 فلما جاء يوسف الي اخوته سلخوا عنه جبته الديباج التي
عليه * 24 فاخذوه وطرحوه في الجب * وكان الجب فارغا ليس
فيه ماء * 25 ثم جلسوا واكلوا طعاما * فرفعوا عيونهم فنظروا
فاذا برفقة اعراب جايية من الجرش * وجمالهم محملة خرنوبا وترياقا
وشاهبلوط * وهم سايرون ليحدروا ذلك الي مصر * 26 فقال
يهوذا لاخوته ما الطمع في ان نقتل اخانا ونغطي دمه *
27 تعالوا حتي نبيعه للاعراب * ويدنا لا تبطش به * لانه اخونا
كلحمنا * فقبل منه اخوته *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Et dixit, ito nunc, & vide ſalutem fratrum tuorum, & ſalutem gregis, & refer mihi rem, miſitque eum
de valle Hebron, & venit in Sichem. 15 Inuenit autem eum vir cum erraret in agro, & interrogauit eum vir
ille, dicens, quid quæris? 16 Et reſpondit, fratres meos ego quæro, indica quæſo mihi vbi illi paſcunt.
17 Reſpondit autem vir ille, profecti ſunt inde, nam audiui illos dicentes, eamus Dothain: iuitque Ioſeph poſt
fratres ſuos, & inuenit eos in Dothain. 18 Videntes eum de longè, antequam appropinquaret ad eos, ma-
chinati ſunt aduerſus illum, vt illum occiderent. 19 Dixeruntque vnus ad alterum, ecce magiſter ille ſom-
niorum venit. 20 Nunc autem venite, occidamus eum, & abiiciamus eum in vnam ciſternam, & dicamus,
mala beſtia deuorauit eum, & videbimus quid erunt ſomnia eius. 21 Hæc autem audiens Ruben eripuit
eum de manibus eorum, dicens, ne percutiamus animam. 22 Dixitque eis, ne effundatis ſanguinem; abiicite
eum in ciſternam iſtam quæ eſt in deſerto; & manum ne mittatis in eum, vt eriperet eum de manu eorum, &
redderet patri ſuo. 23 Et factum eſt cum venit Ioſeph ad fratres ſuos, vt exuerent eum tunica ſua, tunica ver-
ſicolore quæ erat ſuper eum. 24 Et acciperent, & abiicerent eum in ciſternam: ciſterna autem erat vacua, non
erant in ea aquæ. 25 Poſtea reuerſi vt comederent panem, leuauerunt oculos ſuos, videruntque, & ecce turba
Iſmaelitarum veniebat de Galaad, quorum cameli geſtabant aromata, & reſinam & ſtactem, gradientium vt
deſcenderent in Ægyptum. 26 Dixit autem Iudas fratribus ſuis, quid lucri cum occiderimus fratrem no-
ſtrum, & abſconderimus ſanguinem eius? 27 Venite, vendamus eum Iſmaelitis, & manus noſtra non ſit in
eum: nam frater noſter eſt, & caro noſtra ille; & audierunt fratrem ſuum.

18 [illegible]
29 [illegible] 30 [illegible]
31 [illegible] 32 [illegible]
33 [illegible] 34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible]

28 Prætereuntibus igitur viris mercatoribus
Medianitis, traxerunt eduxeruntque Ioſeph è
fouea, & vendiderunt Ioſephum Arabibus
viginti argenteis, qui duxerunt eum in Ægy-
ptum. 29 Et reuerſus eſt Rubil ad foueam, &
ecce non erat in ea Ioſeph: quare ſcidit veſti-
menta ſua. 30 Et reuerſus ad fratres ſuos, dixit
eis, Puer vbi eſt? ego quo vadam? 31 Acceperunt
autem tunicam Ioſephi, & mactantes hædum
caprarũ, intinxerunt tunicam fimbriatam, tu-
lerũtque eam ad patrem ſuum, dicentes, Hanc
inuenimus: dignoſce tunicam, vtrũ filii tui ſit
an non. 33 Qui dignoſcens illam ait, Tunica filii
mei eſt, fera peſſima deuorauit eum, præda la-
ceratus eſt Ioſeph filius meus. 34 Sciditque Ia-
cob veſtimenta ſua, & precinxit cilicio lumbos
ſuos, luxitque filiũ ſuum diebus multis. 35 Sur-
rexerunt autem omnes filii eius, cũctæque filiæ
ipſius, vt eum conſolarentur, at noluit conſola-
tionem admittere: ſed ait, Deſcendam ſuper
filium meum lugens in infernum: defleuitque
eum pater ſuus. 36 Porrò Medianitæ vendide-
rũt eum in Ægypto Phutiphari eunucho, præ-
fecto militum Pharaonis.

CAP. XXXVIII.

Contigit autem eo tempore, vt deſcẽde-
ret Iuda à fratribus ſuis, diuerteretque
ad virum quendam Armelitam nomine Hira.
2 Et videns ibi Iuda filiam viri cuiuſdam Cha-
nanæi, quæ vocabatur Sua, duxit eam, & in-
greſſus eſt ad eam. 3 Quæ concipiens, peperit ei
filium, & vocauit nomen eius Ir. 4 Concepit
rurſus, ac peperit filium, vocauitque nomen
eius Onan. 5 Adiecit quoque & peperit filium,
vocauitque nomen eius Sela: & ceſſauit *parere*
cùm genuiſſet eum. 6 Accepit autem Iuda con-
iugem Ir primogenito ſuo, cuius nomen erat
Thamar. 7 Fuitque Ir primogenitus Iudæ ma-
lus corã Domino, & morte plexuit eum Dñs.

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible]

28 *Cùmque tranſiſſent propè eos viri Madianitæ mercatores, extraxerunt Ioſeph, & eduxerunt eum de puteo, & vendiderunt eum viginti dracmis, & adduxerunt eum in Ægyptum.*
29 Deinde reuerſus eſt Raubin ad puteum, & cùm non eſſet Ioſeph in puteo, ſcidit veſtimenta ſua.
30 Et reuerſus eſt ad fratres ſuos, & ait: Cùm puer non ſit in puteo, ego quo ibo?
31 Deinde ſumpſerunt tunicam Ioſeph, & iugularunt hædum ex capris, & intinxerunt eam ſanguine illius.
32 Et miſerunt eam cum quodam qui ferret eam ad patrem eorum, & dixerunt: Inuenimus hanc, dignoſce eam vtrum ſit tunica filii tui, an non.
33 Agnouitque eam, & ait: Eſt tunica filii mei, fera improba deuorauit eum, præda factus eſt Ioſeph.
34 Et ſcidit Iacob veſtes ſuas, & cinxit cilicio lũbos ſuos, & contriſtatus eſt de filio ſuo tempore longo.
35 Et ſurrexerunt omnes filii eius ac filiæ eius, vt conſolarentur eum, ſed renuit conſolari, & dixit: Immò deſcendam ad puluerem mœſtus de filio meo: & fleuit eũ.
36 Et Madianitæ vendiderunt eum in Ægypto, Phutiphari miniſtro Pharaonis, principi gladiatorum.

CAPVT XXXVIII.

FActumq́; eſt in eo tempore etiã, vt Ihudha deſcenderet à fratribus ſuis, diuerteretque ad hominem Adelamitam, & nomen eius Hira.
2 Tum vidit ibi filiam viri Chananæi, cuius nomen Sua, duxitq́; illam in matrimoniũ, & ingreſſus eſt ad eam.
3 Et concepit, ac peperit filium, & vocauit eum Jr.
4 Et concepit etiam, ac peperit filium, & nominauit eum Vnan.
5 Et rediit quoque ac peperit filium, & appellauit eum Sila: erat autem Ihudha in Cuzib, cùm peperit eum.
6 Deinde ſumpſit Ihudha vxorem Jro primogenito ſuo, cuius nomen Thamar.
7 Eratque Jr primogenitus Ihudhæ improbus coram Deo, ideo peremit illum.

28 فلما مر بهم الرجال المديانيون التجار * جذبوا يوسف واصعدوه من
الجب وباعوه بعشرين درهما * واتوا به مصر * 29 ثم رجع راوبين
الي الجب واذا ليس يوسف في الجب * فخرق ثيابه * 30 ورجع
الي اخوته وقال اذ الغلام ليس هو في الجب فانا الي اين امضي *
31 ثم اخذوا جبة يوسف * وذبحوا عتودا من الماعز * وغمسوها في
دمه * 32 وبعثوا بها مع من اتي بها الي ابيهم * وقالوا وجدنا هذه
اثبتها هل هي جبة ابنك ام لا * 33 فاثبتها وقال هي جبة ابني *
وحش ردي اكله * فريسة افترس يوسف * 34 وخرق يعقوب ثيابه *
وشد مسحا علي حقويه فحزن علي ابنه زمانا طويلا * 35 وقام
جميع بنيه وبناته ليعزوه * فابي ان يتعزي * وقال بل انزل الي الثري
وانا حزين علي ابني * ثم بكا عليه * 36 والمديانيون باعوه في مصر
لفوطيفار خادم فرعون رييس السيافين *

* الفصل الثامن والثلثون *

1 وكان في ذلك الوقت ايضا ان يهودا هبط عن اخوته * فمال الي
رجل عدلمي واسمه حيرا * 2 ثم راي ثم بنت رجل كنعاني
اسمه شوع * فتزوج بها ودخل اليها *
3 فحملت وولدت ابنا * واسمه عير * 4 وحملت ايضا وولدت
ابنا * واسمه اونان * 5 وعاودت ايضا فولدت ابنا * واسمه شيلا *
وكان يهودا في كوزيب حين ولدته * 6 ثم اخذ يهودا زوجة
لعير بكره اسمها تامار * 7 وكان عير بكر يهودا رديا بين
يدي الله * فاهلكه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Prætereuntibus autem viris Madianitis Mercatoribus eduxerunt atque aſcendere fecerunt Ioſephum de
ciſterna, & vendiderunt Ioſephum Iſmaelitis viginti argenteis, duxeruntque Ioſephum in Ægyptum. 29 Et
reuerſus eſt Ruben ad ciſternam, & ecce non erat Ioſeph in ciſterna, ſciditque veſtimenta ſua. 30 Rediitque
ad fratres ſuos, & dixit; puer non eſt, & ego, quo ego ibo? 31 Tum acceperunt tunicam Ioſephi, & iugularunt
arietem caprarum, & immerſerunt tunicã in ſanguine. 32 Miſeruntque tunicam verſicolorem, & obtulerunt
eam patri ſuo & dixerunt, hanc inuenimus, recognoſce nunc an ſit tunica filii tui, an non. 33 Et agnouit eam,
atque dixit, fera peſſima deuorauit eum, diſcerpendo diſcerpſit Ioſephum. 34 Et rupit Iacob veſtimenta ſua,
& poſuit ſaccum ſuper renes ſuos, luxitque ſuper filium ſuum multis diebus. 35 Surrexerunt autem omnes filii
eius, & omnes filiæ eius, vt conſolarentur eum, ſed reſpuit conſolationem, dicens, quoniã deſcendam ad filium
meum lugens in ſepulchrum: Fleuitque eum pater eius. 36 Madianitæ autem vendiderunt Ioſephum in Ægy-
pto Putiphari Eunucho Pharaonis præfecto coquorum.

CAPVT XXXVIII.

COntigit etiam eodem tempore, vt deſcenderet Iudas à fratribus ſuis, & diuerteret ad hominem Odol-
lomiten, cui nomen Hira. 2 Et vidit ibi Iudas filiam hominis Chananæi, cui nomen Sua, & accepit eam,
ingreſſuſque eſt ad eam. 3 Concepit autem & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. 4 Et concepit adhuc,
& peperit filium, cuius vocauit nomen Onan. 5 Addiditque adhuc, & peperit filium, & vocauit nomen eius,
Sela: erat autem in Chaſba cùm peperit eum. 6 Accepit autem Iudas vxorem ipſi Her primogenito ſuo, cuius
nomen erat Thamar. 7 Fuit verò Her primogenitus Iudæ malus in oculis Dñi, quare occidit eum Dominus.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

[8] Dixit ergo Iuda ad Onan filium ſuum , In-
gredere ad vxorem fratris tui , eamque ducito
vxorem, & ſuſcita ſemen fratri tuo. [9] Sciens au-
tem Onan quòd ſuum non eſſet futurum ſe-
men, quando ingrediebatur ad vxorem fratris
ſui, corrumpebat ſe ſuper terram , ne ſuſcitaret
ſemen fratri ſuo. [10] Diſplicuit autem Domi-
no quod fecerat, & morte affecit etiam ipſum.
[11] Dixitque Iuda ad Thamar nurũ ſuam, Sede
in viduitate in domo patris tui, donec adoleſcat
Sela filius meus. Dixit enim , Ne fortè moria-
tur etiam ipſe ſicut fratres eius. Itaque abiit
Thamar, ſeditque domi patris ſui. [12] Multis au-
tem diebus euolutis, mortua eſt filia Sua vxoris
Iudæ: & poſtquam conſolatus eſt Iuda, aſcendit
ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hira amicus
eius Aramelita in Temnath. [13] Indicauerunt
autem ipſi Thamar , & dixerunt ei , En ſocer
tuus aſcendit in Temnath, vt tondeat gregem
ſuum. [14] Illa ergo depoſitis à ſe veſtibus vidui-
tatis ſuæ , obtexit ſe peplo, ſeſeque ornauit, &
ſedit in biuio viarum quod eſt in itinere *quod
ducit ad* Temnath; viderat enim adoleuiſſe Se-
lam , neque ſe dari illi *vxorem*. [15] Quam cùm
vidiſſet Iuda , exiſtimauit eam quaſi meretri-
cem , velauerat enim faciem ſuam: [16] Et di-
uertens ad eam in viam, dixit ei, Veni ingrediar
ad te : nõ enim ſciebat quòd nurus ſua eſſet. Illa
verò dixit ei , Quid dabis vt ingrediaris ad me?
[17] Dixit, Ego mittam tibi hædum caprarum de
grege. Inquit illa, Dumodo des mihi pignus
donec mittas. [18] Dixit , Quod pignus dabo
tibi ? quæ reſpondit , Anulum tuum , &
mitellam tuam , & baculum qui eſt in ma-
nu tua. Deditque ei, & ingreſſus eſt ad eam ,
& concepit ex eo. [19] Et ſurgens abiit ,
depoſuitque peplum à ſe , & induit veſtes vi-
duitatis ſuæ.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 *Dixit autem Ihuda ad Vnan: Ingredere ad*
vxorem fratris tui, & ædifica ſuper eam, & ſuſ-
cita ſtirpem fratri tuo. 9 *Cognouit autem Vnan*
quod non ad ſe pertineret ſemen, & ideo quando
ingrediebatur ad vxorem fratris ſui, corrumpebat
illud ſuper terram, ne faceret ſtirpem fratri ſuo.
10 *Et iniquum fuit apud Deum quod egit, &*
interfecit illum quoque. 11 *Dixitque Ihuda*
ad Tamar nurum ſuam, Sede vidua in domo pa-
tris tui, donec creſcat Sila filius meus, quia dixit:
Nulla eſt ſecuritas quin moriatur ipſe quoque ſicut
fratres ſui. Abiit ergo, & ſedit in domo patris ſui.
12 *Tum protracto interuallo mortua eſt filia Sua*
vxor Jhudæ; & conſolatus eſt poſt eam, & aſcen-
dit ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hira ami-
cus ſuus Adhlamita, ad Temnath.
13 *Nuntiatumque fuit Tamar, & dictum eſt*
ei: Ecce ſocer tuus aſcendit ad Temnath, vt ton-
deat oues ſuas.
14 *Quare ſpoliauit ſe veſtibus mœroris ſui, & coo-*
peruit ſe velo & velauit ſe, ac ſedit in loco per-
ſpicuo ſecus viam Temnath, cùm vidiſſet Silam
iam creuiſſe, & ſe non conſtitutam fuiſſe illi vxo-
rem. 15 *Vidit ergo eam Ihuda, & opinatus eſt*
eam eſſe meretricem, quia ipſa cooperiebat fa-
ciem ſuam.
16 *Declinauitque ad eam de via, & ait: Si vo-*
lueris, ingrediar ad te; quia ipſe neſciebat eam eſſe
nurũ ſuam. Dixit ad eum: Quid dabis mihi, vt in-
grediaris ad me? 17 *Ait: Ego mittam hædum ex*
ouibus. Dixit: Da mihi pignus quouſque mittas
illum ad me.
18 *Dixit, Quodnam pignus dabo tibi? Ait,*
annulum tuum, & floccum tuum, & bacu-
lum tuum qui eſt in manu tua. Et dedit ei hæc,
& ingreſſus eſt ad eam, & concepit ex eo.
19 *Deinde ſurrexit, & abiit, & exuit ſe velo*
ſuo, & induit ſe veſtibus mœroris ſui.

8 فقال يهودا لاونان ادخل الي زوجة اخيك * وابن عليها * واقم
نسلا لاخيك * 9 فعلم اونان انه ليس اليه ينسب النسل *
فكان اذا دخل الي زوجة اخيه افسد ذلك على الارض * لئلا
يجعل نسلا لاخيه * 10 فساء عند الله ما فعل * فاماته ايضا *
11 فقال يهودا لثامار كنته * اجلسي ارملة في بيت ابيك الي
ان يكبر شيلا ابني * لانه قال لا آمن ان يموت هو ايضا كاخوته *
فمضت وجلست في بيت ابيها *
12 ثم طالت المدة * وماتت ابنة شوع زوجة يهودا * وتعزى
بعدها * وصعد الي جازي غنمه هو وحيرا صاحبه العدلامي الي
تمنات * 13 فاخبرت ثامار وقيل لها هوذا حموك صاعد الي
تمنات ليجز غنمه * 14 فنزعت ثياب حزنها عنها * وتغطت
بالخمار * وتنقبت وجلست في منظر على طريق تمنات * لما رات
ان شيلا قد كبر وهي لم تجعل له زوجة *
15 فراها يهودا فحسبها ممتعة * لانها كانت تغطي وجهها *
16 فمال اليها عن الطريق * وقال ان شئت ادخل اليك * لانه لم
يعلم انها كنته * قالت له ما تعطيني حتى تدخل الي *
17 قال انا ابعث جديا من الغنم * قالت اعطني رهنا الي ان
تبعث بذلك الي * 18 قال ما الرهن الذي اعطيك * قالت خاتمك
وشرابتك وعصاك التي في يدك * واعطاها ذلك * ودخل اليها *
وحملت منه * 19 ثم قامت فمضت ونزعت * خمارها عنها *
ولبست ثياب حزنها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Poſteà dixit Iudas ipſi Onan, ingredere ad vxorem fratris tui, & iure leuiri duc illam, vt ſuſcites ſemen fra-
tri tuo. 9 Cognoſcens autem Onan quod ſemen non eſſet ſuum, quando ingrediebatur ad vxorem fratris
ſui, tum corrumpebat ſe in terram, ne daret ſemen fratri ſuo. 10 Et diſplicuit oculis Domini quod faciebat,
& occidit etiam illum. 11 Dixit autem Iudas ad Thamar nurum ſuam; ſede vidua in domo patris tui,
vſque quo creuerit Sela filius meus. dicebat enim, ne moriatur etiam iſte vt frater eius; & abiuit Thamar, & ſe-
dit in domo patris ſui, 12 Diebuſque multis præteritis mortua eſt filia Suæ vxor Iudæ. Poſquam autem con-
ſolationem accepiſſet Iudas, aſcendit ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hira amicus eius Odollamita in
Thamnat. 13 Tum nuntiatum eſt Thamar nurui eius dicendo, ecce ſocer tuus aſcendit in Thamnat vt
tondeat oues ſuas. 14 Et abſtulit veſtimenta viduitatis ſuæ à ſeipſa, operuitque ſe velamine, & celauit ſe,
& ſedit ad portam Ænaim, quæ eſt ſecus viam Thamnat, eo quod videret Selam grandem factum, & ipſa non
daretur ei in vxorem. 15 Et videns eam Iudas exiſtimauit illam eſſe meretricem, quia obtexerat faciem
ſuam. 16 Itaque declinauit ad eam in viam, dixitque, concede quæſo vt ingrediar ad te; neſciebat enim
nurum eſſe ſuam. Quæ dixit, quid dabis mihi, vt ingrediaris ad me? 17 Et reſpondit, Ego mittam tibi
hœdum caprarum de grege: dixit verò, ſi dederis mihi arrhabonem donec miſeris. 18 Reſponditque,
quem arrhabonem dabo tibi? & dixit, ſigillum tuum, armillam tuam, & baculum tuum qui eſt in manu tua.
His illi datis ingreſſus eſt ad eam, & concepit ex eo. 19 Poſtea ſurrexit & abiuit, & abtulit à ſe velamen
ſuum & induit veſtimenta viduitatis ſuæ.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

20 Miſit autem Iuda hædum caprarum per
amicum ſuum Armelitam vt reciperet pignus
de manibus mulieris: at non inuenit eam.
21 Interrogauit ergo homines loci *illius*,& ait,
Vbi eſt meretrix quæ ſedebat in biuio viarum?
Dixerunt,Nulla eſt hîc meretrix. 22 Reuerſus
itaque ad Iudam,dixit ei,Non inueni eam:quin
& homines loci dicunt nullam eſſe hîc meretri-
cem. 23 Dixitque Iuda, Accipiat ſibi, ne forte
ſim riſui:en miſi hædum iſtum, & tu non inue-
niſti eam. 24 Accidit autem poſt tres menſes,vt
indicaretur Iudæ, ac diceretur ei, Scortata eſt
Thamar nurus tua, & ecce ex ſcortatione gra-
uida eſt. Ait Iuda, Educite eam,& comburatur.
25 Cúmque ipſi educerent eam, miſit ad ſoce-
rum ſuum *dicens*, Ex viro cuius hæc ſunt,ex ip-
ſo grauida ſum. Dixitque, Dignoſce cuius ſit
annulus, faſcia, & baculus iſti. 26 Ipſe ergo
agnouit, & ait Iuda, Innocentior eſt me: pro-
pterea *quòd* non tradidi eam Sela filio meo. nec
addidit vltra cognoſcere eam. 27 Cúmque ad-
fuiſſet tempus partus illius,en gemelli in vtero
eius. 28 Factumque eſt vt cùm infans protu-
liſſet manum ſuam, acceperit obſtetrix filum
coccineũ, circumligaueritque manui eius, ac
dixerit,Iſte egredietur primò. 29 Et cùm retra-
xiſſet manum ſuam, egreſſus eſt frater eius.
dixitque illa,Quantùm rupta eſt propter te ru-
ptura! vocauitque nomen eius Phares. 30 Dein-
de egreſſus eſt frater eius, ſuper cuius manum
erat filum coccineum; vocauitque nomen
eius Zarah.

CAPVT XXXIX.

1 IGitur Ioſephum deduxerunt Medianitæ in Ægyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus princeps militum Pharaonis, vir Ægyptius de manu Arabum qui deduxerant eum illuc.

VERSIO SAMARITANA.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

[20] *Miſitque Ihudha hædum per amicum ſuum*
Adhlamitam, vt recuperaret pignus de manu
mulieris: & non reperit eam. [21] *Interrogauit-*
que gentem quæ erat in eius loco, & dixit eis: Vbi eſt
meretrix? eſt ne in loco perſpicuo in via? Dixerunt,
Non fuit hic vnquam meretrix.
[22] *Reuerſuſque ad Ihudham, ait: Non inueni*
illam. & gens loci etiam dixit: Non fuit hic mere-
trix vnquam. [23] *Et ait Ihudha: Teneat ſibi*
vt ne ſimus deſpectui: ecce iam miſi hunc hædum,
& tu non inueniſti eam. [24] *Cùm autem præ-*
teriiſſent tres menſes, nuntiatum fuit Ihudhæ, di-
ctumque fuit ei: Fornicata eſt Tamar nurus tua,
& ecce grauida eſt ex fornicatione. Dixit Ihudha:
Educite eam, & comburatur. [25] *Dum ipſa edu-*
ceretur, miſit ad eum, dixitque: A viro, cuius ſunt
res iſtæ elegantes, ego prægnans ſum. Tum dixit:
Dignoſce cuiuſnam ſint hic anulus, & floccus, &
baculus. [26] *Dignouitque ea Ihudha, & ait:*
verè dixit, id à me fuit: & propterea non coniuga-
ui eam cum Sila filio meo; nec iterauit ampliùs vt
coniungeretur cum illa. [27] *Cúmque fuiſſet*
tempus partus eius, ecce gemini in vtero eius.
[28] *Et cùm pareret, eduxit alter ex eis manum*
ſuam, tulitque obſtetrix coccinum, & alligauit
illud ipſi, & ait: Hic egreſſus eſt prior.
[29] *Cùm verò retraxiſſet manum ſuam, egreſſus*
eſt frater eius. dixitque: Quàm pulchrum incre-
mentum tuum in diebus meis! & vocauit eum
Phares. [30] *Et poſtea exiuit frater eius, ſuper*
cuius manu erat coccinum; & vocauit eum
Zarch.

CAPVT XXXIX.

ET Ioſeph deſcendit in Ægyptum, emitque
eum Phutiphar ſeruus Pharaonis, prin-
ceps gladiatorum, vir Ægyptius, de manu Ara-
bum qui duxerant eum illuc.

20 وبعث يهودا الجدي مع صاحبه العدلمي ليفك الرهن من
يد المراة * فلم يجدها * 21 فسال اهل موضعها * وقال لهم
اين المومسة التي في المنطق على الطريق قالوا ما كانت هاهنا
قط مومسة * 22 فرجع الي يهودا * وقال لم اجدها * واهل الموضع
ايضا قالوا ما كانت هاهنا قط مومسة * 23 وقال يهودا تقبض لنفسها
كيلا نكون هزوة * هوذا قد ارسلت هذا الجدي وانت لم
تجدها * 24 فلما مضت ثلثة اشهر اخبر يهودا بان قيل له زنت
تامار كنتك وهي حامل من الزنا * قال يهودا اخرجوها فتحرق *
25 بينما هي مخرجة بعثت اليه * فقالت من الرجل الذي هذه
الاعلاق له انا حامل * ثم قالت اثبت لمن هذا الخاتم والشرابة
والعصا * 26 فاثبتها يهودا * وقال قد صدقت * ذلك مني *
ولذلك لم ازوجها بشيلا ابني * ولم يعد ايضا الي ان يواقعها *
27 ولما كان وقت ولادتها فاذا بتومين في بطنها *
28 ولما ولدت اخرج احدهما يده * فاخذت القابلة قرمزا فعقدته
عليها * وقالت هذا خرج اولا * 29 فلما رد يده خرج اخوه *
فقالت ما احسن نموك بايامي * واسمه فارص * 30 وبعد ذلك
خرج اخوه الذي على يده القرمز * واسمه زارح *

* الفصل التاسع والثلثون *

1 ويوسف هبط الي مصر * فاشتراه فوطيفار خادم فرعون
ريس السيافين رجل مصري * من يد الاعراب الذين حدروه
الي ثم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[20] Et miſit Iudas hœdum caprarum per manũ amici ſui Odollamitæ, vt reciperet arrhabonem de manu mu-
lieris, ſed non inuenit eam. [21] Interrogauitque homines loci, dicens, vbi eſt meretrix illa quæ erat in Ænaim
ſecus viam? & reſponderunt non fuit hîc meretrix. [22] Quare rediit ad Iudam, & dixit, non inueni eam, atque
etiam viri loci dixerunt quod non fuerat illic meretrix. [23] Dixit autem Iudas, accipiat ſibi, ne ſimus con-
temptui: ecce miſi hœdum iſtum, & tu non inueniſti eam. [24] Contigit autem velut poſt tres menſes, vt
nuntiaretur Iudæ dicendo, fornicata eſt Thamar nurus tua, atque etiam ecce concepit de fornicatione: &
dixit Iudas, educite illam, & comburatur. [25] Cum ipſa educeretur miſit ad ſocerum ſuum, dicens; de viro
cuius hæc ſunt, ego concepi. Dixitque, agnoſce quæſo cuius ſunt hæc, ſigillum, armilla & baculus.
[26] Et agnouit Iudas, & dixit, iuſtior eſt me: nam eo quod non dedi illam Selæ filio meo; & non addidit
vltrà cognoſcere eam. [27] Factumque eſt in tempore quo pariebat, & ecce gemelli in ventre eius.
[28] Et accidit cum pareret, vt proferret manum, & acciperet obſtetrix; ligauit autem ſuper manum eius
coccinum, dicens; iſte egredietur primus. [29] Cum vero reduxiſſet manum ſuam, & ecce egreſſus eſt frater
eius; dixitque, vt quid diuiſiſti? ſuper nos diuiſio: & vocauit nomen eius Phares. [30] Poſtea egreſſus eſt frater
eius, ſuper cuius manum erat coccinum, & vocauit nomen eius Zarah.

CAPVT XXXIX.

IOſeph autem deſcendit in Ægyptum, & emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, præfectus coquorum,
homo Ægyptius de manu Iſmaelitarum, qui eum duxerant illuc.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

2 Fuit autẽ Dñs cum Ioſeph,& erat vir proſper
in domo dñi ſui Ægyptii. 3 Viditq; herus eius
quòd Dominus adeſſet ei,& cũcta quę agebat,
Dñs fortunaret in manu illius. 4 Et inuenit Io-
ſeph gratiã in oculis eius,& miniſtrauit ei:præ-
fecitq; eũ domui ſuę, & quicquid habebat tra-
didit in manibus eius. 5 Factũque eſt ab eo tem-
pore quo pręfecit eũ domui ſuæ & omnibus re-
bus ſuis , vt benedixerit Dñs domui Ægyptii
propter Ioſeph, adfueritque benedictio Dñi in
omnibus quæ habebat domi & ruri. 6 Reliquit
igitur quęcũque habebat,in manu Ioſeph: nec
nouerat cũ eo quicquã,præter panẽ quo veſce-
batur. Ioſeph autẽ formoſo erat aſpectu, & ele-
ganti forma. *Tentatio Ioſephi qua celebris reddi-
tus eſt.* 7 Contigit autem poſt has res geſtas,vt
iniiceret vxor heri ſui oculum ſuum in Ioſeph,
diceretque ad eum,dormi mecum. 8 At noluit,
dixitque vxori domini ſui , En dominus meus
ignorat mecum quid ſit domi ſuæ , & quicquid
habet ſubdidit poteſtati manuum mearum:
9 Nec eſt quiſquam me maior in domo iſta,nec
excepit à me quicquam præter te , quòd vxor
eius ſis : quomodo ergo perpetrabo flagitium
hoc ingens,& peccabo in Deum? 10 Quumque
diceret ei quotidie,nec audiret eam,vt dormi-
ret apud eam , eſſetque cum illa: 11 Accidit
quodam die vt ingrediente Ioſeph domum ad
agendum opus *aliquod*,dum nullus domeſtico-
rum illic adeſſet in domo: 12 Apprehenderet,
illa veſtem eius,diceretque ad eum,Dormi me-
cum.at ipſe relicta veſte ſua in manibus eius,fu-
git & exiuit in plateam. 13 Factumque eſt vt
quum vidiſſet illa quòd reliquiſſet veſtem ſuam
in manibus eius,fugiſſetque in plateam: 14 Vo-
caret domeſticos ſuos,diceretque ad eos, Vide-
te quòd adduxerit nobis ſeruum Hebræum,vt
nos rideret : ingreſſus eſt ad me , vt dormiret
mecum, ego verò exclamaui voce elata.

VERSIO SAMARITANA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

2 Eratque Deus cum Ioſeph,& erat vir proſper,
& manſit in domo domini ſui Ægyptij.
3 Cúmque vidiſſet dominus eius Deum eſſe
cum illo,& omnia quæcunque faciebat, Deum proſperare in manu ipſius: 4 Inuenit gratiam
apud eum, & ſeruiuit ei, & præfecit eum domui
ſuæ, & omnia bona ſua poſuit in manu eius.
5 Et à quo tempore præfecit eum domui ſuæ, &
omnibus bonis ſuis, benedixit Deus domum
Ægyptij propter Ioſeph, & erat benedictio eius in
omnibus bonis illius in domibus, & ruribus.
6 Igitur reliquit omnia bona ſua in manu eius,
nec inuiſebat quicquam ex iis quæ cum eo erant,
niſi cibum quem comedebat. Eratque Ioſeph venuſtus forma & aſpectu ſimul. 7 Cúmque
factum eſſet poſt has res, extendit vxor domini
eius oculum ſuum ad Ioſeph,& ait: Accumbe mecum. 8 Renuit verò, ac dixit ei: Ecce dominus
meus ignorat mecum quid ſit domi,& omnia bona
ſua iam poſuit in manu mea:
9 Nec eſt in iſta domo qui plura me gerat, nec
interdixit mihi quicquam præter te, quia es vxor
eius: Quomodo ergo committam hanc iniquitatem maximam, & contradicam Deo?
10 Cúmque locuta eſſet ei vna die poſt alteram,
nec auſcultaſſet ei vt dormiret ad latus eius,vt eſſet
cum ea, 11 Accidiſſetque quadam die vt ingrederetur domum ad agendum negotium quod
habebat,& non eſſet quiſpiam ex domeſticis in ea,
12 Apprehendit tunicam eius, dicens: Accumbe
mecum; at ipſe relinquens tunicam ſuam in manu
eius, exiuit ad plateam. 13 Cùm autem vidiſſet
quòd reliquiſſet tunicam ſuam in manu eius, &
exiiſſet ad plateam, 14 Vocauit domeſticos
ſuos & dixit eis: Videte quomodo attulerit nobis mancipium Hebræum, vt illuderet nobis.
Venit ad me vt cubaret mecum, clamauique
voce alta.

2 فكان الله مع يوسف وكان رجلا منجحا * واقام في بيت مولاه
المصري * 3 فلما راى مولاه ان الله معه * وجميع ما يعمله الله
منجحه في يده * 4 ووجد حظا عنده فخدمه * ووكله على منزله
وجميع ماله جعله في يده * 5 وكان منذ حين وكله على منزله
وجميع ماله * بارك الله في بيت المصري بسبب يوسف * وكانت بركته
في جميع ماله في المنازل والضياع * 6 فترك جميع ماله بيده
ولم يفتقد مما معه شيئا الا الطعام الذي ياكله * وكان يوسف حسن
الحلية والمنظر جميعا * 7 ولما كان بعد هذه الامور * مدت
امراة مولاه عينها الى يوسف * وقالت ضاجعني *
8 فابى وقال لها هوذا مولاي لا يعرف معي ما في المنزل * وجميع
ماله قد جعله في يدي * 9 وليس هو في هذا البيت باكثر
تصرفا مني * ولم يصد عني شيئا غيرك لانك زوجته * فكيف اصنع
هذه السيئة العظيمة واعصي الله *
10 فلما كلمته يوما بعد اخر * ولم يقبل منها ان ينام بجانبها
ليكون معها * 11 وكان في بعض الايام انه دخل الى
البيت ليصنع صنعا له * ولم يكن رجل من اهل البيت فيه *
12 تعلقت بقميصه قائلة ضاجعني * فترك قميصه في يدها وخرج
الى السوق * 13 فلما رات انه قد ترك قميصه في يدها
وخرج الى السوق * 14 دعت باهل بيتها وقالت لهم * انظروا
كيف جانا بعبد عبراني ليلعب بنا * اتاني ليضاجعني * فناديت
بصوت عال *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

2 Fuitque Dominus cum Ioſepho, & erat vir proſperè agens, habitabatque in domo domini ſui Ægyptij.
3 Vidit etiam dominus eius, quod Deus eſſet cum illo, & quod omnia quæ faciebat, Deus proſperabat in
manu eius. 4 Itaque inuenit Ioſeph gratiam in oculis domini ſui, miniſtrans ei: conſtituitque eum ſuper domum ſuam, & omnia quæ erant ei dedit in manum eius. 5 Acciditque ex quo præpoſuit illum domui ſuæ, &
ſuper omnia quæ ipſius erant, vt benediceret Dominus domum Ægyptij propter Ioſephum: factaque eſt benedictio Domini in omnibus quæ ipſius erant, domi & in agris. 6 Ideo relinquebat omnia in manu Ioſephi, nec
cognoſcebat quicquam ſuum præter panem quem comedebat: Erat autem Ioſeph ſpecioſus forma, & pulcher aſpectu. 7 Et factum eſt poſt res iſtas vt leuaret vxor domini ſui oculos ſuos ad Ioſephum, diceretque
ei, dormi mecum. 8 Sed recuſauit dicens vxori domini ſui, ecce dominus meus non cognoſcit mecum quidquam in domo ſua, & omnia quæ ſua ſunt dedit in manum meam. 9 Nec vllus eſt maior me in domo iſta, neque prohibuit à me quicquam præter te, eo quod vxor ipſius es, & quomodo faciam malum grande hoc &
peccabo Deo? 10 Cum autem loqueretur Ioſepho quotidie, & non obediret ei vt concumberet ſecum,
eſſetque cum ea. 11 Accidit talis dies vt ingrederetur Ioſeph domum ad faciendum opus ſuum domi, nullusque eſſet ex domeſticis intus. 12 Tum apprehendit eum per veſtes ſuas, dicens, dormi mecum: reliquit autem
veſtes ſuas in manu eius & fugit, & egreſſus eſt foras. 13 Factumque eſt cum vidit quod reliquiſſet veſtes ſuas
in manu ſua, & fugiſſet & egreſſus fuiſſet foras. 14 Vt clamaret ad homines domus ſuæ, & loqueretur eis dicens: videte, introduxit nobis hominem Hebræum vt rideret nos: venit ad me vt concumberet mecum, & clamaui voce magna.

[illegible]

15 Quumque audiſſet quòd extuliſſem vocem
meam & clamaſſem, reliquit veſtem ſuam in
manibus meis , & fugiens egreſſus eſt in pla-
team. 16 Poſuitque veſtem eius apud ſe, donec
ingrederetur herus eius domum. 17 Et dixit ei
talia verba, Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus
quē adduxiſti nobis ad nos deridēdos: 18 Cúm-
que extuliſſem vocem meam clamaſſemque,
relicta veſte ſua in manibus meis, fugit & egreſ-
ſus eſt in plateam. 19 Cùm igitur audiſſet he-
rus eius verba vxoris ſuæ dicentis ad eum, Se-
cũdùm verba iſta fecit mihi ſeruus tuus, æſtua-
uit furor eius: 20 Arripienſque eum dominus
eius , iniecit eum in carcerem , vbi vincti regis
erant concluſi , manſitque ibi in carcere.
21 Fuit autem Dñs cum Ioſepho, & effudit ſu-
per eum miſericordiam, deditque ei gratiam in
oculis præpoſiti carceris. 22 Tradiditque præ-
poſitus carceris in manum Ioſephi omnes vin-
ctos qui erant in carcere: & quicquid agebant
ibi, ipſe agebat. 23 Et præfectus carceris nullam
explorabat rem in manu eius : quandoquidem
Dñs erat cum eo , & quicquid faciebat, Domi-
nus fortunabat.

CAPVT XL.

ET factum eſt poſt ſermones iſtos , vt pec-
carent princeps pincernarũ regis Ægy-
pti & princeps piſtorum , in dominum ſuum
regem Ægypti. 2 Quare iratus eſt Pharaon
in ambos eunuchos ſuos, in principem pincer-
narum, & in principem piſtorum: 3 Coniecit-
que eos in carcerem, in domum *ſcilicet* præfecti
militum, in eum locum vbi Ioſeph vinctus de-
tinebatur. 4 Præfecitque princeps militum
Ioſephum ſuper eos, & miniſtrabat eis , fuerũt-
que ad dies in carcere. 5 Somniauerunt autem
ambo , quilibet ſomniũ ſuum in nocte eadem,
vnuſquiſque iuxta interpretationem ſomnii
ſui , pincerna *videlicet*, ac piſtor regis Ægypti,
qui detruſi erant in carcerem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

15 *Cúmque audiſſet me extuliſſe vocem meam, & exclamaſſe, reliquit tunicam ſuam in manu mea, & fugit, & egreſſus eſt ad plateam.* 16 *Et depoſuit tunicam eius apud ſe, quouſque ingreſſus eſſet dominus ipſius domum ſuam.* 17 *Et dixit ei huiuſmodi ſermonem: Venit ad me mancipium Hebræum quod adduxiſti ad nos, vt illuderet me.*
18 *At attollente me vocem meam, & exclamante, reliquit tunicam ſuam prope me, & fugit ad plateam.* 19 *Cúmque audiſſet dominus eius ſermonem vxoris ſuæ, quem dixit ei: Sic fecit mihi ſeruus tuus, inualuit furor eius in eum.*
20 *Apprehenditque eum, & commiſit illum carceri, loco in quo vincti regis erant clauſi; manſitque in carcere.* 21 *Et erat Deus cum eo etiam, & conuertit ad eum gratiam ſuam, & conceſſit ei ſortem apud principem carceris:* 22 *Ita vt poſuerit in manu eius omnes vinctos qui erant in carcere, & omnium quæ agebant ibi, ipſe eſſet gubernator.* 23 *Et princeps carceris nihil videbat difficile illi, quoniam Deus cum eo erat: & quidquid faciebat, Deus proſperabat.*

CAPVT XL.

ET accidit poſt huiuſmodi res, vt pincerna regis Ægypti & piſtor, deliquiſſent in dominum ſuum. 2 *Et periratus eſt Pharaon ambobus miniſtris ſuis, principi pincernarum, & principi piſtorum,* 3 *Et poſuit ambos in cuſtodia in domo principis ſpiculatorum, in carcere in quo Ioſeph erat clauſus.* 4 *At verò princeps ſpiculatorum conſtituit ſuper eos Ioſeph, vt ſeruiret ambobus. Et morati ſunt ad tempus in cuſtodia;*
5 *Quoadvſque vidiſſent ambo ſomnium ſimul, quilibet eorum per ſe ſeparatim in nocte vna. Et erat ſomnium vniuſcuiuſque ſecundùm interpretationem ſuam, pincernæ, & piſtoris regis Ægypti vinctorum in carcere.*

15 فلما سمعني قد رفعت صوتي فناديت * ترك قميصه بيدي
وهرب وخرج الى السوق * 16 وودعت قميصه عندها الى ان
دخل مولاه الى منزله * 17 فقالت له مثل هذا القول * اتاني
العبد العبراني الذي جيتنا به ليتلاعب بي * 18 وكان عند
رفع صوتي وناديت * فترك قميصه جانبي وهرب الى السوق *
19 فلما سمع مولاه كلام زوجته التي قالت له كذا صنع بي
عبدك * اشتد غضبه عليه * 20 فاخذه واودعه السجن الموضع
الذي فيه اسرى الملك محبوسون * فاقام في السجن * 21 وكان
الله معه ايضا * وامال اليه فضله * ورزقه حظا عند رييس السجن *
22 حتى جعل في يده جميع الاسارى الذين في السجن * وجميع
ما كانوا يصنعون ثم هو كان مدبرهم * 23 وليس رييس السجن
يرى شيا منكرا عليه لان الله معه * وما يفعله فالله منجحه *

* الفصل الاربعون *

1 وكان بعد هذه الامور ان ساقي ملك مصر والخباز اذنبا الى
سيدهما * 2 فسخط فرعون على كل خادميه * رييس السقاة
ورييس الخبازين * 3 وجعلهما في حفظ في منزل رييس السيافين *
في السجن الذي يوسف محبوس فيه * 4 فوكل رييس السيافين
عليهما يوسف ليخدمهما * واقاما مدة في الحفظ * 5 الى ان راءيا
جميعا روءيا * كل واحد منهما على حدته في ليلة واحدة * وكان حلم
كل واحد حسب تفسيره * الساقي والخباز اللذان لملك مصر
المامسوران في السجن *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Cúmque audiret quòd exaltaueram vocem meam & clamarem, tum reliquit veſtes ſuas in manu mea, & aufugit & egreſſus eſt foras. 16 Et reſtituit veſtimenta eius apud ſeipſam donec veniret dominus eius in domum ſuam. 17 Locutaque eſt ei ſecundum verba iſta dicens: Venit ad me ſeruus Hebræus quem nobis adduxiſti, ad illudendum mihi. 18 Cúmque exaltarem vocem meam & clamarem, tum reliquit veſtes ſuas apud me, & fugit foras. 19 Et factum eſt cum audiret dominus eius verba vxoris ſuæ, quæ locuta erat ei dicens: ſecundum verba iſta fecit mihi ſeruus tuus, vt exarderet ira eius. 20 Et acciperet ipſum dominus Ioſephi, & poneret eum in carcerem, in locum in quo vincti regis detinentur, fuitque ibi in carcere.
21 Sed fuit Dominus cum Ioſepho, & extendit in eum miſericordiam. 22 Et poſuit gratiam eius in oculis præfecti carceris, ita vt quæcunque fierent ibi, ipſe faceret. 23 Præfectus carceris non conſiderabat quicquam in manu eius; eo quod Dominus erat cum illo; & quæcumque faciebat, Dominus proſperabat.

CAPVT XL.

ACcidit autem poſt res iſtas, vt peccarent, Pincerna regis Ægypti, & Piſtor aduerſus dominum ſuum regem Ægypti. 2 Exardenſque Pharao aduerſus duos Eunuchos ſuos, aduerſus præfectum pincernarum, & aduerſus præfectum piſtorum.
3 Dedit eos in cuſtodiam domus præfecti coquorum, in carcerem, locum in quo vinctus erat Ioſeph.
4 Et commendauit præfectus coquorum eos Ioſepho, qui miniſtrabat eis: fuerunt autem aliquot dies in cuſtodia. 5 Somniaruntque ſomnium ambo, vnuſquiſque ſomnium ſuum vna nocte; vnuſquiſque iuxta interpretationem ſuam ſomniauit, Pincerna & Piſtor regis Ægypti qui vincti erant in domo carceris.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

6 Ad quos ingreſſus Ioſeph mane,cõtemplatus
eſt eos,& ecce erant mœſti. 7 Interrogauitque
eunuchos Pharaonis qui ſecum erant in carce-
re in domo domini ſui, & dixit ad eos, Cur
mœſti ſunt vultus veſtri hodie? 8 Reſponde-
runt ei,Somnium ſomniauim⁹,& interpretem
non habet. Dixit eis Ioſeph, Nonne Dei ſunt
interpretationes?narrate mihi. 9 Narrauit ergo
princeps pincernarũ ſomnium ſuum Ioſepho,
& dixit ei,In ſomnio meo ecce vitis coram me,
10 Et in vite tres palmites: & ipſa cum germi-
naſſet,exorta ſunt folia eius: & matureſcentes
botri eius,euaſerunt vuæ. 11 Calix verò Pha-
raonis erat in manibus meis : & accipiẽs vuas,
expreſſi eas in calicem Pharaonis, dedique ca-
licem in manus Pharaonis. 12 Ait ad eum Io-
ſeph, Hæc eſt interpretatio ſomñii tui: Tres
palmites,tres ſunt dies. 13 Poſt tres dies recorda-
bitur tui Pharaon,& reſtituet te in ſtatũ tuum,
dabiſque calicem Pharaoni in manum eius,
iuxta morem priſtinum quo potum illi præbe-
bas. 14 Sed memor eſto mei apud te,cùm be-
nefuerit tibi, & fac erga me beneficium & iu-
ſtitiam, & mentionem mei facito coram Pha-
raone,& educ me de carcere iſto. 15 Nam furto
ſublatus ſum è terra Hebræorũ:quin & hîc nil
cõmiſi ob quod me coniicerent in carcerem.
16 Videns autem princeps piſtorum quòd benè
interpretatus eſſet,dixit Ioſepho, Etiam ego in
ſomnio meo *vidi*, & ecce tria caniſtra *ciborum*
candidorum ſuper caput meum,
17 Et in caniſtro ſuperiori, ex omnibus cibis
Pharaonis arte piſtoria paratis, & beſtia alata
comedebat eos de caniſtro quod erat ſuper
caput meum. 18 Reſpondit Ioſeph & dixit
ad eum, Hæc eſt expoſitio ſomnii tui. Tria ca-
niſtra,tres ſunt dies. 19 Poſt tres dies tollet Pha-
raon caput tuum à te, ac ſuſpendet te in ligno,
comedetque volucris carnem tuam à te.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

6 *Et ingreſſus eſt ad eos Ioſeph manè, & vidit eos*
mœſtos, 7 *Et interrogauit ambos ſeruos Pha-*
raonis qui ſecum erant in cuſtodia domus domini
ſui, & ait illis: Quare facies veſtræ mutatæ ſunt ho-
die? 8 *Dixerunt ei: Vidimus ſomnia, & non ha-*
bent interpretem. Ait illis: Annon interpretationes
ad Deum pertinent? ſed narrate illa mihi.
9 *Et narrauit princeps pincernarum ſomnium*
ſuum Ioſepho, & ait: Vidi quaſi eſſet vitis inter
manus meas:
10 *Et in ea tres palmites: & ipſa pullulante,*
emerſeruut flores eius, & maturuerunt racemi
eius, & facti ſunt vua. 11 *Eratque calix Pha-*
raonis in manu mea, & accepi vuam, & expreſſi
eam in ipſum, & porrexi eum illi. 12 *Dixit ei*
Ioſeph: Hæc eſt interpretatio eius. Tres palmites,
tres dies ſunt. 13 *Ad tres dies recordabitur tui*
Pharaon, & reſtituet te ad tuam dignitatem, &
porriges ei calicem eius ſecundùm priſtinam con-
ſuetudinem cùm eſſes eius pincerna. 14 *Itaque*
recordare mei cùm proſperatum fuerit negotium
tuum, & facito erga me beneficium, & recordare
mei apud Pharaonem, & educ me de hac domo.
15 *Quoniam ego furtim ereptus ſum de terra He-*
bræorum, & hic etiam nihil egi pro quo meruerim
poni in carcere.
16 *Et cùm vidiſſet princeps piſtorum, quòd in-*
terpretatus eſſet illud ei fauſtè, dixit ei: Vidi
ego quoque quaſi tria caniſtra ſimilæ ſuper ca-
put meum.
17 *Et in caniſtro altiori, ex omnibus cibis Pha-*
raonis quos facit piſtor: & volatilia comedebant
ex ijs in caniſtro ſuper caput meum.
18 *Reſpondit ei Ioſeph, & dixit: Hæc eſt interpre-*
tatio eius. Tria caniſtra, tres dies ſunt:
19 *Et ad tres dies tollet Pharaon caput tuum de*
corpore tuo, & crucifiget te ſuper trabem, &
comedent volatilia de carne tua.

6 فدخل اليهما يوسف بالغداة فراهما كالحين * 7 فسال
خادمي فرعون اللذان معه في حفظ بيت مولاه * وقال لهما ما بال
وجوهكما متغيرة اليوم * 8 قالا له راينا رويا وليس لها معبر *
قال لهما الان التعابير لله * لكن قصوها علي *
9 فقص رييس السقاة روياه على يوسف * فقال رايت كان جفنا
بين يدي * 10 وفيه ثلاثة قضبان * وهي كما فرعت * صعد
نوارها * ونضجت عناقيدها * وصارت عنبا * 11 وكان كاس
فرعون في يدي * فاخذت العنب وعصرته فيها وناولته اياه *
12 قال له يوسف هذا تفسيره * الثلاثة قضبان ثلثة ايام هي *
13 الي ثلثة ايام يذكرك فرعون ويردك الي منزلتك * وتناوله كاسه
كالسنن الاولي اذ كنت ساقيه * 14 الان اذكرني معك اذا جاد
امرك * واصطنع عندي معروفا * واذكرني عند فرعون * واخرجني
من هذا البيت * 15 لاني سرقت من ارض العبرانيين * وهاهنا
ايضا لم اصنع شيا استحققت به ان اجعل في الحبس *
16 ولما راي رييس الخبازين انه قد فسرها له بخير * قال له رايت
انا ايضا كان ثلاث سلال حواري على راسي * 17 وفي السلة
العليا من جميع طعام فرعون مما يصنعه الخباز * وكان الطير ياكل
منه في السلة فوق راسي * 18 فاجابه يوسف وقال هذا تفسيره *
الثلاث السلات ثلثة ايام هي * 19 والي ثلثة ايام ينزع فرعون
راسك عن بدنك * ويصلبك على خشبة * فياكل الطير من
لحمك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Venit autem ad eos Ioſeph manè, viditque eos, & ecce turbati erant. 7 Et interrogauit Eunuchos Pha-
raonis, qui erant cum ipſo in cuſtodia, in domo Domini ſui, dicens, quare facies veſtræ triſtes ſunt hodie?
8 Et reſponderunt ei, ſomnium ſomniauimus, & non eſt qui interpretetur illud: Et dixit eis Ioſeph, nonne
Dei ſunt interpretationes? narrate quæſo mihi. 9 Narrauit igitur Præfectus Pincernarum ſomnium ſuum
Ioſepho, dixitque ei: cum ſomniarem, ecce vitis ante me. 10 Et in vite tres palmites, ipſaque velut germinans,
aſcendebat flos, maturabant botri eius vuas. 11 Calix etiam Pharaonis erat in manu mea, & accepi vuas, &
exprimebam eas ſuper calicem Pharaonis, & dabam calicem in manum Pharaonis. 12 Tum dixit ei Ioſeph,
hæc eſt interpretatio eius: tres palmites, tres ſunt dies. 13 Adhuc tres dies, extollet Pharao caput tuum, & re-
ſtituet tibi officium tuum, & dabis calicem Pharaoni in manum eius iuxta morem priſtinum quando eras Pin-
cerna eius. 14 Verùm memento mei apud teipſum quando benè fuerit tibi, & facias mihi miſericordiam,
memoremque facito mei Pharaonem, vt educat me domo iſta. 15 Quia furto raptus ſum de terra He-
bræorum, atque etiam hîc non feci quicquam propter quod poſuerint me in foueam. 16 Videns autem præ-
fectus Piſtorum quod benè interpretatus eſſet, dixit Ioſepho; etiam ego ſomniaui, & ecce tria caniſtra farinæ
ſuper caput meum. 17 Et in caniſtro excelſiore, omne genus erat cibi Pharaonis operis piſtorii: Aues autem
cœli comedebant ea de caniſtro quod erat ſuper caput meum. 18 Tum reſpondit Ioſeph, & dixit: hæc eſt in-
terpretatio eius, tria caniſtra tres ſunt dies. 19 Adhuc tres dies auferet Pharao caput tuum à te, & ſuſpendet
te ſuper lignum, & comedent aues cæli carnem tuam deſuper te.

[illegible]

20 Contigit autem die tertia, die nataliũ Pha-
raonis, vt faceret conuiuiũ omnibus ſeruis ſuis.
21 Et mentionem fecit principis pincernarum
& principis piſtorum in medio ſeruorum ſuo-
rum, & reſtituit principem pincernarum in ſta-
tum ſuum, deditque calicem in manus Pharao-
nis. 22 Principem verò piſtorum ſuſpendit,
quemadmodum interpretatus fuerat eis Io-
ſeph. 23 Et non eſt recordatus princeps pin-
cernarum Ioſephi, ſed oblitus eſt illius.

CAPVT XLI.

PRæterea contigit poſt duos annos, vt Pha-
raon ſomniaret ſomnium. Ecce ſtabat ad
fluuium, 2 Et ecce de fluuio aſcendebant ſe-
ptem vaccæ pulchræ aſpectu & pingues car-
ne, & paſcebantur in prato. 3 Et ecce ſeptem
vaccæ aliæ aſcendebãt poſt eas è fluuio, defor-
mes aſpectu & macilentæ carne, ſteteruntque
prope vaccas ſuper ripam fluminis. 4 Et de-
uorarunt vaccæ illæ quæ deformes erant aſpe-
ctu & macilentæ carne, ſeptem vaccas aſpectu
pulchras & carne pingues. Et experrectus Pha-
raon, 5 Rurſus dormiuit, & ſomniauit ſecun-
da vice: & ecce ſeptẽ ſpicæ aſcendebant in cul-
mo vno, plenæ & optimæ. 6 Et en ſeptem ſpi-
cæ tenues & percuſſæ vento vredinis pullula-
bant poſt eas; 7 Et deglutierunt ſpicæ illæ te-
nues ſeptem ſpicas pingues & plenas. Euigila-
uitque Pharaon & ecce ſomnium erat. 8 Manè
autem facto exagitatus eſt ſpiritus Pharaonis,
& mittens conuocauit omnes magos omneſ-
que ſapientes Ægypti, narrauitq; eis Pharaon
sõnia ſua, nec erat qui ea interpretaretur Pha-
raoni. 9 Locutus eſt ergo princeps pincernarũ
corã Pharaone, ac dixit, Culpæ meę recordor
hodie. 10 Pharaon iratus in ſeruos ſuos, conie-
cit nos in carcerem in domum præfecti mili-
tum, me *ſcilicet* & principem piſtorum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

20 Cúmque fuiſſet dies tertia quæ referebat diem
natalis Pharaonis, fecit in ea conuiuium omnibus
ducibus ſuis, & mentionem fecit principis pincer-
narum & principis piſtorum inter eos. 21 Præ-
cepitque vt reſtitueretur princeps pincernarum
ad potum præbendum: & porrexit ei calicem
eius. 22 Et crucifixit principem piſtorum,
quemadmodum explicauerat illis Ioſeph.
23 Deinde oblitus eſt princeps pincernarum Ioſe-
phi, nec recordatus eſt illius.

CAPVT XLI.

CVm autem tranſacti eſſent ex tempore duo an-
ni, vidit Pharaon ſe quaſi ſtantem ad ripam
Nili. 2 Et quaſi aſcendiſſe ex eo ſeptem boues
pulchras aſpectu, & craſſas carne, & pauiſſe in
gramine. 3 Et quaſi ſeptem boues alias aſcen-
diſſe poſt eas è Nilo, fœdas aſpectu, & tenues car-
ne, & ſtetiſſe ad latus illarum ſuper littus Nili.
4 Tum voraſſe boues fœdas aſpectu tenues
carne, ſeptem boues pulchras craſſas. Deinde ex-
perrectus eſt Pharaon. 5 Ac dormiuit & ſom-
niauit iterum, viditque quaſi ſeptem ariſtas pul-
lulaſſe in culmo vno, plenas optimas.
6 Et quaſi ſeptem ariſtas graciles percuſſas ven-
to meridionali pullulaſſe poſt eas.
7 Atque ſeptem ſpicas graciles abſorbuiſſe ſep-
tem ſpicas plenas. Deinde experrectus eſt Pharaon
& ecce ipſe ſomniauerat. 8 Cúmq; fuiſſet manè, af-
flictus eſt ſpiritus eius, & miſit & vocauit omnes
eruditos Ægypti, omneſque ſapientes eius, nar-
rauitque illis viſiones ſuas, nec fuit in eis qui in-
terpretaretur eas ipſi. 9 Locutuſque eſt prin-
ceps pincernarum coram eo, & dixit: Recordor ho-
die peccati mei:
10 Atq; id quidem, quia Pharaon iam iratus fue-
rat duobus ſeruis ſuis, poſuitque ambos in cuſto-
dia habitationis principis gladiatorum, me &
principem piſtorum.

20 فلما كان في اليوم الثالث وهو مثل يوم مولد فرعون * صنع فيه
مجلسا لكل قواده * فذكر رييس السقاة ورييس الخبازين فيما بينهم *
21 فامر برد رييس السقاة الي سقيه وناوله كاسه * 22 وصلب
رييس الخبازين * حسب ما فسر لهما يوسف * 23 ثم نسي رييس
السقاة يوسف ولم يذكره *

* الفصل الحادي والاربعون *

1 فلما مضي من الزمان حولان * راي فرعون كانه واقف علي
شاطي النيل * 2 وكان قد صعد منه سبع بقرات حسنات المنظر
وسمينات اللحم * فرعت في القرط * 3 وكان سبع بقرات اخر
قد صعدن وراهن من النيل قبيحات المنظر ورقيقات اللحم
ووقفن الي جانبهن علي شاطي النيل * 4 ثم اكلت البقرات
القبيحات المنظر الرقيقات اللحم السبع البقرات الحسنات السمينات
ثم استيقظ فرعون * 5 ثم حلم ثانية * فراي كان سبع سنابل
قد نبتت في قصبة واحدة ممتليات جياد * 6 وكان سبع سنابل
دقاق مضروبة بريح القبول قد نبتن وراهن * 7 ثم بلعت السبع
السنابل الدقاق السبع السنابل الممتليات * ثم استيقظ فرعون فاذا
هو حلم * 8 فلما كانت الغداة كربت روحه * فبعث ودعا بجميع
علماء مصر وجميع حكمايها * فقص عليهم رؤياه * فلم يكن فيهم
من فسرها له * 9 فتكلم رييس السقاة بين يديه * وقال اني لاذكر
اليوم خطاي * 10 وذلك ان فرعون قد سخط علي عبديه فوضعهما
في منزل رييس السيافين * انا ورييس الخبازين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Et factum eſt die tertio, qui erat dies natalis Pharaonis, vt faceret conuiuium omnibus ſeruis ſuis, extolle-
retque caput præfecti pincernarum, & caput præfecti piſtorum in medio ſeruorum ſuorum. 21 Reſtituitque
præfectum pincernarum propinationi ſuæ, & dedit calicem in manum Pharaonis. 22 Præfectum verò pi-
ſtorum ſuſpendit, ſicut interpretatus fuerat Ioſeph. 23 Sed non eſt recordatus præfectus pincernarum Ioſe-
phi, & oblitus eſt eius.

CAPVT XLI.

ACcidit autem poſt finem biennii dierum vt Pharao ſomniaret, & ecce ſtabat ad fluuium. 2 Ex flu-
uio autem aſcendebant ſeptem vaccæ pulchræ viſu, & pingues carne paſcebantque in carectis.
3 Et ecce ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt illas de fluuio, fœdæ viſu, & graciles carne, quæ ſtabant iux-
ta vaccas ad ripam fluuii. 4 Et deuorauerunt vaccæ fœdæ viſu & graciles carne ſeptem vaccas pulchras
viſu, & pingues; tum expergefactus eſt Pharao. 5 Obdormiitque, & ſomniauit ſecundò, & ecce ſeptem
ſpicæ aſcendebant in culmo vno plenæ & bonæ. 6 Ecce autem ſeptem ſpicæ tenues & aduſtæ vento, germi-
nabant poſt illas. 7 Et abſorbuerunt ſpicæ tenues ſeptem ſpicas opimas & plenas: tum expergefactus eſt
Pharao, & ecce ſomnium. 8 Mane autem facto conturbatus eſt ſpiritus eius, miſitque & vocauit omnes
magos Ægypti, omneſque ſapientes eius & narrauit eis Pharao ſomnia ſua, ſed nemo erat qui interpretaretur
ea Pharaoni. 9 Tum locutus eſt præfectus pincernarum Pharaoni, dicens; peccatum meum commemo-
rabo hodie. 10 Pharao exarſerat irâ aduerſus ſeruum ſuum, & dederat eum in cuſtodiam, in domum præ-
fecti coquorum, me & præfectum piſtorum.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

[11] Somniauimus autẽ ſomnia eadẽ nocte ego & ille, vnuſquiſque iuxta interpretationẽ ſomnii ſui ſomniauimus. [12] Erat autem ibidem nobiſcũ iuuenis quidã Hebræus, ſeruus præfecti militũ: cui cũ narrauiſſemus, interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra: cuilibet pro ſomnio ſuo interpretatus eſt. [13] Et quemadmodũ interpretatus fuerat nobis, ita nobis euenit: me reſtituit in ſtatum meum, illũ verò ſuſpendit. [14] Quare mittens Pharaon, accerſiuit Ioſephum: & illico eduxerunt eum de fouea, & detonſus, ac mutatis veſtibus ſuis, ingreſſus eſt coram Pharaone. [15] Dixit Pharaon ad Ioſeph, Somnium ſomniaui, & interpretem non habet; ego verò audiui de te quòd audiens ſomnium interpretaris illud. [16] Reſpondit Ioſeph, dixitque Pharaoni, Nunquid exiſtimas quòd abſque Deo proſpera ſuccedant Pharaoni. [17] Ait igitur Pharaon ad Ioſeph, in ſomnio meo ecce ſtabam ad ripam fluminis. [18] Et en de flumine emergebant ſeptem vaccæ pingues carne, & formoſæ aſpectu, paſcentes in prato. [19] Et en aliæ ſeptem vaccæ aſcendebant poſt eas, tenues, fœdiſſimi aſpectus, & imbecillimæ carnis, nec vidi tam turpes in tota terra Ægypti. [20] Et deuorarunt vaccæ tenues atque deformes, ſeptem vaccas priores pingues. [21] Et licet eſſent ingreſſæ in viſcera illarum, tamen non deprehendebantur introiſſe in earum viſcera, ſiquidem aſpectus earum fœdus erat vt antea: tum experrectus ſum. [22] Ac rurſum vidi in ſomnio meo, & ecce ſeptem ſpicæ aſcendentes in culmo vno, plenæ & optimæ. [23] Et ecce ſeptem ſpicæ tenues & percuſſæ vento vredinis pullulabant poſt eas. [24] Et deglutierunt ſpicæ tenues, ſeptem ſpicas optimas. Hæc narraui Magis, & non eſt qui ediſſerat mihi. [25] Dixit autem Ioſeph Pharaoni, Somnium idem eſt. Quod Deus facturus eſt, oſtendit Pharaoni.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible]

11 *Vidimuſque ſomnium in nocte vna ego &*
ipſe, & facta eſt viſio cuiuſlibet ſecundùm in-
terpretationem ſuam. 12 *Et erat ibi nobiſ-*
cum puer Hebræus, mancipium principis gladia-
torum: narrauimuſque ambas illi, & interpre-
tatus eſt eas nobis, & interpretatus eſt cuilibet
noſtri ſecundùm viſionem ſuam.
13 *Et ſicuti interpretatus eſt nobis, ſucceſſit res.*
Reſtituit me rex ad gradum meum, & cruci-
fixit illum. 14 *Miſitque Pharaon, & vocauit Io-*
ſeph: & illico adduxerunt eum de carcere, & raſit
capillos ſuos, & mutauit veſtes ſuas, & ingreſſus
eſt ad Pharaonem. 15 *Dixitque ei Pharaon:*
Vidi ſomnium, & non eſt ei interpres; & au-
diui de te quòd cùm audieris ſomnium, interpre-
taris illud. 16 *Reſpondit ei Ioſeph, & ait illi:*
Abſque mea ſcientia Deus reſpondebit Pharaoni
pacem. 17 *Deinde locutus eſt Pharaon cum*
Ioſeph, & ait illi: Vidi acſi ſtarem ad ripam Ni-
li, 18 *Et acſi aſcendiſſent de eo ſeptem vaccæ*
carnoſæ, pulchræ ſpecie, pauiſſentque in gramine.
19 *Et quaſi ſeptem aliæ vaccæ aſcendiſſent poſt*
eas macræ, fœdæ forma nimis, quibus non vidi
ſimiles in tota regione Ægypti, in fœditate: & co-
mederunt vaccæ exiles ac fœdæ, ſeptem vaccas prio-
res carnoſas. 21 *Et ingreſſæ ſunt in ventres earum,*
& non apparuit ipſas ingreſſas fuiſſe in eas: &
adhuc aſpectus earum fœdus erat vti fuerat prius.
Tum experrectus ſum.
22 *Rurſus vidi quaſi ſeptem ariſtas germinaſſe*
in ſtipula vna, plenas nimis. 23 *Et quaſi ſep-*
tem ariſtas graciles, tenues, percuſſas vento me-
ridionali, natas eſſe poſt eas. 24 *Et inglutierunt*
ſeptem ariſtæ tenues, ſeptem ariſtas bonas. Et nar-
raui id Doctoribus, at nihil indicarunt mihi.
25 *Dixit Ioſeph Pharaoni: Senſus duorum*
ſomniorum Pharaonis eſt vnus: Quod facturus
eſt Deus, notificauit Pharaoni.

11 فرأينا حلما في ليلة واحدة انا وهو * وكانت رويا كل واحد حسب
تفسيرها * 12 وكان ثم معنا غلام عبراني عبد لرييس السيافين *
فقصيناها عليه * وفسرها لنا * ففسر لكل واحد منا حسب روياه *
13 وكما فسر لنا كان ذاك * ردني الملك الي رتبتي * وصلب ذاك *
14 فبعث فرعون فدعا بيوسف * فاحضروا به من السجن * وحلق
شعره وابدل ثيابه ودخل الي فرعون * 15 فقال له فرعون قد
رايت رويا وليس لها مفسر * وقد سمعت عنك انك اذا سمعت
رويا فسرتها * 16 اجابه يوسف وقال له من غير علمي الله يجيب
فرعون بالسلام * 17 ثم كلم فرعون يوسف * وقال له رايت كانني
واقف علي شاطي النيل * 18 وكان قد صعد منه سبع بقرات
ضخمات اللحم حسنات الشبه * فرعت في القرط * 19 وكان سبع
بقرات اخر قد صعدن وراهن عجافا قبيحات الهيات جدا * لم
ار مثلهن في جميع بلد مصر في القبح * 20 فاكلت البقرات
الرقاق القبيحات * السبع البقرات الاول الضخمات * 21 فدخلت
الي بطونها * ولم يتبين انها قد دخلت اليها * ومنظرها قبيح كما كان
اولا * ثم استيقظت * 22 ثم رايت كان سبع سنابل قد نبتت في
قصبة واحدة ممتليات جدا * 23 وكان سبع سنابل ضاويات دقاقا
مضروبة بريح القبول قد نبتن وراهن * 24 فبلعت السنابل
الدقاق السبع السنابل الجياد * فاخبرت بذلك العلماء فلم يخبروني
بشي * 25 قال يوسف لفرعون معني رويي فرعون واحد *
الذي سيصنعه الله اخبر به فرعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Et ſomniauimus ſomnium nocte vna, ego & ille, quiſque ſecundum interpretationem eius ſomniauimus
ſomnium noſtrum. 12 Erat autem ibi puer Hebræus ſeruus præfecti coquorum, & narrauimus ei, & inter-
pretatus eſt nobis ſomnia noſtra, vnicuique ſecundum ſomnium ſuum interpretatus eſt. 13 Factumque eſt, vt
ſicut interpretatus eſt nobis, ita acciderit; me reſtituit in officium meum, & eum ſuſpendit. 14 Miſit autem
Pharao & vocauit Ioſephum, & eduxerunt eum ſubitò de carcere, & totondit & mutauit veſtes ſuas, venitque
ad Pharaonem. 15 Dixitque Pharao Ioſepho, ſomnium ſomniaui, nulluſque eſt qui interpretetur: ego au-
tem audiui de te dicentes, quod cum audiueris ſomnia, interpreteris ea. 16 Reſpondit verò Ioſeph Pharao-
ni, dicens: ſine me Deus non reſpondebit pacem Pharaoni. 17 Tum dixit Pharao Ioſepho, cum ſomniarem
ecce ſtabam ad ripam fluuii. 18 Et de fluuio aſcendebant ſeptem vaccæ pingues carne, & formoſæ, quæ paſ-
cebant in carectis. 19 Et ecce ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt illas, graciles & fœdæ formâ valdè, te-
nueſque carne; nunquam vidi turpes ſicut illas in tota terra Ægypti. 20 Deuorarunt autem vaccæ illæ ma-
cilentæ & turpes, ſeptem vaccas priores & pingues. 21 Et intrauerunt in interiora earum, nec apparebat
quod intraſſent in interiora earum; erat enim aſpectus earum turpis ſicut in principio, tum expergefactus ſum.
22 Vidique cum ſomniarem, & ecce ſeptem ſpicæ aſcendebant in culmo vno, plenæ & bonæ.
23 Ecce etiam ſeptem ſpicæ graciles, tenues, & vento aduſtæ germinabant poſt eas. 24 Et abſorbuerunt
ſpicæ tenues ſeptem ſpicas bonas: Hæc dixi Magis, nulluſque fuit qui explicaret mihi. 25 Dixitque Ioſeph
Pharaoni, ſomnium Pharaonis vnum eſt: quod facturus eſt Deus indicauit Pharaoni.

26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible] 39 [illegible]

26 Septem vaccæ optimæ,ſeptem ſunt anni:&
ſeptem ſpicæ optimę,ſeptem ſunt anni:ſomniũ
vnum idemque eſt. 27 Septem verò vaccæ
imbecilles & nequam , quæ aſcendebant poſt
eas, ſeptem ſunt anni. Itidem ſeptem ſpicæ te-
nues percuſſæ vento vredinis,erunt ſeptem an-
ni famis. 28 Hic eſt ſermo quem dixi Pharaoni:
quæ Deus facturus eſt indicauit Pharaoni.
29 En ſeptem anni veniunt ſaturitatis maximæ
in tota terra Ægypti. 30 Deinde ſurgent ſep-
tem anni famis poſt eos, & obliuioni dabitur
omnis ſaturitas præterita totius terræ Ægypti,
& conficiet fames terram. 31 Et non cognoſce-
tur ſaturitas in terra propter famem illam quæ
ſubſecutura eſt:nam grauiſſima erit. 32 Quod
verò iteratum ſit ſomnium Pharaoni dua-
bus vicibus, *ſignificat* præſtò eſſe à conſpectu
Domini ſermonem, feſtinaturumque Deum
ad illum peragendum. 33 Nunc ergo proui-
deat Pharaon virum ſapientem & prudentem,
eumque præficiat terræ Ægypti. 34 Faciat &
hoc Pharaon : Conſtituat præfectos ſuper ter-
ram Ægypti, & accipiant vnum ex quinque
in terra Ægypti, in ſeptem annis vbertatis.
35 Colligantque totum frumentum anno-
rum iſtorum bonorum qui venturi ſunt, &
cogant frumentum ſub manu Pharaonis, fru-
mentum in ciuitatibus conſeruent.
36 Sitque frumentum conditum pro terra,
ad ſeptem annos famis futuros in terra Ægyp-
ti, & ne conficiatur terra fame.
37 Placuit ſermo in oculis Pharaonis,& in ocu-
lis ſeruorum eius. 38 Et dixit Pharaon ſeruis
ſuis, Reperiturne ſimilis huic viro, in quo
ſpiritus Dei ineſt? 39 Dixitque Pharaon
ad Ioſeph , Quandoquidem ſignificauit tibi
Deus id omne , non eſt ſapiens ac prudens
æquè ac tu.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible]

33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible]

39 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible]

33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible]

39 [illegible]

26 Septem boues bonæ, & ſeptem ariſtæ bonæ, ſeptem anni ad abundātiam ſunt. Hoc ſomnium vnum.
27 Et ſeptem boues tenues, fœdæ, aſcendentes poſt illas, & ſeptem ariſtæ vacuæ, percuſſæ vento meridionali, erunt ſeptem anni famis.
28 Et eſt ſermo quem dixi Pharaoni. Quod operaturus eſt Deus, id indicauit Pharaoni.
29 Venient vobis ſeptem anni, in quibus erit ſatietas magna in omni regione Ægypti.
30 Deinde venient vobis ſeptem anni famis poſt eos, & obliuioni dabitur tota ſatietas quæ fuit in terra Ægypti, ita vt fames conſumat incolas regionis: 31 Et non appareat veſtigium illius ſatietatis in regione, præ fami veniente poſt illam, eo quod magna futura ſit valdè.
32 Atqui iteratio viſionis Pharaonis duabus vicibus, quia res firma eſt apud Deum, & ipſe acceleraturus eſt opus ſuum.
33 Et nunc videat Pharaon virum prudentem ſapientem, quem præficiat regioni Ægypti:
34 Et permittat ei, vt conſtituat curatores ſuper regionem, vt cumulent frugem Ægypti in ſeptem annis ſatietatis,
35 Et congregent cibum horum annorum fertilitatis futurorum, & condant frumentum eorum ſub manu miniſtrorum Pharaonis, & ſeruent cibum in vrbibus eius:
36 Vt ſit in depoſitum in ipſis ad ſeptem annos famis quæ erit in regione Ægypti, vt non conſumantur incolæ regionis per illam.
37 Placuitque ſermo eius Pharaoni & ducibus eius cunctis.
38 Deinde dixit Pharaon ducibus ſuis: Num inueniemus ſicut iſtum virum, in quo eſt ſpiritus Dei, peritum?
39 Et dixit ad eum: Quandoquidem indicauit tibi Deus omnes has res, non eſt ſapiens & prudens ſicut tu.

26 السبع البقرات الجياد والسبع السنابل الجياد * سبع سنين
للخيرهن * هذا حلم واحد * 27 والسبع البقرات الدقاق
القبيحة الصاعدة وراءها والسبع السنابل الفارغة المضروبة
بريح القبول * تكون سبع سنين جوع * 28 وهو القول الذي
قلت لفرعون * الذي سيصنعه الله اراه فرعون *
29 ستأتيكم سبع سنين يكون فيها شبع كبير في
جميع بلد مصر * 30 ثم تأتيكم سبع سني جوع من
بعدها * فينسى جميع الشبع الذي كان في ارض مصر * حتى
يكاد الجوع يفني اهل البلد * 31 ولا يتبين اثر ذلك الشبع في
البلد من قبل الجوع الآتي بعده * لانه عظيم جدا *
32 واما اعادة الرؤيا على فرعون مرتين لان الامر ثابت عند
الله * وهو مسرع صنعه * 33 والآن ينظر فرعون رجلا فهما
حكيما يوليه بلد مصر * 34 ويطلق له ان يوكل وكلاء على
البلد * حتى يعبوا غلة مصر في سبع سني الشبع *
35 ويجمعوا طعام هذه سني الخير الآتيات * ويخزنوا برها تحت يد
اصحاب فرعون * ويحفظوا طعاما في قراها * 36 يكون وديعة
فيها لسبع سني الجوع التي تكون في بلد مصر * ولا ينقطع اهل
البلد فيها * 37 فحسن كلامه عند فرعون وعند قواده اجمعين *
38 ثم قال فرعون لقواده هل نجد مثل هذا رجلا فيه روح الله
علما * 39 ثم قال له بعد ما عرفك الله جميع هذه الامور * لا
فهم حكيم مثلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Septem vaccæ bonæ, ſeptem ſunt anni, & ſeptem bonæ ſpicæ, ſeptem ſunt anni, ſomnium vnum hoc eſt.
27 Septem quoque vaccę graciles & turpes, quæ aſcendebant poſt illas, ſeptem ſunt anni: Septem etiam ſpicæ tenues & adustæ vento, ſeptem ſunt anni famis. 28 Hoc eſt verbum quod loquor Pharaoni; quæ Deus
facturus eſt, oſtendit Pharaoni. 29 Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Ægypti.
30 Sed ſurgent ſeptem anni famis poſt illos, & obliuiſcentur omnis abundantiæ in terra Ægypti, conſumetque fames terram. 31 Nec agnoſcetur fertilitas in terra propter famem, quæ futura eſt poſteà, eo quòd
ingraueſcet valdè. 32 Iteratum autem eſt ſomnium Pharaoni duabus vicibus, eo quod res parata eſt à Deo,
& feſtinat Deus vt illam faciat. 33 Nunc igitur prouideat ſibi Pharao hominem intelligentem & ſapientem, & conſtituat eum ſuper terram Ægypti.
34 Faciat etiam Pharao, & conſtituat præfectos ſuper terram, & quintam partem exigat de terra Ægypti
in ſeptem annis fertilitatis. 35 Colligatque omnes eſcas ſeptem annorum bonorum qui venturi ſunt, & congregent frumentum ſub manum Pharaonis, eſcâ in vrbibus conſeruatâ.
36 Et erit eſca iſta in depoſitum terræ pro ſeptem annis famis, qui futuri ſunt in terra Ægypti, vt non conſumatur terra fame. 37 Placuit autem ſermo in oculis Pharaonis, & in oculis ſeruorum eius.
38 Dixitque Pharao ſeruis ſuis, num inuenietur vir ſicut iſte, in quo ſit ſpiritus Dei?
39 Et dixit Pharao Ioſepho, cum te cognoſcere fecerit Deus hæc omnia, nemo eſt intelligentior & ſapientior te.

40 [illegible]
41 [illegible] 42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible] 52 [illegible]
53 [illegible]

40 Tu eris ſuper domum meã, & ad imperium
oris tui ſuſcipiet iudicium vniuerſus populus
meus: duntaxat ſolio maior te ero. 41 Præterea
dixit Pharaõ ad Ioſeph, Vide quòd te præfece-
rim vniuerſæ terræ Ægypti. 42 Et tollens Pha-
raon annulum de manu ſua, inſeruit illum ma-
nui Ioſeph, veſtiuitq; eum veſte byſſina, & im-
poſuit torquem aureũ in collum eius. 43 Fecit-
que eum ſedere in curru ſuo ſecũdo: & procla-
mauit corã eo, Pater & præfectus totius terræ
Ægypti. 44 Dixit etiã Pharaon ad Ioſeph, Ego
Pharaon præcepi vt abſque te nemo ſuſtollat
manũ ſuã aut pedem ſuũ in tota terra Ægypti.
45 Vocauitque Pharaon nomen Ioſephi, Saph-
nath Paanah, Cui ſecreta ſunt aperta. deditque
ei Aſiath filiam Phutiphraa ſacerdotis Auan,
vxorẽ. Et egreſſus eſt Ioſeph ſuper vniuerſam
terram Ægypti. 46 Porrò Ioſeph filius triginta
erat annorũ quãdo ſtetit coram Pharaone rege
Ægypti. Egrediens itaque Ioſeph è conſpectu
Pharaonis, tranſiit per totam terram Ægypti.
47 Et collecta fuit tellus per ſeptẽ annos ſatu-
ritatis, in horrea. Et conuexit totũ frumentum
ſeptem annorũ fertilitatis, qui fuerant in terra
Ægypti: cõdiditque frumentũ in vrbibus: fru-
mentum agrorũ *cuiuſlibet* vrbis, & *locorum* illi
adiacentiũ, conuexit in ipſam. 49 Congregauit
igitur Ioſeph triticũ quaſi arenam maris pluri-
mum vehemẽter, adeo vt feſſus eſſet numeran-
do, nec vllus eſſet numerus. 50 Et Ioſepho nati
ſunt duo filii antequam ingrederetur annus fa-
mis, quos peperit ei Aſiath filia Phutiphraa ſa-
cerdotis Auan. 51 Vocauitque Ioſeph nomen
filii ſui primogeniti, Manaſſe: quoniã obliuiſci
me fecit Deus cuncti laboris mei & vniuerſæ
domus patris mei. 52 Nomẽ verò alterius voca-
uit Aphrem: quoniã fructificare me fecit Deus
in terra ſubiectionis meæ. 53 Igitur abſoluti ſunt
anni abũdantiæ, qui fuerant in terra Ægypti.

VERSIO SAMARITANA.

40 [illegible] 41 [illegible] 42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible]

46 [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] 49 [illegible]

50 [illegible] 51 [illegible] 52 [illegible] 53 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

40 [illegible] 41 [illegible] 42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible]

46 [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] 49 [illegible]

50 [illegible] 51 [illegible] 52 [illegible] 53 [illegible]

40 *Tu eris ſuper domum meam, & imperio tuo*
obediet totus populus meus, & tota gens mea. Non
præcellam te niſi ſolio. 41 *Et dixit ei: Vide, iam*
præfeci te vniuerſæ regioni Ægypti.
42 *Deinde extraxit Pharaon annulum ſuum è*
manu ſua, & poſuit eum in manu Ioſeph, &
induit eum veſtibus byſſinis, & poſuit torquem
aureum ſuper collo eius.
43 *Et impoſitus fuit equo eius ſecundo, & accla-*
matum eſt ante eum, Venuſtus. & præfecit eum
vniuerſæ regioni Ægypti. 44 *Tum dixit ei: Et*
quia ego ſum Pharaon, abſq; tua mente non exten-
det quiſquam manum ſuam nec pedem ſuum in
omni regione Ægypti. 45 *Et vocauit eum, Ma-*
nifeſtatorem abditorum, & coniugauit eum cum
Aſenath filia Phutipharee ſacerdotis Vn. &
egreſſus eſt præfectus vniuerſæ regionis Ægypti.
46 *Eratque Ioſeph filius triginta annorum quan-*
do ſtetit coram Pharaone rege Ægypti. Cùmque
egreſſus eſſet è conſpectu eius, perluſtrauit totam re-
gionem Ægypti. 47 *Deinde produxit terra in an-*
nis ſaturitatis plenitudinem horreorum. 48 *Con-*
gregauitque reliquum cibum ſeptem annorum, qui
erat in regione Ægypti, & poſuit eum in vrbibus.
Poſuit eſcam ſingulorum agrorum, pro oppido cui
adiacebant, intra ipſum. 49 *Congeſſit ergo Io-*
ſeph frumentũ comparabile arenæ maris præ copia,
ita vt deſiſteret ab eius numeratione, cùm non eſſet
ei numerus. 50 *Et nati ſunt Ioſepho duo filii, an-*
tequam ingreſſus eſſet annus famis: ij ſunt quos
genuit ei Aſenath filia Phutipharee ſacerdotis
Vn. 51 *Vocauitque primogenitum, Manaſſe:*
Ait, Deus obliuiſci me fecit omnis tribulationis
meæ, & eius quæ ſucceſſerat in domo patris mei.
52 *Et vocauit ſecundum, Ephraim: aitque, Deus*
creſcere me fecit in regione imbecillitatis meæ.
53 *Deinde Elapſi ſunt ſeptem anni ſaturitatis*
quæ fuerat in regione Ægypti.

40 انت تكون على بيتي * والى امرك ينقاد كل شعبي وجميع
قومي * لا اشرف عليك الا بالكرسي * 41 ثم قال له انظر فقد
وليتك جميع بلد مصر * 42 ثم نزع فرعون خاتمه من عن
يده وجعله في يد يوسف * والبسه ثياب عشر * وصير طوقا من ذهب
على عنقه * 43 واركبه جنيبه * ونودي بين يديه الطريف *
وولاه على جميع بلد مصر * 44 ثم قال له وعلي اني
فرعون فمن غير رايك لا يمد انسان يده ولا رجله في جميع بلد
مصر * 45 وسماه موضح الخفايا * وزوجه باسنات ابنة فوطيفارع
امام اون * وخرج واليا على جميع بلد مصر *
46 وكان يوسف ابن ثلثين سنة حين وقف بين يدي فرعون
ملك مصر * ولما خرج من بين يديه طاف في جميع بلد مصر *
47 ثم انبتت الارض في سني الشبع ملي الخزائن * 48 فجمع
باقي طعام السبع السنين الذي كان في بلد مصر * وجعله في
القرى * جعل طعام كل حقل لضيعة هي حولها في وسطها *
49 فجمع يوسف من البر شبيها برمل البحر كثيرا * حتى انتهى عن
احصايه اذ لا احصاء له * 50 وولد ليوسف ابنان قبل ان
تدخل سنة الجوع * هما اللذان ولدتهما اسنات ابنة فوطيفارع
امام اون * 51 فسمى البكر منشا * قال ان الله نساني جميع
شقائي وما كان منه في بيت ابي * 52 وسمى الثاني افرايم *
قال ان الله انماني في بلد ضعفي * 53 ثم فنيت سبع سني
الشبع الذي كان في بلد مصر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

40 Tu eris ſuper domum meam, & verbo tuo obediet omnis populus meus; tantùm throno te maior ero.
41 Dixitque Pharao Ioſepho, vide, poſui te ſuper omnem terram Ægypti. 42 Abſtulit quoque Pharao
annulum ſuum de manu ſua, & poſuit eum ſuper manum Ioſephi, & veſtiuit eum veſtibus byſſinis, & poſuit
torquem aureum ſuper collum eius. 43 Fecitque eum aſcendere in currum ſecundum eorum qui ſui erant,
& clamabatur ante eum, Abrech, & poſuit eum ſuper vniuerſam terram Ægypti. 44 Dixit præterea Pha-
rao Ioſepho: ego Pharao, & ſine te non leuabit quiſquam manum, neque pedem ſuum in vniuerſa terra Ægy-
pti. 45 Vocauitque Pharao nomen Ioſephi, Saphineti Phane: Et dedit illi Aſnet filiam Putiphar ſacerdotis
On, in vxorem. Et peragrauit Ioſeph terram Ægypti. 46 Ioſeph autem erat filius triginta annorum cum
ſtetit ante Pharaonem regem Ægypti: Tum egreſſus eſt Ioſeph de facie Pharaonis, & tranſiuit per vniuerſam
terram Ægypti. 47 Fecitque terra in ſeptem annis abundantiam in pugillos. 48 Et collegit omnem
eſcam ſeptem annorum in quibus fuit abundantia in terra Ægypti: & poſuit eſcam in vrbibus, eſcam agrorum
qui ſunt circùm ciuitatem poſuit in ea. 49 Congregauitque Ioſeph frumentum ſicut arenam maris multum
valde, donec deſineret numerare, quòd illius non eſſet numerus. 50 Ioſepho autem nati ſunt duo filii an-
tequam veniret annus famis, quos peperit ei Aſnat filia Putiphar ſacerdotis On. 51 Et vocauit Ioſeph no-
men primogeniti Manaſſe, quia obliuiſci fecit me Deus laboris mei, & omnis domus patris mei.
52 Nomen verò ſecundi vocauit Ephraim, quia fructificare fecit me Deus in terra afflictionis meæ.
53 Tranſactiſque ſeptem annis abundantiæ in terra Ægypti.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

54 Cœperunt ſeptem anni famis venire, quem-
admodum prędixerat Ioſeph, & facta eſt fames
in omnibus regionibus: & in tota terra Ægypti
non erat panis. 55 Et eſuriente tota terra Ægy-
pti, tumultuarunt populus contra Pharaonem
pro pane. Et dixit Pharaon omnibus Ægyptiis,
Ite ad Ioſeph, & quod vobis dixerit, facietis.
56 Fame itaque facta ſuper faciem vniuerſę ter-
ræ, aperuit Ioſeph horrea, vendiditque Ægyp-
tiis. 57 Et graſſata eſt fames in terra Ægypti. Et
ex vniuerſa terra veniebant in Ægyptum ad
emendum frumentum à Ioſeph, quoniam in-
ualuerat fames in tota terra Ægypti.

CAPVT XLII.

VIdit autem Iacob eſſe frumentũ in Ægy-
pto, & dixit Iacob filiis ſuis, Ne timeatis.
2 En audiui eſſe annonam in Ægypto: deſcen-
dite illuc, & emite nobis inde, vt viuamus &
non moriamur. 3 Deſcenderunt ergo fratres
Ioſeph decem, ad emendum frumentum ex
Ægypto. 4 Beniamen verò fratrem Ioſeph,
non miſit Iacob cum fratribus ſuis; dixit enim,
Ne fortè accidat ei infortunium. 5 Venerunt
itaque filii Iſrael ad emendum ſimul cum iis qui
abibant: quoniã inualuerat fames in terra Cha-
naan. 6 Ioſeph autem erat præpoſitus ſuper ter-
ram, & ipſe emebat alimoniam vniuerſo popu-
lo terræ. Ergo venientes fratres Ioſeph, adora-
uerunt eum proni ſuper terram. 7 Videns au-
tem Ioſeph fratres ſuos, agnouit eos: eoſque fal-
lẽs, alloquutus eſt eos durè, dixitque eis, Vnde
eſtis? Dixerunt, De terra Chanaan venimus ad
emendã annonam. 8 Agnouerat autem Ioſeph
fratres ſuos, ipſi verò non cognouerant eum.
9 Recordatuſque Ioſeph ſomniorum quæ
ſomniauerat eis, dixit ad eos, Exploratores
eſtis, & ad videndam famam terræ veniſtis.
10 Reſponderunt, Nequaquam domine mi:
Serui tui venerunt ad emendam annonam.

VERSIO SAMARITANA.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

*54 Et cœperunt ſeptem anni famis venire, vti
dixerat Ioſeph. fuitque fames in omnibus regioni-
bus, & in omni regione Ægypti erat eſca.
55 Cúmque eſuriiſſent omnes habitatores Ægy-
pti, exclamauit populus ad Pharaonem pro
eſca. Dixit autem ad eos: Ite ad Ioſeph, & quod
dixerit vobis, facite. 56 Cúmque protenſa fuiſ-
ſet fames ſuper faciem regionis, aperuit Ioſeph
quidquid in ea erat, & vendidit Ægyptiis. Et in-
ualuit fames in regione Ægypti.
57 Et venerunt multi ex habitatoribus regio-
num in Ægyptum, vt emerent à Ioſeph, cùm in-
ualuiſſet fames in regionibus eorum.*

CAPVT XLII.

*AVdiit autem Iacob annonam reperiri in
Ægypto, dixitque filiis ſuis: Ne pigri
ſitis. 2 Ecce iam audiui annonam reperiri in
Ægypto, deſcendite ad illam, & emite nobis ex ea,
vt viuamus, & non moriamur. 3 Deſcende-
runtque decem fratres Ioſeph, vt emerent frumen-
tum ex Ægypto. 4 Et Beniamin fratrem Io-
ſeph non miſit Iacob cum fratribus eius: quia dixit,
Timeo quin eueniat ei mors. 5 Cúmque ingreſſi
fuiſſent filii Iſrael ad emendum inter eos qui ingre-
diebantur, eo quòd eſſet fames in regione Chanaan,
6 Et Ioſeph eſſet imperator regionis, & ipſe pro-
uideret toti populo eius: venerunt fratres eius, &
adorauerunt ſuper facies ſuas ſuper terram.
7 Viditque Ioſeph fratres ſuos, & agnouit eos,
& finxit ſe ignorare illos, & locutus eſt eis durè,
dixitque illis: Vnde veniſtis? Dixerunt: De regio-
ne Chanaan, ad emendum cibum.
8 Et agnouit Ioſeph fratres ſuos, & ipſi non agno-
uerunt eum. 9 Cúmque recordatus eſſet ſomnio-
rum quæ viderat eis, ait illis: Vos eſtis explorato-
res, certè veniſtis conſiderare famam regionis.
10 Dixerunt ad eum: Non ô Domine mi, imò ve-
nerunt ſerui tui ad emendum cibum.*

54 وبدات سبع سني الجوع في ان تاتي كما قال يوسف * فكان
جوع في جميع البلدان * وفي جميع بلد مصر كان طعام *
55 فلما جاع جميع اهل مصر صرخ القوم الي فرعون بسبب
الطعام * فقال لهم امضوا الي يوسف فما يقله لكم فاصنعوه *
56 ولما انبسط الجوع علي وجه البلد فتح يوسف جميع ما فيه *
فمار المصريين * واشتد الجوع في بلد مصر * 57 وجا كثير من
اهل البلدان الي مصر ليمتاروا من يوسف * اذا اشتد الجوع في
بلدانهم * * الفصل الثاني والاربعون *
1 فسمع يعقوب ان الميرة موجودة في مصر * فقال لبنيه لا تتوانوا *
2 هوذا قد سمعت ان ميرا موجود في مصر * انحدروا اليها
وامتاروا لنا منها * ونحيا ولا نموت * 3 فانحدر عشرة اخوة يوسف
ليمتاروا برا من مصر * 4 وبنيامين اخو يوسف لم يبعثه يعقوب
مع اخوته * لانه قال اخاف ان تلحقه المنية * 5 فلما دخل بنو
اسرائيل ليمتاروا في وسط الداخلين اذ كان الجوع في بلد كنعان *
6 ويوسف هو سلطان البلد وهو مائر لجميع قومه * فجا اخوته
وسجدوا له علي وجوههم علي الارض * 7 وراي يوسف اخوته
وانبههم * وتنكر لهم * وكلمهم بصعوبة * فقال لهم من اين جئتم * قالوا
من بلد كنعان نمتار طعاما * 8 وانتبه يوسف اخوته وهم لم
يثبتوه * 9 ولما ذكر الاحلام التي راها لهم * قال لهم انتم جواسيس *
انما جئتم لتنظروا خبر البلد * 10 قالوا له لا يا سيدي * انما
جا عبيدك ليمتاروا طعاما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

54 Cœperunt ſeptem anni famis venire, ſicut dixerat Ioſeph: fuitque fames in omnibus terris, ſed in omni
terra Ægypti erat panis. 55 Eſuriitque omnis terra Ægypti, & clamauit omnis populus ad Pharaonem pro
pane: Et dixit Pharao omnibus Ægyptiis, ite ad Ioſephum, & quod dixerit vobis facietis. 56 Fames autem
erat ſuper faciem vniuerſæ terræ: Tum aperuit Ioſeph omnia in quibus erat frumentũ, vendiditque Ægyptiis,
& inualuit fames in terra Ægypti. 57 Veniebant autem omnes terræ in Ægyptum vt emerent à Ioſepho, quia
inualuerat fames in vniuerſam terram.

CAPVT XLII.

VIdens autem Iacob quod eſſet annona in Ægypto, dixit filiis ſuis, quare trepidi eſtis? 2 Et dixit, Ego
audiui quod ſunt cibaria in Ægypto, deſcendite illuc, & emite nobis inde, vt viuamus & non moriamur.
3 Deſcenderunt igitur fratres Ioſephi decem, vt emerent frumentum ab Ægyptijs. 4 Sed Beniamin fratrem
Ioſephi non miſerat Iacob cum fratribus, dicebat enim, ne forte accidat ei languor. 5 Et iuerunt filij Iſrael
vt emerent cum cœtu euntium, quoniam erat fames in terra Chanaan. 6 Ioſeph autem dominabatur ſuper
terram, ipſéque vendebat omni populo terræ. Venerúntque fratres Ioſephi, & adorauerunt eum facie in ter-
ram. 7 Et vidit Ioſeph fratres ſuos, & agnouit eos, alienúmque ſe finxit eis, locutúſque eſt eis dura; dixitque
eis, vnde venitis? & reſponderunt, de terra Chanaan ad emenda cibaria. 8 Et cognouit Ioſeph fratres ſuos,
ſed ipſi non cognouerunt eum. 9 Recordatus quoque Ioſeph ſomniorum quæ ſomniauerat de illis, dixit eis,
exploratores vos eſtis, ad contemplanda infirma terræ veniſtis. 10 Reſponderuntque ei, minimè Domine,
ſerui tui venerunt ad emenda cibaria.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

11 Nos omnes filii eiuſdem ſumus viri, & iuſti
ſumus, nec ſunt exploratores ſerui tui. 12 Ait il-
lis Ioſeph, Non eſt ita: famam terræ veniſtis vi-
dere. 13 Dixerunt ad eum, Duodecim ſumus
fratres ſerui tui, filii viri vnius in terra Cha-
naan: & minimus en apud patrem noſtrum eſt
hodie, vnus verò non exſtat. 14 Inquit ad eos
Ioſeph, Exploratores eſtis. 15 Per hoc experi-
mentum veſtri fiet: Non, per vitam Pharaonis,
non egrediemini hinc, niſi veniat frater veſter
minimus hûc. 16 Mittite vnũ ex vobis, vt ad-
ducat fratrem veſtrũ: & vos interim vinciemi-
ni, & probabuntur verba veſtra vtrum verita-
tem dixeritis: quòd ſi minus, per vitam Pharao-
nis exploratores eſtis. 17 Itaque coniecit eos in
carcerem tribus diebus. 18 Et dixit ad eos Iò-
ſeph die tertio, Hoc facite vt viuatis: Deum
enim metuo. 19 Si iuſti eſtis, frater veſter vnus
vinciatur in carcere veſtro: vos autem ite per-
uehite annonam famelicis qui ſunt in domibus
veſtris: 20 Et fratrem veſtrum natu minorem
adducite ad me, vt præſtetur fides verbis ve-
ſtris, & non moriamini. Et fecerũt ita. 21 Dixe-
runtque vir ad fratrem ſuũ, Profectò rei ſumus
ob fratrem noſtrũ, quoniam videntes anxieta-
tem animæ illius cùm deprecaretur nos, non
exaudiuimus eum. Idcirco venit ſuper nos mi-
ſeria iſta. 22 Reſpõdit Rubil, & dixit eis, Annon
dixi vobis vt ne peccaretis aduerſus puerum, &
non audiſtis? pariter ſanguis eius en exquiritur.
23 Ipſi verò neſciebant quòd perciperet Ioſeph,
quoniam interpres aderat inter eos. 24 Auer-
titque ſe ab eis, & fleuit: & reuerſus ad eos, locu-
tus eſt cum eis: tollenſque ex eis Simeon, vinxit
eum ipſis præſentibus. 25 Deinde præcepit Io-
ſeph vt implerẽt vaſa eorum tritico, & repone-
rẽt argentũ eorum, cuiuſque in ſaccũ ſuũ, & vt
darẽt eis viaticũ pro itinere. Et fecerunt eis ſic.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

11 *Et nos omnes ſumus filii viri vnius, & nos ſu-*
mus religioſi: non fuerunt vnquam ſerui tui ex-
ploratores. 12 *Ait illis: Non, ſed certè veniſtis*
videre famam regionis. 13 *Dixerunt, Nos ſerui*
tui ſumus duodecim fratres filij viri vnius in re-
gione Chanaan, & minimus noſtrum hodie eſt
apud patrem noſtrum, & vnus deſideratur.
14 *Ait illis Ioſeph: Eſt quod dixi vobis, quòd*
eſtis exploratores: hoc modo probabimini.
15 *Per vitam Pharaonis non exibitis hinc, niſi*
per aduentum fratris veſtri minimi huc. 16 *Mitti-*
te vnum ex vobis qui adducat eum, & vos in car-
cerem detrudemini, donec experiamur verba ve-
ſtra, & ſciamus vtrum veritas vobiſcum ſit;
alioqui per vitam Pharaonis eſtis exploratores.
17 *Concluſitque eos ad cuſtodiam trium dierum.*
18 *Deinde dixit ad eos die tertia: Facite rem per*
quam viuatis, timeo enim Deum erga vos.
19 *Si eſtis probi, vnus veſtrum detineatur in*
domo cuſtodiæ veſtræ, & vos ite, perducite anno-
nam alimenti domorum veſtrarum.
20 *Et adducite fratrem veſtrum minimum ad*
me, vt confirmetur ſermo veſter, & non pereatis;
feceruntque ita. 21 *Deinde dixerunt alter ad al-*
terum: Certè rei ſumus in fratrem noſtrum, eo
quòd vidimus animam eius in tribulatione, cùm
deprecaretur nos, nec audiuimus eum: ideo eue-
nit nobis iſta calamitas. 22 *Reſpondit eis Raubin*
dicens: Nonne dixi vobis, Ne peccetis in eũ, & non
acquieuiſtis? propterea nos inquirimur de ſanguine
eius. 23 *Et ipſi neſciebant quòd Ioſeph intelligeret*
id: quia conſtituerat interpretem inter ſe & inter
eos. 24 *Auertitque ſe ab eis, & fleuit. Deinde re-*
uerſus eſt ad eos, & locutus eſt cũ illis, & accepit ex
eis Simeonem, & in carcerem coniecit eum in præ-
ſentia eorum. 25 *Deinde præcepit, & impleta ſunt*
vaſa eorum frumento, & redditum eſt argentum
vniuſcuiuſque ad ſaccum ſuum, & datum fuit eis
viaticũ pro itinere. Cúmq; factum fuiſſet hoc ipſis,

11 ونحن كلنا بنو رجل واحد ونحن ثقات * ما كان قط عبيدك
جواسيس * 12 قال لهم لا بل انما جيتم لتنظروا خبر البلد *
13 قالوا نحن عبيدك اثنا عشر اخا بنو رجل واحد في بلد
كنعان * واصغرنا اليوم عند ابينا * وواحد مفقود * 14 قال لهم
يوسف هو ما قلت لكم انكم جواسيس * بهذه الخلة تمتحنون *
15 وحياة فرعون لا خرجتم من ههنا الا بمجي اخيكم الصغير
الي ههنا * 16 ابعثوا بواحد منكم يشخصه * وانتم تحبسون
حتي نمتحن كلامكم فنعرف هل الحق معكم * والا فوحياة
فرعون انكم جواسيس * 17 فضمهم الي محفظ ثلثة ايام *
18 ثم قال لهم في اليوم الثالث اصنعوا خلة تحيوا بها فاني اتقي
الله فيكم * 19 ان كنتم ثقات فواحد منكم يحبس في بيت
حفظكم * وانتم فامضوا واذوا ميرة قوت بيوتكم * 20 واتوا
باخيكم الاصغر الي * ليتحقق كلامكم ولا تهلكوا * فصنعوا كذلك *
21 ثم قال بعضهم لبعض لكننا اثمون في اخينا اذ راينا نفسه في
شدة * اذ ضرع الينا ولم نقبله * لذلك نالتنا هذه الشدة *
22 فاجابهم راوبين قايلا الم اقل لكم لا تخطيوا عليه فلم تقبلوا *
لذلك نحن مطالبون بدمه * 23 وهم لم يعلموا ان يوسف يفهم
ذلك لانه جعل ترجمانا بينه وبينهم * 24 فاستدار عنهم وبكا * ثم
رجع اليهم وخاطبهم * واخذ من بينهم شمعون فحبسه بحضرتهم *
25 ثم امر فمليت اوعيتهم برا * وردت فضة كل رجل الي
جوالقه واعطوا زادا للطريق * فلما صنع ذلك بهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Omnes nos filii ſumus vnius hominis, nos ſinceri ſumus, non ſunt ſerui tui exploratores. 12 Et dixit eis,
non ita eſt, infirma terræ veniſtis ſpeculatum. 13 Reſponderunt autem, duodecim fratres ſerui tui ſumus, filii
vnius hominis in terra Chanaan; & ecce minimus cum Patre noſtro eſt hodie, & vnus non eſt amplius.
14 Tum dixit eis Ioſeph, hoc eſt quod dixi vobis, exploratores eſtis. 15 In hoc probabimini, viuit Pharao, ſi
egrediamini inde, niſi cum venerit frater veſter minimus huc. 16 Mittite ex vobis vnum, & accipiat fratrem
veſtrum, vos autem vinciemini, vt probentur verba veſtra, an veritas ſit vobiſcum, nec ne: Viuit Pharao, certè
exploratores eſtis. Et reſponderunt, non poterit puer relinquere patrem ſuum; ſi relinquat patrem ſuum mo-
rietur. 17 Tunc coniecit eos ſimul in cuſtodiam tribus diebus. 18 Illis verò dixit Ioſeph, die tertio, hoc facite,
& viuetis, Deum ego timeo. 19 Si veraces eſtis, frater vnus veſter vincietur in domo cuſtodiæ veſtræ: vos au-
tem abite, & aſportate annonam famis in domos veſtras. 20 Sed fratrem veſtrum minimum adducetis ad
me, & confirmabuntur verba veſtra, & non moriemini, ſicque fecerunt. 21 Dicebant autem alter ad alterum,
certè peccauimus nos aduerſus fratrem noſtrũ, nam vidimus afflictionẽ animæ eius, cum deprecaretur nos, &
non exaudiuimus, ideo venit ſuper nos omnis afflictio iſta. 22 Et reſpondit eis Ruben dicens, nonne dixeram
vobis, ne peccetis in puerũ, & non audiſtis, ideo etiam ſanguis eius, ecce requiritur. 23 Ipſi autem neſciebant
quod audiret Ioſeph, nam interpres inter eos erat. 24 Auertit autẽ ſe ab eis & fleuit, poſtea rediit ad eos, locutuſ-
que illis accepit ab eis Simeonem, & ligauit eũ in oculis eorũ. 25 Et præcepit Ioſeph, vt implerentur vaſa eorũ
frumẽto, & redderẽtur pecuniæ eorũ vnicuiq; in ſaccũ ſuũ, dareturq; eis viaticũ pro itinere; & ſic factũ eſt eis.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

26 Impoſito igitur frumento ſuo aſinis ſuis, diſ-
ceſſerunt illinc. 27 Et aperiens vnus ex eis ſac-
cum ſuum vt obiiceret pabulum aſino ſuo
in diuerſorio, vidit pecuniam ſuam poſitam
in ore ſarcinæ ſuæ. 28 Dixitque fratribus ſuis,
Reſtituta eſt pecunia mea, & en ipſa eſt in ore
ſarcinæ meæ. Contremuit itaque cor eorum,
& obſtupefacti alter de altero dixerunt, Quid
eſt hoc quod fecit nobis Deus? 29 Et venien-
tes ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaan,
indicauerunt ei quicquid acciderat ſibi, &
dixerunt ei. 30 Locutus eſt vir dominus
terræ nobiſcum acerbè, & reputauit nos
quaſi exploratores terræ. 31 Et diximus ei,
Iuſti ſumus, nec ſumus exploratores.
32 Duodecim fratres ſumus filii patris no-
ſtri: vnus autem non exſtat, & minor natu
apud patrem noſtrum eſt hodie in terra Cha-
naan. 33 Reſpondit nobis vir dominus terræ,
Per hoc ſciam iuſtos vos eſſe: fratrem veſtrum
vnum relinquite apud me, & annonam pro fa-
melicis qui ſunt in domibus veſtris, accipite, &
abite, 34 Et adducite fratrem veſtrũ minorem
ad me: & agnoſcam vos non eſſe exploratores
ſed iuſtos. tum fratrem veſtrum vobis reddam,
& in terra *iſta* negotiabimini. 35 Et factum eſt
vt cùm ipſi euacuarent ſaccos ſuos, en faſcicu-
lus pecuniæ cuiuſlibet viri in ore ſarcinæ ſuæ.
Videntes autem faſciculos pecuniæ ſuæ tam
ipſi quàm pater ſuus, timuerunt.
36 Et dixit ad eos pater illorum Iacob, Orba-
ſtis me: Ioſeph non adeſt, & Simeon non ex-
ſtat, & Beniamen ducetis? contra me imple-
ta ſunt omnia.
37 Reſpondit Rubil patri ſuo, duos filios
meos morte afficies, ſi non adduxero eum
tibi. trade eum mihi, & ego eum tibi re-
ducam.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

26 *Impoſuerunt annonam ſuam aſinis ſuis, & abierunt inde.*
27 *Deinde aperuit vnus ex eis ſaccum ſuum, vt proiiceret alimentum aſino ſuo in diuerſorio, viditque argentum ſuum, & ecce erat in vaſe ſuo.*
28 *Dixitque ad fratres ſuos, Redditum eſt argentum meum, & ecce eſt in vaſe meo. Perterrita ergo ſunt corda eorum, & conturbatus eſt vnuſquiſque cum fratre ſuo, dicentes: Quid fecit nobis Deus?* 29 *Deinde venerunt ad Iacob Patrem ſuum in regionem Chanaan, narraueruntque ei omnia quæ acciderant ſibi, & dixerunt:*
30 *Allocutus eſt nos vir dominus regionis durè, & inſimulauit nos explorationis regionis.*
31 *Diximuſque: Nos ſumus probi, nec fuimus vnquam exploratores.*
32 *Et nos ſumus duodecim fratres filij patris noſtri: vnus noſtri eſt amiſſus, & alter eſt apud patrem noſtrum hodie in regione Chanaan.*
33 *Dixit autem nobis: Hac ratione ſciam vos eſſe probos: Relinquite apud me vnum ex vobis, & accipite alimentum habitationum veſtrarum, & ite:*
34 *Atque adducite ad me fratrem veſtrum minimum, vt ſciam vos non eſſe exploratores, & vos eſſe probos: & dabo vobis fratrem veſtrum, & mercabimini in regione.*
35 *Dum verò euacuarent vaſa ſua, ecce faſciculus argenti cuiuſlibet viri in vaſe ſuo. Cúmque vidiſſent faſciculos argenti ſui, ipſi ac pater eorum, timuerunt.*
36 *Deinde dixit eis Iacob pater eorum: Iam orbaſtis me. Ioſeph mortuus eſt, & Simeon in carcere poſitus, & Beniamin requiſitus. ſuper me congregata ſunt hæc omnia.*
37 *Dixit Raubin patri ſuo; Orber vtroque filio meo, niſi adducam illum ad te: da mihi eum, & ego reducam illum ad te.*

26 حملوا ميرتهم على حميرهم * وساروا من ثم *
27 ثم فتح الواحد جوالقة ليطرح علفا لحمانه في المبيت * فراى
فضته فاذا هي في وعايه *
28 فقال لاخوته قد ردت فضتي * وها هي في وعايي فعرت
قلوبهم وانزعج كل واحد مع اخيه * قايلين ماذا صنع الله بنا *
29 ثم جاوا الي يعقوب ابيهم الي بلد كنعان * فقصوا عليه
جميع ما نالهم وقالوا *
30 خاطبنا الرجل سيد البلد بصعوبة * واتهمنا بتجسس البلد *
31 فقلنا نحن ثقات لم نكن قط جواسيس *
32 ونحن اثنا عشر اخا بنو ابينا * احدنا مفقود * والاخر عند ابينا
اليوم في بلد كنعان *
33 فقال لنا بحلة اعلم انكم ثقات * دعوا عندي واحدا
منكم * وخذوا قوت منازلكم وامضوا *
34 واتوني باخيكم الاصغر حتى اعلم انكم لستم جواسيس
وانكم ثقات واعطيكم اخاكم وتتجروا في البلد *
35 فبينما هم يفرغون اوعيتهم اذا بصرة فضة كل رجل في وعايه *
فلما راوا صرر فضتهم هم وابوهم فزعوا *
36 ثم قال لهم يعقوب ابوهم قد اثكلتموني * يوسف مفقود وشمعون
محبوس وبنيامين مطلوب * علي اجتمعت هذه كلها *
37 قال راوبين لابيه اثكل ابني ان لم اجي به اليك * اعطنيه
وانا ارده اليك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Et impoſitis cibarijs ſuis ſuper aſinos ſuos, profecti ſunt inde. 27 Cum autem aperiret vnus ſaccum ſuum
vt daret pabulum aſino ſuo in hoſpitio, vidit argentum ſuum in ore ſacci ſui. 28 Dixitque ad fratres ſuos,
redditum eſt argentum meum, atque etiam ecce ipſum in ſacco meo. & egreſſum eſt cor eorum, & contremuerunt alter ſuper alterum, dicentes, quid hoc eſt quod fecit Deus nobis?
29 Veneruntque ad Iacobum patrem ſuum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ ipſis acciderant, dicentes. 30 Locutus eſt vir dominus terræ nobiſcum dura, & dedit nos tanquam exploratores terræ. 31 Sed diximus ei, pacifici ſumus, non ſumus exploratores. 32 Duodecim fratres ſumus, filii patris
noſtri, & vnus non eſt ampliùs, ſed minimus hodie eſt cum patre noſtro in terra Chanaan.
33 Dixitque nobis vir dominus terræ: in hoc cognoſcam ego quod veraces eſtis, fratrem veſtrum vnum
dimittite mihi, & cibaria domibus veſtris accipite, & abite. 34 Adducetis autem mihi fratrem veſtrum
minimum, & cognoſcam quod exploratores non eſtis, ſed veraces, fratrem veſtrum dabo vobis, & in terra
negotiabimini. 35 Cum autem ipſi euacuarent ſaccos ſuos, tum ecce vniuſcuiuſque ligatum erat argentum
in ſacco ſuo, videruntque alligaturas argenti ſui, ipſi, & pater eorum, & timuerunt.
36 Illis verò reſpondit Iacob pater eorum: me orbaſtis, Ioſeph non eſt amplius, neque Simeon; & Beniamin
accipietis: contra me ſunt hæc omnia.
37 Tum locutus eſt Ruben patri ſuo dicens, duos filios meos occide, niſi adducam eum ad te; da eum
in manum meam, & reducam illum ad te.

38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

[38] Ait,Non deſcendet filius meus vobiſcum:
nam frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus reli-
quus eſt matri ſuę. Accidet autē illi infortuniū
in itinere quo proficiſcimini, & deducetis ſe-
nectutem meam cum afflictione ad inferos.

CAPVT XLIII.

ET verò fames graſſata eſt in terra. [2] Cúm-
que abſoluiſſent eſum frumenti quod
aduexerāt ex Ægypto, dixit eis Iacob pater eo-
rum, Deſcendite, emite nobis parū frumenti,
[3] Reſpondit illi Iuda, Obteſtando obteſtatus
eſt nos vir ille,dicēs,Ne videatis faciem meam,
niſi quando frater veſter vobiſcum erit. [4] Si
mittas fratrem noſtrū nobiſcum,deſcendemus
& ememus nobis frumentū. [5] Si verò non mit-
tas,non deſcendemus.nam vir ille dixit ad nos,
Ne veniatis in conſpectum meum, niſi quādo
frater veſter vobiſcū fuerit. [6] Dixit ad eos Iſrael
pater illorū,Cur malefeciſtis mihi,& indicaſtis
viro alium eſſe vobis fratrem? [7] Reſponderūt
Diligēter percontatus eſt vir ille de nobis & de
proſapia noſtra, & ait: Adhuc ne pater veſter
viuus eſt?& habetis ne fratrem?& indicauimus
ei propter huiuſmodi ſermones. num certò
ſciebamus eum dicturum nobis, Adducite fra-
trem veſtrum? [8] Dixit Iuda ad Iſrael patrem
ſuum, Mitte puerum nobiſcum, vt ſurgentes
abeamus, & viuamus,nec moriamur tam nos,
quàm tu,quàm familia noſtra. [9] Ego ſpondeo
pro illo, de manibus meis require eum. Si non
reduxero eum tibi, eūque ſtatuero corā te, ero
peccati reus in patrem meum cunctis diebus.
[10] Imò niſi morā traxiſſem⁹,certè iā reuerſi eſſe-
mus ſecūda vice. [11] Ait illis Iſrael pater eorū,Si
ita res eſt,hoc facite: Accipite de delitiis terræ
huius in vaſis veſtris,& deferte viro mun⁹, pau-
lulum nucleorum pineorū,& paululū mellis,&
reſinā,& auellanas, & piſtacia, & amygdala.

VERSIO SAMARITANA.

38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]

[38] *Dixit: Non deſcendet filius meus vobiſcum, quoniam frater eius iam mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: & ſi euenerit ei mors in via per quam abibitis, demittetis ſenectutem meam cum dolore ad puluerem.*

CAPVT XLIII.

ET fames erat valida in regione. [2] *Cúmque finiſſet comeſtionem prouiſionis quam detulerant ex Ægypto, dixit eis pater eorum: Reuertimini, & emite nobis parum cibi.* [3] *Dixit ad eum Jhudda: Vir conteſtatus eſt nos, & ait nobis: Ne videatis faciem meam, niſi frater veſter vobiſcum fuerit.* [4] *Quòd ſi miſeris fratrem noſtrũ nobiſcum, deſcendemus, & ememus tibi cibum.* [5] *Sin autem miſeris eum, non deſcendemus: quia dixit vir: Ne videatis faciem meam, niſi frater veſter vobiſcum fuerit.* [6] *Et ait Iſrael: Et quare peccaſtis in me, notificando viro quòd ſuperſit vobis frater?*
[7] *Dixerunt: Quia interrogauit de nobis & de origine noſtra, & ait: Num pater veſter ſupereſt? & num ſupereſt vobis frater aliquis? narrauimuſque ei ſecundum ſeriem huius ſermonis. An fortè noueramus quòd dicturus eſſet, Adducite fratrem veſtrum?* [8] *Præterea ait Ihuda ad Iſrael: Mitte puerum nobiſcum, vt ſurgamus, & eamus, & viuamus, & non moriamur nos, & tu, & pueri noſtri.* [9] *Et ego ſpondeo pro eo, & de manu mea requires eum: & ſi non adduxero eum ad te, & poſuero eum inter manus tuas, ego noxius ero in te toto tempore.* [10] *Et niſi morati eſſemus, iam reuerſi eſſemus bis.*
[11] *Dixit eis Iſrael pater eorum: Si res ſic ſe habet, facite rem: accipite de frugibus regionis in vaſis veſtris, & deferte eas viro munera, parum theriacæ, & parum mellis, & ſiliquarum, & caſtanearum, & terebinthi, & amygdalarum.*

38 قال لا يحدر ابني معكم * لان اخاه قد مات وهو وحده
بقي * فان صادفته المنية في الطريق التي تمضون فيها * انزلتم
شيبتي بحسرة الي الثري *

* الفصل الثالث والاربعون *

1 والجوع شديد في البلد * 2 فلما فرغ من اكل الميرة التي
اتوا بها من مصر * قال لهم ابوهم ارجعوا فاشتروا لنا قليلا من
الطعام * 3 قال له يهوذا ان الرجل ناشدنا وقال لنا لا تروا
وجهي الا واخوكم معكم * 4 فان بعثت اخانا معنا
انحدرنا واشترينا لك طعاما * 5 وان لم تبعثه لا ننحدر * لان
الرجل قال لنا لا تروا وجهي الا واخوكم معكم *
6 وقال اسرائيل ولم اساتم الي بان اخبرتم الرجل ان قد بقي
لكم اخ * 7 قالوا انه سال عنا وعن مولدنا * وقال هل ابوكم
بعد باق * وهل بقي لكم اخ * فاخبرناه على سبيل هذا الكلام * هل
علمنا انه سيقول احضروا اخاكم * 8 ثم قال يهوذا لاسرائيل
ابعث بالغلام معنا حتي نقوم فنمضي ونحيا ولا نموت نحن وانت
واطفالنا * 9 وانا اضمنه * ومن يدي تطلبه * وان لم اجي به
اليك واضعه بين يديك * فانا مذنب اليك طول الزمان *
10 ولولا انا تلبثنا * لكنا قد رجعنا مرتين * 11 قال لهم
اسرائيل ابوهم ان كان ذلك كذلك فاصنعوا خلة * خذوا من فاكهة
البلد في اوعيتكم واحدروها الي الرجل هدية * قليل ترياق
وقليل عسل وخرنوب وشاهبلوط وبطم ولوز *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[38] Reſponditque, non deſcendet filius meus vobiſcum, quia frater eius mortuus eſt, ipſe verò ſolus eſt relictus: accidet enim illi languor in via quam ituri eſtis, & deſcendere facietis ſenectutem meam cũ dolore ad inferos.

CAPVT XLIII.

FAmes autem inualeſcebat in terra. [2] Et factum eſt poſtquam edendo conſumpſerunt annonam quam adduxerant ex Ægypto, vt diceret eis pater eorum, reuertimini, emite nobis parum cibarii. [3] Reſpondit verò ei Iudas, dicens, conteſtando conteſtatus eſt aduerſus nos homo ille, dicens, non videbitis faciẽ meam ſine fratre veſtro vobiſcum. [4] Si miſeris fratrem noſtrum nobiſcum, deſcendemus & ememus tibi cibaria.
[5] Verùm niſi miſeris, non deſcendemus: quoniam vir ille dixit nobis, non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro vobiſcum. [6] Iſrael verò dixit, quare hoc mali feciſtis mihi, dicendo huic homini, an adhuc vobis eſſet frater? [7] Et reſponderunt, interrogando interrogauit de nobis, & de cognatione noſtra, dicens: Pater veſter viuit? nunquid vobis eſt frater? & enarrauimus illi ſecundum rationem verborum iſtorum. Num ſciendo ſciebamus quod dicturus erat, adducite fratrem veſtrum? [8] Dixit autem Iudas Iſraeli patri ſuo, mitte puerum mecum, & ſurgentes veniemus, viuemus, & non moriemur, etiam nos, etiam tu, etiam paruuli noſtri.
[9] Ego ſpondeo pro illo, de manu mea requires illum: ſi non adduxero eum ad te, & ſtatuero eum coram te, ero peccati reus in te omnibus diebus. [10] Nam niſi tardaſſemus, jam vtique bis rediiſſemus. [11] Tum dixit eis Iſrael pater eorum; ſi ita eſt, nunc hoc facite, accipite de rebus laudabilibus terræ in vaſis veſtris, & deferte homini munus; paululùm reſinæ, paululùm mellis, & aromata, & ſtacten, & terebinthum, & amygdalas.

[illegible]

12 Et argentum duplicem accipite in manibus
veſtris:& pecuniam, quæ reſtituta fuerat in os
ſarcinarum veſtrarũ, referte in manibus veſtris:
fortaſſe id errore factũ fuit. 13 Et fratrem ve-
ſtrum abducite,& ſurgentes reuertimini ad vi-
rum. 14 Deus autẽ omnipotens reddat vos gra-
tioſos apud virũ, vt remittat vobiſcũ fratrẽ ve-
ſtrũ aliũ,& Beniamen: ſiquidẽ vt orbatus ſum,
orbatus ſum. 15 Igitur acceperũt viri *illi* munus
iſtud,& duplum pecuniæ ſumpſerunt manibus
ſuis,& abduxerũt ſecũ Beniamen, & ſurgentes
deſcenderũt in Ægyptũ, ſteteruntque corã Io-
ſeph. 16 Videns autẽ Ioſeph Beniamen cũ ipſis,
dixit præfecto domus ſuæ, Introduc viros iſtos
domũ,& macta victimã, ac para: nam mecũ eſu-
ri sũt viri iſti in meridie. 17 Fecitq; ſeruus prout
dixit Ioſeph, & introduxit viros illos in domũ
Ioſeph. 18 Timuerũt autem cùm introducerẽt
eos in domũ Ioſeph,& dixerũt, Propter pecu-
niã quæ repoſita fuit in ſarcinas noſtras ab ini-
tio, introducũt nos vt inſultent nobis, & calũ-
nientur nos, efficiantq; nos ſeruos & aſinos no-
ſtros. 19 Quare acceſſerũt ad virũ præfectũ do-
mus Ioſeph,& allocuti ſunt eũ ad oſtiũ domus:
20 Et dixerũt ei, Quæſumus dñe noſter, deſcen-
dentes deſcẽdimus pridẽ ad emendũ triticum:
21 Cúmq; perrexiſſemus ad diuerſoriũ, aperui-
mus ſarcinas noſtras,& ecce pecunia cuiuſq; in
ore ſarcinæ ſuæ. pecuniã noſtrã in pondere ſuo
reportauimus manu noſtra: 22 Et pecuniã aliã
retulim⁹ in manu noſtra ad emendũ frumentũ,
inſcii quis poſuerit pecuniã in ore ſarcinarũ no-
ſtrarũ. 23 Ait illis, Pax vobis, ne metuatis: Deus
veſter, Deus patris veſtri poſuit vobis theſaurũ
in ſarcinas veſtras, pecunia veſtra deuenit ad
me. eduxitque ad eos Simeonem. 24 Deinde
introduxit ſeruus ille viros in domum Ioſeph,
& dedit aquam, & lauerunt pedes ſuos, &
obiecit pabulum iumentis eorum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

12 *Et duplum argenti ſumite vobiſcum : & argentum reſtitutum in oribus vaſorum veſtro-*
rum , referte vobiſcum : forſitan id accidit per
errorem. 13 *Et accipite fratrem veſtrum,& ſur-*
gite, & redite ad virum. 14 *Et omnipotens ac*
ſufficiens det vobis miſericordiam coram eo, & di-
mittat vobis fratrem veſtrum alterum, & Benia-
min ; at timeo ego quin exorber ſicuti exorba-
tus ſum. 15 *Sumpſerunt itaque homines hoc*
munus , & duplum argenti acceperunt ſecum,
& Beniamin : & ſurgentes deſcenderunt in
Ægyptum , & ſteterunt ante Ioſeph. 16 *Cùm*
autem vidiſſet Ioſeph cum eis Beniamin , dixit
ianitori ſuo : Introduc homines in hoſpitium , &
macta mactationem,& præpara quod mactabis:
quoniam homines manducabunt mecum meridie.
17 *Fecitque vir ſicut præcepit ſibi Ioſeph , intro-*
duxitque eos in hoſpitium eius. 18 *Timuerunt*
autem cùm intraſſent in hoſpitium Ioſeph , &
dixerunt : Profectò nos ratione argenti quod reſti-
tutum eſt in vaſis noſtris in principio , introdu-
cimur : vt inueniat cauſam aduerſus nos , & cri-
minetur nos , & accipiat nos mancipia , & aſinos
noſtros poſſeſſionem. 19 *Et acceſſerunt ad ianito-*
rem Ioſeph , & locuti ſunt cum eo propè ianuam
domus, 20 *Et dixerunt : O domine mi , Deſcen-*
dimus in principio,vt emeremus cibum: 21 *Cùmq́;*
perueniſſemus ad hoſpitiũ,aperuimus vaſa noſtra,
& ecce argentũ cuiuſlibet viri in vaſe ſuo;argentũ
noſtrum in ſuo pondere retulimus nobiſcum. 22 *Et*
argentũ aliud detulimus nobiſcũ, vt emeremus ci-
bum : & neſciuimus quis poſuerit argentũ noſtrũ
in vaſis noſtris. 23 *Et dixit ad eos: Pax vobis,ne ti-*
meatis. Deus veſter, & Deus patris veſtri con-
ceſſit vobis theſaurum in vaſis veſtris: argentum
verò veſtrũ peruenit ad me. Deinde eduxit ad eos
Simeon. 24 *Et cum introduxiſſet vir homines in*
domum Ioſeph,dedit eis aquam,& lauarunt pedes
ſuos, & proiecit fœnum aſinis eorum.

12 وضعف الفضة خذوا معكم * والفضة المردودة في افواه
اوعيتكم ردوها معكم * لعل ذلك كان سهوا * 13 وخذوا
اخاكم وقوموا فارجعوا الي الرجل * 14 والقادر الكافي
يعطيكم رحمة بين يديه * فيطلق لكم اخاكم الاخر وبنيامين
واخاف انا ان اثكل كما ثكلت * 15 فاخذ القوم هذه
الهدية وضعفا من الفضة اخذوه معهم وبنيامين * فقاموا وانحدروا
الي مصر * ووقفوا بين يدي يوسف * 16 فلما راي يوسف معهم
بنيامين * قال لحاجبه ادخل القوم الي المنزل * واذبح ذبحا واصلح ما
تذبحه * فان القوم ياكلون معي ظهرا * 17 فصنع الرجل كما
امره به يوسف * وادخلهم الي منزله * 18 فخافوا اذا دخلوا الي منزل
يوسف * وقالوا انما نحن بسبب الفضة التي ردت في اوعيتنا في
الابتداء مدخلون * ليتسبب علينا ويتجني علينا وياخذنا عبيدا
وحميرنا ملكا * 19 فتقدموا الي حاجب يوسف * وكلموه عند باب
البيت * 20 وقالوا يا سيدي انا انحدرنا في الابتداء لنمتار طعاما *
21 فلما صرنا الي المبيت فتحنا اوعيتنا * فاذا فضة كل رجل في
وعايه * فضتنا بوزنها فرددناها معنا * 22 وفضة اخري حدرناها
معنا لنمتار طعاما * ولم نعلم من صير فضتنا في اوعيتنا *
23 وقال لهم سلام لكم * لا تخافوا * الهكم واله ابيكم رزقكم
كنزا في اوعيتكم واما فضتكم فقد صارت الي * ثم اخرج
اليهم شمعون * 24 ولما ادخل الرجل القوم الي بيت يوسف *
اعطاهم ماء فغسلوا ارجلهم * وطرح قتا لحميرهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Duplam quoque pecuniam accipite in manibus veſtris,& argentum repoſitum in ore ſaccorum veſtrorum
reportabitis in manibus veſtris,fortaſſe error hic fuit. 13 Fratrem etiam veſtrum ſumite, & ſurgite,& reuerti-
mini ad virum illum. 14 Dominus autem omnipotens det vobis miſericordiam coram illo homine, & di-
mittat vobis fratrem veſtrum vnum,& Beniamin:ego autem quandoquidem orbatus ſum liberis,orbatus ſim.
15 Et acceperunt viri illi munus iſtud ; argentum quoque duplum acceperunt in manibus ſuis, & Beniamin,
& ſurrexerunt,& deſcenderunt in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſepho. 16 Videns autem Ioſeph illos,
atque etiam Beniamin , dixit illi qui erat ſuper domum ſuam, introduc homines in domum , & macta victi-
mam,& præpara,quoniam mecum comedent viri illi ad meridiem. 17 Fecitque vir ille ſicut dixerat Ioſeph,&
introduxit homines illos in domum Ioſephi. 18 Sed timuerũt illi eo quod introducti eſſent in domũ Ioſephi,
dicentes,propter argentum repoſitum in ſaccis noſtris ab initio nos introducti ſumus , vt deuoluat ſuper nos
calumniã,& irruat ſe in nos,accipiatq; in ſeruos,nos & aſinos noſtros, 19 Ideo acceſſerunt ad virum qui erat ſu-
per domũ Ioſephi,& locuti ſunt ei ad portã domus. 20 Dixeruntque,obſecramus dñe,deſcendendo deſcendi-
mus ab initio vt emeremus cibaria. 21 Et factũ eſt cum venimus ad hoſpitium,vt aperiremus ſaccos noſtros;&
ecce argentum vniuſcuiuſque in ore ſacci ſui, argentũ noſtrum ſecundũ pondus eius : retulimus autem illud in
manibus noſtris. 22 Argentũ quoque aliud accepimus in manibus noſtris ad emenda cibaria : neſcimus quis
poſuerit argentũ noſtrum in ſaccis noſtris. 23 Reſponditque,pax vobis,ne timeatis,Deus veſter,& Deus patrũ
veſtrorum dedit vobis theſaurũ in ſaccis veſtris:argentũ veſtrum ad me peruenit,& eduxit eis Simeonẽ. 24 Vir
etiam ille ingredi fecit homines illos in domũ Ioſephi, deditque aquam, & lauerunt pedes ſuos; dedit quoque
pabulum aſinis eorum.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

25 Parauerunt autem viri illi munus donec in-
grederetur Ioſeph in meridie: audierant enim
ſe ibi comeſturos eſſe panem. 26 Ingreſſo igitur
Ioſeph domum, attulerunt ei munus quod præ
manibus ſuis habebant, in domum: & adoraue-
runt eum ſuper terram. 27 Et imprecans illis pa-
cem, dixit ad eos, Incolumis ne eſt pater veſter
ſenex de quo dixeratis mihi? adhuc ne ſuperſtes
eſt? 28 Reſponderunt, Incolumis eſt ſeruus tuus
pater noſter, & adhuc viuit: & procidẽtes ado-
rauerunt. 29 Sublatis autem oculis ſuis, vidit
Beniamen fratrem ſuum, filiũ matris ſuæ, dixit-
que ad eos, Iſte ne eſt frater veſter minimus de
quo dixeratis mihi? & ait, Deus miſereatur tui
fili mi. 30 Feſtinauitque Ioſeph (exundauerat
enim ipſius clementia erga fratrem ſuum) &
quæſiuit vt fleret, & ingreſſus penetrale, fleuit
ibi. 31 Deinde lota facie ſua exiuit, & continuit
ſe, præcepitque vt apponerent cibum. 32 Et po-
ſuerunt ei ſeorſim, & ipſis ſeorſim, & Ægyptiis
qui comedebant cum eo, ſeorſim: non enim
poterant Ægyptii comedere panem cum He-
bræis, ſiquidem piaculum eſt Ægyptiis. 33 Ita-
que recubuerunt è regione ipſius, maior natu
iuxta maioritatem ſuam, & minor iuxta mino-
ritatem ſuam: & obſtupuerunt viri illi quiſque
de ſocio ſuo. 34 Tuleruntque eis portiones è
cõſpectu illius, fuitque portio Beniamen ma-
ior portionibus omnium *aliorum*, quintuplo:
& biberunt, & inebriati ſunt cum eo.

CAPVT. XLIV.

DEinde præcepit præfecto domus ſuæ, ac dixit, Imple ſarcinas virorum frumento quantum ferre poſſunt, & pone pecuniam cu-
iuſlibet viri in os ſarcinæ ſuæ. 2 Et accipe cra-
terem meum argenteum, & pone in ore ſarci-
næ natu minoris, vnâ cum pecunia annonæ
ſuæ. fecitque ſeruus iuxta imperium Ioſephi.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

25 *Et præparaverunt munus donec veniret Ioſeph in meridie: eo quod audierunt ſe comeſturos eſſe ibi cibum.* 26 *Et cùm veniſſet Ioſeph in domum ſuam, introduxerunt ad eum munus quod venerat cum ipſis, ad domum ipſius, & adorauerunt ſuper terram.* 27 *Et interrogauit eos de incolumitate eorum, & dixit: Adhuc ne pater veſter ſenex de de quo mentionem feceratis, viuus eſt? & incolumis ne eſt?* 28 *Dixerunt: Adhuc ſeruus tuus pater noſter ſuperſtes eſt, & ipſe ſanus eſt: & proſtrauerunt ſe, & adorauerunt.* 29 *Deinde eleuauit oculos ſuos, & vidit Beniamin fratrem ſuum, filium vterinũ matris ſuæ, dixitque: Nunquid iſte eſt frater veſter minimus de quo mentionem feciſtis mihi? Dixerunt: Ita. Ait: Deus miſereatur tui, ô fili mi.* 30 *Deinde accelerauit Ioſeph, eo quòd concitata eſſet miſericordia ſua ſuper fratre ſuo, & voluit flere: & ingreſſus eſt penetrale, fleuitque ibi.* 31 *Deinde lauit faciem ſuam, & egreſſus eſt, & placidum ſe præbuit, & attulerunt cibum.* 32 *Obtulerunt autem ipſi ſoli, & ipſis ſolis, & Ægyptiis qui comedebant cum eo, ſolis: quia Egyptij non audent edere cum Hebræis cibum; horum enim cibus abominabilis eſt apud illos.* 33 *Et ſedere fecit eos in conſpectu ſuo, primogenitum in gradu ſuo, & paruum in gradu ſuo. & obſtupuerunt homines inuicem.* 34 *Et ſublatæ ſunt portiones de conſpectu eius ad illos, eratque portio Beniamin copioſior portionibus eorum quintuplo. & biberunt cum eo quouſque inebriarentur.*

CAPVT XLIV.

DEinde præcepit curatori ſuo, aitque illi: Imple vaſa hominum cibo quantum poſſunt portare, & pone argentum cuiuſlibet viri in vaſe ſuo. 2 *Et ponatur crater meus, crater argenti, in ore uaſis iunioris cum argento annonæ ſuæ. fecitque ſicuti præcepit ei Ioſeph.*

25 وهيوا الهدية الى ان جاء يوسف في الظهيرة * لانهم سمعوا بانهم
ثم ياكلون طعاما * 26 ولما جاء يوسف الى منزله ادخلوا اليه
الهدية التي جات معهم الى منزله * وسجدوا على الارض *
27 فسالهم عن سلامتهم * وقال هل بعد ابوكم الشيخ الذي
ذكرتم حي * وهل هو سالم * 28 قالوا الان عبدك ابونا باق وهو
سالم * وخروا وسجدوا * 29 ثم رفع عينيه ونظر بنيامين
اخاه ابن شقيقة امه * فقال اهذا اخوكم الاصغر الذي ذكرتموه
لي * قالوا نعم * فقال الله يرق بك يا بني * 30 ثم اسرع يوسف
مما هاجت رحمته على اخيه وطلب ان يبكي * فدخل الى الخدر
فبكا ثم * 31 ثم غسل وجهه وخرج وترفق * وقدموا الطعام *
32 فقدموا له وحده ولهم وحدهم وللمصريين الذين ياكلون معه
وحدهم * لان المصريين لا يستجرون ان ياكلوا مع العبرانيين طعاما
لان طعامهم مكروه عندهم * 33 واجلسهم بين يديه * البكر في
مرتبته * والصغير في مرتبته * وبهت القوم بعضهم في بعض *
34 وحمل زلات من بين يديه اليهم * فكانت زلة بنيامين اكثر
من زلاتهم خمسة اضعاف * وشربوا معه حتى سكروا *

* الفصل الرابع والاربعون *

1 ثم امر وكيله * وقال له املا اوعية القوم طعاما حسب
ما يطيقون حمله * وصير فضة كل رجل في وعائه *
2 ويصير جامي جام الفضة في فم وعاء الاصغر مع فضة ميرته *
فصنع كما امره به يوسف *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Interea præparauerũt munus dum veniret Ioſeph in meridie, quia audiuerant quod ibi erant comeſturi panem. 26 Intrauit autem Ioſeph domum, & obtulerunt ei munus quod erat in manibus eorum domi, & proſtrauerunt ſe ei in terram. 27 Salutauit quoque eos pacificè, dicens, nunquid pax eſt patri veſtro ſeni de quo loquebamini, viuitne adhuc? 28 Et reſponderunt, pax eſt ſeruo tuo patri noſtro, adhuc viuit: Et dixit; Benedictus ſit vir ille à Deo, & incuruauerunt ſe, & adorauerunt. 29 Leuauitque oculos, & vidit Beniamin fratrem ſuum, filium matris ſuæ dixitque, iſte eſt frater veſter minimus de quo loquebamini mihi? & dixit, Deus miſereatur tui, fili mi. 30 Et feſtinauit Ioſeph quia æſtuabant miſerationes eius ſuper fratrem ſuum, quærenſque vt fleret, ingreſſus eſt cubiculum, & fleuit ibi. 31 Poſtea lauit faciem ſuam, & egreſſus eſt, continuitque ſe, & dixit, apponite panem. 32 Et appoſuerunt illi ſoli, & iis ſolis; Ægyptiis verò qui ſimul veſcebantur cum eo, ſeorſim, quia non poſſunt Ægyptii comedere panem cum Hebræis; hoc eſt enim abominatio Ægyptiis. 33 Et ſederunt coram ipſo, primogenitus ſecundum primogenituram ſuam, & iunior ſecundum iuuentutem ſuam, & mirabantur illi alter alterum. 34 Aſportabatur autem ferculum à facie eius ad eos: ſed multiplicabat ferculum Beniamini præ ferculis illorum omnium quintupliciter, & biberunt & inebriati ſunt cum eo.

CAPVT XLIV.

PRæcepit autem ei qui erat ſuper domum ſuam, dicens, imple ſaccos iſtorum hominum cibariis quantum poterunt ferre, & pone argentum cuiuſque in ore ſacci ſui. 2 Scyphum verò meum, ſcyphum argenteum pones in ore ſacci minimi, & argentum emptionis eius; fecitque ſecundum verbum quod dixerat Ioſeph.

[illegible]

3 Cúmque fuiſſet aurora, dimiſſi ſunt viri illi,
vt diſcederent ipſi cum aſinis ſuis. 4 Ipſis vrbe
egreſſis, nec longè diſſitis, dixit Ioſeph præfe-
cto domus ſuæ, Surge & inſequere viros, iiſque
aſſequutis dicito, Quare reddidiſtis malum pro
bono? 5 Et furati eſtis hunc craterem in quo
bibit dominus meus, & per quem augurando
auguratur? malefeciſtis in re quam perpetraſtis.
6 Aſſequutus eſt igitur eos, & ait illis huiuſmo-
di verba. 7 Dicunt ad eum, Ne proferat do-
minus noſter talia verba: abſit à ſeruis tuis vt
faciãt ſermonem iſtum. 8 En pecuniam, quam
reperimus in ore ſarcinarum noſtrarum, retu-
limus de terra Chanaan, quomodo furati eſſe-
mus de domo domini tui aurum aut argẽtum?
9 Apud quemcunque ſeruorum tuorũ inuen-
tus fuerit, moriatur: & nos erimus ſerui domi-
no noſtro. 10 Dicit ad eos, Etiamnum iuxta
verbum veſtrũ ſic fiet: is apud quem repertus
fuerit, ipſemet erit mihi ſeruus, & vos eritis in-
nocentes. 11 Feſtinantes itaque depoſuerunt
vnuſquiſque ſarcinam ſuam in terram: & ape-
riens quilibet ſarcinam ſuam, 12 Scrutati ſunt.
à maiore natu incepit, & in minore deſiit, & in-
uẽtus eſt crater in ſarcina Beniamen. 13 Illi ve-
rò conſciſſis veſtibus ſuis, onerarunt vnuſquiſ-
que aſinum ſuum, & redierunt in ciuitatem.
14 Ingreſſuſque Iuda & fratres eius ad Ioſeph
qui adhuc erat ibi, corruerunt coram eo in ter-
ram. 15 Dicit eis Ioſeph, Quodnam eſt opus
hoc quod feciſtis? Annon ſcitis quòd auguran-
do auguratur vir qualis ego?
16 Inquit Iuda, Quid dicemus domino meo,
& quid loquemur, & qua ratione iuſtificabi-
mur? A conſpectu Dei repertum eſt crimen
ſeruis tuis. ecce nos ſerui ſumus domino
meo, tam nos, quàm is in cuius manu in-
uentus eſt crater.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 *Cúmque illuxiſſet matutinum, dimiſit homi-*
nes & aſinos eorum. 4 *Ipſi verò iam exierant*
è ciuitate, & nondum aberant, quando dixit Io-
ſeph curatori ſuo: Surge, inſequere eos: cúmque aſſe-
cutus fueris illos, dicito eis: Quare retribuiſtis pro
bono malum? 5 *Nonne iſte eſt, quo bibit Do-*
minus meus? & ipſe quidem tentauit vos per illum.
peccaſtis in eo quod feciſtis. 6 *Et aſſecutus eſt eos,*
& locutus eſt eis hæc. 7 *Dixerunt ei: Ne dicat*
dominus meus hunc ſermonem: abſit à ſeruis tuis
vt faciant huiuſcemodi rem.
8 *Ecce argentum quod inuenimus in oribus*
vaſorum noſtrorum, retulimus tibi de regione
Chanaan, quomodo ergo furabimur de domo do-
mini tui argentum aut aurum?
9 *Is, cum quo reperietur ex ſeruis tuis, occida-*
tur, & nos quoque erimus Domino meo mancipia.
10 *Dixit: Ergo quod dixiſtis, ita ſit: cum quo re-*
perietur, erit mihi mãcipium, & vos eritis innoxij.
11 *Feſtinaruntque deponere vnuſquiſque vas*
ſuum ſuper terram, & aperuit quilibet vir vas
ſuum. 12 *Scrutatuſque eſt illa, & cœpit à ma-*
iore, & peruenit ad iuniorem, inuenitque craterem
in vaſe Beniamin.
13 *Et diſcerpſerunt veſtimenta ſua. & impo-*
ſuit quilibet vir vas ſuum aſino ſuo, & reuerſi
ſunt ad vrbem.
14 *Et ingreſſus eſt Ihuda & fratres eius in do-*
mum Ioſeph, & ipſe erat ibi, cecideruntque ante
ipſum ſuper terram.
15 *Aitque ad illos Ioſeph: Quodnam eſt hoc*
opus quod operaſti eſtis? Annon ſcitis quòd nos
experiamur? vir vt ego?
16 *Dixit Ihuda: Quid dicemus domino meo?*
& quid loquemur? & quòmodo excuſabimur?
Deus incidere fecit ſeruos tuos in delictum eorum.
Ecce ſumus mancipia domino meo nos & is
in cuius manu repertus eſt crater.

3 فلما أضاء الصبح أطلق القوم وحميرهم * 4 فهم قد
خرجوا من القرية ولم يبعدوا * إذ قال يوسف لوكيله قم فالحقهم *
فإذا لحقتهم قل لهم لم كافأتم على الخير بالشر * 6 أليس هذا
الذي يشرب مولاي فيه * وهو إنما امتحنكم به * أسأتم فيما
صنعتم * 6 فلحقهم وكلمهم بذلك * 7 فقالوا له لا يقل
سيدي هذا القول * حاشا عبيدك أن يصنعوا مثل هذا الأمر *
8 هوذا فضة وجدناها في أفواه أوعيتنا رددناها عليك من
بلد كنعان * فكيف نسرق من بيت مولاك فضة أو ذهبا *
9 من وجد معه من عبيدك فليقتل * ونحن أيضا نكون
لسيدي عبيدا * 10 قال الآن ما قلتم هو كذاك * من وجد معه
كان لي عبدا * وأنتم تكونون براءة * 11 فأسرعوا بحط كل
رجل وعاءه على الأرض * وفتح كل رجل وعاءه *
12 ففتشها وبدأ بالأكبر وانتهى إلى الأصغر * فوجد الجام في
وعاء بنيامين *
31 فخرقوا ثيابهم * وأثال كل رجل وعاءه على حماره * ورجعوا إلى
القرية * 14 فدخل يهوذا وإخوته إلى بيت يوسف وهو ثم *
فوقعوا بين يديه على الأرض *
15 وقال لهم يوسف ما هذا الصنع الذي صنعتم * أما علمتم أننا
يمتحن رجل مثلي * 16 قال يهوذا ما نقول لسيدي وما نتكلم
به وما نحتج * الله أوقع عبيدك بذنبهم * ها نحن عبيدا لسيدي
نحن ومن وجد الجام في يده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Manè illuxit, & homines illi dimiſſi ſunt & aſini eorum. 4 Illi egreſſi ſunt ex vrbe: nec longè aberant,
cum Ioſeph dixit præfecto domus ſuæ, ſurge, & perſequere viros iſtos, & attingens eos, dices eis, quare reddi-
diſtis malum pro bono? 5 Nonne ille eſt in quo bibebat dominus meus, & in quo ipſe augurando auguratur?
malè feciſtis quod feciſtis. 6 Et aſſecutus eſt eos, dixitque illis verba iſta. 7 Et reſponderunt, quare loqui-
tur dominus meus ſecundum verba iſta? Ab ſit à ſeruis tuis vt faciant ſecundum verbum hoc.
8 Ecce argentum quod inuenimus in ſaccis noſtris retulimus ad te de terra Chanaan, & quomodo furabi-
mur de domo domini noſtri argentum aut aurum? 9 Cum quo ſeruorum tuorum inuenietur, moriatur,
nos quoque erimus domino noſtro in ſeruos, 10 Et reſpondit, etiam nunc ſecundum verba veſtra, ita ſit.
Apud quem inuenietur, erit mihi ſeruus, ſed vos eritis innocentes. 11 Et feſtinarunt, & depoſuerunt quiſ-
que ſaccum ſuum in terram, & aperuit vnuſquiſque ſaccum ſuum. 12 Et ſcrutatus eſt, à maiore incœpit, & in
minimo finiuit. inuentuſque eſt ſcyphus in ſacco Beniamin. 13 Tum dilacerarunt veſtimenta ſua, & onera-
uit vnuſquiſque aſinum ſuum, & redierunt in ciuitatem. 14 Et ingreſſus eſt Iudas & fratres eius domum
Ioſephi, cum ipſe adhuc eſſet ibi; & ceciderunt coram ipſo in terram. 15 Dixitque eis Ioſeph, quæ eſt actio
iſta quam feciſtis? nonne ſciebatis, quia diuinando diuinabit homo qualis ego?
16 Reſponditque Iudas, quid dicemus domino meo, quid loquemur, aut quomodo iuſtificabimur? nam
Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: Ecce ſerui ſumus domino meo, etiam nos, etiam ille in cuius
manu inuentus eſt ſcyphus.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

17 Ait illis, Abſit à me vt iſtud faciam: vir apud
quem inuentus eſt crater, ipſe erit mihi ſeruus,
vos autem aſcēdite in pace ad patrem veſtrum.
18 Et acceſſit ad eum Iuda, ac dixit, Rogo te
dn̄e mi, liceat ſeruo tuo loqui verbum coram
te dn̄e mi, & ne ſuccenſeat ira tua in ſeruum
tuū: tu enim perinde es ac Pharaon. Dn̄s meus
interrogauerat ſeruos ſuos, ac dixerat, Habetis
ne patrē, aut fratrem? 20 Reſponderamus dn̄o
meo, Habem⁹ patrem ſenē, & puerū filium ſe-
nectutis paruum, cuius frater mortuus eſt, ipſe-
que ſolus relictus matri ſuæ, & pater eius diligit
eum. 21 Et dixeras ſeruis tuis, Adducite eum ad
me, ponāque oculos meos ſuper eum. 22 Reſpō-
deramus autē dn̄o meo, Non poteſt puer de-
ſerere patrem ſuū: nam ſi deſerat patrem ſuum,
morietur. 23 Et dixeras ad ſeruos tuos, Niſi deſ-
cendat frater veſter minimus vobiſcum, ne vi-
deatis ampliùs vultum meum. 24 Quum ergo
aſcendiſſemus ad ſeruum tuum patrem noſtrū,
& indicaſſemus ei ſermones dn̄i mei: 25 Dixit
ad nos ſeruus tuus pater noſter, Reuertimini,
emite nobis parū frumenti. 26 Reſpōdimus pa-
tri noſtro, Nequimus deſcendere: Si deſcendat
nobiſcū frater noſter minor, deſcēdem⁹ & nos.
nō enim poſſum⁹ videre vultū viri, ſi frater no-
ſter minor nō fuerit nobiſcum. 27 Dixit nobis
ſeruus tuus pater noſter, Vos ſcitis quòd duos
mihi peperit vxor mea: 28 Et quidē egreſſus eſt
vnus à me, dixique, Abſq; dubio interfectus eſt,
nec vidi eum hactenus. 29 Et abducitis quoque
iſtū à me, accidetque illi aduerſitas, & demitte-
tis ſeniū meū cum miſeria ad inferos. 30 Nunc
igitur quum iuerimus ad ſeruum tuū patrem
noſtrū, & puer non fuerit nobiſcum, eiuſq; ani-
ma chara ſit *illi* ſicut anima ſua: 31 Quando vi-
debit non adeſſe puerum nobiſcum, morietur:
deducentque ſerui tui ſenectutem ſerui tui pa-
tris noſtri cum infœlicitate ad inferos.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[17] *Ait, Abſit à me vt faciam hoc: Vir in cuius ma-*
nu inuentus eſt crater, ipſe erit mihi mancipium:
& vos aſcendite cum pace ad patrem veſtrum.
[18] *Acceſſitque ad eum Ihuda, & ait: O domine*
mi, loquatur quæſo famulus tuus ſermonem in præ-
ſentia domini mei, & ne graueſcat furor tuus
aduerſus famulum tuum. [19] *Interrogauerat*
dominus meus famulos ſuos, dicens: Reperitur ne
vobis pater aut frater? [20] *Diximus domino*
meo: Extat nobis pater ſenex grandæuus, & filius
ſenectutis paruus, & frater eius iam mortuus
eſt, & remanſit ipſe ſolus matri ſuæ, & pater eius
amat eum. [21] *Dixiſti ſeruis tuis: Adducite eum*
ad me, ponam curam meam in eo. [22] *Diximuſ-*
que domino meo: Non poteſt puer derelinquere pa-
trem ſuum: ſi enim dereliquerit eum, morietur.
[23] *Dixiſti ſeruis tuis: Niſi deſcenderit frater veſter*
minimus nobiſcum, ne reuertamini videre faciem
meam. [24] *Cúmque aſcendiſſemus ad ſeruum*
tuum patrem noſtrum, narrauimus ei ſermo-
nem domini noſtri. [25] *Et quando dixit no-*
bis pater noſter: Redite, & emite nobis parum cibi:
[26] *Diximus: Non poſſumus deſcendere. ſi frater*
noſter minimus fuerit nobiſcum, deſcendemus;
quoniam non poſſumus videre faciem viri, ſi
frater noſter minimus non aderit nobiſcum.
[27] *Dixitque ſeruus tuus pater noſter nobis: Vos*
ſcitis coniugem meam genuiſſe mihi duos filios.
[28] *Exiuit vnus eorum à me, & dixi: Fortè iam*
præda factus eſt, nec vidi eum hucuſque. [29] *Quòd*
ſi tuleritis hunc etiam à me, & euenerit ei mors,
deſcendere facietis canitiem meam cum malo ad
puluerem. [30] *Et modò cùm peruenerit familia ſer-*
ui tui ad patrem meũ, & puer non fuerit nobiſcum,
& eius anima pendens ſit ab anima ipſius: [31] *Cùm*
viderit puerum non eſſe nobiſcum, morietur, &
deſcendere facient famuli tui canitiem ſerui tui
patris noſtri cum dolore ad puluerem.

17 قال انا معاذ من ان اصنع هذا * الرجل الذي وجد الجام
في يده هو يكون لي عبدا * وانتم اصعدوا بسلام الي ابيكم *
18 فتقدم اليه يهوذا وقال * يا سيدي ايتكلم عبدك كلاما بحضرة
سيدي ولا يشتد غضبك على عبدك *
19 كان سيدي سال عبيده قايلا * هل موجود لكم اب او اخ *
20 فقلنا لسيدي لنا موجود اب شيخ كبير * وابن شيخوخة
صغير * واخوه قد مات * فبقي هو وحده لامه * وابوه يحبه *
21 فقلت لعبيدك احدروه الي اجعل عنايتي به *
22 فقلنا لسيدي لا يطيق الغلام ان يترك اباه * فان هو تركه
مات * 23 قلت لعبيدك ان لم ينحدر اخوكم الاصغر
معكم * فلا تعاودوا النظر الي وجهي * 24 فلما صعدنا
الي عبدك ابينا اخبرناه بكلام سيدنا * 25 ولما قال ابونا ارجعوا
فاشتروا لنا قليلا من طعام * 26 قلنا لا نطيق ان ننحدر * ان
كان اخونا الاصغر معنا انحدرنا * لانا لا نطيق ان نرى وجه
الرجل واخونا الصغير ليس هو معنا * 27 فقال عبدك ابونا
لنا انتم تعلمون ان زوجتي انما ولدت لي ابنين * 28 فخرج احدهما
من عندي * وقلت لعله قد افترس * ولم اره الي الان * 29 فان اخذتم
هذا ايضا من عندي ووافته المنية * انزلتم شيبتي بشر الي
الثرى * 30 والان عند مجيي الي عبدك الي ابي والفتى ليس هو
معنا * ونفسه معلقة بنفسه * 31 ويكون عند نظره ان ليس الفتى
معنا * فيموت ويحدروا عبيدك شيبة عبدك ابينا بحزن الي الثرى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[17] At ait, Abſit mihi vt faciam hoc; vir ille in cuius manu inuentus fuerit ſcyphus, ipſe erit mihi ſeruus, & vos
aſcendetis in pace ad patrem veſtrum. [18] Et accedens ad eum Iudas, dixit, obſecro mi Domine, loquatur
nunc ſeruus tuus verbum in auribus Domini mei, & non exardeſcat ira tua in ſeruum tuum, nam ſicut tu, ſic
Pharao. [19] Dominus meus interrogauit ſeruos ſuos, dicens, eſtne vobis pater, aut frater? [20] Et reſpondi-
mus domino meo, eſt nobis pater ſenex, & genuit in ſenectute paruulum; frater eius mortuus eſt, & remanſit
ipſe ſolus matri ſuæ, paterque eius amat eum. [21] Dixiſti autem ſeruis tuis, facite eum deſcendere ad me, vt
ponam oculos meos ſuper eum. [22] Et diximus domino meo, non poterit puer relinquere patrem ſuum; ſi
relinquat patrem ſuum, morietur. [23] Dixiſti verò ſeruis tuis, niſi deſcenderit frater veſter minimus vo-
biſcum, non videbitis iterum faciem meam. [24] Factumque eſt cum aſcenderemus ad ſeruum tuum patrem
noſtrum, & narraremus ei verba domini mei. [25] Vt dixerit pater noſter, reuertimini, emite nobis parum ciba-
rii. [26] At reſpondimus, non poterimus deſcendere: Si eſt frater noſter minimus nobiſcum, tum deſcendemus:
quia non poterimus videre faciem iſtius viri, ſi frater noſter minimus non eſt nobiſcum. [27] Dixit autem no-
bis ſeruus tuus pater noſter, vos ſcitis quòd duos peperit mihi vxor mea. [28] Et egreſſus eſt vnus à me: & dixi,
vtique à fera raptus eſt, & non vidi eum huc vſque. [29] Si tuleritis etiam iſtum à facie mea, & acciderit ei lãguor,
deducetis canitiem meam cum mœrore ad inferos. [30] Nunc autem, quomodo veniã ad ſeruum tuum patrem
meũ, ſi puer non eſt mecũ: nam anima eius ligata eſt cũ anima ipſius. [31] Accidet autem cũ viderit ille quod puer
non eſt nobiſcũ vt moriatur, & deducent ſerui tui ſenectam ſerui tui patris noſtri cum dolore ad inferos.

[illegible] (Syriac text, Genesis 44:32–34; 45:1–8)

32 Etenim ſeruus tuus ſpopondit pro puero
apud patrem noſtrum,& dixi, Si non adduxe-
ro eum ad te,peccauero in patrem meum cun-
ctis diebus. 33 Nunc itaque remaneat ſeruus
tuus pro puero mancipium domino meo , &
puer aſcendat cum fratribus ſuis. 34 Nam quo
pacto aſcendam ad patrem meum , ſi puer non
adſit mecum ? *alioqui* fortaſſe videbo malum
quod euenturum eſt patri meo.

CAPVT. XLV.

Quando ſe cognoſcendum præbuit Ioſeph fratribus ſuis.

Non potuit autem Ioſeph continere ſe,
pro omnibus qui aſtabant ei : dixitque,
Submouete omnes à me.& non remanſit quiſ-
quam apud eum , quum ſe detexit Ioſeph fra-
tribus ſuis. 2 Et ſublata voce ſua cum fletu,ita
vt audirent Ægyptii , audireturque in domo
Pharaonis, 3 Ait Ioſeph fratribus ſuis,Ego ſum
Ioſeph frater veſter : adhuc pater meus viuus
eſt?Et non potuerunt fratres eius reddere ei re-
ſponſum,quippequi perterriti ſunt coram illo.
4 Dixit ergo Ioſeph ad fratres ſuos , Accedite
ad me:&acceſſerunt ad eum.& dixit eis , Ego
ſum Ioſeph frater veſter quem vendidiſtis
Ægyptiis. 5 Nunc autem ne tœdeat vos,
neque moleſtum ſit in oculis veſtris quòd
me vendideritis hùc : nam pro ſuſtentatione
miſit me Deus ante vos.
6 Etenim ecce duo anni famis *fuerunt* in medio
terræ,& adhuc *reſtant* quinque anni,in quibus
nemo erit qui ferat,aut qui metat. 7 Miſitq; me
Deus ante vos ad ponendā vobis poſteritatem,
&ad conſeruandam vobis ſalutem magnam in
terra. 8 Nunc igitur non vos quidem me mi-
ſiſtis huc,ſed Deus:effecitque me patrem Pha-
raoni, & dominum totius domus eius, & præ-
fectum in vniuerſa terra Ægypti.

VERSIO SAMARITANA.

32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

[32] *Et ſcias quòd ſeruus tuus ſpopondit pro puero, patri meo, dicens: Niſi adduxero eum ad te, & ſitero eum ante te, ero delinquens in patrem meum longitudine temporis.* [33] *Sedeat ergo nunc famulus tuus loco pueri mancipium domino meo, & aſcendat puer cum fratribus ſuis.*

[34] *Quoniam ego cogito quomodo aſcendam ad patrem meum, cùm puer non ſit mecum: & videbo oculatim tribulationem quæ eueniet ipſi.*

CAPVT XLV.

NOn potuit autem Ioſeph moueri propter hoc, præ multitudine aſtantium coram ſe: clamauitque; Educite omnem virum è conſpectu meo. Nullus ergo manſit cum eo, quando notificauit ſe fratribus ſuis. [2] *Leuauitq; vocem ſuam cum fletu ita vt audirent eum Ægyptij, & audiret eum familia Pharaonis.* [3] *Tum dixit Ioſeph fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph. Num pater meus adhuc ſuperſtes eſt? Nec potuerunt fratres eius reſpondere illi, eo quòd expauiſſent ante illum.*

[4] *Donec dixiſſet eis: Accedite ad me. acceſſeruntque, & ait: Ego ſum Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis deſcendentibus in Ægyptum.*

[5] *Et nunc ne affligat vos, nec durum ſit vobis, quòd vendideritis me huc: nam Deus miſit me ante vos in auxilium.*

[6] *Quoniam ecce duo anni famis iam præteriere in regione, & remanent quinque anni, in quibus non erit aratio nec meſſis.*

[7] *Miſit ergo me Deus ante vos, vt faceret vobis poſteritatem in terra, & vt viuificaret vobis euaſionem magnam.*

[8] *Non vos itaque miſiſtis me huc, ſed Deus: fecitque me dominum Pharaoni, & dominum vniuerſæ genti eius, & dominantem ſuper vniuerſam regionem Ægypti.*

32 وأعلم ان عبدك ضمن الغلام من ابي * فالا ان لم آت به
اليك واحضره حضرتك * فاكون مذنبا الي ابي طول الزمان *
33 فليجلس عبدك الان مكان الغلام عبدا لسيدي * ويصعد
الغلام مع اخوته * 34 فاني افكر كيف اصعد الي ابي والغلام
ليس هو معي * فاشاهد البلا الذي يناله *

* الفصل الخامس والاربعون *

1 فلم يطق يوسف ان يتحرك لذلك * من كثرة الوقوف بين
يديه * فنادى اخرجوا كل رجل من بين يدي * فلم يقف
انسان معه حين تعرف باخوته *
2 فرفع صوته ببكا حتى سمعه المصريون * وسمعه آل فرعون *
3 ثم قال يوسف لاخوته * انا يوسف هل ابي بعدي باق * فلم
يطق اخوته اجابته مما اندهشوا بين يديه *
4 حتى قال لهم تقدموا الي فتقدموا * فقال انا يوسف اخوكم
الذي بعتموه للمنحدرين الي مصر *
5 والان لا يشق عليكم ولا يشتد عندكم اذ بعتموني هاهنا *
فان الله بعثني بين ايديكم معونة * 6 وذلك ان هاتين
سنتا جوع قد مضتا في البلد * وبقي خمس سنين ليس فيها حرث
ولا حصاد * 7 فبعثني الله قدامكم ليصير لكم بقاء في
الارض * وليحيي لكم فلتة عظيمة * 8 فالان لستم انتم بعثتموني
الي هاهنا بل الله * فصيرني استاذا لفرعون * وسيدا لجميع اهله *
وسلطانا على جميع بلد مصر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[32] Seruus enim tuus ſpopondit pro puero patri ſuo, dicens, niſi reduxero eum ad te, reus ſim peccati patri meo omnibus diebus. [33] Nunc igitur maneat quæſo ſeruus tuus pro puero ſeruus domino meo; puerque aſcendat cum fratribus ſuis. [34] Nam quomodo aſcendam ad patrem meum, & puer non eſt mecum? ne videam afflictionem quæ inuentura eſt patrem meum.

CAPVT XLV.

ET non poterat Ioſeph continere ſe coram omnibus adſtantibus ei: Ideo clamauit, & egredi fecit omnes homines à ſe, nemoque adſtitit ei cum manifeſtauit ſe Ioſeph fratribus ſuis. [2] Tum dedit vocem ſuam cum fletu; audieruntque Ægyptii, & audiuit domus Pharaonis.

[3] Ait autem Ioſeph fratribus ſuis, ego ſum Ioſeph: num adhuc pater meus viuit? & non poterant fratres eius reſpondere ei, turbati enim erant à facie eius. [4] Dixitque Ioſeph fratribus ſuis, accedite quæſo ad me, & acceſſerunt: Tum ait, ego ſum Ioſeph frater veſter quem vendidiſtis in Ægyptum. [5] Nunc autem ne doleatis, nec durum ſit in oculis veſtris quod vendidiſtis me huc, quia ad viuificandum miſit me Dominus ante faciem veſtram. [6] Hic eſt enim annus ſecundus famis in medio terræ, & adhuc quinque ſunt anni quibus non erit aratio, neque meſſis. [7] Miſit autem me Dominus ante faciem veſtram, vt ponam vobis reſiduum in terra, & viuificem vos liberatione magna.

[8] Nunc autem non vos me miſiſtis huc, ſed Deus: conſtituit etiam me in patrem Pharaoni, & in dominum omni domui eius, & in dominatorem omni terræ Ægypti.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

9 Citò aſcendite ad patrem meum,& dicite ei,
Sic ait filius tuus Ioſeph, Fecit me Deus domi-
num ſuper totam terram Ægypti: deſcende ad
me, nec moras interponito. 10 Et ſede in ter-
ra Goſan, & eſto propinquus mihi tu & libe-
ri tui, & domeſtici tui, & oues tuæ, boueſque
tuæ,& quicquid tuum eſt. 11 Et nutriam vos
ibi (nam adhuc quinque annis vigebit fames)
ne fortè pereas tu, & domus tua, & omnia
tua. 12 Et en oculi veſtri cernunt, & ocu-
li fratris mei Beniamen, quod os meum lo-
quutum eſt vobiſcum. 13 Et narrate patri meo
totam gloriam meam in Ægypto, & quicquid
vidiſtis: & feſtinate, deſcendere facite patrem
meum huc. 14 Et proruens in collum Benia-
men fratris ſui, fleuit: & Beniamen fleuit ſuper
collum eius. 15 Et oſculatus eſt omnes fratres
ſuos, ac fleuit ſuper eos: ac tum alloquuti ſunt
eum fratres eius. 16 Et vox audita eſt in domo
Pharaonis dicentiũ, Venerunt fratres Ioſeph.
& placuit ſermo in oculis Pharaonis,& in ocu-
lis ſeruorum eius. 17 Dixitque Pharaon ad Io-
ſeph, Dic fratribus tuis, Sic facite: onerate iu-
menta veſtra frumento, & ite, peruehite ad
terram Chanaan. 18 Et tollite patrem ve-
ſtrũ & domeſticos veſtros, & adducite ad me,
daboque vobis delitias terræ Ægypti, & co-
medite pinguedinem terræ. 19 Et tu quidem
en poteſtatem habes: dic fratribus tuis, Sic
facite: ducite vobis de terra Ægypti plauſtra
pro mulieribus veſtris & ſuppellectili veſtra,
& aduehite patrem veſtrum, & venite.
20 Et oculi veſtri ne parcant inſtrumentis ve-
ſtris, quia optimum totius terræ Ægypti ve-
ſtrum eſt. 21 Fecerunt autem ſic filii Iſrael:
& dedit eis Ioſeph plauſtra iuxta verbum oris
Pharaonis, deditque eis viaticum pro itine-
re omnibus.

VERSIO SAMARITANA.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

9 Accelerate,& aſcendite ad patrem meum,&
dicite ei: Ita dixit filius tuus Ioſeph: Fecit me Deus
dominum omnium Ægyptiorum, deſcende ad
me, & ne moreris. 10 Et commoraberis in
Sadir,& eris prope me tu,& filij tui,& filij filio-
rum tuorum, & oues tuæ, & boues tuæ,& omnia
bona tua. 11 Et alam te ibi, cùm adhuc re-
maneant quinque anni famis, vt ne depaupere-
ris tu, & familia tua,& conſumantur omnia bo-
na tua. 12 Et ecce oculi veſtri ſunt videntes,
& oculi fratris mei Beniamin, quod os meum col-
loquatur vobiſcum.
13 Nunciate patri meo vniuerſum honorem
meum in Ægypto,& quidquid vidiſtis: Et accele-
rate, adducite eum huc. 14 Deinde cecidit ſuper
collum Beniamin fratris ſui, & fleuit, & Benia-
min fleuit etiam ſuper collum eius.
15 Et oſculatus eſt omnes fratres ſuos, & fleuit
cum eis. Et poſtea allocuti ſunt eum.
16 Et delata eſt vox ad Pharaonem & dictum
eſt ei: Venerunt fratres Ioſeph. Placuit autem id
illi, & vniuerſis ducibus eius.
17 Et dixit Pharaon ad Ioſeph: Dic fratribus
tuis: Facite rem vnam, onerate iumenta veſtra,
& abite, & reducite ea in terram Chanaan.
18 Imponite plauſtris patrem veſtrum,& fami-
liam veſtram, & perducite eos ad me, & tribuam
vobis ſuauitatem regionis Ægypti, & comedetis
quod optimum eſt in ea.
19 Et tibi quidem iubetur vt dicas eis: Facite rem
vnam, Accipite vobis de regione Ægypti plau-
ſtra pro paruulis veſtris, & mulieribus veſtris:
& imponite patrem veſtrum, & venite.
20 Et oculi veſtri ne miſeratione moueantur de
vtenſilibus veſtris: quoniam ſuauitas regionis
Ægypti, veſtra eſt. 21 Fecerunt igitur ſic filij
Iſrael: deditque eis Ioſeph plauſtra de mandato
Pharaonis, & viaticum pro itinere.

9 اسرعوا واصعدوا الي ابي وقولوا له * كذا قال ابنك يوسف
صيرني الله سيدا لجميع المصريين * انحدر الي ولا تقف * 10 فتقيم
في السدير * وتكون قريبا مني انت وبنوك وبنو بنيك وغنمك
وبقرك وجميع مالك * 11 واموّنك هناك اذ قد بقي خمس
سنين للجوع * حتي لا تفتقر انت واهلك * ويبعد جميع مالك *
12 وهوذا عيونكم ناظرة * وعينا اخي بنيامين * ان فمي
يخاطبكم * 13 فاخبروا ابي بجميع كرامتي بمصر * وجميع
ما رايتموه * فاسرعوا فاحدروه الي هاهنا * 14 ثم انكب
علي عنق بنيامين اخيه فبكا * وبنيامين بكا ايضا علي عنقه *
15 وقبل ساير اخوته وبكي معهم * وبعد ذلك كلموه *
16 وارتفع الصوت الي فرعون * وقيل له جا اخوة يوسف * فحسن
ذلك عنده وعند جميع قواده *
17 ثم قال فرعون ليوسف قل لاخوتك اصنعوا خلة * اوسقوا
دوابكم وامضوا وردوها الي بلد كنعان *
18 احملوا اباكم والكم وصيروهم الي * اعطيكم خير
بلد مصر * وتاكلوا اجود ما فيها *
19 وانت مامور ان تقول لهم اصنعوا خلة * خذوا لكم من بلد
مصر عجلا لاطفالكم ونسايكم * واحملوا اباكم وتعالوا *
20 وعيونكم لا تشفق علي آنيتكم * ان خير جميع بلد
مصر هو لكم * 21 فصنعوا كذلك بنو اسرايل * واعطاهم
يوسف عجلا بامر فرعون وزادا للطريق *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum; dicetis ei, ſic dicit filius tuus Ioſeph: poſuit me Deus Dominum
omni Ægypto, deſcende ad me, ne tardes. 10 Habitabis enim in terra Geſſen, eriſque prope me, tu, & filii
tui, & filii filiorum tuorum, oues tuæ, & boues tui, & omnia quæ tua ſunt. 11 Et nutriam te ibi: ſunt enim
adhuc quinque anni famis; ne paupertate pereas, tu, & domus tua, & omnia quæ tua ſunt.
12 Et ecce oculi veſtri vident, & oculi fratris mei Beniamin quod os meum loquitur ad vos.
13 Narrabitis etiam patri meo omnem gloriam meam in Ægypto, & omnia quæ videtis. feſtinate igitur, &
deducite patrem meum huc. 14 Tum cecidit ſuper collum Beniamin fratris ſui, & fleuit; fleuit quoque Ben-
iamin ſuper collum eius. 15 Et oſculatus eſt omnes fratres ſuos, & fleuit ſuper eos, & poſtea allocuti ſunt
eum fratres eius. 16 Vox autem audita eſt in domo Pharaonis dicens: Venerunt fratres Ioſephi; & placuit
oculis Pharaonis, & oculis ſeruorum eius. 17 Dixitque Pharao Ioſepho, dicito fratribus tuis; hoc facite, one-
rate iumenta veſtra, & abite, atque ingredimini terram Chanaan. 18 Et aſſumite patrem veſtrum, & do-
mos veſtras, & venite ad me, & dabo vobis optimum terræ Ægypti, & comedetis pinguedinem terræ.
19 Præcipito quoque: hoc facite, aſſumite vobis de terra Ægypti currus pro paruulis veſtris, & vxoribus ve-
ſtris, aſſumetis etiam patrem veſtrum, & venietis.
20 Nec oculus veſter parcat ſupellectili veſtræ, nam optimum terræ Ægypti veſtrum erit.
21 Sic autem fecerunt filii Iſrael; deditque eis Ioſeph currus iuxta mandatum Pharaonis, dedit quoque eis
viaticum pro itinere.

[illegible]

22 Dedit etiam cuilibet par veſtium: ipſi verò
Beniamen dedit trecentos argenteos, & quin-
que paria veſtium. 23 Patri autem ſuo miſit eo-
dem modo, & inſuper decem aſinos onuſtos
optimis quibuſque terræ Ægypti, & decem aſi-
nas onuſtas frumento & vino, & viaticum pro
itinere. 24 Et dimiſit eos, & abiere. dixitque eis,
Ne contendatis in via. Aſcenderunt ergo ex
Ægypto, & venerunt in terram Chanaan ad
Iacob patrem ſuum. 25 Et nuntiarunt ei dicen-
tes, Adhuc Ioſeph viuit, ipſeque dominatur in
tota terra Ægypti. Ipſe verò neglexit in corde
ſuo, quia non credidit eis. 26 Et retulerunt ei
omnia verba quæ dixerat eis Ioſeph: cernenſq;
Iacob plauſtra quæ miſerat Ioſeph ad vehen-
dum eum, quieuit ſpiritus Iacob patris eorum.
27 Et ait, maximum eſt apud me hoc quòd ha-
ctenus Ioſeph filius meus viuit: ibo, videbo eum
antequam moriar.

CAPVT XLVI.

PRofectus itaque Iſrael ipſe cum omnibus
quæ habebat, venit in Bir-Sebaa, macta-
uitque victimã Deo patris ſui Iſahac. 2 Et dixit
Deus ad Iſrael in viſione nocturna, & dixit,
Iacob Iacob. qui reſpondit, Adſum. 3 Et dixit
ei, Ego ſum Deus Deus patris tui: ne metuas
deſcendere in Ægyptum, quoniam in popu-
lum magnum faciam te ibi. 4 Ego deſcendam
tecum, & ego extraham te: & Ioſeph imponet
manus ſuas oculis tuis. 5 Et ſurrexit Iacob de
Bir-Sebaa, tuleruntque filii Iſrael Iacobum pa-
trem ſuum, & ſupellectilem ſuam, & vxores
ſuas in plauſtris quæ miſerat Pharaon ad tol-
lendum eum. 6 Et ducentes iumenta ſua & ar-
menta ſua quæ poſſederant in terra Chanaan,
venerunt in Ægyptum Iacob & vniuerſa
progenies eius cum eo.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

22 *Et dedit cuilibet viro ex ipſis veſtem pretio-*
ſam: deditque Beniamino trecentas dracmas, &
quinque veſtes pretioſas. 23 *Et miſit patri ſuo*
decem aſinos onuſtos optimis quibuſque rebus
Ægypti, & decem aſinas onuſtas frumento & ci-
bo atque alimento, patri ſuo pro itinere.
24 *Deinde miſit fratres ſuos, & ait illis: Ne*
rixemini in via. 25 *Et aſcenderunt ex Ægy-*
pto, veneruntque in regionem Chanaan ad Iaco-
bum patrem ſuum. 26 *Et nuntiauerunt ei, ac*
dixerunt; Adhuc Ioſeph ſuperſtes eſt: quin etiam
eſt præpoſitus vniuerſæ regioni Ægypti. hæſitauit
autem cor eius, nec fidem præbuit eis.
27 *Præterea narrauerunt ei omnes ſermones Io-*
ſephi quos locutus fuerat ad eos, viditque currus
quos miſerat ad vehendum illum: quapropter re-
uixit ſpiritus Iacob patris eorum:
28 *Et dixit: Sufficit mihi quòd Ioſeph filius meus*
adhuc ſuperſtes eſt: vadam, & videbo eum ante-
quam moriar.

CAPVT XLVI.

ITaque profectus eſt Iſrael & omnes quotquot
habebat, donec veniret ad Bir-Sebaa: macta-
uitque ſacrificia Deo patris ſui Iſhac.
2 *Dixit autem Deus ad eum in viſione noctis,*
O Iacob, ô Iacob. Ait, Quid tibi placet?
3 *Inquit, Ego ſum Deus, Deus patris tui. ne ti-*
meas deſcendere in Ægyptum: nam facturus ſum
ex te ibi gentem magnam. 4 *Ego deſcendam te-*
cum, & ego extraham te, & Ioſeph claudet oculos
tuos. 5 *Surrexit ergo Iacob de Bir-Sebaa, &*
impoſuerunt filij Iſrael patrem ſuum, & paruu-
los ſuos, & mulieres ſuas plauſtris quæ miſerat
Pharaon ad vehendos illos. 6 *Et tulerunt ar-*
menta ſua, & ſupellectilem ſuam, quam poſſe-
derant in regione Chanaan, & venerunt in Ægy-
ptum, omniſque progenies eius cum eo.

22 واعطى لكل رجل منهم خلعة * واعطى بنيامين ثلث مية
درهم وخمس خلعات * 23 وبعث لابيه بعشر حمير محملة من
خير مصر * وبعشر اتن محملة برا وطعاما وغذاء لابيه للطريق *
24 ثم بعث باخوته وقال لهم لا تتراجروا في الطريق *
25 وصعدوا من مصر وجاوا الي بلد كنعان الي يعقوب ابيهم *
26 فاخبروه وقالوا بعد يوسف باق * وايضا هو سلطان على
جميع بلد مصر * فشكك قلبه ولم يثق بهم * 27 ثم كلموه
بجميع كلام يوسف الذي كلمهم * وراى العجلات التي بعث
لتحمله * فعاش روح يعقوب ابيهم *
28 وقال حسبي ان يوسف ابني بعد باق * امضي واراه قبل
ان اموت *

* الفصل السادس والاربعون *

1 فرحل اسرائيل وجميع من له حتى جاء الي بير سبع * فذبح
ذبايح لاله ابيه اسحق * 2 فقال الله له في رويا الليل * يا يعقوب
يا يعقوب * قال لبيك * 3 قال انا الله اله ابيك لا تخف من
الحدور الي مصر * فاني اصير منك ثم امة عظيمة *
4 انا انزل معك * وانا اصعدك * ويوسف يغمضك *
5 فقام يعقوب من بير سبع * وحملوا بنو اسرائيل اباهم واطفالهم
ونساهم على العجل التي بعث بها فرعون لتحمله *
6 واخذوا ماشيتهم وسرحهم الذي ملكوه في بلد كنعان *
وجاوا الي مصر * وجميع نسله معه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Singulis omnibus dedit mutatorias veſtes, Beniamin verò dedit trecentos argenteos, & quinque mutato-
rias veſtes. 23 Patri quoque ſuo talia miſit; decem aſinos ferentes de bonis terræ Ægypti, & decem aſinas feren-
tes frumentum, & panem, & eſcas patri ſuo in viam. 24 Et dimiſit fratres ſuos, & abierunt; dixitque illis,
ne iraſcamini in via. 25 Poſthæc aſcenderunt ex Ægypto, & venerunt in terram Chanaan ad Iacobum
patrem ſuum. 26 Narraueruntque illi dicentes; adhuc viuit Ioſeph, & ipſe dominatur omni terræ Ægyp-
ti: Tunc defecit cor eius, non enim credebat illis. 27 Retuleruntque illi omnia verba Ioſephi quæ dixerat
illis: videns quoque currus quos miſerat Ioſeph ad vehendum ipſum, reuixit ſpiritus Iacobi patris eorum.
28 Et dixit Iſrael; ſufficit, viuit adhuc filius meus Ioſeph; ibo, videbo eum antequam moriar.

CAPVT XLVI.

ET profectus eſt Iſrael, & omnia quæ ipſius erant: Venitque Beerſeba, & ſacrificauit ſacrificia Deo patris
ſui Iſaac. 2 Locutus eſt autem Deus Iſraeli in viſione noctis, dicens, Iacob, Iacob: & reſpondit, ecce ego.
3 Et ait, Ego ſum Fortis, Deus patris tui, ne timeas deſcendere in Ægyptum, quia in gentem magnam po-
nam te illic. 4 Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & ego aſcendere te faciam, etiam aduerſus eam; Ioſeph
quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. 5 Poſtea ſurrexit Iacob de Beerſeba, tuleruntque filii Iſrael Ia-
cobum patrem ſuum, & paruulos ſuos, & vxores ſuas in currus quos miſerat Pharao vt veherentur.
6 Acceperunt quoque pecora ſua, & ſubſtantiam ſuam quam acquiſiuerant in terra Chanaan, & vene-
runt in Ægyptum, Iacob, & omne ſemen eius cum eo.

[illegible]

7 Filios ſuos, & filios filiorum ſuorum ſecum,
filias ſuas, & filias filiorum ſuorum, & omnem
denique progeniem ſuam introduxit ſecum in
Ægyptum. 8 Hæc autem ſunt nomina filio-
rum Iſrael qui ingreſſi ſunt Ægyptum: Iacob
cum filiis ſuis: primogenitus Iacob Rubil. 9 Filii
Rubil, Henoch, & Phalu, & Heſrô, & Charmi.
10 Filii Simeon, Iamuel, & Iamin, & Ohar, &
Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananææ.
11 Filii verò Leui, Gerſon, & Cahath, & Mera-
ri. 12 Filii Iuda, Ir, & Onan, & Sela, & Phares,
& Zarah: mortuus eſt autem Ir, & Onan in
terra Chanaan. Fueruntque filii Phares, Heſ-
ron, & Hamuel. 13 Filii Iſachar, Tola, &
Phua, & Oiab, & Semron. 14 Filii Zabolon,
Seder, & Alun, & Nahlael. 15 Hi ſunt filii
Leæ quos genuit Iacobo in Phadan Aram, vnâ
cum Dina eius filia. Omnes animæ filiorum
eius & filiarum eius, triginta tres.
16 Filii verò Gad, Sephion, & Hagi, & Suni,
& Eſbeon, & Edi, & Arod, & Adri.
17 Porrò filii Aſir, Iemna, & Ieſua, & Iaſui,
& Beria, & Sarah ſoror eorum. Filii verò
Beria, Heber, & Malchiel.
18 Hi ſunt filii Zelphæ quam dedit Laban
Leæ filiæ ſuæ, peperitque iſtos Iacobo: ani-
mæ ſexdecim.
19 Filii Rahel vxoris Iacobi, Ioſeph, & Benia-
men. 20 Natique ſunt Ioſepho in terra
Ægypti, quos peperit ei Aſiath filia Phutipha-
raa ſacerdotis Ouan, Manaſſe, & Aphrem.
21 Filii verò Beniamen, Balaa, & Achbar, &
Aſbul, & Gera, & Naaman, & Ahi, & Arus, &
Mophim, & Hophim, & Adar.
22 Hi ſunt filii Rahel quos peperit Iacobo.
Omnes animæ quatuordecim.
23 Filii Dan, Huſim. 24 Et filii Nephtali,
Nahſael, & Guni, & Iaſar, & Salim.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

7 *Filij eius, & filij filiorum eius, & filiæ eius, ac filij filiarum eius: totamque progeniem ſuam adduxit ſecum in Ægyptum.*
8 *Et hæc ſunt nomina filiorum Iſrael ingredientium in Ægyptum. Ingreſſus eſt Iacob, & filij eius: primogenitus eius Raubin.* 9 *Et filij Raubin, Chonuch, & Fallu, & Heſron, & Charmi.*
10 *Et filij Simeon, Iamuail, & Iamin, & Ohad, & Iachin, & Suhar, & Saul filius Chananææ.* 11 *Et filij Liui, Gerſon, & Cahath & Merari.*
12 *Et filij Ihuda, Ir, & Vnan, & Sila, & Fares, & Zareh. & mortui ſunt Ir, & Vnan in regione Chanaan. Et fuerunt filij Fares Heſron, & Hamul.* 13 *Et filij Jſſachar, Tulaa, & Fua, & Job, & Semron.*
14 *Et filij Zabulon, Sared, & Ailun, & Jehlail.*
15 *Hi ſunt filij Liæ, quos peperit Jacobo in Fadan Aram, & Dina filia eius: ſumma eorum, tres ac triginta animæ.*
16 *Et filij Ghad, Seſion, & Hagi, & Suni, & Aſbun, & Iri, & Arudi, & Araili.*
17 *Et filij Aſir, Iemna, & Jeſua, & Jaſui, & Bariaa, & Sareh ſoror eorum. Et filij Bariaa, Haber, & Melechiail.* 18 *Hi ſunt filij Zelfæ, quam dederat Laban Liæ filiæ ſuæ: omnes quos genuit Jacobo, ſexdecim animæ.*
19 *Et filij Rahil, Joſeph, & Beniamin.*
20 *Nati ſunt autem Joſepho in regione Ægypti, quos peperit ei Aſenath filia Phutifare ſacerdotis Vn, Manaſſe, & Ephraim.*
21 *Et filij Beniamin, Bale, & Bacher, & Aſbil, & Gira, & Naaman, & Jhi, & Rus, & Mophim, & Hophim, & Ared.*
22 *Hi ſunt filij Rahil qui nati ſunt Jacobo, omnes quatuordecim animæ.* 23 *Et filius Dan, Huſim.* 24 *Et filij Nephtali, Jaheſiail, & Ghuni, & Iebſer, & Sallim.*

7 بنوه وبنو بنيه وبنات بنيه وسائر نسله جاء بهم معه الى مصر*
8 وهذه اسماء بني اسرايل الداخلين الى مصر* دخل يعقوب
وبنوه* بكره راوبين* 9 وبنو راوبين حنوخ وفلو وحصرون
وحرمي* 10 وبنو شمعون يموايل ويامين واوهد وياخين
وصوهر وشاول بن الكنعانية* 11 وبنو لوي جرشون وقهات
ومراري* 12 وبنو يهودا عير واونان وشيلا وفارص وزارح*
ومات عير واونان في بلد كنعان* وكان بنو فارص حصرون
وحامول* 13 وبنو يساخار تولاع وفواه ويوب وشمرون*
14 وبنو زبولون سارد وايلون ويحلايل*
15 هولاء بنو ليا الذين ولدتهم ليعقوب في فدان آرام ودينا ابنته*
جميعهم ثلثة وثلثون نفسا* 16 وبنو جاد صفيون وحجي
وشوني واصبون وعيري وارودي وارايلي*
17 وبنو اشير يمنا ويشوا ويشوي وبريعا وسارح اختهم* وبنو
بريعا حابر وملكايل* 18 هولاء بنو زلفا التي اعطاها لابان
لليا ابنته* جميع ما ولدت ليعقوب ستة عشر نفسا* 19 وبنو
راحيل يوسف وبنيامين* 20 فولد ليوسف في بلد مصر من
ولدت له اسنات ابنة فوطيفارع امام اون* منسا وافرايم*
21 وبنو بنيامين بالع وباخر واشبيل وجيرا ونعمان وايحي وروش
مفيم وحفيم وارد* 22 هولاء بنو راحيل الذين ولدوا ليعقوب*
جميعهم اربعة عشر نفسا* 23 وابن دان حوشيم*
24 وبنو نفتالي يحصايل وجوني ويصر وشليم*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Filii eius, & filii filiorum eius cum eo; filiæ eius, & filiæ filiorum eius: & omne ſemen ſuum duxit ſecum in Ægyptum. 8 Hæc autem ſunt nomina filiorum Iſrael qui venerunt in Ægyptum, Iacob & filii eius: primogenitus Iacobi, Ruben. 9 Filii verò Ruben, Henoch & Phallo, Heſron & Charmi.
10 Et filii Simeonis, Iemuel, & Iamin, & Ahod, & Iakin, & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis.
11 Et filii Leui, Gerſon, Kahat, & Merari. 12 Filii autem Iudæ, Her, & Onan, Sela, & Phares, & Zarah; mortui autem ſunt Her & Onan in terra Chanaan; fueruntque filii Phares, Heſron, & Hamuel.
13 Et filij Iſſachar, Thola, & Phua, Ieſob, & Samron. 14 Et filii Zabulon, Sared, & Elon, & Iaheleel.
15 Hi ſunt filii Leæ quos peperit Iacobo in Padan Aram, & Dina filia eius. Omnes animæ filiorum eius, & filiarum eius triginta tres. 16 Filii autem Gad, Saphon, & Hagi, & Suni, & Eſebon, Edi, & Erodi, & Aroli.
17 Et filii Aſer, Iamne, & Ieſua, & Ieſui, & Beria, Sarach quoque ſoror eorum: filii etiam Beria, Cheber & Malachiel. 18 Iſti ſunt filii Zelphæ quam dedit Laban Leæ filiæ ſuæ: peperit autem iſtos Iacobo, ſexdecim animas. 19 Filii Rachel vxoris Iacob, Ioſeph & Beniamin.
20 Nati ſunt autem Ioſepho in terra Ægypti, quos peperit ei Aſnath filia Putiphar ſacerdotis On, Manaſſe & Ephraim. 21 Filii verò Beniamin, Bala, & Bechor, & Aſbel, & Gera, & Naaman, & Achim, & Ros, Mophim, & Aphim, & Ared. 22 Hi ſunt filii Rachel quos peperit Iacobo, omnes animæ quatuordecim. 23 Filii verò Dan, Haſim.
24 Et filii Nephtali, Iaſiel, & Guni, Ieſer, & Salom.

[illegible]

25 Hi ſunt filii Belha quam dedit Laban Ra-
heli filię ſuæ, peperitque iſtos Iacobo. Omnes
animæ ſeptem. 26 Omnes animæ quæ in-
greſſæ ſunt cum Iacobo in Ægyptum, egreſſæ
è dorſo eius, præter vxores filiorum Iacob,
omnes *inquam* animæ ſexaginta ſex.
27 Filii verò Ioſeph qui nati ſunt ei in Ægypto,
animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ
ingreſſæ ſunt Ægyptum, ſeptuaginta. 28 Iu-
dam verò miſit ante ſe ad Ioſeph, vt appareret
coram eo in Goſan: venitque ad terram Goſan.
29 Et fræna iniecit Ioſeph curribus ſuis, aſcen-
ditque obuiam Iſraeli patri ſuo in Goſan: & vt
apparuit ei, ruit ſuper collum eius, fleuitque ſu-
per collum eius adhuc. 30 Et dixit Iſrael ad
Ioſeph, Moriar nunc, poſteaquam vidi faciem
tuam fili mi, & adhuc viuis. 31 Dixitque Io-
ſeph ad fratres ſuos & ad domum patris ſui,
Aſcendam, indicabo Pharaoni, & dicam illi,
Fratres mei & domus patris mei qui erant in
terra Chanaan, venerunt ad me. 32 Sunt autem
viri paſtores gregum, nam viri poſſidentes ar-
menta ſunt: & oues ſuas, boueſq; ſuas, & quic-
quid habent, attulerunt. 33 Cúmque vocaue-
rit vos Pharaon, & dixerit vobis, Quod eſt
exercitium veſtrum? 34 Reſpondete ei, domi-
ni armentorum fuerunt ſerui tui à pueritia ſua
vſque in præſens: tum nos, tum patres noſtri. vt
ſcilicet habitetis in terra Goſan: quoniam abo-
minandi ſunt apud Ægyptios cuncti paſtores
gregum.

CAPVT. XLVII.

Venit ergo Ioſeph, & indicauit Pharaoni,
dixitque ad eum, Pater meus, & fratres
mei, & oues, ac boues eorum, & quicquid eo-
rum eſt, venerunt de terra Chanaan, & ecce
morantur in terra Goſan. 2 Et ex fratribus
ſuis duxit quinque viros, ſtatuitque eos coram
Pharaone.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

25 *Hi ſunt filij Belha,quam dedit Laban Rahili*
filiæ ſuæ:omnes quos peperit Iacobo, ſeptem animæ.
26 *Omnes animæ venientes de ſtirpe Iacob in*
Ægyptum, quæ exierunt è lumbo eius, & id præter
vxores filiorum ſuorum , ſexaginta ſex animæ.
27 *Et Ioſeph, & duo filii eius qui nati ſunt ei*
in Ægypto, & ipſi ſunt duæ animæ. Summa ani-
marum,quæ ingreſſæ ſunt de ſtirpe Iacob in Ægyp-
tum, ſeptuaginta. 28 *Deinde miſit Ihudam an-*
te ſe ad Ioſeph,vt indicaret ei regionem Sadir: tum
venerunt ad eum. 29 *Et ſtrauit Ioſeph iumentum*
ſuum,& aſcendit vt occurreret Iſraeli patri ſuo in
Sadir. Cúmq; appariuſſet ei, procidit ſuper collum
eius,& fleuit ſuper eo. 30 *Et ait illi: Moriar*
nunc,poſtquam vidi te,& cognoui te adhuc ſuper-
ſtitem eſſe. 31 *Dixit quoque Ioſeph fratribus*
ſuis,& reliquæ familiæ patris ſui : Ego aſcendam
ad Pharaonem, & nuntiabo ei, ac dicam illi: Fra-
tres mei, & familia patris mei,qui erant in regio-
ne Chanaan , iam venerunt ad me. 32 *Et homi-*
nes ſunt paſtores ouium, eo quòd eſſent poſſeſſores
armentorum;& oues ſuas,& boues ſuas,& aſinos
ſuos, & omnia bona ſua attulerunt.
33 *Cúmque vocauerit vos Pharaon, & dixerit*
vobis: Quodnam eſt opus veſtrum? 34 *Dicite,*
Fuimus poſſeſſores armentorum, à pueritia noſtra
vſque modo, & ſimiliter patres noſtri: ad hoc vt
commoremini in regione Sadir, quia Ægyptij ab-
horrent ab omni paſtore ouium.

CAPVT XLVII.

1 *PRæterea ingreſſus eſt Ioſeph ad Pharaonem,*
dixitque : Pater meus, & fratres mei, & oues
eorum,& boues eorum, & omnia bona eorum ve-
nerunt de regione Chanaan , & ecce ſunt in re-
gione Sadir.
2 *Et aſſumpſit quinque homines ex fratribus*
ſuis, & conſtituit eos coram Pharaone.

24 هولاء بنو بلها التي اعطاها لابان لراحيل ابنته * جميع
من ولدته ليعقوب سبعة انفس * 26 جميع النفوس الجائية
من آل يعقوب الي مصر من خرج من صلبه * وذلك سوي نسوة
بنيه * ستة وستون نفسا * 27 ويوسف وابناه اللذان ولدا له بمصر
وهما نفسان * جملة النفوس التي دخلت من آل يعقوب الي مصر
سبعون * 28 ثم بعث يهوذا بين يديه الي يوسف ليدله علي
بلد سدير * ثم جاوا اليه * 29 واسرج يوسف دابته وصعد
ليتلقي اسرائيل اباه الي السدير * فلما ظهر له انكب علي عنقه
وبكي عليه * 30 وقال له اموت الان بعد ما رايتك * وعلمت
انك بعد باق * 31 ثم قال يوسف لاخوته وساير آل ابيه * انا
اصعد الي فرعون فاخبره واقول له * اخوتي وآل ابي الذين كانوا في
بلد كنعان قد جاوا الي * 32 والقوم رعاة غنم لانهم كانوا ذوي
ماشية * وغنمهم وبقرهم وحميرهم وجميع مالهم اتوا به * 33 فاذا دعا
بكم فرعون وقال لكم ما صنعتكم * 34 فقولوا كنا ذوي
ماشية منذ صغرنا الي الان وكذلك اباونا * من اجل ان تقيموا في
بلد السدير * لان المصريين يكرهون كل راعي غنم *

* الفصل السابع والاربعون *

1 ثم دخل يوسف الي فرعون وقال * ابي واخوتي وغنمهم
وبقرهم وجميع مالهم قد جاوا من بلد كنعان * وهوذا هم في
بلد السدير * 2 واخذ خمسة اناسي من اخوته ووقفهم
بين يدي فرعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Iſti ſunt filij Balæ quam dedit Laban Racheli filiæ ſuæ:peperit autem iſtos Iacobo, omnes animæ ſeptem.
26 Omnes animæ quæ venerunt cum Iacobo in Ægyptum, egreſſæ de femore eius, præter vxores filiorum
Iacobi,omnes animæ fuerunt ſexaginta ſex. 27 Filii autem Ioſephi qui nati ſunt ei in Ægypto,animæ duæ:
Omnes animæ domus Iacobi quæ venerunt in Ægyptum fuerunt ſeptuaginta.
28 Iudam autem miſit ante ſe ad Ioſephum,vt videndum ſe præberet coram eo in Geſſen, & venit in terram
Geſſen. 29 Iunxit igitur Ioſeph currum ſuum, & aſcendit in occurſum Iſraeli patri ſuo in Geſſen: cumque
vidiſſet eum cecidit in collum eius,& inſuper fleuit ſuper collum eius. 30 Dixitque Iſrael Ioſepho, moriar
hac vice, poſtquam vidi faciem tuam, nam adhuc viuis. 31 Dixit autem Ioſeph fratribus ſuis, & domui pa-
tris ſui; aſcendam & nuntiabo Pharaoni, dicamque ei, fratres mei, & domus patris mei qui erant in terra
Chanaan, venerunt ad me. 32 Homines autem illi paſtores ſunt ouium;nam homines ſunt pecorum:oues
etiam ſuas,& boues ſuos,& omnia quæ erant ſua adduxerunt. 33 Cum itaque vocauerit vos Pharao, &
dixerit, quod eſt opus veſtrum? 34 Tum dicetis,homines pecorum ſunt ſerui tui à pueritia noſtra, vſque
nunc,etiam nos,etiam patres noſtri: propterea habitabimus in terra Geſſen ; nam abominatio ſunt Ægyptiis
omnes paſtores pecudum.

CAPVT XLVII.

1 VEnit igitur Ioſeph, & nuntiauit Pharaoni,dicens illi; pater meus, & fratres mei,& oues eorum,& boues
eorum,& omnia quæ ſunt eis venerunt de terra Chanaan, & ecce ipſi ſunt in terra Geſſen.
2 Partem etiam fratrum ſuorum aſſumpſit ſecum,quinque viros, & ſtatuit eos ante Pharaonem.

[illegible]

[5] Dixit autē Pharaon ad fratres Ioſeph, Quod
eſt exercitium veſtrū? Dixerunt Pharaoni, Pa-
ſtores ouium ſunt ſerui tui, tum nos, tum patres
noſtri à pueritia noſtra. [4] Dixerūt etiam Pha-
raoni, ad habitādum in terra *iſta* venimus: non
enim ſunt paſcua gregibus ſeruorum tuorum:
quoniam graſſata eſt fames in terra Chanaan.
Igitur habitare liceat ſeruis tuis in terra Goſan.
[5] Et dixit Pharaon ad Ioſeph, Pater tuus & fra-
tres tui venerunt ad te. [6] Terra Ægypti coram
te eſt: in pulchriori terræ *parte* ſedere fac patrē
tuum & fratres tuos. habitent in terra Goſan:
& ſi deprehendas eſſe in ipſis viros virtute præ-
ditos, fac eos dominos armentorū ſuper omnia
mea. [7] Introduxit quoque Ioſeph Iacobū pa-
trem ſuum, & ſtatuit eum coram Pharaone, be-
nedixitq; Pharaoni. [8] Dixit autem Pharaon ad
Iacob, Quot sūt dies annorū vitæ tuę? [9] Reſpō-
dit Iacob Pharaoni, dies annorū peregrinatio-
nis meæ, centū ſunt ac triginta anni: pauci fue-
rūt ac mali dies annorum vitæ meæ, nec perue-
nerunt ad annos vitæ patrū meorum in diebus
incolatus eorū. [10] Rurſus benedixit Iacob Pha-
raoni, & egreſſus eſt Iacob è conſpectu Pharao-
nis. [11] Itaque habitationem aſſignauit Ioſeph
patri ſuo & fratribus ſuis, deditque eis hæredi-
tatē in terra Ægypti, in pulcherrima terræ par-
te, in terra Rameſis, quemadmodū præcepe-
rat Pharaon. [12] Et aluit Ioſeph patrem ſuum &
fratres ſuos, totamque domū patris ſui, frumē-
to, pro ratione familiæ eorū. [13] Cæterùm dee-
rat frumentū in tota terra, quoniam inualuerat
fames admodū: & vaſtata fuerat vniuerſa terra
Ægypti, & terra Chanaan à conſpectu famis.
[14] Collegit ergo Ioſeph totam pecuniam
quæ reperiebatur in terra Ægypti & in terra
Chanaan, pro frumento quod emebant: & in-
tulit Ioſeph pecuniam in domum Pharaonis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[3] *Et dixit Pharaon fratribus Ioſeph: Quodnam*
eſt opus veſtrum? Dixerunt ei, paſtores ouium ſu-
mus nos, ac patres noſtri.
[4] *Tum dixerunt ei: Venimus habitare regio-*
nem tuam, cùm non ſint paſcua ouibus noſtris præ
vehementia famis in regione Syriæ; manebimus
igitur in regione Sadir.
[5] *Dixitque Pharaon ad Ioſeph: Cùm venerint*
ad te pater tuus & fratres tui, [6] *Ecce regio*
Ægypti coram te eſt, habitare fac eos in optimo eius
loco: & hoc quidem vt habitent in regione Sadir.
Et ſi noueris inter eos eſſe robuſtos, conſtitue eos
principes præpoſitorũ qui præſunt armentis meis.
[7] *Et introduxit Ioſeph Iacobum patrem ſuum,*
& ſtatuit eum ante Pharaonem: ſalutauitque il-
lum. [8] *Et ait ei Pharaon: Quot ſunt anni*
vitæ tuæ? [9] *Dixit illi Iacob: Anni ætatis meæ,*
centum ac triginta anni, & fuerunt pauci ac mali,
nec peruenerunt ad annos vitæ patrum meorum
ſecundum dies incolatus ſui.
[10] *Deinde deprecatus eſt ei, & egreſſus eſt è con-*
ſpectu eius.
[11] *Et habitare fecit Ioſeph patrem ſuum & fra-*
tres ſuos, & dedit eis poſſeſſionem in regione Ægy-
pti, in optimo loco ipſius: & ipſa eſt regio Ain Se-
mes ſicuti præcepit Pharaon.
[12] *Et prouidit Ioſeph Patri ſuo, & fratribus ſuis,*
& reliquis domeſticis ſuis cibum, iuxta numerum
paruulorum eorum.
[13] *Et cibus non erat in omni regione, præ vehe-*
mentia famis maxima, ita vt in paupertatem re-
digerentur incolæ regionis Ægypti, & regionis
Syriæ præ fami.
[14] *Cumulauitque Ioſeph omnem pecuniam quæ*
inueniebatur in regione Ægypti & in regione
Syriæ, pro annona quam emebant, & immiſit
eam in ærarium Pharaonis.

3 وقال فرعون لاخوة يوسف ما صنعتكم * قالوا له رعاة غنم
نحن واباونا * 4 ثم قالوا له جينا نسكن بلدك * اذ ليس
مرعي لغنمنا من اشتداد الجوع في بلد الشام * فلنقم في بلد
السدير *
5 فقال فرعون ليوسف * اذا اتاك ابوك واخوتك *
6 هوذا بلد مصر بين يديك * اسكنهم في اجوده * وذلك ان
يقيموا في بلد السدير * وان كنت تعلم ان فيهم ذوي حيل
فصيرهم روساء الوكلاء الذين على ماشيتي *
7 وادخل يوسف يعقوب اباه * فوقفه بين يدي فرعون * فسلم
عليه *
8 وقال له فرعون * كم سنو حياتك *
9 قال له يعقوب سنو عمري مایة وثلثون سنة * وكانت قليلة ردية *
ولم تلحق بسني حياة اباي حسب ايام سكناهم *
10 ثم دعا له وخرج من بين يديه *
11 واسكن يوسف اباه واخوته * واعطاهم حوزا في بلد مصر
في اجود موضع منه * وهو بلد عين شمس * كما امر فرعون *
12 ومان يوسف اباه واخوته وساير اهله طعاما على قدر اطفالهم *
13 وطعام ليس في جميع البلد من اشتداد الجوع جدا * حتى
انحل اهل بلد مصر وبلد الشام من الجوع * 14 وجمع
يوسف جميع الورق الذي كان موجودا في بلد مصر وفي بلد
الشام * بالميرة التي كانوا يمتارونها * وادخله الى بيت مال فرعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[3] Dixit autem Pharao fratribus Ioſephi, quod eſt opus veſtrum? & reſponderunt Pharaoni, paſtores ouium
ſunt ſerui tui, etiam fratres noſtri, etiam patres noſtri. [4] Dixeruntque Pharaoni, ad peregrinandum in ter-
ram venimus, eo quod non eſt pabulum ouibus ſeruorum tuorum: inualuit enim fames in terra Chanaan.
nunc autem habitent, quæſumus, ſerui tui in terra Geſſen. [5] Poſtea locutus eſt Pharao Ioſepho dicens, pater
tuus, & fratres tui venerunt ad te. [6] Terra Ægypti eſt in conſpectu tuo: in optimo terræ habitare fac patrem
tuum, & fratres tuos; habitent in terra Geſſen. Si autem cognoueris inter eos aliquot viros induſtrios, conſti-
tues illos præfectos pecorum meorum. [7] Poſtea introduxit Ioſeph Iacobum patrem ſuum, & ſtatuit eum
ante faciem Pharaonis; & benedixit Iacob Pharaoni. [8] Dixitque Pharao Iacobo, quot ſunt dies anno-
rum vitæ tuæ? [9] Reſponditque Iacob Pharaoni; dies annorum peregrinationis meæ ſunt centum & tri-
ginta anni: parui & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, & non peruenerunt ad dies annorum vitæ patrum
meorum in diebus peregrinationum ſuarum. [10] Benedixitque Iacob Pharaoni, & egreſſus eſt à facie Pha-
raonis. [11] Collocauit autem Iacob patrem ſuum, & fratres ſuos, deditque eis poſſeſſionem in terra Ægypti,
in optimo terræ, in terra Rameſſes, ſicut præceperat Pharao. [12] Et nutriuit Ioſeph patrem ſuum, & fra-
tres ſuos, & omnem domum patris ſui pane in morem paruulorum. [13] Panis autem non erat in vniuerſa terra,
quoniam inualuerat fames valdè. Ideo deficiebat terra Ægypti, & terra Chanaan propter famem.
[14] Collegit autem Ioſeph omnem pecuniam quæ inuenta eſt in terra Ægypti, & in terra Chanaan pro ciba-
riis quæ ipſi emebant, & intulit Ioſeph argentum in domum Pharaonis.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

15 Conſumpta autem pecunia de terra Ægypti
& de terra Chanaan, venerũt omnes Ægyptii
ad Ioſeph,& dicunt ei, Da nobis frumẽtum,vt
viuamus,& non moriamur coram te:quia iam
conſumpta eſt pecunia. 16 Ait illis Ioſeph,Date
mihi armenta veſtra,& dabo vobis pro armẽtis
veſtris, quãdoquidem conſumpta eſt pecunia.
17 Attulerunt ergo ei armenta ſua,deditque eis
Ioſeph annonã pro equis & pro armẽtis boum
& aſinorum: aluitque eos pane in illo anno pro
vniuerſis armẽtis eorũ. 18 Tranſacto anno illo,
venerũt ad eum anno ſequenti, & dixerunt ei,
Non celamus dominum noſtrũ quòd conſũpta
ſit pecunia vniuerſa,& armenta pecorum apud
dominum noſtrũ ſunt, nec ſupereſt coram dño
noſtro niſi animæ noſtræ & tellures noſtræ.
19 Cur moriemur corã te tam nos quàm tellu-
res noſtræ? eme nos & terras noſtras pro pane,
erimuſq; nos & terræ noſtræ ſerui Pharaonis:
& præbe nobis ſemina, vt viuamus,& non mo-
riamur, neuè terra vaſtetur. 20 Emit ergo Io-
ſeph totam humũ Ægypti Pharaoni,quoniam
vendiderunt Ægyptii quilibet agrum ſuum, eo
quòd inualuiſſet ſuper eos fames:factaq; eſt hu-
mus, Pharaonis. 21 Populũ verò tranſtulit à ci-
uitate in ciuitatem, ab extremitate terminorũ
Ægypti vſque ad extremitatẽ ipſius. 22 Solam
terram ſacerdotũ non emit,quoniam certũ de-
menſum deſtinatũ fuerat ſacerdotibus à Pha-
raone:comedebantque ſtatuta ſibi cibaria quæ
largiebatur eis Pharaõ:propterea non vendide-
runt humũ ſuam. 23 Et dixit Ioſeph ad populũ,
Ecce emi vos hodie, vos *inquã* & terras veſtras
Pharaoni:en vobis ſemen vt ſeminetis terram.
24 Et cùm prouenerit annona,dabitis vnum ex
quinq; Pharaoni,& quatuor partes erũt vobis
pro ſemine agri, & pro victu veſtro, & victu
domorũ veſtrarum, & familiarum veſtrarum.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

*15 Ita vt conſumpta eſſet pecunia in regione
Ægypti, & in regione Syriæ. Veneruntque Ægy-
ptii ad Ioſeph dicentes: Da nobis cibum ne moria-
mur coram te, quia pecunia iam conſumpta eſt.
16 Ait illis Ioſeph: Adducite armenta veſtra,
vendam vobis pro armentis veſtris, cùm conſum-
pta ſit pecunia. 17 Adduxeruntque ad eum ar-
menta ſua, & dedit eis cibum pro equis, & pro ar-
mentis ouiũ, & boum, & aſinorum: & compenſa-
uit illos cibo in anno illo. 18 Cúmque finiſſet annus
ille, venerunt ad eum anno ſecundo, & dixerunt ei:
Non celamus dominum noſtrũ quòd pecunia iam
conſumpta ſit, & armenta iumentorum apud do-
minum noſtrum ſint, nec manſerit in conſpectu
eius, niſi corpora noſtra, & terræ noſtræ.
19 Ad quid moriemur in præſentia tua nos &
terræ noſtræ? Eme nos & terras noſtras pro cibo,
vt fiamus mancipia Pharaoni, & terræ noſtræ poſ-
ſeſſio ipſi, & da nobis ſemen quo viuamus, & ne
moriamur, & ne euacuetur terra. 20 Emitque
Ioſeph omnes terras Ægyptiorum Pharaoni, quo-
niam vendidit quilibet eorum villam ſuam, eo
quòd inualuiſſet fames ſuper eos: & factæ ſunt
villæ Pharaonis. 21 Et tranſtulit homines de
ciuitatibus eorum ab extremitate confinij Ægy-
pti ad extremitatem eius, 22 Præter terras
ſacerdotum eorum; ipſe enim non emit eas, eo quòd
eſca ſacerdotum eorum à Pharaone eſſet, & come-
derent munificentiam Pharaonis; & ideo non opus
fuit eis vendere terras ſuas.
23 Rurſus dixit Ioſeph populo: Ecce iam emi
hodie vos & terras veſtras Pharaoni: En vobis
ſemen quod ſeminetis in terra. 24 Cùm au-
tem aduenerint fruges, date ex eis quintam
partem Pharaoni, & aliæ quatuor partes erunt
vobis in ſementem villarum, & in eſcam veſtram,
& eorum qui ſunt in habitationibus veſtris, &
& puerorum veſtrorum.*

15 حتى فني الورق من بلد مصر ومن بلد الشام * وجاء
المصريون الى يوسف قايلين * اعطنا طعاما ليلا نموت حذاك * لان
الورق قد فني * 16 قال لهم يوسف هاتوا مواشيكم اعطكم
بمواشيكم اذ فني الورق * 17 فاتوه بمواشيهم فاعطاهم
طعاما بالخيل وبماشية الغنم والبقر والحمير * وجزاهم بالطعام تلك
السنة * 18 فلما فنيت تلك السنة جاوه في السنة الثانية *
وقالوا له لا نكتم سيدنا ان الورق قد فني * والمواشي من البهايم
عند سيدنا * ولم يبق بين يديه الا ابداننا وارضونا * 19 فلم
نموت بحضرتك نحن وارضونا * اشترنا نحن وارضينا بالطعام * حتى
نصير عبيدا لفرعون * وارضونا ملكا له * واعطنا حبا نحيا به ولا نموت
ولا تحل الارض * 20 فاشترى يوسف جميع اراضي المصريين
لفرعون * لانهم باعوا كل رجل منهم ضيعته * مما اشتد الجوع عليهم *
فصارت الضياع لفرعون *
21 ونقل القوم من قراهم * من طرف تخم مصر الى طرفه *
22 ما عدا اراضي ايمتهم فانه لم يشترها * لان الرزق لايمتهم من
فرعون * فكانوا ياكلون رزق فرعون * ولذلك لم يحتاجوا ان يبيعوا
ارضهم * 23 ثم قال يوسف للقوم هوذا قد اشتريتكم اليوم
انتم واراضيكم لفرعون * ها لكم حبا تزرعونه في الارض *
24 فاذا دخلت الغلات فاعطوا منها الخمس لفرعون * والاربعة
الاجزاء تكون لكم لبذار الضياع ولماكلكم ومن في منازلكم
واطفالكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Cum verò defeciſſet argentum de terra Ægypti, & de terra Chanaan, venerunt omnes Ægyptij ad Ioſe-
phum, dicentes: da nobis panem, & quare moreremur coram te, quoniam defecit argentum? 16 Reſponditque
Ioſeph, date pecora veſtra, & dabo vobis panem pro pecoribus veſtris, ſi defecit argentum. 17 Et attulerunt
pecora ſua ad Ioſephum, & dedit eis Ioſeph panem pro equis, & pro gregibus pecudum, & pro gregibus boum,
& pro aſinis, ſuſtentauitque illos pane pro omnibus pecoribus illorum iſto anno. 18 Finito autem illo anno
venerunt ad eum anno ſecundo, dixeruntque ei, non celabimus dominum meum quòd defecit argentum, &
grex iumentorum ad dominum meum pertinet: nihil ſupereſt in conſpectu domini mei præter corpora noſtra,
& terram noſtram. 19 Quare moreremur in oculis tuis, etiam nos, etiam terra noſtra? Acquire nos, &
terram noſtram pro pane; ſimuſque nos & terra noſtra ſerui Pharaonis. Trade quoque ſemen, vt viuamus
& non moriamur, terraque non deſoletur. 20 Et acquiſiuit Ioſeph omnem terram Ægypti Pharaoni: nam
vendiderunt Ægyptii, vnuſquiſque agrum ſuum, eo quod inualuerat ſuper eos fames; fuitque terra Pharaoni.
21 Populum quoque ipſum ſubiecit in ſeruos, ab extremis finibus Ægypti, ad extrema ipſius.
22 Tantùm terram ſacerdotum non acquiſiuit; quoniam annona ſtatuta erat Sacerdotibus à Pharaone, &
comederunt annonam ſuam quam dederat eis Pharaó; ideo non vendiderunt terram ſuam.
23 Dixit etiam Ioſeph populo: ecce acquiſiui vos hodie, & terram veſtram Pharaoni; ecce vobis ſemen, vt ſe-
ratis terram. 24 Cum autem factus fuerit prouentus eius, dabitis quintam partem Pharaoni, quatuorque
partes erunt veſtræ in ſemen agrorum, & in alimentum veſtrum, & eorum qui ſunt in domibus veſtris, & in
alimentum paruulorum veſtrorum.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

[25] Reſponderunt, Viuificaſti nos: inueniamus
gratiam in oculis domini noſtri, ſimuſque ſerui
Pharaonis. [26] Et impoſuit hoc Ioſeph legem
vſque in hodiernũ diem ſuper terram Ægypti,
vt Pharaoni *daretur* quinta pars, præter ter-
ram ſacerdotum, quæ non facta eſt Pharaonis.
[27] Manſit itaque Iſrael in terra Goſan, & in
ea magnificati creuerunt & multiplicati ſunt
vehementer. [28] Vixit autem Iacob in terra
Ægypti ſeptemdecim annis: factique ſunt
dies annorum vitæ Iacobi, centum quadra-
ginta ſeptem anni.
[29] Et appropinquarunt dies Iſrael vt morere-
tur, vocauitque Ioſeph filium ſuum, & dixit ei,
Si inueni gratiam in oculis tuis, pone manum
tuam ſub dorſo meo, vt adiurem te per Domi-
num, & facias mihi beneficium & iuſtitiam, &
non ſepelias me in Ægypto:
[30] Et iaceam cum patribus meis. & tolle me
ex Ægypto, & ſepeli me in ſepulchro eorum.
Et dixit Ioſeph, Ego faciam iuxta verbum
tuum. [31] Et ait, Iura mihi. Et iurauit ei. Et
adorauit Iſrael ad ſummitatem ſceptri eius.

CAPVT XLVIII.

FActum eſt autem poſt ſermones iſtos, vt
perlatum eſſet ad Ioſeph, Ecce pater tuus
ægrotauit; quare duxit ambos filios ſuos ſe-
cum, Manaſſem, & Aphrem.
[2] Indicauerunt autem Iacobo, & dixerunt ei,
Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Vires ergo
ſumpſit Iſrael, ſeditque ſuper lectum.
[3] Et dixit Iſrael ad Ioſeph, Deus omnipotens
apparuit mihi in Luz, in terra Chanaan, &
benedixit mihi. [4] Et dixit ad me, Ecce be-
nedico tibi, & multiplico te, daboque te in
cœtum populorum, & dabo terram hanc ſe-
mini tuo poſt te, hæreditatem ſempiternam.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

25 Dixerunt: Iam viuificaſti nos. Inueniamus ſor-
tem apud dominum noſtrum, & ſimus hoc modo
ſerui Pharaoni. 26 Fecitque id Ioſeph conſtitutio-
nem vſque ad hunc diem ſuper regionem Ægypti,
vt dent quintam partem: præter terras ſacerdotum
eorum, quoniam eæ omnes ad ipſos ſolos pertinent,
cùm non factæ ſint Pharaonis.
27 Cùmque permanſiſſet Iſrael in regione Ægy-
pti, in Sadir, poſſederunt illam, & fructificarunt,
& multiplicati ſunt valde.
28 Et vixit Iacob in Ægypto ſeptemdecim an-
nos. & facta eſt vniuerſa ætas eius, anni vitæ
ipſius, centum & quadraginta ſeptem anni.
29 Et cùm acceſſiſſet finis Iſrael vt moreretur,
accerſiuit filium ſuum Ioſeph, dixitque ei: Si in-
ueni ſortem apud te, annue manu tua pacto meo,
& fac mecum gratiam & beneficium, vt ne ſepe-
lias me in Ægypto.
30 Sed cùm abiero ad patres meos, porta me de
Ægypto, & ſepeli me in ſepultura eorum. Ait:
Ego faciam ſicuti dixiſti.
31 Dixit ei: Iura mihi. Et iurauit illi.

CAPVT XLVIII.

Poſt has res accidit vt dictum ſit Ioſepho,
Pater tuus eſt infirmus. Sumpſit ergo duos
filios ſuos ſecum, Manaſſe & Ephraim.
2 Tum renuntiatum eſt Iacobo, & dictum eſt
ei: Ecce filius tuus Ioſeph ingrediens eſt ad te.
quare confortatus eſt, ſeditque ſuper lectum.
3 Dixitque Iacob Ioſepho: Scito quòd omnipo-
tentis ac ſufficientis Angelus apparuit mihi in
Luz, in regione Chanaan, benedixitque mihi,
4 Et ait mihi: Ecce ego fructificare faciam te,
& multiplicabo te, & efficiam ex te turbas gen-
tium, & dabo progeniei tuæ poſt te hanc regionem
in poſſeſſionem æternam.

25 قالوا قد احييتنا * نجد حظا عند سيدنا ونكون كذلك
عبدا لفرعون * 26 فصيره يوسف رسما الى هذا اليوم على
بلد مصر ان يعطوا الخمس * الا اراضي ائمتهم * فانها كلها لهم
وحدهم اذ لم تصر لفرعون * 27 فلما اقام اسرائيل في بلد
مصر في السدير * حازوه واثمروا وكثروا جدا *
28 وعاش يعقوب في مصر سبع عشر سنة * فصار جميع عمره
سني حياته مائة وسبعا واربعين سنة * 29 ولما قرب اجل
اسرائيل ان يموت * دعا بابنه يوسف وقال له * ان وجدت حظا عندك
فاوثق بيدك الى عهدي * واصنع بي فضلا واحسانا بان لا
تدفنني بمصر * 30 بل اذا صرت الى آبائي احملني من مصر
فادفني في مقبرتهم * قال انا اصنع كما قلت *
31 قال له احلف لي * فحلف له *

* الفصل الثامن والاربعون *

1 فكان بعد هذه الامور ان قيل ليوسف ان اباك مريض * فاخذ
ابنيه معه منشا وافرايم *
2 ثم اخبر يعقوب فقيل له * هوذا ابنك يوسف داخل اليك * فقوي
وجلس على السرير *
3 فقال يعقوب ليوسف اعلم ان القادر الكافي تجلى لي ملاكه في
لوز في بلد كنعان فبارك في *
4 وقال لي ها انا اثمرك واكثرك واجعل منك جوق امم *
واعطي نسلك بعدك هذا البلد حوز الدهر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Et reſponderunt: Viuificaſti nos, inuenimus gratiam in oculis Domini mei, erimuſque ſerui Pharaonis.
26 Et poſuit hoc Ioſeph in ſtatutum vſque in hunc diem ſuper terram Ægypti, vt quinta pars ſit Pharaonis:
Sacerdotum tantùm terra non pertinuit ad Pharaonem. 27 Itaque habitauit Iſrael in terra Ægypti, in terra
Geſſen, & poſſederunt eam, & fructificauerunt, & multiplicati ſunt valde. 28 Vixitque Iacob in terra Ægy-
pti ſeptemdecim annis: fuerunt autem dies Iacobi, anni vitæ eius, centum & quadraginta ſeptem anni.
29 Appropinquantibus autem diebus mortis Iſrael vocauit filium ſuum Ioſephum, & dixit ei; ſi nunc inueni
gratiam in oculis tuis, pone quæſo manum tuam ſub femore meo, faciaſque mihi quæſo miſericordiam, & ve-
ritatem: ne quæſo ſepelias me in Ægypto. 30 Sed dormiam cum patribus meis, tollaſque me de Ægypto,
& ſepelias me in ſepulchro eorum. Et reſpondit, ego faciam ſecundum verba tua. 31 Aitque iura mihi, &
iurauit illi. Et adorauit Iſrael ſuper caput lecti.

CAPVT. XLVIII.

ET factum eſt poſt res iſtas vt diceretur Ioſepho, ecce pater tuus ægrotat. Tum accepit duos filios ſuos
ſecum, Manaſſe & Ephraim. 2 Et nuntiatum eſt Iacobo, dictumque, ecce filius tuus Ioſeph venit
ad te, vimque fecit ſibi Iſrael, & ſedit ſuper lectum.
3 Dixitque Iacob Ioſepho, Deus omnipotens apparuit mihi in Luza in terra Chanaan, & benedixit mihi.
4 Et dixit mihi, ecce ego fructificare te faciam, & multiplicabo te, & ponam te in congregationem popu-
lorum: tradamque terram iſtam ſemini tuo poſt te poſſeſſionem æternam.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

[5] Et nunc duo filij tui qui nati ſunt tibi in ter-
ra Ægypti priuſquam venirem ad te in terram
Ægypti, mei ſunt, Aphrem *ſcilicet* & Manaſſe:
mei erunt ſicut Rubil, & ſicut Simeon mei
erunt. [6] Filii verò quos generabis poſt eos, tui
erunt: iuxta nomen fratrum ſuorum appella-
buntur in hæreditate ſua. [7] Equidem cùm ve-
nirem ex Phadan Aram, mortua eſt mihi Ra-
hel in terra Chanaan in via, circiter ſpatium
leucę terrę antequam ingrederer in Ophrath,
eamque ſepeliui ibidem in via Ophrath: ipſa
eſt Bethlehem. [8] Et videns Iſrael filios Ioſeph,
dixit ad eum, Qui ſunt iſti? [9] Reſpondit Ioſeph
patri ſuo, Filii mei ſunt quos dedit mihi Deus
hîc. Et dixit, Admoue eos ad me, vt benedicam
illis. [10] Oculi autem Iſrael graues facti fuerant
præ ſenectute, nec poterat videre clarè. Admo-
uit ergo illos ad eum, & oſculatus eſt eos, am-
plexatuſque illos. [11] Deinde dixit Iſrael ad Io-
ſeph, Aſpectum vultus tui nunquam ſperaſſem,
& ecce oſtendit mihi Deus etiam ſemen tuum.
[12] Et ſemouit eos à genibus ſuis: ipſi verò ado-
rauerunt corã eo proni ſuper terram. [13] Et du-
cens Ioſeph vtrumque filium ſuum, Aphrem
dextera ſua à ſiniſtris Iſrael, & Manaſſem ſini-
ſtra ſua à dextris Iſrael, admouit eos ad illum.
[14] Porrigens autem Iſrael dexteram ſuam, po-
ſuit eam ſuper caput Aphrem (is erat minor na-
tu) & ſiniſtram ſuam ſuper caput Manaſſe: im-
mutauit autem manus ſuas, quandoquidem
Manaſſes erat primogenitus. [15] Et benedixit
Iacob Ioſeph filium ſuum, & ait, Deus cui pla-
cuerunt patres mei Abraham & Iſahac, Deus
qui me nutriuit à pueritia mea ad hunc vſque
diem: [16] Angelus qui me liberauit ab omni ma-
lo, benedicat pueris iſtis, & vocetur in ipſis no-
men meũ & nomen patrum meorũ Abrahã &
Iſahac, & creſcãt, atq; multiplicẽtur intra terrã.

VERSIO SAMARITANA.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

5 *Duo itaque filij tui qui nati ſunt tibi in re-*
gione Ægypti vſquequo veniſſem ad te in Ægy-
ptum, pertinebunt ad me, Ephraim & Manaſſe,
ſicuti Raubin & Simeon. 6 *Et nati tui qui*
naſcentur poſt eos, ad te pertinebunt, & ad nomina
amborum fratrum ſuorum referentur in hæredi-
tate ſua. 7 *Mihi autem in aduentu meo ex Pha-*
dan, mortua eſt mihi Rahil in regione Chanaan in
in via, cùm adhuc ſupereſſet vnum milliare ex ſpa-
tio ad ingreſſum in Ephrath: & ſepeliui eam in
via Ephrath, quæ eſt domus Lehem; & nullus
natus eſt mihi poſtea. 8 *Et cùm vidiſſet*
Iſrael duos filios Ioſeph, dixit: Quinam ſunt hi
duo? 9 *Ait: Sunt duo filij mei quos conceſſit mihi*
Deus hîc. Ait: Admoue eos ad me, vt benedicam
eis. 10 *Et oculi Iſrael iam aggrauati fuerant præ*
ſenectute, nec poterat videre. & admouit eos ad eũ,
& oſculatus eſt eos, & amplexatus eſt illos. 11 *Et*
ait Iſrael Ioſepho: Aſpectum vultus tui non ſpera-
bã, & ecce oſtendit mihi Deus faciem tuam, etiam
progeniem tuam. 12 *Deinde eduxit eos è gremio*
eius. 13 *Accepitque Ioſeph Ephraim dexte-*
ra ſua à ſiniſtra Iſrael, & Manaſſen ſiniſtra ſua
à dextera Iſrael, & approximauit ambos ad il-
lum. 14 *Extenditq; Iſrael dexteram ſuam, po-*
ſuitque eam ſuper caput Ephraim, & ipſe erat
minor: & ſiniſtram ſuam ſuper caput Manaſſe:
peruertit manus ſuas in hoc, eo quòd Manaſſe
primogenitus eſſet.
15 *Benedixitque Ioſephum, & ait illi: Deus, in cu-*
ius obedientia ambulauerunt duo patres mei
Ebrahim & Iſhac, ipſemet Deus qui pauit me à
quo fui vſque ad hunc diem:
16 *Angelus qui ſoluit me ab omni malo, ipſe be-*
nedicat his duobus pueris. Et vocabuntur nomi-
ne meo, & nomine duorum patrum meorum
Ebrahim & Iſhac, & creſcant ambo copio-
sè in terra.

5 والان ابناك اللذان ولدا لك في بلد مصر الي ان اتيتك الي
مصر * هما ينسبان الي افرايم ومنشا مثل راوبين وشمعون *
6 ومولودوك الذين يولدون بعدهما اليك ينسبون * والي اسماء
اخويهم يضافون في نحلتهم * 7 واما انا ففي مجيي من فدان
ماتت عني راحيل في بلد كنعان في الطريق * وقد بقي ميل
من المسافة الي دخول افراث * فدفنتها في طريق افراث هي بيت
لحم * فلم يولد لي بعد ذلك * 8 ولما راي اسرايل ابني يوسف
قال من هذان * 9 قال هما ابناي اللذان رزقنيهما الله هاهنا *
قال قدمهما الي اباركه فيهما * 10 وكانت عينا اسرايل قد
ثقلتا من الشيخوخة * ولم يطق ان ينظر * فقدمهما اليه فقبلهما *
وعانقهما * 11 وقال اسرايل ليوسف * رؤية وجهك لم ارجها *
وهوذا قد اراني الله وجهك ايضا نسلك * 12 ثم اخرجهما من
عند حجره * 13 ثم اخذ يوسف افرايم بيمينه من يسار اسرايل *
ومنشا بيساره من يمين اسرايل * وقدمهما اليه *
14 فمد اسرايل يمينه فجعلها على راس افرايم * وهو الاصغر *
ويساره على راس منشا * احكم يديه بذلك * على ان منشا
البكر * 15 وبارك في يوسف وقال له * الله الذي سار ابواي في
طاعته ابراهيم واسحق * هو الله الذي رعاني منذ كنت الي
هذا اليوم * 16 ملاك فكني من كل شر * هو يبارك في هذين
الغلامين * ويسميان باسمي وباسم ابوي ابراهيم واسحق * وينميان
كثيرا في الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Nunc autem duo filii tui qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequam venirem ad te in Ægyptum, mei
erunt, Ephraim & Manaſſe: ſicut Ruben & Simeon ad me pertinebunt. 6 Sed generatio tua quam gignes
poſt illos, tua erit; ſecundum nomen fratrum ſuorum vocabuntur in hæreditatibus ſuis. 7 Mihi autem ve-
nienti de Padan Aram mortua eſt Rachel mater tua in terra Chanaan, in via cum eſſet adhuc tractus terræ ad
veniendum Ephrata: & ſepeliui illam ibi in via Ephratæ, ipſa eſt Bethlehem. 8 Videns autem Iſrael filios Ioſe-
phi, dixit, Num hi ſunt tui? 9 Et reſpondit Ioſeph patri ſuo, filij ſunt iſti quos dedit mihi Deus hîc: Et
dixit, adduc quæſo illos ad me, vt benedicam eis. 10 Oculi autem Iſrael graues erant præ ſenio nec pote-
rat videre, ideo appropinquare fecit eos ad ſe, & oſculatus eſt eos, atque amplexus eſt. 11 Dixitque Iſrael
Ioſepho; viſurum me faciem tuam non putabam, & ecce videre fecit me Deus etiam ſemen tuum!
12 Et egredi iuſſit eos Ioſeph de genibus eius, & adorauerunt facie in terram. 13 Accipiens autem illos
ambos, Ephraim ad dexteram ſuam à ſiniſtra Iſraelis, & Manaſſen ad ſiniſtram ſuam à dextera Iſraelis appro-
pinquauit ad eum. 14 Tum extendit Iſrael manum ſuam dexteram, & poſuit eam ſuper caput Ephraim,
iſte autem erat minor, & ſiniſtram ſuper caput Manaſſe, docens manibus ſuis quod Manaſſe erat primogenitus.
15 Poſtea benedixit Ioſepho dicens, Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Iſaac,
Deus qui paſcit me ex quo ſum vſque ad hunc diem. 16 Rex qui eruit me ab omni malo benedicat pue-
ris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, & nomen patrum meorum, Abraham, & Iſaac, & fœtifi-
cent plurimùm in medio terræ.

17 Videns autem Ioſeph manum eius dexteram ſuper caput Aphrem, ægrè tulit, & ſuſtentauit manum patris ſui, vt transferret eam de capite Aphrem, poneretque illam ſuper caput Manaſſe. 18 Et dixit Ioſeph ad patrem ſuum, Non ſic pater mi: ſed iſte eſt primogenitus, pone dexterā tuam ſuper caput eius. 19 Noluit autem pater eius, & ait, Scio fili mi ſcio: etiam ipſe erit in populum, etiam ipſe magnus erit: verùm frater eius minor, maior erit illo, & ſemen eius erit plenitudo gentium. 20 Itaque benedixit eis in die illo, & ait, In te benedicetur Iſrael, vt dicant, Faciat te Deus ſicut Aphrem & ſicut Manaſſem, & poſuit Aphrem ante Manaſſem.
21 Dixit verò Iſrael ad Ioſeph, En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. 22 Et ego ecce dedi tibi portionem vnam exuberantem ſupra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæorum gladio meo & arcu meo.

CAPVT XLIX.

Benedictio Iacobi : quod dictum fuit per prophetiam.

VOcauit autem Iacob filios ſuos, & ait illis, Congregamini vt indicem vobis id quod euenturum vobis eſt in fine dierum.
2 Congregamini, & audite filii Iacob, audite patrem veſtrum Iſraelem. 3 Rubil, primogenitus meus es, fortitudo mea, & principium roboris mei: reliquiæ oneris, & reliquiæ magnanimitatis. 4 Diffluxiſti velut aqua, non ſubſiſtes: quoniam aſcendiſti ad cubile patris tui, verè polluiſti ſtratum meum, & aſcendiſti.
5 Simeon & Leui fratres, vaſa furoris ex natura ſua. 6 In arcanum eorum haud ingreſſa eſt anima mea, & in cœtu illorum non decidi ex gloria mea; nam in furore ſuo peremerunt viros, & in ira ſua conuulſerunt murum.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 *Cúmque vidiſſet Ioſeph patrem ſuum poſuiſſe manum ſuam dexteram ſuper caput Ephraim, diſplicuit ei id, & ſuſtentauit eam vt auerteret illam de capite Ephraim ad caput Manaſſe.* 18 *Et dixit Ioſeph patri ſuo: Non eſt id conſentaneum pater mi, nam iſte eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius.* 19 *Renuit verò pater eius, & ait: Iam ſciui, ô fili mi, quòd iſte multiplicabitur, & futura eſt ex illo quoque gens: ſed noui quòd frater eius minor multiplicabitur plus illo, & erit progenies eius plenitudo gentium.* 20 *Cúmque benedixiſſet ambobus illa die, ait: In te benedicentur filij Iſrael, dicentes alij ad alios: Faciat te Deus ſicut Ephraim, & Manaſſe: prætulitque Ephraim Manaſſi.* 21 *Deinde dixit Iſrael ad Ioſeph: Ego moribundus ſum: & erit Deus vobiſcum, & reducet vos in regionem patris veſtri.*

22 *Et ego iam dedi tibi partem vltra fratres tuos, & eſt quam accepi de manu Amoræorum gladio meo, & arcu meo.*

CAPVT XLIX.

PRæterea vocauit Iacob filios ſuos, & ait: Congregamini, vt benedicam vos, & annuntiem vobis quod accidet vobis in fine horum dierum.

2 *Congregamini & audite hoc, ô filij Jacob, & auſcultate Iſraeli patri veſtro.*

3 *O Raubin, tu es primogenitus meus, & fortitudo mea, & prima impetratio mea, excellens nobilitate, & excellens magnificentia.*

4 *Et nunc hauſtu aquæ non abundabis, cùm aſcenderis ſuper cubile patris tui. Tunc ex quo mutaueris te, ſaluaberis.* 5 *Et Simeon & Liui duo fratres, in inſtrumentis tyrannidis ruptura eorum.*

6 *Et in conſpirationem eorum non eſt ingreſſa anima mea, & in congregatione eorum non eſt coniuncta ſubſtantia mea: quoniam in ira ſua occiderunt gentem, & voluntate ſua euulſerunt murum ſui amborum.*

17 فلما رأى يوسف أن أباه قد جعل يده اليمنى على رأس
افرايم ساءه ذلك فاسندها ليزيلها عن رأس افرايم الى رأس
منشا * 18 وقال يوسف لابيه ليس ذلك صوابا يا ابي * ان هذا
البكر * اجعل يمينك على رأسه *
19 فابى ابوه * وقال قد علمت يا بني ان هذا يكثر ايضا * ويكون
منه ايضا امة * ولكني اعلم ان اخاه الاصغر يكثر اكثر منه *
ويكون نسله ملء الامم * 20 فلما بارك فيهما ذلك اليوم قال
بك يتبرك بنو اسرائيل قائلين بعضا لبعض * يصيرك الله مثل
افرايم ومنشا * فقدم افرايم على منشا * 21 ثم قال اسرائيل
ليوسف * انا مايت فيكون الله معكم ويردكم الى بلد
ابيكم * وانا قد اعطيتك قسما زايدا على اخوتك وهو الذي
اخذته من يد الاموريين بسيفي وقوسي *

* الفصل التاسع والاربعون *

1 ثم دعا يعقوب بنيه وقال اجتمعوا اباركم واخبركم بما ياتيكم
في اخر هذه الايام * 2 اجتمعوا واسمعوا ذلك يا بني يعقوب *
واقبلوا من اسرائيل ابيكم * 3 يا راوبين انت بكري وقوتي واول
نيلي معضل في الشرف معضل في العز * 4 والان بمهلة من
ما لا تفضل اذا صعدت على مضجع ابيك * حينئذ مما تبدلت
تخلص * 5 وشمعون ولاوي اخوان في الة الظلم فرصتهما *
6 وفي عصبتهما لم تدخل نفسي * وفي نجوتهما لم تجمع ذاتي *
لانهما بغضبهما قتلا امة * وبرضاهما قلعا سورهما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Cùm autem videret Ioſeph quod poſuiſſet pater ſuus manum dexteram ſuam ſuper caput Ephraim, diſplicuit oculis eius, & apprehendit manum patris ſui vt remoueret eam à capite Ephraim ſuper caput Manaſſe.
18 Dixitque Ioſeph patri ſuo, non ita pater mi, nam hic eſt primogenitus; pone dexteram tuam ſuper caput eius. 19 Recuſauitque pater eius, dicens, ſcio, fili mi, ſcio; etiam ipſe erit in populum, etiam ipſe creſcet, ſed certè frater eius minor magis ipſo creſcet, ſemenque eius erit plenitudo gentium. 20 Et benedixit illis die illo, dicens; in te benedicetur Iſrael, dicendo, ponat te Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Poſuit igitur Ephraim ante Manaſſe. 21 Dixitque Iſrael Ioſepho: Ecce ego morior, erit autem Deus vobiſcum, & reducet vos in terram patrum veſtrorum. 22 Ego etiam do tibi partem vnam ſupra fratres tuos quam accepi de manu Amorrhæi in gladio meo, & in arcu meo.

CAPVT XLIX.

POſtea vocauit Iacob filios ſuos, dixitque: Congregamini, & narrabo vobis quod accidet vobis in nouiſſimis diebus. 2 Congregamini, & audite filii Iacob, & audite Iſraelem patrem veſtrum. 3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium roboris mei, excellens ſuperbia, & excellens impudentia.
4 Rapidus fuiſti ſicut aquæ: ne te excellentem exiſtimes quod aſcendiſti cubilia patris tui, tunc prophanaſti ſtratum meum quod aſcendiſti. 5 Simeon & Leui fratres conſummauerunt iniquitatem conuentionum ſuarum. 6 In ſecretis eorum non complaceat anima mea, & in congregationibus eorum non ardeat gloria mea, quia in ira ſua occiderunt hominem, & pro arbitrio ſuo ſubneruauerunt bouem.

[illegible]

7 Maledictus ſit furor eorum , quoniam vehe-
mens eſt,& ira eorum quia peſſima eſt. diuidam
eos in Iacob,& diſpergam eos in Iſrael. 8 Iuda,
te laudabunt fratres tui:manus tua ſuper cerui-
cem hoſtium tuorum, adorent te filii patris tui.
9 Catulus leonis Iuda,de cæde fili mi aſcendiſti:
genuflexit & accubuit ceu leo , & vt catulus
leonis, & quis excitabit eum? 10 Non deficiet
ſceptrum de Iuda , & expoſitor de inter pedes
eius,donec veniat is cuius illud eſt,& ipſum ex-
pectabũt gentes. 11 Alligabit viti pullum ſuum,
& palmiti filium aſinæ ſuæ. dealbabit vino ve-
ſtimentum ſuum , & ſanguine vuarum operi-
mentum ſuum. 12 Rutilantiores ſunt oculi eius
vino,& candidiores dentes eius lacte. 13 Zabo-
lon ad litora marium habitabit , & ipſemet ſu-
per pulchritudinem nauium , & terminus eius
vſque ad Saidon. 14 Iſachar vir gigas accubans
inter ſemitas. 15 Et videns habitationem ſuam
eſſe pulchram,& terram ſuam bonam, inclina-
uit humerum ſuum ſeruituti , & factus eſt ſub
tributo. 16 Dan iudicabit populum ſuum,
quemadmodum alia ex Tribubus Iſrael.
17 Erit Dan ſerpens qui eſt ſecus viam, & baſi-
liſcus qui eſt prope ſemitas, mordens equum in
calcaneo eius , & proſternens equitem eius
retrorſum. 18 Salutem tuam expectaui Do-
mine. 19 Gad inter cuneum egredietur, ipſe-
que trahet calcaneum. 20 Aſir , optima eſt
terra eius,& ipſe præbebit alimentum regibus.
21 Nephtali nuntius velox , dans eloquium
pulchrum. 22 Filius educationis Ioſeph, filius
educationis. Aſcende fons , ædificium muni-
tum quod exurgit cum muro. Pugnauerunt
autem cum eo, 23 Et multiplicati ſunt, & ad-
uerſati ſunt ei domini turmarum. 24 Retortus
eſt in robore arcus eius , & diſſipata ſunt bra-
chia manuum eius à manibus Robuſtiſſimi Ia-
cob, & à nomine paſtoris lapidis Iſrael.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

7 *Culpabilis ira eorum, quàm fortis eſt? & exar-
deſcentia eorum quàm difficilis eſt? Diuidam eos
in familia Iacob, & diſpergam eos in familia
Iſrail.* 8 *Et te ô Ihuda, celebrabunt fratres
tui, & manus tua in ceruicibus inimicorum tuo-
rum, & ſubiicient ſe tibi filij patris tui.*
9 *Eris, ô Jhuda, veluti catulus leonis, quia eri-
puiſti filium meum è nece. Cùm cubauerit & ia-
cuerit veluti leo & leæna, quis eſt qui ſuſcitet eum?*
10 *Non præteribit virga de Ihuda, & Legiſlator de
ſub imperio eius, donec veniat is cuius ipſe eſt, & ad
quē congregabũtur populi.* 11 *Ligās ad vitem pullū
ſuū, & ad palmitem filios aſinæ ſuæ: lauās vino ve-
ſtem ſuā, & ſanguine vuarum indumentū ſuum.*
12 *Pulcher oculis magis quàm vinum, albus
dentibus pluſquam lac.* 13 *Zabulon in oris maris
habitabit, & in litore eius naues, & extremitas
confinij eius vſque ad Saida.* 14 *Et Iſſachar veluti
corpus ſeiunctum, cubans inter duos choros.*
15 *Tum videbit requiem quàm bona ſit, & ter-
ram quàm delectabilis ſit, & extēdet collum ſuum
ad baiulandum, & fiet ſeruus.* 16 *Dan iudicabit
populo ſuo vt quæuis Tribus ex filijs Iſrail.* 17 *Et
erit veluti coluber in via, & veluti ſerpens in ſemi-
ta, mordens calcaneum equi vt cadat retro.*
18 *Dicet: Speraui auxilium tuum, ô Domine mi:*
19 *Et Gadh, cuiuſcunque exercitus qui congrega-
bitur aduerſus eum, confringet poſteriora.*
20 *Et Aſir, eſca eius pinguis, & ipſe dabit deli-
cias regum.* 21 *Et Nephtali veluti cerua emiſſa
repetet eloquia pulchra.* 22 *Et Ioſeph filius fru-
ctifer veluti ramus fructifer ad fontem aquæ, ha-
bens radices extenſas ſuper murum.* 23 *Et exa-
cerbauerunt eum, & multiplicati ſunt, ac minitati
ſunt ei ſagittarii.* 24 *Et mentitus eſt arcus
eius cum duritie, & tremefacta ſunt brachia
eius, ob obedientiam Præſtantiſsimi Iacob. inde pa-
uit ipſummet Iſrael.*

7 فمذموم غضبهما ما اعزه * وحميتهما ما اصعبها * اقسمهما في آل
يعقوب * وابددهما في آل اسرائيل * 8 وانت يا يهوذا يحمدك اخوتك *
ويدك في اقفاء اعدائك * ويخضع لك بنو ابيك * 9 تكون
يا يهوذا كشبل اسد * لانك خلصت ابني من القتل * اذا جثم
وربض كاسد ولبوة من ذا يقيمه * 10 لا يزول القضيب من
يهوذا * والراسم من تحت امره * الى ان يجي الذي هو له * واليه تجتمع
الشعوب * 11 رابطا الى الجفن جحشه * وللسوريق بني اتانه *
غاسلا بالخمر لباسه * وبدم العنب كسوته * 12 مرور العينين
اكثر من الخمر * وبيض الاسنان اكثر من اللبن *
13 زبولون في سواحل البحر يسكن * وفي ساحله سفن * وطرف
تخمه الى صيدا * 14 ويساخار كجسم مفرد رابض بين صفين *
15 ثم يرى الراحة ما اجودها * والارض ما انعمها * فيمد عنقه
للثقل ويصير خادما * 16 دان يحكم لقومه كجملة سبط من بني
اسرائيل * 17 ويكون كالثعبان على طريق * وكالمعروض على السكة *
اللاسع عقب الفرس * فيقع الى وراء * 18 يقول رجوت عونك يا
ربي * 19 وجاد اي كردوس يكدس عليه * وهو يجذ اعقابه *
20 واشير طعامه سمين * وهو يعطي ملاذ الملوك * 21 ونفتالي
كايلة مرسلة يردد اقوال الحسنى * 22 ويوسف ابن مثمر كغصن
مثمر على عين ماء له عروق قد امتدت على سور * 23 ومرمروه
فكثروا * وتهدده اصحاب السهام * 24 فثبت قوسه في صلابة واهتز
ذراعاه * من طاعة جليل يعقوب * من ثم رعا ذات اسرائيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Validus eſt furor eorum, quia peruicax, & ſocietas eorum, quia dura; diuidam eos in Iacob, & diſpergam
eos in Iſrael. 8 Iuda tu, laudabunt te fratres tui; manus tuæ in ceruice inimicorum tuorum; adorabunt te
filij patris tui. 9 Catulus leonis Iuda: de præda fili mi aſcendiſti: Incuruans ſe recubuit vt leo, & ſicut leæ-
na, quis ſuſcitabit eum? 10 Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de vexillis eius, donec veniat pacificus;
& ad ipſum congregabuntur populi. 11 Ligata eſt ad vitem ciuitas eius, & ad palmitem filij roboris eius: la-
uit in vino veſtem ſuam, & in ſanguine vuarum amictum ſuum.
12 Fecit eum gratum oculis præ vino, & candidum dentibus præ lacte. 13 Zabulon ad portum maris ha-
bitabit, & ipſe ad portum nauium, latuſque eius vſque ad Sidonem. 14 Iſſachar aſinus fortis accubat inter
ſarcinas. 15 Et vidit requiem quia bona eſt, & terram quia amœna; ſed ſuppoſuit humerum ſuum ad por-
tandum, & tributo ſeruiuit. 16 Dan iudicabit populum ſuum tanquam vna tribuum Iſrael.
17 Erit Dan ſerpens in via, inſidians in ſemita, mordens calcaneos equi, ſed cadet eques retrorſum:
18 Salutem tuam ſperaui Domine. 19 Gad, turma depopulabitur eum, & ipſe tandem populabitur.
20 Ex Aſer pinguedo panis; ipſe quoque dabit delicias regis. 21 Nephtali, cerua dimiſſa dans eloquia pul-
chritudinis. 22 Filius fructificans Ioſeph, filius fructificans iuxta fontem, filius meus mimimus aſcendit
murum. 23 Et amaritudine affecerunt eum, & contenderunt aduerſus eum, & oderunt eum Sagittarii.
24 Sed ſedebit in fortitudine arcus ſui, & corroborabuntur brachia manuum eius à manibus potentis Ia-
cob, à nomine paſcentis lapidem Iſrael, à Deo patris tui.

[illegible]

25 Deus patris tui te adiuuet, & Deus omni-
potens benedicat tibi benedictione cœli deſu-
per, & benedictione abyſſi cubantis deorſum,
benedictione vberum & vuluarum. 26 Bene-
dictiones patris tui, quæ præualuerunt bene-
dictionibus progenitorum meorum vſque ad
ſpem collium ſæculi, ſint ſuper caput Ioſeph,
& ſuper caput coronæ fratrum ſuorum.
27 Beniamen lupus rapax, mane diuidet ſpo-
lia, & veſpere comedet quod rapiet. 28 Omnes
iſtæ tribus Iſrael, duodecim: & hoc eſt quod
dixit ad eos Iacob pater eorum. Dixit ad eos,
& benedixit illis cuique iuxta benedictio-
nem ſuam. 29 Benedixit eis, & præcepit
illis, dixitque ad eos pater ipſorum, Ego
colligor ad populum meum: ſepelite me apud
patres meos, 30 In ſpelunca quæ eſt in
agro Ephronis Hethæi, in ſpelunca quæ eſt in
agro duplici e regione Mamre quæ eſt in terra
Chanaan, agro *inquam* quem emit Abraham
ab Ephrone Hethęo in hęreditatem ſepulchri.
31 Ibi ſepelierunt Abrahamum, & Saram con-
iugem eius: ibique ſepelierunt Iſahac & Rebe-
cam vxorem ipſius: & ibidem ſepeliui Leam.
32 Emptio agri & ſpeluncæ quæ in eo eſt, fuit
à filiis Hith. 33 Cùmque finem feciſſet Iacob
hortandi filios ſuos, extendit pedes ſuos in le-
ctulo, & infirmatus eſt, ac mortuus eſt, colle-
ctuſque ad populum ſuum. CAPVT L.

RVitque Ioſeph in faciem patris ſui, &
planxit eum, & oſculatus eſt illum.
2 Præcepitque Ioſeph ſeruis ſuis medicis vt
condirent patrem ſuum: Et condiuerunt me-
dici Iſraelem. 3 Et exactis ei quadraginta die-
bus (ſic enim abſoluuntur dies eorum qui con-
diuntur) luxerunt eũ Ægyptii ſeptuaginta die-
bus. 4 Trãſactis autẽ diebus luctꝰ eius, dixit Io-
ſeph ad domeſticos Pharaonis, Si reperi miſe-
ricordiã in oculis veſtris, dicite corã Pharaone:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

25 *Rogo Deum patris tui vt adiuuet te & ſatis-
factorem, vt benedicat te benedictione cœli ab ex-
celſo, & benedictionibus abyſſi iacentibus deorſum,
& benedictionibus vberum & vterorum;* 26 *Et
benedictiones patris tui adiũgantur ad benedictio-
nes anteceſſorum meorum, & ad id quod optat col-
lis æternitatis, & ſint omnia ſuper caput Ioſeph &
verticem continentiſſimi fratrum ſuorum.* 27 *Et
Beniamin ſicut lupus deprædabitur, manè comedet
furtim, & in veſperis diuidet rapinam.* 28 *Hic eſt
cœtus Tribuum Iſrail duodecim Tribus, & hoc eſt
quod dixit eis pater eorum: & benedixit eis, vni-
cuiq; ſecundum meritũ ſuum benedixit.* 29 *Deinde
præcepit eis, & ait illis: Ego congregandus ſum ad
populum meum: ſepelite me cum patribus meis in
ſpelunca quæ eſt in rure Afron Hethæi.* 30 *Ipſa eſt
ſpelunca quæ eſt in rure duplici, ex aduerſo Mam-
ri, in regione Syriæ, quam emerat Ebrahim ab
Afrõ Hethæo in proprietatẽ ſepulturæ.* 31 *Ibi ſepulti
ſunt Ebrahim & Sara vxor eius, & ibi ſepulti ſũt
Iſhac & Rebecca vxor eius, & ibi ſepeliui Liam.*
32 *Emptio ruris & ſpelunca quæ eſt in illo, à filiis
Heth.* 33 *Cum autem perfeciſſet Iacob hortatio-
nem ſuam ad filios ſuos, collegit pedes ſuos ad le-
ctum, & defunctus eſt, & abiit ad gentem ſuam.*

CAPVT L.

*PRocidit autem Ioſeph ſuper faciem patris ſui,
& defleuit eum, & oſculatus eſt eum.*
2 *Præcepitque famulis ſuis medicis vt condirent
eum, & condierunt medici Iſraelem:*
3 *Quouſque conſummarentur quadraginta
dies; nam ſic implentur dies eorum qui con-
duntur. & fleuerunt eum Ægyptij ſeptua-
ginta dies.* 4 *Cúmque tranſacti eſſent dies
planctus eius, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pha-
raonis, & dixit eis: Si reperi gratiam apud vos, lo-
quimini cum Pharaone, & dicite illi:*

25 أسل من الله أبيك أن يعينك * ومن الكافي أن يبارك فيك بركة
السماء من العلو * وبركات الغمر الرابضة سفلا وبركات الثدي
والبطون * 26 وبركات أبيك تنضاف إلي بركات أسلافي وإلي ما
اشتهي بقاع الدهر * ويكون الجميع علي راس يوسف * وهامة ناسك
أخوته * 27 وبنيامين كالذيب يفترس * بالغداة يأكل نهبا * وبالعشي
يقسم السلب * 28 هذه جماعة أسباط إسرائيل اثني عشر
سبطا * وهذا ما قال لهم أبوهم * وبارك فيهم * كل امري علي حسب
استحقاقه بارك عليهم * 29 ثم أوصاهم وقال لهم أنا منضم إلي
قومي * ادفنوني مع أبوي في المغارة التي في ضيعة عفرون الحتي *
30 هي المغارة التي في الضيعة المضعفة بحضرة ممري في بلد
الشام * التي اشتراها إبراهيم من عفرون الحتي لخطة مقبرة *
31 ثم دفنوا إبراهيم وسارة زوجته * وثم دفنوا إسحاق وربقة زوجته *
وثم دفنت ليا * 32 شري الضيعة والمغارة التي فيها من بني
حث * 33 فلما فرغ يعقوب من وصيته لبنيه ضم رجليه إلي
السرير وتوفي * وصار إلي قومه *

* الفصل الخمسون *

1 فانكب يوسف علي وجه أبيه فبكي عليه وقبله * 2 وأمر عبيده
الأطباء أن يحنطوه * فحنط الأطباء إسرائيل * 3 إلي أن كملت له
أربعون يوما * لأن كذلك تكمل أيام المحنطين * وبكا عليه المصريون
سبعين يوما * 4 ولما جازت أيام بكايه كلم يوسف آل فرعون * وقال
لهم إن وجدت حظا عندكم فكلموا فرعون وقولوا له *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Et adiuuabit te: Deus quoque omnipotẽs benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, & benedictionibus
abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ. 26 Benedictiones patris tui, & matris tuæ præ-
ualeant ſuper benedictiones montium: vſque ad deſiderium collium æternorum erunt ſuper caput Ioſephi, &
ſuper verticem Nazaræi fratrum ſuorum. 27 Beniamin lupus rapiet, manè comedet prædam, & veſperè diui-
det ſpolium. 28 Omnes iſtæ tribus Iſrael, ſunt duodecim. Hoc eſt quod dixit eis pater eorum, benedicens eis;
vnicuique ſecundum benedictionem ſuam benedixit. 29 Præcepit autem illis dicens: ego congregor ad po-
pulum meum, ſepelite me cum patribus meis, in ſpelunca quæ eſt in agro Ephron Hethæi. 30 In ſpelunca
quæ eſt in agro duplicitatis qui eſt ante Mamre in terra Chanaan, quam acquiſiuit Abraham cum agro de
Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. 31 Ibi ſepelierũt Abraham & Saram vxorem eius, & ibi ſepelierunt
Iſaacũ & Rebeccam vxorem eius, ibi quoque ſepeliui Leam. 32 Acquiſitio eſt agri & ſpeluncæ quæ eſt in eo de
filiis Heth 33 Finiitque Iacob præcipere filiis ſuis, & collegit pedes ſuos in lectum, & expirauit, & appoſitus
eſt ad populum ſuum.

CAPVT L.

ET cecidit Ioſeph ſuper faciem patris ſui, fleuitque ſuper eum, & oſculatus eſt eum. 2 Præcepit autem
Ioſeph ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem ſuum; & aromatibus Medici condierunt
Iſraelem. 3 Et compleuerunt ei quadraginta dies, ſic enim complent dies aromatibus conditorum, fleuerunt-
que eum Ægyptii ſeptuaginta diebus. 4 Tranſactis autem diebus luctus eius, locutus eſt Ioſeph domui Pha-
raonis, dicens: Si nunc inueni gratiam in oculis veſtris, loquimini quæſo in auribus Pharaonis, dicendo.

[illegible]

[5] Pater meus adiurauit me dicens mihi. En ego
morior, in ſepulchro quod mihi emi in terra
Chanaan, ibi me ſepelies: nunc aſcendam *quæ-*
ſo, ſepeliam patrem meũ, & reuertar. [6] Et dixit
Pharaon, Aſcẽde, & ſepeli patrem tuum quem-
admodum te adiurauit. [7] Aſcendit itaque ad
ſepeliendũ patrem, & aſcenderũt cum eo cũcti
ſerui Pharaonis, & ſeniores dom⁹ eius, omneſ-
que ſenes terræ Ægypti. [8] Vniuerſa quoq; do-
mus Ioſeph, & fratres eius, & familia patris eius
aſcenderunt cũ eo: duntaxat ſupellectilem ſuã,
& oues, boueſq; ſuas reliquerũt in terra Goſan.
[9] Aſcenderũt cum eo etiã currus, & equites, &
factus eſt exercitus magnus valde. [10] Et vene-
runt vſque ad areas Atar quæ ſunt trans Iorda-
nem, & cõtriſtati ſunt ibi triſtitia magna & ve-
hementi: fecitq; patri ſuo luctũ ſeptem diebus.
[11] Videntes autẽ incolæ terræ *illius, nempe* Cha-
nanæi luctum in areis Atar, dixerũt, Luctus eſt
maximus iſte Ægyptiis: propterea vocauerunt
nomẽ eius, Luct⁹ Ægypti, qui eſt trãs Iordanẽ.
[12] Fecerunt ergo ei filii eius quemadmodũ præ-
ceperat eis. [13] Nam ferentes eum, perduxerunt
in terrã Chanaan, & ſepelierunt eũ in ſpelunca
quæ eſt in agro duplici, quã emerat Abraham
cum agro in hæreditatem ſepulchri ab Ephron
Hetheo e regione Mamre. [14] Reuerſuſq; eſt Io-
ſeph in Ægyptũ ipſe & fratres ei⁹, & omnes qui
aſcenderãt cum illo ad ſepeliendũ eius patrẽ. Et
poſtquam ſepeliuit patrem ſuũ, [15] Vidẽtes fra-
tres Ioſeph mortuũ eſſe patrẽ ſuum, timuerũt,
ac dixerũt, Fortaſſe lędet nos Ioſeph, & forſitã
rependet nobis omne malũ quod geſſimus in
eũ. [16] Et accedentes ad Ioſeph, dixerũt ei, Pater
tuus præcepit nobis ante obitũ ſuũ, & ait. [17] Sic
dicetis ad Ioſeph, Obſecro, ignoſce deliriũ fra-
tribus tuis & peccatis eorũ: nam fecerunt in te
malũ. Igitur dimitte ſtultitiã ſeruorum Dei pa-
tris tui. Fleuit autẽ Ioſeph cũ hoc ei dixiſſent.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Pater meus adiurauit me, & dixit mihi: Ecce*
ego moriens ſum, ſepeli me in ſepulchro meo quod
fodi mihi in regione Chanaan: & nunc aſcendam,
& ſepeliam patrem meum, ac reuertar. 6 *Dixit*
Pharaon: Aſcende, & ſepeli patrem tuũ ſicut ad-
iurauit te. 7 *Aſcenditque Ioſeph ad ſepeliendum*
patrem ſuum, & aſcenderunt cum eo omnes du-
ces Pharaonis, & ſeniores familiæ eius, & omnes
ſeniores regionis Ægypti: 8 *Et vniuerſa familia*
Ioſeph, & fratres ſui, & familia patris ſui: at ve-
rò pueros ſuos, & oues ſuas, & boues ſuas reliqueru-
runt in regione Sadir. 9 *Et aſcenderunt cum eo*
equi & equites, fuitque exercitus magnus valdè.
10 *Et venerunt ad aream rhamni quæ eſt in*
tranſitu Iordanis, & plorarunt eum ibi ploratu
magno ac ingenti nimis; & fecit patri ſuo mœro-
rem ſeptem diebus. 11 *Viderunt autem habitatores*
regionis, Chananæus, triſtitiam in area rhamni,
dixeruntque: Hæc eſt triſtitia magna Ægyptio-
rum. Et propterea vocata eſt, Triſtitia Ægyptio-
rum, quæ eſt in tranſitu Iordanis. 12 *Et fecerunt*
ei filij eius omnia, quæ præceperat eis. 13 *Et por-*
tauerunt eum ad regionem Chanaan, & ſepelie-
runt eum in ſpelunca ruris duplicis quod emerat
Ebrahim in poſſeſſionem ſepulturæ ab Afron
Hethæo, quòd eſt è regione Mamri. 14 *Tum reuer-*
ſus eſt Ioſeph in Ægyptum ipſe, ac fratres ſui, &
omnes qui erant cum eo ad ſepeliendum patrem
ſuum, poſtquam ſepeliuit eum. 15 *Cúmq; vidiſ-*
ſent fratres Ioſeph patrem ſuum iam mortuum eſſe,
dixerunt: Vtinam Ioſeph non minitetur nobis, &
retribuat nobis pro malo quod intulimus ei.
16 *Præceperuntque qui diceret ad Ioſeph: Pater*
tuus mandauit nobis ante mortem ſuam, & ait.
17 *Dicite ſic ad Ioſeph: Obſecro ô Ioſeph, con-*
dona fratribus tuis culpam ſuam, & peccatum
ſuum; nam intulerunt tibi malum. Et modo roga-
mus te, vt ignoſcas culpam ſeruorum Dei patris
tui. fleuitq; Ioſeph cùm locuti ſunt ad eum de hoc.

5 ان ابي استحلفني وقال لي ها انا ميت ادفني في قبري الذي
كريته لي في بلد كنعان والان اصعد فادفن ابي وارجع *
6 قال فرعون اصعد فادفن اباك كما احلفك * 7 فصعد
يوسف ليدفن اباه وصعد معه جميع قواد فرعون وشيوخ اهله
وجميع شيوخ بلد مصر * 8 وجميع اهل يوسف واخوته وال
ابيه * غير ان اطفالهم وغنمهم وبقرهم تركوهم في بلد السدير *
9 وصعدت معه الخيل والفرسان * فكان العسكر عظيما جدا *
10 وجاوا الي اندر العوسج الذي في عبر الاردن * فندبوه ثم ندبا
عظيما وكبيرا جدا * وصنع لابيه حزنا سبعة ايام * 11 فراي
سكان البلد الكنعاني الحزن في اندر العوسج * فقالوا هذا حزن
عظيم للمصريين * ولذلك سمي حزن المصريين الذي في عبر الاردن
12 وصنع به بنوه جميع ما اوصاهم به * 13 وحملوه الي بلد
كنعان * ودفنوه في مغارة الضيعة المضعفة التي اشتراها ابراهيم
لحوز مقبرة من عفرون الحثي * التي بحضرة ممري * 14 ثم رجع
يوسف الي مصر هو واخوته وساير من كان معه ليدفن اباه * بعد
ما دفنه * 15 فلما راي اخوة يوسف ان اباهم قد مات * قالوا ليت
يوسف لا يتهددنا ويكافينا علي الشر الذي اوليناه * 16 فامروا من
قال ليوسف * ان اباك اوصانا قبل موته وقال * 17 قولوا كذا ليوسف *
بطلبة يا يوسف استغفر لاخوتك ذنبهم وخطيتهم * فقد اولوك
شرا * والان نسالك ان تصفح عن ذنب عبيد اله ابيك * فبكا يوسف
حين كلموه بذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Pater meus adiurauit me antequam moreretur, dicens: Ecce ego morior; in ſepulchro meo quod ego fodi
mihi in terra Chanaan, ibi me ſepelies. Nunc igitur aſcendam obſecro, & ſepeliam patrem meum ſicut adiura-
uit me, & reuertar. 6 Reſponditque Pharao, aſcende, & ſepeli patrem tuum ſicut adiurauit te. 7 Aſcendit
igitur Ioſeph vt ſepeliret patrem ſuum, aſcenderuntque cum eo omnes ſerui Pharaonis, ſeniores domus eius,
& omnes ſeniores terræ Ægypti. 8 Omnis quoque domus Ioſeph, fratres eius, & domus patris eius: tantùm
paruulos ſuos, oues ſuas, & boues ſuos reliquerunt in terra Geſſen. 9 Aſcenderunt etiam cum eo, & currus,
& equites; fuitque turba magna valde. 10 Et venerunt vſque ad aream Atad, quæ eſt in tranſitu Iordanis, &
planxerunt ibi planctu magno & graui valde, fecitque patri ſuo luctum ſeptem diebus. 11 Videntes autem in-
colæ terræ Chanaan luctum in area Atad, dixerunt, luctus iſte grauis eſt Ægyptiis: ideo vocauerũt nomen eius,
Abel miſraim, qui eſt in tranſitu Iordanis. 12 Et fecerunt ei filii eius ſic, quemadmodũ præceperat illis. 13 Tu-
leruntque eum filij eius in terram Chanaan, ſepelieruntque eum in ſpelunca agri duplicitatis, quam acquiſiue-
rat Abrahã cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo è regione Mamre. 14 Poſtea reuerſus eſt
Ioſeph in Ægyptum, ipſe, & fratres eius, & omnes qui aſcenderant cum eo ad ſepeliendũ patrem eius, poſtquã
ſepelierunt eum. 15 Videntes autem fratres Ioſeph quod mortuus eſſet pater eorũ, dixerunt, nonne odio nos
habebit Ioſeph? reddendo reddet nobis omne malũ quod fecimus ei? 16 Mandauerũt itaque Ioſepho dicentes,
pater tuus præcepit antequam moreretur, dicens. 17 Sic loquemini Ioſepho, obſecramus parce nunc iniquitati
fratrum tuorum, & peccato eorum; malum enim reddiderunt tibi: nunc autem parce quæſumus iniquitati ſer-
uorum Dei patris tui: Et plorabat Ioſeph cum loquerentur ei.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

18 Et abeuntes fratres eius, corruerunt co-
ram eo, & dixerunt, Ecce nos tibi ſerui ſumus.
19 Reſpondit eis Ioſeph ne timeatis, nam ſub
Deo ego ſum. 20 Vos cogitaſtis aduerſum
me malum: Deus autem cogitauit idipſum in
bonum: vt videlicet faceret quemadmodum
cernitis hodie, viueretque populus plurimus.
21 Et nunc ne metuatis, ego nutriam vos &
familias veſtras. conſolatuſque eſt eos, & mul-
ſit cor eorum. 22 Et habitauit Ioſeph in
Ægypto ipſe & vniuerſa domus patris ſui.
Vixitque Ioſeph centum & decem annis:
23 Vidit etiam Ioſeph ipſi Aphrem filios ter-
tios. quin etiam filij Machir filij Manaſſe, na-
ti ſunt ſuper genua Ioſeph. 24 Dixit verò Io-
ſeph ad fratres ſuos, Ego morior, & Deus cer-
tiſſimè recordabitur veſtri, & aſcendere vos
faciet de terra iſta in terram pro qua iurauit
Abraham & Iſahac & Iacobo. 25 Et adiurauit
Ioſeph filios Iſrael, & ait, Certiſſimè recorda-
bitur veſtri Deus, aſportate oſſa mea hinc vo-
biſcum. 26 Et mortuus eſt Ioſeph natus
centum ac decem annos, & condierunt eum,
& poſuerunt in arca in Ægypto.

Finis libri primi Legis, complectentis verſus quater mille quingentos ac nouem, ſectiones triginta quatuor.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

[18] *Et venerunt quoque fratres eius, & ceciderunt coram eo, & dixerunt: Ecce nos ſerui ſumus*
tibi. [19] *Ait illis Ioſeph; Ne timeatis, quoniam*
ego timeo Deum. [20] *Vos diſpoſuiſtis aduerſum me malum, & Deus diſpoſuit bonum, quatenus faceret quod videtis hodie, & viuificaret populum copioſum.* [21] *Et nunc ne timeatis, ego alam*
vos, & pueros veſtros. Igitur conſolatus eſt eos,
& blanditus eſt eis. [22] *Tum permanſit Ioſeph*
in Ægypto, ipſe, ac familia patris ſui, & vixit Ioſeph centum ac decem annos.
[23] *Ita vt viderit Ephraimo filios trinepotes. Item filij Machir filij Manaſsis nati ſunt in*
gremio eius. [24] *Deinde dixit fratribus ſuis:*
Ego moriens ſum, & Deus recordabitur veſtri, & aſcendere faciet vos de iſta regione ad regionem quam iurauit ſe daturum in poſſeſsionem Ebrahimo, Ishac, & Iacobo. [25] *Adiurauitque Ioſeph*
filios Iſrail, & ait illis: Cùm recordatus fuerit veſtri Deus, tranſportate oſſa mea vobiſcum.
[26] *Et mortuus eſt Ioſeph filius centum ac decem annorum, & condierunt eum, & poſitus eſt in arca, in Ægypto.*

Abſolutus eſt liber primus (auxiliante Deo excelſo) nempe liber Creationis.

18 وجاء اخوته ايضا فوقعوا بين يديه * وقالوا هوذا نحن عبيد
لك * 19 قال لهم يوسف لا تخافوا انني اخاف الله *
20 انتم قدرتم علي شرا والله قدره خيرا * لاجل ان يصنع ما
ترونه اليوم ويحيي قوما كثيرا * 21 والان لا تخافوا انا
امونكم واطفالكم * فعزاهم وداراهم * 22 ثم اقام يوسف بمصر
هو وال ابيه * وعاش يوسف مائة وعشر سنين * 23 حتي راي
لافرايم بنين ثوالث * وايضا بنو ماخير ابن منشا ولدوا في حجره *
24 ثم قال لاخوته انا مايت * والله سيذكركم ويصعدكم من
هذا البلد الي البلد الذي اقسم ان يملكه ابراهيم واسحق
ويعقوب * 25 فاحلف يوسف بني اسرايل * وقال لهم اذا
ذكركم الله تعالي فاصعدوا بعظامي معكم *
26 فمات يوسف ابن مائة وعشر سنين * وحنطوه وصير في
تابوت بمصر *

* تم السفر الاول بعون الله تعالي وهو سفر الخليقة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[18] Venerunt quoque fratres eius, & ceciderunt in facies ſuas, & dixerunt: Ecce ſumus tibi ſerui.
[19] Reſpondit autem eis Ioſeph, ne timeatis, nunquid ego ſum loco Dei?
[20] Vos quidem cogitaſtis ſuper me malum, Deus autem cogitauit hoc in bonum, vt faceret ſicut hodie ad
viuificandum populum multum. [21] Quare nunc, ne timeatis, ego nutriam vos, & paruulos veſtros:
& conſolatus eſt eos, locutuſque eſt ſecundùm cor eorum.
[22] Habitauit autem Ioſeph in Ægypto, ipſe, & dómus patris eius; vixitque centum & decem annis.
[23] Vidit quoque Ioſeph filios Ephraim tertiæ generationis: etiam filij Machir filij Manaſſe nati ſunt in
diebus Ioſephi. [24] Poſtea dixit Ioſeph fratribus ſuis, ego morior; Dominus autem viſitando viſitabit
vos, & educet vos de terra iſta in terram quam iurauit Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo.
[25] Et adiurauit Ioſeph filios Iſrael, dicens: viſitando viſitabit vos Deus, tum aſportabitis oſſa mea hinc
vobiſcum. [26] Mortuus eſt autem Ioſeph annos natus centum & decem; & aromatibus condierunt eum,
repoſituſque eſt in loculo in Ægypto.

Iſte liber primus ſectionum eſt ducentarum, & 50.

[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

LIBER SECVNDVS LEGIS, QVI VOCATVR EXITVS.

CAPVT PRIMVM.

ET hæc ſunt nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt Ægyptum cum Iacob, quiſque cum domo ſua ingreſſi ſunt. 2 Rubil, & Simeon, & Leui, & Iuda. 3 Et Iſachar, & Zabolon, & Beniamen, 4 Et Dan, & Nepthali, & Gad, & Aſir. 5 Fuerunt igitur omnes animæ quæ egreſſæ ſunt è dorſo Iacob, ſeptuaginta animæ: Ioſeph autem erat in Ægypto. 6 Mortuuſque eſt Ioſeph & cuncti fratres eius, & omnis illa generatio. 7 Et filij Iſrael creuerunt, & progenuerunt, & multiplicati ſunt, & roborati ſupra modum, & impleta eſt ipſis terra. 8 Et ſurrexit rex nouus ſuper Ægyptum, qui non nouerat Ioſephum: 9 Dixitque ad populum ſuum. En populus filiorum Iſrael plures ſunt ac fortiores nobis. 10 Agite, prudentia vtamur erga eum antequam multiplicentur: ne fortè ingruente nobis prælio, iungantur etiam ipſi hoſtibus noſtris, dimicentque contra nos, & eiiciant nos è terra. 11 Itaque præpoſuerunt eis præfectos peſſimos qui deprimerent eos depreſſione ſua: & extruebant ciuitates, horrea Pharaoni, Pithon, & Raamſis. 12 Verùm quo magis ipſi deprimebant eos, eo magis creſcebant, eoque magis roborabantur: ita vt tœdio afficerentur Ægyptij propter filios Iſrael. 13 Deprimebant autem Ægyptij filios Iſrael cum ſæuitia. 14 Et exacerbabant vitam eorum opere duro, *nempe* luto & lateribus, omnique ſeruitio ruris. omnis ſeruitus qua deprimebant eos, erat cum atrocitate.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

[illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible]

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible]

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

LIBER SECVNDVS, ET EST LIBER EXITVS.

CAPVT PRIMVM.

HÆC ſunt nomina filiorum Iſrail ingredientium in Ægyptum cum Iacob: quilibet vir, & familia ſua ingreſſi ſunt. [2] *Ruben, & Simeon, & Liui, & Ihuda,* [3] *Et Iſſachar, & Zabulon, & Beniamin,* [4] *Et Dan, & Nephtali, & Gadh, & Aſir.* [5] *Eratq́; ſumma animarum exeuntium ex lumbo Iacob, ſeptuaginta animarum cum Ioſeph qui erat in Ægypto.* [6] *Deinde mortuus eſt Ioſeph, & omnes fratres eius, & reliqui homines illius generationis.* [7] *Et filij Iſrail fructificauerunt, & dilatati ſunt, & multiplicati ſunt, & magnificati ſunt valdè, & impleta eſt illa regio ipſis.* [8] *Surrexitque rex nouus ſuper Ægyptum, qui non cognoſcebat Ioſeph.* [9] *Dixitque genti ſuæ: Filij Iſrail ſunt plures & maiores nobis.* [10] *Venite aſtutè agamus in eos, ne multiplicentur, fiatque vt cùm aduenerit in nos bellum, adiungant etiam ſe inimicis noſtris, & pugnent contra nos, & effugent nos de regione.* [11] *Conſtituerunt ergo ſuper eos præſides tributi, ad hoc vt cruciarent eos baiulatione. ædificaueruntque ciuitates, horrea Pharaoni, in Phaium & Ain-ſemes.* [12] *Et quantò magis cruciabant eos, eò magis multiplicabantur & abundabant, ita vt faſtidirent filios Iſrail.* [13] *Redegerunt ergo Ægyptij filios Iſrail in ſeruitutem, cum rigore.* [14] *Et amaram fecerunt vitam eorum ſeruitute aſpera, in luto & lateribus, & reliquis operibus campi: & omne ſeruitium eorum ad quod vtebantur illis, cum ſæuitia erat.*

* السفر الثاني * وهو سفر الخروج *

* الفصل الاول *

1 هذه اسما بني اسرايل الداخلين الي مصر مع يعقوب * كل
رجل واهله دخلوا * 2 راوبين وسمعون وليوي ويهودا *
3 ويساخار وزبولون وبنيامين * 4 ودان ونفتالي وجاد واشير *
5 وكانت جملة النفوس الخارجة من صلب يعقوب سبعين
نفسا مع يوسف الذي كان بمصر * 6 ثم مات يوسف وجميع
اخوته وساير اهل ذلك الجيل * 7 وبنو اسرايل اثمروا وسعوا
وكثروا وعظموا جدا * وامتلا ذلك البلد منهم * 8 وقام ملك
جديد علي مصر لم يعرف يوسف * 9 فقال لقومه بنو اسرايل
اكثر واعظم منا * 10 تعالوا نحتال لهم كيلا يكثروا * فيكون
اذا وافتنا حرب انضافوا ايضا الي اعدايناا فحاربونا واهربونا من
البلد * 11 فصيروا عليهم ولاة ذمة لقبل ان يعذبوهم بثقلهم *
فبنوا قرى مخازن لفرعون في الفيوم وفي عين شمس *
12 وكلما عذبوهم كذاك يكثرون ويوسرون حتي ضجروا من قبل
بني اسرايل *
13 فاستخدم المصريون بني اسرايل باقتسا * 14 ومرروا
حياتهم بخدمة صعبة * بالطين واللبن وساير اعمال الصحرا *
وجميع خدمتهم التي استخدموهم باقتسا *

EXODI EX HEBRÆO SAMARITANORVM CODICE TRANSLATI.

CAPVT PRIMVM.

HÆc autem ſunt nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt Ægyptum cum Iacobo; ſinguli cum domo ſua ingreſſi ſunt. [2] Ruben, & Simeon, & Leui, & Iuda. [3] Et Iſſachar, & Zabulon, & Beniamin.
[4] Dan & Nephtali, Gad & Aſer. [5] Fueruntque omnes animæ egreſſæ de femore Iacobi, ſeptuaginta animæ: Ioſeph verò erat in Ægypto. [6] Mortuuſque eſt Ioſeph, & omnes fratres eius, & omnis generatio illa. [7] Filij verò Iſrael fructificauerunt, & fœtificauerunt, & multiplicati ſunt, & inualuerunt valde valde, ita vt ipſis repleretur terra. [8] Surrexit autem rex nouus ſuper Ægyptum qui non cognouerat Ioſephum.
[9] Et dixit genti ſuæ: ecce populus filiorum Iſrael multus eſt, & fortis præ nobis.
[10] Agite, ſapienter geramus nos aduerſus eum ne multiplicetur, fiatque vt cum acciderit nobis bellum, ipſe etiam coniungatur inimicis noſtris, pugnetque contra nos, & aſcendat è terra.
[11] Et poſuerunt ſuper eos principes tributorum, vt affligerent eos oneribus ſuis, & ædificauerunt vrbes theſaurorum Pharaoni Pithon & Rameſſes. [12] Sicut autem affligebant eum, ſic fructificabat, & ſic creſcebat: Et cruciabantur propter filios Iſrael. [13] Ideo ſeruire fecerunt filios Iſrael duriter.
[14] Et amaram reddiderunt vitam eorum in ſeruitute dura, in luto, & in lateribus, & in omni ſeruitute agreſti, iuxta omne opus eorum quod violenter operati ſunt in eos.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

15 Præt erea dixit rex Ægypti obſtetricibus He-
bræis, quarum vna vocabatur Phua, altera Su-
phra: 16 Dixit *inquam* ad eas, Quando parere
facietis Hebræas, cõſiderate cùm illæ procum-
bent: ſi maſculus eſt, interficite eum: ſin autem
fœmina ſit, ſeruate ei vitam. 17 At verò timue-
runt obſtetrices Deum, & non fecerunt quem-
admodum dixerat eis rex Ægypti, ſeruabant-
que pueros viuos. 18 Vocauit ergo rex Ægypti
obſtetrices, & ait illis, Quã ob rem feciſtis ſer-
monẽ iſtũ, & ſeruaſtis pueros viuos? 19 Reſpon-
derunt obſtetrices Pharaoni, Non ſunt ſimiles
mulieribus Ægyptiis Hebrææ. nam ipſæ ſunt
obſtetrices; & antequã ingrediatur ad eas ob-
ſtetrix, pariunt. 20 Et benefecit Deus obſtetri-
cibus, eo quòd feciſſent rem iſtam. quare multi-
plicatus eſt populus, & admodum roboratus.
21 Factumque eſt vt cùm timuiſſent obſtetrices
Deũ, fecerit eis domos. 22 Præcepit autem Pha-
raon toti populo, dicens, Omnem filium qui
naſcetur, in flumen deiicietis, omnem verò
filiam ſeruabitis viuam.

CAPVT II.

ABiit autem vir quidam de familia Leui,
duxitque filiam Leui. 2 Et concipiens
mulier illa, peperit filium: & videns eum eſſe
pulchrum, abſcondit eum tribus menſibus.
3 Sed cùm non poſſet ampliùs eum abſconde-
re, accepit ſibi arcam de ligno viminis, & lini-
uit eam bitumine ac pice, poſuitque in ea pue-
rum, & expoſuit illam in carecto ad ripam flu-
minis. 4 Stetitque ſoror eius à longè, vt ſciret
quid fieret illi. 5 Deſcendit autem filia Pharao-
nis vt ſe lauaret in flumine, dum ancillæ eius
deambularent ſecus flumen: videnſque arcam
in carecto, miſit ancillas ſuas, & ſuſtulit eam.
6 Et aperiens, vidit infantem, & ecce infans
plorabat: & miſerta illius, dixit, De filiis He-
bræorum eſt hic.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

15 *Præterea dixit rex Ægypti ambabus obſte-*
tricibus Hebræarum, quarum vnius nomen Se-
phra,& alterius Phua. 16 *Cùm obſtetricaueritis*
Hebræas, videte ad exhedram: ſi fuerit filius, in-
terficite eum:& ſi fuerit filia,ſeruate eam. Timue-
runt autem duæ obſtetrices Deum, & non fecerunt
ſicuti dixit eis rex Ægypti, ſeruaruntque filios.
18 *Vocauitque eas rex Ægypti & dixit illis:*
Quare feciſtis hanc rem, vt ſeruaretis pueros?
19 *Dixerunt ei ambæ: Hebrææ non ſunt ve-*
luti mulieres Ægyptiæ, quia omnes ſunt perſpica-
ces, & antequam ingrediatur ad eas obſtetrix, pa-
riunt. 20 *Benefecitque Deus duabus obſtetri-*
cibus, & multiplicati ſunt populus, ac magni-
ficati valdè.
21 *Cúmque timuiſſent obſtetrices Deum, fecit*
eis domos, & texit eas.
22 *Deinde præcepit Pharaon vniuerſæ genti ſuæ,*
dicens: Omnem filium qui naſcetur eis, proiicite in
Nilum: & omnem filiam ſeruate.

CAPVT II.

PRæterea abiit vir de familia Liui,& in ma-
trimonium duxit filiam Liui.
2 *Concepitque mulier, ac peperit filium: cúmque*
vidiſſet eum pulchrum, abſcondit illum tres men-
ſes: 3 *Et non potuit celare eum vlterius: acce-*
pitque ei arcam arundineam, & liniuit eam bi-
tumine ac pice, & poſuit eum in illa,& collocauit
eam in ſylua ad ripam Nili.
4 *Et ſtetit ſoror eius à longe, vt videret quid fie-*
ret de illo. 5 *Deſcendit autem filia Pharaonis,*
vt lauaret ſe in Nilo, & erant ancillæ eius deam-
bulantes ſuper ripam Nili, viditq́; arcam in medio
ſyluæ, extenditque manum ſuam, & accepit eam.
6 *Et aperuit illam,& ecce puer plorans: & mi-*
ſerta eſt eius, & dixit: Hic eſt ex filiis Iſrail.

15 ثم قال ملك مصر لقابلتي العبرانيات اللتين اسم احداهما
شفرا والاخري فوعا * 16 اذا قابلتما العبرانيات فانظرا عند
المبنر * ان كان ابن فاقتلاه وان كانت بنت فاستبقياها *
17 فخافت القابلتان الله * ولم تصنعا كما قال لهما ملك مصر *
فاستبقتا البنين * 18 فدعا بهما ملك مصر * وقال لهما ما بالكما
صنعتما هذا الامر من استبقايكما البنين * 19 قالتا له ان
العبرانيات لسن كالنساء المصريات * لانهن كلهن بصيرات * وقبل
ان تدخل اليهن القابلة يلدن * 20 فاحسن الله الي القابلتين *
فكثر القوم وعظموا جدا * 21 ولما خاف القابلتان الله * صنع
لهما بيوتا وحجبهما * 22 ثم امر فرعون جميع قومه قايلا * كل ابن
يولد لهم اطرحوه في النيل * وكل ابنة استبقوها *

* الفصل الثاني *

1 ثم مضي رجل من ال ليوي فتزوج بابنة ليوي *
2 فحملت الامراة وولدت ابنا * ولما راته حسنا اخفته ثلثة
اشهر * 3 ولم تطق ان تخفيه بعد * فاخذت له تابوت بردي
وقفرته بالقفر والزفت وصيرته فيه * وصيرته في الديس علي شاطي
النيل * 4 ووقفت اخته من بعيد لتنظر ما يصنع به *
5 فنزلت ابنة فرعون لتغتسل في النيل * وكان جواريها سايرات
علي شاطي النيل * فرات التابوت في وسط الديس * فمدت يدها
فاخذته * 6 وفتحته وراته فاذا صبي يبكي * فاشفقت عليه
وقالت هذا من بني اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Dixit etiam Rex Ægypti obſtetricibus Hebræis,quarum vnius nomen erat Sephora, alterius vero Phua.
16 Cum,inquit,obſtetricabitis Hebræas,& videritis ſuper ſellas, ſi filius eſt,tum occidetis eum; ſi verò filia,
viuat. 17 Timuerunt autem obſtetrices Deum,& non fecerunt ſicut locutus fuerat eis rex Ægypti,ſed viui-
ficarunt maſculos. 18 Vocauit autem Pharao obſtetrices, & dixit eis, Quare feciſtis rem hanc,vt viuificare-
tis maſculos? 19 Et reſponderunt obſtetrices Pharaoni: non ſicut mulieres Ægyptiacæ ſunt Hebreæ; nam
viuidæ ſunt iſtæ, antequam veniat ad eas obſtetrix, iam pepererunt. 20 Et benefecit Deus obſtetricibus:
Creuitque populus, & corroboratus eſt valde. 21 Factumque eſt quoniam timuerunt obſtetrices Deum
vt fecerit eis domos. 22 Præcepit etiam Pharao omni populo ſuo dicens; omnem filium natum He-
bræis in fluuium proiicietis, ſed omnem filiam viuificabitis.

CAPVT II.

IVit autem homo de tribu Leui,& accepit filiam Leui. 2 Et concepit mulier, ac peperit filium: Videns
autem quòd pulcher eſſet, occultauit eum tribus menſibus. 3 Cúmque non poſſet amplius illum oc-
cultare,ſumpſit ei mater eius arcam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine, & pice,poſuitque in ea puerum,& de-
poſuit in palude ad ripam fluuii. 4 Stabat autem ſoror eius à longè vt ſciret quid fieret ei.
5 Et deſcendit filia Pharaonis vt lauaret ſe ad flumen; ancillæ autem eius ambulabant ſecus fluuium: Videns
autem arcam in media palude, miſit ancillam ſuam, & accepit eam. 6 Cúmque eam aperuiſſet, inſpexit
puerum, & ecce puer plorabat, miſertáque eius filia Pharaonis, ait, ex pueris Hebræorum hic eſt.

[illegible]

7 Dixit ſoror eius ad filiam Pharaonis, Vadam
ne vocatum tibi mulierem nutricem ex He-
bræis vt lactet tibi puellum iſtum? 8 Dixit ad
eam filia Pharaonis, Vade. Abiit ergo puella, &
aduocauit matrem pueri. 9 Dixitque ad eam
filia Pharaonis, Ecce tibi puerulus iſte, lacta
eum mihi, & ego dabo tibi mercedem tuam.
accepit igitur mulier infantem, & lactauit
eum. 10 Cúmque adoleuiſſet puer, adduxit
eum ad filiam Pharaonis, factuſque eſt ei filius,
& vocauit nomen eius Moſe: quia dixerat, Ex
aquis extraxi eum. 11 Contigit verò in diebus
illis cùm adoleuiſſet puer Moſe, vt egrederetur
ad fratres ſuos, videretque ſeruitutem eorum:
videret etiam virum Ægyptium percutientem
virum Hebræum ex fratribus ſuis filiis Iſrael.
12 Quare conuerſus huc atque illuc, videnſque
neminem adeſſe, interfecit Ægyptium, & ſe-
peliuit eum in arena. 13 Egreſſus deinde altera
die, vidit & ecce duo viri Hebręi cõtendentes,
& ait ad eum qui inferebat iniuriam, Quare tu
percutis ſocium tuũ? 14 Reſpondit, Quis fecit te
virũ principem & iudicem ſuper nos? ad occi-
dendũ me hæc dicis, quemadmodum occidiſti
heri Ægyptiũ illum. Timuit ergo Moſes, & ait,
Verè notũ factũ eſt verbum. 15 Audiens autem
Pharaõ verbũ iſtud, quæſiuit occidere Moſen:
at fugit Moſes à conſpectu Pharaonis, cõtulit-
que ſe ad terrã Median, ſeditque iuxta puteum.
16 Et verò ſacerdoti Median ſeptẽ erãt filię, quę
veniebant vt haurirẽt & implerent canales, ad
adaquãdas pecudes patris ſui. 17 Et veniebant
paſtores, & expellebãt eas. Surrexitque Moſes,
& liberauit eas, potumque dedit ouibus illarũ.
18 Cúmque veniſſent ad Rauel patrem ſuum,
dixit ad eas, Quare adaquaſtis citiùs ſolito ho-
die? 19 Dicunt ei, Vir Ægyptius eripuit nos de
manu paſtorum, quin etiam hauriendo hau-
ſit nobis, & adaquauit oues noſtras.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[7] *Dixit ei ſoror eius: Vadam, & accerſam tibi mulierem nutricem ex Hebræis, vt lactet eum tibi.* [8] *Ait illi filia Pharaonis: Vade. Abiitque puella, vocauitque matrem pueri.* [9] *Dixit ei filia Pharaonis: Ecce tibi hic puer, lacta eum mihi, & ego dabo tibi mercedem tuam. Accepit ergo mulier puerum, & lactauit eum.*

[10] *Et cùm adoleuiſſet puer, attulit eum ad filiam Pharaonis, & factus eſt ei veluti filius, & nominauit eum Muſa: Dixit, Quia ego extraxi eum ex aqua.*

[11] *Et accidit in illis diebus vt creuiſſet Muſa, & exiiſſet ad fratres ſuos, & conſideraſſet baiulationem eorum. Et ecce vir Ægyptius percutiebat virum Hebræum ex fratribus eius.*

[12] *Conuertitque ſe dextrorſum ac ſiniſtrorſum, nec vidit quemquam, percuſſitque Ægyptium, & mortuus eſt, & ſepeliuit eum in arena.*

[13] *Tum egreſſus eſt die ſecunda, & ecce duo viri Hebræi iurgantes inuicem: dixitque opprimenti: Ne percutias ſocium tuum.* [14] *Et ait: Quis conſtituit te virum principem ſuper nos, & iudicem? Num vis occidere me, vti occidiſti Ægyptium? Timuitque, & dixit: Ergo fama iam percrebuit.* [15] *Et cùm audiſſet Pharaon iſtam famam, quæſiuit interficere Muſam. Fugitq́; Muſa à conſpectu eius, & abiit in regionem Median, & ſedit ad puteum aquæ.* [16] *Et erant ſacerdoti Median ſeptem filiæ: veneruntque, & hauſerunt aquam, impleueruntque lacus ad adaquandas oues patris ſui.*

[17] *Cum autem veniſſent paſtores, & expuliſſent eas, ſurrexit Muſa, & adiuuit eas, & potauit oues earum.* [18] *Cumq́; veniſſent ad Raauail patrẽ ſuum, dixit: Quare acceleraſtis aduentum hodie?*

[19] *Dixerunt: Vir Ægyptius ſaluauit nos de manu paſtorum, & hauſit etiam nobis aquam, & potauit oues.*

7 قالت لها اخته امضي وادعوا لك بمرأة مرضع من العبرانيات
ترضعه لك * 8 قالت لها ابنة فرعون امضي * فمضت
الجارية ودعت بام الصبي * 9 قالت لها ابنة فرعون * ها
لك هذا الصبي ارضعيه لي وانا اعطيك اجرك * فاخذت
المرأة الصبي فارضعته * 10 ولما كبر الصبي جاءت به
الى ابنة فرعون * وصار لها كالولد * وسمته موسى * قالت لاني نشلته
من الماء * 11 وكان في تلك الايام ان كبر موسى * وخرج
الى اخوته ونظر في ثقلهم * فاذا برجل مصري يضرب رجلا
عبرانيا من اخوته * 12 فالتفت يمنة وشمالا * فلم ير انسانا *
فضرب المصري فمات * ودفنه في الرمل *
13 ثم خرج في اليوم الثاني * فاذا برجلين عبرانيين يتضاربان *
فقال للظالم لا تضرب صاحبك * 14 فقال من صيرك رجلا
رئيسا علينا وحاكما * اتريد ان تقتلني كما قتلت المصري * ففزع
وقال اذن الخبر قد ذاع * 15 ولما سمع فرعون بهذا الخبر
طلب ان يقتل موسى * فهرب موسى من بين يديه * وصار الى
بلد مدين * وجلس على بير ما * 16 وكان لامام مدين
سبع بنات * فجاءت ودلت وملأت الاحواض لتسقي غنم ابيهن *
17 فلما جاء الرعاة فطردوهن * قام موسى فاعانهن وسقى
غنمهن * 18 فلما جئن الى رعوايل ابيهن * قال ما بالكن
اسرعتن المجي اليوم * 19 قلن رجل مصري خلصنا من يد
الرعاة * وايضا دلا لنا وسقى الغنم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[7] Soror verò eius dixit filiæ Pharaonis, nunquid ibo, & vocabo tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ lactet tibi puerum? [8] Reſpondit ei filia Pharaonis, vade; & iuit puella, vocauitque matrem pueri.

[9] Cui dixit filia Pharaonis, defer hunc puerum, lactáque eum mihi, & dabo tibi mercedem tuam: tum accepit mulier puerum, eumque lactauit. [10] Adulto autem puero adduxit eum ad filiam Pharaonis, fuitque illi in filium, & vocauit nomen eius Moſen, quia inquit, de aquis eduxi eum. [11] Accidit autem in diebus iſtis vt Moſes adultus egrederetur ad fratres ſuos: & vidit onera eorum, vidit quoque virum Ægyptium percutientem virum Hebræum de fratribus ſuis. [12] Reſpexitque huc & illuc, & videns quod nemo adeſſet, percuſſit Ægyptium, & abſcondit eum in arena. [13] Egrediturque die ſecundo, & ecce homines duo Hebræi iurgantes: dixit autem iniquo, quare percutis proximum tuum? [14] At reſpondit, quis poſuit te in virum principem, & in iudicem ſuper nos: nunquid occidere me tu cogitas, ſicut occidiſti Ægyptium? Tum timuit Moſes, dicens, certè nota res eſt. [15] Et audiuit Pharao rem iſtam, ideo quæſiuit occidere Moſen; fugitque Moſes à facie Pharaonis, & habitauit in terra Madian, & ſedit iuxta puteum.

[16] Sacerdoti autem Madian ſeptem erant filiæ, quæ aduenientes hauriebant, & implebant canales vt potarent oues patris ſui. [17] Sed venerunt paſtores, expuleruntque eas: tum ſurrexit Moſes, & ſeruauit eas, & adaquauit pecudes earum. [18] Et venerunt ad Raguel patrem earum, dixitque, quare feſtinaſtis venire hodie? [19] Et reſponderunt, vir Ægyptius liberauit nos de manu paſtorum, atque etiam hauriendo hauſit nobis, & potauit pecudes.

[illegible]

10 Dixit ad filias ſuas, Vbinam eſt? cur dimiſiſtis
virum ? ite vocate eum , vt comedat panem.
21 Et conſenſit Moſes habitare cum viro , de-
ditque ei Sephoram filiam ſuam vxorem.
22 Quæ peperit filium , & vocauit ille nomen
eius Gerſon: dixit enim, Peregrinus fui in terra
aliena. Peperit quoque filium ſecundum Moſi,
& vocauit ipſe nomen eius Eliazar: quia Deus
patrum meorum in auxilium meum fuit, &
eripuit me de gladio Pharaonis. 23 Contigit
præterea poſt dies multos illos , vt moreretur
rex Ægypti : & ingemiſcentes filii Iſrael pro-
pter ſeruitutem acerbam , orauerunt , aſcen-
ditque clamor eorum ad Deum propter ſerui-
tutem. 24 Et audiuit Deus ſuſpirium eorum, &
recordatus eſt Deus pacti ſui quod pepigerat
cum Abraham & Iſahac & Iacob. 25 Et reſpe-
xit Deus filios Iſrael , & cognouit Deus.

CAPVT III.

MOſes autem paſcebat oues Iethron ſo-
ceri ſui ſacerdotis Median , duxitque
oues in deſertum , & venit ad montem Dei
Horib. 2 Et apparuit ei Angelus Domini in
flãma ignis de medio rubi: viditque rubũ arde-
re igne, & *tamen* non comburi. 3 Et dixit Mo-
ſes , Declinabo, & videbo viſionem hanc ma-
gnam , quam ob cauſam non comburatur ru-
bus. 4 Videns autem Dominus quòd declinaſ-
ſet ad ſpectandum, vocauit eum de medio rubi,
& ait Moſe Moſe. Qui reſpondit , Ecce me.
5 Dixitque ei , Ne accedas huc : ſolue calcia-
menta tua de pedibus tuis , quoniam locus
ſuper quem tu ſtas , locus ſanctus eſt.
6 Et dixit, Ego ſum Deus patris tui , Deus
Abraham , Deus Iſahac , Deus Iacob. abſcon-
ditque Moſes faciem ſuam , quoniam timue-
rat aſpicere ad Deum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

20 *Dixit eis. Vbi eſt? quare dereliquiſtis virum? Vocate eum, vt comedat cibum.* 21 *Cúmque protraxiſſet moram apud virum, dedit ei in vxorem Saphura filiam ſuam.* 22 *Genuitque filium, & vocauit eum Girſom, quia dixit: Factus ſum peregrinus in terra aliena.* 23 *Et peperit puerum ſecundum, & nominauit eum Eliazar, & dixit: Quoniam Deus adiuuit me, & liberauit me de manu Pharaonis. Factum eſt etiam in illis diebus longis, vt rex Ægypti moreretur. & ingemuerunt filii Iſrail propter ſeruitutem ſuam, & clamitauerunt, & aſcendit imploratio eorum ad Deum ob ſeruitutem.*

24 *Exaudiuitque Deus, & recordatus eſt pacti ſui, quod cum Abraham, & Ishac, & Iacob.* 25 *Et reſpexit Deus filios Iſrail, & miſertus eſt eis.*

CAPVT III.

ET Muſa paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian, & duxit eas per extremitatem deſerti, donec veniret ad Montem Dei, ad Hurib.

2 *Manifeſtauitque ſe ei Angelus Dei in flamma ignis de medio rubi: vidit enim rubum accenſum igne, & ipſum non comburi.*

3 *Dixitque Muſa: Declinabo, & videbo hoc ſpectaculum admirabile, quare rubus non comburatur.*

4 *Cognouit autem Deus eum iam declinaſſe vt videret illud, vocauitque eum Deus de cœlo, & dixit: ô Muſa. Ait: Quid placet tibi?*

5 *Dixit, Ne accedas huc, & exue caligis tuis pedem tuum. Nam locus ſuper quo ſtas, ſanctus eſt.*

6 *Tum dixit: Ego ſum Deus patris tui Abraham, & Jshac, & Iacob. Velauitq; Muſa faciem ſuam, cùm timuiſſet reſpicere ad Angelum Dei.*

20 قال لهن واين هو * لم تركتن الرجل * ادعينه لياكل
طعاما * 21 فلما امعن موسي في المقام عند الرجل زوجه
صفورا ابنته * 22 فولدت ابنا وسماه جرسوم * لانه قال صرت
غريبا في ارض غريبة * 23 وولدت غلاما ثانيا فسماه العازر *
وقال لان الله اعانني وخلصني من يد فرعون * وكان ايضا في تلك
الايام الطويلة ان ملك مصر مات * فتنهد بنو اسرايل من
خدمتهم وصرخوا * وصعد نعوتهم الي الله من الخدمة *
24 فسمع الله وذكر عهده الذي مع ابراهيم واسحق ويعقوب *
25 ونظر الله لبني اسرايل ورحمهم *

* الفصل الثالث *

1 وكان موسي يرعي غنم يثرو حميه امام مدين * فساقها في
طرف البرية حتي جا الي جبل الله الي حوريب *
2 فتجلي له ملاك الله بضرم نار من وسط العليقة * فراي العليقة
مشتعلة بالنار وهي لا تحترق *
3 فقال موسي اميل وانظر هذا المنظر العجيب ما بال العليق
لا يحترق * 4 فعلم الله انه قد مال لينظر * فناداه الله من
السماء وقال يا موسي * قال لبيك *
5 قال لا تتقدم الي هاهنا * وانزع نعلك من رجلك * فان الموضع
الذي انت واقف عليه مقدس *
6 ثم قال انا اله ابيك ابراهيم واسحق ويعقوب * فستر موسي
وجهه اذ خاف ان ينظر الي ملاك الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Dixitque filiabus ſuis, at vbi eſt, quare hoc? dereliquiſtis hominem: vocate eum, & comedat panem.

21 Placuit autem Moſi habitare cum homine iſto, qui dedit Sephoram filiam ſuam Moſi in vxorem.

22 Et peperit filium, cuius nomen vocauit Gerſom, quia inquit incola fui in terra aliena.

23 Acciditque poſt multos hos dies, vt moreretur rex Ægypti: & ingemuerunt filii Iſrael præ ſeruitute, clamaueruntque, & aſcendit clamor eorum ad Deum de ſeruitute. 24 Et exaudiuit Deus gemitum eorum, recordatúſque eſt Deus fœderis ſui cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo. 25 Vidit quoque Deus filios Iſrael, & cognouit Deus.

CAPVT III.

CVm autem Moſes paſceret pecudes Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian, duxit pecudes in deſertum, venitque ad montem domini in Horeb. 2 Et apparuit ei Angelus domini in flamma ignis de medio rubi: Et vidit, & ecce Rubus ardebat in igne, rubuſque non conſumebatur. 3 Tum dixit Moſes, diuertam nunc, & videbo viſionem magnam hanc, propter quid non exuritur rubus.

4 Videnſque Deus quod diuerterat ad videndum, vocauit eum Deus de medio rubi: Et dixit, Moſes, Moſes; qui reſpondit, adſum. 5 Tum dixit, ne accedas huc, ſolue calceamentum tuum de pede tuo, quia locus ſuper quem ſtas, terra ſancta eſt.

6 Dixit quoque, Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: Moſes autem abſcondit faciem ſuam; metuebat enim aſpicere in Deum.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

7 Dixit etiam Dominus, Videns vidi ſeruitutem populi mei qui eſt in Ægypto, & clamorem eorum audiui à conſpectu opprimentium eos: noui enim dolorem eorum. 8 Et deſcendi ad liberandum eum de manu Ægyptiorum, & ad educendum illum è terra illa ad terram ſpatioſam & optimam, ad terram fluentem lacte & melle, ad terram Chananæorum, & Hethæorum, & Amoræorum, & Pherezæorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum. 9 Et nunc ecce clamor filiorum Iſrael ingreſſus eſt ad me, & vidi quoque oppreſſionem qua Ægyptii opprimunt eos. 10 Modò veni, mittam te ad Pharaonem, & educito populum meum filios Iſrael ex Ægypto. 11 Dixit Moſes ad Deum, Quis ego ſum vt adeam Pharaonem, & educam familiam Iſraelis ex Ægypto? 12 Reſpondit ei, Ego ero tecum: & hoc eſto ſignum quòd ego miſerim te; Cùm eduxeris populum ex Ægypto, coletis Deum ſuper montem iſtum. 13 Dixit Moſes ad Deum, En ego abibo ad filios Iſrael, & dicam eis, Dominus Deus patrum veſtrorum miſit me ſuper vos. dicentque mihi, Quod eſt nomen eius? quid dicam eis?
14 Reſpondit Deus Moſi, Ehie-Aſcer-ehie (*ſum qui ſum.*) Tum dixit, Sic dices ad filios Iſrael, Ehie miſit me ſuper vos. 15 Dixitque rurſus Deus ad Moſen, Sic dices ad filios Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſahac, Deus Iacob miſit me ſuper vos. hoc eſt nomen meum in ſempiternū, & hæc eſt memoria mea in generationem generationum. 16 Vade, congrega ſenes filiorum Iſrael, & dices ad eos, Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Iſahac, & Iacob, dicens, Certè recordatus ſum veſtri & rerum quæ factæ ſunt vobis in Ægypto.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

7 *Deinde dixit: Iam reſpexi ad infirmitatem populi mei qui ſunt in Ægypto, & audiui clamorem eorum ob Præſides eorum, & cognoui dolores eorum.*

8 *Apparuique vt ſaluarem eos de manu Ægyptiorum, & extraherem eos è regione illa in regionem bonam, amplam: regionem manantem lacte & melle, ad locum Chananæorum, & Hetæorum, & Amoræorum, & Pherezæorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum.*

9 *Et nunc ecce clamor filiorum Iſrail, iam peruenit ad me, & vidi anguſtiam qua anxerunt eos Ægyptij.*

10 *Itaque veni vt mittam te ad Pharaonem, & educ populum meum filios Iſrail de regione Ægypti.*

11 *Dixit Muſa Deo: Quis ſum ego vt eam ad Pharaonem, & educ filios Iſrail de terra Ægypti?*

12 *Dixit: Ego ero tecum, & hoc ſignum tibi, quòd ego miſerim te. Et cùm eduxeris populum ex Ægypto, adorate Deum ſuper hunc montem.*

13 *Dixit Muſa Deo: Ecce ego vado ad filios Iſrail, dicamque eis: Deus patrum veſtrorum, miſit me ad vos. Quòd ſi dixerint mihi: Quodnam eſt nomen eius? Quid dicam illis?*

14 *Dixit ei: Æternus, qui non præterit:*

15 *Dixit: Ita dic filiis Iſrail; Deus, Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Iſhac, & Iacob miſit me ad vos. Hoc eſt nomen meum in ſæculum, & hæc memoria mea in generationem & generationes.*

16 *Vade, & congrega ſenes filiorum Iſrail, & dic eis: Deus, Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Iſhac, & Iacob, dicens: Iam recordatus eſt veſtri, & eius quod factum eſt vobis in Ægypto.*

7 ثم قال قد نظرت لضعف قومي الذين بمصر *وسمعت صراخهم
من قبل جلاوزتهم * وعلمت باوجاعهم *
8 فتجليت لاخلصهم من يد المصريين * واصعدهم من ذلك
البلد الى بلد جيد واسع *بلد يفيض اللبن والعسل *الى موضع
الكنعانيين والحيثيين والاموريين والفرزيين والحويين واليبوسيين *
9 والان هوذا صراخ بني اسرايل قد وصل الي *ورايت الضغط
الذي ضغطهم المصريون *
10 فالان تعال لابعثك الى فرعون واخرج قومي بني اسرايل
من بلد مصر *
11 قال موسى لله من انا حتى امضي الى فرعون واخرج بني
اسرايل من ارض مصر *
12 قال انا اكون معك * وهذه اية لك في انني بعثتك * واذا
اخرجت القوم من مصر فاعبدوا الله على هذا الجبل *
13 قال موسى لله ها انا ساير الى بني اسرايل * فاقول لهم اله
ابايكم بعثني اليكم * فان قالوا لي ما اسمه * ما اقول لهم *
14 قال له الازلي الذي لا يزول * 15 قال كذا قل لبني اسرايل *
الله اله ابايكم اله ابرهيم واسحق ويعقوب بعثني اليكم *
هذا اسمي الى الدهر * وهذا ذكري الى جيل واجيال *
16 امض فاجمع شيوخ بني اسرايل وقل لهم * الله اله ابايكم
تجلى لي * اله ابرهيم واسحق ويعقوب * قايلا قد ذكرتكم وما
صنع بكم بمصر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Et dixit Dominus, videndo vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto, & clamorem eius audiui à facie exactorum eius, quoniam cognoui dolorem eius.

8 Et deſcendi vt liberarem eum de manu Ægyptiorum, & educerem eum de terra iſta in terram bonam & latam, in terram fluentem lac & mel, in locum Chananæorum, Hethæorum, & Amorrhæorum, & Phereſæorum, & Gergeſæorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum. 9 Nunc autem ecce clamor filiorum Iſrael venit ad me, atque etiam vidi oppreſſionem qua Ægyptij opprimunt eos.

10 Nunc igitur veni, & mittam te ad Pharaonem, educéſque populum meum, filios Iſrael de Ægypto.

11 Reſponditque Moſes Deo, quis ego, vt eam ad Pharaonem, & vt educam filios Iſrael de Ægypto?

12 Et dixit, quia ero tecum, & hoc erit tibi ſignum, quod ego miſi te: Cum eduxeris populum de Ægypto, ſeruietis Deo ſuper montem iſtum. 13 Reſpondit verò Moſes Deo, ecce ego veniam ad filios Iſrael, dicamque eis, Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos; ſed dicentibus mihi, quod nomen eius, quid reſpondebo illis? 14 Dixitque Deus Moſi, Ego ſum, qui ſum: aitque, ſic loqueris filiis Iſrael; Qui eſt miſit me ad vos.

15 Et dixit iterum Deus Moſi, ſic loqueris filiis Iſrael: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob mi[illegible] me ad vos; hoc eſt nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem. 16 Vade, & congrega ſeniores filiorum Iſrael, & dicito illis: Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Iſaac, & Iacob, dicens, viſitando viſitaui vos, & quod factum eſt vobis in Ægypto.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

17 Et dixi, Educam vos è ſeruitute Ægyptio-
rum ad terram Chananæorum, & Hethæo-
rum,& Heuæorum,& Iebuſæorum,ad terram
fluentem lacte & melle. 18 Et audient vocem
tuam,& ingredieris tu & ſenes filiorum Iſrael
apud regem Ægypti,& dicetis ad eum, Domi-
nus Deus Hebræorum apparuit nobis: ibimus
ergo ſpatio trium dierum in deſertum,& ſacri-
ficabimus Domino Deo noſtro.
19 Et ego quidem ſcio non permiſſurum
vobis regem Ægypti vt abeatis, ne manu
quidem valida.
20 Ego verò extendam manus meas, & percu-
tiam Ægyptios omnibus miraculis quæ factu-
rus ſum inter eos: tum demum dimittet vos.
21 Et reddam populum hunc gratioſum in
oculis Ægyptiorum, vt cùm abieritis, non diſ-
cedatis vacui. 22 Sed poſtulabit mulier à vici-
na ſua,& ab hoſpita domus ſuæ vaſa auri & va-
ſa argenti, ac veſtes:& induite filios veſtros, &
filias veſtras, & excutite Ægyptios.

CAPVT IV.

1 Reſpondit verò Moſes & ait, Ecce non credent mihi, nec audient vocem
meam: dicent enim, Non apparuit tibi Domi-
nus. 2 Dixit ad eum Dominus, Quid eſt hoc
quod manu tua *geſtas?* Ait, Baculus.
3 Dixitque, Abiice eum in terram. & abie-
cit eum in terram, & factus eſt ſerpens, & fu-
git Moſes à conſpectu eius.
4 Et dixit Dominus ad Moſen, Extende ma-
num tuam,& apprehende caudam eius. Et ex-
tenſa manu ſua, tenuit eum:& factus eſt bacu-
lus in manu eius.
5 Vt credant tibi quòd apparuerit tibi Do-
minus Deus patrum eorum, Deus Abraham,
Deus Iſahac, Deus Iacob.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

17 *Dixi enim: Extraham vos ex tormento Ægyptiorum ad locum Chananæorum, & Hethæorum, & Amoræorum, & Pherezæorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum, ad regionem manantem lacte & melle.*
18 *Cúmque acceptauerint à te, ingredere tu & ſenes filiorum Iſrail ad regem Ægypti, & dicite illi: Dei, Dei Hebræorum venit ad nos præceptum: ibimus modò itinere trium dierum in deſertum, & ſacrificabimus Deo Domino noſtro.*
19 *Et ego noui, quòd rex Ægypti non ſinet vos abire, neque per manum vnam fortem:*
20 *Donec mittam plagam meam, & percutiam, Ægyptios omnibus miraculis meis, quæ faciam inter eos: & poſtea dimittet vos.*
21 *Et dabo populo gratiam apud Ægyptios; cúmque abibitis, ne abieritis vacui:*
22 *Sed mutuabitur mulier à cohabitante ſua & à vicina ſua vaſa argenti & auri, ac veſtes, quas ponetis ſuper filios veſtros & filias veſtras, & extirpabitis Ægyptios.*

CAPVT IV.

1 *Reſpondit autem Muſa, & dixit: Fortè non credent mihi, nec audient me: dicent, Non apparuit tibi Angelus Dei.*
2 *Dixit ei per commonitionem: Quid eſt in manu tua? Dixit, Baculus.*
3 *Ait, Proiice illum ſuper terram. proiecitque eum, & factus eſt ſerpens, fugitque Muſa à conſpectu eius.*
4 *Dixit Deus ad illum: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Cúmque extendiſſet manum ſuam, apprehendiſſetque illum, factus eſt baculus in manu eius.*
5 *Dixit: Vt credant quòd apparuerit Angelus Dei tibi, Dei patrum eorum Abraham, & Iſhac, & Iacob.*

17 فقلت اصعدكم من عذاب المصريين الى موضع الكنعانيين
والحتيين والاموريين والفرزيين والحويين واليبوسيين * الى بلد
تفيض اللبن والعسل * 18 فاذا قبلوا منك فادخل انت
وشيوخ بني اسرايل الى ملك مصر * وقولوا له الله اله العبرانيين
وافانا امره * فنسير الان مسير ثلثة ايام في البر ونذبح لله ربنا *
19 وانا اعلم ان ملك مصر لا يدعكم ان تمضوا ولا بيد
واحدة شديدة * 20 حتى ابعث بافتي فاضرب المصريين
بجميع الخوارق التي اصنعها فيما بينهم * وبعد ذلك يطلقكم *
21 واعطي القوم حظا عند المصريين * فاذا مضيتم فلا تمضوا
فراغا * 22 بل تستوهب المرة من مساكنتها وجارتها آنية
فضة وذهب وثيابا تصيرونها على بنيكم وبناتكم
وتستسفون المصريين *

* الفصل الرابع *

1 فاجاب موسي وقال * لعلهم لا يومنوني ولا يقبلون مني * يقولون
لم يتجل لك ملاك الله *
2 فقال له منبها ماذا بيدك * قال عصا *
3 قال اطرحها على الارض * فطرحها فصارت ثعبانا * فهرب
موسي من بين يديه *
4 قال الله له مد يدك وامسك بذنبه * فلما مد يده فامسكه *
صار عصا في يده * 5 قال لكي يومنوا ان قد تجلى ملاك الله
لك * اله آبايهم ابرهيم واسحق ويعقوب *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Dixit quoque, aſcendere vos faciam de afflictione Ægypti in terram Chananæorum, Hethæorum, &
Amorrhæorum, & Pherezeorum, & Gergeſæorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum, in terram fluentem lac &
mel. 18 Et audient vocem tuam: Ibiſque, tu, & ſeniores Iſrael ad regem Ægypti, & dicetis ei, Dominus
Deus Hebræorum inuocatur ſuper nos: Eamus, quæſumus, viam trium dierum in deſertum, vt ſacrificemus
Domino Deo noſtro. 19 Ego autem noui quod non permittet vobis rex Ægypti vt exeatis niſi cum manu
valida. 20 Ideo mittam manum meam, & percutiam Ægyptum in omnibus mirabilibus meis quæ faciam in
medio eius, & poſtea dimittet vos. 21 Dabo etiam gratiam populo huic in oculis Ægyptiorum, fietque
cum exibitis, vt non exeatis vacui. 22 Petet igitur vir à proximo ſuo, & mulier à proxima ſua, à vicina ſua,
& hoſpita domus ſuæ vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtes, quas ponetis ſuper filios veſtros, & ſuper filias ve-
ſtras, & ſpoliabitis Ægyptios.

CAPVT IIII.

1 Reſpondit autem Moſes, & dixit, At ecce non credent mihi, neque audient vocem meam: dicent enim,
non apparuit tibi Dominus. 2 Et dixit illi Dominus, quid hoc in manu tua? & reſpondit, virga.
3 Dixitque, proiice illam in terram, & proiecit illam in terram, factáque eſt in ſerpentem, & fugit Moſes à
facie eius. 4 Dixit quoque Dominus Moſi, mitte manum tuam, & apprehende caudam eius: & miſit
manum ſuam, & apprehendit eam: factuſque eſt in virgam in manu eius. 5 Vt credant quod apparuit tibi
Dominus Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.

[illegible]

6 Dixitque ad eum Dominus iterum, Immitte
manum tuam in ſinum tuum. Et immiſit ma-
num ſuam in ſinum ſuum: Et protulit eam, &
ecce manus eius leproſa erat veluti nix. 7 Et
dixit ad eum Dominus, reduc manum tuam in
ſinum tuum. Et reduxit manũ ſuam in ſinum
ſuum. 8 Et educẽs eam è ſinu ſuo, facta eſt ſimi-
lis carni eius. 9 Quòd ſi non crediderint, neque
audierint vocem ſigni prioris, credẽt voci ſigni
poſterioris. Quòd ſi nec his duobus ſignis cre-
dent, & niſi audiant vocem tuam, accipe ex
aquis fluuii, & effunde in aridam, & aquæ illæ
quas accipies, fient ſanguis in arida. 10 Dixit
Moſes ad Dominum, Rogo te Domine mi:
non ſum vir eloquens etiam ab heri, etiam à
nudiuſtertius, etiam à tempore quo locutus es
cum ſeruo tuo: nam balbus eſt ſermo meus, &
difficilis lingua ego ſum. 11 Dixit ad eum Do-
minus, Quis fecit os homini? aut quis fecit mu-
tum, aut ſurdum, aut apertos habentem ocu-
los, aut cæcum? nonne ego Dominus? 12 Igi-
tur vade, & ego ero cum ore tuo, & docebo te
quod loquaris. 13 Ait illi Moſes, Obſecro te
Domine mi, mitte per eum quem miſſurus es.
14 Et iratus eſt furor Domini contra Moſen,
dixitque ei, En Aharon frater tuus Leuita: no-
ui eum eſſe omnino eloquentem: en ipſe quo-
que egredietur in occurſum tuũ, & videbit te,
& lætabitur in corde ſuo. 15 Et loqueris ad eũ,
poneſque ſermones meos in os eius, & ego ero
cũ ore tuo, & cũ ore ipſius, & docebo vos quid
agatis. 16 Ipſe loquetur pro te cũ populo, ipſeq;
erit tibi interpres, & tu eris ipſi in Deum. 17 Ba-
culum quoque iſtũ ſume in manu tua, vt facias
per eum ſigna. 18 Itaque reuerſus eſt Moſes, &
abiit ad Iethron ſocerũ ſuum, & ait illi, Reuer-
tar, & abibo ad fratres meos qui ſunt in Ægy-
pto, & videbo an adhuc viui ſint. Dixit Ie-
thron ad Moſen, Vade in pace.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

6 *Et dixit ei quoque: Introduc manum tuam in manicam tuam: introduxitque eam. tum eduxit illam, & ecce fuit candida ſicut nix.*
7 *Dixit: Reduc manum tuam ad manicam tuam: reduxitque eam. tum eduxit illam, & reuerſa eſt vt reliquum corpus ipſius.*
8 *Dixit: Niſi crediderint tibi, neque receperint ſignum primum, credent ſigno ſecundo.*
9 *Quodſi non crediderint hiſce duobus ſignis, nec audierint te, accipe de aqua Nili, & effunde eam ſuper aridam; nam conuertetur, vt fiat ſanguis*
ſuper terram. 10 *Ait Muſa Domino ſuo: O Domine mi, non habeo pronuntiationem ab heri, & antea, neque à quo locutus es cum ſeruo tuo; ſum*
enim tardus ore & lingua ſimul. 11 *Dixit Deus ad illum: Quis creauit pronuntiationem homini? aut quis creat mutum, aut ſurdum, aut videntem, aut cæcum? nonne creator eorum ſum ego Deus?*
12 *Itaque vade; nam ego ero cum ſermone tuo, & oſtendam tibi quid loquaris.*
13 *Dixit: O Domine, mitte quem tu miſſurus es.*
14 *Et iratus eſt furor Domini in Muſam, & dixit: nonne eſt Haron frater tuus Leuita? ego noui quòd ipſe eloquens ſit. & ecce ipſe quoque exibit in occurſum tuum, & intuebitur te, & exultabit in ſemetipſo.*
15 *Loquere ad eum, & pone iſtum ſermonem in ore eius; ego enim ero cum ſermone tuo, & ſermone ipſius, & oſtendam vobis quid faciatis.*
16 *Et loquetur ipſe pro te ad populum, & erit tibi interpres, & tu eris illi dominus.*
17 *Et accipe hunc baculum in manu tua, quo facies prodigia.*
18 *Abiit ergo Muſa, & reuerſus eſt ad Ethro ſocerum ſuum, & dixit ei: Vadam, & reuertar ad fratres meos qui ſunt in Ægypto, & videbo an ſuperſtites ſint. Dixit ei: Vade in pace.*

6 وقال له ايضا ادخل يدك الي كمك * فادخلها ثم اخرجها فاذا
هي بيضاء كالثلج * 7 قال اردد يدك الي كمك * فردها ثم
اخرجها وقد عادت كساير بدنه * 8 قال فان لم يومنوا بك
ولم يقبلوا الاية الاولي فيومنون بالاية الثانية *
9 فان لم يومنوا بهاتين الايتين ولم يقبلوا منك * فخذ من ماء
النيل وصبه على اليبس * فانه ينقلب بان يصير دما علي الارض *
10 قال موسي لربه يا رب لست ذا نطق منذ امس وما قبل * ولا
منذ خاطبت عبدك * اني ثقيل الفم واللسان جميعا *
11 قال له الله من خلق نطقا للانسان * او من يخلق الاخرس
او الاصم او البصير او الاعمي * اليس خالقهم انا الله *
12 والان فامض فاني اكون مع قولك * وادلك علي ما تتكلم به *
13 قال يا رب ابعث من انت باعثه *
14 واشتد غضب الله على موسي * وقال اليس هارون اخوك
اللاوي * انا اعلم انه متكلم * وهوذا هو ايضا يخرج يتلقاك *
15 فينظر اليك ويسر في نفسه * فكلمه وصير هذا الكلام في
فيه * فاني اكون مع قولك وقوله * وادلكما على ما تصنعان *
16 فيكلم هولاء القوم ويكون لك ترجمانا *
17 وانت تكون له استاذا * وخذ هذه العصا بيدك تصنع
بها المعجزات * 18 فمضي موسي ورجع الي اثر حميه
وقال له امض فارجع الي اخوتي الذين بمصر وانظر هل هم باقون *
قال له امض بسلام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Et dixit adhuc ei Dominus, infer nunc manum tuam in ſinum tuum: & intulit manum ſuam in ſinum
ſuum, & eduxit eam de ſinu ſuo, & ecce manus eius leproſa erat ſicut nix. 7 Tum dixit, refer manum tuam
in ſinum tuum; poſtea eduxit eam de ſinu ſuo, & ecce reuerſa eſt ſicut caro eius.
8 Fiet igitur ſi non credant tibi, neque audiant vocem ſigni primi, vt credant voci ſigni poſterioris.
9 Quod ſi acciderit, vt non credant etiam his duobus ſignis, neque audiant vocem tuam, capies ex aqua fluminis, & effundes ſuper aridam, fietque aqua quam ceperis de fluuio in ſanguinem ſuper aridam.
10 Reſponditque Moſes Domino, obſecro Domine, non ſum ego vir ſermonum, neque ab heri, neque à nudiuſtertius, neque ex quo locutus es ſeruo tuo; nam grauis ore, & grauis lingua ego ſum.
11 Dixitque Dominus illi, quis poſuit os homini? aut quis poſuit mutum, aut ſurdum, aut videntem, aut
cæcum, nonne ego Dominus? 12 Nunc igitur vade, & ego ero cum ore tuo, & docebo te quod loquêris.
13 Reſponditque, obſecro Domine, mitte quæſo per manum illius quem miſſurus es. 14 Tum exarſit ira
Domini in Moſen, & dixit, nonne Aaronem fratrem tuum leuitam cognoui quod loquendo loquetur ipſe?
atque etiam ipſe egreditur obuiàm tibi, & videbit te gaudens in corde ſuo. 15 Loquêris autem ei, & pones verba iſta in ore eius; ero quoque cum ore tuo, & cum ore eius, & docebo vos quod erit vobis faciendum.
16 Ipſe igitur loquetur pro te ad populum, eritque ipſe tibi pro ore, túque eris illi in Deum. 17 Virgam etiam
iſtam accipies in manu tua per quam feciſti ſigna. 18 Poſtea abiit Moſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerum
ſuum, dixitque illi, eam quæſo, & reuertar ad fratres meos qui ſunt in Ægypto, vt videam an adhuc viuant:
Et reſpondit Iethro Moſi, vade in pace.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

19 Dixit etiam Dominus ad Moſen in Me-
dian, Reuertere, perge in Ægyptum, quoniam
mortui ſunt omnes viri qui quærebant ani-
mam tuam. 20 Duxit igitur Moſes vxorem
ſuam & filios ſuos, vexitque eos ſuper aſinum,
& reuerſus eſt vt abiret in Ægyptum: ſumpſit
quoque Moſes baculum Dei in manu ſua.
21 Et dixit Dominus ad Moſen, Cùm reuer-
ſus fueris ad abeundum in Ægyptum, vide,
omnia miracula quæ feci per manus tuas, fac ea
coram Pharaone; ego verò magnificabo cor
eius, & non dimittet populum. 22 Et dic Pha-
raoni, Sic dicit Dominus, filius meus primoge-
nitus meus, Iſrael eſt. 23 Dixi tibi vt dimitte-
res filium meum, vt ſeruiat mihi. Quòd ſi no-
lis dimittere filium meum, en ego occidam
filium tuum primogenitum tuum. 24 Cúm-
que eſſet Moſes in itinere in diuerſorio, occur-
rit ei Dominus, & voluit occidere Moſen.
25 Arripuit autem Sephora ſilicem, & circun-
cidit præputium filii ſui, tenuitque pedes eius,
& ait, Sponſus ſanguinis tu mihi es. 26 Et deſti-
tit ab eo. tũc dixit illa, Sponſus ſanguinis ad cir-
cunciſionem. 27 Et dixit Dominus ad Aharo-
nem, Vade in occurſum Moſis fratris tui in de-
ſertum. & abiens occurrit illi in monte Dei in
Horib, & oſculatus eſt eum. 28 Indicauitque
Moſes Aharoni cunctos ſermones Domini
qui miſerat eum, cunctaque prodigia quæ præ-
ceperat ei vt faceret. 29 Abierunt ergo Moſes
& Aharon, & congregauerunt omnes ſenes
filiorum Iſrael. 30 Et retulit Aharon omnes
ſermones quos dixerat Dominus Moſi, fecit-
que ſigna coram populo. 31 Et crediderunt
populus, & audierunt quòd recordatus eſſet
Dominus filiorum Iſrael, & quòd vidiſſet ſer-
uitutem eorum: & procidentes populus, ado-
rauerunt coram Domino.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

19 *Præterea dixit Deus ad Muſam in Me-*
dian: Vade, reuertere in Ægyptum; nam mortui
iam ſunt omnes homines quærẽtes animam tuam.
20 *Sumpſitque Muſa vxorem ſuam, & duos*
filios ſuos, & conſcendere eos fecit aſinos, & miſit
eos: ac reuerſus eſt in Ægyptum, & accepit bacu-
lũ quem præcepit ei Deus vt acciperet manu ſua.
21 *Tum dixit ei Deus ad diſceſſum ipſius vt reuer-*
teretur in Ægyptum: Vide, omnia portenta quæ
poſui in manu tua, fac ea coram Pharaone, & ego
indurabo cor eius, nec dimittet populum.
22 *Dic ei: Sic dixit Deus, (honoris gratia, & ex*
benignitate) filius meus primogenitus Iſrail.
23 *Dixi tibi: Dimitte filium meum; quòd ſi re-*
ſpueris dimittere eum, ecce ego occiſurus ſum
filium tuum primogenitum tuum.
24 *Cúmque eſſet in itinere in diuerſorio, irruit in*
filium eius Angelus Dei, voluitque occidere illum.
25 *Accepit autem Sephora ſilicem, & ſuccidit*
præputium filij ſui, & obtulit eum in conſpectu
eius, & dixit: Parum abfuit quin ſponſus in-
terficeretur. 26 *Retraxitque ſe ab eo tunc, &*
dixit illa: Factus eſt ſpõſus occidẽdus, circuncisus.
27 *Deinde dixit Deus Haroni: Vade in occurſum*
Muſæ in deſertum. Abiitque, & venit ad eum in
Montem Dei, & oſculatus eſt eum.
28 *Et notificauit ei Muſa omnem ſermonem*
Dei pro quo miſit eum, & omnia ſigna quæ præ-
cepit ei Deus vt ederet.
29 *Abieruntque Muſa & Haron, & college-*
runt omnes ſenes filiorum Iſrail.
30 *Et locutus eſt eis Haron omnem ſermonem,*
quem loquutus fuerat Deus ad Muſam, & fecit
prodigia in præſentia populi.
31 *Credíditque populus, cùm audiuiſſent Deum*
recordatum eſſe filiorum Iſrail, & vidiſſe infir-
mitatem eorum: & prociderunt, atque adoraue-
runt Deum.

19 ثم قال الله لموسي بمدين * امض فارجع الي مصر فانه قد
مات جميع القوم الطالبين نفسك *
20 فاخذ موسي زوجته وولديه واركبهم علي الحمير وبعث بهم
ورجع الي مصر * واخذ العصا التي امره الله باخذها بيده *
21 ثم قال له الله في مضيه ليرجع الي مصر * انظر جميع البراهين
التي صيرتها في يدك اصنعها بين يدي فرعون * وانا اشدد قلبه
ولا يطلق القوم *
22 فقل له كذا قال الله مشرفا علي سبيل المجاز * ابني بكري
اسرايل * 23 فقلت لك اطلق ابني * فان ابيت ان تطلقه فها
انا قاتل ابنك بكرك * 24 ولما كان في الطريق في المبيت فاجاه
ملاك الله فطلب قتله * 25 فاخذت صفورا صوانا
فقطعت قلفة ابنها وقدمته بين يديه * وقالت كاد العريس ان
يكون مقتولا * 26 فكف عنه حينيذ * وقالت صار العريس
المقتول مختونا * 27 ثم قال الله لهرون امض تلقا موسي في
البر * فمضي فوافاه في جبل الله فقبله *
28 واخبر موسي بجميع كلام الله الذي بعثه به وجميع
الايات التي امره الله باقامتها *
29 فمضي موسي وهرون فجمعا جميع شيوخ بني اسرايل *
30 وكلمهم هرون بجميع الكلام الذي كلم الله به موسي * وصنع
المعجزات بحضرة القوم * 31 فامن القوم اذ سمعوا ان الله قد
ذكر بني اسرايل ونظر ضعفهم * وخروا وسجدوا لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Et dixit Dominus Moſi in Madian: vade reuertere in Ægyptum, quoniam mortui ſunt omnes homines
qui quærebant animam tuam. 20 Et accepit Moſes vxorem ſuam, & liberos ſuos, & impoſuit eos ſuper
aſinum, rediitque in terram Ægypti; accepit etiam Moſes virgam Dei in manu ſua.
21 Dixitque Dominus Moſi, accingens te vt redeas in Ægyptum, vide omnia ſigna quæ poſui in manu tua, vt
facias illa in conſpectu Pharaonis: ego autem indurabo cor illius, & non dimittet populum.
22 Dices autem Pharaoni, ſic dicit Dominus: filius meus, primogenitus meus eſt Iſrael.
23 Dico autem tibi, dimitte filium meum vt ſeruiat mihi: Si recuſaueris dimittere eum, ecce ego interficio
filium tuum, primogenitum tuum. 24 Cúmque eſſet in itinere in diuerſorio occurrit ei Dominus quæ-
rens eum occidere. 25 Tum accepit Sephora petram, & abſcidit præputium filij ſui, attulitque ad pedes
eius, dicens, certè ſponſus ſanguinum tu mihi es. 26 Et receſſit ab ea: tunc dixit, ſponſus es ſanguinum, pro-
pter circuncisionem. 27 Et dixit Dominus Aaroni, vade obuiam Moſi in deſertum: & iuit, & occurrit
ei in monte Dei, atque oſculatus eſt eum.
28 Narrauitque Moſes Aaroni omnia verba Domini qui miſerat eum, & omnia ſigna quæ præceperat ei.
29 Iuerunt autem Moſes & Aaron, & congregauerunt omnes ſeniores filiorum Iſrael.
30 Et retulit Aaron omnia verba quæ locutus erat Dominus Moſi, fecit quoque ſigna in oculis populi.
31 Credíditque populus audiens quod viſitauerat dominus filios Iſrael, & quod viderat afflictionem
eorum, & proni adorauerunt.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

CAPVT V.

POſtea ingreſſi ſunt Moſes & Aharon, &
dixerunt Pharaoni, Sic dicit Dominus
Deus Iſrael, Dimitte populũ meum vt feſtum
diem mihi celebrent in deſerto. 2 Dixit Pha-
raon, Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius,
& dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael
non dimittam. 3 Et dixerunt, Dominus Deus
Hebræorum apparuit nobis : proficiſcemur
ſpatio trium dierum in deſertum, & ſacrifica-
bimus Domino Deo noſtro, ne fortè occurrat
nobis cum gladio aut mortalitate. 4 Ait illis
rex Ægypti, Cur ô Moſes & Aharon ceſſare
facitis populum ab opere ſuo? ite ad ſeruitutem
veſtram. 5 Dixit etiam ad eos Pharaon, En
plurimus eſt nunc populus terræ, & vos diſtra-
hitis eos ab opere ſuo. 6 Præcepitque Pharaon
in die illa præpoſitis populi & ſcribis eius, dixit-
que eis: 7 Ne detis amplius paleam populo ad
conficiendos lateres vt heri & vt nudiuſtertius:
ipſi eant & colligant ſibi paleam. 8 Numerum
verò laterũ quos faciebant, ſicut ab heri & nu-
diuſtertius preſcribetis eis, nec minuetis ex illis:
nam quia otioſi ſunt, idcirco clamitant ac di-
cũt, Eamus ſacrificaturi Deo noſtro. 9 Creſcat
opus ſuper viros, cogitentque in eo, & non co-
gitent in verbis vanis. 10 Egreſſi itaque præ-
poſiti populi & ſcribæ ipſius, dixerunt ad popu-
lum, Sic ait Pharaon, Non dabo vobis paleam.
11 Vos ite ſumite vobis paleam inde vbi repe-
reritis, & nihil minuetur ex opere veſtro. 12 Et
diſperſus eſt populus in omnem terram Ægyp-
ti, vt colligerent ſtipulas paleæ.
13 Præpoſiti autem vrgebant dicentes, Red-
dite opus veſtrum vt ſemper *ſolebatis* quan-
do dabatur vobis palea.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

C A P V T V.

ET poſt hoc ingreſſi ſunt Muſa & Haron, & dixerunt Pharaoni: Sic ait Deus, Deus Iſrail: Dimitte populum meum vt agat feſtum mihi in deſerto.
2 *Ait Pharaon : Quis eſt Deus vt auſcultem ei, & dimittam filios Iſrail? Neſcio Deum, nec dimittam filios Iſrail etiam.*
3 *Dixerunt ambo: Dei Hebræorum peruenit ad nos imperium: abibimus iter trium dierum in deſertum, & mactabimus Deo Domino noſtro, vt ne irruat in nos peſte aut gladio.*
4 *Ait illis rex Ægypti: Quare ô Muſa & Haron diſtrahitis populum ab operibus eorum? Ite baiulationem veſtram.*
5 *Deinde dixit: Num tanta eſt multitudo incolarum regionis, vt impediatis eos geſtatione eorum?*
6 *Præcepitque Pharaon in illo die præpoſitis populi, & exactoribus eorum, dicens:*
7 *Ne detis amplius populo paleam ad conficiendos lateres ſicut heri & antea: ipſi vadant, & colligant ſibi paleam.*
8 *Et tributa laterum quos faciebant heri & antea, imponite illis: & ne minuatis ea ipſis, quoniam ipſi otiantur, & ideò clamant, & dicunt: Ibimus, & immolabimus Domino noſtro.*
9 *Aggrauetur opus ſuper populum, & occupentur in illo, & ne occupentur in rebus inanibus.*
10 *Exierunt ergo præſides & exactores eorum, & dixerunt eis: Ita dixit Pharaon: Non dabo vobis paleam:*
11 *Vos ibitis, & accipietis vobis paleam inde, vbi inuenietis: & operabimini, abſq; eo quòd minuatur ex opere veſtro quicquam.*
12 *Diſperſus eſt itaq; populus per vniuerſam regionem Ægypti, vt colligerent feſtucas ad paleam.*
13 *Et præſides inſtabant dicentes: Explete opera veſtra, penſum ſingulorum dierum, non ſecus ac tempore quo dabatur palea.*

* الفصل الخامس *

1 وبعد ذلك دخل موسى وهرون وقالا لفرعون * كذا قال الله
اله اسرائيل * اطلق قومي يحجوا لي في البر * 2 قال فرعون من
الله حتى اقبل منه فاطلق بني اسرائيل * لا اعرف الله ولا اطلق
بني اسرائيل ايضا * 3 قالا اله العبرانيين وافانا امره * نمضي
مسير ثلثة ايام في البر ونذبح لله ربنا * كيلا يحتاجنا بوباء او بسيف *
4 قال لهما ملك مصر لم يا موسى وهرون تجذبان القوم عن
اعمالهم * امضوا الى ثقلكم * 5 ثم قال من كثرة اهل البلد
حتى تعطلاهم من ثقلهم * 6 وامر فرعون في ذلك اليوم جلاوزة
القوم وعرفاءهم قايلا * 7 لا تعاودوا ان تعطوا القوم تبنا
ليلبنوا اللبن مثل امس وما قبل * هم يمضون ويقشون لهم تبنا *
8 وضرايب اللبن التي كانوا يصنعونها امس وما قبله صيروها
عليهم * ولا تنقصوهم منها * لانهم مرفهون ولذلك هم يصرخون ويقولون
نمضي فنذبح لربنا * 9 يثقل العمل على القوم فيشتغلوا به
ولا يشتغلوا بامور باطلة *
10 فخرج جلاوزة القوم وعرفاؤهم وقالوا لهم * كذا قال فرعون *
لست اعطيكم تبنا *
11 انتم تمضون وتاخذون لكم تبنا من حيث تجدون * وتعملون
اذ ليس ينقص من عملكم شي * 12 فتبدد القوم في جميع
بلد مصر ليقشوا قشا للتبن * 13 والجلاوزة ملحون * قايلون
اكملوا اعمالكم امر يوم بيوم * كما كان وقت اعطاء التبن *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT V.

ET poſtea venerunt Moſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: ſic loquitur Dominus Deus Iſrael, dimitte populum meum vt feſtum agat mihi in deſerto.
2 Reſpondit autem Pharao, quis Dominus vt audiam vocem eius ad dimittendum Iſraelem? non noui Dominum, neque etiam Iſraelem dimittam.
3 Illi verò dixerunt, Deus Hebræorum inuocatur ſuper nos: eamus, quæſumus, in deſertum viam trium dierum, vt ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne occurrat nobis cum peſte aut cum gladio.
4 Reſponditque eis rex Ægypti, quare Moſes & Aaron auertitis populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra.
5 Dixitque Pharao: ecce nunc plures ſunt quam populus terræ, & ceſſare facitis eos ab oneribus ſuis.
6 Præcepit ergo Pharao die illo Exactoribus populi, & Præfectis eius, dicens.
7 Non dabitis amplius paleam populo ad conficiendos lateres, ſicut heri & nudiuſtertius; ipſi abeant, colligant ſibi paleam.
8 Summam autem laterum quam faciebant heri & nudiuſtertius imponetis ſuper eos: non diminuetis ex ea, quoniam otioſi ſunt iſti; ideo clamant dicentes, ibimus, ſacrificabimus deo noſtro.
9 Aggrauetur ſeruitus ſuper homines iſtos, attendantque ei, & non attendant verbis vanis.
10 Et egreſſi ſunt Exactores populi, & Præfecti eius, locutique ſunt populo, dicentes: ſic dicit Pharao, non dabo vobis amplius paleam.
11 Vos ite, accipite vobis paleam vbicunque inueneritis, nihil tamen minuetur de ſeruitute veſtra.
12 Et diſperſus eſt populus per vniuerſam terram Ægypti, vt colligeret ſtipulam pro palea.
13 Exactores quoque vrgebant populum, dicentes, perficite opera veſtra, penſum quotidianum, ſicut cum palea dabatur vobis.

[illegible]

14 Et puniti fuerunt ſcribæ filiorum Iſrael quos
præfecerant eis præpoſiti Pharaonis, dicentes,
Quare non reddidiſtis numerum veſtrum late-
ritium ſicut heri & nudiuſtertius, etiam
heri & hodie? 15 Et venientes ſcribæ filio-
rum Iſrael, vociferati ſunt coram Pharaone
dicentes, Cur ſic agitur cum ſeruis tuis?
16 Palea non datur ſeruis tuis, & *interim*
dicunt nobis, Lateres conficite, & ecce ſerui
tui vapulant, & peccas in populum tuum.
17 Ait illis Pharaon, Otio otiamini, propterea
dicitis, Eamus ſacrificemus Domino. 18 Nunc
ite, & operamini, & palea non dabitur vobis, &
numerum laterum reddetis. 19 Intuiti ſunt au-
tem ſcribæ filios Iſrael ægrè, & dixerunt eis,
Nil detrahetis ex lateribus veſtris, ſed vt ſingu-
lis diebus. 20 Et occurrerunt Moſi & Aha-
roni, ſtantes contra eos cùm egrederentur è
conſpectu Pharaonis. 21 Et dixerunt ad eos,
Videat Dominus ſuper vos, ac iudicet: quo-
niam malefeciſtis ſpiritui noſtro in oculis Pha-
raonis, & in oculis ſeruorum eius, tradẽtes nos
gladio in manibus eorum, vt nos interficiant.
22 Reuerſus eſt ergo Moſes ad Dominum, &
ait, Domine mi, cur malefeciſti populo huic,
& cur miſiſti me? 23 Nam ex qua hora veni ad
Pharaonem vt loquerer nomine tuo, malum
eſt illatum populo huic, & nullatenus liberaſti
populum tuum.

CAPVT VI.

Dixitque Dominus ad Moſen, Nunc vi-
debis quid facturus ſim Pharaoni: quo-
niam per manum validam dimittet eos, & per
brachium excelſum eiiciet eos de terra ſua.
2 Et loquutus eſt Dominus cum Moſe, &
dixit ad eum, Ego ſum Dominus,
3 Qui me manifeſtaui Abrahæ & Iſahac &
Iacobo in Deo omnipotente, at nomen Do-
mini non oſtendi eis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

14 *Flagellatique ſunt exactores filiorum Iſrail, quos præfecerant eis præpoſiti Pharaonis, & dixerunt eis: Cur non expleuiſtis tributa veſtra conficiendo lateres, ſicuti heri & antea, heri & hodie?*
15 *Venerunt autem exactores filiorum Iſrail, & implorarunt auxilium Pharaonis, dicentes: Quare ſic facis?*
16 *Fœnum non datur nobis, & dicunt nobis, Facite lateres. Ecce ſerui tui percutiuntur ob id in quo peccauit aduerſus eos populus tuus.*
17 *Dixit: Vos otiamini, & ideò dicitis: Ibimus, & immolabimus Domino noſtro.*
18 *Ite ergo, & laborate, & non dabitur vobis fœnum, & tributa veſtra ſoluetis.*
19 *Videntes igitur exactores filiorum Iſrail animas ſuas in malo eſſe, dixerunt: Ne minuatis lateres veſtros, ſtatutum ſingulorum dierum.*
20 *Et irruerunt in Muſam & Haronem ſtantes vt occurrerent illis exeuntibus è conſpectu Pharaonis & ſeruorum eius.*
21 *Dixeruntque ambobus: Videat Deus, & iudicet contra vos, quemadmodum corrupiſtis ſtatum noſtrum apud Pharaonem, & apud duces eius: ita vt, ſi eſſet gladius, in manibus eorum occiderent nos.*
22 *Reuerſuſque eſt Muſa ad Deum, & dixit: O Domine, quare afflixiſti hos homines? & quare miſiſti me?*
23 *Et à quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, malum intulit eis, & non liberaſti eos ab illo.*

CAPVT VI.

1 *Dixit Deus Muſæ: Nunc videbis quid faciam Pharaoni; nam dimittet eos cum manu potenti, & expellet eos de ſua regione cum manu forti.* 2 *Rurſus locutus eſt Deus cum Muſa, & ait illi: Ego ſum Deus,* 3 *Qui me nominaui Abrahamo, & Iſhac, & Iacobo Omnipotentem, ſufficientem: & nomen meum Deus.*

14 فضرب عرفاء بني اسرائيل الذين ولاهم عليهم جلاوزة فرعون *
وقالوا لهم ما بالكم لم تكملوا ضرايبكم بان تلبنوا مثل امس
وما قبله امس واليوم * 15 وجاء عرفاء بني اسرائيل واستغاثوا
الي فرعون * قايلين لم تصنع كذا * 16 التبن ليس يدفع الينا
ويقولون لنا اضربوا لبنا * وهوذا عبيدك مضروبون مما اخطاء عليهم
قومك * 17 قال انتم مترفهون ولذلك تقولون نمضي فنذبح لربنا *
18 والان فامضوا واعملوا * ولا يطلق لكم تبن * وضرايبكم
توفون * 19 فنظر عرفاء بني اسرائيل نفوسهم بشر * وقالوا لا
تنقصوا من لبنكم امر يوم بيوم *
20 ولقيوا موسي وهرون واقفين ليتلقياهم عند خروجهم من
عند فرعون وعند عبيده *
21 فقال لهما ينظر الله ويحكم عليكما كما افسدتما حالنا عند
فرعون وعند قواده * حتي لو ان سيفا في ايديهم ليقتلونا *
22 فرجع موسي الي الله وقال يا رب لم ابليت هولاء القوم *
ولماذا بعثتني * 23 ومن حين دخلت الي فرعون اساء اليهم *
ولم تخلصهم من ذلك *

* الفصل السادس *

1 قال الله لموسي الان تنظر ما اصنع لفرعون * انه سيطلقهم
بيد شديدة * ويطردهم من بلده بيد شديدة *
2 ثم كلم الله موسي وقال له انا الله * 3 الذي تسميت
لابرهيم واسحق ويعقوب بالقادر الكافي واسمي الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Et cæſi ſunt præfecti filiorum Iſrael quos poſuerant ſuper eos Exactores Pharaonis, dicentes, quare non perficitis quod ſtatutum eſt vobis de lateribus conficiendis, ſicut heri & nudiuſtertius, ita heri & hodie?
15 Ideo venerunt Præfecti filiorum Iſrael, & clamauerunt ad Pharaonem, dicentes, quare feciſti ſic ſeruis tuis?
16 Palea non datur ſeruis tuis, & lateres dicunt nobis facite: En ideo ſerui tui cæduntur, iniuriámque facis populo tuo.
17 At reſpondit, otioſi eſtis, otioſi eſtis; ideo dicitis, ibimus, & ſacrificabimus Domino.
18 Nunc autem ite, & ſeruite, neque palea dabitur vobis, ſummam tamen laterum dabitis.
19 Et viderunt Præfecti filiorum Iſrael ſeipſos in malo, hoc dicto, non diminuetur de lateribus veſtris per ſingulos dies.
20 Itaque occurrerunt Moſi & Aaroni conſtitutis obuiàm eis cum egrederentur à facie Pharaonis.
21 Dixeruntque eis, videat Dominus ſuper vos, & iudicet; quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum in oculis Pharaonis, & in oculis ſeruorum eius, vt daretis gladium in manu eius ad occidendum nos.
22 Reuerſuſque eſt Moſes ad Dominum, & ait, Domine, quare malefeciſti populo huic? & quare hoc quod miſiſti me?
23 Nam ex quo veni ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, malefecit populo huic, neque liberando liberaſti populum tuum.

CAPVT VI.

1 ET dixit Dominus Moſi, tu videbis quæ faciam Pharaoni: nam in manu forti dimittet eos, & in manu forti expellet eos de terra ſua.
2 Et locutus eſt Dominus Moſi, dixitque ei, ego Dominus.
3 Apparui autem Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo in Deo omnipotente, ſed nomen meum Adonai non indicaui eis.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

4 Statui etiam pactum meum cum ipſis vt da-
rem eis terram Chanaan , terram peregrina-
tionis eorum in qua hoſpites fuerunt. 5 Ego
quoque audiui gemitum filiorum Iſrael quos
Ægyptii ſeruitute premunt,& recordatus ſum
fœderis mei. 6 Propterea dic filiis Iſrael, Ego
ſum Dominus Deus veſter, & educam vos è
ſeruitute Ægyptiorum,& liberabo vos ab ope-
re eorum, & eruam vos manu potenti & bra-
chio excelſo & iudiciis maximis.
7 Et accipiam vos mihi populum, & ero vo-
bis Deus : & ſcietis quòd ego ſum Domi-
nus Deus veſter qui educam vos è ſeruitute
Ægyptiorum:
8 Et adducam vos ad terram, pro qua leuaui
manum meam vt darem eam Abrahæ , &
Iſahac, & Iacobo, daboque eam vobis hæredi-
tatem , ego Dominus.
9 Et loquutus eſt in hunc modum Moſes ad
filios Iſrael: at non audierunt Moſen præ an-
gore ſpiritus, & præ ſeruitute dura.
10 Et loquutus eſt Dominus ad Moſen di-
cens, 11. Vade dic Pharaoni regi Ægypti
vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.
12 Et dixit Moſes ad Dominum , En filii
Iſrael non audiunt me, quomodo audiet me
Pharaon, cùm balba ſit lingua mea?
13 Et loquutus eſt Dominus cum Moſe &
cum Aharon, & mandatum dedit eis ad filios
Iſrael & ad Pharaonem regem Ægypti, vt edu-
cerent filios Iſrael de terra Ægypti.
14 Et hi ſunt præcipui domus patrum eorum.
Filij Rubil primogeniti Iſrael , Henoch , &
Phalu, & Heſron, & Charmi. Hæ ſunt gene-
rationes Rubil.
15 Filij verò Simeon, Iamuael, & Iamin , &
Ahar, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Cha-
nanææ. Iſtæ ſunt generationes Simeon.

VERSIO SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

4 *Et firmaui quoque pactum meum cum illis, vt darem eis regionem Chanaan, habitationem illorum quam inhabitauerant.*
5 *Et iam etiam audiui filios Iſrail, eo quòd ſeruitute premant eos Ægyptij: & recordatus ſum pacti mei.* 6 *Propterea dicito filiis Iſrail: Ego Deus, certiſſimè educam vos de baiulatione Ægyptiorum, & liberabo vos à ſeruitute eorum, & ſoluam vos brachio extenſo & iudiciis magnis: & accipiam vos mihi populum, & ero vobis Deus.*
7 *Et ſcietis me eſſe Deum Dominum veſtrum educentem vos de baiulatione Ægyptiorum.*
8 *Et introducam vos in terram, de qua iuraui præcipiens, quòd daturus eſſem Abraham & Iſhac & Iacobo: daboque vobis eam in poſſeſſionem. Ego Deus perſoluam hoc.*
9 *Et locutus eſt Muſa ad filios Iſrail, & non auſcultarunt ei, propter anguſtiam ſpirituum ſuorum, & propter ſeruitutem ſuam aſperam.*
10 *Item locutus eſt Deus cum Muſa locutionem.*
11 *Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, vt dimittat filios Iſrail de regione ſua.*
12 *Dixit: O Domine mi, ecce filij Iſrail non auſcultant mihi, quomodo auſcultabit mihi Pharaon, & ego balbus ſum lingua?*
13 *Locutus eſt ergo Deus ad Muſam, & Haron, & præcepit eis de filiis Iſrail & Pharaone rege Ægypti, vt educerent filios Iſrail de terra Ægypti.*
14. *Et hi ſunt Principes domorum patrum ſuorum. filij Raubin primogeniti Iſrail, Chonuch, & Fallu, & Heſron, & Charmi. Hæ ſunt familiæ Raubin.*
15 *Et filii Simeon, Iemuail, & Iamin & Ohad, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananææ. Hæ ſunt familiæ Simeonis.*

4 وايضا ثبت عهدي معهم لاعطيهم بلد كنعان سكناهم
الذي سكنوه * 5 وايضا قد سمعت بني اسرايل مما
يستخدمهم المصريون * فذكرت عهدي *
6 لذلك قل لبني اسرايل * انا الله لاخرجكم من ثقل
المصريين واخلصكم من خدمتهم * وافككم بذراع ممدودة
وباحكام عظيمة * واتخذكم لي امة * واكون لكم الاها *
7 وتعلمون اني الله ربكم المخرج لكم من ثقل المصريين *
8 وادخلكم البلد الذي اقسمت بامري ان اعطيه ابرهيم
واسحق ويعقوب * فاعطيكم اياه حوزا * انا الله اوفي بذلك *
9 فكلم موسي بني اسرايل ولم يقبلوا منه * من ضيق ارواحهم
ومن خدمتهم الصعبة * 10 ثم كلم الله موسي تكليما *
11 ادخل فكلم فرعون ملك مصر في ان يطلق بني اسرايل
من بلده *
12 قال يا رب هوذا بنو اسرايل لم يقبلوا مني * فكيف يسمع مني
فرعون وانا الثغ اللسان *
13 فكلم الله موسي وهرون * واوصاهما بسبب بني اسرايل
وفرعون ملك مصر * ان يخرجا بني اسرايل من بلد مصر *
14 وهولاء روساء بيوت ابايهم * بنو راوبين بكر اسرايل حنوخ وفلو
وحصرون وحرمي * هولاء عشاير راوبين *
15 وبنو شمعون يموايل ويامين واوهد وياخين وصوحر وشاول
ابن الكنعانية * هولاء عشاير شمعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Pepigi etiam fœdus meum cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua peregrinati ſunt. 5 Audiui quoque ego gemitum filiorum Iſrael quos Ægyptij in ſeruitutem redigunt, & recordatus ſum fœderis mei. 6 Ideo dic filiis Iſrael: ego Dominus, & educam vos de oneribus Ægyptiorum, eruamque vos de ſeruitute eorum, & redimam vos in brachio extenſo, & in iudiciis magnis.
7 Accipiam quoque vos in populum, & ero vobis in Deum, & cognoſcetis quod ego ſum Dominus Deus veſter, educens vos de oneribus Ægyptiorum. 8 Et introducam vos in terram de qua leuaui manum meam, vt darem eam Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo; tradamque illam vobis in hæreditatem, ego Dominus.
9 Sic autem locutus eſt Moſes filiis Iſrael, ſed non audierunt Moſen propter anguſtiam ſpiritus, duramque ſeruitutem. Dixeruntque Moſi, deſiſte nunc à nobis, vt ſeruiamus Ægyptiis: nam melius nobis eſt ſeruire Ægyptiis, quam mori in deſerto. 10 Et locutus eſt Moſi Dominus dicens, 11 Vade, loquere Pharaoni regi Ægypti, vt emittat filios Iſrael de terra ſua. 12 Locutuſque eſt Moſes coram Domino, dicens: Ecce filij Iſrael non audierunt me, & quomodo audiet me Pharao? Ego etiam incircumciſus ſum labiis. 13 Locutuſque eſt Dominus Moſi & Aaroni, & dedit illis mandatum ad filios Iſrael, & ad Pharaonem regem Ægypti vt emitteret filios Iſrael de terra Ægypti. 14 Hi autem ſunt principes domus patrum ſuorum, filij Ruben primogeniti Iſrael, Henoch & Phallo, Heſron & Charmi: iſtæ ſunt familiæ Ruben.
15 Filij autem Simeonis, Iemnel, & Iamin, & Ahod, & Iakin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis: iſtæ ſunt familiæ Simeonis.

16 Et hæc ſunt nomina filiorum Leui in gene-
rationes ſuas, Gerſon, & Cahath, & Merari.
Anni verò quos vixit Leui, centum triginta &
ſeptem anni. 17 Filij Gerſon, Lebni, & Semei
in generationes eorum. 18 Filij Cahath, Am-
ram, & Ieshar, & Hebron, & Vziel. Anni au-
tem quos vixit Cahath, centum triginta tres
anni. 19 Filii Merari, Mahli, & Muſi. Hæ ſunt
generationes Leuitarum iuxta familias ſuas.
20 Accepit autem Amram vxorem Iochabar
filiam patrui ſui quæ peperit ei Aharonem,
& Moſen, & Mariam. & anni quos vixit
Amram, centum ac triginta ſeptem anni.
21 Filij Ieshar, Corah, & Nepheg, & Zechri.
22 Filii Vziel, Menſael, & Eliſaphan, &
Sethri. 23 Duxitque Aharon Eliſebaa filiam
Aminadab ſororem Nahſon, vxorem: pe-
peritque ei Nadab, & Abihu, & Eliazar, &
Ithamar. 24 Filij Corah, Aſir, & Helcana,
& Achenſaph. Hæ ſunt generationes Corah.
25 Eliazar autem filius Aharonis duxit ſibi
vxorem de filiabus Phantiel, quæ peperit ei
Phinhes. Hi ſunt præcipui familiarum Leui-
tarum iuxta generationes ſuas.
26 Iſte eſt Moſes & Aharon quibus dixit
Dominus, Educite filios Iſrael de terra Ægy-
pti, omnes exercitus eorum.
27 Ipſi dixerunt Pharaoni regi Ægypti, vt
educerent filios Iſrael è terra Ægypti: *is eſt*
Moſes & Aharon.
28 Factumque eſt in die quo loquutus eſt
Dominus cum Moſe in terra Ægypti,
29 Locutus eſt Dominus cum Moſe, & dixit
ad eum, Ego ſum Dominus, dic Pharaoni regi
Ægypti quæcunque dico tibi.
30 Dixitque Moſes ad Dominum, Mea lin-
gua balba eſt, quomodo audiet me Pha-
raon.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

16 *Et hæc ſunt nomina filiorum Liui ſecundùm*
natiuitates eorum, Girſun, & Cahath, & Me-
rari: & anni vitæ Liui, centum & triginta ſeptem
anni. 17 *Et filij Girſun, Lebna, & Semei*
in familias ſuas.
18 *Et filij Cahath, Amram, & Ieſhar, & He-*
bron, & Oziail: & anni vitæ eius, centum &
triginta ſeptem anni.
19 *Et filij Merari, Mahali, & Muſi. Hæ ſunt*
familiæ Leuitarum ſecundùm natiuitates eorum.
20 *Et accepit Amram Iuchabadh materteram*
ſuam in vxorem ſibi, peperitque ei Haron, &
Muſam: & fuerunt anni vitæ eius, centum &
triginta ſeptem anni.
21 *Et filij Ieſhar, Curah, & Napheg, & Zachri.*
22 *Et filij Oziail, Miſail, & Elſafan, & Se-*
thri. 23 *Duxitque Haron vxorem Eliſebaa*
filiam Ammi-Nadab, ſororem Nahſun, peperit-
que ei Nadab, & Abihu, & Eleazar, & Itha-
mar. 24 *Et filij Curah, Aſir, & Elcana, &*
Abiaſaf. Hæ ſunt familiæ Curahitarum.
25 *Et Eleazar filius Haron duxit vxorem de*
filiabus Puthiail, peperitque ei Phinhas. Hi ſunt
principes patrum Leuitarum in familias ſuas.
26 *Ipſi ſunt Haron, & Muſa, quibus dixit*
Deus altiſſimus: Educite filios Iſrail de regione
Ægypti, iuxta turmas eorum.
27 *Ipſi ſunt qui colloquuti ſunt cum Pharao-*
ne rege Ægypti, vt educerent filios Iſrail de terra
Ægypti: Ipſi ſunt Muſa, & Haron.
28 *Et quum fuiſſet quædam dies, locutus eſt*
Deus cum Muſa,
29 *Et dixit Deus ad Muſam: Ego ſum Deus.*
loquere cum Pharaone rege Ægypti de omnibus,
quæ præcipiam tibi.
30 *Dixit Muſa in conſpectu Dei: Ecce ego bal-*
bus ſum ore, & quomodo audiet Pharaon
ex me?

16 وهذه اسماء بني لوي على مواليدهم * جرشون وقهات
ومراري * وسنو حياة لوي ماية وسبع وثلثون سنة *
17 وبنو جرشون لبني وشمعي لعشايرهما * 18 وبنو قهات
عمرام ويصهار وحبرون وعزاييل * وسنو حياته ماية وسبع وثلثون
سنة * 19 وبنو مراري محلي وموسي * هولاء عشاير اللاويين
على مواليدهم * 20 فاتخذ عمرام يوخابذ عمته زوجة له * فولدت
له هارون وموسي * وكانت سنو حياته ماية وسبعا وثلثين سنة *
21 وبنو يصهار قوراح ونافغ وزخري * 22 وبنو عزاييل
ميشاييل والصافان وستري * 23 فزوج هارون بالیشابع ابنة
عمي ناداب اخت نحشون * فولدت له ناداب وابيهو والعازار
وايثامار * 24 وبنو قورح اسير والقانا وابياساف * هذه عشاير
القرحيين * 25 والعازار بن هرون تزوج بامراة من بنات
فوطيايل * فولدت له فنحاس * هولاء روسا ابا اللاويين لعشايرهم
26 هما هارون وموسي اللذان قال لهما الله تعالى اخرجا بني
اسراييل من بلد مصر على جيوشهم *
27 هما المخاطبان فرعون ملك مصر ليخرجا بني اسراييل من
بلد مصر * هما موسي وهرون *
28 ولما كان يوم كلم الله موسي * 29 وقال الله لموسي انا
الله * كلم فرعون ملك مصر بجميع ما امرك به *
29 قال موسي بين يدي الله هوذا انا الثغ الفم * وكيف
يسمع فرعون مني *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Hæc etiam ſunt nomina filiorum Leui ſecundum generationes eorum, Gerſon, Kahat, & Merari: anni
verò vitæ Leui, centum & triginta ſeptem anni. 17 Filii quoque Gerſon, Lobni, & Semei ſecundum fami-
lias ſuas. 18 Et filij Kahat, Amram & Iſaar, Hebron & Oziel: anni autem vitæ Kahat fuerunt centum &
triginta tres anni. 19 Et filij Merari, Moholi, & Muſi: hæ ſunt familiæ Leuitarum ſecundum generationes ſuas.
20 Accepit autem Amram Iochabed patruelem ſuam ſibi in vxorem, quæ peperit ei Aaronem, & Moſen, &
Mariam ſororem eorum: anni autem vitæ Amram centum & triginta ſex anni. 21 Filij quoque Iſaar, Cho-
re, & Nepheg, & Zecri. 22 Et filij Oziel, Miſael, & Eliſaphan, & Sethri. 23 Accepit autem Aaron Eli-
ſabah filiam Aminadab ſororem Naaſſon ſibi in vxorem, & peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.
24 Filij verò Chore, Aſur, & Elcana, & Abiſaph: iſtæ ſunt familiæ Choræorum. 25 Eleazar autem filius
Aaron accepit ſibi de filiabus Phutiel in vxorem, quæ peperit ei Phinees: iſti ſunt principes patrum Leuitarum
ſecundum familias ſuas. 26 Iſte eſt Aaron & Moſes quibus dixit Deus, educite filios Iſrael de terra Ægy-
pti ſecundum turmas ſuas. 27 Ipſi loquebantur Pharaoni regi Ægypti ad educendum filios Iſrael de terra
Ægypti: iſte eſt Moſes & Aaron.
28 Factum eſt autem in die qua locutus eſt Dominus Moſi in terra Ægypti.
29 Et locutus eſt Dominus Moſi, dicens: ego ſum Dominus, loquere Pharaoni regi Ægypti quæcun-
que ego locutus ſum tibi. 30 Reſponditque Moſes coram Domino: ecce ego incircuncifus ſum labiis,
& quomodo audiet me Pharao?

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

CAPVT VII.

AIt autem Dominus ad Moſen, Vide quòd dederim te Deum Pharaoni, & Aharon frater tuus erit propheta tuus. 2 Tu dices quicquid ego præcipiā tibi, & Aharon frater tuus referet Pharaoni, vt filios Iſrael dimittat de terra ſua. 3 Ego verò indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo ſigna mea & miracula mea in terra Ægypti. 4 Attamen non audiet vos Pharaon, & dabo manum meam in terram Ægypti cum iudiciis magnis. 5 Et ſcient Ægyptii quòd ego ſum Dominus, cùm extulero manum meam ſuper Ægyptios, & eduxero filios Iſrael de medio eorum. 6 Fecerunt itaque Moſes & Aharon quemadmodum præcepit eis Dñs, ſic *inquam* fecerunt. 7 Moſes autem natus octoginta erat annos, & Aharon natus erat octoginta tres annos, quando alloquuti ſunt Pharaonem. 8 Et dixit Dominus ad Moſen & Aharon, 9 Si dixerit vobis Pharaon, Præbe mihi ſignum, dic Aharoni, Accipe baculum tuum, & proiice coram Pharaone, fietque draco. 10 Venerunt ergo Moſes & Aharon ad Pharaonem, & fecerunt ſic quemadmodum præcepit eis Dominus, proiecitque Aharon baculū ſuum coram Pharaone & coram ingenuis eius, & factus eſt draco.

11 Vocauit quoque Pharaon ſapientes & magos, feceruntque etiam ipſi magi Ægypti per incantationes ſuas eodem modo.

12 Et proiicientes quiſque baculum ſuum coram Pharaone, verſi ſunt in dracones: at deglutiuit baculus Aharonis baculos eorum.

13 Et induruit cor Pharaonis, nec dimiſit eos, quemadmodum dixerat Dominus.

14 Et ait Dominus Moſi, Induratum eſt cor Pharaonis, nec vult dimittere populum.

VERSIO SAMARITANA.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

CAPVT VII.

DIxit Deus ad Muſam: Vide, iam conſtitui
te dominum in negotio Pharaonis: & Ha-
ron frater tuus erit interpres tuus.
2 Tu loqueris ad Haron fratrem tuum omnia
quæ præcipiam tibi, & ipſe loquetur Pharaoni, vt
dimittat filios Iſrail de regione ſua.
3 Et ego difficile reddam cor Pharaonis, & multi-
plicabo miracula mea & prodigia mea in regione
Ægypti; & non auſcultabit vobis Pharaon, do-
nec immittam plagam meam in Ægyptios, &
educam exercitus meos, populum meum filios Iſrail
de regione Ægypti, cum iudiciis magnis.
5 Et ſcient Ægyptij me eſſe Deum, quum ex-
tendero potentiam meam aduerſus Ægyptios, &
eduxero filios Iſrail de medio eorum.
6 Fecerunt itaque Muſa & Haron ſicut præcepit
illis Deus. 7 Et erat Muſa filius octoginta an-
norum, & Haron filius octoginta trium anno-
rum, quando locuti ſunt cum Pharaone.
8 Deinde dixit Deus Muſæ & Haroni ſermo-
nem: 9 Quando alloquetur vos Pharaon,
& dicet: Date mihi prodigium, dicito ad Haron:
Accipe baculum tuum, & proijce illum ante Pha-
raonem, fietque draco.
10 Ingreſſi ſunt ergo Muſa & Haron ad
Pharaonem, & fecerunt ſic, quemadmodum
dixerat Deus excelſus. Et proiecit Haron bacu-
lum ſuum ante Pharaonem & duces eius, &
factus eſt draco. 11 Tum accerſiuit Pharaon ſa-
pientes & magos: & fecerunt ſic etiam magi
Ægypti per arcana ſua, 12 Proiecitque quilibet
vir baculum ſuum, & facti ſunt veluti dracones:
deglutiuitque baculus Haron baculos eorum.
13 Et induratũ eſt cor Pharaonis, & non auſcul-
tauit eis, vt dixerat eis Deus. 14 Rurſus dixit
Deus Muſæ: Iam ingrauatum eſt cor Pharaonis,
& renuit dimittere populum.

* الفصل السابع *

1 قال الله لموسي انظر قد جعلتك اسدادا في امر فرعون*
وهرون اخوك يكون ترجمانك * 2 انت تكلم هرون اخاك
بجميع ما امرك به * وهو يكلم فرعون ليطلق بني اسرايل من
بلده * 3 وانا اصعب قلب فرعون*واكثر اياتي وبراهيني
في بلد مصر * 4 ولا يقبل منكم فرعون حتي احل افتي
بالمصريين* واخرج جيوشي قومي بني اسرايل من بلد مصر
باحكام عظيمة* 5 ويعلم المصريون اني الله اذا مددت قدرتي
علي المصريين واخرجت بني اسرايل من بينهم *
6 فصنع موسي وهرون كما امرهما الله * 7 وكان موسي ابن
ثمانين سنة* وهرون ابن ثلث وثمانين سنة حين كلما فرعون *
8 ثم قال الله لموسي وهرون قولا *
9 اذ كلمكما فرعون وقال اعطياني برهانا * فقل لهرون خذ
عصاك واطرحها بين يدي فرعون تصير ثعبانا *
10 فدخل موسي وهرون الي فرعون وصنعا كذلك كما قال الله
تعالي* وطرح هرون عصاه بين يدي فرعون وقواده فصارت
ثعبانا* 11 ثم دعا فرعون بالحكماء والسحرة*فصنع كذاك ايضا
سحرة مصر بخفيهم * 12 فطرح كل رجل عصاه فصارت
كثعابين * فابتلعت عصا هرون عصيهم * 13 فاشتد قلب
فرعون ولم يقبل منهما كما قال الله * 14 ثم قال الله لموسي قد
ثقل قلب فرعون وابي ان يطلق القوم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT VII.

ET dixit Dominus Moſi: vide, dedi te Deum Pharaoni; Aaron autem frater tuus erit Propheta tuus.
2 Tu dices quæcunque præcipio tibi, ſed Aaron frater tuus loquetur Pharaoni, vt emittat filios Iſrael
de terra ſua. 3 Ego autem indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo ſigna mea, & prodigia mea in terra
Ægypti. 4 Verùm non audiet vos Pharao, vt dem manum meam in Aegyptum.
4 Et educam exercitus meos, populum meum, filios Iſrael de terra Aegypti in iudiciis magnis.
5 Et cognoſcant omnes Aegyptij quod ego ſum Dominus, cum extendam manum meam contra
Aegyptum, & exire faciam populum meum, filios Iſrael, de medio eorum. 6 Fecitque Moſes & Aaron
ſicut præcepit Dominus illis, ſic fecerunt. 7 Moſes autem natus erat annos octoginta, Aaron verò octo-
ginta tres cum locuti ſunt Pharaoni. 8 Locutus eſt autem Dominus Moſi & Aaroni, dicens,
9 Cum loquetur vobis Pharao, dicens, date vobis ſignum aut portentum: tum dices Aaroni, ſume vir-
gam tuam, & proiice coram Pharaone, & erit draco. 10 Et ingreſſi ſunt Moſes & Aaron in conſpectum Pha-
raonis, & fecerunt ita vt præceperat Dñs. Proiecit enim Aaron virgam ſuam coram Pharaone, & coram ſeruis
eius, & facta eſt in draconem. 11 Et vocauit etiam Pharao ſapientes, & præſtigiatores; feceruntque etiam ipſi
Magi incantationibus ſuis ſimiliter. 12 Nam proiecit vnuſquiſque virgam ſuam, & factæ ſunt in dracones, ſed
abſorpſit virga Aaronis virgas eorum. 13 Et corroboratum eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut dixerat
Dominus. 14 Locutuſque eſt Dominus Moſi, aggrauatum eſt cor Pharaonis, renuit dimittere populum.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

15 Vade ad Pharaonem manè, ecce egredietur
ad aquas: ſta ex aduerſo illius ſuper ripam flu-
minis, & baculum qui verſus eſt in ſerpentem,
accipe in manu tua. 16 Et dicito ei, Dominus
Deus Hebræorum miſit me ad te dicens, Di-
mitte populum meum vt colat me in deſerto,
& tamen ecce hactenus non audis. 17 Sic dicit
Dñs, Per hoc ſcies quòd ego ſum Dominus:
en percutiam baculo qui eſt in manu mea ſu-
per aquas quæ ſunt in flumine, & conuerten-
tur, fientque ſanguis: 18 Et piſces qui ſunt
in flumine, morientur, & fœtebit flumen, &
agitabuntur Ægyptij vt bibant aquas de flu-
mine. 19 Dixitque Dominus ad Moſen, Dic
Aharoni, Sume baculum tuum, & eleua ma-
num tuam ſuper aquas Ægyptiorum, ſuper flu-
mina eorum, & ſuper lacus eorum, & ſuper ſta-
gna eorum, & ſuper receptacula aquarum
eorum, & vertentur in ſanguinem, fietque
ſanguis in tota terra Ægypti, & in lignis, & in
lapidibus. 20 Et fecerunt ſic Moſes & Aha-
ron, quemadmodum præcepit eis Dominus.
Eleuans enim Aharon baculum quem manu
ſua geſtabat, percuſſit aquas quæ erant in flu-
mine, in conſpectu Pharaonis & in conſpectu
ſeruorum eius, factæque ſunt aquæ omnes quæ
in flumine, ſanguis. 21 Et piſces qui erant in
flumine, mortui ſunt, & computruit flumen,
nec potuerunt Ægyptij bibere aquas de flumi-
ne: fuitque ſanguis per totam terram Ægy-
pti. 22 Et fecerunt eodem modo venefici Ægy-
pti veneficiis ſuis. & induratum eſt cor Pharao-
nis, nec audiuit eos, prout dixerat Dñs. 23 Et
reuerſus Pharaon, ingreſſus eſt domũ ſuam, &
ad hoc non adiecit animũ ſuum. 24 Foderunt
autem omnes Aegyptii circa fluuium aquas ad
bibendum: non enim poterant bibere aquas
fluminis. 25 Et completi ſunt ſeptem dies
poſtquam percuſſit Dominus flumen.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

15 *Vade ad Pharaonem cras: Ecce ipſe exiturus*
eſt ad aquam. Sta coram eo ad litus Nili: & ba-
culum, qui conuerſus eſt in ſerpentem, ſume manu
tua. 16 *Et dicito ei: Deus, Deus Hebræorum mi-*
ſit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt
adorent me in deſerto, & ecce tu non audiſti hucuſ-
que. 17 *Sic dixit Deus: Hoc modo ſcies quòd ego*
ſim Deus. Ecce ego percuſſurus ſum baculo quem
habeo in manu mea, aquam quæ eſt in Nilo, &
conuertetur in ſanguinem; 18 *Et piſces qui ſunt*
in Nilo, morientur, & fœtebit Nilus, & nequi-
bunt Ægyptij bibere aquam de Nilo.
19 *Rurſus dixit Deus Muſæ, Dicito ad Haron:*
Accipe baculum tuum, & extende manum tuam
aduerſus aquas Ægyptiorum, & flumina eorum,
& riuos eorum, & ſtagna eorum, & vniuer-
ſam congregationem aquarum eorum, & fient
ſanguis, & erit ſanguis in vniuerſa Regione Ægy-
pti, & in lignis, & in lapidibus.
10 *Egitque ſic Muſa & Haron, vti dixerat*
Deus: & eleuauit baculum, & percuſſit aquam
quæ eſt in Nilo in præſentia Pharaonis & omnium
ducum eius, & conuerſa eſt tota aqua quæ erat
in Nilo, in ſanguinem. 21 *Et piſces qui erant in*
Nilo, mortui ſunt, & fœtuit Nilus, & nequierunt
Ægyptij bibere aquam de Nilo, & factus eſt ſan-
guis in vniuerſa regione Ægypti. 22 *Fecerunt-*
que ſic magi per arcana ſua; & induratum eſt
cor Pharaonis, & non auſculcauit eis, vti dixerat
Deus. 23 *Deinde auertit ſe, & ingreſſus eſt do-*
mum ſuam, & non conuertit animum ſuum ad
hæc etiam. 24 *Et foderunt omnes Ægyptij cir-*
ca Nilum puteos, vt biberent ex eis aquam, cùm
non poſſent bibere ex aqua Nili. 25 *Et cùm com-*
pleti eſſent ſeptem dies poſtquàm percuſſerat Deus
Nilum eo modo,

15 امض الي فرعون بالغداة * هوذا هو خارج الي الماء * فقف
تلقاءه علي شاطي النيل * والعصا التي انقلبت حية خذها بيدك *
16 وقل له الله اله العبرانيين بعثني اليك قائلا * اطلق قومي
يعبدوني في البر * وهوذا انت لم تقبل الي الان *
17 كذا قال الله بهذه الخلة تعلم انني الله * ها انا ضارب بالعصا
التي بيدي الماء الذي في النيل فينقلب دما *
18 والسمك الذي في النيل يموت * فينتن النيل ويعجز المصريون
عن ان يشربوا ماء من النيل *
19 ثم قال الله لموسي قل لهرون * خذ عصاك ومد يدك علي مياه
المصريين وانهارهم وخلجانهم واجامهم وساير مجمع مياههم فتصير
دما * ويكون دم في جميع بلد مصر وفي الخشب وفي الحجارة *
10 فصنع كذلك موسي وهرون كما قال الله * ورفع العصا وضرب
الماء الذي في النيل * بحضرة فرعون وجميع قواده * فانقلب
جميع الماء الذي في النيل دما * 21 والسمك الذي في النيل
مات * وانتن النيل * فعجز المصريون عن ان يشربوا ماء من النيل *
وصار الدم في جميع بلد مصر * 22 فصنع كذلك السحرة
بخفيهم * فاشتد قلب فرعون ولم يقبل منهما كما قال الله * 23 ثم
ولي ودخل منزله ولم يرد باله الي هذه ايضا * 24 وحفر جميع
المصريين حوالي النيل ابارا ليشربوا منها ماء اذ لم يطيقوا ان يشربوا
من ماء النيل * 25 ولما كملت سبعة ايام بعد ما ضرب الله النيل بذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Vade ad Pharaonem manè, ecce ipſe egreditur ad aquas, & ſiſtes te obuiũ ei ad ripam fluminis; virgam etiã
quæ mutata eſt in ſerpentem, accipies in manu tua. 16 Dices autem ei: Dominus Deus Hebræorum miſit me ad
te, dicens: dimitte populum meũ, vt ſeruiat mihi in deſerto, & ecce non obediuiſti huc vſque. 17 Sic dicit Do-
minus: in hoc cognoſces quod ego ſum Dominus; ecce ego percutio cum virga quæ eſt in manu mea aquas
quæ ſunt in fluuio, & mutabuntur in ſanguinem. 18 Piſceſque qui ſunt in fluuio morientur, fœtebitq; fluuius,
& affligentur Ægyptij bibentes aquas fluminis. Iueruntque Moſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei,
Dominus Deus Hebræorum miſit nos ad te, dicens: dimitte populum meum vt ſeruiat mihi in deſerto; & ec-
ce non obediuiſti huc vſque. Sic dicit Dominus in hoc cognoſces quod ego ſum Dominus: Ecce ego percutio
cum virga quæ eſt in manu mea aquas quæ ſunt in flumine & mutabuntur in ſanguinem, piſceſque qui ſunt in
flumine, morientur, fœtebitque fluuius, & affligentur Ægyptii bibentes aquas fluminis. 19 Locutuſque eſt
Dñs Moſi: dic Aaroni, accipe virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægyptiorum, ſuper fluuios
eorum, & ſuper riuos eorum, & ſuper paludes eorum, & ſuper omnem colluuiem aquarum eorum, & fient ſan-
guis, & fuit ſanguis in omni terra Ægypti, & in lignis & in lapidibus. 20 Et fecerunt ita Moſes & Aaron ſicut
præceperat Dominus: Et eleuauit virgam ſuam & percuſſit aquas, quæ erant in flumine in oculis Pharaonis, &
in oculis ſeruorum eius, & mutatæ ſunt omnes aquæ fluminis in ſanguinem. 21 Piſces etiam qui erant in flu-
mine mortui ſunt, & fœtuit fluuius, ita vt non poſſent Ægyptij bibere aquas è fluuio; erat enim ſanguis in om-
ni terra Ægypti. 22 Sic etiam fecerunt Magi Ægyptiorum incantationibus ſuis, & obfirmatum eſt cor Pha-
raonis, & non audiuit Dñm ſicut locutus fuerat Dñs. 23 Et receſſit Pharao, atque intrauit domum ſuam, ſed
non appoſuit cor ſuum etiam ad hoc. 24 Et foderunt omnes Ægyptij circa fluuium aquas potabiles, quoniam
non poterant bibere de aquis fluminis. 25 Completique ſunt ſeptem dies poſtquam fluuium percuſſit Dñs.

[illegible]

CAPVT VIII.

DIxit etiam Dn̄s ad Moſen, Vade ad Pha-
raonem, & dic ad eū, Sic dicit Dominus
Deus, Dimitte populum meum, colet que me.
2 Quòd ſi nolis dimittere, en ego percutiā om-
nem terminū tuum ranis: 3 Et producet fluuius
ranas, quæ aſcendent, & ingredientur domum
tuam, & cubiculū tuum, & cōclaue cubilis tui,
& grabatos tuos, & domū ſeruorum tuorū, &
populū tuum, & penetralia tua, & maſſas tuas:
4 Et in te atque in vniuerſum populum tuum
aſcendent ranæ. 5 Et dixit Dominus ad Mo-
ſen, Dic Aharoni fratri tuo, Attolle manum
tuam cum baculo tuo ſuper flumina, & ſuper
aquæ receptacula, & ſuper ſtagna, & aſcendere
fac ranas ſuper terram Ægypti. 6 Extulit ergo
Aharon manum ſuā ſuper aquas Ægyptiorum,
& aſcenderūt ranæ, & operuerunt terrā Ægy-
pti. 7 Et fecerunt ita quoque magi incantatio-
nibus ſuis, & aſcendere fecerūt ranas ſuper ter-
ram Ægypti. 8 Et vocans Pharaon Moſen &
Aharonē, dixit eis, Orate corā Dn̄o vt amoueat
ranas à me & à populo meo, dimittāque popu-
lum, & ſacrificabunt corā Dn̄o. 9 Dixit Moſes
ad Pharaonē, Pete tibi tēpus quando orem pro
te, & pro ſeruis tuis, & populo tuo, amoueatq;
ranas à te, & à domo tua. 10 Ait illi, Cras. Dixit
ad eū, Iuxta verbū tuum *fiet*, vt cognoſcas quòd
non eſt ſicut Dn̄s Deus noſter. 11 Et recedent
ranæ à te, & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à po-
pulo tuo: duntaxat quæ in flumine ſunt, mane-
būt. 12 Et exierūt Moſes & Aharon à conſpe-
ctu Pharaonis: & orauit Moſes corā Domino
propter ranas quas induxerat ſuper Pharaonē.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT VIII.

Dixit Deus ad Muſam: Ingredere ad Pharaonem, & dic ei: Sic dixit Deus: Dimitte
populum meum vt adoret me;
2 *Nam ſi renueris dimittere eos, ecce ego percuſ-*
ſurus ſum fines tuos ranis; 3 *Et exundabit è Nilo*
ranæ, & aſcendent, & ingredientur domum
tuam, & thalamos cubilium tuorum, & ſuper le-
ctum tuum, & domum ducum tuorum, & totius
populi tui, & in furnos tuos, & in vaſa piſtoria
tua: 4 *Et in domos ducum tuorum, & vni-*
uerſi populi tui aſcendent ranæ.
5 *Rurſus dixit ad Muſam: Dic ad Haron: Ex-*
tende manum tuam cum baculo tuo, aduerſus flu-
mina, & amnes, & ciſternas, & educ ranas ſu-
per regionem Ægypti.
6 *Extenditque Haron manum ſuam aduerſus*
aquas Ægypti.
7 *Et fecerunt ſic Doctores per arcana ſua, &*
eduxerunt ranas ſuper Ægyptum.
8 *Accerſiuit autem Pharaon Muſam, & Ha-*
ron, & ait: Intercedite apud Deum, vt auferat
ranas à me, & à populo meo, vt dimittam popu-
lum ad immolandum Deo.
9 *Dixit ei Muſa: Elige ſuper me, quando*
vis vt intercedam pro te, & pro ducibus tuis, &
populo tuo, & auferantur ranæ à te & à domo tua,
& remaneant in Nilo tantùm.
10 *Dixit: Cras. Ait: Sicuti dixiſti: vt ſcias quòd*
non eſt ſimilis Deo Domino noſtro,
11 *Cùm auferentur ranæ à te, & à populo tuo, &*
ducibus tuis, & remanebunt in Nilo tantùm.
12 *Et cùm exiiſſent Muſa & Haron è conſpe-*
ctu Pharaonis, deprecatus eſt Muſa Deum pro-
pter ranas quas immiſit in Pharaonem.

* الفصل الثامن *

1 قال الله لموسى ادخل الى فرعون وقل له كذا قال الله اطلق
قومي يعبدوني * 2 فانك ان ابيت ان تطلقهم فها انا صادم
تخمك بالضفادع * 3 فيسعى من النيل ضفادع فتصعد
وتدخل بيتك وفي خدر مضاجعك وعلى سريرك وفي بيت
قوادك وساير قومك وفي تنانيرك ومعاجنك * 4 وفي بيوت
قوادك وساير قومك تصعد الضفادع * 5 ثم قال الله لموسى
قل لهرون مد يدك بعصاك على الانهار والخلجان والاجام *
واصعد الضفادع على بلد مصر * 6 فمد هرون يده على
مياه مصر * فصعدت الضفادع وغطت بلد مصر * 7 وصنع
كذلك العلماء بخفيهم واصعدوا الضفادع على مصر * 8 فدعا
فرعون بموسى وهرون * وقال اشفعا الى الله في ان يزيل الضفادع
عني وعن قومي * حتى اطلق القوم يذبحوا لله *
9 قال له موسى اقترح على متى تشاء ان اشفع لك ولقوادك
وقومك فتنقطع الضفادع عنك وعن منازلك * وتبقى في النيل فقط *
10 قال غدا * قال كما قلت * لكي تعلم انه ليس مثل الله ربنا *
11 اذ تزول الضفادع عنك وعن قومك وقوادك وتبقى في
النيل فقط *
12 ولما خرج موسى وهرون من عند فرعون * دعا موسى الى
الله بسبب الضفادع التي احلها بفرعون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT VIII.

Dixit quoque Dominus Moſi, vade ad Pharaonem, & dic ei: Sic dicit Dominus, dimitte populũ meum
vt ſeruiat mihi. 2 Si autem renuas dimittere, ecce ego percutio omnem terminũ tuum ranis. 3 Ebul-
lietque fluuius ranas, & aſcendent, & venient in domos tuas, & in penetralia cubilium tuorum, & ſuper lectos
tuos, & in domos ſeruorum tuorũ, & in populum tuum, & in clibanos tuos, & in conſperſiones tuas. 4 Atque
in te, & in populum tuũ, & in omnes ſeruos tuos aſcendent ranæ. Venitque Moſes, & Aaron ad Pharaonem, &
dixerunt ei: Sic dicit Dñs, dimitte populũ meum vt ſeruiat mihi. Si autem renuas dimittere, ecce ego percu-
tio omnem terminũ tuum ranis: Ebullietque fluuius ranas, & aſcendent, & venient in domos tuas, & in pene-
tralia cubilium tuorum, & ſuper lectos tuos, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in clibanos
tuos, & in conſperſiones tuas; atque in te, & in populũ tuũ, & in omnes ſeruos tuos aſcendent ranæ. 5 Dixit
quoque Dñs Moſi: dic Aaroni, extẽde manũ tuam cum virga tua ſuper fluuios, & ſuper riuos, & ſuper paludes,
& educ ranas ſuper terrã Ægypti. Et dixit Moſes Aaroni, extende manũ tuam cum virga tua, & educ ranas ſu-
per terrã Ægypti. 6 Et extendit Aaron manũ ſuam ſuper aquas Ægypti, & aſcendit rana, & operuit terram
Ægypti. 7 Feceruntque idẽ Magi Ægyptii incantationibus ſuis, & eduxerunt ranas ſuper terrã Ægypti. 8 Vo-
cauit autẽ Pharao Moſen & Aaronẽ, & dixit: orate Dñm vt remoueat ranas à me, & à populo meo, & dimittã
populũ vt ſacrificet Dño. 9 Dixitque Moſes Pharaoni, condicito mihi quando orabo pro te, & pro ſeruis tuis,
& pro populo tuo, vt exterminentur ranæ à te, & à domibus tuis, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: tantũ in fluuio
relinquentur. 10 Reſponditque, craſtino die; & dixit, ſecundũ verbum tuum, vt cognoſcas quod nemo eſt ſicut
Dñs Deus noſter. 11 Et recedẽt ranæ à te, & à domibus tuis, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: in fluuio tantũ rema-
nebunt. 12 Poſtea egreſſi ſunt Moſes & Aaron à Pharaone, clamauitque Moſes ad Dñm pro negotio ranarum
quas conſtituerat Pharaoni.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moſis, &
mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de atriis, &
de agris. 14 Et collegerunt eas in plures acer-
uos,& fœtuit terra. 15 Videns autem Pharaon
factam eſſe reſpirationem, indurauit cor ſuum,
& non audiuit eos, quemadmodum dixerat
Dominus Moſi. 16 Et dixit Dominus ad Mo-
ſen, Dic Aharoni, Attolle baculum tuum, &
percute puluerem terræ, fietque pediculus per
totam terram Ægypti. 17 Et fecit ſic, attolenſ-
que Aharon manum ſuam cum baculo ſuo, per-
cuſſit puluerem terræ, fuitque pediculus in ho-
minibus & in iumentis: & totus puluis terræ
verſus eſt in pediculum per totam terram
Ægypti. 18 Et fecerunt ſic quoque magi in-
cantationibus ſuis: at non potuerunt expellere
pediculum. Factus eſt igitur pediculus in ho-
minibus & in iumentis. 19 Et dixerunt magi ad
Pharaonem, Digitus eſt Dei; attamen induruit
cor Pharaonis, nec audiuit eos, quemadmodũ
dixerat Dominus. 20 Dixitque Dominus ad
Moſen, Anteuerte diluculo, & ſta coram
Pharaone, en egredietur ad aquas, & dic ad
eum, Sic dicit Dñs, Dimitte populũ meum vt
colat me· 21 Quòd ſi renuas dimittere populum
meum, en ego mittam in te, & in populũ tuum,
& in domũ tuam cyniphem omnis generis, &
implebuntur domus Ægyptiorum cyniphe
perinde ac terra ſuper quam ſunt. 22 Et diſtin-
guam in die illa terram Goſan, in qua populus
meus commorantur, ita vt non ſint illic cyni-
phes: ad hoc vt ſcias me eſſe Dñm in medio ter-
ræ. 23 Et faciam diſtinctionem inter populum
meũ & populum tuum. & cras erit ſignũ iſtud.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

13 *Fecitque Deus ſicuti dixit Muſa, & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de atriis, & de villis.*
14 *Ita vt coaceruarent eas in cumulos, & putreſceret terra propter illas.* 15 *Et cùm vidiſſet Pharaon quòd relaxatio iam facta eſſet, ingrauatum eſt cor eius, & non auſcultauit eis, ſicut dixerat Deus.* 16 *Rurſus dixit Deus Muſæ: Dicito ad Haron: Extende baculum tuum, & percute puluerem terræ, & fient pediculi in vniuerſa regione Ægypti.* 17 *Et fecerunt ſic: Extendit Haron manum ſuam cum baculo ſuo, & percuſſit puluerem terræ, & factus eſt pediculi in homine & iumentis; totus puluis terræ factus eſt pediculi in vniuerſa terra Ægypti.* 18 *Et fecerunt ſic Doctores per arcana ſua, vt producerent pediculos, & non potuerunt. Et remanſerunt pediculi in hominibus & iumentis.* 19 *Dixerunt Doctores Pharaoni: Huiuſmodi portentum à Deo eſt. Et induratum eſt cor eius, & non auſcultauit eis, ſicuti dixerat Deus.*
20 *Rurſus dixit Deus Muſæ: Surge ſummo mane, & ſta ante Pharaonem, & ecce ipſe exiturus eſt ad aquam, & dic ei: Sic dixit Deus: Dimitte populum meum vt adoret me.*
21 *Si verò tu renueris dimittere populum meum, ecce ego miſſurus ſum aduerſus te, & aduerſus duces tuos, & vniuerſum populum tuum, & habitacula tua miſtionem belluarum: ita vt impleantur iis domus Ægyptiorum, & terra ſuper quam ſunt.*
22 *Et ſeparabo in illa die regionem Sadir, in qua populus meus eſt habitans, vt ne ſit illic bellua: vt ſcias quòd ego ſim Deus princeps terræ.*
23 *Et faciam libertatem populo meo ex iis quæ accident populo tuo: cras erit hoc ſignum.*

13 فصنع الله كما قال موسي * وماتت الضفادع من البيوت ومن
الدور ومن الضياع *
14 حتي جمعوها انابير * وانتنت الارض منها *
15 ولما راي فرعون ان الفرجة قد كانت * ثقل قلبه ولم يقبل
منهما كما قال الله * 16 ثم قال الله لموسي * قل لهرون مد عصاك
واضرب تراب الارض يصير قملا في جميع بلد مصر *
17 فصنعا كذلك * مد هرون يده بعصاه فضرب تراب الارض *
فصار قملا في الانسان والبهيمة * كل تراب الارض صار قملا في
جميع بلد مصر * 18 وصنع كذلك العلماء بخفيهم ليخرجوا
القمل فلم يطيقوا * فثبت القمل في الناس والبهايم *
19 فقالت العلماء لفرعون * هذه جراحة من عند الله * فاشتد
قلبه ولم يقبل منهما كما قال الله *
20 ثم قال الله لموسي ادلج في الغداة وقف بين يدي فرعون *
وهوذا هو خارج الي الماء * وقل له * كذا قال الله اطلق قومي
يعبدوني * 21 فانك ان ابيت ان تطلق قومي فها انا باعث
عليك وعلي قوادك وساير قومك ومنازلك خلط الوحوش * حتي
تمتلي منه بيوت المصريين والارض التي هم عليها *
22 وابين في ذلك اليوم بلد السدير الذي قومي مقيم بها *
ليلا يكن ثم وحش * لكي تعلم انني الله مسلط علي الارض *
23 واصير فداء لقومي مما يحل بقومك * غدا تكون هذه الاية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Fecitque Dominus ſecundùm verbum Moſis: Nam extinctæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. 14 Et collegerunt eas per aceruos, fœtuitque terra. 15 Videns autem Pharao quod eſſet reſpiratio, aggrauauit cor ſuum, & non audiuit Deum ſicut locutus fuerat Dominus. 16 Dixit quoque Dominus Moſi: Dic Aaroni, extende manum tuam in virgam tuam, & percute puluerem terræ, & erunt ſcyniphes in omni terra Ægypti. 17 Feceruntque ita, & extendit Aaaron manum ſuam in virgam ſuam, & percuſſit puluerem terræ, & fuerunt ſcyniphes in hominibus, & in beſtiis: omnis puluis terræ erat ſcyniphes in omni terra Ægypti. 18 Fecerunt autem ſic Magi incantationibus ſuis vt educerent ſcyniphes, ſed non potuerunt: fueruntque ſcyniphes in hominibus, & in beſtiis. 19 Tum dixerunt Magi Pharaoni, digitus Dei hic eſt: ſed corroboratum eſt cor Pharaonis, & non audiuit Deum ſicut locutus erat Dominus. 20 Et dixit Dominus Moſi, ſurge ſummo mane, & ſiſte te corā Pharaone; ecce ipſe egreditur ad aquas. Dices autem ei, ſic loquitur Dñs, dimitte populū meum vt ſeruiat mihi. 21 Niſi enim dimiſeris populum meum, ecce ego immitto in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum: & replebuntur domus Ægyptiorum omni genere muſcarum, terra etiam in qua fuerint. 22 Et ſeparabo in die illa terram Geſſen ſuper quam conſiſtit populus meus, vt non ſit ibi omne genus muſcarum, vt cognoſcas quod ego ſum Dñs in medio terræ. 23 Et ponam redemptionem inter populum meum, & inter populum tuum. Cras fiet hoc ſignum. Veneruntque Moſes & Aaron ad Pharaonem, dixeruntque ei, ſic dicit Dominus, dimitte populum meum, vt ſeruiat mihi. Niſi enim dimiſeris populum meum, ecce ego immitto in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum, & replebuntur domus Ægyptiorum omni genere muſcarum, terra etiam in qua fuerint: & ſeparabo in die illa terram Geſſen in qua populus meus conſiſtit, vt non ſit ibi omne genus muſcarum, vt cognoſcas quod ego ſum Dñs in medio terræ, ponamque redemptionem inter populū meum, & populum tuum. Cras fiet ſignum hoc.

24 [illegible Syriac text]
25 [illegible Syriac text]
26 [illegible Syriac text]
27 [illegible Syriac text]
28 [illegible Syriac text]
29 [illegible Syriac text]
30 [illegible Syriac text]
31 [illegible Syriac text]
32 [illegible Syriac text]

[illegible]

1 [illegible Syriac text]
2 [illegible Syriac text]
3 [illegible Syriac text]

24 Fecitque Dominus ſic, & adduxit cyni-
phem grauiſſimam in domum Pharaonis, & in
domum ſeruorum eius, & per totam terram
Ægypti: & corrupta eſt terra propter cyni-
phem. 25 Et aduocauit Pharaon Moſen &
Aharonem, dixitque ad eos, Ite ſacrificate co-
ram Domino Deo veſtro in terra. 26 Reſpon-
dit Moſes, Non eſt congruum vt faciamus ita:
quoniam ex contaminatione Ægyptiorum ſa-
crificabimus Domino Deo noſtro, & ſi ſacrifi-
cauerimus deos Ægyptiorum ipſis cernẽtibus,
lapidabunt nos. 27 Spatio trium dierum abi-
bimus in deſertum, & ſacrificabimus Dño Deo
noſtro prout dicet nobis. 28 Ait Pharaon, Ego
mittam vos, & ſacrificabitis Domino Deo ve-
ſtro in deſerto, modò ne longiùs recedatis
eundo, & orate etiam pro me. 29 Et dixit Mo-
ſes ad Pharaonem, En ego egredior è cõſpectu
tuo, & orabo ad Dñm, tolletq; cyniphẽ à Pha-
raone, & à ſeruis eius, & à populo ipſius cras:
dumodo non addat Pharaon decipere, haud
mittendo populũ vt ſacrificent Dño. 30 Egreſ-
ſus ergo Moſes à conſpectu Pharaonis, orauit
coram Dño. 31 Fecitque Dominus iuxta ver-
bum Moſis, & receſſit cynips à Pharaone, & à
ſeruis eius, & à populo ipſius: & ne vna qui-
dem remanſit. 32 At indurauit Pharaon cor
ſuum hoc etiam tempore, nec dimiſit po-
pulum.

CAPVT IX.

DIxit quoque Dominus ad Moſen, Vade ad Pharaonem, & dic illi, Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, Mitte populum meum, coletque me.
2 Quòd ſi nolis mittere, & hucuſque detines eos.
3 Ecce manus Domini erit in armenta tua quæ ſunt in deſerto, in equos, & aſinos, & camelos, & boues, & oues, mortalitas grauiſſima.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]
28 [illegible Samaritan text]
29 [illegible Samaritan text]
30 [illegible Samaritan text]
31 [illegible Samaritan text]
32 [illegible Samaritan text]

1 [illegible Samaritan text]
2 [illegible Samaritan text]
3 [illegible Samaritan text]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]
28 [illegible Samaritan text]
29 [illegible Samaritan text]
30 [illegible Samaritan text]
31 [illegible Samaritan text]
32 [illegible Samaritan text]

1 [illegible Samaritan text]
2 [illegible Samaritan text]
3 [illegible Samaritan text]

24 *Fecit igitur Deus ita, & ingreſſa eſt bellua*
plurima in domum Pharaonis,& domum ducum
eius:& vniuerſa regio Ægypti corrupta eſt propter
belluam. 25 *Vocauit autem Pharaon Moſen &*
Haron, dixitque: Ite, & ſacrificate Domino ve-
ſtro in regione. 26 *Dixit Muſa, Non poſſumus*
facere hoc; nam quod abominantur Ægyptii, ſa-
crificamus Deo Domino noſtro. Num ſacrifica-
bimus quod abominantur, in præſentia eorum,
abſque eo quòd lapident nos?
27 *Verùm ibimus itinere trium dierum in de-*
ſertum, & ſacrificabimus Deo Domino noſtro
ſicut mandabit nobis.
28 *Dixit Pharaon, Dimittam vos vt ſacrifi-*
cetis Domino Deo veſtro, at recedendo ne receda-
tis in itinere: & intercedite pro me.
29 *Ait Moſes: En ego egredior à te, & orabo ad*
Deum, recedetque bellua à Pharaone & ducibus
eius, & populo ipſius. Verùm ne repetat Pharaon
illuſionem, vt non dimittat populum ad ſacrifican-
dum Deo. 30 *Quumque exiiſſet è conſpectu*
eius, orauit ad Deum.
31 *Fecitque Deus quemadmodum dixit Moſes,*
& abſceſſit bellua à Pharaone, & à ducibus eius,
& à cuncto populo ipſius, nec remanſit vel vna.
32 *Et aggrauauit Pharaon cor ſuum hac vice*
etiam, & non dimiſit populum.

CAPVT IX.

PRæterea dixit Deus Muſa: Ingredere ad Pha-
raonem, & dic ad eum: Ita dixit Deus: Di-
mitte populum meum vt adorent me.
2 *Nam ſi recuſes dimittere eos, & adhuc deti-*
nebis eos, 3 *Profectò tribulatio Dei erit in ar-*
mentis tuis quæ ſunt in deſerto, in equis, & aſinis,
& camelis, & ouibus, & bobus, peſtilentia ma-
gna valde.

24 فصنع الله كذاك * ودخل وحش كثير الي بيت فرعون
وبيت قواده * وجميع بلد مصر انفسد من قبل الوحش *
25 فدعا فرعون موسي وهرون * وقال امضوا اذبحوا لربكم في
البلد * 26 قال موسي لا نطيق ان نصنع ذلك * لان ما
يكرهه المصريون نذبحه لله ربنا * فهل نذبح ما يكرهونه بحضرتهم *
ولا يرجمونا * 27 لكن مسافة ثلثة ايام نصير في البر * ونذبح
لله ربنا كما يامرنا * 28 قال فرعون اطلقكم تذبحون لله
ربكم * غدا فابعادا لا تبعدوا في المسير * واشفعا عني *
29 قال موسي ها انا خارج من عندك واشفع الي الله * فيزول
الوحش عن فرعون وقواده وقومه * غدا لا يعاود فرعون السخرية
ليلا يطلق القوم يذبحون لله * 30 ولما خرج من عنده شفع
الي الله *
31 فصنع الله كما قال موسي * فزال الوحش عن فرعون وعن
قواده وساير قومه * لم يبق واحد *
32 وثقل فرعون قلبه هذه المرة ايضا * ولم يطلق القوم *

* الفصل التاسع *

1 ثم قال الله لموسي ادخل الي فرعون وقل له * كذا قال الله *
اطلق قومي يعبدوني *
2 فانك ان ابيت ان تطلقهم وعداك ممسك بهم *
3 فان آفة الله كاينة في مواشيك التي في الصحراء * في الخيل
والحمير والجمال والغنم والبقر * وباءة عظيمة جدا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Et ſic fecit Dominus. Venitque muſcarum mixtio grauis valde in domum Pharaonis, & in domum ſeruo-
rum eius per omnem terrã Ægypti, & corrupta eſt terra à facie omnis generis muſcarum. 25 Vocauitque Pha-
rao Moſen & Aaronem, & dixit: ite, & ſacrificate Deo veſtro in terra. 26 Reſpondit autem Moſes: non pote-
rimus ita facere, quoniam abominationem Ægyptiorum ſacrificabimus Domino Deo noſtro. Ecce ſi ſacri-
ficauerimus abominationem Ægyptiorum coram oculis eorum, nonne lapidabunt nos? 27 Viam trium
dierum ibimus in deſertum, & ſacrificabimus Domino Deo noſtro ſicut dixit nobis. 28 Reſponditque Pha-
rao, ego dimittam vos, & ſacrificabitis Domino Deo veſtro in deſerto; tantùm non longè procedetis eundo,
orate pro me. 29 Dixit verò Moſes, ego egrediar à te, & orabo Dominum, vt remoueat muſcas iſtas à Pha-
raone, & à ſeruis eius, & à populo eius craſtina die: tantùm non addat Pharao fallere non dimittendo populum
vt ſacrificet Domino. 30 Et egreſſus eſt Moſes à Pharaone, & rogauit Dominum.
31 Fecit autem Dominus ſecundùm verbum Moſis, & expulit omne genus muſcarum à Pharaone, & à ſer-
uis eius, & à populo eius; ne vnum quidem relictum eſt. 32 Et aggrauauit Pharao cor ſuum etiam iſta vice,
vt non dimitteret populum.

CAPVT IX.

ET dixit Dominus Moſi, vade ad Pharaonem, dicesque ei: Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, dimit-
te populum meum vt ſeruiat mihi. 2 Nam ſi recuſaueris dimittere, & adhuc retinueris eum.
3 Ecce manus Domini erit in pecoribus tuis quæ ſunt in agris, in equis, & in aſinis, & in camelis, in bo-
bus, & in ouibus, peſtis grauis valdè.

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

4 Diſtinguetque Dominus inter pecora Iſrae-
lis, & pecora Ægyptiorum, & non morietur
ex omnibus pecudibus Iſraelis ne vna quidem.
5 Et aſſignauit Dominus tempus craſtinum
quo faciet Dominus rem iſtam in terra.
6 Fecitque Dominus rem hanc die poſtero,
& mortuæ ſunt cunctæ pecudes Ægyptio-
rum, & ex pecudibus Iſrael ne vna quidem
mortua eſt. 7 Et mittens Pharaon vidit
non eſſe mortuam ex pecudibus Iſrael ne
vnam quidem. Attamen induruit cor Pha-
raonis, & non dimiſit populum. 8 Dixit quo-
que Dominus Moſi & Aharoni, Accipite
quantum capere poſſunt volæ veſtræ cine-
rem fornacis, & ſpargat eum Moſes verſus
cælum coram Pharaone. 9 Fietque puluis
in tota terra Ægypti, & erit ſuper homines
& ſuper animantia vlcus tumorum plurimum
in vniuerſa terra Ægypti. 10 Acceperunt ita-
que cinerem fornacis, & ſteterunt coram Pha-
raone, ſparſitque eum Moſes ad cælum co-
ram Pharaone: factumque eſt vlcus tumo-
rum, auolauitque in homines & in iumenta.
11 Et non potuerunt magi ſubſiſtere coram
Moſe propter vlcus quod graſſatum fuerat in
magos, & in totam terram Aegypti.
12 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, &
non audiuit eos, quemadmodum dixerat Do-
minus Moſi. 13 Præterea dixit Dominus ad
Moſen, Præteruerte diluculo, & ſta coram
Pharaone, & dic ad eum, Sic dicit Dominus
Deus Hebræorum, Dimitte populum meum
vt colat me. 14 Nam in tempore iſto mit-
tam flagellum meum in cor tuum, & in
ſeruos tuos, & in populum tuum, vt co-
gnoſcas quòd non ſit mei ſimilis in vniuer-
ſa terra.

VERSIO SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

4 *Et ſeparationem ponet Deus inter armenta filiorum Iſrail, & armenta Ægyptiorum, & non morietur quicquam ex omnibus quæ ſunt filiorum Iſrail.*
5 *Et præfiniuit Deus tempus, dicens: Cras faciet Deus hanc rem in regione.*
6 *Fecit ergo Deus hanc rem in craſtino, & mortua ſunt cuncta armenta Ægyptiorum: & ex armentis filiorum Iſrail non eſt mortuum vllum.*
7 *Miſitque Pharaon, & vidit, & ecce non eſt mortuum ex armentis filiorum Iſrail vel vnum. Et ingrauatum eſt cor eius, & non dimiſit eos.*
8 *Rurſus dixit Deus Muſæ & Haroni: Accipite plenitudinem pugillorum veſtrorum de cinere camini, & ſparget eum Muſa verſus cœlum in præſentia Pharaonis, & fiet puluis in vniuerſa gione Ægypti.*
9 *Et fiet in hominibus & iumentis vlcus erumpens, ebulliens in vniuerſa regione Ægypti.*
10 *Acceperuntque de cinere camini, ſteteruntque ante Pharaonem, ſparſitque illum Muſa verſus cælum, & factum eſt vlcus ebulliens, erumpens in homines & iumenta.*
11 *Et non potuerunt Doctores ſtare ante Muſam, propter vlcus: quoniam erat in eis, & in omnibus Ægyptiis.*
12 *Et indurauit Deus cor Pharaonis, & non auſcultauit eis, vt dixit Deus Muſæ.*
13 *Deinde dixit Deus Muſæ: Surge ſummo mane, & ſta ante Pharaonem, & dic ei: Jta dixit Deus, Deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt adoret me.*
14 *Quoniam hac vice miſſurus ſum multas ex meis plagis in cor tuum, & ducum tuorum, & populi tui: vt cognoſcas quòd non ſit ſimilis mei in vniuerſo mundo.*

4 ويبين الله بين مواشي بني اسرايل ومواشي المصريين *
ولا يموت شي من جميع ما هو لبني اسرايل *
5 وصير الله وقتا قايلا * غدا يصنع الله هذا الامر في البلد *
6 فصنع الله هذا الامر من الغد * ومات جميع مواشي
المصريين * ومن مواشي بني اسرايل لم يمت واحد *
7 وبعث فرعون فنظر * فاذا لم ينفق من مواشي بني اسرايل
واحد * فثقل قلبه ولم يطلقهم * 8 ثم قال الله لموسي وهرون
خذا مل حفنتيكما من فحم الاتون * ويرشه موسي الي السماء بحضرة
فرعون * فيصير غبارا في جميع بلد مصر * 9 ويصير في الناس
والبهايم قرحا نابتا * منفطا في جميع بلد مصر *
10 فاخذا من فحم الاتون * ووقفا بين يدي فرعون * ورشه موسي
الي السماء فصار قرحا منفطا نابتا في الناس والبهايم *
11 ولم يطق العلماء ان يقفوا بين يدي موسي من قبل
القرح * لانه كان فيهم وفي ساير المصريين *
12 وشدد الله قلب فرعون * ولم يقبل منهما * كما قال الله
لموسي *
13 ثم قال الله لموسي ادلج بالغداة * وقف بين يدي فرعون وقل
له * كذا قال الله اله العبرانيين * اطلق قومي يعبدوني *
14 فاني في هذه المرة باعث كثيرا من اياتي في قلبك وفوادك
وقومك * لكي تعلم انه ليس مثلي في جميع العالم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Et ſeparabit Dominus inter pecora Iſrael, & inter pecora Ægyptiorum, neque morietur quidquam ex
omnibus quæ pertinent ad filios Iſrael. 5 Conſtituitque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus rem
iſtam in terra. Et venerunt Moſes & Aaron ad Pharaonem, dixeruntque ei: Sic dicit dominus Deus Hebræo-
rum, dimitte populum meum vt ſeruiat mihi: nam ſi recuſaueris dimittere, & adhuc retinueris eum, ecce ma-
nus Domini erit in pecoribus tuis quæ ſunt in agris, in equis, & in aſinis, & in Camelis; in bobus, & in ouibus
peſtis grauis valde. Separabit etiam Dominus inter pecora Iſrael, & inter pecora Ægyptiorũ, neque morietur
quidquam ex omnibus quæ pertinent ad filios Iſrael. Cras faciet dominus rem iſtam in terra. 6 Fecitque do-
minus rem iſtam craſtina die; & mortuum eſt omne pecus Ægyptiorum, de pecoribus verò filiorum Iſrael ne
vnum quidem mortuum eſt. 7 Miſit autem Pharao, & ecce mortuum non fuerat de pecoribus filiorum Iſrael
vſque ad vnum: Et aggrauatum eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. 8 Et dixit dominus Moſi & Aa-
roni, accipite vobis plenos pugillos veſtros fauillæ fornacis, diſpergatque eã Moſes in cælum in oculis Pharao-
nis. 9 Erit enim in puluerem ſuper omnem terrã Ægypti; fietque ſuper homines, ſuper animalia in vlcus produ-
cens puſtulas, in vniuerſa terra Ægypti. 10 Et acceperunt fauillam fornacis, ſteteruntque coram Pharaone,
& ſparſit eam Moſes in cælum, & facta eſt vlcus puſtulas producens in hominibus, & in beſtiis. 11 Neque potue-
runt Magi cõſiſtere coram Moſe propter vlcus, quia inerat vlcus in Magis, & in omnibus Ægyptiis. 12 Sed cor-
roborauit Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut locutus fuerat dominus Moſi. 13 Dixitque Dñs
Moſi, ſurge ſummo mane, & ſiſte te coram Pharaone, vt dicas ei: Sic dicit dominus Deus Hebræorum, di-
mitte populum meum vt ſeruiat mihi. 14 Nam hac vice ego mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & in
ſeruos tuos, & in populum tuum, vt cognoſcas quod nemo eſt ſicut ego in vniuerſa terra.

15 Nunc enim extendã manum meã, & percu-
tiam te & populũ tuũ peſte, & peribis de terra.
16 Veruntamen ob id te conſtitui, vt oſtenderẽ
tibi potentiam meam, & vt prędicetur nomen
meũ per vniuerſam terrã. 17 Et hactenus qui-
dem tu detines populũ, nec vis eum dimittere.
18 Cras in tempore iſto adducã grandinem ve-
hementiſſimã, cui non fuit ſimilis in Ægypto à
die quo ædificata eſt ad præſens vſque tem-
pus. 19 Nunc ergo mitte, coge pecus tuum, &
quicquid habes in deſerto. quilibet homo &
iumentũ quod repertum fuerit in deſerto, &
non fuerit collectum intra domum, deſcendet
ſuper eos grando, & morientur. 20 Is qui ex ſer-
uis Pharaonis timuit verbum Dñi, collegit ſer-
uos ſuos & pecus ſuum in domum. 21 Qui verò
non adiecit verbum Dñi in animum ſuum, reli-
quit ſeruos ſuos & pecus ſuum in agro. 22 Et ait
Dñs ad Moſen, Attolle manũ tuã cælũ verſus,
eritque grando per totã terram Ægypti, ſuper
homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem
herbam quæ eſt in deſerto in terra Ægypti.
23 Et extulit Moſes baculum ſuum cælum
verſus, & Dominus edidit voces & grandi-
nem, diſcurrebatque ignis ſuper terram: & de-
miſit Dominus grãdinem ſuper terram Ægy-
pti. 24 Deſcendebatq; grando de cælo, & ignis
exardeſcebat intra grandinẽ quæ quidem erat
validiſſima, qualis non fuit vnquã in tota terra
Ægypti ex quo facta eſt in populũ. 25 Et percuſ-
ſit grando totã terrã Ægypti, quicquid erat in
deſerto ab hominibus vſque ad iumentũ: om-
nemque herbam agri conſumpſit grando: &
omnes arbores quæ erant in campo, confregit.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 *Quoniam ſi ego permitterem potentiæ meæ, oc-*
ciderem te & populum tuum peſte, & eradica-
reris de regione. 16 *At vero propter rem hanc*
te reſeruaui, vt oſtenderem tibi fortitudinem
meam, & vt enarretur nomen meum in vniuer-
ſo mundo. 17 *Tu adhuc retardas populum meum*
vt ne dimittas eos: 18 *Sed ecce ego pluere faciam*
cras pari tempore grandinem magnam nimis,
cui non fuit ſimilis in Ægypto, a die quo fun-
data eſt vſque nunc. 19 *Et nunc mitte, tuere*
armenta tua, & omnia quæ habes in agro. nam
quicunque homo aut iumentum inuentum fuerit
in agro, & non congregatum fuerit ad habitatio-
nes, deſcendet ſuper ea grando, & morientur.
20 *Qui ergo timuit verba Dei ex ducibus Pharao-*
nis, fugarunt ſeruos ſuos & armenta ſua ad do-
mos. 21 *Qui vero non aduertit mentem ſuam*
ad verba Dei, dimiſit ſeruos ſuos & armenta ſua
in agro. 22 *Tum dixit Deus Muſæ: Exten-*
de manum tuam verſus cælum, & erit grando in
vniuerſa regione Ægypti ſuper homines & iu-
menta, & vniuerſam herbam agri in regione
Ægypti. 23 *Extenditque Muſa baculum ver-*
ſus cælum, & edidit Deus voces & grandinem,
& cucurrit ignis ſuper terram, & pluere fecit
Deus grandinem ſuper regionem Ægypti.
24 *Et fuit grando, igne ſimul commiſto,*
magna nimis, cui non fuit ſimilis in regione
Ægypti, à quo facta eſt in gentem.
25 *Percuſſitque grando in vniuerſa regione*
Ægypti omnes qui erant in agro, ab homine
vſque ad iumentum, & percuſſit vniuerſam her-
bam eius, & confregit omnes arbores eius.

15 لاني لو اطلقت قدرتي لقتلتك وقومك بالوبا * واجتحت من
البلاد *
16 ولكن بسبب خلة ابقيتك * لكي اريك قوتي * ولكي يقص باسمي
في جميع العالم * 17 انت بعد متربص بقومي لئلا تطلقهم
18 ها انا ممطر في مثل هذا الوقت غدا بردا عظيما جدا * ما
لم يكن مثله في مصر منذ يوم اسست الي الان *
19 والان فابعث فصن ماشيتك وجميع ما لك في الصحراء * فانه
اي انسان او بهيمة وجد في الصحراء ولم ينضم الي المنازل *
ينزل عليهم البرد فيموتون * 20 فمن خاف كلام الله من قواد
فرعون * اهرب عبيده وماشيته الي البيوت *
21 ومن لم يرد باله الي كلام الله * ترك عبيده وماشيته في
الصحراء * 22 ثم قال الله لموسى مد يدك نحو السماء * فيكون
البرد في جميع بلد مصر * على الناس والبهائم وجميع عشب
الصحراء في بلد مصر * 23 فمد موسى عصاه نحو السماء *
فاعلن الله اصواتا وبردا * وسارت النار على الارض * وامطر الله
بردا على بلد مصر * 24 فكان البرد والنار متحدة في وسطه *
عظيما جدا * ما لم يكن مثله في بلد مصر منذ صارت لامة *
25 فضرب البرد في جميع بلد مصر جميع ما في الصحراء من
انسان الي بهيمة * وضرب جميع عشبها وكسر جميع شجرها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Nunc enim mittam manum meam, & percutiam te, & populũ tuum, in peſte, peribitque de terra. 16 Et cer-
tè propter hoc ſubſiſtere te feci, vt oſtenderem tibi virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vni-
uerſa terra. 17 Adhuc inſurgis in populum meum, vt non dimittas eum. 18 Ecce ego pluere faciam cras hoc
tempore grandinem grauẽ valde, qualis non fuit in Ægypto à die qua fundata eſt vſque nunc. 19 Nunc autem
mitte, congrega pecora tua, & quæcunque tua ſunt in agris. Omnis homo, & beſtia quæ inuenietur in agris,
& non fuerit congregata domũ, deſcenderitque ſuper eam grando, morietur. Veneruntque Moſes & Aaron
ad Pharaonem, & dixerunt ei: Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, dimitte populum meum vt ſeruiat mihi:
Nam hac vice ego mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, vt co-
gnoſcas quod nullus eſt ſicut ego in vniuerſa terra. Nunc enim mittam manum meam, & percutiam te, & po-
pulum tuum in peſte, peribiſque de terra. Et certè propter hoc ſubſiſtere te feci, vt oſtenderem tibi virtutem
meam, atque vt annuntietur nomen meũ in vniuerſa terra. Adhuc inſurgis in populum meum, vt non dimit-
tas eum: Ecce ego pluere faciam cras hoc tempore grandinem grauem valdè, qualis non fuit in Ægypto à die
qua fundata eſt vſque nunc. Nunc ergo mitte, congrega pecora tua, & quæcũque tua ſunt in agris. Omnis ho-
mo, & beſtia quæ inuenietur in agris, & non fuerit congregata domũ, deſcẽderitque ſuper eam grando, morie-
tur. 20 Quicunque ſeruorum Pharaonis timuit verbum Domini confugere fecit ſeruos ſuos, & pecora ſua in
domos. 21 Sed qui non appoſuit cor ſuum ad verbum Domini reliquit ſeruos ſuos, & pecora ſua in agris.
22 Et dixit Dominus Moſi, extende manum tuam in cælos, & fiet grando in omni terra Ægypti ſuper ho-
mines, & ſuper beſtias, & ſuper omnem herbam agri in terra Ægypti. 23 Et extendit Moſes virgam ſuam in
cælos, deditque Dominus tonitrua, & grandinem, & diſcurrebat ignis ſuper terram, & pluit Dñs grandinem
ſuper terrã Ægypti. 24 Eratque grando, & ignis immixtus in medio grandinis grauis valde, qualis non fuerat in
Ægypto ex quo facta eſt in gentem. 25 Et percuſſit grando in terra Ægypti quidquid erat in agris ab homine
vſque ad beſtiã: omnem quoque herbã agri percuſſit grando, omnemque arborem agri fregit.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

[26] Duntaxat in terram Goſan, inqua morabantur filii Iſrael, non deſcendit grando. [27] Et mittens Pharaon accerſiuit Moſen & Aharon, & dixit eis, Peccaui hac vice: Dominus iuſtus eſt, & ego ac populus meus, iniqui. [28] Orate coram Domino (eſt enim dilatio (*longanimitas*) plurima apud eum) vt non ſint fragores Dei & grando, & dimittam vos, nec vltra manebitis.
[29] Dixit Moſes Pharaoni, Cùm exiero ex vrbe, extendam manus meas ad Dominum: fragores ceſſabunt, & grando vlterius non deſcendet, vt ſcias quod Dñi eſt terra. [30] Tu autem & ſerui tui, noui quòd hactenus non timueritis Dñm Deum. [31] Et verò linum & hordeum perierant, quoniam hordeum ediderat *firmam*, baſim & linum grana protulerat. [32] Triticum verò & panicũ non perierant, eo quòd ſerotina eſſent.
[33] Egreſſus itaque Moſes ex vrbe à conſpectu Pharaonis, protendit manus ſuas in cælum ad Dominum, & receſſerunt fragores & grando, & pluuia non incubuit terræ. [34] Videns autem Pharaon quòd ceſſaſſet pluuia & grando atque fragores, perrexit peccare, & induruit cor Pharaonis & ſeruorum eius. [35] Et incraſſatum eſt cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael, quemadmodum miſerat Dominus per manum Moſis.

CAPVT X.

ET dixit Dominus ad Moſen, Vade ad Pharaonem: nam ego induraui cor eius, & cor ſeruorum eius, vt facerem ſigna hæc inter eos. [2] Vt narres coram filio tuo & filio filij tui quæ fecerim Ægyptiis, & portenta quæ feci in eis, & ſciatis me eſſe Dominum. [3] Venerunt ergo Moſes & Aharon ad Pharaonem, & dixerunt ei, Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, Quouſque renuis timere me? dimitte populum meum vt colat me.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

26 Excepta prouincia Sadir in qua erant filij
Iſrail, in ea enim non fuit grando. 27 Miſitque
Pharaon quendam qui vocaret Muſam & Ha-
ron, & dixit ambobus: Iam peccaui hac etiam
vice. Deus iuſtiſſimus eſt, & ego & populus meus
iniqui. 28 Intercedite ad Deum, & iam de-
ſinant eſſe voces Dei & grando ſuper nos: vt di-
mittam vos, & non maneatis amplius.
29 Dixit ei Muſa: Cùm egreſſus fuero de ciui-
tate, extendam manus meas ad Deum, &
finient voces, & grando non erit vnquã: vt cognoſ-
cas terram eſſe Dei. 30 Et tu, & famuli tui
ſcitote quòd antequam timeretis Deum,
31 Linum quod eſt veſtrum, & hordeum iam
perierant; quoniam hordeum erat ferè maturum,
& linum emiſerat folliculos. 32 At frumentum,
& circula non perierunt, quoniam erant ſerotina.
33 Et cùm exiiſſet Muſa è conſpectu Pharaonis,
& de ciuitate eius, extendit manum ſuam ad
Deum, & deſierunt voces & grando, & non
diſſoluta fuit pluuia ſuper terram.
34 Et cùm vidiſſet Pharaon iam ceſſaſſe plu-
uiam & grandinem & voces, reuerſus eſt ad
peccatum, & aggrauauit cor ſuum, ipſe ac ſer-
ui eius. 35 Et indurauit Deus cor Pharao-
nis, & non dimiſit eos, ſicut dixit Deus Muſæ.

CAPVT X.

1 RVrſus dixit Deus Muſæ: Ingredere ad Pha-
raonem, quoniam ego roboraui cor eius, &
cor ſeruorum eius, vt immittam has plagas meas
in eos. 2 Et vt enarres filio tuo, & filio filij tui,
quàm durè tractauerim Ægyptios: & plagas
meas quas immiſi in eos. Et ſcietis, quòd ego ſum
Deus. 3 Et ingreſſus eſt Muſa & Haron
ad Pharaonem, & dixerunt ei: Sic dixit Deus,
Deus Hebræorum. Vſquequò renues obedire mi-
hi? dimitte populum meum vt adoret me.

26 غير ان بلد السدير الذي فيه بنو اسرائيل لم يكن فيه
برد * 27 فبعث فرعون من دعا بموسي وهرون * وقال لهما قد
اخطات هذه المرة ايضا * الله العدل وانا وقومي الظالمون *
اشفعا الي الله * وحسبنا من ان يكون اصوات الله وبرد علينا *
حتي اطلقكم ولا تعودوا ان تقفوا * 29 قال له موسي اذا
خرجت من القرية ابسط يدي الي الله * فتنتهي الاصوات * والبرد لا
يكون ابدا * لكي تعلم ان الارض لله * 30 وانت وعبيدك
فاعلموا انكم قبل ان تخافوا من الله * 31 ان الكتان الذي لكم
والشعير قد عطبا * لان الشعير كان فريكا * والكتان مشلفا 32 والحنطة
والجلبان لم يعطبا * لانهما افلتان * 33 ولما خرج موسي
من عند فرعون ومن قريته * بسط يده الي الله * فانتهت الاصوات
والبرد * ولم ينحل مطر علي الارض * 34 ولما راي فرعون ان
قد انتهي المطر والبرد والاصوات * عاود الخطا * وثقل قلبه هو
وعبيده * 35 وشدد الله قلب فرعون ولم يطلقهم كما قال الله
لموسي *

* الفصل العاشر *

1 ثم قال الله لموسي ادخل الي فرعون * فاني قويت قلبه وقلب
عبيده لكي احل آفاتي هذه بهم * 2 ولكي تقص علي ابنك
وابن ابنك ما بطشت بالمصريين * وآفاتي التي احللتها بهم *
وتعلمون انني الله * 3 فدخل موسي وهرون الي فرعون
وقالا له * كذا قال الله اله العبرانيين * الي كم ابيت ان تذعن لي
اطلق قومي يعبدوني *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Tantùm in terra Geſſen in qua erant filij Iſrael, non fuit grando. 27 Tunc miſit Pharao, & vocauit
Moſen & Aaronem, dixitque eis: peccaui hac vice; Dominus iuſtus eſt, ego verò & populus meus iniqui.
28 Orate Dominum vt deſinant tonitrua Dei & grando, & dimittam vos, nec amplius manebitis.
29 Et reſpondit ei Moſes: cum egrediar ex vrbe, extendam manus meas ad Dominum, tonitrua ceſſabunt, &
grando non erit amplius vt cognoſcas quod Domini eſt terra. 30 Tu autem, & ſerui tui, ſcio quod nondum
timuiſtis Deum Dominum. 31 Et linum, & hordeum percuſſa ſunt, quoniam hordeum vireſcebat, linum
verò ſemen faciebat. 32 Sed frumentum & far non ſunt percuſſa, quoniam ſerotina erant.
33 Egreſſus autem Moſes à Pharaone ex vrbe, expandit manus ſuas ad Dominum, & ceſſarunt tonitrua
& grando, pluuia quoque non eſt effuſa ſuper terram.
34 Videns autem Pharao quod ceſſaſſet grando, & pluuia, & tonitrua, addidit peccare, & aggrauauit cor
ſuum, ipſe, & ſerui eius. 35 Et corroboratum eſt cor Pharaonis, & non dimiſit filios Iſrael, ſicut locutus fue-
rat Dominus in manu Moſis.

CAPVT X.

1 ET dixit Dominus Moſi, vade ad Pharaonem, nam ego aggrauaui cor eius, & ſeruorum eius, vt ponam
ſigna mea hæc in medio eius. 2 Vt enarres in auribus filii tui & filii filii tui quæ illuſi Ægyptiis, &
ſigna mea quæ poſui in eis, & cognoſcetis quod ego ſum Dominus Deus veſter. 3 Dices autem Pharaoni, ſic
dicit dñs Deus Hebræorum, quouſque recuſabis humiliari coram me? dimitte populum meum vt ſeruiat mihi.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

4 Quòd ſi nolis dimittere populũ meum, ecce
adducam cras locuſtam ſuper vniuerſum ter-
minum tuum. 5 Et operiet oculum terræ, nec
poterit homo videre terrã, comedetque reſi-
duum eius quod reliquit vobis grãdo, & deuo-
rabit omnes arbores quæ germinauerũt vobis
in agro. 6 Et implebuntur domus tuæ, & do-
mus omnium Ægyptiorum, quali pacto non
viderunt patres tui nec patres patrum tuorum,
à die quo fuerunt ſuper terram vſque ad hunc
diem. Et redeuntes exierunt à conſpectu Pha-
raonis. 7 Dixerunt autem ad Pharaonem ſer-
ui ſui, Quouſque erit nobis hoc offendiculum?
Dimitte viros vt colant Dominum Deum
ſuum. Hactenus non noſti periiſſe Ægyptum?
8 Et reuocarunt Moſen & Aharonem ad
Pharaonem, dixitque ad eos, Ite colite Domi-
num Deum veſtrum. Sed quis & quis ituri
ſunt? 9 Dixit ei Moſes, Cum adoleſcenti-
bus noſtris, & cum ſenibus noſtris ibimus:
cum filiis noſtris & filiabus noſtris, cum oui-
bus ac bobus noſtris ibimus, quandoquidem
dies feſtus Domini nobis eſt. 10 Dixit eis,
Fiat ita, Dominus vobiſcum ſit; Cùm dimiſe-
ro vos, & ſupellectilem veſtram, videte quæſo
ne fortè malum occurrat faciebus veſtris.
11 Non ſic: abite nunc viri, & colite Domi-
num: nam otium vos quæritis. Et eduxerunt
eos à facie Pharaonis. 12 Dixitque Dominus
ad Moſen, Attolle manum tuam ſuper terram
Ægypti pro locuſta, vt aſcendat ſuper terram
Ægypti, deuoretque herbam terræ, & quid-
quid reliquit grando.

VERSIO SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

4 *Nam ſi tu renueris dimittere populum meum, ecce ego inducam locuſtas cras in terminos tuos:*
5 *Et cooperient oculum terræ, & non poterit quiſquam reſpicere eam: & comedent reſiduum rerum quæ euaſerunt, quæ relictæ ſunt à grandine; & comedent omnes arbores germinantes vobis in agro.*
6 *Et implebuntur ex eis domus tuæ, & domus ducum tuorum, & domus omnium Ægyptiorum, quibus ſimiles non viderunt patres tui, & patres patrum tuorum, à quo fuerunt ſuper ſolum terræ vſque ad hunc diem. Deinde auertit ſe, & exiuit à conſpectu Pharaonis.*
7 *Dixerunt duces Pharaonis ad eum: Vſquequò erit hoc nobis in laqueum? Dimitte populum vt adoret Deum altiſſimum Dominum ſuum, antequam videamus Ægyptum euerſam.*
8 *Reductique fuerunt Muſa & Haron ad Pharaonem. Dixitque eis: Ite, adorate Deum Dominum veſtrum: Quinam, & quinam ituri ſunt?*
9 *Dixit Muſa: Cum pueris noſtris, & ſenibus noſtris ibimus: cum filiis noſtris, & filiabus noſtris, & ouibus noſtris, & bobus noſtris ibimus: quoniam feſtiuitas Dei nobis eſt.*
10 *Dixit eis: Sic erit, Deus vobiſcum quomodo dimittam vos & filios veſtros. Ecce video malum ante facies veſtras.*
11 *Non ita: ibunt viri ex vobis, & adorabunt Deum: quia hoc eſt quod petitis. & expulit eos à conſpectu Pharaonis.*
12 *Præterea dixit Deus Muſæ: Extende manum tuam aduerſus regionem Ægypti locuſtarum cauſa, & aſcendent ſuper regionem Ægypti, & comedent omnem herbam regionis quam reliquit grando.*

4 فانك ان ابيت ان تطلق قومي * فها انا اتي بالجراد غدا في تخمك *
5 فيغطي عين الارض ولا يطيق احد ان ينظر اليها * وياكل باقي الفلتة التي تبقت من البرد * وياكل جميع الشجر النابت لكم في الصحراء *
6 وتمتلي منه بيوتك وبيوت قوادك وبيوت ساير المصريين * ما لم ير مثله اباوك واباء اباءك منذ كونهم على الادمة الي هذا اليوم * ثم ولي فخرج من عند فرعون *
7 فقال قواد فرعون له * الي كم يكون هذا لنا وهقا * اطلق القوم يعبدون الله تعالي ربهم قبل ان تشاهد مصر قد بادت *
8 فرد موسي وهرون الي فرعون * وقال لهما امضوا اعبدوا الله ربكم * من ومن الماضون *
9 قال موسي بصبياننا وشيوخنا نمضي * ببنينا وبناتنا وغنمنا وبقرنا نمضي * لان حج الله لنا *
10 قال لهما كذاك يكون * الله معكم كما اطلقكم واطفالكم * هوذا اري الشر حذاء وجوهكم *
11 ليس كذلك * تمضي الرجال منكم فيعبدون الله * فانكم انما تطلبونها * وطردهما من بين يدي فرعون *
12 ثم قال الله لموسي * مد يدك علي بلد مصر بسبب الجراد * فيصعد علي بلد مصر وياكل جميع عشب البلد الذي بقاه البرد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Nam ſi recuſaueris dimittere populum meum , ecce ego inducam cras locuſtam in terminos tuos.
5 Et cooperiet oculum terræ, & non poterit videri terra ; comedetque reliquum quod euaſit , relictum vobis à grandine : comedet quoque omnem herbam terræ , & omnem fructum arboris quæ germinauit vobis ex agris. 6 Replebuntur etiam domus tuæ , & domus omnium ſeruorum tuorum , & domus omnium Ægyptiorum. Quæ non viderunt patres tui , & patres patrum tuorum , à die quo fuerunt ſuper terram vſque in hanc diem. Et ingreſſi ſunt Moſes & Aaron ad Pharaonem , & dixerunt ei, ſic dicit dominus Deus Hebræorum: quovſque recuſabis humiliari coram me? dimitte populum meum vt ſeruiat mihi: Nam ſi recuſaueris dimittere populum meum, ecce ego inducam cras locuſtam in terminos tuos, & cooperiet oculum terræ, & non poterit videri terra ; comedetque reliquum quod euaſit, relictum vobis à grandine: comedet quoque omnem herbam terræ , & omnem fructū arboris quæ germinauit vobis ex agris. Replebuntur etiam domus tuæ, & domus omnium ſeruorū tuorum, & domus omnium Ægyptiorū. Quæ non viderunt patres tui, & patres patrum tuorum, à die quo fuerunt ſuper terram vſque in hūc diem. Poſtea receſſit & egreſſus eſt à Pharaone. 7 Dixerunt verò ſerui Pharaonis ad eum, quovſque erit hic nobis in ſcandalum? dimitte iſtos homines vt ſeruiant domino Deo ſuo: An nondum cognoſcis quod periit Ægyptus? 8 Et reduxerunt Moſen & Aaronem ad Pharaonem qui dixit eis: ite, ſeruite domino Deo veſtro. Quinā autem ibunt? 9 Et reſpondit Moſes, cum adoleſcentibus noſtris, & cum ſenibus noſtris ibimus; cum filiis noſtris, & filiabus noſtris, cum ouibus noſtris, & bobus noſtris ibimus, quoniam feſtum Domino nobis eſt. 10 Dixitque eis, ita ſit Dominus vobiſcum, ſicut dimittam vos, & familiam veſtram: videte quod malum eſt contra facies veſtras. 11 Ideo eant viri, & ſeruiant Domino, hoc enim ipſi requiritis, & repulerunt eos à facie Pharaonis. 12 Tum dixit Dominus Moſi, extende manum tuam ſuper terram Ægypti in locuſtam, & aſcendat ſuper terram Ægypti, comedatque omnem herbam terræ, & omnem fructum arboris quem reliquit grando.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

13 Leuauit itaque Moſes baculum ſuum ſuper
terram Ægypti, & Dominus produxit ven-
tum calidum ſuper terram, toto die illo, tota-
que nocte. Mane facto ventus vredinis attulit
locuſtam. 14 Aſcenditque locuſta ſuper vni-
uerſam terram Ægypti,& immorata eſt in om-
nibus finibus Ægyptiorum. Grauis erat vehe-
menter, & ſimilis ei nunquam fuit locuſta ante
eam,neque poſt illam erit ſimilis. 15 Et operuit
oculum totius terræ, & obſcurata eſt terra, &
comedit omnem herbam terræ, atque omnes
fructus arborum quos reliquerat grando: &
non remanſit folium in arbore, neque herba in
agro, in tota terra Ægypti. 16 Feſtinauit er-
go Pharaon ad vocandum Moſen & Aharo-
nem, & ait illis, Peccaui Domino Deo veſtro,
& vobis. 17 At etiam nunc dimittite pecca-
tum meum hac vice, & orate ad Domi-
num Deum veſtrum vt auertat à me mortem
iſtam. 18 Egreſſus igitur Moſes à conſpectu
Pharaonis, orauit coram Domino. 19 Et con-
uerſus Dominus adduxit ventum occidenta-
lem vehementiſſimum, & ſuſtulit locuſtam,
proiecitque eam in mare Suph: & non reman-
ſit ne vna quidem locuſta in omnibus finibus
Ægyptiorum. 20 Indurauit autem Dñs cor
Pharaonis,& non dimiſit filios Iſrael. 21 Dixit-
que Dominus ad Moſen, Attolle manum tuam
ad cælum, fietque caligo ſuper terram Ægy-
pti, & obſcurabitur caligo. 22 Extulit ergo
Moſes manum ſuam ad cælum, factæque ſunt
tenebræ & caligo per totam terram Ægypti.
Tribus diebus 23 Non vidit quiſquam fratrem
ſuum,nec ſurrexit quiſquam de loco ſuo tribus
diebus:omnibus verò filiis Iſrael erat lux in ha-
bitatione ſua. 24 Et aduocauit Pharaon Mo-
ſen, & ait illi, Ite colite Dominum Deum ve-
ſtrum, duntaxat oues ac boues veſtras relin-
quite: quin & familiæ veſtræ eant vobiſcum.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

13 *Extenditque Muſa manum ſuam ſuper re-
gionem Ægypti: & adduxit Deus ventum Au-
ſtrum per regionem tota illa die & tota nocte; &
cùm factum eſſet mane, portauit ventus Auſter
locuſtas.* 14 *Et aſcenderunt locuſtæ ſuper vni-
uerſam regionem Ægypti, & permanſerunt in
omnibus finibus eius, magnæ valdè, quibus non
fuerunt ante eas locuſtæ ſimiles, & non erunt poſt
illas, tales.*
15 *Et cooperuerunt totum oculum regionis, ita
vt obſcurata ſit regio: & comederunt omnem
herbam eius, & omnes fructus arborum quos re-
liquerat grando, & nihil viriditatis remanſit in
arboribus & in herbis agri, in vniuerſa regione
Ægypti.* 16 *Feſtinauitque Pharaon vocare
Muſam & Haron, & dixit: Iam peccaui Deo
Domino veſtro, & vobis.*
17 *Et nunc tolerate delictum meum hac vice, &
intercedite apud Deum Dominum veſtrum, vt
auferat à me hanc mortem meram.*
18 *Cùm igitur exiſſent ab eo, interceſſerunt ad
Deum.* 19 *Et conuertit Deus ventum occiden-
talem fortem valdè, & ſuſtulit locuſtas, & percuſ-
ſit eis mare rubrum, & non remanſit locu-
ſta vlla in regione Ægypti.* 20 *Et indura-
uit Deus cor Pharaonis, & non dimiſit filios
Iſrail.* 21 *Rurſus dixit Deus Muſæ: Extende
manum tuam verſus cælum, erũtque tenebræ ſuper
vniuerſam regionem Ægypti poſt diſceſſum te-
nebrarum noctis.* 22 *Extenditque Muſa manum
ſuam verſus cælum, & fuerunt tenebræ denſiſſimæ
in tota regione Ægypti, tribus diebus.*
23 *Non vidit homo proximum ſuum, & non
ſurrexit quiſquam de loco ſuo tribus diebus. Et in-
ter omnes filios Iſrail erat lumen in habitationibus
eorum.* 24 *Accerſiuitque Pharaon Muſam, &
ait: Ite, & adorate Deum, ſed oues veſtras, & bo-
ues relinquite: at verò pueri veſtri ibunt vobiſcum.*

13 فمد موسي يده على بلد مصر * وساق الله الريح القبول في
البلد طول ذلك اليوم وطول الليل * فلما كانت الغداة حملت
الريح القبول الجراد * 14 فصعد الجراد على جميع بلد
مصر * واستقر في جميع تخمها عظيما جدا * ما لم يكن قبله جراد
مثله * ولا يكون بعده كذاك * 15 فغطي جميع عين البلد
حتى اظلم البلد * واكل جميع عشبه وجميع ثمر الشجر الذي
بقاه البرد * ولم يبق شي من الخضرة في الشجر وفي عشب
الصحراء في جميع بلد مصر * 16 فاسرع فرعون في الدعا بموسي
وهرون وقال قد اخطاءت لله ربكما ولكما * 17 والان احتملا ذنبي
هذه المرة * واشفعا الي الله ربكما ليزيل عني * هذا الموت المحض *
18 فلما خرج من عنده شفع الي الله * 19 فقلب الله ريحا
غربية شديدة جدا * فحملت الجراد وصكت به بحر القلزم * ولم
يبق جرادة واحدة في بلد مصر * 20 وشدد الله قلب
فرعون * ولم يطلق بني اسرايل * 21 ثم قال الله لموسي مد
يدك نحو السماء يكن ظلام على جميع بلد مصر بعد زوال
ظلام الليل * 22 فمد موسي يده نحو السماء * فكان ظلام
مدلهم في جميع بلد مصر ثلثة ايام *
23 لم ير الانسان صاحبه * ولم يقم انسان من مكانه ثلاثة ايام *
ولجميع بني اسرايل كان نور في مساكنهم *
24 فدعا فرعون بموسي وقال امضوا فاعبدوا الله * لكن غنمكم
وبقركم دعوها * واما اطفالكم فيمضون معكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Et extendit Moſes manum ſuam ſuper terram Ægypti, & Dominus adduxit ventum orientalem in ter-
ram toto die illo, & tota nocte: mane facto ventus orientalis eleuauit locuſtam. 14 Et aſcendit locuſta ſuper
vniuerſam terram Ægypti grauis valde: antea non fuerat locuſta ſicut iſta, & poſtea nulla erit huiuſmodi.
15 Operuit autem omnem ſuperficiem terræ, & obſcurata eſt terra, deuorauitque omnem herbam terræ, &
omnem fructum arboris quem reliquum fecerat grãdo, ita vt non remanſerit vllus viror in arbore, aut in her-
ba agrorum in omni terra Ægypti. 16 Feſtinauitque Pharao vocare Moſen & Pharaonem, dixitque, pecca-
ui Domino Deo veſtro, & vobis. 17 Nunc autem condonate quæſo peccatum meum tantùm hac vice: ora-
te Dominum Deum veſtrum vt amoueat à me tantùm mortem hanc. 18 Et egreſſus eſt à Pharaone, vt ora-
ret Dominum. 19 Et conuertit Dominus ventum occidentalem vehementem valde, & eleuauit locu-
ſtam, ſubmerſitque eam in mare rubrum: ne vna quidem locuſta relicta eſt in omnibus finibus Ægypti.
20 Sed indurauit Dominus cor Pharaonis, & non dimiſit filios Iſrael.
21 Tum dixit Dominus Moſi, extende manum tuam in cœlum, & erunt tenebræ ſuper terram Ægypti, pal-
pabunturque tenebræ. 22 Et extendit Moſes manum ſuam in cælum, & factæ ſunt tenebræ caliginoſæ in vni-
uerſam terram Ægypti tribus diebus. 23 Non videbat alter alterum, neque ſurrexit aliquis de loco ſuo
tribus diebus; ſed omnibus filiis Iſrael erat lux in habitationibus ſuis.
24 Vocauitque Pharao Moſen & Aaronem, & dixit, ite, ſeruite Domino: oues veſtræ, & boues veſtri tan-
tùm remanebunt; etiam paruuli veſtri ibunt vobiſcum.

[illegible]

25 Reſpondit Moſes Pharaoni, Imò tu dabis
in manum noſtram ſacrificia & oblationes, vt
ſacrificemus Domino Deo noſtro.
26 Et pecora quoque noſtra ibunt nobiſcum,
nec remanebit ex nobis vel vna quidem vn-
gula hîc: Ex iis enim accipimus ad colendum
Dominum Deum noſtrum, cùm nos *præſer-
tim* ignoremus quibus rebus colemus Domi-
num quando perueniemus illuc.
27 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec
voluit dimittere eos. 28 Dixitque Pharaon ad
Moſen, Ito à conſpectu meo, caue ne vltra ap-
pareas mihi: nam quo die apparueris mihi, mo-
rieris. 29 Ait illi Moſes, Optimè dixiſti, am-
pliùs non addam videre vultum tuum.

CAPVT XI.

[illegible]

1 ET dixit Dominus ad Moſen, Adhuc fla-
gellum vnum adducam ſuper Pharao-
nem & ſuper Ægyptios, ac tum dimittam vos
hinc: cúmque dimiſero vos omnes, egredimini
hinc. 2 Et dicito coram populo, Poſtulent
quilibet vir à proximo ſuo, & mulier à proxi-
ma ſua vaſa argenti & vaſa auri.
3 Reddiditque Dominus populum gratio-
ſum in oculis Ægyptiorum. quin etiam vir ille
Moſes honorandus erat maximè in terra Ægy-
pti in oculis ſeruorum Pharaonis, & in oculis
populi. 4 Et dixit Moſes, Sic ait Dominus,
Media nocte exibo in Ægyptum,
5 Et morientur omnes primogeniti terræ
Ægypti, à primogenito Pharaonis qui ſedet in
ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ quæ
eſt in piſtrino, & cuncta primogenita iumen-
torum. 6 Eritque vlulatus magnus in terra
Ægypti, qualis nunquam fuit, & qualis nun-
quam futurus eſt.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

25 *Inquit Muſa: Imò tu dabis nobis ſacrificia*
& oblationes quas offeramus Deo Domino no-
ſtro. 26 *Et armenta noſtra ibunt nobiſcum,*
non remanebit ex eis vngula; quoniam ex ipſis
ſumemus id quo adoremus Deum Dominum no-
ſtrum,& nos neſcimus quotus ſit numerus eorum
per quæ adoraturi ſumus Deum Dominum no-
ſtrum, quouſque perueniamus illuc.
27 *Et indurauit Deus cor eius, & noluit di-*
mittere eos.
28 *Dixit ei Pharaon: Diſcede à me, & caue ne*
redeas videre faciem meam; nam in die quo vide-
bis faciem meam, interficieris.
29 *Ait ei Muſa: Benè eſt quod dixiſti, non*
reuertar videre faciem tuam.

CAPVT XI.

Dixit Deus Muſæ: iam remanet calamitas vna quam adducam ſuper Pharaonem & Ægyptios, poſtea dimittet vos hinc: & cùm dimittet vos ſimul, expellent vos hinc.

2 *Impera populo vt mutuo petat vir à proximo ſuo, & mulier à proxima ſua, vaſa argenti & vaſa auri.*

3 *Deditque Deus populo gratiam apud Ægyptios. At verò Muſa Apoſtolus erat magnus valde in regione Ægypti apud duces Pharaonis & vniuerſum populum.*

4 *Ait illi Muſa: Sic dixit Deus: In medio noctis ego ambulare faciam Angelum meum per regionem Ægypti.*

5 *Et morietur omnis primogenitus in ea, à primogenito Pharaonis qui ſedet ſuper ſedem eius, vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt poſt molam, & omnia primogenita iumentorum.*

6 *Et erit clamor magnus in vniuerſa regione Ægypti, cui non fuit ſimilis, neque recidet ſimilis ei.*

25 قال موسي بل انت تعطينا ذبايح وصعايد نقربها لله ربنا *
26 ومواشينا تمضي معنا * لا يبقي منها ظلف * لانا منها ناخذ
ما نعبد به الله ربنا * ونحن لا نعلم كم مقدار ما نعبد به الله ربنا
منها الي ان نصير الي ثم *
27 فشدد الله قلبه ولم يشا اطلاقهم *
28 قال له فرعون امض عني واحذر ان تعاود النظر الي
وجهي * فانك يوم رويتك وجهي تقتل *
29 قال له موسي نعم ما قلت * لست اعاود ان اري وجهك *

* الفصل الحادي عشر *

1 قال الله لموسي قد بقي بلاء واحد اتي به علي فرعون
والمصريين * بعد ذلك يطلقكم من هاهنا * فعند اطلاقه لكم
جملة يطردونكم من هاهنا *
2 مر القوم بان يستوهب الرجل من صاحبه والمراة من
صاحبتها انية فضة وانية ذهب *
3 فاعطي الله القوم حظا عند المصريين * واما موسي الرسول
فكان عظيما جدا في بلد مصر عند قواد فرعون وساير القوم *
4 فقال له موسي * كذا قال الله * في نصف الليل انا مسير ملاكي
في بلد مصر * 5 فيموت كل بكر فيه * من بكر فرعون الجالس
علي كرسيه الي بكر الامة التي وراء الرحا * وجميع ابكار البهايم *
6 ويكون صراخ عظيم في جميع بلد مصر * ما لم يكن
مثله ولا يعود مثله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Reſpondit autem Moſes, hoc etiam dabis in manibus noſtris, ſacrificia, & holocauſta, vt ſacrificemus Do-
mino Deo noſtro. 26 Atque etiam pecora noſtra ibunt nobiſcum, non relinquetur vngula; quoniam ex iis
accipiemus vt ſeruiamus Domino Deo noſtro: nos autem neſcimus quibus ſeruituri ſumus Domino, donec
venerimus illuc. 27 Et obſirmauit Deus cor Pharaonis, & noluit eos dimittere. 28 Tum dixit ei Pharao,
abi, abi à me; caue tibi ne iterum videas faciem meam: nam quo die videbis faciem meam, morieris.
29 Et reſpondit Moſes, rectè locutus es, non videbo amplius faciem tuam.

CAPVT XI.

Dixit quoque Dominus Moſi, adhuc plagam vnam venire faciam ſuper Pharaonem, & ſuper Ægy-
ptum, & poſtea emittet vos hinc: Cum dimiſerit, omnino expellendo expellet vos hinc.
2 Loquimini nunc in auribus populi, vt mutuentur vir à vicino ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa argentea,
& vaſa aurea, & veſtes. 3 Dabo quoque gratiam populo huic in oculis Ægyptiorum, mutuóque dabunt
ei, 4 Et circa mediam noctem ego egrediar in medium terræ Ægypti.
5 Et morietur omnis primogenitus in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui ſedet ſuper thronum eius,
vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt poſt molas, & vſque ad primogenitum omnis beſtiæ.
6 Ideo fiet clamor magnus in Ægypto, qualis non fuit, & qualis non erit iterum.

7 De filiis autem Iſrael non lædet vel canem
in lingua ſua, neque homines, neque iumenta:
vt ſciatis quòd diſtinguat Dominus inter
Ægyptios & inter Iſraelem.
8 Et deſcendent omnes ſerui tui iſti ad me,
& adorabunt me, dicentque mihi, Egredere
tu & populus hic vniuerſus qui tecum eſt:
& tunc egrediar. Exiuit ergo Moſes à conſpe-
ctu Pharaonis cum ira magna.
9 Et dixit Dominus ad Moſen, Non audiet
vos Pharaon, ad hoc vt multiplicem porten-
ta mea in terra Ægypti.
10 Moſes ergo & Aharon fecerunt prodi-
gia iſta coram Pharaone: & indurauit Domi-
nus cor Pharaonis, & non dimiſit filios Iſrael
de terra ſua.

CAPVT XII.

ET dixit Dominus ad Moſen & ad Aha-
ronem in terra Ægypti, 2 Menſis iſte
erit vobis initium menſium, primus erit apud
vos inter omnes menſes anni.
3 Dicite ad omnem cœtum filiorum Iſrael,
In decima menſis huius accipiant ſibi quilibet
agnum pro domo, & agnum pro domo patris
ſui. 4 Quòd ſi minor ſit domus quàm vt in-
ſumatur in ea agnus, accipiat ipſe & vicinus
ſuus proximus domui ſuæ, pro numero ani-
marum: ſingulos pro ſufficientia comeſtionis
ſuæ numerabitis ad agnum.
5 Agnus in quo nulla ſit macula, maſculus,
anniculus erit vobis: ex agnis, & ex hædis
accipietis.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 *Et omnibus filiis Iſrail non latrabit canis ore ſuo, aut quicquam vlterius* accidet, *ab hominibus eorum vſque ad iumenta eorum: vt ſciatis qua in re diſtinguat Deus filios Iſrail ab Ægyptiis.*

8 *Et venient ad me vniuerſus populus tuus iſte, & adorabunt me, dicentes: Exi tu, & vniuerſus populus qui eſt tecum: & poſtea exibo. Deinde exiuit à conſpectu Pharaonis cum vehementia iræ propter ipſum* excitatæ.

9 *Tum dixit Deus Muſæ: Certè non auſcultabit vobis Pharaon, vt multiplicentur oſtenta mea in regione Ægypti.*

10 *Et Muſa & Haron patrarunt omnia hæc oſtenta in præſentia eius. & indurauit Deus cor eius, & non dimiſit filios Iſrail.*

CAPVT XII.

RVrſus ait Deus Muſæ & Haroni in regione Ægypti dicens:

2 *Hic menſis vobis erit primus menſium: erit vobis primus menſium anni.*

3 *Et loquimini ad turbam filiorum Iſrail, & dicite eis: In decima ex eo accipiat ſibi vnaquaque turma ex eis caput in domos patrum ſuorum, idque caput ex ouibus cuilibet domui.*

4 *Si autem pauciores fuerint incolæ domus, quàm vt egeant capitis, accipiat illud dominus domus, & vicinus eius proximior habitationi ſuæ iuxta proportionem animarum: quilibet homo ad menſuram cibi ſui adæquabit, & ſit vobis caput integrum.*

5 *Maſculum, filium ſui anni, ex ouibus aut capris accipient illum.*

7 ولجميع بني اسرائيل لا ينبح كلب بفيه فما فوقه من ناسهم الي
بهائمهم * لكي تعلموا ما يبين الله به بني اسرائيل من المصريين *
8 فيصير الي جميع قومك هولاء * ويسجدون لي قايلين
اخرج انت وجميع القوم الذين معك * وبعد ذلك اخرج * ثم
خرج من عند فرعون بشدة غضب منه *
9 ثم قال الله لموسي انما لا يقبل منكما فرعون * لكي تكثر براهيني
في بلد مصر *
10 وموسي وهرون صنعا جميع هذه البراهين بحضرته * فشدد
الله قلبه ولم يطلق بني اسرائيل *

* الفصل الثاني عشر *

1 ثم قال الله لموسي وهرون في بلد مصر قايلا *
2 هذا الشهر لكم اول الشهور * يكون لكم اولا لشهور
السنة *
3 وكلما جماعة بني اسرائيل فقولا لهم * في العاشر منه ان
يتخذ لهم كل فريق منهم راسا لبيوت ابايهم * ذلك راس من الغنم
لكل بيت *
4 فان قل اهل البيت عن الحاجة الي راس * فلياخذه رب
البيت وجاره الاقرب الي منزله بمواساة من النفوس * كل امري علي
قدر طعامه يتاسّاه * وليكن لكم راسا صحيحا *
5 ذكرا ابن سنته * من الضان او الماعز ياخذونه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Sed in omnibus filiis Iſrael non mouebit canis linguam ſuam, ab homine ad beſtiam, vt ſcias quod dñs ſeparauit inter Aegyptum, & inter Iſraelem. Vir etiam ille Moſes magnus erat valde in terra Aegypti in oculis ſeruorũ Pharaonis, & in oculis populi. Et dixit Moſes Pharaoni: ſic dicit Dñs, filius meus primogenitus meus eſt Iſrael, dico autem tibi, dimitte filium meum vt ſeruiat mihi. Si autem renueris dimittere eum, ecce dominus occidet filium tuum, primogenitũ tuum. Et dixit Moſes, ſic loquitur dominus: circa mediam noctem ego egrediar in medium terræ Aegypti, morieturque omnis primogenitus in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui ſedet ſuper thronum eius, & vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt poſt molas, & vſque ad primogenitum omnis beſtiæ. Ideo erit clamor magnus in Aegypto, qualis non fuit, & qualis non erit iterum. Sed in omnibus filiis Iſrael non mouebit canis linguam ſuam ab homine vſque ad beſtiam, vt ſcias quod ſeparauit
Dñs inter Ægyptios, & inter Iſraelem. 8 Et deſcendent omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me dicentes,
egredere tu, & omnis populus qui eſt poſt pedes tuos, & poſtea egrediar. Et egreſſus eſt à Pharaone cum ardore iræ. 9 Dixit autem Dominus Moſi, non audiuit vos Pharao, vt multiplicentur prodigia mea in terra
Aegypti, 10 Moſes autem & Aaron fecerunt omnia iſta prodigia coram Pharaone; at indurauit Dominus cor Pharaonis, & non dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

CAPVT XII.

ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni in terra Aegypti, dicens: 2 Menſis iſte erit vobis principium
menſium, primus erit vobis inter menſes anni. 3 Loquimini nunc vniuerſæ Congregationi filiorum
Iſrael, dicendo, decimâ menſis iſtius accipiet ſibi vnuſquiſque pecudem per domum patrum, pecudem pro domo. 4 Quod ſi minor eſt domus quam vt ſit pecudi, accipiet ipſe etiam vicinum ſuum, proximum domui
ſuæ. ſecundum numerum animarum: vnuſquiſque ad rationem comedentiũ numerabit pecudem. 5 Agnus
ſine macula, maſculus, anniculus erit vobis: ex agnis, & ex capris accipietis.

6 [illegible: Syriac text, verses 6–15]

6 Iſque ſeruabitur apud vos vſque ad quartum decimum menſis huius : mactabuntque eum vniuerſus populus congregationis filiorum Iſrael ad occaſus ſolis.
7 Et accipient de ſanguine eius, ſpargentque ſuper ambas paraſtades, & ſuper limina, & ſuper domos in quibus comedent illum.
8 Et comedent carnem in nocte eadem aſſam igne, & azimum cum amaritudinibus comedent.
9 Non comedetis ex eo adhuc viuo (*crudo,*) neque lixato aquis, ſed aſſo igni, cum eius capite, & cruribus, atque inteſtinis eius.
10 Ne ſeruaueritis ex eo quidquam vſque mane: & quod reliquum fuerit ex eo vſque mane, igni comburetis. Et non comminuetur in eo os *vllum.*
11 Sic autem comedetis illum, Lumbis veſtris accinctis, & calceamentis veſtris in pedibus veſtris, & baculis veſtris in manibus veſtris, & comedite eum feſtinanter : quoniam paſcha eſt Domini.
12 Et tranſibo per terram Ægypti in nocte iſta, & morientur omnes primogeniti terræ Ægypti; ab hominibus vſque ad iumenta: & in omnibus diis Ægyptiorum exercebo iudicium ego Dominus.
13 Eritque vobis ſanguis iſte in ſignum ſuper domos in quibus vos eſtis : & videbo ſanguinem illum, & miſerebor veſtri, & non erit vobis mors ad vaſtationem, cùm interfecero in terra Ægypti.
14 Eritque vobis dies iſte in memoriam, & facite eum feſtum Domino, feſtum in generationes veſtras, legem ſempiternam facite eum.
15 Septem diebus azima comedetis, & à die prima ceſſare facietis fermentum in domibus veſtris. Nam quicunque comederit fermentatum è domibus veſtris, pereat anima illa ex Iſrael, à die primo vſque ad diem ſeptimum.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible: Samaritan text, verses 6–15]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible: Samaritan text, verses 6–15]

6 *Erit apud vos repoſitus vſque ad diem quartam decimam ex hoc menſe. & mactet illum turba cœtus filiorum Iſrail inter duos occaſus.*
7 *Et accipiant ex ſanguine eius quod imponant ambobus poſtibus ianuæ, & prominentiis domorum in quibus comedent illum.*
8 *Et manducent carnem eius in illa nocte aſſam igne: & azimum cum amaritudine comedant.*
9 *Ne comedant quidquam ex eo crudum, neque coctum lixatum aqua, ſed comedant illum aſſum igne, caput eius, & pedes eius, & ventrem eius: & nihil reſeruetis ex eo in craſtinum.*
10 *Et ſi remanſerit aliquid ex illo in craſtinum, comburite illud igne.*
11 *Et ſecundum hanc ſeriem comedite illum. Sint lumbi veſtri accincti, & calceamenta veſtra in pedibus veſtris, & baculi veſtri in manibus veſtris, & manducate illum cum celeritate; ipſum enim Paſcha Deo eſt.*
12 *Manifeſtaboque Angelum meum in regione Ægypti hac nocte, & interficiam omne primogenitum quod in ea eſt, ab homine vſque ad iumentum: & in omnibus adorandis Ægyptiorum faciam iudicia ego Deus ſolus.*
13 *Erit ergo ſanguis vobis ſignum ſuper domos in quibus vos eſtis: & videbit eum Angelus meus, & miſerebitur vobis, & non deſcendet in vos plaga exitialis cùm percuſſero incolas regionis Ægypti.*
14 *Et erit hic dies vobis memoria, & celebrate in eo ſolemnitatem Deo in generationes veſtras: conſtitutione æterna celebrabitis eum. & comedant ſeptem diebus azimum.* 15 *Die verò prima ceſſare facite fermentum de habitationibus veſtris: & quicunque manducauerit fermentum, abſcindatur ille homo de filiis Iſrail, à primo die vſque ad finem diei ſeptimi.*

6 يكون عندكم محفوظا الي اليوم الرابع عشر من هذا الشهر *
فيذبحه جماعة جوق بني اسرائيل بين العروبين *
7 وليأخذوا من دمه ما يجعلونه على حدّي الباب والمطل
على البيوت التي يأكلونه فيها *
8 وياكلوا لحمه في تلك الليلة شوا نار * وفطيرا مع مرار
ياكلوه *
9 لا ياكلوا شيئا منه نيا ولا طبيخا منضجا بماء * بل ياكلوه
مشويا بنار * راسه واكارعه وجوفه * ولا تبقوا شيئا منه الي الغداة *
10 فان بقي شي منه الي الغداة فاحرقوه بالنار *
11 وعلي هذه الصفة كلوه * تكون احقاؤكم مشدوده *
ونعالكم في ارجلكم * وعصيكم في ايديكم * وكلوه بحفز * هو
فسح الله * 12 فاجلي ملكي في بلد مصر في هذه الليلة * واقتل
كل بكر فيه من انسان الي بهيمة * وبجميع معبودات المصريين اصنع
احكاما انا الله الواحد *
13 فيكون الدم لكم علامة على البيوت التي انتم فيها * فيراه
ملاكي ويرثي لكم * ولا يحل بكم وباء مهلك اذا ضربت اهل
بلد مصر * 14 ويكون هذا اليوم لكم ذكرا * وحجوا فيه حجا
لله لاجيالكم * رسم الدهر فتحجونه * ولياكلوا سبعة ايام فطيرا *
15 واما اليوم الاول فعطلوا الخمير فيه من منازلكم * وكل من اكل
خميرا يقرض ذلك الانسان من بني اسرائيل * من اليوم الاول الي
اخر اليوم السابع *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Et cuſtodietis eum vſque ad decimum quartum diem menſis iſtius, tum mactabit eum omnis Congregatio Synagogæ filiorum Iſrael inter veſperas. 7 Poſtea accipietis de ſanguine, & ponetis ſuper duos poſtes, & ſuper liminare in domibus in quibus comedent illud. 8 Comedent autem carnem illa nocte aſſam igni, azyma quoque cum amaritudinibus comedent. 9 Non comedetis ex eo crudum, aut coctum, coctum in aqua; ſed aſſum igne, caput eius cum cruribus eius, & inteſtinis eius. 10 Non relinquetis reſiduum ex eo vſque ad mane. Reſiduum ex ipſo vſque ad mane igne comburetis.
11 Sic autem comedetis eum, renes veſtros præcincti, calceamenta in pedibus veſtris, & baculi in manibus veſtris: Nam comedetis eum cum feſtinatione, paſcha hoc eſt Domino.
12 Et tranſibo per terram Ægypti in nocte illa, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypi, ab homine vſque ad beſtiam, & in omnes Deos Ægyptiorum faciam iudicium, ego Dominus.
13 Erit autem ſanguis ille vobis in ſignum ſuper domos in quibus eritis: Et videns illum ſanguinem præteribo vos; & non erit in vobis plaga in perditionem cum percutiam terram Ægypti.
14 Erit quoque dies iſte vobis in memoriale; ideo celebrabitis in eo feſtum domino in generationibus veſtris: decreto æterno celebrabitis illud.
15 Septem diebus azyma comedetis, verùm die primo remouebitis fermentum de domibus veſtris; nam omnis comedentis fermentatum exterminabitur anima illa de Iſrael, à die primo uſque ad diem ſeptimum.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

16 Dies primus celebris ac ſanctus erit, & dies
ſeptimus celebris ac ſanctus erit vobis: & omne
opus non fiet in eis, ſed quod comedit homo,
illud tantùm fiet vobis. 17 Et obſeruabitis azi-
mum, quoniã hoc ipſo die eduxi exercitus ve-
ſtros è terra Ægypti: obſeruabitis autem diem
hũc in generationes veſtras legẽ ſempiternam.
18 Menſe primo quarta decima menſis ſub veſ-
peram comedetis azimũ vſque ad diem vigeſi-
mum primum menſis ad veſperam. 19 Septem
diebus fermentum non inuenietur in domibus
veſtris: nam quicunque comederit fermenta-
tum, peribit anima illa de cœtu Iſrael, tam ex
incolis, quàm ex indigenis terræ. 20 Omne fer-
mẽtatum non comedetis: in cunctis domiciliis
veſtris edetis azimum. 21 Igitur Moſes conuo-
catis omnibus ſenioribus filiorum Iſrael, dixit
eis, Citò ſumite vobis oues per familias veſtras,
& immolate paſcha. 22 Præterea accipietis faſ-
ciculum hyſſopi, & intingetis in ſanguine agni,
ſpargetiſque ſuper limina, & ſuper vtramque
paraſtadem ex ſanguine qui fuerit in vaſe. &
veſtrum quiſquam non exeat ab oſtio domus
ſuæ vſque mane. 23 Tranſibit enim Dñs ad per-
cutiendos Ægyptios, videbitque ſanguinẽ qui
erit ſuper limina, & ſuper vtrãque paraſtadem,
& propitiabitur Dñs ianuis illis, nec permittet
vaſtatori ingredi domos veſtros, & vaſtare.
24 Obſeruabitis autem ſermonẽ hunc & legem
hãc tam vobis quã filiis veſtris, vſque in ſempi-
ternũ. 25 Et cũ introieritis terrã quam daturus
eſt vobis Dñs prout dixit, ſeruabitis cultũ iſtũ.
26 Et fiet cùm dixerint vobis filii veſtri, Hic cul-
tus quid eſt? 27 Reſpondebitis eis, Sacrificium
eſt paſchæ Dño, quia propitiatus eſt domibus
filiorum Iſrael in Ægypto, quando percuſſit
Ægyptios, & domos noſtras eripuit. Genufle-
xerunt ergo populus, & adorauerunt Dñm.

VERSIO SAMARITANA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

16 *Et dies primus nomen ſanctum eſt, & dies*
ſeptimus nomen ſanctum erit vobis. Et nihil aga-
tur ex operibus, ſed quod comeditur à qualibet ani-
ma, ipſum ſolum agatur vobis. 17 *Et obſeruate*
azyma; quoniam ego in hac eadem die eduxi exer-
citus veſtros de regione Ægypti: Et obſeruate hunc
diem in generationes veſtras, conſtitutione æterni-
tatis. 18 *Et in menſe primo, in die decima quar-*
ta ex ipſo ad veſperas, comedite azyma vſque ad
finem diei vigeſimi primi ex menſe ad veſperas.
19 *Et ſeptem diebus ne reperiatur fermentum in*
domibus veſtris. & quicunque comederit fermen-
tatum, abſcindetur à cœtu filiorum Iſrail, ab alie-
nigena vſque ad incolam regionis.
20 *Omnem rem fermentatam ne comedatis. Jn*
omnibus veſtris habitationibus manducate azy-
ma. 21 *Vocauitque Muſa omnes filios Jſrail,*
& dixit eis: Surgite, & ſumite vobis oues ſecun-
dùm familias veſtras, & mactate Phaſe:
22 *Et accipite faſciculum hyſſopi, & tingite illum*
ſanguine qui eſt in cratere, & tangite ſuperlimi-
nare & vtrumque poſtem ianuæ eo ſanguine qui
eſt in pollubro. & ne exeat vir ex vobis ex ianua
habitationis ſuæ vſque mane.
23 *Tranſibit enim Angelus Domini, vt percu-*
tiat Ægyptios, & videbit ſanguinem ſuper ſuper-
luminari & ambobus poſtibus ianuæ, & miſere-
bitur eius qui ingreſſus eſt eam: & non permittet
perdenti ingredi in domos veſtras, & perdere vos.
24 *Et ſeruate hoc præceptum, conſtitutionem vo-*
bis & filiis veſtris in æternum. 25 *Et cùm ingreſſi*
fueritis in regionem quam dabit vobis Deus ſicuti
dixit, obſeruate hunc cultum. 26 *Et cùm dixerint*
vobis filij veſtri: Quinam eſt iſte cultus vobis?
27 *Dicite: Eſt ſacrificium propitiationis Dei,*
quando propitiatus eſt iis qui erant in domibus
filiorum Iſrail in Ægypto: cùm percuſſit Ægy-
ptios, & liberauit domos noſtras. Proſtratuſque
eſt populus, & adorauerunt.

16 واليوم الاول اسم مقدس * واليوم السابع اسم مقدس يكون
لكم * ولا يصنع شي من الصنايع * الا ما يوكل لكل نفس هو وحده
يصنع لكم * 17 واحفظوا الفطير * لاني في ذات هذا اليوم
اخرجت جيوشكم من بلد مصر * واحفظوا هذا اليوم لاجيالكم
رسم الدهر * 18 وفي الشهر الاول في اليوم الرابع عشر منه
بالعشي كلوا فطيرا الي اخر اليوم الواحد والعشرين من الشهر
بالعشي * 19 وسبعة ايام لا يوجد خمير في بيوتكم * وكل
من اكل خميرا يقطع من جماعة بني اسرايل * من غريب الي
صريح البلد * 20 كل شي من الخمير لا تاكلوا * في جميع
مساكنكم كلوا فطيرا * 21 فدعا موسي جميع بني
اسرايل * وقال لهم انهضوا وخذوا لكم غنما لعشايركم واذبحوا
الفسح * 22 وخذوا باقة صعتر واغمسوها في الدم الذي في
الطشت * وادنوا الي المطل وحذي الباب من ذلك الدم الذي في
الطشت * ولا يخرج انسان منكم من باب منزله الي الغداة *
23 فيجوز ملاك الله ليصدم المصريين * وينظر الدم علي المطل
وحذي الباب * فيرقي لمن دخله ولا يدع المهلك ان يدخل الي
بيوتكم فيهلككم * 24 واحفظوا هذا الامر رسما لكم
ولبنيكم الي الدهر * 25 واذا دخلتم الي البلد الذي يعطيكم الله كما
قال * فاحفظوا هذه العبادة * 26 واذا قال لكم اولادكم ما هذه العبادة
لكم * 27 فقولوا هو ذبح رافة الله كما راف بمن في بيوت بني اسرايل
بمصر * اذ صدم المصريين وخلص بيوتنا * فخر القوم وسجدوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Die primo conuocatio ſancta, die quoque ſeptimo conuocatio ſancta erit vobis: Nullum opus fiet in eis,
verùm quod erit manducandum omni animæ, hoc tantùm fiet à vobis. 17 Et cuſtodietis hoc præceptum;
quoniã hoc ipſo die eduxi exercitus veſtros de terra Ægypti: cuſtodietis autem, & facietis hunc diem in gene-
rationibus veſtris decreto æterno. 18 In primo, decimaquarta die menſis in veſpera, comedetis azyma
vſque in diem viceſimum primum menſis in veſpera. 19 Septem diebus fermentum non inuenietur in do-
mibus veſtris: omnis enim comedentis fermentatum exterminabitur anima illa de congregatione Iſraelis,
tam de aduenis, quàm de indigenis terræ. 20 Nullum ergo fermentatũ comedetis: in omnibus habitationibus
veſtris comedetis azyma. 21 Poſtea vocauit Moſes omnes ſeniores Iſrael, & dixit eis abducite & ſumite vobis
pecudem ſecundum familias veſtras, & mactate paſcha. 22 Accipietis quoque faſciculum hyſſopi, & tinge-
tis in ſanguine qui eſt in pelui, & applicabitis ſuperliminari, & duobus poſtibus de ſanguine qui eſt in pelui:
Vos autem ne egrediamini de porta quiſque domus ſuæ vſque ad mane. 23 Tranſibit enim Dominus vt
percutiat Ægyptũ, & videbit ſanguinem ſuperſuperliminare, & ſuper ambos poſtes: tum præteribit Domi-
nus portam illam, neque permittet deſtructorem ingredi domos veſtras ad percutiendum. 24 Cuſtodietis
autem verbum iſtud in præceptum, tibi, filiiſque tuis vſque in æternum. 25 Fiet quoque cum ingrediemini
terram quam dedit Dominus vobis ſicut locutus eſt, vt obſeruetis cultum iſtum in menſe iſto.
26 Cum verò dixerint vobis filii veſtri, quæ hæc eſt ſeruitus vobis? 27 Tunc dicetis, ſacrificium Paſchatis
eſt hoc Domino, qui tranſiliit domos filiorum Iſrael in Aegypto, cum percuteret Aegyptum, & domos no-
ſtras eriperet: & incuruauit ſe populus, & adorauit.

[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

28 Et abierunt, fecerũtque filii Iſrael quemad-
modum præcepit Dñs Moſi & Aharoni, ſic fe-
cerunt. 29 Factumque eſt media nocte vt Dñs
interficeret omnes primogenitos terræ Ægy-
pti, à primogenito Pharaonis ſedente ſuper ſo-
lium eius vſque ad primogenitũ captiui qui eſt
in carcere, imò cũcta primogenita iumentorũ.
30 Et ſurrexit Pharaon nocte illa, omneſque ſer-
ui ſui, & omnes Ægyptii, fuitque vlulatus ma-
ximus in terra Ægypti, eo quòd nulla erat do-
mus in qua nõ eſſet mortuus. 31 Et vocauit Pha-
raon Moſen & Aharonẽ in illa nocte, dixitque
ad eos, Surgite, egredimini è populo meo, tam
vos quã filii Iſrael, & ite, colite Dñm prout di-
xiſtis. 32 Et tam oues veſtras quã boues veſtras
abducite quemadmodũ dixiſtis, & abite, & be-
nedicetis quoque mihi. 33 Et inſtiterunt Ægy-
ptij populo incunctanter, vt eiicerent eos è ter-
ra: dicebant enim, Omnes morimur. 34 Sum-
pſerunt ergo populus maſſam infermentatam,
frigido ipſorum *cibo* ligato in ſudariis ſuis, hu-
meriſque ſuis impoſito. 35 Et filii Iſrael fece-
runt iuxta verbum Moſis, & mutuati ſunt ab
Ægyptiis vaſa argẽtea, & vaſa aurea, & veſtes.
36 Et reddidit Dñs populum gratum in oculis
Ægyptiorum, & mutuo dederunt eis, & furati
ſunt Aegyptios. 37 Profecti ſunt itaq; filii Iſrael
de Raamſis ad Sochuth, ſexcenta millia viro-
rum peditum, præter familias. 38 Miſtio quo-
que multa aſcendit cum eis, & oues, ac boues,
& armenta multa nimis. 39 Et coxerunt maſ-
ſam quam aſportauerant ex Aegypto, placen-
tam infermentatam; non enim erat fermen-
tata: quoniam eiecerant eos Aegyptii, nec po-
tuerunt circuncurſitare, imo nec viaticum pa-
rauerant ſibi. 40 Habitationis verò tempus,
quo habitauerunt filii Iſrael in terra Aegypti,
fuerunt anni quadringenti triginta.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

28 *Et abierunt filij Iſrail, & fecerunt omne quod præcepit Deus Muſæ & Haroni: ſecundum illud fecerunt.* 29 *Cum verò eſſet medium noctis, occidit Deus omne primogenitum in vniuerſa regione Ægypti, à primogenito Pharaonis ſedente ſuper ſedem eius vſque ad primogenitum captiui qui erat in carcere, & omnia primogenita iumentorum.* 30 *Surrexitque Pharao de nocte, ipſe & omnes duces eius, & omnes Ægyptij: factuſque eſt clamor magnus in Ægypto, cum non eſſet domus in qua non eſſet mortuus.*

31 *Accerſiuitque Muſam & Haron de nocte, & dixit eis: Surgite, egredimini de medio populi mei vos ambo, & filij Iſrail, & abite, & immolate Deo ſicut dixiſtis.* 32 *Quin etiam oues veſtras, & boues veſtras ſumite, ſicuti dixiſtis, & abite: & facite conſequar indulgentiam.* 33 *Et coarctarunt Ægyptij populum, vt accelerarent dimiſſionem eorũ de regione; quia ipſi dixerunt, Nos omnes ſane ſumus mortui.* 34 *Portauit ergo populus maſſam ſuam antequam fermentaretur, & erant vaſa piſtoria eorum alligata veſtibus eorum ſuper colla ſua.* 35 *Et fecerunt filij Iſrail ſicut præcepit Deus Muſæ, & commodatò petierunt ab Ægyptiis vaſa auri, & vaſa argenti, & veſtes.*

36 *Et Deus dedit populo gratiam apud Ægyptios, & dederunt ea illis, & eradicauerunt Ægyptios.* 37 *Deinde profecti ſunt filij Iſrail de Aain-Semes ad Alariſc cum ſexcentis millibus virorũ præter pueros.* 38 *Et aſcendit cum eis etiam promiſcua turba copioſa, & oues, & boues, armenta magna nimis.* 39 *Et coxerunt maſſam quã eduxerant de Ægypto placentas infermentatas, cũ non fermentata fuiſſet, eo quòd expulſi eſſent ex Ægypto, nec potuiſſent immorari, ita vt ne viaticum quidem fecerint ſibi.* 40 *Et fuit mora Iſrail qua manſerunt in regione Ægypti, quadringentorum & triginta annorum.*

28 ومضى بنو اسرائيل فصنعوا جميع ما امر الله به موسى
وهرون بحسب ذلك عملوا * 29 فلما كان نصف الليل قتل
الله كل بكر في جميع بلد مصر * من بكر فرعون الجالس على
كرسيه الى بكر السبي الذي في الحبس * وجميع ابكار البهائم *
30 فقام فرعون ليلا هو وجميع قواده وسائر المصريين * فكان
صراخ عظيم بمصر * اذ ليس بيت ليس فيه ميت *
31 فدعا موسى وهرون ليلا * وقال قوما فاخرجا من بين قومي انتما
وبنو اسرائيل * وامضوا فاذبحوا لله كما قلتم * 32 وايضا غنمكم
وبقركم خذوها كما قلتم وامضوا * واجعلوني في حل *
33 وشدد المصريون على القوم ليسرعوا في اطلاقهم من البلد *
لانهم قالوا انا كلنا موتى * 34 فحمل القوم عجينهم من قبل ان
يختمر * فكانت معاجنهم مشدودة في ثيابهم على اعناقهم *
35 وصنع بنو اسرائيل كما امر الله موسى * فاستوهبوا من المصريين
آنية فضة وآنية ذهب وثيابا * 36 والله اعطى القوم حظا
عند المصريين فوهبوها لهم * وانتسفوا المصريين * 37 ثم رحل
بنو اسرائيل من عين الشمس الى العريش بستماية الف رجل خلا
الاطفال * 38 وصعد معهم ايضا خلط كبير وغنم وبقر
مواش عظيمة جدا * 39 فاخبزوا العجين الذي اخرجوه من
مصر ملة فطيرا * اذ لم يختمر لما طردوا من مصر ولم يطيقوا
ان يلبثوا * حتى ان زادا لم يصنعوه لهم * 40 وكان مقام اسرائيل
الذي اقاموه في عمل مصر اربع ماية وثلثين سنة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Iuerunt autem filii Iſrael, & fecerunt ſicut præceperat Dominus Moſi & Aaroni: ita fecerunt. Factum eſt autem in media nocte vt percuteret Dominus omnem primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui ſedebat ſuper thronum eius, vſque ad primogenitum captiuæ quæ eſt in carcere, & omnem primogenitum beſtiæ. 30 Et ſurrexit Pharao nocte iſta, & omnes ſerui eius, & omnes Ægyptij; fuitque clamor magnus in Ægypto; quia nulla domus erat in qua non eſſet mortuus aliquis.

31 Et vocauit Moſen & Aaronem noctu, dixitque, Surgite, egredimini de medio populi mei, etiam vos, etiam filii Iſrael, & abite, ſeruite Domino ſecundum verba veſtra. 32 Pecudes etiam veſtras, & boues veſtros accipite ſicut dixiſtis, & abite, & benedicite mihi. 33 Vrgebantque Ægyptij in populum vt feſtinanter dimitterentur de terra, dicebant enim, omnes mortui ſumus. 34 Et tulit populus maſſam ſuam farinaceam antequam fermentata eſſet, conſperſiones ſuas ligatas in veſtibus ſuis ſuper humerum ſuum,

35 Filij verò Iſrael fecerunt ſicut locutus fuerat Moſes: mutuati enim ſunt ab Ægyptiis vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtes. 36 Dominus quoque dedit gratiam populo in oculis Aegyptiorum, vt commodarent eis, ſpoliarentque Aegyptios. 37 Et profecti ſunt filii Iſrael de Rameſſes in Socoth circiter ſexcenta millia peditum virorum præter paruulos. 38 Aſcendit etiam cum eis vulgus promiſcuum, & pecudes, & boues, poſſeſſio grauis valde. 39 Coxerunt autem maſſam quam attulerãt ex Aegypto ſubcineritia azyma, quia fermentata non fuerat, eo quod expulerant eos Aegyptij, nec potuerant moram facere, neque etiam viaticum ſibi præparauerant. 40 Commoratio autem filiorum Iſrael, & patrum eorum quam habitauerunt in terra Chanaan, & in terra Iſrael, quadringentorum fuit & triginta annorum.

41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

41 Factumque eſt poſt quadringentos & tri-
ginta annos, hac ipſa die egreſſi ſunt omnes
exercitus Dñi è terra Ægypti. 42 Nox ſerua-
batur Dño ad eos educendos è terra Ægypti:
hæc eadem nox Domino obſeruabatur apud
omnes filios Iſrael, in generationes eorum.
43 Deinde dixit Dominus Moſi & Aharoni,
Hæc eſt lex paſchæ. Omnis filius extraneorum
non edet ex eo. 44 Et omnis ſeruus *cuiuſcunque*
viri emptus argento, poſtquam circuncideris
eum, tunc edet ex eo. 45 Peregrinus & merce-
narius non comedent ex eo. 46 In domo vna
comedetur, & non exportabitis ex illa carne
extra domũ. & os non cõfringetis in eo. 47 Vni-
uerſa congregatio Iſraelis faciét illud. 48 Cúm-
que habitauerit vobiſcum aduena, feceritque
paſcha Dño, poſtquam circũciſus fuerit omnis
maſculus, tunc accedet ad faciendũ illud, erit-
que ſicut indigenæ terræ. 49 Omnis item præ-
putiatus non comedet ex eo. Lex eadem erit
indigenis & incolis degẽtibus inter vos. 50 Fe-
cerũt itaque omnes filii Iſrael quemadmodum
præceperat Dñs Moſi & Aharoni, ſic *inquam*
fecerunt. 51 Factum eſt igitur hac ipſa die, vt
eduxerit Dominus filios Iſrael è terra Ægypti,
omnes *videlicet* exercitus eorum.

CAPVT XIII.

Dixitque Dominus ad Moſen, 2 Sancti-
fica mihi omne primogenitum ape-
riens: omnes enim vteri filiorum Iſrael, tam
hominum quàm iumentorum, mei ſunt.
3 Et dixit Moſes ad populum, Mementote diei
huius in quo egreſſi eſtis de terra Ægypti, de
domo ſeruitutis: quoniam manu potenti edu-
xit vos Dominus hinc: Et ne comedatur fer-
mentatum 4 In die iſta qua egredimini, in
menſe florum.

VERSIO SAMARITANA.

41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

41 *Cúmque fuiſſet eadem illa dies, exierunt omnes exercitus Dei de regione Ægypti.* 42 *Propterea hæc nox Deo obſeruabilis eſt propter exitum eorum: Propterea hæc nox obſeruabilis eſt filiis Iſrail in generationes veſtras.* 43 *Tum dixit Deus Muſæ & Haroni: Hæc eſt conſtitutio Paſchatis. Omnis alienigena ne comedat ex eo.* 44 *Et omnem ſeruum hominis emptum pretio, circuncide: tunc licitum erit ei manducare ex eo.*
45 *Et hoſpes, & mercenarius non manducabunt ex eo.* 46 *Et in domo vna comedetur. Ne educas de domo ex carne foras quicquam, & os non confringent ex eo.* 47 *Sic cœtus filiorum Iſrail faciunt illud.* 48 *Et cùm ingreſſus fuerit vobiſcum alienigena, & voluerit agere Paſcha Deo, circuncidatur omnis vir in parte ſua: tunc accedet, & aget illud, & fiet veluti incola regionis. at omnis incircuncíſus, ne comedat ex eo.*
49 *Et ſit lex vna incolæ & alienigenæ aduenæ inter eos.*
50 *Et fecerunt filij Iſrail ſicut præceperat Deus Muſæ & Haroni.*
51 *Quumque fuiſſet ipſamet dies qua eduxit Deus filios Iſrael è regione Ægypti per turmas ſuas,*

CAPVT XIII.

Locutus eſt etiam Deus cum Muſa locutionem: 2 *Sacrifica mihi omne primogenitum aperiens omnem vuluam ex filiis Iſrail, ex hominibus & iumentis: mihi ſunt.*
3 *Dixitque Muſa populo: Recordamini huius diei in quo exiſtis de Ægypto, de domo ſeruitutis; quoniam Deus eduxit vos valida cum potentia hinc. Et ne comedatur fermentum.*
4 *Hodie vos egredimini in menſe graneſcentis ſegetis.*

41 فلما كان في ذات ذلك اليوم خرج جميع جيوش الله من بلد
مصر * 42 كذاك هذا الليل لله محفوظ لخروجهم * كذاك هذا
الليل محفوظ لبني اسرايل لاجيالهم * 43 ثم قال الله لموسي
وهرون هذا رسم الفسح * كل اجنبي لا ياكل منه * 44 وكل
عبد انسان مشتري بثمن فاختنه * حينيذ يجوز له ان ياكل منه *
45 والضيف والاجير لا ياكل منه * 46 وفي بيت واحد
يوكل * لا تخرج من البيت من اللحم شيا الي خارج * وعظما لا تكسروا
منه * 47 كذاك جماعة بني اسرايل يصنعونه *
48 واذا دخل معكم غريب * واراد ان يصنع فسحا لله *
فليختتن كل رجل في ناحيته * حينيذ فيتقدم فيصنعه * ويصير
كصريح البلد * وكل اقلف لا ياكل منه *
49 ولتكن شريعة واحدة للصريح والغريب الدخيل فيما بينهم *
50 فصنع بنو اسرايل كما امر الله موسي وهرون *
51 ولما كان في ذات اليوم الذي اخرج الله بني اسرايل من
بلد مصر علي جيوشهم *

* الفصل الثالث عشر *

1 ثم قال الله لموسي تكليما * 2 قدس لي كل بكر فاتح كل رحم
من بني اسرايل من الناس والبهايم * لي هم * 3 فقال موسي للقوم
اذكروا هذا اليوم الذي خرجتم فيه من مصر من بيت العبودية *
لان الله اخرجكم بشدة قدرة من هاهنا * ولا يوكل خمير *
4 اليوم انتم خارجون في شهر الفريك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

41 Factumque eſt poſt finem quadringentorum & triginta annorum, vt in illo ipſo die egrederentur omnes exercitus Domini de terra Ægypti. 42 Nox cuſtodiarum eſt iſta Domino, cum eduxit eos de terra Ægypti: Iſta eſt nox cuſtodiarum Domino omnibus filiis Iſrael in generationibus ſuis.
43 Dixit autem Dominus Moſi & Aaroni, hæc eſt lex Paſchatis: nullus filius alienigenæ comedet de eo.
44 Omnem ſeruum virum acquiſitionis argenti circumcides, tunc comedet de eo. 45 Aduena, & Mercenarius non comedent de eo. 46 In domo vna comedetur. non deferetis ex carne de domo foras, óſque non frangetis in eo. 47 Omnis Congregatio Iſrael faciet illud. 48 Cum autem aduenerit vobis peregrinus, & fecerit Paſcha Domino, circumcidetur ei omnis maſculus, & tunc accedet vt faciat eum, eritque ſicut indigena terræ; ſed nullus præputiatus comedet de eo.
49 Lex vna erit indigenæ, & aduenæ qui commoratur in medio veſtri.
50 Et fecerunt omnes filii Iſrael ſicut præceperat Dominus Moſi & Aaroni: ſic fecerunt.
51 Illo ipſo die eduxit Dominus filios Iſrael de terra Ægypti per turmas ſuas.

CAPVT XIII.

Locutus eſt autem Dominus Moſi, dicens: 2 Sanctifica mihi omne primogenitum: Omne aperiens vuluam in filiis Iſrael, in hominibus, & in beſtiis meum eſt. 3 Et dixit Dominus Moſi, recordamini huius diei in quo egreſſi eſtis de terra Ægypti, de domo ſeruorum, quia cum manu forti exire vos fecit inde Dominus, neque comedetur fermentatum. 4 Hodie enim egredimini, in menſe nouarum frugum.

[illegible]

[5] Eritque cùm introduxerit vos Dñs in terram
Chananæorum, & Hethæorũ, & Amoræorũ,
& Iebuſæorum, & Pherezæorũ, quemadmodũ
iurauit patribus veſtris daturum ſe terrã fluen-
tem lacte & melle, exercebitis cultum hunc in
hoc ipſo menſe. [6] Septem diebus comedetis
azymum, & in die ſeptimo feſtũ eſt Dño. [7] Azy-
mum comedetis ſeptem diebus, & non videbi-
tur inter vos fermentatũ in cunctis finibus ve-
ſtris. [8] Et indicabitis filiis veſtris in illa die, *di-
centes*, Propterea fecit hoc mihi Deus meus
quando egreſſus ſum ex Ægypto. [9] Eritque ti-
bi ſignum ſuper manũ tuam, & monimentum
inter oculos tuos, vt ſcilicet ſit lex Dñi in ore
tuo: quoniam manu valida eduxit te Dñs de
Ægypto. [10] Et obſerua mandatũ hoc & legem
iſtam in tempore ſuo, à tempore ad tempus.
[11] Cúmque introduxerit te Dñs in terrã Cha-
nanæorũ, quemadmodum iurauit tibi & patri-
bus tuis, eáque tibi dederit: [12] Segregabis omne
primogenitũ aperiens vuluam, Dño: & omne
aperiens ex iumentis quod tuũ fuerit maſculũ,
Dñi erit. [13] Et omne primogenitũ maſculum
aperiens vuluam ex iumentis, agno redimes:
& niſi redimas illud, occides illud. omnẽ etiam
primogenitũ hominis filiorũ tuorum, redimes.
[14] Cúmq; poſtulauerit à te filius tuus cras, dixe-
ritque tibi, Quid eſt hoc? Dices ad eũ, Quoniã
manu valida eduxit me Dñs ex Ægypto de
domo ſeruitutis. [15] Cúmque induruiſſet Pha-
raon quominus dimitteret nos, interfecit Dñs
omnia primogenita terræ Ægypti, à primoge-
nito hominis vſq; ad primogenitũ iumẽti: pro-
pterea conſecro Dño omne aperiẽs vuluã, maſ-
culũ, & omnẽ primogenitũ filiorum meorum
redimo. [16] Sit ergo tibi ſignũ ſuper manũ tuã,
& memoria inter oculos tuos quòd manu vali-
da eduxerit te Dominus ex Ægypto.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Et cùm introduxerit te Deus in regionem Chananæorum, & Hethæorum, & Amoræorum, & Heuæorum, & Iebuſæorum, quam iurauit Deus patribus tuis daturum ſe tibi, regionem manantem lac & mel: facito hoc opus in hoc menſe.*
6 *Septem diebus manducate azymum: & in die ſeptima eſt ſolemnitas Deo.*
7 *Et cùm comedetur azymum in his ſeptem diebus, ne appareat tibi fermentum neque fermentatum in omnibus finibus tuis.* 8 *Et annuntia filio tuo, dicens in illo die: Iſtud eſt propter id quod fecit Deus mihi in exitu meo de Ægypto.*
9 *Et ſit ſignum tibi ſuper manum tuam, & memoria inter oculos tuos, vt ſit lex Dei in ore tuo; quoniam Deus cum potentia forti eduxit te de Ægypto.* 10 *Et obſerua hoc ſtatutum in tempore ſuo ab anno in annum.* 11 *Et ſimiliter quando introduxerit te Deus in regionem Chananæorum, ſicuti iurauit Deus tibi & patribus tuis, & dederit eam tibi:* 12 *Segrega omnem aperientem vuluam Deo, & omnem primum partum iumentorum quæ ſunt tibi, maſculos* inquam *Deo.*
13 *Et primogenitum aſinorum commuta cum agna; & ſi non commutaueris eum, decolla eum. & omne primogenitum ex filiis tuis, redime.*
14 *Et cùm interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? Dic ei: Cum fortitudine potentiæ eduxit nos Deus ex Ægypto, de domo ſeruitutis:*
15 *Et cum difficilem ſe oſtendiſſet Pharaon ad dimittendum nos, interfecit Deus omne primogenitum in regione Ægypti, à primogenitis hominum, vſque ad primogenita iumentorum: & propterea ego ſacrifico Deo omne aperiens vterum ex primogenitis iumentorum, & omnes primogenitos filiorum meorum redimo.* 16 *Erit igitur ſignum ſuper manum tuam, & expanſum inter oculos tuos; quoniam Deus eduxit nos cum potentia valida ex Ægypto.*

5 وإذا أدخلك الله إلى بلد الكنعانيين والحتيين والأموريين
والحويين واليبوسيين الذي أقسم الله لآبائك أن يعطيك بلدا
يفيض اللبن والعسل * فاصنع هذه الصنعة في هذا الشهر *
6 سبعة أيام كلوا فطيرا * وفي اليوم السابع حج لله *
7 وإذا أكل فطير في هذه السبعة الأيام * لا يرى لك خمير
ولا خمير في جميع تخومك * 8 وأخبر ابنك قائلا في ذلك اليوم *
هذا بسبب ما صنع الله لي في خروجي من مصر *
9 وليكن آية لك على يدك * وذكرا بين عينيك * لكي تكون
شريعة الله في فيك * لأن الله بقدرة شديدة أخرجك من مصر *
10 واحفظ هذا الرسم في وقته من حول إلى حول *
11 وكذلك إذا أدخلك الله إلى بلد الكنعانيين * كما أقسم الله لك
ولآبائك وأعطاك إياه * 12 فاعزل كل فاتح رحم لله * وكل أول
نتاج البهائم التي تكون لك الذكور لله * 13 وبكر الحمير
فافده بشاة * وإن لم تفده فاقفه * وكل بكر من بنيك افده *
14 وإذا سألك ابنك غدا قائلا ما هذا * فقل له بشدة قدرة أخرجنا
الله من مصر من بيت العبودية *
15 ولما صعب فرعون أن يطلقنا * قتل الله كل بكر في بلد مصر *
من بكور الناس إلى بكور البهائم * ولذلك أنا ذابح لله كل فاتح
بطن من بكور البهائم * وكل أبكار بني أفديهم * 16 فيكون
آية على يدك * ومنشورا بين عينيك * لأن الله أخرجنا بقدرة
شديدة من مصر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Cùm autem introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum, Hethæorum, & Amorhæorum, Pherezæorum, & Gergeſæorum, Heuæorum, & Iebuſæorum, quam iurauit patribus tuis ſe daturum tibi, terram fluentem lac & mel, tum ſeruies ſeruitutem hanc in menſe iſto. 6 Sex diebus comedes azyma, & die ſeptimo feſtum erit Domino. 7 Azyma comedes ſeptem diebus; non apparebit apud te fermentatum, neque apparebit apud te fermentum in omnibus finibus tuis. 8 Narrabis autem filio tuo in die iſto, dicens: propterea hoc fecit Dominus mihi, cum egreſſus ſum de Ægypto. 9 Eritque tibi in ſignum ſuper manus tuas, & in memoriale inter oculos tuos, vt ſit lex Domini in ore tuo, quoniam in manu forti eduxit te Dominus de Ægypto; 10 Ideo cuſtodies hoc præceptum quotannis in tempore ſuo. 11 Cùm autem introduxerit te dominus Deus tuus in terram Chanaan ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit eam tibi. 12 Tum ſeparabis omne aperiens vterum Domino: & omne aperiens vuluam beſtiæ: Mares qui fuerint tui, erunt Domino. 13 Omnem apertionem aſini redimes oue; niſi autem redemeris, decollabis: omnem quoque primogenitum hominis in filiis tuis redimes. 14 Quando autem cras interrogauerit te filius tuus, dicens, quid hoc eſt? Tunc dices ei, in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto, de domo ſeruorum. 15 Accidit autem cum difficilem ſe præberet Pharao ad dimittendum nos, vt occideret Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis vſque ad primogenitum beſtiæ: ideo ego ſacrifico Dño omne maſculinũ aperiens vuluã, & omne primogenitum hominis inter filios meos redimo. 16 Et erunt tibi in ſignũ ſuper manus tuas, & in monimenta inter oculos tuos, quoniam in forti manu eduxit te Dominus de Aegypto.

17 [illegible Syriac]
18 [illegible Syriac]
19 [illegible Syriac]
20 [illegible Syriac]
21 [illegible Syriac]
22 [illegible Syriac]

[illegible Syriac chapter heading]

1 [illegible Syriac]
2 [illegible Syriac]
3 [illegible Syriac]
4 [illegible Syriac]
5 [illegible Syriac]
6 [illegible Syriac]
7 [illegible Syriac]

17 Cùm autem dimiſiſſet Pharaon populũ,non
perduxit eos De⁹ per viã Paleſthinorũ,eo quòd
propior eſſet: quoniã dixit Deus, Ne fortè me-
tuant populus cùm viderint prælium,& reuer-
tantur in Ægyptũ. 18 Sed duxit Deus populũ
per viã maris Suph: & armati aſcenderant filii
Iſrael de terra Ægypti. 9 Tulit quoque Moſes
oſſa Ioſephi ſecum. nam iuramento conſtrin-
xerat familiam Iſrael, ac dixerat, Omnino
recordabitur veſtri Deus, aſportate oſſa mea
hinc vobiſcũ. 20 Itaque profecti de Sochuth,
caſtrametati ſunt in Otham quæ eſt in finibus
deſerti. 21 Et verò Dominus ibat ante eos, in-
terdiu per columnã nubis,vt caſtrametari face-
ret eos in via:noctu autem per colũnam ignis,
vt luceret eis,quatenus incederent diu noctu-
que. 22 Non recedebat columna nub is inter-
diu,& columna ignis noctu,à cõſpectu populi.

CAPVT XIV.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe,dixit-
que ad eum, 2 Dic familiæ Iſrael,Reuer-
tantur,& caſtrametẽtur ad oſtium foſſati inter
Magdol & inter mare, coram Beel-ſephon: è
regione ipſius caſtra figetis ſecus mare. 3 Di-
cetque Pharaon de filijs Iſrael, extranei ſunt in
terra, clauſum eſt ſuper eos deſertum. 4 Di-
xit autem Dominus ad Moſen, Ego indurabo
cor Pharaonis,& perſequetur vos:& glorifica-
bor in Pharaone, & in cuncto exercitu ipſius:
ſcientque Ægyptij me eſſe Dominum:& fecit
ſic. 5 Porrò indicatum eſt regi Ægypti quòd
abiiſſet populus, & verſum eſt cor Pharaonis
& ſeruorum eius contra populum, & dixe-
runt, Quid fecimus dimittentes Iſraelem de
ſeruitute noſtra? 6 Quare iniecit habenas car-
rucis ſuis,& populũ ſuum ſecũ duxit. 7 Duxit
etiã ſexcentas aurigas electas, omneſq; Ægyp-
tiorũ *aurigas*, viris ſuper eos omnes præpoſitis,

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible Samaritan]
18 [illegible Samaritan]
19 [illegible Samaritan]
20 [illegible Samaritan]
21 [illegible Samaritan]
22 [illegible Samaritan]

[illegible Samaritan heading]

1 [illegible Samaritan]
2 [illegible Samaritan]
3 [illegible Samaritan]
4 [illegible Samaritan]
5 [illegible Samaritan]
6 [illegible Samaritan]
7 [illegible Samaritan]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible Samaritan]
18 [illegible Samaritan]
19 [illegible Samaritan]
20 [illegible Samaritan]
21 [illegible Samaritan]
22 [illegible Samaritan]

[illegible Samaritan heading]

1 [illegible Samaritan]
2 [illegible Samaritan]
3 [illegible Samaritan]
4 [illegible Samaritan]
5 [illegible Samaritan]
6 [illegible Samaritan]
7 [illegible Samaritan]

17 *Et cùm dimiſiſſet Pharaon populum, non duxit eos Deus per iter terræ Paleſtinæ, quoniam vicinum erat; Quia Deus dixit, Ne abeant per illud, vt ne pœniteat populum cùm viderint bellum, ac reuertantur ad Ægyptum.* 18 *Itaque conuertit eos Deus ad viam deſerti versùs mare rubrū. Et inſtructi aſcenderūt filij Iſrail de regione Ægypti.* 19 *Et aſſumpſit Muſa oſſa Ioſephi ſecum: quia ipſe adiurauerat filios Iſrail, & dixerat eis: Cùm recordatus fuerit Deus veſtri, aſſumite oſſa mea hinc vobiſcum.* 20 *Deinde profecti ſunt ex Alaris, & caſtrametati ſunt in Itham in extremitate deſerti.* 21 *Et Angelus Dei ambulabat ante eos, diu in columna ex nubibus, vt oſtenderet eis iter: & noctu in columna ignis, vt luceret eis, vt ambularent die nocteque.* 22 *Non recedebat columna nubium die, & columna ignis nocte à conſpectu populi.*

CAPVT XIV.

RVrſus locutus eſt Deus ad Muſam, dicens: 2 *Impera filiis Iſrail, vt reuertantur, & caſtramententur contra oſtium Gebelath inter Magdel & inter mare, contra Saphun idolum: ex aduerſo ipſius caſtramentamini propè mare.* 3 *Vt dicat Pharaon de filiis Iſrail, quòd ſint dubij in regione, & quòd deſertum concluſerit eos.* 4 *Et indurabo cor eius, & perſequetur eos, & magnificabor in illo & in omnibus exercitibus eius: Et ſcient Ægyptij quòd ego ſum Deus. Et fecerunt ſic.* 5 *Cumque delatum eſſet ad regem Ægypti populum iam fugiſſe, inuerſum eſt cor eius & cor ducum eius aduerſus eos, & dixerunt: Quid fecimus, dimittentes filios Iſrail à ſeruitio noſtro?* 6 *Strauit igitur currum ſuum, & aſſumpſit populum ſuum ſecum.* 7 *Et aſſumpſit ſexcentos currus ſelectos, & reliquos currus Ægyptiorum, & ſuper eos omnes præfecit duces.*

17 ولما اطلق فرعون القوم لم يسيرهم الله في طريق ارض
فلسطين لانه قريب * لان الله قال لا يسيروا فيها كيلا يندم القوم
اذا راوا حربا فيرجعوا الي مصر * 18 فادارهم الله الي طريق
البر الي بحر القلزم * ومتعبين صعد بنو اسرائيل من بلد مصر *
19 واخذ موسي عظام يوسف معه * لانه احلف بني اسرائيل
وقال لهم * اذا ذكركم الله فاصعدوا عظامي من هاهنا معكم *
20 ثم رحلوا من العريش ونزلوا في ايثام في طرف البر *
21 وملاك الله ساير بين يديهم نهارا بعمود من غمام ليدلهم علي
الطريق * وفي الليل بعمود من نار ليضي لهم ليسيروا ليلا ونهارا *
22 لا يزيل عمود الغمام نهارا وعمود النار ليلا من بين
يدي القوم *

* الفصل الرابع عشر *

1 ثم كلم الله موسي قايلا * 2 مر بني اسرائيل ان يرجعوا وينزلوا
بين يدي فم الجلات * بين المجدل وبين البحر * بين يدي صفون
الطاغوت * حياله انزلوا علي البحر * 3 حتي يقول فرعون عن بني
اسرائيل انهم متحيرون في البلد وان البر انغلق عليهم * 4 فاشدد
قلبه فيتبعهم * واعظم به وبجميع جنوده * ويعلم المصريون انني
الله * فصنعوا كذالك * 5 ولما اخبر ملك مصر ان القوم قد هربوا *
انقلب قلبه وقلوب قواده عليهم * وقالوا ماذا صنعنا اذ اطلقنا بني
اسرائيل من خدمتنا * 6 فاسرج مركبه واخذ قومه معه * 7 واخذ
ستماية مركب مختار وساير مراكب المصريين وعلي جميعهم قواد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Factum eſt autem cum dimitteret Pharao populum, vt non duceret eum Deus viam terræ Philiſtinorum, quoniam propinqua erat: dicebat enim Deus, ne forte pæniteat populum cum viderit bellum, & reuertatur in Ægyptum. 18 Ideo circumduxit Deus populum per viam deſerti maris rubri: Quinta autem generatione aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti. 19 Accepit etiam Moſes ſecum oſſa Ioſephi, quoniam adiurando adiurauerat Ioſeph filios Iſrael, dicens: viſitando viſitabit vos Deus, tunc deferetis oſſa mea vobiſcum. 20 Itaque profecti ſunt de Sucoth, & caſtrametati ſunt in Etham in extremitate deſerti. 21 Dominus autem incedebat ante faciem eorum interdiu in columna nubis vt duceret eos per viam; & noctu in columna ignis vt illuminaret eos ad iter faciendum diu & noctu. 22 Non recedebat columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem ante faciem populi.

CAPVT XIV.

ET locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 2 Loquere filiis Iſrael vt reuertantur, & caſtrametentur è regione Phihahiroth inter Magdal & inter mare contrà Beelſephon: ex oppoſito ipſius caſtrametabimini ad mare. 3 Tum dicet Pharao de filiis Iſrael, perplexè errant in terra, concluſit eos deſertum. 4 Et obfirmabo cor Pharaonis, & perſequetur eos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius; cognoſcentque Ægyptij quod ego ſum Dominus: Sic autem ſic fecerunt. 5 Et nuntiatum eſt regi Ægypti quod fugerat populus, tunc mutatum eſt cor Pharaonis, & ſeruorum eius in populum; & dixerunt, quid hoc fecimus, quod dimiſimus Iſraelem ne ſeruiret nobis? 6 Et iunxit currum ſuum, populumque ſuum ſumpſit ſecum. 7 Accepitque ſexcentos currus electos, & omnes currus Ægypti, & Tribunos ſuper omnia hæc.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

8 Et indurauit Dñs cor Pharaonis regis Ægy-
pti,& inſectatus eſt filios Iſrael. Filij autẽ Iſrael
egreſſi fuerant manu excelſa. 9 Et inſequuti
ſunt eos Ægyptij, & apprehenderunt eos ca-
ſtrametantes ad mare, omnis equitatus Pha-
raonis, & currus eius, & equites, atque exerci-
tus ipſius, caſtrametantes inquam ad os, foſſati
è regione Beel-ſephon. 10 Cúmque appro-
pinquaſſet Pharaon, extulerũt gens Iſrael ocu-
los ſuos, & viderunt Ægyptios venientes poſt
ſe, timueruntque vehementer: & orauerunt
filij Iſrael coram Domino. 11 Et dixerunt ad
Moſen, An quia non erant ſepulchra in Ægy-
pto, duxiſti nos vt moreremur in deſerto? cur
feciſti nobis ſic, & eduxiſti nos ex Ægypto?
12 Nonne hic eſt ſermo quem dixeramus tibi
in Ægypto, Sine nos vt ſeruiamus Aegy-
ptiis? melius enim erat nobis ſeruire Aegy-
ptiis, quàm mori in deſerto hoc. 13 Dixit
Moſes ad populum, Ne timeatis, expectate, &
videte ſalutem Domini quam facturus eſt vo-
bis hodie. nam quemadmodum vidiſtis Aegy-
ptios hodie, poſthac non vltra videbitis eos in
æternum. 14 Dominus pugnabit pro vobis,
vobis ſilentibus. Orauit itaque Moſes coram
Domino. 15 Et ait Dominus ad Moſen, Cur
oras coram me? Dic domeſticis Iſrael vt profi-
ciſcantur. 16 Tu verò ſublato baculo tuo, in-
clina manum tuam ſuper mare, & diſſeca illud,
ingredianturque filii Iſrael intra mare per ſic-
cum. 17 Et ego ecce condenſabo cor Aegy-
ptiorum, vt ingrediantur poſt eos: & glo-
rificabor in Pharaone, & in toto exercitu
eius, & in curribus & equitibus eius.
18 Et ſcient Aegyptij me eſſe Dominum qui
glorificatus ſum in Pharaone, & in toto exer-
citu eius, & in quadrigis, & equitibus eius.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

[8] *Et indurauit Deus cor Pharaonis regis Ægypti, & perſecutus eſt filios Iſrail, & filij Iſrail erant exeuntes cum manu excelſa.*

[9] *Et perſecuti ſunt eos Ægyptij, & aſſecuti ſunt eos caſtrametantes prope mare: omnes equi curruum Pharaonis, & equites eius, & exercitus eius ad os Gebelat contra Saphun idolum.*

[10] *Et cum acceſſiſſet Pharaon, eleuauerunt filij Iſrail oculos ſuos, & ecce Ægyptij proficiſcentes poſt ipſos: & timuerunt valdè, & clamauerunt ad Deum.*

[11] *Et dixerunt Muſæ: An ne præ defectu ſepulchrorum in Ægypto eduxiſti nos vt moreremur in deſerto? quid feciſti nobis educens nos de Ægypto?*

[12] *An non hic eſt ſermo, quem diximus tibi in Ægypto: Relinque nos ſeruire Ægyptiis, quia ſeruitus noſtra illis melior eſt morte noſtra in deſerto?*

[13] *Dixit Muſa populo: Ne timeatis, expectate, & videte auxilium Dei erga vos, quod facturus eſt hodie; quia ſicuti vidiſtis Ægyptios hodie, ampliùs non videbitis eos vnquam in ſæculum.*

[14] *Deus belligerabit pro vobis, & vos continete vos.*

[15] *Rurſus dixit Deus Muſæ: Quare clamas ad me? loquere ad filios Iſrail, vt diſcedant.*

[16] *Tu verò eleua baculum tuum, & extende manum tuam ad mare, & diuide illud, & ingrediantur filij Iſrail per medium eius per ſiccum.*

[17] *Et ecce ego induraturus ſum cor Ægyptiorum, & ingredientur poſt eos, & magnificabor per id quod immittam in Pharaonem & in omnes exercitus eius, & currus eius, & equites eius.*

[18] *Et ſcient Ægyptij quòd ego ſum Deus, cùm magnificatus fuero per deſtructionem Pharaonis & curruum eius, & equitum eius.*

سفر الخروج * الفصل * يد *

8 وشدد الله قلب فرعون ملك مصر * فكلب بني اسرائيل * وبنو
اسرائيل خارجون بيد رفيعة * 9 وكلبهم المصريون فلحقوهم
نازلين على البحر جميع خيل مراكب فرعون وفرسانه وجنوده
الى فم الجلات بين يدي صفون الطاغوت *
10 ولما قرب فرعون اشال بنو اسرائيل عيونهم * فاذا المصريون
راحلون وراءهم * فخافوا جدا وصرخوا الى الله *
11 وقالوا لموسى امن عدم القبور بمصر اخرجتنا لنموت في البر *
ماذا صنعت بنا اذ اخرجتنا من مصر *
12 اليس هذا القول الذي قلناه لك بمصر * ان دعنا نخدم
المصريين فان خدمتنا لهم خير من موتنا في البر *
13 قال موسى للقوم لا تخافوا * قفوا وانظروا معونة الله لكم
التي يصنعها اليوم * فانكم كما رايتم المصريين اليوم * ليس
تعودون ان تروهم ابد الابد *
14 الله يحارب عنكم * وانتم فامسكوا *
15 ثم قال الله لموسى لم تصرخ الي * كلم بني اسرائيل في ان
يرحلوا * 16 وانت ارفع عصاك ومد يدك الى البحر فشقه *
فيدخل بنو اسرائيل في وسطه في اليبس *
17 وها انا مشدد قلب المصريين * فيدخلون وراءهم واتعظم
بما احله بفرعون وبجميع جنوده ومراكبه وفرسانه *
18 ويعلم المصريون انني الله اذا تعظمت باهلاك فرعون
ومراكبه وفرسانه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et obfirmauit Dominus cor Pharaonis regis, & perſecutus eſt filios Iſrael: filij autem Iſrael egrediebantur
in manu excelſa. 9 Perſecutique ſunt eos Ægyptii, & attigerunt eos caſtrametantes iuxta mare, omnes
equi, currus Pharaonis, & equites eius, & exercitus eius iuxta Phihahiroth è regione Beelſephon.
10 Pharaone autem accedente leuauerunt filii Iſrael oculos ſuos, videruntque, & ecce Ægyptij proficiſcentes poſt eos; tunc timuerunt valde, & clamauerunt filii Iſrael ad Dominum.
11 Dixeruntque Moſi, An eo quod non eſſent ſepulchra in Ægypto aſſumpſiſti nos vt moreremur in Ægy-
pto? Quare hoc feciſti nobis, vt educeres nos de Ægypto? 12 Nonne hoc eſt verbum quod dicebamus tibi
in Ægypto, dicentes, deſiſte quæſumus à nobis, & ſeruiemus Aegyptiis: quia melius eſt nobis ſeruire Ægyptijs,
quàm mori in deſerto. 13 Reſponditque Moſes populo, ne timeatis, ſubſtite, & videte ſalutem Domini
quam faciet vobis hodie: nam ſicut videtis Aegyptios hodie, non videbitis eos adhuc amplius in æternum.
14 Dominus pugnabit pro vobis, vos autem conticeſcetis.
15 Et dixit Dominus Moſi, quid clamas ad me? loquere filiis Iſrael, vt proficiſcantur.
16 Tu verò attolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diſſeca eam, gradianturque filii
Iſrael in medium mare per aridam. 17 Ego autem, ecce obfirmo cor Aegyptiorum, & gradientur poſt
eos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius.
18 Cognoſcentque omnes Aegyptij quod ego ſum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus eius, & in equitibus eius.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

19 Et diſcedens Angelus Domini qui præce-
debat caſtra Iſraelis,iuit à tergo eorum:migra-
uit quoque columna nubis à cõſpectu eorum,
& ſtetit à tergo illorum. 20 Et ingreſſa eſt inter
caſtra Ægyptiorũ & caſtra Iſraelis: & fuit nu-
bes & tenebræ tota nocte : illuxit autem tota
nocte filiis Iſrael,& non appropinquauerũt illi
ad iſtos tota nocte. 21 Et ſuſtulit Moſe manum
ſuam ſuper mare,abduxitq; Dñs mare vento
calido vehementiſſimo,tota nocte, vertitque
mare in aridam,& diſciſſæ ſunt aquæ. 22 Et in-
greſſi ſunt filij Iſrael in medium mare in ſicco:
& aquæ factæ ſunt eis veluti murus à dextera
eorũ,& à ſiniſtra eorum. 23 Et inſequuti Ægy-
ptii,ingreſſi ſunt poſt eos,omnis *videlicet* equi-
tatus Pharaonis & currus eius, & equites eius,
in medium maris. 24 Factumque eſt in vigilia
matutina, vt appareret Dñs exercitui Ægy-
ptiorum in columna ignis & nubis, & contur-
baret exercitum Ægyptiorum. 25 Et alligan-
tes rotas curruum ſuorũ eoſque ducentes cum
impetu,dicebãt Ægyptii, Fugiamus à conſpe-
ctu gentis Iſrael: Dominus enim fecit pro eis
pugnam in Ægypto. 26 Et dixit Dominus ad
Moſen, Inclina manum tuam ſuper mare, &
reuertentur aquæ ſuper Ægyptios, ſuper qua-
drigas eorum, & ſuper equites eorum. 27 Ex-
tulit ergo Moſes manum ſuam ſuper mare,
& reuerſum eſt mare tempore matutino ad
locum ſuum, Ægyptiis fugientibus obuiam
illi:Exagitauitque Dominus Ægyptios in me-
dio maris: 28 Et refluxerunt aquæ, operue-
runtque currus & equites, totumque exerci-
tũ Pharaonis, qui ingreſſi fuerant poſt eos in
mare,& non remanſit ex eis vel vnus quidem.
29 Filij verò Iſraelis inceſſerunt in mari quaſi
in arida,& aquæ erant eis quaſi murus à dexte-
ra eorum & à ſiniſtra eorum.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

19 *Et diſceſsit Angelus Dei deambulans ante*
exercitum filiorum Iſrail, & venit poſt eos: &
diſceſsit columna nubium à conſpectu eorum, &
ſtetit poſt eos: 20 *Et ingreſſa eſt inter exercitum*
Ægyptiorum,& inter exercitum filiorum Iſrail,
fueruntque tenebræ & nubes,& velarunt noctem,
& neuter eorum acceſsit ad alterum tota nocte.
21 *Et extendit Muſa manum ſuam ſuper mare,*
& induxit Deus ſuper mare ventum Auſtralem
vehementem tota nocte, ita vt effecerit illud ſic-
cum, poſtquam diuiſa fuerat aqua.
22 *Et ingreſsi ſunt filij Iſrail per medium mare*
per ſiccum, & aqua erat eis mœnia ad dexteram
eorum & ad ſiniſtram eorum.
23 *Et inſecuti ſunt eos Ægyptij, & ingreſsi ſunt*
poſt eos cum omnibus equis Pharaonis,& curribus
eius,& equitibus eius in medium mare.
24 *Et cùm fuiſſet vigilia matutina, proſpexit*
Deus ſuper exercitum Ægyptiorum per colum-
nam ex igne & nubibus, & perterruit eum.
25 *Et luxauit cochleas curruum eius, & duxit*
eum violenter. Tunc dixerunt Ægyptij: Fugia-
mus à conſpectu filiorum Iſrail: quoniam Deus
pugnat pro eis contra Ægyptios. 26 *Tum*
dixit Deus Muſæ: Extende manum tuam
aduerſus mare, & reuertetur aqua ſuper Ægy-
ptios,& ſuper currus eorum, & ſuper equites eo-
rum. 27 *Et extendit Muſa manum ſuam*
ſuper mare,& reuerſum eſt mare propè aduentum
matutini ad difficultatem ſuam, Ægyptiis fu-
gientibus obuiam illi, & ſubmerſit eos Deus in
medio maris. 28 *Quia reuerſa eſt aqua, &*
cooperuit currus,& equites,& omnem exercitum
Pharaonis ingredientes poſt eos per mare, & non
remanſit ex eis vllus.
29 *Et filii Iſrail ambularunt per ſiccum in me-*
dio maris: & aqua erat illis mœnia ad dexteram
eorum & ad ſiniſtram eorum.

19 فرحل ملاك الله السائر بين يدي عسكر بني اسرائيل فصار
وراهم * فرحل عمود الغمام من بين ايديهم ووقف وراهم *
20 فدخل بين عسكر المصريين وبين عسكر بني اسرائيل * وكان
الظلام والغمام فغشيا الليل * ولم يتقدم احدهما الي الاخر طول
الليل * 21 ومد موسي يده علي البحر * فسير الله علي البحر
ريحا قبولا صعبة طول الليل * حتي صيره جففا بعد ما انشق
الماء * 22 ودخل بنو اسرائيل في وسط البحر في اليبس * والماء
لهم اسوار عن يمينهم وعن يسارهم * 23 وتبعهم المصريون ودخلوا
وراهم بجميع خيل فرعون ومراكبه وفرسانه الي وسط البحر *
24 ولما كان في نوبة الغداة اطلع الله علي عسكر المصريين
بعمود من نار وغمام * فاهامه 25 وازال لوالب مراكبه * وساقه
بعنف * حين قال المصريون نهرب من بين يدي بني اسرائيل * لان
الله يحارب عنهم في المصريين * 26 ثم قال الله لموسي مد يدك
علي البحر يرجع الماء علي المصريين وعلي مراكبهم وعلي
فرسانهم *
27 فمد موسي يده علي البحر * فرجع البحر عند اتجاه الغداة
الي صعوبته * والمصريون هاربون تلقاه * فغرقهم الله في وسط البحر *
28 بان رجع الماء فغطي المراكب والفرسان وساير جيش
فرعون الداخلين وراهم في البحر * ولم يبق منهم احد *
29 وبنو اسرائيل ساروا في اليبس في وسط البحر * والماء لهم اسوار
عن يمينهم وعن شمالهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Itaque profectus eſt Angelus Domini incedens ante caſtra Iſraelis, iuitque poſt eos: profecta quoque eſt co-
lumna nubis à facie eorum, & ſtetit poſt eos. 20 Et venit inter caſtra Ægyptiorum, & inter caſtra Iſraelis;
& facta eſt nubes tenebroſa, & illuminauit noctem, ideo non appropinquauit alter ad alterum tota nocte.
21 Extenditque Moſes manum ſuam ſuper mare, & abire fecit Dominus mare cum vento orientali vehe-
menti tota nocte, poſuitque mare in ſiccitatem, & diſſectæ ſunt aquæ. 22 Et ingreſſi ſunt filii Iſrael in me-
diũ maris per aridam: aquæ autem erant eis murus à dextris & à ſiniſtris. 23 Et inſecuti ſunt Ægyptij, & ingreſ-
ſi ſunt poſt eos omnes equi Pharaonis, currus eius, & equites eius in medium mare. 24 Factumque eſt in
vigilia matutina, vt reſpiceret Dominus ſuper caſtra Aegyptiorũ in columna ignis, & nubis, & excandeſceret
in caſtra Aegyptiorum. 25 Colligauitque rotas curruum eius, & deturbauit eos in profundum: Tum dixe-
runt Aegyptii, fugiamus à facie Iſrael; nam Dominus pugnat pro eis aduerſus Aegyptios.
26 Dixit verò Dominus Moſi, extende manum tuam ſuper mare, reuertanturque aquæ ſuper Aegyptios, ſu-
per currus eius, & ſuper equites eius. 27 Et extendit Moſes manum ſuam ſuper mare, reuerſumque eſt ma-
re appetente mane cum violentia: Aegyptii verò recedebant ad occurſum eius, ſed excuſſit Dominus Aegy-
ptios in medium mare. 28 Et redierunt aquæ, & operuerunt currus, & equites in omni exercitu Pharaonis,
venientes poſt eos in mare: ne vnus quidem ſuperfuit ex eis. 29 Filij verò Iſrael ambulauerunt in arida per
medium mare: aquæ enim erant eis murus à dextris, & à ſiniſtris.

[illegible]

30 Liberauit itaque Dn̄s in die illo Iſrael de
manu Ægyptiorum, & vidit Iſrael Ægyptios
mortuos ad litus maris. 31 Et videns Iſrael ma-
num ingentem quā exercuerat Dn̄s in Ægy-
ptios, timuerunt populus à Domino, credi-
deruntque Domino & Moſi ſeruo eius.

CAPVT XV.

Laus populi pro ſalute ſua.

TVnc cecinerunt Moſes & filii Iſrael lau-
dationem iſtam Domino, & dixerunt,
Laudemus Dominum glorificandum qui glo-
rificatus eſt ſuper equos, & equites eorum pro-
iecit in mare. 2 Potentiſſimus atque glorioſiſ-
ſimus Deus Dominus, & factus eſt nobis ſal-
uator. Iſte eſt Deus meus, laudabo eum: Deus
patris mei, extollam eum. 3 Dominus gigas
& bellator, Dominus eſt nomen eius. 4 Cur-
rus Pharaonis & exercitū eius proiecit in ma-
re, & ſelectos robuſtiſſimorum eius demerſit in
mare Suph. 5 Abyſſi operuerunt eos, deſcen-
derūt in profundū, & demerſi ſunt quaſi lapis.
6 Dextera tua Dn̄e excellit fortitudine, dexte-
ra tua Dn̄e cōfregit inimicos tuos. 7 Multitu-
dine roboris tui deturbaſti oſores tuos: miſiſti
iram tuam, & deuorauit eos tāquam ſtipulam.
8 Vento vultus tui intumuerunt aquæ: conſti-
terunt quaſi in vtribus fluenta: condenſatæ
ſunt abyſſi in corde maris. 9 Dixit inimicus,
Perſequar, & apprehendam, & diuidam ſpolia,
deglutiet eos anima mea, exerā gladiū meū, &
interficiet eos manus mea. 10 Flaſti vento tuo,
& operuit eos mare: demerſi ſunt veluti plum-
bū in aquis vehemētibus. 11 Quis tui ſimilis eſt
Dn̄e? quis eſt ſicut tu magnificus in ſanctitate
ſua, formidabilis, & laudādus, & factor prodi-
giorum? 12 Eleuaſti dexteram tuam, & de-
glutiuit eos terra: 13 Duxiſti bonitate tua po-
pulum hunc quem liberaſti, duxiſti fortitudi-
ne tua ad habitaculum ſanctitatis tuæ.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

30 *Et auxilium præſtitit Deus in illa die filiis*
Iſrail contra Ægyptios, & viderunt filij Iſrail
Ægyptios mortuos ſuper littus maris.
31 *Et viderunt filij Iſrail plagam magnam*
quam fecit Deus in Ægyptios: & timuit populus
Deum, & crediderunt illi & Muſæ ſeruo eius.

CAPVT XV.

TVnc laudauit Muſa & filij Iſrail hac lau-
datione Deum, & dixerunt omnes: Laude-
mus Deum, quia polluit potentia, equos &
eorum equites proiecit in mare.
2 *Magnificentia mea, & gloria mea, qui fuit*
mihi adiutor. Hic eſt omnipotens meus, ad eum me
recipio: Deus patris mei, ipſum magnifico.
3 *Deus certaminum, Deus nomen eius.*
4 *Currus Pharaonis & exercitus eius proiecit in*
mare. Et electiſſimi ducum eius ſubmerſi ſunt in
mari rubro. 5 *Abyſſi cooperuerunt eos: deſcende-*
runt in profundum veluti ſaxa. 6 *Dextera tua,*
ô Domine, abundans robore: dextera tua, ô Do-
mine, tremefacit inimicum. 7 *Et magnitudine*
omnipotentiæ tuæ euertis aduerſarios tuos: Mit-
tis indignationem tuam, & conſumit eos velu-
ti ſtipulas. 8 *Et vento iræ tuæ coaceruatæ ſunt*
aquæ, & ſteterunt vt mõtes gurgites, & coagulatæ
ſunt abyſſi in corde maris. 9 *Et cũ dixit inimicus,*
Inſequar eos, & aſſequar eos, & diuidã ſpolia eo-
rum, & vleiſcetur in eos anima mea, & euaginabo
gladium meum, & conſumet eos manus mea:
10 *Flare feciſti ventum tuum, & cooperuit eos ma-*
re, & ſubmerſi ſunt veluti plumbum in aqua co-
pioſa. 11 *Quis eſt ſimilis tibi inter Deos, ô Domi-*
ne? Quis eſt ſimilis tibi, qui glorioſus es, ſanctus,
metuendus, laudabilis, operator miraculorum?
12 *Extendiſti dexteram tuam, & deglutiuit eos*
terra. 13 *Et ambulare feciſti beneficio tuo po-*
pulum quos ſoluiſti, & duxiſti eos magnificentia
tua ad receptaculum ſanctitatis tuæ.

30 وأغاث الله في ذلك اليوم بني اسرائيل من المصريين * ورأى
بنو اسرائيل المصريين امواتا على شاطي البحر *
31 ورأى بنو اسرائيل الآفة العظيمة التي صنعها الله بالمصريين *
فخاف القوم الله * وآمنوا به وبموسى عبده *

* الفصل الخامس عشر *

1 حينئذ سبح موسى وبنو اسرائيل بهذه التسبحة لله وقالوا اجمعون
نسبح لله اذ اقتدر اقتدارا * الخيل وركابها رمى بها في البحر *
2 عزي ومجدي الذي كان لي عونا * هذا قادري واوي في
اليه * اله ابي اعظمه * 3 الله ذو الملاحم الله اسمه * 4 مراكب
فرعون وجنوده رشقها في البحر * وخيار قواده غرقوا في بحر القلزم *
5 الغمور غطتهم * نزلوا في القعر كالحجارة *
6 يمينك يا رب جزيلة القوة * يمينك يا رب ترهب العدو *
7 وبعظمة اقتدارك تهدم مقاوميك * تبعث سخطك فياكلهم
كالقش * 8 وبريح غضبك تعرمت المياه * ووقفت كالاطواد
الهواطل * وجمدت الغمور في قلب البحر *
9 واذ قال العدو اتبعهم فالحقهم * واقسم سلبهم * وتشتفي منهم
نفسي * واجرد سيفي فتفرصهم يدي * 10 اهببت ريحك فغطاهم
البحر * ورسخوا كالرصاص في الماء العزيز * 11 من مثلك في
المعبودات يا رب * من مثلك * الجليل المقدس * مخوف * ذو المدائح *
صانع الاعجوبات * 12 مددت يمينك فابتلعتهم الارض * 13 وسيرت
بفضلك القوم الذين فككتهم * فسقتهم بعزتك الى ماوى قدسك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

30 Seruauitque Dominus illo die Iſraelem de manu Ægyptiorum; vidit quoque Iſrael Ægyptium mortuum ad littus maris. 31 Vidit etiam Iſrael manum magnam quam fecerat Dominus aduerſus Ægyptios, timuitque populus Dominum, & credidit in Dominum, & in Moſem ſeruum eius.

CAPVT XV.

TVnc cecinit Moſes, & filij Iſrael canticum iſtud Domino, & dixerunt hoc modo: Cantemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt; equum, & equitem deturbauit in mare. 2 Fortitudo mea, & laus mea Deus, ideo erit mihi in ſalutem: Iſte Deus meus, & laudabo eum; Deus patris mei, & exaltabo eum.
3 Dominus potens in prælio, Dominus nomen eius. 4 Currus Pharaonis, & exercitus eius vidit in mari; lectiſſimi quoque Tribuni eius ſubmerſi ſunt in mari rubro. 5 Abyſſi operient eos, deſcenderũt in profun-
dum ſicut lapis. 6 Dextera tua Domine magnificata eſt in virtute, dextera tua Domine confregit inimi-
cum. 7 In multitudine quoque excellentiarum tuarum ſubuertes inſurgentes in te: miſiſti iram tuam, de-
uorauit eos ſicut ſtipulam. 8 Et in ſpiritu iræ tuæ coaceruatæ ſunt aquæ, ſteterunt ſicut murus fluenta: coa-
gulatæ ſunt abyſſi in corde maris. 9 Dixit inimicus, perſequar, comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur
iis anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. 10 Flauiſti ſpiritu tuo, operuit eos mare,
ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. 11 Quis ſicut tu in diis Domine? quis ſicut tu magni-
ficus in iuſtitia, tremendus laudibus, faciens mirabilia. 12 Extendiſti dexteram tuam, & abſorpſit eos terra.
13 Duxiſti in benignitate tua populum hunc quem redemiſti: poſſediſti in fortitudine tua habitaculum ſancti-
tatis tuæ.

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

14 Audierũt gentes,& perterritæ ſunt,& timor
inuaſit habitatores Paleſtinæ. 15 Tũc extimue-
runt magnates Adũ,& viros Moab occupauit
pauor:confracti ſunt omnes incolæ Chanaan.
16 Cadat in eos formido & tremor: magnitudi-
ne brachij tui demergãtur tãquã lapides,donec
tranſeat populus tuus Dñe,donec tranſeat po-
pulus iſte quem redemiſti. 17 Adduces eos,&
plantabis eos in monte hæreditatis tuæ.firmiſ-
ſimũ pro manſione tua feciſti Dñe ſanctuariũ
tuum:Dñe firma illud manibus tuis. 18 Dñs re-
gnabit in ſæculum ſæculorum. 19 Quoniã in-
greſſi ſunt equi Pharaonis & currus eius,&
equites eius in medium mare, & reduxit ſuper
eos Dñs aquas maris:filij autem Iſrael ambula-
uerunt per ſiccum in medio mari. 20 Sumpſit
etiã Mariam Propheti ſſa ſoror Aharonis tym-
panũ in manũ ſuã,& egreſſę ſunt omnes mulie-
res poſt eam cum tympanis & ſyſtris. 21 Et ca-
nere faciebat eas Mariam,Laudate Dominum
magnificentiſſimũ qui magnificatus eſt ſuper
equos,& cõſcenſores eorum proiecit in mare.
22 Diſcedere autẽ fecit Moſes gentem Iſraeliti-
cam à mari Suph,& egreſſi ſunt ad ſolitudinem
Sud , veneruntque ſpatio trium dierũ per ſoli-
tudinem,& non inuenerunt aquas. 23 Et vene-
runt ad Morath , nec potuerunt bibere aquas
de Morath , eo quòd amaræ eſſent : propterea
vocauit nomen loci illius, Morath. 24 Et mur-
murarunt populus cõtra Moſen , ac dicunt ei,
Quid bibem⁹? 25 Orauit ergo Moſes corã Dño,
& oſtendit ei Dñs lignũ,quod cùm inieciſſet in
aquas, dulces factæ ſunt aquæ. Ibi docuit eum
Leges & iudicia,& ibidẽ tẽtauit eũ. 26 Et ait illi,
Si audiẽs audieris vocẽ Dñi Dei tui,& quod bo-
nũ eſt coram eo feceris,& auſcultaueris præce-
ptis eius,& cuſtodieris omnia ſtatuta ei⁹: cũcta
flagella quæ adduxi ſuper Aegyptios,nõ addu-
cam ſuper te:quia ego ſum Dñs medicus tuus.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

14 *Audierunt enim gentes, & perterritæ ſunt,*
& dolor partus obtinuit habitatores Paleſtinæ.
15 *Tunc obſtupuerunt principes Adum, & il-*
luſtriſsimos Moab tenuit trepidatio, & fluctua-
runt omnes habitatores Chanaan.
16 *Decidat ſuper eos pauor & timor, in magni-*
tudine potentiæ tuæ: obmuteſcant ſicuti lapides,
quouſque tranſeat populus tuus, ô Domine: quouſ-
que tranſeat populus quem acquiſiſti in poſſeſſio-
nem. 17 *Et adducas eos, & plantes eos in monte hæ-*
reditatis tuæ (præparatum habitationi tuæ feciſti
eum ô Domine) Sanctuario quod diſpoſuit ma-
nus tuæ. 18 *Deus rex eſt ſæculi ſempiterni.*
19 *Cùm ingreſſi ſunt equi Pharaonis, & currus*
eius, & equites eius in mare, reduxit ſuper eos
aquam maris, & filij Iſrail ambulauerunt per
ſiccum in medio maris. 20 *Deinde ſumpſit*
Maria prophetiſſa ſoror Haron tympanum ma-
nu ſua, & exierunt omnes mulieres poſt illam cum
ſiſtris & tympanis. 21 *Et reſpondit eis Ma-*
ria dicens: Laudate Deum quòd potuerit poten-
tiam: equos & eorum conſcenſores proiecit in
mare. 22 *Et migrare fecit Muſa filios Iſrail de*
mari rubro: & egreſſi in deſertum Giaphar, am-
bulauerunt tribus diebus per deſertum, & non
repererunt aquam. 23 *Deinde venerunt ad Ma-*
rirat, & non potuerunt bibere ex ea aquam, eo
quòd amara eſſet; & ideo vocata eſt Marirat.
24 *Et murmurauit populus aduerſus Muſam,*
dicentes: Quid bibemus? 25 *Et deprecatus eſt*
Deum, & oſtendit illi arborem, è qua proiecit ali-
quid in aquam, & dulcorata eſt. Ibi fecit ei con-
ſtitutiones & iudicia, & ibi tentauit eum, 26 *Et*
dixit: Si acceptaueris præceptum Dei Domini tui,
& egeris quod rectum eſt apud illum, & auſcul-
taueris mandatis eius, & cuſtodieris omnes con-
ſtitutiones eius: omnes infirmitates quas immiſi
in Ægyptios, non immittam in te, quia ego ſum
Deus ſanator tuus.

14 فسمعت الامم فرجزت * واخذ الطلق سكان فلسطين *
15 حينئذ دهش صناديد ادوم * واجلا مآب اخذهم الرعدة *
وماج كل سكان كنعان * 16 يقع عليهم الهيبة والفزع بعظيم
قدرتك * يسكتون كالحجارة الى ان يجوز شعبك يا رب * الى ان يجوز
الشعب الذي ملكته حوزا * 17 فتاتي بهم وتغرسهم في جبل
نحلتك * مهيا لسكينتك صنعته يا رب * مقدس اصلحته يداك *
18 الله مالك الدهر الابد * 19 اذ دخلت خيل فرعون ومراكبه
وفرسانه في البحر * فرد عليهم ماء البحر * وبنو اسرايل ساروا في اليبس
في وسط البحر * 20 ثم اخذت مريم النبية اخت هرون الدف
في يدها * وخرج جميع النساء وراها بدفوف وطبول *
21 وجاوبتهن مريم قايلة * سبحوا الله اذا اقتدر اقتدارا * الخيل
وركابها رمى بهم في البحر * 22 ورحل موسى بني اسرايل من
بحر القلزم * وخرجوا الى برية الجفار * فساروا ثلثة ايام في البرية
ولم يجدوا ماء * 23 ثم جاوا الى المرين ولم يطيقوا ان يشربوا
منها ماء لانه مر * ولذلك سميت المرين * 24 فتذمر القوم على
موسى قايلين ما نشرب * 25 فدعى الى الله * فدله على شجرة
طرح منها شيا في الماء فحلا * ثم صير له رسوما واحكاما * وثم
امتحنه *
26 وقال ان قبلت امر الله ربك * وصنعت المستقيم عنده * وانصت
الى وصاياه * وحفظت جميع رسومه * فجميع الامراض التي احللتها
بالمصريين لا احلها بك * لاني الله معافيك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Audierunt populi & commoti ſunt, dolor apprehendit habitatores Philiſthim. 15 Tunc conturbati
ſunt principes Edom; fortes Moab apprehendit tremor, liquefacti ſunt incolæ Chanaan.
16 Cadat ſuper eos terror & pauor: in magnitudine brachij tui ſileant vt lapis, donec tranſeat populus
tuus Domine; donec tranſeat populus iſte quem acquiſiuiſti. 17 Introduces eos, & plantabis eos in mon-
te poſſeſſionis tuæ, loco firmiſſimo habitationis tuæ quem feciſti Domine, ſanctuario Domine quod parauit
manus tua. 18 Dominus regnabit in æternum & vltra. 19 Quoniam intrauit equitatus Pharaonis cum
curribus & equitibus in mare, & reduxit Dominus ſuper eos aquas maris, filij verò Iſrael gradiebantur in ari-
da per medium maris. 20 Accepit autem Maria prophetiſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua, & egreſ-
ſæ ſunt omnes mulieres poſt eam in tympanis & choris. 21 Reſpondebatque eis Maria: Cantemus Domino;
glorioſè enim glorificatus eſt, equum & equitem deturbauit in mare. 22 Et proficiſci fecit Moſes Iſrae-
lem de mari rubro, & duxit eum in deſertum Sur: iueruntque viam trium dierum in deſertum, non inue-
nientes aquas. 23 Et venerunt in Mara, ſed non potuerunt bibere aquas de Mara, quia amaræ erant, ideo
vocauit nomen eius Mara. 24 Et murmurauit populus aduerſus Moſen, dicens, Quid bibemus?
25 Clamauitque Moſes ad Dominum, & oſtendit illi Dominus lignum quod proiecit in aquas, & dulces
factæ ſunt aquæ: Ibi poſuit ei legem & iudicium, ibique tentauit eum. 26 Et dixit, ſi audiendo audieris vo-
cem Domini Dei tui, & rectum feceris in oculis eius, & auſcultaueris præcepta eius, & obſeruaueris præcepta
eius, omnem morbum quem poſui ſuper Ægyptios, non ponam ſuper te, quia ego ſum Dominus ſanans te.

27 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

27 Venerunt autem in Elim,& ibi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ & caſtrametati ſunt ibi ſuper aquas.

CAPVT XVI.

PRofectique ſunt de Elim, & venerunt omnis cœtus filiorum Iſrael in deſertum Sin,quod eſt inter Elim & inter Sinai,quintodecimo menſis ſecundi à tempore quo egreſſi ſunt filii Iſrael ex Ægypto.
2 Et murmurarunt tota congregatio filiorum Iſrael contra Moſen & contra Aharonem in deſerto. 3 Et dixerunt ad eos filij Iſrael,
Vellemus quidem obiiſſe per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnis, & comedebamus panem, & ſaturabamur: quoniam eduxiſtis nos ad deſertum hoc, vt enecaretis vniuerſam congregationem filiorum Iſrael fame.
4 Et ait Dominus ad Moſen, Ecce ego depluam vobis panem de cælo: & egredientur populus, & colligent cibum diurnum in diem: vt probem eos vtrum ambulent in legibus meis, necne. 5 Fietque in die ſexto parabunt quod afferent, eritque duplo magis quàm id quod colligent ſingulis diebus.
6 Dixerunt ergo Moſes & Aharon omnibus filiis Iſrael, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxit vos ex Ægypto: 7 Manè autem videbitis gloriam Domini, quoniam audita eſt murmuratio veſtra coram Domino. Nos autem quid ſumus, quòd muſſitetis contra nos? 8 Dixit etiam eis Moſes, Cùm dederit vobis Dominus carnem veſpere ad manducandum, & mane panem ad ſatietatem. nam audiuit Dominus murmurationem veſtram qua muſſitatis aduerſus eum. Et nos quid ſumus? non contra nos quidem murmuratis, ſed contra Dominum.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

27 *Veneruntque in Ilim, & erant ibi duodecim fontes aquæ, & ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt ibi.*

CAPVT XVI.

DEinde profecti ſunt de Ilim, & venit cœtus filiorum Iſrail in deſertum Sin, quod eſt inter Ilim, & inter Sinai in die quintadecima ex menſe ſecundo ab exitu eorum de regione Ægypti.
2 *Et murmurauit congregatio filiorum Iſrail aduerſus Muſam & Haron in ea ſolitudine.*
3 *Et dixerunt ambobus: Vtinam mortui eſſemus iuſſu Dei in regione Ægypti dum ſedebamus ad ollas carnis, & comedebamus cibum ad ſaturitatem noſtram. Quare eduxiſtis nos ad hanc ſolitudinem, vt occideretis vniuerſum hunc cœtum fame.*
4 *Et dixit Deus Muſæ: Ecce ego demiſſurus ſum vobis eſcam de cœlo. Exeat populus vt colligat eam ſingulis diebus, ad hoc vt tentem eos vtrum ambulent in legibus meis, an non.*
5 *Cùm verò fuerit dies ſexta, præparent quod afferant: nam erit duplum eius quod colligunt ſingulis diebus.* 6 *Dixerunt ergo Muſa & Haron: Veſpere ſcietis Deum eduxiſſe vos è regione Ægypti.*
7 *Et manè videbitis munificentiam Dei, cùm audierit murmurationem veſtram contra ſe: & nos quinam ſumus, vt murmuretis contra nos?*
8 *Tum dixit Muſa: Atque hoc quidem, quia dabit vobis Deus veſpere carnem ad comedendum, & eſcam manè qua ſaturemini: eo quòd audierit murmurationem veſtram quam vos murmuratis contra eum. Ecquinam ſumus nos? Non eſt aduerſus nos murmuratio veſtra, ſed aduerſus Deum.*

27 فجاوا الي ايليم وكان ثم اثني عشر عين ماء وسبعون
نخلة * ونزلوا ثم *

* الفصل السادس عشر *

1 ثم رحلوا من ايليم وجاءت جماعة بني اسرايل الي برية سين
التي بين ايليم وبين سيناي في اليوم الخامس عشر من الشهر
الثاني لخروجهم من بلد مصر * 2 فتذمر جماعة بني
اسرايل على موسي وهرون في تلك البرية * 3 وقالوا لهما
ليتنا متنا بامر الله في بلد مصر في جلوسنا الي قدور اللحم واكلنا
من الطعام شبعا * فلم اخرجتمانا الي هذه البرية لتقتلا جميع
هذا الجوق بالجوع * 4 وقال الله لموسي ها انا منزل لكم
طعاما من السماء * فليخرج القوم ليلقطوه حسب يوم بيوم * لقبل
ان امتحنهم هل يسيرون في شرايعي ام لا *
5 فاذا كان في اليوم السادس فليصلحوا ما ياتون به * فانه يكون
ضعفا على ما يلقطونه في كل يوم *
6 فقال موسي وهرون * بالعشي تعلمون ان الله اخرجكم
من بلد مصر *
7 وبالغداة تنظرون كرم الله اذ سمع تذمركم عليه * ونحن
من اذ تذمرون علينا *
8 ثم قال موسي * ذاك ان يعطيكم الله بالعشي لحما تاكلونه *
وطعاما بالغداة تشبعون منه * اذ سمع تمرمركم الذي انتم
متمرمرون عليه * ومن نحن * ليس علينا تمرمركم بل على الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Poſtea venerunt in Elim: In Elim autem erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ; caſtrametatique ſunt ibi iuxta aquas.

CAPVT XVI.

ET profecti ſunt ex Elim, venitque omnis Congregatio filiorum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim, & inter Sinai, decimo quinto die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti.
2 Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael aduerſus Moſen, & aduerſus Aaronem in deſerto.
3 Dixeruntque iis filij Iſrael: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, cum ſedebamus iuxta ollas carnis, cum comedebamus panem ad ſatietatem; nam eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt necaretis omnem Congregationem iſtam fame.
4 Dixit autem Dominus Moſi: ecce ego pluere facio vobis panem de cœlo. Itaque egredietur populus, & colligent diurnum in die ſuo, vt tentem eos an ambulabunt in lege mea, nec ne. 5 Die autem ſexto parabunt quod afferant; erit enim duplum ſuper id quod colligunt ſingulis diebus.
6 Tum dixerunt Moſes & Aaron omnibus filiis Iſrael: Veſperi cognoſcetis quod Dominus eduxit vos de terra Ægypti. 7 Et mane videbitis gloriam Domini, cum audierit murmurationes veſtras aduerſus Dominum: Nos autem quid ſumus quod murmuratis aduerſus nos?
8 Dixit quoque Moſes, dabit vobis Dominus veſperi carnem ad manducandum, & panem mane ad ſatietatem; cum audierit Dominus murmurationes veſtras, quas murmuraſtis aduerſus eum: Nos verò quid ſumus? non aduerſus nos murmura veſtra, ſed aduerſus Dominum.

[illegible]

[9] Et dixit Moſes ad Aharonem, Dic vni-
uerſæ congregationi filiorum Iſrael , Acce-
dite in conſpectu Domini, quoniam audiuit
Dominus murmurationem veſtrã. [10] Acci-
dit autem vt cùm dixiſſet Aharon ad omnem
cœtum filiorum Iſrael, vertiſſent ſe ad deſer-
tum: & ecce gloria Domini apparuit in nu-
be. [11] Dixitque Dominus ad Moſen, [12] Au-
diui murmurationem filiorum Iſrael. Dic ad
eos, Ad occaſus ſolis eſtote comedentes car-
nẽ,& in matutino eritis ſaturi pane, & ſcietis
quòd ego ſum Dñs Deus veſter. [13] Factum
eſt ergo veſpere,& aſcendit coturnix, operuit-
que caſtra:& in matutino fiebat glomerata ca-
ligo roris circa caſtra. [14] Et abſcedente caligi-
ne roris, ecce in ſuperficie terræ minutũ quid-
dam & decorticabile,& obductum inſtar gla-
ciei ſuper terrã. [15] Et videntes filij Iſrael, dixe-
runt quilibet ad fratrem ſuum, Quid eſt? non
enim nouerant quid eſſet. Ait illis Moſes, Hic
eſt panis quem dedit vobis Dñs ad edendum.
[16] Atque hic eſt ſermo quem præcepit Dñs,
Colligite ex eo , vnuſquiſque pro ſufficientia
cibi ſui; menſuram per ſingula capita iuxta nu-
merum animarum veſtrarum , vnuſquiſque
pro iis qui in tentorio ſuo ſunt , accipietis.
[17] Et fecerunt ſic filij Iſrael,& collegerunt alij
plus, alij minus. [18] Et menſi ſunt illud menſura,
& nil ſuperfuit ei qui plus collegerat , & ei qui
minus, nil defuit: ſinguli ſufficientiam cibi ſui
collegerunt. [19] Ait illis Moſes, Nemo reſer-
uet ex eo vſque mane. [20] At non audierunt
Moſen, ſed reſeruarunt ex eo quidam vſque
mane, & produxit vermes, & computruit: Et
iratus eſt aduerſus eos Moſes. [21] Colligebant
autem illud ſingulis matutinis, quilibet pro
ſufficientia cibi ſui : cúmque incaleſceret ſol,
liqueſcebat.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

9 *Præterea dixit Deus ad Muſam & Haron,
Dicite ambo turbæ filiorum Iſrail: Accedite co-
ram Deo, quoniam iam audiuit murmurationem
veſtram.* 10 *Et quandiu loquebatur Haron hæc
ad congregationem filiorum Iſrail, conuertebant
ſe in deſerto; & ecce lux Dei in nubibus.*
11 *Locutuſque eſt Deus ad Muſam dicens.*
12 *Iam audiui murmurationem filiorum Iſrail.
Dic eis: Inter vtrumque occaſum comedetis car-
nem, & manè ſaturabimini cibo, & ſcietis quòd
ego ſim Deus Dominus veſter.* 13 *Cùmque fuiſſet
veſpera, aſcendit coturnix, & operuit exercitum.
Et mane fuit expanſio roris circa exercitum.*
14 *Cùmque aſcendiſſet expanſio roris, ecce ſu-
per faciem deſerti quiddam minutum rotundum
veluti pruina ſuper terram.* 15 *Et viderunt il-
lud filij Iſrail, & dixerunt alter ad alterum, Hoc
quid? quoniam ignorabant quid eſſet. Et dixit
Muſa ad eos: Eſt cibus quem dedit vobis Deus co-
medendum.* 16 *Hoc eſt præceptum quod præcepit
Deus, Colligat quilibet vir iuxta numerũ familiæ
ſuæ, Marzoban cuilibet capiti, ſecundùm nume-
rum animarum eorum: & quilibet vir accipiat
pro iis qui ſunt in domo ſua.* 17 *Et fecerunt ſic
filii Iſrail, & collegerunt aliqui parum, & aliqui
multum.* 18 *Et menſi ſunt illud Marzobano,
& nil habuit reſidui is qui multiplicauit, neque
qui minorauit, defuit quicquam neceſſitati eius:
quilibet vir ſecundùm familias ſuas collegit.*
19 *Et dixit eis Muſa, Ne recondat quiſquam ex
eo quicquam in craſtinum.* 20 *Et non acquieue-
runt quidam Muſæ, ſed reſeruarunt aliquid ex
eo in craſtinum: quare computruit, & ebullierunt
in eo vermes. Iratuſque eſt eis Muſa.* 21 *Et colli-
gebant illud quolibet mane: vnuſquiſque colli-
gebat ſecundùm numerum familiæ ſuæ. Cùm
verò incaleſceret ſol, liqueſiebat.*

9 ثم قال الله لموسى وهرون * قولا لجماعة بني اسرايل تقدموا
بين يدي الله فانه قد سمع تمرمركم * 10 فكلما كلم هرون
بذلك جماعة بني اسرايل التفتوا في البرية * فاذا بنور الله في الغمام *
11 وكلم الله موسى قايلا * 12 قد سمعت تمرمر بني اسرايل *
قل لهم * بين الغروبين تاكلون لحما * وبالغداة تشبعون طعاما *
وتعلمون اني الله ربكم * 13 فلما كان العشي صعد
السلوى فغطى العسكر * وبالغداة كان سبط الطل حوالي العسكر *
14 ولما صعد سبط الطل فاذا على وجه البرية شي دقيق
مدحرج كالدمق على الارض * 15 فنظر بنو اسرايل وقال بعضهم
لبعض هو من * لانهم لم يعلموا ما هو * فقال موسى لهم هو الطعام
الذي اعطاكم الله اياه ماكلا * 16 هذا الامر الذي
امر الله به * ليلقط كل رجل على قدر عياله * مرزبانا لكل جمجمة
على احصاء نفوسهم * وكل رجل ياخذ لمن في بيته *
17 فصنع كذلك بنو اسرايل ولقطوا من قليلا ومن كثيرا *
18 ثم كالوه بالمرزبان * فلم يفضل من كثر * ومن قلل لم ينقص
ذلك من حاجته * كل رجل على قدر عياله لقط *
19 وقال لهم موسى * لا يبق انسان منه شيا الى الغداة *
20 فلم يقبل اناس من موسى * وبقوا منه شيا الى الغداة *
فانتن وتعش فيه الدود * فسخط عليهم موسى *
21 وكانوا يلقطونه في كل غداة * الرجل يلقط على مقدار عياله *
فاذا حميت الشمس تماسى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Et dixit Moſes Aaroni, dic vniuerſæ Congregationi filiorum Iſrael, accedite ante Dominum; quoniam
audiuit murmurationes veſtras. 10 Factum eſt autem cum loquebatur Aaron vniuerſæ Congregationi
filiorum Iſrael, vt reſpicerent verſus deſertum, & ecce gloria Domini apparuit in nube.
11 Tum locutus eſt Dominus Moſi dicens. 12 Audiui murmura filiorum Iſrael: loquere illis dicens, inter
veſperas comedetis carnem, & mane ſaturabimini pane, & cognoſcetis quod ego Dominus Deus veſter.
13 Acciditque veſperi vt aſcenderent coturnices, & operirent caſtra; mane quoque fuit ſtratum roris cir-
cum caſtra. 14 Cùmque aſcendiſſet ſtratum roris, tum ecce ſuper faciem deſerti minutum rotundum, mi-
nutum ſicut pruina ſuper terram. 15 Videntes autem filij Iſrael dixerunt alter ad alterum, quid eſt hoc?
neſciebant enim quid hoc eſſet: Et reſpondit eis Moſes, iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad come-
dendum. 16 Iſta res eſt quam præcepit Dominus vt colligatis ex ea vnuſquiſque quantum ſufficiat eden-
do, Homer viritim: Ad numerum animarum veſtrarum vnuſquiſque accipiet pro iis qui ſunt in tabernaculo
ſuo. 17 Feceruntque ita filij Iſrael, & collegerunt, hi plus, iſti minus.
18 Poſtea metiti ſunt cum Homer, ſed non abundauit qui plus habuerat, neque defuit cui minus: vnuſ-
quiſque quantum victui ſatis erat collegit. 19 Dixitque eis Moſes: Nemo reſeruet ex ea vſque mane.
20 Verùm non obedientes Moſi reſeruarunt quidam ex ea vſque mane: & ebullijt vermes, & fœtuit;
ideo iratus eſt in eos Moſes. 21 Colligebant autem eam ſingulis matutinis, vnuſquiſque pro ratione
victus ſui: poſtquam verò incaluerat ſol, liqueſcebat.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

22 Factumque eſt in die ſexto, collegerunt pa-
nem duplicem, duas menſuras vnicuique. &
venerunt omnes ſeniores congregationis, &
indicauerunt Moſi. 23 Reſpondit eis Moſes,
Hoc eſt quod dixit Dñs, Sabbatū requies eſt,
ſanctitas Dño cras:quod pinſere debetis,pinſi-
te:& quod coquere debetis, coquite: & ex eo
quod ſupererit, reſeruate vobis frigida vſque
mane. 24 Et reſeruarunt ex eo vſque mane,
quemadmodum præceperat eis Moſes, & non
computruit,neque reptile natū eſt in eo. 25 In-
quit ad eos Moſes,Comedite illud hodie, quo-
niam ſabbatum eſt hodie Dño: hodie non re-
perietis illud in agro. 26 Sex diebus eſtote col-
ligentes illud,& dies ſeptimus ſabbatum eſt in
quo nil reperietur. 27 Contigit autem in die
ſeptimo vt exirent quidam ex populo ad colli-
gendum,& nil inuenirent. 28 Et dixit Dñs ad
Moſen, Vſquequo recuſabitis cuſtodire præ-
cepta mea & leges meas? 29 Videte quòd Dñs
dederit vobis ſabbatum:propterea dedit vobis
Dñs in die ſexto panem duorū dierum. Mane-
te quiſque in loco ſuo, & ne exeat quiſpiam de
oſtio domus ſuæ in die ſeptimo. 30 Quieue-
runt ergo populus die ſeptimo. 31 Et vocaue-
runt filij Iſrael nomen eius Manna: ipſum au-
tem erat veluti ſemen coriandri, candidum:&
guſtus eius vt faui mellis. 32 Dixitque Moſes,
Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus,plena
menſura ex eo ſeruabitur poſteris veſtris, qua-
tenus videant panem quo vos cibaui in deſer-
to cùm eduxi vos ex Ægypto. 33 Et dixit
Moſes ad Aharon, Sume vrceum vnum, &
immitte in eum plenam menſuram Manna, &
pone ipſum coram Domino, vt ſeruetur po-
ſteris veſtris, 34 Quemadmodum præcepit
mihi Dominus. Poſuitque illud Aharon in te-
ſtimonium, vt ſeruaretur.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[22] *Et cùm fuiſſet dies ſexta, collegerũt ex cibo duplũ,
duo Marzoban cuilibet. Et venerunt nobiliſſimi
omnium filiorum Iſrail, & ſignificarunt Muſæ.*
[23] *Et dixit eis: Ipſum eſt quod dixit Deus: Ceſ-
ſatio eſt, ſabbathum ſacrum Deo cras: quod
vultis conficere in panem, conficite: & quod
vultis coquere, coquite: & quod remanebit, relin-
quite illud vobis ſeruatum vſque mane.* [24] *Et
reliquerunt illud in craſtinum, ſicut præcepit eis
Muſa, & non computruit, & ebullitio vermium
non fuit in eo.* [25] *Dixit autem Muſa: Come-
dite illud hodie, quoniam hodie ſabbatum Deo eſt,
& hodie non inuenietis illud in agro.*
[26] *Et ſic ſex diebus colligetis illud, & dies ſepti-
mus eſt ſabbatum, non erit in eo.*
[27] *Et cùm fuiſſet dies ſeptima, exierunt aliqui ex
populo vt colligerent, & nihil inuenerunt.*
[28] *Dixitque Deus Muſæ: Dic eis: Quovſque
renuetis obſeruare mandata mea & leges meas?*
[29] *Videte quòd Deus conſtituit vobis legem
ſabbati, & ideo ipſe daturus eſt vobis in die ſexta
cibum duorũ dierũ. Sedeat igitur quilibet homo in
loco ſuo, & ne exeat quis de loco ſuo in die ſeptima.*
[30] *Sabbatizauit ergo populus in die ſeptima.*
[31] *Et nominarunt filij Iſrail nomen eius Man-
na, & eſt veluti ſemen coriandri album, & guſtus
eius veluti artolagani cum melle.* [32] *Deinde
dixit Muſa: Hoc eſt præceptum quod Deus præ-
cipit: Plenum Marzoban ex eo, ſit cuſtoditum
in generationes veſtras, vt videant cibum quo
cibaui eos in deſerto, quando eduxi eos de regione
Ægypti.* [33] *Et dixit Muſa ad Haron: Sume ca-
dum, & pone in eo plenum Marzoban Manna,
& pone illud ante Deum, conſeruandum in gene-
rationes veſtras.*
[34] *Itaque ſicut præcepit Deus Muſæ, poſuit
illud Haron ante teſtamentum, conſeruandum.*

22 ولما كان اليوم السادس لقطوا من الطعام ضعفا مرزبانين
لكل واحد* فجاء اشراف جميع بني اسرائل فاخبروا موسي*
23 فقال لهم* هو ما قال الله* عطلة هي سبت مقدس لله غدا*
ما تريدون ان تخبزوه فاخبزوه* وما تريدون ان تطبخوه فاطبخوه
وما فضل فدعوه لكم محفوظا الي الغداة* 24 فتركوه الي
الغداة كما امرهم به موسي* فلم ينتن ودود لم يكن فيه*
25 فقال موسي كلوه اليوم* لان اليوم سبت لله* واليوم لا تجدونه
في الصحراء* 26 وكذلك ستة ايام تلتقطونه* واليوم السابع
سبت* لا يكون فيه* 27 ولما كان اليوم السابع خرج اناس من
القوم ليلتقطوا فلم يجدوا شيئا* 28 فقال الله لموسي قل لهم*
الي كم قد ابيتم ان تحفظوا وصاياي وشرايعي* 29 انظروا
ان الله جعل لكم شريعة السبت* ولذلك هو معطيكم في اليوم
السادس طعام يومين* فليجلس كل امرئ مكانه* ولا يخرج احد
من موضعه في اليوم السابع* 30 فاسبت القوم في اليوم السابع*
31 وسمي بنو اسرائل اسمه المن* وهو كبزر الكزبرة ابيض* وطعمه
كقطايف بعسل* 32 ثم قال موسي* هذا الامر الذي امر الله
به ملء المرزبان منه يكون محفوظا لاجيالكم* لكي ينظروا الطعام
الذي اطعمتهم في البر* حين اخرجتهم من بلد مصر* 33 وقال
موسي لهرون* خذ برنية واجعل فيها ملء المرزبان منا* ودعه
بين يدي الله محفوظا لاجيالكم* 34 فكما امر الله موسي
وضعه هرون بين يدي الشهادة محفوظا*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[22] Fiebat autem die ſexto vt colligerent panem duplicem, duo Gomer vni: Tum venerunt principes Congre-
gationis, & indicarunt Moſi. [23] Sed dixit eis Moſes, hoc eſt quod dicit Dominus: requies eſt Sabbati, ſancta
Domino; cras quod coquendum eſt, coquite, & quod elixandum eſt, elixate: quidquid autem ſupererit,
reſeruate vobis in cuſtodiam vſque mane.
[24] Itaque reſeruarunt illud vſque mane ſicut præceperat Moſes, & non fœtuit, vermiſque non fuit in eo.
[25] Tum dixit Moſes: comedite illud hodie, quia Sabbatum eſt hodie Domino; hodie nihil inuenietis in agro.
[26] Sex diebus colligetis illud, ſed die ſeptimo Sabbatum erit, nihil tunc inuenietur. [27] Acciditque die
ſeptimo vt exirent quidam de populo ad colligendum, ſed nihil inuenerunt. [28] Dixit autem Dominus Mo-
ſi, vſque quo renuetis obſeruare præcepta mea, & leges meas? [29] Videte quod Dominus dedit vobis Sabba-
tum; ideo ipſe dedit vobis die ſexto panem duorum dierum. Vnuſquiſque ſedeat in loco ſuo, nec egrediatur
aliquis de loco ſuo die Sabbati. [30] Et requieuit populus die ſeptimo.
[31] Vocauit autem domus Iſrael nomen eius Man: ipſum autem album erat tanquam ſemen coriandri, &
guſtus eius tanquam lagani cum melle. [32] Dixit præterea Moſes, hoc eſt verbum quod præcipit Dominus; im-
plete Gomer ex ipſo ad cuſtodiam in generationibus veſtris, vt videatis panem quem exhibuit vobis come-
dendum in deſerto, cum eduxit vos de terra Ægypti. [33] Dixit quoque Moſes Aaroni, accipe vrnam vnam,
& pone ibi plenum Gomer mannæ, & colloca illam ante Dominum ad cuſtodiam in generationibus veſtris.
[34] Sicut præceperat Dominus Moſi, repoſuit eam ante Teſtimonium ad cuſtodiam.

35 [illegible]
36 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

35 Porrò filij Iſrael comederunt Manna qua-
draginta annis donec peruenirent ad terram
habitabilem, Manna comederunt donec per-
uenirent ad terminos terræ Chanaan.
36 Cæterùm menſura, vna ex decem *partibus*
eſt modij.

CAPVT XVII.

Itaque profecti ſunt vniuerſus cœtus filio-
rum Iſrael de deſerto Sin per profectiones
ſuas, iuxta verbũ oris Domini, & caſtrametati
ſunt in Rephidin: & non erat aqua vt biberet
populus. 2 Et iurgati ſunt populus cum Mo-
ſe, & dixerunt ad eum, Da nobis aquas vt biba-
mus. Ait illis Moſes, Quid iurgamini mecum?
& cur tentatis Dominũ. 3 Sitiuit ergo ibi po-
pulus aquas, & murmurarunt populus contra
Moſen, ac dixerunt ei, Quare aſcendere feciſti
nos ex Ægypto, vt interficeres nos & filios
noſtros, & iumenta noſtra ſiti? 4 Et orauit Mo-
ſes coram Domino dicẽs, Quid faciam populo
huic qui parũ abfuit quin me lapidarent? 5 Et
dixit Dominus ad Moſen, Tranſi corã populo,
& duc tecum de ſenioribus Iſrael: & baculum
tuũ quo percuſiſti fluuiũ, accipe in manu tua,
& vade. 6 Et ecce ego ſto ibi ante te ſuper pe-
tram in Horib: Et percuties petram, & egre-
dietur ex ea aquæ, bibetque populus: fecitque
Moſes ita coram ſenibus filiorum Iſrael.
7 Et vocauit nomen loci illius Naſa & Meri-
ba, eo quòd contendiſſent filij Iſrael, quòd-
que tentaſſent Dominum, ac dixiſſent, Vtrum
ſit Dominus inter nos an non.
8 Et venit Amalec ad ineundum prælium
cum Iſraele in Rephidin.
9 Et dixit Moſes ad Ieſum, Elige tibi viros,
& egredere vt ineamus bellum cum Amalec
cras: & ego ecce ſtabo ſuper verticem collis,
baculum Dei manibus meis geſtans.

VERSIO SAMARITANA.

35 [illegible]
36 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

35 [illegible]
36 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

35 *Et filij Iſrail comederunt manna quadra-*
ginta annis , quouſque ingreſſi ſunt in regionem
habitatam: comederunt manna vſque ad ſuum
ingreſſum ad extremitatem regionis Chanaan.
36 *Et Marzoban erat decima pars Vaibæ.*

CAPVT XVII.

DEinde profecta eſt turba filiorum Iſrail de
deſerto Sin per ſua diuerſoria ſecundum præ-
ceptum Domini, & caſtrametati ſunt in Raphi-
dim, & non fuit ibi aqua vt biberet populus.
2 *Quare contendit populus cum Muſa, & dixe-*
runt: Date nobis aquam ad bibendum. Dixit
eis Muſa: Quare contenditis mecum? Et quare
tentatis quid ſit apud Deum?
3 *Et cùm ſitiuiſſent ibi populus aquam, murmu-*
rarunt aduerſus Muſam, & dixerunt ei: Quare
eduxiſti nos de Ægypto, vt occideres nos, & filios
noſtros, & armenta noſtra ſiti? 4 *Et exclama-*
uit Muſa ad Deum, dicens: Quid faciam huic
populo? nam parum abeſt quin lapident me.
5 *Dixit ei Deus: Vade ante populum, & ſume*
tecum de ſenioribus eorum aliquot: & baculum
tuum quo percuſſiſti Nilum, ſume manu tua, &
vade. 6 *Ecce ego erecturus ſum ſignum ante*
te ibi ſuper ſilicem in Hurib. Et percute ſilicem,
exibit ex eo aqua vt bibat populus. & fecit Mu-
ſa ſic in præſentia ſeniorum filiorum Iſrail.
7 *Et appellauit nomen illius loci, Locus tentatio-*
nis & contradictionis, eo quòd contenderunt filij
Iſrail, & tentauerunt quid eſſet apud Deum, di-
centes. Anne reperitur lumen Dei inter nos, an
non? Venit autem Amalec, & pugnauit cum
filiis Iſrail in Raphidim. 9 *Et dixit Muſa ad*
Juſa: Elige nobis viros, & exi ad pugnandum
cum Amalecitis. Cras ego ſtabo ſuper verti-
cem collis habens meum baculum quem præcepit
Deus accipiendum.

35 وبنو اسرائيل اكلوا المن اربعين سنة * الى ان دخلوا الى بلد
عامر * اكلوا المن الى حين دخولهم الى طرف بلد كنعان *
36 وكان المرزبان عشر الويبة *

* الفصل السابع عشر *

1 ثم رحل جماعة بني اسرائيل من برية سين في مراحلهم على
امر الله * ونزلوا في رفيديم * ولم يكن ثم ماء يشربه القوم *
2 فخاصم القوم موسى وقالوا اعطنا ماء نشربه * فقال لهم موسى
لم تخاصموني * ولم تمتحنون ما عند الله * 3 ولما عطش ثم القوم
الى الماء تمرمروا على موسى وقالوا له * لم اصعدتنا من مصر
لتقتلنا وبنينا ومواشينا بالعطش * 4 فصرخ موسى الى الله
قايلا * ما اصنع بهولاء القوم * عن قليل يرجمونني * 5 فقال الله
له سر بين يدي القوم * وخذ معك من مشايخهم قوما * وعصاك
التي ضربت بها النيل خذها بيدك وامض * 6 ها انا مقيم
دليلا بين يديك هناك على الصوان في حوريب * فاضرب
الصوان يخرج منه ماء يشربه القوم * فصنع موسى كذلك بحضرة
مشايخ بني اسرائيل * 7 فسمي اسم ذلك الموضع ذا المحنة
والخصومة * على ما خاصم به بنو اسرائيل وامتحنوا به ما عند الله *
قايلين هل موجود نور الله فيما بيننا ام لا * 8 ثم جاء عماليق
فحارب بني اسرائيل في رفيديم * 9 فقال موسى ليوشع اختر
لنا رجالا واخرج لمحاربة العمالقة * غدا انا واقف على راس اليفاع
ومعي العصا التي امر الله باتخاذها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

35 Filij autem Iſrael comederunt Manna quadraginta annis : Donec venirent in terram habitatam, manna
comederunt; donec venirent ad extremitatem terræ Chanaan. 36 Gomer autem eſt decima pars Epha.

CAPVT XVII.

ET profecti ſunt omnis Congregatio filiorum Iſrael de deſerto Sin iuxta itinera ſua ſecundum manda-
tum Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim: nullæ autem erant aquæ ad potandum populum.
2 Ideo iurgatus eſt populus cum Moſe dicens, da nobis aquas vt bibamus: Reſpondit eis Moſes, quare iurga-
mini mecum? & quare tentatis Dominum? 3 Et ſitiuit ibi populus ad aquas, murmurauitque aduerſus Mo-
ſen, dicens, quare aſcendere nos feciſti de Ægypto ad interficiendum nos, & filios noſtros, & pecora noſtra
ſiti? 4 Clamauit autem Moſes ad Dominum, in hæc verba, quid faciam huic populo? adhuc parum, & lapida-
bunt me! 5 Dixit verò Dominus Moſi, tranſi ante populum, & accipe tecum de Senioribus Iſrael: virgam
quoque tuam cum qua percuſſiſti fluuium, accipies in manu tua, & incedes.
6 Ecce ego ſto ante te ibi ſuper petram in Horeb, & percuties petram, & egredientur ex ea aquæ, & bibet
populus: Atque ita fecit Moſes in oculis Seniorum Iſrael. 7 Et vocauit nomen loci, Maſa, & Meriba,
propter contentionem filiorum Iſrael, & eo quod tentauerant illi Dominum, dicentes, nunquid eſt Domi-
nus in medio noſtrum, an non? 8 Poſtea venit Amalec, & pugnauit cum Iſraele in Raphidim.
9 Et dixit Moſes Ioſuæ, elige nobis viros, & egredere ad pugnandum cum Amalec: Cras ego ſtabo ſuper ca-
put collis, & virga Domini in manu mea.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

[10] Fecit ergo Ieſus quemadmodum dixerat illi
Moſes, & abiit ad gerendũ bellũ contra Ama-
lec: Moſes autẽ & Aharon atque Vr aſcende-
runt ad verticem collis. [11] Et quoties attolle-
bat Moſes manus ſuas, præualebat Iſrael: quo-
ties verò demittebat manus ſuas, præualebat
Amalec. [12] Et quidem manus Moſis fatigatæ
fuerãt: ſumentes ergo lapidẽ poſuerunt ſub eo,
ſeditque ſuper illum: & Aharon & Vr fulcie-
bant manus eius, vnus hinc, alter inde: fuerũt-
que manus eius in fidelitate, donec ſol occum-
beret. [13] Contriuit ergo Ieſus Amalec & po-
pulũ eius acie gladij. [14] Dixitque Dñs ad Mo-
ſen, Scribe monumentũ hoc in libro, & pone
corã Ieſu filio Nun: quoniã planè delebo me-
moriã Amalec de ſub cælo. [15] Ædificauitque
Moſes altare, & vocauit nomẽ eius Dñs Niſſi.
[16] Et dixit, Ecce manus ſuper ſedẽ, bellum Dñi
cum Amalec à generatione generationum.

CAPVT XVIII.

ET audiuit Iethrõ ſacerdos Median, ſocer
Moſis quicquid fecerat Deus Moſi &
Iſraeli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dñs filios
Iſrael ex Ægypto. [2] Tulitq; Iethrõ ſocer Mo-
ſis Sephoram filiã ſuam vxorẽ Moſis poſtquam
reliquerat eã: [3] Et duos filios eius, quorũ vnius
nomen Gerſon: quoniã dixerat, Aduena factus
ſũ in terra peregrina: [4] Et nomẽ alterius Elia-
zar: quoniã Deus patrũ meorũ in auxiliũ meũ,
& eripuit me de gladio Pharaonis. [5] Et venit
Iethron ſocer Moſis, & filii eius, & vxor illius
ad Moſen in deſertũ vbi morabatur, ad mon-
tem Dei. [6] Dictumque fuit Moſi, Ecce ſocer
tuus Iethrõ venit ad te, & vxor tua & duo filij
tui cum eo. [7] Egreſſus eſt igitur Moſes obuiã
ſocero ſuo, & adorauit eum, & oſculatus eſt
eum, & imprecati ſunt quilibet pacem proxi-
mo ſuo, ingreſſique ſunt in tentorium,

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

10 *Et fecit Iuſa quemadmodum dixerat ei*
Muſa de pugnando cum Amalecitis. Et Muſa,
& Haron, & Hur aſcenderunt ad verticem col-
lis. 11 *Et vt eleuabat Muſa manum ſuam,*
vincebant filij Iſrail: & vt deponebat eas, vince-
bant Amalecitæ. 12 *Et cùm graues factæ eſſent*
manus Muſæ, acceperunt ſaxum, & poſuerunt
illud ſubtus eum, & ſedit ſuper illud, & Haron &
Hur ſuſtentarunt manus eius, vnus eorum dex-
trorſum, & alter ſiniſtroſum: & fuerunt ambæ
manus eius ſuffultæ vſque ad occaſum ſolis:
13 *Donec præcidiſſet Juſa Amalec & popu-*
lum eius acie gladij. 14 *Et dixit Deus Muſæ:*
Scribe hoc in memoriam in libro, & lege illud
Juſa; quoniam ego deleturus ſum memoriam
Amalec de ſub cœlo. 15 *Et ædificauit Muſa al-*
tare, & nominauit illud, Deus vexillum meum.
16 *Et dixit: Nunc eſt mihi quod iurem per*
ſolium, quòd erit Deo bellum in Amalecitas ab
æuo in æuum.

CAPVT XVIII.

DEinde audiuit Soaib ſacerdos Median ſocer
Muſæ omnia quæ egit Deus Muſæ &
genti Jſrail populo ſuo, quando eduxit Deus filios
Iſrail de Ægypto. 2 *Et accepit Soaib ſocer*
Muſæ Sephuram coniugem eius poſteaquam mi-
ſerat eam ad illũ, 3 *Et duos eius filios, quorũ vnius*
nomen Girſum: eo quòd dixit, Factus ſum peregri-
nus in regione peregrinationis: 4 *Et alterius, Elia-*
zar: eo quòd dixerat, Deus patris mei fuit adiu-
tor meus, & liberauit me de gladio Pharaonis. 5 *Et*
venit Soaib ſocer Muſæ, & ambo filij eius, &
vxor eius ad illum in deſertũ in quo demorabatur,
ad montem Dei. 6 *Et miſit qui diceret Muſæ de ſe,*
Ego ſocer tuus Soaib venio ad te, & vxor tua,
& duo filij tui cum ea. 7 *Exiuit ergo Muſa ad oc-*
currendum ſocero ſuo: & adorauit, deinde oſcu-
latus eſt eum: & petiit vterque eorum de incolumi-
tate amici ſui, & ingreßi ſunt ambo in tentorium.

10 فصنع يوشع كما قال له موسى من محاربة العمالقة * وموسى
وهرون وحور صعدوا الى راس اليفاع * 11 فكان موسى كما
يرفع يده يغلب بنو اسرائيل * وكما يحطها يغلب العمالقة *
12 ولما ثقلت يدا موسى اخذوا حجرا وصيروه تحته وجلس
عليه * وهرون وحور اسندا يديه احدهما يمنة والاخر يسرة * فكانت
يداه مخصوصتين الى غروب الشمس * 13 حتى كرد يوشع عملاق
وقومه بحد السيف * 14 وقال الله لموسى اكتب هذا ذكرا في
كتاب * واتله على يوشع * فاني سامحو ذكر عملاق من تحت السماء *
15 وبنى موسى مذبحا وسماه الله علمي * 16 وقال ان الان لي ان
اقسم بالكرسي ان يكون لله حرب في العمالقة جيلا بعد جيل *

* الفصل الثامن عشر *

1 ثم سمع شعيب امام مدين حمو موسى جميع ما صنع الله لموسى
ولآل اسرائيل قومه اذ اخرج الله بني اسرائيل من مصر * 2 فاخذ
شعيب حمو موسى صفورا زوجته بعد ما ارسلها اليه * 3 وابنيها
الذين اسم احدهما جرسوم * لانه قال صرت غريبا في بلد غربة *
4 واسم الاخر العازر * لانه قال اله ابي كان عوني وخلصني من
سيف فرعون * 5 وجاء شعيب حمو موسى وابناه وزوجته اليه
الى البر الذي هو نازل فيه الى جبل الله * 6 وبعث من قال
لموسى عنه * انا حموك شعيب جاء اليك وزوجتك وابناها معها *
7 فخرج موسى يتلقى حماه * فسجد ثم قبله * وسال كل واحد
منهما عن سلامة صاحبه * ودخلا الى الخيمة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Fecitque Ioſue ſicut dixerat illi Moſes, vt pugnaret cum Amalec: Moſes verò, & Aaron, & Hor aſcende-
runt ad cacumen collis. 11 Accidebat autem cum Moſes attolleret manus ſuas vt potentior eſſet Iſrael; ſed
cum demittebat manus ſuas, potentior erat Amalec. 12 Manibus autem Moſis grauibus factis acceperunt
lapidem, & ſuppoſuerunt ei, ſeditque ſuper eum: Aaron verò & Hor ſuſtentarunt manus eius; hinc vnus, &
inde alter, fueruntque manus eius ſtabiles donec occideret ſol. 13 Fregit igitur Ioſue Amalec, & populum
eius, & percuſſit eum in ore gladij. 14 Et dixit Dominus Moſi, ſcribe hoc pro memoriali in libro, & pone
in auribus Ioſue; quia delendo delebo memoriam Amalec ſub cœlo. 15 Poſtea ædificauit Moſes altare, &
vocauit nomen eius, Dominus vexillum meum. 16 Et dixit, quia manus ſuper thronum, bellum Domino
contra Amalec à generatione in generationem.

CAPVT XVIII.

AVdiuit autem Iethro Sacerdos Madian ſocer Moſis quidquid fecerat Deus Moſi, & Iſraeli popu-
lo ſuo, quòd eduxerat Dominus Iſraelem de Ægypto. 2 Et accepit Iethro ſocer Moſis Sephoram
vxorem Moſis poſt dimiſſionem eius. 3 Duos quoque filios eius quorum nomen, vnius quidem erat
Gerſam, quia dixerat, peregrinus fui in terra aliena. 4 Nomen verò alterius Eliezer, quia Deus patris
mei fuit mihi in auxilium, & eripuit me de gladio Pharaonis. 5 Venit igitur Iethro ſocer Moſis, & filii eius, &
vxor eius ad Moſen in deſertũ in quo caſtrametatus fuerat ad montem Dei. 6 Dixitque Moſi: Fgo ſocer tuus
Iethro venio ad te, & vxor tua, & duo filij eius cum ea. 7 Et egreſſus eſt Moſes in occurſum Socero ſuo, &
adorauit, & oſculatus eſt eum, ſalutaueruntque ſe mutuò pacificè, & intrauerunt in tabernaculum.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 Et narrauit Moſes ſocero ſuo quicquid fe-
cit Dominus Pharaoni & Ægyptiis circa ne-
gotium filiorum Iſrael, omnemque laborem
quem laborauerant in itinere, quòdque libe-
raſſet eos Dominus. 9 Et gauiſus eſt Iethron
de omnibus beneficiis quæ contulerat Domi-
nus in Iſraelem, quòdque liberaſſet eos de ma-
nu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis.
10 Dixitque Iethron, Benedictus Dominus
qui eruit vos de manu Ægyptiorum & de ma-
nu Pharaonis, quique eripuit populum ſuum
de ſub manu Ægyptiorum.
11 Nunc cognoui magnum eſſe Dominum
præ omnibus diis, propter conſilium quod
machinati fuerant in eos. 12 Obtulitque Ie-
thron ſocer Moſis holocauſta perfecta & ſa-
crificia Domino. Et venit Aharon cunctique
ſenes filiorum Iſrael, ad comedendum panem
cum ſocero Moſis coram Domino. 13 Conti-
git autem poſtero die vt ſederet Moſes ad iu-
dicandum populum. Stabatque populus ſuper
Moſen à mane vſque ad veſperam. 14 Videns
autem ſocer Moſis omnia quæ ille faciebat po-
pulo, dixit ad eum, Quæ eſt res iſta quam tu fa-
cis populo? cur ſedes tu ſolus, totuſque popu-
lus aſtat tibi à mane vſque ad veſperam? 15 In-
quit Moſes ad ſocerum ſuum, Veniunt ad me
populus, vt poſtulent verbũ à Deo. 16 Quum-
que occurrit eis negotium, veniunt ad me, &
ego ius dico inter virum & ſocium ſuum, &
oſtendo eis præcepta Dei & leges eius.
17 Dixit ad Moſen ſocer eius, Non bene facis.
18 Proculdubio dedecore afficieris tam tu
quàm totus populus iſte qui tecum eſt, quan-
doquidem grauius te eſt negotium, nec pote-
ris illud peragere ſolus. 19 Nunc audi vocem
meam, & conſilium tibi dabo, eritque Deus
tecum. Eſto tu doctor populi à Deo, & eſto in-
troducens negotia eorum apud Deum.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 *Et narrauit Muſa ſocero ſuo omnia quæ fecit Deus Pharaoni & Ægyptiis propter filios Iſrail, & omne infortunium quod euenit eis in itinere, & liberauit eos Deus.*

9 *Gauiſus autem eſt Soaib de omni bono quod egerat Deus filiis Iſrail, & de ſalute eorum de manu Ægyptiorum.*

10 *Et dixit Soaib: Benedictus ſit Deus qui liberauit vos duos de manu Ægyptiorum & de manu Pharaonis, & liberauit populum de baiulatione Ægyptiorum.*

11 *Nunc cognoui Deum eſſe maximum præ omnibus adorandis, cùm punierit eos eadem re qua crudi fuerant in eos.*

12 *Deinde obtulit Soaib ſocer Muſæ oblationes & ſacrificia Deo. Et venit Haron & omnes ſeniores filiorum Iſrail vt comederent cibum cum ſocero Muſæ coram Deo.*

13 *Et cùm factum eſſet mane, ſedit Muſa vt iudicaret populum: ſtetitque populus coram ipſo à mane vſque ad veſperam.*

14 *Et vidit ſocer eius omnia, quæ fecit populo, & dixit: Quæ eſt hæc res quam facis populo? Et quare tu ſedes ſolus, & vniuerſus populus ſtant coram te à mane vſque ad veſperam?*

15 *Ait illi: Cùm venerit ad me populus vt petant negotium Dei,*

16 *Si fuerit lis, & venerint ad me, iudico inter virum & proximum ſuum, & notifico illis iuſſa Dei & leges eius.*

17 *Dixit ſocer Muſæ: Non eſt hoc negotium quod facis, conſentaneum.*

18 *Defatigatione defatigaris tu, & gens quæ tecum eſt etiam; quoniam hoc negotium graue eſt tibi, & non poteris illud ſuſcipere ſolus.*

19 *Accipe itaque à me conſilium quod tibi do, & erit Deus tecum. Sis tu populo à parte Dei, deferens eorum negotia ad ipſum,*

8 وقص موسى على حميه جميع ما صنع الله بفرعون
وبالمصريين بسبب بني اسرائيل * وجميع المصيبة التي نالتهم في
الطريق * وخلصهم الله * 9 فسر شعيب بجميع الخير الذي
صنعه الله لبني اسرائيل * وخلاصهم من يد المصريين * 10 وقال
شعيب تبارك الله الذي خلصكما من يد المصريين ومن يد فرعون *
وخلص القوم من ثقل المصريين * 11 الآن علمت ان الله
اكبر دون جميع المعبودات * اذ عاقبهم بالامر الذي انتجوا به عليهم *
12 ثم قرب شعيب حمو موسى صعايد وذبايح لله * وجاء هرون
وجميع شيوخ بني اسرائيل لياكلوا طعاما مع حمي موسى بين
يدي الله * 13 ولما كان من غد جلس موسى ليحكم للقوم *
فوقف القوم امامه من الغداة الى العشي * 14 فراى حموه
جميع ما صنع بالقوم * فقال ما هذا الامر الذي انت صانعه بالقوم *
وما بالك جالسا وحدك وجميع القوم واقفون امامك من الغداة الى
العشي * 15 قال له اذ جاءني القوم يطلبون امر الله * 16 ان
كانت خصومة فجاوا الي حكمت بين الرجل وصاحبه * وعرفتهم
رسوم الله وشرايعه * 17 قال حمو موسى ليس هذا الامر الذي
انت صانعه حسنا *

18 كلالا تكل انت والقوم الذين معك ايضا * لان هذا الامر
ثقيل عليك ولا تطيق ان تتولاه وحدك *

19 الآن اقبل مني ما اشير به عليك * ويكون الله معك *
كن انت للقوم من جهة الله * ترفع امورهم اليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Poſtea narrauit Moſes Socero ſuo quidquid fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Iſraelem, omnem laborem qui inuenerat eos in via, de quo liberauerat eos Dominus.
9 Lætatuſque eſt Iethro de omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, qui eripuerat eos de manu Ægyptiorum.
10 Et dixit Iethro, benedictus Dominus qui eripuit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eripuit populum de manu Ægyptiorum.
11 Nunc cognoui quod magnus eſt Dominus præ omnibus diis, in eo quod ſuperbè egerunt aduerſus eos.
12 Et accepit Iethro ſocer Moſis holocauſta & ſacrificia Deo: Venit etiam Aaron, & quidam de ſenioribus Iſraelis, vt comederent panem cum Socero Moſis coram Deo.
13 Die autem craſtina ſedit Moſes vt iudicaret populum, ſtetitque populus ante Moſen à mane vſque ad veſperam.
14 Videns autem Socer Moſis omne quod faciebat populo, dixit, quæ res eſt iſta quam facis populo? Quare ſedes ſolus, & omnis populus ſtat coram te à mane vſque ad veſperam.
15 Et reſpondit Moſes ſocero ſuo, quoniam venit ad me populus vt quærat Dominum.
16 Cum accidit eis negotium, veniunt ad me, & iudico inter virum & ſocium eius, notáque facio eis præcepta Dei, & leges eius.
17 Dixit autem Socer Moſis ei, non eſt bona res iſta quam facis.
18 Deficiendo concides, etiam tu, etiam populus iſte qui tecum eſt; res eſt grauior viribus tuis, non poteris eam facere ſolus.
19 Nunc audi vocem meam, conſulam tibi, eritque Deus tecum: Eſto tu pro populo ante Dominum, referaſque negotia ad Deum.

[illegible]

[20] Et hortaberis eos vt cuſtodiant mandata & leges, & oſtẽdes eis viam per quam ambulent, & opera quæ faciant. [21] Tu verò proſpicies ex vniuerſo populo viros fortitudinis, timentes Deum, viros veraces, & odientes munus & fraudem: eoſque conſtitue ſuper illos principes millium, & principes centum, & principes quinquaginta, & principes decem. [22] Et erunt iudicantes populum in omni tempore: Cúmque occurret eis negotium arduum, venient ad te: omne autem negotium parui momenti ipſi iudicabunt. Et ſubleua te ipſum, & portent tecum. [23] Quòd ſi rem hanc feceris, roborabit te Deus, & poteris ſubſiſtere: quin etiam omnis populus iſte, quiſque domũ ſuam repetent cum pace. [24] Obediuit itaque Moſes voci ſoceri ſui, & fecit omnia quæ dixit ei. [25] Et ſelegit Moſes viros fortitudinis ex vniuerſo Iſraele, & conſtituit eos capita ſuper populum, *nempe* tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decuriones. [26] Et iudicabant populum omni tempore: & negotium arduum referebant ad Moſen, negotium verò paruum, iudicabant ipſi.

[27] Dimiſit autem Moſes ſocerum ſuum, abiitque in terram ſuam.

CAPVT XIX.

Menſe tertio poſt egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, hoc ipſo die venerunt ad deſertum Sin. [2] Et ſoluentes ex Rephidin, venerunt in deſertum Sinai, & caſtrametati ſunt in deſerto, & commoratus eſt illic Iſrael è regione montis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

20 *Et hortans eos ad conſtitutiones & leges, & notificans eis viam, per quam ambulent, & opus quod operentur.*
21 *Et tu conſidera ex vniuerſo populo homines præditos virtute, & colentes Deum, veraces, oſores auiditatis: & cõſtitue ſuper eos principes millium, & ducentorum, & quinquaginta, & decem.*
22 *Et iudicent inter populum in omni tempore, ſintque deferentes ad te omne negotium magnum, & omne negotium paruum iudicabunt ipſi: & alleua te ipſum, & ipſi ſuſtinebunt tecum.*
23 *Quodſi feceris hanc rem, & præceperit tibi Deus illã, poteris perſeuerare: & ibit etiam vniuerſus hic populus ad locum ſuum cum ſalute.*
24 *Itaque obediuit Muſa ſocero ſuo, & fecit omnia quæ dixit ei.* 25 *Et ſelegit Muſa viros virtute præditos de filiis Iſrail, & conſtituit eos principes ſuper eos, principes millium, & ducentorum, & quinquaginta, & decem.*
26 *Et cœperunt iudicare inter populum omni tempore, & deferebant negotium difficile ad Muſam, & negotium exiguum iudicabant ipſi.*
27 *Deinde dimiſit Muſa ſocerum ſuum, & abijt in patriam ſuam.*

CAPVT XIX.

ET in menſe tertio ab exitu filiorum Iſrail de regione Ægypti, in ea die venerunt ad deſertum Sinai.
2 *Poſtquam profecti fuerant de Raphidim: venerunt ergo ad deſertum Sinai, & caſtrametati ſunt in deſerto, & caſtrametati ſunt ibi Iſraëlitæ è regione montis.*

20 وتنذرهم بالرسوم والشرائع * وتعرفهم الطريق الذي يسلكون
فيه * والعمل الذي يعملونه * 21 وانت فانظر من جميع القوم
اناسا ذوي حيل اتقياء لله ذوي حق شانئي الطمع * وول عليهم
رؤساء الوف ومئين وخمسين وعشرات * 22 فيحكموا بين
القوم في كل وقت * ويكونوا يرفعون اليك كل امر عظيم * وكل
امر صغير يحكمون فيه هم * وخفف عن نفسك * وهم يحملون معك *
23 فان انت صنعت هذا الامر وامرك الله به * استطعت الثبات *
ويصر ايضا جميع هذا الشعب الى موضعه بسلام *
24 فقبل موسى من حميه * فصنع جميع ما قال له *
25 فاختار موسى اناسا ذوي حيل من بني اسرائيل * فجعلهم
رؤساء عليهم * رؤساء الوف ومئين وخمسين وعشرات *
26 فصاروا يحكمون بين القوم في كل وقت * فيرفعون الامر
الصعب الى موسى * والصغير يحكمون فيه هم *
27 ثم اطلق موسى حماه ومضى الى بلده *

* الفصل التاسع عشر *

1 وفي الشهر الثالث من خروج بني اسرائيل من بلاد مصر * في
ذلك اليوم جاءوا الى برية سيناء
2 اذ رحلوا من رفيديم * فجاءوا الى برية سيناء ونزلوا في البر *
ونزل ثم الاسرائيليون حذاء الجبل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Explicabis quoque eis præcepta, & legem, notamque facies eis viam quâ ambulabunt, & opus quod facient. 21 Tu autem prouidebis tibi ex omni populo viros virtutis timentes Deũ, viros veraces, odio habentes auaritiã: poneſque ſuper eos principes millium, centuriones, quinquagenarios, & decuriones. 22 Et iudicabunt populum omni tempore; omnem autem rem magnam referent ad te, omnem verò rem paruam iudicabunt illi. Exonera teipſum, portentque tecum. 23 Si rem hanc feceris, & præceperit tibi Deus, poteris ſubſiſtere; atque etiam omnis populus iſte in locum ſuum veniet cum pace. 24 Et obediuit Moſes voci ſoceri ſui, fecitque omne quod dixerat. Dixit igitur Moſes populo, non potero ego ſolus ferre vos: Dominus Deus veſter multiplicauit vos, nã ecce vos eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli præ multitudine. Dominus Deus patrũ veſtrorũ addat vobis ſicut vos mille vicibus, & benedicat vobis ſicut locutus eſt vobis; at quomodo feram ſolus laborem veſtrum, onus veſtrum, & litem veſtram? Date ex vobis viros ſapientes, intelligentes, & prudentes ſecundum tribus veſtras, & ponam eos in capita veſtra, & reſpondebunt, & loquentur rem bonã quam dices eis faciendam. Tum accepit capita tribuum, viros ſapientes, & intelligentes; & conſtituit eos capita ſuper eos, præfectos millibus, & centuriones, quinquagenarios & decuriones, & duces ſecundum tribus eorum. Præcepit quoque iudicibus eorum dicens: audite inter fratres veſtros, & iudicabitis iuſtitiam inter virũ, & inter fratrem eius, & inter alienigenam; non cognoſcetis facies in iudicio: paruum ſicut magnum audietis; non timebitis à facie viri, quoniã iudicium Dño eſt iſtud. Rem autem vobis difficilem deferetis ad me, & audiam eam, & præcipiã vobis omnia verba quæ facienda erunt. 26 Et iudicabunt populũ omni tempore; rem magnam referent ad Moſen, ſed omnem rem paruam iudicabunt illi. 27 Et dimiſit Moſes ſocerum ſuũ, & abiuit in terram ſuam.

CAPVT XIX.

MEnſe tertio egreſſus filiorum Iſrael de terra Ægypti, illo die venerunt in deſertum Sinai. 2 Profectique de Raphidim, venerunt in deſertum Sinai, & caſtrametati ſunt in deſerto; caſtrametatus eſt autem Iſrael ibi ex aduerſo montis.

[illegible]

3 Moſes autem aſcendit ad Deum, vocauitque
eum Deus de monte, dicens: Sic dices familiæ
Iacobi, & oſtendes filiis Iſrael. 4 Vos vidiſtis
quæ feci Ægyptiis, & portaui vos quaſi ſuper
alis aquilæ, & adduxi vos ad me. 5 Et nunc ſi
audientes audieritis vocem meam, & ſeruaue-
ritis pactum meũ, eritis mihi chari præ omni-
bus gentibus terræ, quoniam mea eſt terra.
6 Et vos eritis mihi regnum, & Sacerdotes, &
gens ſancta. Hos ſermones dices familiæ Iſrae-
lis. 7 Venit igitur Moſes, & conuocauit ſenio-
res populi, retulitque coram eis omnes ſermo-
nes quos præceperat ei Dominus. 8 Et reſ-
ponderunt vniuerſus populus ſimul, ac dixe-
runt, Omnia quæ dicit Dominus faciemus. Et
retulit Moſes ſermones populi ad Dominum.
9 Dixitque Dominus ad Moſen, Ecce veniam
ad te in caligine nubis, vt audiant populus
quando loquar tecum, & tibi quoque credant
in ſempiternum. Et indicauit Moſes ſermones
populi coram Dño. 10 Dixitque Dominus ad
Moſen, Vade ad populũ, & ſanctifica eos hodie
& cras, dealbentque veſtimenta ſua, 11 Et ſint
parati ad diem tertiũ. nam in die tertio deſcen-
ſurus eſt Dñs coram vniuerſo populo ad mon-
tem Sinai. 12 Et adhibe obteſtationẽ populo,
& dic eis, Cauete, ne aſcendatis ad montem,
neue accedatis ad crepidines eius: quicunque
enim acceſſerit ad montem occidetur. 13 Non
tangat eum manus, ſed lapidibus obruetur, &
iaculis petetur: ſiue iumentum fuerit ſiue ho-
mo, non viuet. Cum autem ſiluerit cornu, per-
miſſum erit vobis aſcendere ad montem.
14 Deſcendit igitur Moſes de monte ad popu-
lum, & ſanctificauit populum, & dealbauerunt
veſtimenta ſua. 15 Dixitque Moſes ad popu-
lum, Eſtote parati ad diem tertium, ne acceſ-
ſeritis ad mulierem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 *Et Muſa aſcendit ad Angelum Dei, & vo-*
cauit eum Deus de monte dicens: Sic dixit Deus
ſtirpi Iacob, & ſignificauit ſtirpi Iſrail.
4 *Vos vidiſtis quid feci Ægyptiis, & portaui*
vos vt eum qui geſtatur ſuper alas aquilarum,
& adduxi vos ad montem meum hunc.
5 *Et nunc ſi acceptaueritis præceptum meum, &*
cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi proprietas
ex omnibus populis, eo quòd mihi eſt totus mundus:
6 *Et vos eritis mihi regnum ſacerdotij, & popu-*
lus ſanctificatus. Hic eſt ſermo quem dices filiis
Iſrail. 7 *Venit ergo Muſa, & vocauit ſeniores*
plebis, & narrauit illis vniuerſa hæc verba quæ
præcepit ei Deus.
8 *Reſponderuntque ei omnes, & dixerunt: iux-*
ta omnia quæ dixit Deus, faciemus. Et retulit
Muſa verba eorum ad Deum.
9 *Tunc dixit Deus: Ecce ego manifeſtaturus*
ſum Angelum meum tibi in denſitate nubium, vt
audiat populus collocutionem meam tecum, & cre-
dant tibi etiam in æternum. Locutuſque eſt Muſa
cum Deo ſermonem plebis.
10 *Dixitque ei: Vade ad populum, & munda*
eos hodie & cras, & lauent veſtes ſuas,
11 *Et ſint parati ad diem tertiam: quoniam in*
illa reuelabitur Angelus Dei in præſentia eorum
ſuper montem Sinai.
12 *Et præſcribe populo ambitum eius, & dic eis:*
Cauete ne aſcendatis ad montem, & accedatis
ad extremitatem illius. Et quicunque acceſſerit ad
illum, occidatur. 13 *Non tanget illum ma-*
nus, ſed lapidabitur lapidatione, vel iaculo
confodietur, ſiue iumentum fuerit, ſiue ho-
mo. At vbi clanxerit tuba, licitum erit eis con-
ſcendere montem. 14 *Deſcenditque Muſa ad*
plebem, & mundauit eos, & lauerunt veſtes ſuas.
15 *Et ait illis: Eſtote parati tribus diebus, & ne*
tangatis mulierem.

3 وموسى صعد الى ملاك الله * فناداه الله من الجبل قايلا * كذا
قال الله لال يعقوب واخبر ال اسرايل *
4 انتم رايتم ما صنعت بالمصريين * وحملتكم شبه المحمول
على اجنحة النسور * واتيت بكم الى جبلي هذا * 5 والان
ان قبلتم امري وحفظتم عهدي * كنتم لي خاصة من جميع
الشعوب * على ان لي جميع العالم * 6 وانتم تكونون لي
ملك امامة وشعبا مقدسا * هذا الكلام الذي تقوله لبني اسرايل *
7 فجاء موسى فدعا باشياخ القوم وتلا عليهم جميع هذا الكلام
الذي امره الله به * 8 فاجابوه اجمعون وقالوا * جميع ما قال الله
نعمل بحسبه * فرد موسى كلامهم الى الله * 9 حين قال الله ها
انا مجلي ملاكي لك في غلظ الغمام * لكي يسمع القوم مخاطبتي لك *
ويوقنوا بك ايضا الى الدهر * فكلم موسى الله بكلام القوم *
10 فقال له امض الى القوم وطهرهم اليوم وغدا * وليغسلوا ثيابهم *
11 وليكونوا مستعدين الى اليوم * الثالث فان فيه يتجلى
ملك الله بحضرتهم على جبل سيناء * 12 فتحتم القوم حواليه
وقل لهم احذروا من الصعود الى الجبل والدنو من طرفه * وكل
من دنا به فليقتل * 13 لا تمسه يد * الا رجم رجما * او ينشب
فيه نشبا * بهيمة كان او انسانا * واذا ضرب بالبوق جاز لهم ان
يصعدوا الجبل *
14 ونزل موسى الى القوم فطهرهم * وغسلوا ثيابهم *
15 وقال لهم كونوا معدين ثلاثة ايام * ولا تقربوا امراة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Moſes verò aſcendit ad Dominum: Et vocauit eum Dominus de monte, dicens, Sic dices domui Iacob, &
narrabis filiis Iſrael. 4 Vos videtis quæ feci Ægyptiis, vt ſuſtulerim vos ſuper alas aquilarum, & adduxerim
vos ad me. 5 Nunc autem ſi audiendo audieritis vocem meam, & ſeruaueritis fœdus meum, eritis mihi pe-
culium præ omnibus populis, quoniam mea eſt omnis terra. 6 Vos quoque eritis mihi regnum Sacerdota-
le, & gens ſancta: Hæc ſunt verba quæ dices filiis Iſrael. 7 Venit autem Moſes, & vocauit ſeniores populi, &
propoſuit ante eos omnia verba quæ præceperat ei Dominus. 8 Reſpondit verò omnis populus ſimul, dicens,
quæcunque dixit Dominus, faciemus: & retulit Moſes verba populi ad Dominum.
9 Dixitque Dominus Moſi, ecce ego venio ad te in caligine nubis, vt audiat populus cum ego loquor te-
cum, atque etiam in te credant in æternum: Et renuntiauit Moſes verba populi ad Dominum.
10 Dixit quoque Dominus Moſi, vade ad populum, & ſanctificabis eos hodie & cras, lauabuntque veſti-
menta ſua. 11 Vt ſint parati die tertio; nam die tertio deſcendet Dominus ante oculos totius populi in
montem Sinai. 12 Et terminum pones circum montem, populo verò dices: cauete vobis ne aſcendatis in
montem, neque tangatis terminos eius. Quicunque tetigerit montem, morte morietur.
13 Non tanget eum manus; nam lapidando lapidabitur, aut iaculis confodietur: ſiue beſtia ſit, ſiue homo,
non viuet. Cum prolixè ſonuerit buccina, ipſi aſcendant in montem. 14 Poſtea deſcendit Moſes de mon-
te ad populum, & ſanctificauit populum, & lauerunt veſtimenta ſua. 15 Dixitque populo, eſtote parati,
tribus diebus ne accedatis ad vxorem.

[illegible]

16 Factũque eſt in die tertio cùm eſſet mane, vt
fierẽt voces & tonitrua, & nubes grauiſſima fo-
ret ſuper montẽ, & vox cornu vehemens eſſet
valde, & expauerint vniuerſus popul⁹ qui erat
in caſtris. 17 Et eduxit Moſes populũ in occur-
sũ Dei è caſtris, & ſteterũt ad radices montis.
18 Et verò mõs Sinai fumigabat totus, eo quòd
deſcẽdiſſet ſuper eũ Dñs in igne: aſcenditq; fu-
mus eius tanquã fumus fornacis, cõtremuitq;
totus mõs vehemẽter. 19 Et factũ eſt, vox cor-
nu intendebatur & inualeſcebat admodum, &
Moſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei in
voce. 20 Et deſcendit Dñs ad montẽ Sinai, ad
verticẽ mõtis: vocauitq; Dñs Moſen ad verti-
cẽ mõtis, & aſcendit Moſes. 21 Dixitq; Dñs ad
Moſen, Deſcẽde cõteſtare populũ ne procedãt
corã Dño ad videndũ, corruantq; ex eis mul-
ti. 22 Quin & ſacerdotes qui proximi sũt Dño,
ſanctificẽtur, vt nõ inuadat eos Dñs. 23 Et dixit
Moſes ad Dñm, Non poſſunt populus aſcẽdere
ad montẽ Sinai, quia tu cõteſtatus es nos, & di-
xiſti mihi, Limita montẽ, & ſanctifica eũ. 24 Et
dixit ad eum Dñs, Vade, deſcende, & aſcẽde tu
& Aharon frater tuus tecum: ſacerdotes verò
ac populus ne recedãt ad aſcendendum coram
Domino, ne forte interficiat ex eis. 25 Deſcen-
dit ergo Moſes ad populum, dixitque eis,

CAPVT XX. *Decem ſermones.*

ET loquutus eſt Deus omnes ſermones
iſtos. 2 Ego ſum Dñs Deus tuus, qui edu-
xi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. 3 Ne
ſint tibi Dij alij præter me. 4 Ne facias tibi
omne ſimulachrũ, omnẽque ſimilitudinẽ eius
quod eſt in cælo ſupernè, & eius quod eſt in
terra ſubtus, & eius quod eſt in aquis ſub terra.
5 Non adorabis ea, neque coles illa: quia ego
ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, re-
pendens delicta patrum filiis, tertiæ & quartæ
generationi, oſoribus *ſcilicet* meis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

16 *Et cùm fuiſſet dies tertia, fuerunt in matutino*
eius voces, & fulgura, & nubes magnæ ſuper mon-
tem, & vox buccinæ valida admodum, ita vt
conturbaretur vniuerſus populus qui erat in exer-
citu. 17 *Eduxitque Muſa populum ad obuian-*
dum præcepto Dei de caſtris, & ſteterunt ad radi-
cem montis. 18 *Et mons Sinai fumabat totus*
propter apparitionem Angeli Dei ſuper illum per
ignem. Et aſcendit fumus eius veluti fumus cli-
bani, & tremefactus eſt cœtus valdè. 19 *Et vox*
tubæ quò magis procedebat, eò magis inualeſcebat.
Et Muſa loquebatur, & Deus reſpondebat ei in
voce. 20 *Et ecce apparuit Angelus Dei ſuper*
montem Sinai in vertice eius, & vocauit Deus
Muſam de vertice montis: aſcenditque.
21 *Et dixit ei: Deſcende, commone plebem ne ir-*
rumpant ad lucem Dei vt videant eam, cadant-
que ex eis multi. 22 *Et ſanctificentur ſacerdo-*
tes accedentes ad Deum, vt ne confringat ex ipſis
Deus. 23 *Dixit ei Muſa: Non poteſt plebs aſcen-*
dere ad montem Sinai, quoniam hortatus es nos,
& dixiſti nobis: Circunſcribe montem, & ſanctifi-
ca eum. 24 *Ait illi Deus: Vade, deſcende, deinde*
aſcende tu, & Haron tecum: Sacerdotes verò, &
reliqua plebs, ne irruant in aſcenſum ad lucem
Dei, ne confringat ex illis. 25 *Deſcendit ergo*
Muſa ad populum, & dixit eis hoc.

CAPVT XX.

Deinde locutus eſt ad eos omnia verba hæc,
dicens: 2 *Ego ſum Deus Dominus tuus*
qui eduxi te de terra Ægypti de domo ſeruitutis.
3 *Ne ſit tibi adorandũ aliud præter me.* 4 *Ne con-*
ficias tibi ſculptile, neq; ſimilitudinẽ eorũ quæ ſunt
in cœlo deſuper, & quæ ſunt in terra deorſum, &
quæ ſunt in aqua ſub terra. 5 *Ne adores ea, &*
ne ſeruias eis: quia ego ſum Deus Dominus tuus
potens, zelotes, examinãs delicta patrũ cum filiis,
& tertia, & quarta generatione, oſoribus meis.

16 فلما كان اليوم الثالث كانت في غداته اصوات وبروق وغمام
عظيم علي الجبل* وصوت بوق شديد جدا* حتي ارتاع جميع
القوم الذي في العسكر* 17 فاخرج موسي القوم ليتلقي امر الله
من العسكر* فوقفوا اسفل الجبل* 18 وطور سيناي يدخن كله من
اجل تجلي ملاك الله عليه بالنار* وصعد دخانه كدخان الاتون وترعرعت
الجماعة جدا* 19 وكان صوت البوق كلما مر اشتد جدا* وموسي
يتكلم والله يجيبه بصوت* 20 اذ تجلي ملاك الله علي جبل سيناي في
راسه* ونادي الله موسي من راس الجبل فصعد* 21 فقال له
انزل ناشد القوم ان لا يهجموا الي نور الله لينظروه فيقع منهم كثير*
22 وليتقدس الايمة المقربون الي الله* كيلا ينثلم منهم الله* 23 قال
له موسي لا يطيق القوم الصعود الي جبل سيناي* لانك ناشدتنا
وقلت لنا تخم الجبل وقدسه* 24 قال الله له امض فانزل ثم
اصعد انت وهرون معك* والايمة وساير القوم لا يهجموا الي
الصعود الي نور الله لئلا ينثلم منهم* 25 فنزل موسي الي القوم
وقال لهم ذلك* * الفصل العشرون* 1 ثم كلمهم بجميع هذا
الكلام قايلا* 2 انا الله ربك الذي اخرجتك من ارض مصر من
بيت العبودية* 3 لا يكون لك معبود اخر من دوني* 4 لا تصنع
لك منحوتا ولا شبها لما في السماء من العلو وما في الارض سفلا*
وما في الماء تحت الارض* 5 لا تسجد لها ولا تعبدها لاني الله
ربك القادر الغيور* مطالب بذنوب الاباء مع البنين والثوالث
والروابع لشاني*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Die autem tertio oriente diluculo facta ſunt tonitrua, & fulgura, & nubes grauis ſuper montem, ſonitúſ-
que tubæ vehemens admodum; & tremefactus eſt omnis populus qui erat in caſtris. 17 Duxit verò Moſes
populum de caſtris in occurſum Dei, & ſubſtiterunt infra montem. 18 Mons autem Sinai fumabat totus, eo
quod deſcenderat Dñs ſuper eum in igne; & aſcendebat fumus eius tanquã fumus fornacis: contremuit quo-
que omnis mons valde. 19 Sonitus autem buccinæ creſcebat, & inualeſcebat plurimùm: Moſes loquebatur, &
Deus reſpondebat ei in voce. 20 Deſcenditque Dñs ſuper montem Sinai ad caput montis, & vocauit Moſen
ad caput montis, & aſcendit Moſes. 21 Dixitque Dñs Moſi, deſcende, conteſtare aduerſus populum, ne forte
irrumpant ad Dñm vt videant, cadatque ex iis multitudo. 22 Sacerdotes etiam qui accedunt ad Dñm ſancti-
ficentur, ne diſperdat eos Dñs. 23 Reſpondit verò Moſes Dño, non poterit populus aſcendere in montem Si-
nai, quia conteſtatus es contra nos, dicens, circumſcribe montem, & ſanctifica illum. 24 Dixit autem ei Dñs:
vade, deſcende, poſtea aſcendes tu, & Aaron tecum: Sacerdotes verò & populus ne vim faciant vt aſcendant
ad Dominum, ne diſperdat eos. 25 Et deſcendit Moſes de monte ad populum, locutuſque eſt illis.

CAPVT XX.

Et protulit Dñs omnia verba hæc, dicens, 2 Ego ſum Dñs Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de
domo ſeruorũ. 3 Non erunt tibi dij alieni coram facie mea. 4 Non facies tibi idolũ, nec vllam ſimilitu-
dinem eorum quæ ſunt in cælo ſurſum, aut quæ in terra deorſum, aut quæ in aquis ſubter terrã. 5 Non adorabis
ea, neque ſeruies eis, quia ego ſum Dñs Deus tuus; Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrũ ſuper filios, & ſuper
tertiã, & ſuper quartam generationem in eos qui me oderunt.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible] 16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

6 Et proſequens beneficio ad mille generatio-
nes, diligentes me & cuſtodientes mandata
mea. 7 Ne iures per nomen Domini Dei tui
cum mendacio: quia non iuſtificat Dominus
eum qui iurat per nomen ſuum cum menda-
cio. 8 Memento diei ſabbathi ad ſanctifican-
dum illum. 9 Sex diebus operaberis & facies
omne opus tuum. 10 Dies autem ſeptimus
ſabbathum eſt Dño Deo tuo: non facies in eo
vllũ opus, tu, & filius tuus, & filia tua, & ſeruus
tuus, & ancilla tua, & iumentũ tuum, & pere-
grinus qui eſt in ciuitatibus tuis. 11 Nam ſex
diebus fecit Dñs cælum, & terram, & maria,
& omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſe-
ptimo, propterea benedixit Deus diei ſepti-
mo, & ſanctificauit illũ. 12 Honora patrẽ tuum
& matrem tuam, vt multiplicentur dies tui
in terra quam Dñs Deus tuus daturus eſt tibi.
13 Ne occidas. 14 Ne ſis mœchus. 15 Ne fureris.
16 Ne teſteris cõtra proximum tuum teſtimo-
niũ falſum. 17 Ne concupiſcas domum proxi-
mi tui. Ne concupiſcas vxorem proximi tui,
& ſeruum eius, & ancillã eius, & bouem eius,
& aſinum eius, & omnia quæ proximi tui ſunt.
18 Vniuerſus autem populus videbant voces,
& fulgura, & vocem cornu, & montem fu-
mantem: & videntes populus, timuerunt, &
ſteterunt à longe. 19 Et dixerunt ad Moſen,
Loquere tu nobiſcum, & audiemus: & ne lo-
quatur nobiſcum Deus, ne moriamur.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible] 7 [illegible]
8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]
12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]
18 [illegible] 19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible] 7 [illegible]
8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]
12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]
18 [illegible] 19 [illegible]

6 *Et faciens beneficia in mille ex amicis meis & obſeruantibus mandata mea.* 7 *Ne iures per nomen Dei Domini tui falſò, quoniam Deus non iuſtificat eum qui iurat per nomen eius falsò.*
8 *Memento diei Sabbathi,& ſanctifica illum.*
9 *Sex diebus miniſtrabis & facies omnia opera tua:* 10 *Et dies ſeptimus Sabbathum eſt, ſabbathizabis in eo Deo Domino tuo; non facies quicquam ex artibus tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & iumenta tua, & hoſpes tuus qui eſt in domicilio tuo;* 11 *Quoniam Deus creauit in ſex diebus cælos, & terram, & mare, & omnia quæ ſunt in eis, & dedit eis requiem in die ſeptimo: & ideo benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* 12 *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt longa fiat ætas tua in regione quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi.*
13 *Ne occidas animam.* 14 *Ne forniceris.* 15 *Ne fureris.* 16 *Ne teſteris aduerſus fratrem tuum teſtimonium falſum.* 17 *Ne concupiſcas domum proximi tui. Ne concupiſcas vxorem proximi tui, neque ſeruum eius, neque famulum eius, neque taurum eius, neque aſinum eius, neque omnia bona eius.* 18 *Et vniuerſa plebs deprehendebant vocem, & flammam, & vocem tubæ, & montem fumantem. Cúmque vidiſſet populus id, perterriti ſunt, & ſteterunt à longè,* 19 *Et dixerunt Muſæ: Loquere nobis, audiemus te: & ne loquatur nobis Deus, ne pereamus.*

6 وصانع الاحسان لالوف من محبي وحافظي وصاياي *
7 لا تحلف باسم الله ربك باطلا * لان الله لا يبري من يحلف باسمه
باطلا * 8 اذكر يوم السبت وقدسه * 9 ستة ايام تخدم
وتصنع جميع صنايعك * 10 واليوم السابع سبت * تسبت فيه
لله ربك * لا تصنع شيا من الصنايع انت وابنك وابنتك وعبدك
وامتك وبهايمك وضيفك الذي في محلك * 11 لان الله خلق
في ستة ايام السموات والارض والبحر وجميع ما فيها * واراحها في
اليوم السابع * ولذلك بارك الله في اليوم السابع وقدسه *
12 اكرم اباك وامك لكي يطول عمرك في البلد الذي الله
ربك معطيكه * 13 لا تقتل النفس * 14 لا تزن *
15 لا تسرق * 16 لا تشهد على اخيك شهادة زور *
17 لا تهو بيت صاحبك * لا تشته زوجة صاحبك وعبده وامته
وثوره وحماره وجميع ماله * 18 وجميع القوم يدركون الاصوات
والشعل وصوت البوق والجبل مدخنا * فلما راى القوم ذلك
ارتجوا ووقفوا من بعيد * 19 وقالوا لموسي كلمنا نسمع منك *
ولا يكلمنا الله فنهلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Faciens quoque miſericordiam in millia diligentibus me, & cuſtodientibus mandata mea. 7 Non accipies nomen Dei tui in vanum; non enim impunem dimittet Dominus eum qui acceperit nomen eius in vanum. 8 Obſerua diem Sabbati vt ſanctifices illum. 9 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum.
10 Sed die ſeptimo ſabbatum erit Domino Deo tuo: Non facies in eo vllum opus, tu, & filius tuus, & filia tua; ſeruus tuus, & ancilla tua; iumentum tuum, & peregrinus tuus qui eſt in portis tuis.
11 Quoniam ſex diebus fecit Dominus cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis, ſed requieuit die ſeptimo: ideo benedixit Dominus Sabbatum, & ſanctificauit illud. 12 Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt prolongentur dies tui ſuper terram quam Dominus Deus tuus dedit tibi. 13 Non occides. 14 Non mœchaberis. 15 Non furaberis. 16 Non teſtaberis aduerſus proximum tuum teſtimonium falſum.
17 Neque concupiſces domum proximi tui, neque concupiſces vxorem proximi tui, agrum eius, ſeruum eius, & ancillam eius, bouem eius, & aſinum eius, & omnia quæ ſunt proximi tui. Cùm autem introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum ad quam vadis poſſidendam, eriges tibi duos lapides magnos, & oblines eos calce, ſcribeſque ſuper lapides iſtos omnia verba legis huius, Poſtquam etiam tranſiueris Iordanem, ſtatues lapides iſtos, quos ego præcipio vobis hodie, in monte Garizim, & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare lapideum: non eleuabis ſuper eos ferrum. Ex lapidibus informibus ædificabis altare iſtud Deo tuo, & offeres ſuper illud holocauſta Domino Deo tuo, & ſacrificabis pacifica, & comedes ibi, & lætaberis coram Domino Deo tuo in monte iſto, vltra Iordanem, poſt viam occaſus Solis in terra Chananæi habitantis in planicie è regione Galgal, iuxta quercum More verſus Sichem. 18 Et omnis populus audiebat tonitrua, & vocem buccinæ; videbat quoque lampades, & montem fumantem: ideo timuit omnis populus, & commotus eſt, & ſtetit à longè. 19 Dixeruntque Moſi, ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter gloriam ſuam magnam, & vocem eius audiuimus de medio ignis. Hodie vidimus quod locutus eſt Deus cum homine, & viuit. Nunc autem quare moriemur? nam deuorabit nos ignis iſte magnus, ſi iterum nos audiamus vocem Domini Dei noſtri, tum moriemur. Nam quæ eſt omnis caro quæ audierit vocē Dei vitæ loquentis de medio ignis ſicut nos, & vixit? Accede tu, & audi omnia quæ dicit Dn̄s Deus noſter, tuque referes nobis quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noſter, & audiemus, & faciemus. 19 Sed non loquatur nobiſcum Deus, ne moriamur.

[illegible]

20 Dixit Moſes ad populum, Ne timueritis,
quoniam ad vos tentandos venit Deus, ad hoc
vt ſit timor eius ante facies veſtras, & ne pec-
cetis. 21 Steterunt ergo populus procul, Mo-
ſes autem acceſſit ad caliginem vbi Deus erat.
22 Et dixit Dominus ad Moſen, Sic dices fa-
miliæ Iſraelis, Vos vidiſtis quòd de cælo ſum
vos allocutus. 23 Ne faciatis vobis mecum
deos aureos, & deos argenteos ne feceritis vo-
bis. 24 Aram de terra facies mihi, & ſacrifi-
cabis ſuper eam victimas tuas, & ſacrificia tua,
& oues tuas, & boues tuas. In quolibet loco in
quo recordaberis nominis mei, veniam ad te,
& benedicam tibi.
25 Quòd ſi aram lapideam facias mihi, ne ex-
truas eam de ſectis lapidibus: ſi enim ferrum
moueris ſuper eam, contaminabis illam.
26 Et ne aſcendas per gradus ad aram meam,
ne detegatur turpitudo tua ſuper eam.

CAPVT XXI.

Quæ de legibus & iudiciis.

HÆc autem ſunt iudicia quæ propones
eis. 2 Quum emeris ſeruum Iudæum,
ſex annis ſeruiet tibi, & in ſeptimo exeat liber
de domo tua. 3 Si ſolus ingrediatur, ſolus
exeat: ſi verò ſit vxoratus, exeat vxor eius
cum eo. 4 At ſi herus eius dederit ei vxorem,
& pepererit ipſi filios ac filias, vxor & filij eius
erit heri illius, ipſe verò exibit ſolus.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[20] *Dixit Muſa plebi: Ne timeatis: nam apparuit vobis Angelus Dei vt probaret vos, & vt ſit timor eius in cordibus veſtris, vt ne peccetis.*
[21] *Et ſtetit populus de longe, & acceßit Muſa ad nubem in qua erat lux Dei.*
[22] *Et dixit Deus ad eum: ſic dicito filiis Iſrail: Vos oculatim vidiſtis quòd ego de cœlo locutus ſim vobiſcum*
[23] *Ne faciatis adorabilia ex argento, & adorabilia ex auro ne faciatis.*
[24] *Et facite vobis altare, ſuper terram facite vobis: & immola ſuper illud oblationes tuas, & ſacrificia pacis tuæ ex ouibus tuis, & bobus tuis. Et in quolibet loco recordare nominis mei: exaudiam te, & benedicam tibi.*
[25] *Et ſi feceris mihi altare ex lapidibus, ne conſtruas eos concinnos: quoniam ſi moueris ferrum tuum ſuper eos, profanabis illos.*
[26] *Et ne aſcendas per gradus ad altare meum, vt ne detegatur turpitudo tua ſuper illud.*

CAPVT XXI.

ET hæc ſunt iudicia quæ pones eis. [2] *Dic illis: Cùm emeris ſeruum Hebræum, ſeruiat tibi ſex annos, & in ſeptimo egrediatur liber gratis.*
[3] *Si ingreſſus eſt cœlebs, egrediatur cœlebs: & ſi fuerit habens vxorem, exibit vxor eius cum eo.*
[4] *Et ſi coniunxerit eum dominus eius cum vxore, & ea genuerit ipſi filios aut filias: vxor & filij eius erunt domino eius, & ipſe exibit cœlebs.*

20 قال موسى للقوم لا تخافوا * فانما تجلى لكم ملاك الله
ليمتحنكم ولتكون تقوية في قلوبكم لئلا تخطيوا *
21 فوقف القوم عن بعد * وتقدم موسى الى الضباب الذي فيه
نور الله * 22 فقال الله له * كذا قل لبني اسرائل * انتم شاهدتم
اني من السماء خاطبتكم * 23 فلا تصنعوا معبودات من
فضة * ومعبودات من ذهب لا تصنعوها * 24 واصنعوا لكم
مذبحا على الارض اصنعوا لكم * واذبح عليه صعايدك وذبايح
سلامتك من غنمك وبقرك * وفي كل موضع اذكر باسمي * اجيبك
وابارك فيك * 25 وان صنعت لي مذبحا من حجارة * فلا
تبنها مهندمة * فانك ان حركت حديدك عليها بدلتها *
26 ولا تصعد بدرج على مذبحي * لئلا تنكشف سوءتك عليه *

* الفصل الحادي والعشرون *

1 وهذه الاحكام التي تجعلها لهم *
2 قل لهم اذا ابتعت عبدا عبرانيا فليخدمك ست سنين * وفي
السابعة يخرج حرا مجانا *
3 ان دخل عزبا فليخرج عزبا * وان كان ذا زوجة خرجت
زوجته معه *
4 وان زوجه مولاه بامراة فولدت له بنين او بنات * فالمراة
واولادها يكونون لمولاها * وهو يخرج عزبا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[20] Dixit verò Moſes populo, ne timeatis: Vt enim tentaret vos venit Dominus, atque vt eſſet timor eius ſuper facies veſtras ne peccetis. [21] Populus autem ſtabat à longè, Moſes verò accedebat ad caliginem in qua erat Deus. [22] Tunc locutus eſt Dominus Moſi dicens; audiui vocem verborum populi huius quæ dixerunt tibi: bona ſunt omnia quæ locuti ſunt. Vtinam cor eorum eſſet huiuſmodi ad timendum me, & obſeruandum præcepta mea omnibus diebus, vt benè eſſet illis, & filiis eorum in ſæculum. Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſicut te, & dabo verba mea in ore eius, & loquetur illis quæcunque præcipiam ei: In virum autem qui non audierit verba eius quæ loquetur in nomine meo, ego inquiram. Verùm Propheta qui ſuperbè egerit loquendo verba in nomine meo quæ non præcepi ei vt loqueretur, quique locutus fuerit in nomine deorum alienorum, morietur propheta ille. Quod ſi dixeris in corde tuo, quomodo cognoſcemus verbum quod non locutus fuerit Dominus? Si verbum quod loquetur Propheta ille in nomine Domini non ſit, neque adueniat, hoc eſt verbum quod non eſt locutus Dominus: in præſumptione locutus eſt Propheta, non timebis ab eo. Vade, dic eis, reuertimini in tabernacula veſtra: tu verò hîc ſubſiſte mecum, vt dicam tibi omnia præcepta, mandata, & iudicia quæ docebis eos, & facturi ſunt in terra quam ego dabo eis in poſſeſſionem.
[21] Deinde locutus eſt Dominus Moſi, dicens, loquere filiis Iſrael: Vos videtis quod ego locutus ſum de cœlis vobiſcum. [23] Non facietis mecũ Deos argenteos, neque Deos aureos facietis vobis. [24] Altare terreũ facies mihi, & ſacrificabis ſuper illud holocauſta tua, & pacifica tua de ouibus tuis, & de bobus tuis: in locum in quo memoriam faciam nominis mei veniam ad te, & benedicam tibi. [25] Si verò altare de lapidibus feceris mihi, non ædificabis eos cæduos: Si enim cultrum tuum eleuaueris ſuper eos, polluiſti eos. [26] Neque aſcendes per gradus ſuper altare meum, vt non detegatur turpitudo tua ſuper illud. CAPVT XXI.

HÆc ſunt iudicia quæ propones eis. [2] Cum acquiſiueris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, & ſeptimo exibit liber gratis. [3] Si cum corpore ſuo venerit, cum corpore ſuo exibit; ſi maritus vxoris, exibit vxor eius cum eo. [4] Si dominus eius dederit ei vxorem, & pepererit ei filios, aut filias, vxor & liberi eius erunt domino; ipſe verò egredietur cum corpore ſuo.

[illegible]

⁵ Quòd ſi dicat ſeruus , Diligo dominum
meum, & vxorem meam , & filios meos , non
egrediar liber: 6 Adducet eum herus eius ad
iudices,& admouebit eum ad oſtium,vel ad li-
men & perforabit herus eius aurem eius ſtylo,
eritque ei ſeruus miniſtrans in perpetuum.
7 Quumque vendiderit quis filiam ſuam in
ancillam, non exibit vt exeunt ſerui. 8 Si exo-
ſa fuerit in oculis heri ſui ita vt non ducat eam,
redimat illam. populo alieno non poteſt eam
vendere,eo quòd deceperit eam. 9 Et ſi filio
ſuo ducat eam , iuxta morem quo agitur cum
filiabus agat cum ea. 10 Et ſi alteram ſibi du-
cat,alimentum eius , & indumentum eius , &
accubitum eius non minuet. 11 Et ſi tria hæc
non præſtiterit ei,egredietur gratis abſque ar-
gento. 12 Qui percuſſerit hominem & moria-
tur, omnino interficietur. 13 Et quoniam in-
ſidias non tetendit ei , & *tamen* Deus tradidit
eum in manum eius : *idcirco* fac tibi locum ad
quem aufugiat. 14 Si auſus fuerit quis in proxi-
mũ ſuum,& occiderit eum cum dolo,ab altari
meo rape illum ad occidendum eum. 15 Qui
verberauerit patrem ſuũ & matrẽ ſuam , occi-
dendo occidatur. 16 Qui furatus fuerit animam
& vendiderit eam,& reperta fuerit in manibus
eius , occidendo occidatur. 17 Qui cõtumeliis
affecerit patrem ſuũ & matrem ſuã,occidendo
occidatur. 18 Cúmque rixati fuerint duo viri,&
percuſſerit alter alterũ lapide aut baculo , nec
moriatur, ſed decidat in morbũ: 19 Si ſurrexe-
rit,& deambulauerit in platea innixus baculo
ſuo , innocens erit is qui percuſſit eũ: duntaxat
otiũ eius,& mercedẽ medici dabit. 20 Et cùm
percuſſerit aliquis ſeruũ ſuũ aut ancillã ſuã fu-
ſti, & mortuus fuerit ſub manu eius,iudicando
iudicabitur. 21 At verò ſi vno die aut duobus
vixerit,nõ iudicabitur : pecunia enim eius eſt.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 Quòd ſi dixerit mancipium: Dilexi dominum
meum, & vxorem meam, & filios meos, non exi-
bo liber. 6 Ducat eũ dominus eius ad iudicem, &
admoueat eum ad valuam ianuæ, vel poſtes eius,
& inurat aurem eius nota, & ſeruiet ei in æter-
num. 7 Et ſi vendiderit vir filiam ſuam vt an-
cillam, non egredietur iuxta egreſſum ſeruorum.
8 Si diſplicuerit domino ſuo ducere eam in vxo-
rem, curet eam redimi: & vlli populo externo non
habet poteſtatem vendendi eam, cum fraudauerit
illam. 9 Quòd ſi copularit eam cum filio ſuo,
ſecundùm conſuetudinem filiarum agat illi. 10 Et
ſi duxerit aliam cum ea, non diminuat ei cibum
eius, & veſtitum eius, & tempora eius. 11 Quòd
ſi non fecerit ei vnum ex his tribus, exeat gratis
abſque pretio. 12 Et qui percuſſerit hominem, &
mortuus fuerit, interficiatur. 13 Quòd ſi non in-
tenderit occiſionem eius, ſed cauſauit illam Deus
per manum eius, conſtituam tibi locũ ad quem fu-
giat. 14 Et cùm ſuperbierit vir aduerſus alte-
rum, & occiderit eum cũ fraude, ab altari meo ac-
cipies eum vt interficiatur. 15 Et qui percuſſerit
patrem ſuũ & matrem ſuam, occidatur occiſione.
16 Et qui furatus fuerit hominem, & vendide-
rit eum, & inuentus fuerit in manu eius, occidatur
occiſione. 17 Et qui iniuriis affecerit patrem ſuum
& matrem ſuã, occidatur occiſione. 18 Et cũ con-
tenderint duo homines, & percuſſerit alter eorum
ſociũ ſuum lapide, aut inſtrumento frangente, nec
mortuus fuerit, ſed ceciderit ſuper lectum: 19 Si ſur-
rexerit, & ambulauerit per plateam ſuper ſuſten-
taculũ ſuum ſe ipſo, iam iuſtificatus eſt percuſſor;
præterquamquòd dabit illi multam pro otio eius,
& medicinis quibus curabitur. 20 Et ſi per-
cuſſerit quis ſeruum ſuum aut ancillam ſuam
virga, & mortuus fuerit ſub manu illius, pœna
plectatur. 21 At ſi ſuperuixerit vna die, aut dua-
bus diebus, non plectetur pœna, eo quòd dominus
illius eſt.

5 وان قال العبد قد احببت مولاي وزوجي وبني لا اخرج حرا *
6 فليقدمه مولاه الي الحاكم * يقدمه الي مصراع الباب او
حذه * ويسم اذنه بميسمة * ويخدمه الي الدهر * 7 وان باع
رجل ابنه كامة * فلا تخرج كخروج العبد * 8 ان قبح عند
مولاها ان يتزوج بها فليفدها * ولبعض القوم الغرباء لا يسلط
ان يبيعها * اذ غدر بها * 9 وان زوجها لابنه فكسنن البنات
يصنع بها * 10 وان تزوج باخرى معها فلا ينقصها من
طعامها وكسوتها واوقاتها * 11 فان لم يصنع بها واحدة
من هذه الثلاثة فلتخرج مجانا بلا ثمن * 12 ومن ضرب
انسانا فمات فليقتل * 13 وان لم يتعمد قتله وسببها الله
على يده * فساجعل لك موضعا للهرب اليه * 14 واذا تجمم
رجل على اخيه فقتله باغتيال * من قدام مذبحي تاخذه ليقتل *
15 ومن ضرب اباه وامه فليقتل قتلا * 16 ومن سرق انسانا
فباعه ووجد في يده فليقتل قتلا * 17 ومن شتم اباه وامه
فليقتل قتلا * 18 واذا تخاصما انسانان فضرب احدهما
صاحبه بحجر او بشادخ فلم يمت بل وقع على الفراش *
19 فان هو قام ومشي في السوق على متكاة لنفسه * فقد بري
الضارب * غير انه يعطيه ارش عطلته وعلاجا يعالجه *
20 وان ضرب انسان عبده او امته بقضيب ومات تحت يده
فليقد به *
21 واما ان قام يوما او يومين * فلا يقد به لانه مولاه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Si dicendo dixerit ſeruus, diligo dominum meum, vxorem meam, & filios meos, non egrediar liber,
6 Tunc adducet eum Dominus eius ad iudices, & accedere faciet eum ad portam, aut ad poſtem; perfo-
rabitque Dominus eius aurem eius ſubulâ, & ſeruiet ei in æternum. 7 Cum etiam vendiderit quis filiam ſuam
in ancillam, non exibit ſicut exeunt ſerui. 8 Si diſplicuerit in oculis domini ſui qui non deſponſauit eam,
redimi curabit eam; populo alieno non poterit eam vendere, perfidè agendo contra illam.
9 Si verò filio ſuo eam deſponſauerit, iuxta conſuetudinem filiarum faciet illi. 10 Si verò aliam acceperit
ſibi, alimentum, operimentum, & habitationem non adimet. 11 Quòd ſi tria hæc non præſtiterit ei, egre-
dietur gratis ſine argento. 12 Qui percuſſerit virum, & mortuus fuerit, morte morietur.
13 Qui autem inſidiatus non fuerit, ſed Deus tradidit in manum eius, ponam tibi locum ad quem confugiet.
14 Cum autem improbè egerit quis aduerſus proximum ſuum, vt occidat eum cum dolo, ab altari meo auel-
letis eum ad mortem. 15 Percutiens patrem ſuum, aut matrem ſuam, morte moriatur.
16 Furans autem hominem & eum vendens, ſi inuentus fuerit in manu eius, morte moriatur.
17 Maledicens patri ſuo, & matri ſuæ morte moriatur. 18 Cum contenderint homines, vnuſque alte-
rum percuſſerit, & mortuus non fuerit, ſed decubuerit in lecto. 19 Si reſurgat, & ambulet foras ſuper ſci-
pione ſuo, abſoluetur percutiens; verùm ceſſationis eius damnum reſtituet, & ſanandum curabit.
20 Cum etiam percuſſerit quis ſeruum ſuum, aut ancillam, & mortui fuerint ſub manu eius, morte moriatur
21 Verùm ſi diem vnum aut alterum ſubſtiterint, non morietur, nam argentum eius ſunt.

22 [illegible Syriac text]
23 [illegible Syriac text]
24 [illegible Syriac text]
25 [illegible Syriac text]
26 [illegible Syriac text]
27 [illegible Syriac text]
28 [illegible Syriac text]
29 [illegible Syriac text]
30 [illegible Syriac text]
31 [illegible Syriac text]
32 [illegible Syriac text]
33 [illegible Syriac text]
34 [illegible Syriac text]
35 [illegible Syriac text]

22 Cúmque rixati fuerint duo viri, & percuſ-
ſerint mulierem prægnantem , & eiecerint
fœtum eius,nec tamen interueniat caſus mor-
tis , tenebitur ad damnum quantum impo-
net ei maritus mulieris , & dabit quantum de-
cernent iudices. 23 Si verò mortis caſus inter-
ueniat , dabit animam pro anima,
24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, ma-
num pro manu,pedem pro pede, 25 Aduſtio-
nem pro aduſtione, vulnus pro vulnere , cola-
phum pro colapho. 26 Et cum percuſſerit
quis oculum ſerui ſui, aut oculum ancillæ ſuæ,
eumque deprauauerit , liberum dimittet eum
pro oculo ipſius. 27 Et ſi dentem ſerui ſui, aut
dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberũ dimittet
eum pro dente ipſius. 28 Cúmque cornu per-
cuſſerit taurus virum aut mulierem ita vt mo-
riatur, lapidibus obruetur taurus, & nõ come-
detur caro eius: Et dñs tauri erit inſons. 29 Ve-
rùm ſi taurus cornupeta fuerit ab heri & antea,
Et conteſtatum fuerit dño eius , nec cuſto-
dierit eum , & is interfecerit virum aut mulie-
rem : taurus lapidabitur , & dñs quoque eius
interficietur. 30 Sed ſi pecuniam imponant
ei , dabit redemptionem animæ ſuæ quantum
petierint ab eo. 31 Si verò filium aut filiam
cornu petierit taurus , ſecundùm iudicium
iſtud fiet ei. 32 Et ſi ſeruum aut ancillã cornu
petierit taurus, triginta ſtateres argenti dabit
eius domino , & taurus lapidibus obruetur.
33 Cúmque aperuerit aliquis foueam , aut fo-
derit quiſpiam puteum , & non operuerit ea,
cecideritque illuc bos aut aſinus, 34 Dñs foueæ
rependet pecuniam dominis eius, & mortuum
eius erit. 35 Et cùm cornu petierit taurus viri
taurum viri proximi ſui , & mortuum fuerit,
vendant taurum viuum , & diuidant pretium
eius , itemque mortui *pretium* diuidant.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

22 *Et ſi contenderint aliqui,& impegerint in mu-*
lierem grauidã, & exierint fœtus eius,& non eue-
nerit mors: debebit percuſſor ad quod aſtrinxerit
illum maritus eius, & det illi id ad rigorem.
23 *Et ſi euenerit mors, pone animam pro anima,*
24 *Oculum pro oculo, & dentem pro dente, &*
manum pro manu, & pedem pro pede,
25 *Et inuſtionem pro inuſtione, & fractionem*
capitis pro fractione capitis, & vulnus pro vulne-
re. 26 *Et ſi percuſſerit quis oculum ſerui ſui,*
aut ancillæ ſuæ, erueritque eum: dimittat eum libe-
rum pro oculo ipſius.
27 *Et ſi excuſſerit dentem ſerui ſui, aut ancillæ*
ſuæ: dimittat eum liberum pro dente eius.
28 *Et ſi cornibus petierit taurus virum, aut mu-*
lierem, & occiderit eum: lapidetur taurus, & ne
comedatur de carnibus eius, & dominus tauri
innoxius erit.
29 *Et ſi fuerit taurus cornupeta ab heri & an-*
tea, & obteſtatũ fuerit domino eius, nec cuſtodierit
eum, & occiderit virum, aut mulierem: lapidetur
taurus, & interficiatur dominus eius etiam.
30 *Et ſi obligetur ad pœnam pecuniariam, det*
pro anima ſua omne id ad quod aſtringetur.
31 *Et ſi cornu petierit puerum, aut puellam: fiat*
illi ſecundùm hoc iudicium.
32 *Et ſi cornu petierit ſeruum, aut ancillam:*
dentur domino eius triginta ſicli de argento, &
lapidetur taurus.
33 *Et ſi detexerit quis puteum, aut foderit pu-*
teum, nec eum cooperuerit, incideritque in eum
taurus, aut aſinus:
34 *Teneatur ad pretium eius dominus putei, &*
reſtituat illud Domino eius: & mortuum erit eius.
35 *Et ſi percuſſerit taurus alicuius taurum pro-*
ximi ſui, & mortuus fuerit: vendant ambo tau-
rum viuum, & diuidant pretium eius: & pariter
mortuum diuident inter ſe.

22 وإذا تخاصم قوم فصدموا امرأة حاملا فخرج أولادها ولم
تكن ميتة * فليغرم الصادم كما يلزمه بعلها ويعطه ذلك
بإنصاف * 23 وإن تكن ميتة فاجعل نفسا بدل نفس *
24 وعينا بدل عين * وسنا بدل سن * ويدا بدل يد * ورجلا بدل
رجل * 25 وكيا بدل كي * وشجة بدل شجة * وجراحة بدل جراحة *
26 وإن ضرب إنسان عين عبده أو أمته فأذهبها * فليطلقه حرا
بدل عينه * 27 وإن ألقى سن عبده أو أمته * فليطلقه حرا
بدل سنه * 28 وإن نطح ثور رجلا أو امرأة فقتله * فليرجم
الثور ولا يؤكل من لحمه * ورب الثور بريء *
29 وإن كان ثورا نطاحا مذ أمس وما قبله * فأشهد على صاحبه
ولم يحفظه * وقتل رجلا أو امرأة * فليرجم الثور * ويقتل صاحبه
أيضا *
30 وإن ألزم دية * فليعط فداء نفسه جميع ما يلزمه *
31 وإن نطح صبيا أو صبية * فليصنع به مثل هذا الحكم *
32 فإن نطح عبدا أو أمة * فليعط مولاه ثلثين مثقالا من الفضة *
ويرجم الثور *
33 وإن كشف إنسان بئرا وكرى بئرا فلم يغطها * فوقع
فيها ثور أو حمار *
34 فليغرم ثمنه صاحب البئر * ويرده إلى ربه * والميت يكون له *
35 وإن صدم ثور إنسان ثور صاحبه فمات فليبيعا الثور الحي
ويقتسما ثمنه * وكذلك الميت يقتسمانه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Cum rixati fuerint homines,& percuſſerint mulierem grauidam, egreſſúſque fuerit infans, neque ſecuta
fuerit mors, multâ multabitur ſicut impoſuerit ſuper eum maritus mulieris, dabitque ex ſententia iudicum.
23 Quod ſi ſecuta fuerit mors, dabit animam pro anima. 24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum
pro manu, pedem pro pede. 25 Vſtionem pro vſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. 26 Cum per-
cuſſerit quis oculum ſerui ſui, aut oculum ancillæ ſuæ, & excæcauerit eum, liberum dimittet eum pro oculo
ſuo. 27 Si vero dentem ſerui ſui aut dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet eum pro dente ſuo.
28 Cum autem percuſſerit bos aut quoduis iumentum, virum aut mulierem,& mortui fuerint, lapidando la-
pidabitur iumentum, & non comedetur caro eius, ſed dominus iumenti innocens erit. 29 At ſi iumentum
percutiat ab heri & nudiuſtertius,& notificatum fuerit domino eius, ſed non continuerit illud, mortuuſque
fuerit vir aut mulier, iumentum lapidabitur, atque etiam dominus morietur. 30 Si pretium redemptionis po-
ſitum fuerit ſuper eum, tum dabit redemptionem animæ ſuæ, ſecundum omne quod impoſitum fuerit ei.
31 Si filium percuſſerit, aut filiam, ſecundum iudicium hoc facietis illi. 32 Si iumentum percuſſerit ſeruum
aut ancillam, argentum triginta ſiclorum dabit domino ſuo, & iumentum lapidabitur. 33 Cum autem ape-
ruerit quis foueam, aut foderit quis foueam,& non operuerit eam, cecideritque ibi bos, aut aſinus, aut quæuis
beſtia. 34 Dominus foueæ ſoluet argento, & reſtituet domino eius; mortuum autem ipſius erit: 35 Cum
verò percuſſerit bos alicuius, aut quoduis iumentum eius bouem proximi ſui, aut quodlibet iumentum eius,
& mortuum fuerit, tunc vendent viuum,& bipartient argentum; mortuum etiam dimidiabunt.

[illegible]

36 At ſi notum erat quòd taurus cornupeta erat
ab heri & nudiuſtertius, & nõ cuſtodierit eum
dñs eius, dabit taurum pro tauro, & mortuus
ad eum pertinebit.

CAPVT XXII.

CVm furatus fuerit aliquis bouem aut pe-
cudem, eaque iugulauerit, aut vendide-
rit, quinque boues reddat pro boue, & qua-
tuor pecudes reddat pro pecude. 2 Et ſi in ef-
foſſione deprehẽdatur fur, & percuſſus moria-
tur, non habebit actionẽ capitalẽ. 3 Si verò or-
to ſuper eũ ſole *percuſſus fuerit*, habebit actio-
nem capitalem, at ſoluẽdo ſoluet; quòd ſi nihil
habeat, vendatur pro furto ſuo. 4 Et ſi mani-
feſtò deprehendatur in manibus eius furtum,
ſiue bos fuerit, ſiue aſinus, aut pecus, eaque
viua, duplum rependet. 5 Cúmque depaſci fe-
cerit aliquis agrum aut vineam, & abegerit iu-
mentum ſuum, & depaſci fecerit in agro alie-
no, ex optima quaque re agri ſui, & ex optimis
vineæ ſuæ rependat. 6 Et cùm egreſſus fuerit
ignis, & repertis ſpinis, conſumpſerit aceruos
tritici, aut ſtantes ſegetes, aut agrum, omnino
rependet is qui accendit incendium. 7 Et cùm
dederit aliquis proximo ſuo argentum, aut va-
ſa ad cuſtodiendũ, & furto ſurrepta fuerint de
domo hominis illius, ſi inueniatur fur, repen-
dat duplum; 8 Quod ſi minimè inueniatur fur,
accedat Dñs domus ad iudicem, *vt iuret* vtrum
non extẽderit manũ ſuam ad rem proximi ſui.
9 De omni re in qua deliquerit, ſiue bos fuerit,
ſiue aſinus, aut agnus, aut veſtis, aut denique
omnis res perdita quã dixerit, Hæc eſt, corã iu-
dice ingredientur verba vtriuſque: & is quem
cõdemnauerint iudices, ſoluet duplũ proximo
ſuo. 10 Item cùm dederit aliquis proximo ſuo
aſinum vel bouem, vel agnum, aut quodcun-
que iumentum ad cuſtodiendum, & illud
mortuum fuerit, aut confractum, aut præda
captum, & nemo adſit qui viderit:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

36 *Quòd ſi notum fuerit quòd ſit taurus cornupeta ab heri & antea, nec cuſtodierit eum dominus eius, tradat taurum pro tauro illius, & mortuus erit ei.*

CAPVT XXII.

ET ſi furatus fuerit quis taurum aut ouem, & iugulauerit eum aut vendiderit eum, tradat pro tauro quinque, & pro oue quatuor. 2 *Et ſi inuentus fuerit fur in ſuffoßione, & percuſſus atque occiſus fuerit, ſanguis eius erit impunitus.*

3 *Et ſi ortus fuerit ſol ſuper eum, non habebit repulſam, & reddat quod furatus eſt: quòd ſi non habuerit, vendatur pro furto ſuo.*

4 *Et ſi inuentum fuerit in manu eius furtum, à boue ad aſinum, ad ouem viuos: det pro vno duos.*

5 *Et cùm paſci fecerit aliquis agrum aut vineam ſuam, ac tum dimiſerit iumentum ſuum vt paſcatur in agro alterius, reddat ei de optimis agri ſui aut vineæ ſuæ.*

6 *Et ſi egreſſus fuerit ignis, & inuenerit ſpinas, combuſſeritque aceruum frugum, aut ariſtas ſtantes, aut omne quod eſt in agris, tradat id ad quod damnabitur auctor incendij.*

7 *Et ſi dederit quis proximo ſuo argentum aut vaſa vt ſeruet ea ſibi, furtoque ablata fuerint è domo ipſius: ſi repertus fuerit fur, dabit duplum.*

8 *Quòd ſi non inuentus fuerit fur, accedet dominus domus ad iudicem, & iurabit ſe non extendiſſe manum ſuam ad dominium proximi ſui.*

9 *Et de omni re quam denegabit, à boue ad aſinum, & ad ouem, & ad veſtem, & ad omne amiſſum de quo dixerit Hoc eſt meum, ad iudicem deferetur res vtriuſque. Et ſi damnauerit eum iudex, tradet duplum proximo ſuo.*

10 *Et ſi quis dederit proximo ſuo aſinum, aut taurum, aut ouem, aut aliquod ex omnibus iumentis, & mortuum fuerit, aut fractum fuerit, aut præda ductum fuerit, abſque vllo indicio:*

36 فان عرف انه ثور نطاح من امس وما قبله ولم يحفظه
صاحبه * فليسلم ثورا بدل ثور * والميت يكون له *

* الفصل الثاني والعشرون *

1 وان سرق انسان ثورا او شاة فذبحه او باعه * فليسلم بدل
الثور خمسة * وبدل الشاة اربعا * 2 وان وجد السارق في النقب
فضرب وقتل * فدمه مطلول * 3 وان شرقت الشمس عليه
فلا تكل له * وليسلم ما سرق * وان لم يكن له فليبع على سرقته *
4 وان وجدت في يده السرقة من ثور الي حمار الي شاة احيا *
فليسلم بدل الواحد اثنين * 5 واذا ارعى الانسان ضيعة
او كرما له * فاطلق بهيمته ورعت في ضيعة اخر * فليسلم له من
اجود ضيعته او كرمه * 6 وان خرجت نار ووجدت شوكا
واحرقت كديسا * او سنبلا قايما * او ساير ما في الضياع * فليسلم
ما يجب فيه المشعل الاشعال * 7 وان دفع انسان الي صاحبه
ورقا او انية ليحفظ ذلك له فسرق من منزله * فان وجد السارق
سلم اثنين * 8 وان لم يوجد السارق * تقدم صاحب المنزل
الي الحاكم * وحلف انه لم يمد يده الي ملك صاحبه *
9 وعلى كل امر يجحده من ثور الي حمار والي شاة والي ثوب
والي كل ضالة يقول هذا هو لي * فالي الحاكم يرفع امرهما * فان
ظلمه الحاكم سلمه اثنين لصاحبه * 10 وان دفع انسان الي
صاحبه حمارا او ثورا او شاة او شيا من ساير البهايم * فمات
او انكسر او غنم بغير بينة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

36 Vel notum eſt quod iumentum percutiebat ab heri & nudiuſtertius, & non continuit illud dominus
eius, reddendo reddet iumentum pro iumento; ſed mortuum ipſius erit.

CAPVT XXII.

SI quis autem furatus fuerit bouem, aut pecudem, & iugulauerit eum, aut vendiderit, quinque boues
reddet pro boue, & quatuor pecudes pro pecude. 2 Si in perfoßione inuentum furem percuſſerit quis,
mortuuſque fuerit, reus non eſt ſanguinis. 3 Si ortus fuerit ſol ſuper eum, reus eſt ſanguinis: Reddendo red-
det; ſi non eſt reddendo, vendatur pro furto ſuo. 4 Si inuentum fuerit in manu eius furtum à boue vſque ad
aſinum, vſque ad pecudem, vſque ad omnem beſtiam viuentem, duplum reddet. 5 Si autem depaſci quis
fecerit agrum, aut vineam, & miſerit iumentum ſuum, & pauperiem fecerit in agro alieno, reddendo reddet
de agro ſuo ſecundũ prouentum eius: Quod ſi omnem agrum depaſtus fuerit, optima agri ſui, & optima vineæ
ſuæ reddet. 6 Cum egreſſus ignis inuenerit ſpinas, & conſumptus fuerit aceruus, aut ſeges, aut ager, reſtituet
qui ignem accendit. 7 Cum autem dederit quis proximo ſuo argentum, vel vaſa cuſtodienda, & furto abla-
ta fuerint de domo eius, ſi deprehenſus fuerit fur, reſtituet duplum. 8 Si non fuerit deprehenſus fur, tum
accedet dominus domus ad Deum, ſi non miſit manum ſuam in rem proximi ſui. 9 Super omni genere
præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſte, ſuper omni genere amiſſionis, de qua dixerit
quoniam illud ipſum eſt; ad Dominum veniet cauſa amborum: ille quem condemnabunt iudices, reſtituet du-
plum proximo ſuo. 10 Cum etiam dederit quis proximo ſuo aſinum, aut bouem, aut ouem, aut quodcunque
iumentum cuſtodiendum, mortuúmque fuerit, aut confractum, aut abactum nemine vidente.

11–29 [illegible]

11 Iuſiurandũ Dñi interueniat inter vtroſque
vtrũ non extenderit manũ ſuã ad rem proximi
ſui: & admittet dñs earum rerũ iuramentũ, &
alter nõ ſoluet. 12 Quòd ſi furto ſublatũ fuerit
ab eo, repẽdet dñis eius. 13 Si verò laceratione
ferarum laceratũ fuerit, & illud afferat in teſti-
moniũ, pro lacerato nõ ſoluet. 14 Et cũ poſtula-
uerit quis à proximo ſuo iumẽtum, idq; mor-
tuũ fuerit, aut laceratũ, dño eius nõ præſente,
omnino ſoluet. 15 Verũ ſi dñs eius ſit præſens,
nõ ſoluet. Et ſi mercenari9 fuerit, mulctabitur
in mercede ſua. 16 Cũ pellexerit quis virginem
quæ nõ dum fuerit deſpõſata, cõcubueritque
cũ ea, omnino ducet eã ſibi vxorem. 17 Quòd
ſi noluerit pater eius illã dare ei, pecuniã pon-
derabit iuxta dotem virginis. 18 Veneficum
non patieris viuere. 19 Et omnis qui cõcubue-
rit cum iumento, occidendo occidatur. 20 Qui
ſacrificauerit diis, pereat, præterquam Dño ſo-
li. 21 Aduenas ne lædatis, neque affligatis, quo-
niam aduenæ fuiſtis in terra Ægypti. 22 Omni-
bus etiam viduis & pupillis ne noceatis. 23 Et ſi
nocueritis eis, & orauerint coram me, audiens
audiam orationem eorum: 24 Et inualeſcet
furor meus, & occidam vos gladio, eruntque
vxores veſtræ viduæ, & filii veſtri erunt pupil-
li. 25 Si pecuniam mutuo dederis inter popu-
lum meum pauperi qui tecum eſt, non eris ei
tanquam dñs debiti, nec accipies ab eo fœnus.
26 Et ſi accipias in pignus veſtimentũ proximi
tui, ad occaſus ſolis illud ei reſtitue: 27 Quo-
niã ipsũ eſt veſtimentũ eius ſolũ, ipſumque eſt
operimentũ eius ad carnẽ ſuã *tegẽdam: alioquin*
in quo dormiet? & ſi orauerit corã me, exaudiã
eum, quia miſericors ego ſum. 28 Iudici ne con-
uicieris, & principi populi tui ne maledicas.
29 Primitias prouẽtuum tuorum, & areæ tuæ,
& primitias torcularium tuorum ne differas.
primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

VERSIO SAMARITANA.

11–29 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11–29 [illegible]

[11] *Iuſiurandum per Deum diuidet inter eos,
quòd non extenderit manum ſuam ad poſſeſſionem
proximi ſui, & acceptabit illud dominus eius, &
non tradet quicquam.* [12] *Et ſi furto ablatum fue-
rit ab eo, debebit illud ipſi.* [13] *Et ſi præda captum
fuerit, adducat teſtem, & non tenebitur ad præ-
dam.* [14] *Et ſi mutuum accipiat quis ab amico
ſuo aliquid, & fractum fuerit, aut mortuum fue-
rit, dum non eſt dominus eius cum eo, tenetur ad
illud.* [15] *Et ſi dominus eius cum illo fuerit, non
tenebitur ad illud: ſi verò conductum fuerit,
abibit pro mercede ſua.* [16] *Et ſi vir ſeduxerit
puellam virginem non nuptam, & coiuerit cum
ea, dotet illam in vxorem ſibi.* [17] *Quòd ſi renue-
rit pater eius copulare eam in matrimonium cum
illo, ponderet ei ex argento ſecundùm dotem virgi-
num.* [18] *Et incantatorem ne reſerues.* [19] *Et qui-
cunque coiuerit cum iumento, interficiatur inter-
fectione.* [20] *Et qui immolauerit adorabilibus,
pereat, præterquam ſoli Deo.* [21] *Et peregrinum
ne vexes, neque exaſperes eum: longa enim fuit
mora qua peregrini fuiſtis in terra Ægypti.*
[22] *Neque opprimas omnem viduam, & pupil-
lum.* [23] *Quoniam ſi oppreſſeris aliquem ex illis,
& clamauerit ad me, exaudiam eum pro clamo-
re eius.* [24] *Quoniam corroborabitur ira mea,
& interficiam vos enſe: fientque mulieres veſtræ
viduæ, & filij veſtri orphani.* [25] *Et ſi mutuum
dederitis alicui ex populo meo argentum, imbecilli
qui fuerit tecum, ne ſis ei quaſi creditor, & ne
imponatis ei vſuram.* [26] *Et ſi acceperis in pi-
gnus veſtem proximi tui, ad occaſum ſolis reſtitue
eam ipſi.* [27] *Si fuerit ipſa ſola indumentum eius,
vel fuerit veſtis corporis eius, in quo dormiet? nã
ſi ipſe clamauerit ad me, audiam eum, quia beni-
gnus ſum.* [28] *Et ne affeceris iniuriis vllo modo
iudicem, & nobilem in gente tua ne maledixeris.*
[29] *Et muſtum tuum, & ſtillam tuam ne diſtuleris.
Et primogenitos filiorum tuorum deſtina mihi.*

11 فيمين بالله يفصل فيما بينهما انه لم يمد يده الي ملك
صاحبه * فيقبلها الصاحب ولا يسلم شيا * 12 وان سرق من
عنده غرمه له * 13 فان افترس فلياتي بشاهد * ولا يغرم
الفريسة * 14 وان استعار الانسان من صاحبه شيا فانكسر
او مات وليس ربه معه فليغرمه * 15 وان كان ربه معه فلا
يغرمه * 15 وان كان مستاجرا فقد مضي باجرته *
16 وان خدع رجل جارية بكرا لم تملك فضاجعها * فليمهرها
زوجة له * 17 فان ابي ابوها ان يزوجها به * فليزن له من الورق
كمهر الابكار * 18 والساحر فلا تستبقه * 19 وكل من اتي
بهيمة فليقتل قتلا * 20 ومن ذبح للمعبودات فليتلف الا لله
وحده * 21 والغريب فلا تعنته ولا تضغطه * فطالما كنتم غرباء
في ارض مصر * 22 ولا تظلم كل ارملة ويتيم *
23 فان ظلمت واحدا منهم وصرخ الي اجبته عن صراخه *
24 بان يشتد غضبي واقتلكم بالسيف * فتصير نساوكم
ارامل وبنوكم يتامي * 25 وان اقرضتم بعض قومي ورقا
لضعيف معك * فلا تكن له كالغريم * ولا تصيروا عليه عينة *
26 وان استرهنت ثوب صاحبك فعند مغيب الشمس رده اليه *
27 ان كانت هي كسوته وحدها او هي ثوب بدنه * فيما ذا يضجع *
فان هو صرخ الي سمعت منه لاني رووف *
28 ولا تشتمن حاكما * وشريفا في قومك لا تلعنه *
29 وسلافك ورشحك لا توخرهما * وابكار بنيك فاجعلهم لي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[11] Iuramentum Domini erit inter vtroſque, ſi non immiſerit manũ ſuam in rem proximi ſui; ſuſcipietque il-
lud dominus eius, & non compenſabitur. [12] Si furto ablatum fuerit ab eo, reſtituet domino ſuo. [13] Si rapien-
do raptum fuerit, adducet teſtem raptûs, & non reddet. [14] Cum etiam aliquis commodatò acceperit à proxi-
mo ſuo, & confractum fuerit, aut mortuum domino non preſente, reddendo reddet. [15] Si dominus eius præ-
ſens fuerit, non reddet: Si Mercenarius eſt, veniet pro mercede ſua. [16] Si quis autem deceperit virginem non
deſponſatam, & concubuerit cum ea, dote dotabit eam ſibi in vxorem. [17] Si verò renuat pater eius illam
tradere illi, argentum numerabit ſecundum dotem virginum. [18] Veneficam non ſines viuere.
[19] Quicunque concubuerit cum iumento, morte morietur, [20] Sacrificans diis alienis exterminabitur.
[21] Peregrinum autem non affligetis, neque opprimetis; nam peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
[22] Nullam viduam & pupillum vexabitis. [23] Nam ſi vexando vexaueritis eum, & clamauerit ad me, audien-
do audiam clamorem eius. [24] Et ardebit furor meus, & occidam vos in gladio, eruntque vxores veſtræ
viduæ, & filij veſtri pupilli. [25] Si argentum mutuo dederis populo meo pauperi qui tecum eſt, non eris ei
ſicut princeps, non pones ſuper eum vſuram. [26] Si pignus receperis veſtem proximi tui, cum occiderit ſol
reddes illi. [27] Quoniam hoc eſt operimentum eius ſolum, hæc veſtis eius eſt pro pelle ſua in qua dormit: Ideo
fiet vt cum clamauerit ad me, ego exaudiam, miſericors enim ſum.
[28] Diis non maledices, & principem populi tui non execraberis, [29] Primitias areæ tuæ, & torcularis tui
non differes: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

[illegible]

30 Idemque facies de bobus tuis, & ouibus
tuis; ſeptem diebus erit cum matre ſua, & in
die octauo dabis illud mihi. 31 Et homines ſan-
cti eritis mihi. & carnem auulſam ex animali
viuo ne comedatis, canibus proiicietis illam.

CAPVT XXIII.

NE confirmes rumorem falſum. Ne ex-
tendas manum tuam cum debitore, vt
ſis ei teſtis falſus. 2 Ne ſequaris multos ad ma-
lefaciendum, & ne reſpondeas de lite vt defle-
ctas poſt multos qui deflectunt. 3 Et pauperem
ne adiuues in lite ſua. 4 Et cùm incideris in
bouem inimici, aut aſinum eius errantes,
reducendo reduces eos ad ipſum. 5 Cúmque
videris aſinum inimici tui ſuccumbentem ſub
onere ſuo, & velles non ſubleuare cum eo, ſub-
leuando ſubleua cum eo. 6 Ne flectas iudi-
cium pauperis in cauſa ſua. 7 Et à verbo men-
daci eſto recedens. Et innocentem ac iuſtum
ne interficias: quoniam non iuſtificabo reum.
8 Munus ne recipias: nam munus excæcat
oculos ſapientum in iudicio, & peruertit ver-
ba innocentium. 9 Aduenas ne affligatis: vos
enim noſtis animum aduenarum: quandoqui-
dem aduenæ fuiſtis in terra Ægypti. 10 Sex an-
nis ſeres terram tuam, & coges prouentus eius.
11 In ſeptimo verò arabis eam, & deſeres illam,
vt comedant pauperes populi tui, & reſi-
duum eorum comedat beſtia campi. Idemque
facies de vineis tuis, & oliuis tuis.
12 Sex diebus perages negotia tua, & in die
ſeptimo quieſces, vt quieſcat bos tuus, & aſi-
nus tuus, & quieſcat filius ancillæ tuæ, & ad-
uena qui in ciuitatibus tuis eſt.
13 Quæcunque dixi vobis, cautè ſeruabitis. &
nomen deorum alienorum, ne memineritis,
nec aſcendant in cor veſtrum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

30 *Et hoc modo fac de bobus tuis, & ouibus tuis: & maneat quod naſcetur ex ipſis ſeptem diebus cum matre ſua, & in die octaua conſtitues illud mihi.* 31 *Et eſtote homines ſancti mihi. Et animal præda captum in deſerto ne comedatis, ſed proiicite illud cani.*

CAPVT XXIII.

ET ne acceptes famam falſam. & ne tractes penitus cum iniuſto, vt ſis illi teſtis iniuſtitiæ. 2 *Et ne ſis ſequax multitudinis ad malum. Et ne reſpondeas in lite quicquam quo illam deflectas ſed inclina poſt plures.* 3 *Et ne ſuſcipias partes pauperis in lite ſua.* 4 *Cumque incideris in bouem inimici tui, aut aſinum eius errantem, reduc eum ad ipſum.* 5 *Et cùm videris aſinum oſoris tui iacentem ſub onere ſuo, abſtine à derelinquendo illum eo in ſtatu: ſed conuenit vt exoneres eum exoneratione.* 6 *Et ne diſtorqueas iudicium pauperis tui in lite ſua.* 7 *Et recede à ſermone vano. Et innocentem ac purum ne occidas, quia ego non iuſtificabo oppreſſorem.* 8 *Et ne accipias munus, quia munera excæcant obtutos, & peruertunt negotia recta.* 9 *Et ne vexes aduenam, cùm longo tempore fueritis aduenæ in regione Ægypti.* 10 *Et ſere agrum tuum ſex annos, & collige frugem eius:* 11 *Et in ſeptimo dimitte eum, & deſtitue illum, vt comedant ex eo pauperes populi tui, & reſiduum illius comedet animal deſerti. Ita fac de vinea tua, & oliuis tuis.* 12 *Et ſex diebus fac opera tua, & die ſeptimo ſilebis, vt quieſcat bos tuus, & aſinus tuus, & requieſcat filius ancillæ tuæ, & peregrinus apud te.* 13 *Et ſerua quicquid præcepi tibi. Et nominis adorabilium alienorum ne memineris, nec audiatur ex ore tuo.*

30 وكذاك فاصنع ببقرك وغنمك * وليكن المولود منها سبعة
ايام مع امه * وفي اليوم الثامن تجعله لي * 31 وكونوا اناسا
مقدسين لي * وحيوانا مفترسا في الصحراء لا تاكلوه بل اطرحوه
للكلب *

* الفصل الثالث والعشرون *

1 ولا تقبل خبرا زورا * ولا تخالطن ظالما لتكون له شاهد
ظلم * 2 ولا تكن تبع الكثير لشر * ولا تجب في خصومة
بما تميلها به * بل مل الي وراء الاكثر * 3 ولا تحاب الفقير في
خصومته * 4 واذا فاجات ثور عدوك او حماره ضالا فاردده
عليه * 5 واذا رايت حمار شانيك رابضا تحت حمله فانته عن
تركه كذاك * بل يجب ان تحط عنه حطا * 6 ولا تمل حكم
مسكينك في خصومته * 7 وابعد من الكلام الباطل * والبري
والزكي لا تقتلهما * فاني لا ازكي ظالما * 8 ولا تاخذ رشوة * فان
الرشي تعمي البصراء * وتزيف الامور العادلة * 9 ولا تضغط
الغريب * اذ طال ما كنتم غرباء في بلد مصر * 10 وازرع حقلك
ست سنين واجمع غلتها * 11 وفي السابعة سيبها ودعها * تاكل
منها مساكين قومك وفاضلها ياكله حيوان البرية * كذلك فاصنع
بكرمك وزيتونك * 12 وستة ايام اعمل اعمالك فيها * وفي اليوم
السابع تسبت * لكي يستريح ثورك وحمارك * ويتنفس ابن امتك
والغريب عندك * 13 واحفظ جميع ما وصيتك به * واسم
المعبودات الاخر لا تذكرن * ولا يسمع من فيك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

30 Sic facies bobus tuis, & pecudibus tuis. Septem diebus erit cum populo ſuo, & die octaua dabis eum mihi.
31 Virique ſancti eritis mihi: Carnem autem in agro dilaceratam non comedetis, proiiciendo proiicietis eam.

CAPVT XXIII.

NOn ſuſcipies rumorem vanum: neque pones manum tuam cum impio, vt ſis teſtis iniuſtus.
2 Non ſequeris plures in malum, neque reſpondebis de lite ad declinandum poſt plurimos vt peruerſè agas. 3 Pauperem quoque non honorabis in lite ſua. 4 Cum occurreris boui inimici tui, aut aſino eius, aut cuiuis beſtiæ eius erranti, reducendo reduces eam ad eum. 5 Cum videris aſinum eius qui te odit ſuccumbentem oneri ſuo, caue ne deſeras eum; auxiliando auxiliaberis ei.
6 Non peruertes iudicium egeni tui in lite eius. 7 A verbo mendacii procul ibis: Innocentem & iuſtum non occides; quia non iuſtificabitur impius. 8 Munera quoque non accipies, nam munera excæcant oculos apertos, & corrumpunt verba iuſtorum, 9 Peregrinum etiam non opprimetis, ſcitis enim animam peregrini, cum peregrini fueritis in terra Ægypti. 10 Sex autem annis ſeminabis terram tuam, & colliges prouentum eius. 11 Sed ſeptimo intermiſſionem & requiem dabis illi, vt comedant pauperes populi tui, & reſiduum eorum comedat beſtia agri: Sic facies vineæ tuæ, & olineto tuo. 12 Sex diebus facies opus tuum, & die ſeptimo quieſces; vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua ſicut tu, & omne iumentum tuum, & peregrinus. 13 Omnia quoque quæ dixi vobis, obſeruabitis. Nomen deorum alienorum non recordaberis, neque audietur illud in ore tuo.

[illegible]

14 Tribus vicibus celebrate mihi feſtũ in an-
no. 15 Feſtum azymorum ſeruabis ſeptem die-
bus, azymum comedes prout præcepi tibi, in
menſe florum in quo exiſtis ex Ægypto. Et ne
appareatis coram me vacui. 16 Item feſtum
meſſis, initium frumenti veſtri quod feretis in
agro. Denique feſtum collectionis ad exitum
anni, quando colliges prouentus tuos ex agro.
17 Tribus vicibus in anno appareat omnis me-
moria tua coram Domino Deo tuo. 18 Non
ſacrificabis ſuper fermentatum, ſanguinem
victimæ: neque pernoctabit adeps diei feſti
vſque ad matutinum. 19 Primitias prouen-
tuum terræ tuæ afferes ad domum domini Dei
tui. Ne coxeris hœdum in lacte matris ſuæ.
20 Ecce ego mitto Angelum ante te, vt cu-
ſtodiat te in via, & vt introducat te in terram
quam præparaui. 21 Caueto ab illo, & audi vo-
cem eius. ne contendas aduerſus eum, ne fortè
non remittat delicta veſtra: quoniam nomen
meũ eſt ſuper ipſum. 22 Verùm ſi audiens au-
dieris vocem eius, & feceris quæcunque dixe-
ro tibi, odio habebo oſores tuos, & affligã ho-
ſtes tuos. 23 Nam præibit Angelus meus ante
te, & introducet te ſuper Amoræos, & He-
thæos, & Pherezæos, & Chananæos, & He-
uæos, & Iebuſæos, & deſtruam illos. 24 Ne
adores deos eorum, nec colas eos, neque fa-
cias ſecundùm opera eorum: ſed funditus
euerte eos, & minutatim confringe ſtatuas
eorum: 25 Et coletis dominũ Deum veſtrum,
benedicetque panem veſtrum & aquas ve-
ſtras, & auertet flagella à domibus veſtris. 26 Et
non erit orbata neque ſterilis in terra veſtra. &
numerum dierum veſtrorum perficiam. 27 Et
terrorem meum mittam ante te, deſtruamque
omnes populos cõtra quos ibitis, daboque ini-
micis tuis vt vertant collum ſuum coram te.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

14 *Et tribus vicibus celebrabis mihi feſtum in anno.* [15] *Feſtum azimorum obſerua: ſeptem diebus comedes azimum ſicuti præcepi tibi, tempore menſis quo flaueſcunt ſegetes, quia in eo egreſſus es de Ægypto. Et ne adſueritis ſanctuario meo vacui.* [16] *Et feſtum meſſis, primitiarum operis tui quod ſeminas in campo. Et feſtum collectionis, ad exitum anni & collectionis operum tuorum ex agro.* [17] *Tribus vicibus in quolibet anno ſiſtes omnes viros tuos in ſanctuario Domini Dei.* [18] *Et ne immoles paſcha meum ſuper fermentatum, nec remanebunt adipes feſti mei vſque mane.* [19] *Et principia primitiarum terræ tuæ afferes ad domum Dei Domini tui: Et ne decoxeris hædum in lacte matris ſuæ.* [20] *Ecce ego miſſurus ſum Angelum ante te, vt cuſtodiat te in via, & perducat te ad locum quem præparaui tibi:* [21] *Caue illũ, & accipe mandatum eius, & ne contradicas ei: quoniam non parcet delicto veſtro, & quia nomen meũ cum ipſo eſt.* [22] *Nam ſi acceperis mandatum eius, & feceris quicquid dicam tibi, inimicabor inimicis tuis, & odio habebo aduerſarios tuos.* [23] *Cùmque ambulauerit Angelus meus ante te, & introduxerit te ad Amoræos, & Hethæos & Pherezæos, & Chananæos, & Heuæos, & Jebuſæos, & extirpauero illos:* [24] *Ne adores adoranda eorum, neque colas ea, nec facias opera eorum: ſed euerte ea euerſione, & confringe altaria eorum fractione.* [25] *Et colite Deum Dominum veſtrum, & benedicam cibum veſtrum & potum veſtrum, & auferam infirmitates à te.*

26 *Et non erit in te orbata filiis, nec ſterilis, & numerum dierum tuorum complebo.*

27 *Et mittam terrorem meum ante te, & obſtupefaciam omnes populos ad quos perges, & efficiam omnes inimicos tuos in conſpectu tuo terga vertentes.*

14 وثلاث كرات تحج لي في السنة * 15 حج الفطير فاحفظه *
سبعة ايام تاكل فيها فطيرا كما امرتك * في وقت شهر الفريك * لانك
فيه خرجت من مصر * ولا تحضروا مقدسي فارغين * 16 وحج
الحصاد بكور عملك الذي تزرعه في الصحراء * وحج الجمع
عند خروج السنة * وجمعك اعمالك من الصحراء * 17 ثلاث
مرات في كل سنة تحضر في جميع رجالك مقدس السيد الله *
18 ولا تذبح فسحي على خمير * ولا تبيت شحوم حجي الى الغداة *
19 واوايل بواكير ارضك تاتي بها الى بيت الله ربك * ولا
تطبخ الجدي بلبن امه * 20 ها انا باعث ملاك بين يديك *
يحفظك في الطريق * وياتي بك الى الموضع الذي اصلحته لك *
21 فاحذره واقبل امره * ولا تخالفه * فانه لا يصفح عن جرمكم *
وعلى ان اسمي معه * 22 فانك ان قبلت امره وصنعت جميع
ما اقول لك * عاديت اعداءك وابغض مضاديك *
23 واذا سار ملكي بين يديك وادخلك الى الاموريين والحيثيين
والفرزيين والكنعانيين والحويين واليبوسيين واجتحتهم *
24 لا تسجد لمعبوداتهم * ولا تعبدها * ولا تعمل باعمالهم * بل اهدمها
هدما * وكسر مذابحهم تكسيرا * 25 واعبدوا الله ربكم *
فابارك في طعامك وفي شرابك * وازيل الامراض عنك *
26 ولا تكون ثاكل ولا عاقر فيك * واحصاء ايامك اكمله *
27 وابعث هيبتي بين يديك * واهيم جميع القوم الذين تصير
اليهم * واجعل جميع اعداءك بين يديك مدبرين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Tria feſta celebrabis mihi quotannis. [15] Feſtum azymorum obſeruabis: ſeptem diebus comedes azyma ſicut præcepi tibi, in tempore menſis nouarum frugum; quia in eo egreſſus es de terra Ægypti, neque videbunt faciem meam vacui. [16] Feſtum quoque meſſis primitiuorum operum tuorum quæ ſeminaſti in agris: feſtum prætereà collectionis in exitu anni, poſtquam collegeris opera tua ex agris. [17] Tribus vicibus in anno apparebit omnis maſculus tuus coram arca domini. [18] Non ſacrificabis cum fermento ſanguinem ſacrificij mei, & non pernoctabit adeps feſti mei vſque mane. [19] Primitias primitiuorum terræ tuæ afferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ: nam qui fecerit hoc quod ſacrificet oblitus eſt, & hæc eſt indignatio Deo Iacob. [20] Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam vt cuſtodiat te in via, & introducat te in locum quem præparaui. [21] Caue tibi à facie eius, & audi vocem eius: ne rebelles in eum, quoniam non parcet iniquitati tuæ; nomen enim meum eſt in medio eius. [22] Quod ſi audiendo audieritis vocem meam, & feceritis omne quod dixero, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. [23] Angelus enim meus incedet ante faciem tuam, & introducet te ad Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Gergeſæum, & Pherezæum, & Hæuæum, & Iebuſæum, & delebo eos. [24] Non adorabis Deos eorum, neque ſeruies eis: Et non facies iuxta opera eorum; ſed ſubuertendo ſubuertes, & frangendo confringes ſtatuas eorum. [25] Seruietis igitur domino Deo veſtro, & benedicet panem veſtrũ, & aquas veſtras: auferam quoque infirmitatem de medio veſtrum. [26] Neque erit abortiens, neque ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. [27] Terrorem meum mittam ante faciem tuam, & occidam omnem populum ad quem ibis, & dabo tibi ceruicem omnium inimicorum tuorum.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

28 Et mittam veſpas ante te,& deſtruam Cha-
nanæos,& Hethæos à conſpectu tuo. 29 Non
deſtruam eos à conſpectu tuo in anno vno, vt
non remaneat terra vaſtata, & multiplicetur
contra te beſtia campeſtris. 30 Paulatim pau-
latim deſtruam eos à conſpectu tuo, donec ro-
boreris & capias terram. 31 Et faciam termi-
num tuũ à mari Suph vſque ad mare Paleſthi-
norum,à deſerto vſque ad fluuium; Nam tradi-
turus ſum in manus veſtras habitatores terræ,
& deſtruetis eos. 32 Ne ſtatuas cum eis & cum
diis eorum pactum. 33 Et ne commorentur in
terra tua, ne forte peccare te faciant coram
me. Et ne colas Deos eorum, ne fortè ſint tibi
offendiculo.

CAPVT XXIV.

AD Moſen quoque dixit, Aſcẽde ad Do-
minum tu & Aharon,& Nadab,& Abi-
hu, & ſeptuaginta viri de ſenioribus Iſrael, &
adorabitis à longè. 2 Et accedet Moſes ſolus
coram Dño,ipſi verò non accedent,nec popu-
lus aſcendent cum eo. 3 Venit itaque Moſes,
& narrauit populo cũctos ſermones Dñi, cun-
ctaque iudicia: & exclamauit vniuerſus popu-
lus voce vna,& ait,Quicquid dixit Dñs audie-
mus & faciemus. 4 Scripſitque Moſes omnes
ſermones Domini, & anteuertens diluculo
extruxit aram in radicibus montis, & duode-
cim titulos ſecundùm duodecim tribus Iſrael.
5 Et miſit iuuenes filiorum Iſrael,obtulerunt-
que holocauſta perfecta, & ſacrificauerunt vi-
ctimas perfectas, boues Domino. 6 Et acce-
pit. Moſes dimidium ſanguinis, iniecitque in
peluim, & dimidium ſanguinis fudit ſuper al-
tare 7 Accepit etiam librum fœderis, legit-
que coram populo. & dixerunt, Quicquid
dixit Dominus, audiemus & faciemus.

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

28 *Et mittam plagam ante te, expelleſque He-*
uæos, & Chananæos, & Hethæos è conſpectu tuo.
29 *Et non expellam eos à conſpectu tuo in vno*
anno, ne fiat regio deſerta, & multiplicetur aduer-
ſum te beſtia campi: 30 *Sed expellam eos paula-*
tim paulatim è conſpectu tuo, quouſque creſcas
& poſſideas terram. 31 *Faciamque terminos tuos*
à mari rubro vſque ad mare Paleſtinæ, & à de-
ſerto vſque ad Euphratem. Quoniam ponam in
manibus tuis habitatores regionis, & expellam eos
è conſpectu tuo. 32 *Ne ineas cum illis, nec cum*
diis eorum pactum. 33 *Et ne perſiſtant in re-*
gione tua, vt ne ſeducant te ad peccandum in me,
adorando adorabilia eorum, ſintque tibi laqueus.

CAPVT XXIV.

RVrſus dixit ad Muſam: Aſcende ad Ange-
lum Dei tu, & Haron, & Nadab, & Abihu,
& ſeptuaginta ex ſenibus filiorum Iſrail, & ado-
rate à longe. 2 *Deinde accedat Muſa ſolus ad*
Angelum Dei, & ipſi ne accedant, & plebs ne
aſcendant cum eo. 3 *Tum venit Muſa, &*
narrauit populo omnia verba Dei, & omnia iu-
dicia. Reſponditque ei vniuerſa plebs vna voce, &
dixerunt: Omnem ſermonem quem præcepit Deus,
adimplebimus. 4 *Scripſitque Muſa omnia*
verba Dei. Et ſurrexit mane, & ædificauit altare
ſub monte, & fixit duodecim monumenta iuxta
duodecim Tribus filiorum Iſrail. 5 *Et miſit*
primogenitos filiorum Iſrail, obtuleruntque obla-
tiones, & ſacrificauerunt ſacrificia pacis de bo-
bus Deo. 6 *Sumpſitque Muſa partem ſan-*
guinis, & poſuit eam in lagenis, & ſepeliuit eam,
& partem ipſius effudit ſuper altare. 7 *Deinde*
ſumpſit librum fœderis, legitque eum populo, &
propoſuit omnia quæ præceperat ei Deus, ante eos.
Et dixerunt: Acceptamus ea, & faciemus illa.

28 وابعث بالغامة بين يديك فتطرد الحويين والكنعانيين
والحيثيين من بين يديك * 29 ولا اطردهم من بين يديك في سنة
واحدة * كيلا يصير البلد وحشا فيكثر عليك حيوان الصحراء *
30 لكني اطردهم قليلا قليلا من بين يديك الى ان تنمي فتحوز
الارض * 31 فاجعل تخمك من بحر القلزم الى بحر فلسطين *
ومن البر الى الفرات * بان اجعل في ايديكم سكان البلد *
وتطردهم من بين يديك * 32 لا تعهد لهم ولمعبوداتهم عهدا *
33 ولا يقيموا في بلدك * كيلا يبغوك على الخطا لي بان تعبد
معبوداتهم فيكون لك وهقا * * الفصل الرابع والعشرون *
1 ثم قال لموسى اصعد الى ملاك الله انت وهرون وناداب
وابيهو وسبعون من شيوخ بني اسرايل * واسجدوا من بعيد *
2 ثم يتقدم موسى وحده الى ملاك الله * وهم لا يتقدموا * والقوم
لا يصعدوا معه * 3 ثم جاء موسى وقص على القوم جميع
كلام الله وجميع الاحكام * فاجابه جميع القوم بصوت واحد وقالوا *
جميع الكلام الذي امر الله به نمتثله * 4 فكتب موسى
جميع كلام الله * وادلج غدوة وبنى مذبحا تحت الجبل * ونصب
اثني عشر دكة بازاء اثني عشر اسباط اسرايل * 5 وبعث
ابكار بني اسرايل فقربوا صعايد وذبحوا ذبايح سلامة من البقر لله *
6 فاخذ موسى بعض الدم وجعله في اجاجين ودفنه * وبعضه
رشه على المذبح * 7 ثم اخذ كتاب العهد فقراه على القوم *
وجعل جميع ما امر الله به بين ايديهم * وقالوا نقبله ونعمل به *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Mittam quoque crabrones ante faciem tuam, & expellent Chananæos, & Amorrhæos, & Hethæos,
& Gergeſæos, & Pherezæos, & Heuæos, & Iebuſæos à facie tua. 29 Non expellam eos à facie tua in anno
vno, ne fiat terra deſolata, multiplicenturque aduerſùm te beſtiæ agreſtes. 30 Paulatim, paulatim expellam
eos à facie tua, donec fructificaueris, & poſſideas terram. 31 Ponam etiam terminos tuos à mari rubro vſque
ad mare Philiſthim; & à deſerto vſque ad fluuium: nam tradam in manus tuas incolas terræ, & expellam eos à
facie tua. 32 Non feries fœdus cum iis, neque cum diis eorum. 33 Non habitabunt in terra tua, ne peccare
te faciant in me, ſeruiendo diis eorum; erunt enim tibi in laqueum.

CAPVT XXIV.

MOſi autem dixit, aſcende ad dominum, tu & Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar, & ſeptua-
ginta de ſenioribus Iſrael: Adorabitis autem à longè. 2 Accedet verò Moſes ſolus ad Dominum, ſed
illi non accedent, neque populus aſcendet cum eo. 3 Venitque Moſes, & narrauit populo omnia verba Do-
mini, & omnia iudicia: & reſpondit omnis populus vna voce dicens, quæcunque locutus eſt Dominus fa-
ciemus. 4 Poſtea ſcripſit Moſes omnia verba Domini; ſurrexitque mane, & ædificauit altare ſub monte,
& duodecim lapides duodecim tribubus Iſrael. 5 Et miſit adoleſcentes filiorum Iſrael, qui obtulerunt holo-
cauſta, & ſacrificauerunt ſacrificia pacifica Domino, vitulos filios taurorum. 6 Accepit quoque Moſes dimi-
dium ſanguinis, & poſuit in crateribus, & dimidium ſanguinis effudit ſuper altare. 7 Cepitque librum fœ-
deris, & legit in auribus populi, qui reſpondit: Quidquid dixit Dominus audiemus, & faciemus.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

8 Et ſumpſit Moſes ſanguinem, ſparſitque ſuper populum, ac dixit, Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper omnibus hiſce ſermonibus.
9 Deinde aſcendit Moſes, & Aharon, & Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael:
10 Videruntque Deum Iſraelis, & ſub pedibus eius quaſi opus lateris ſapphirini, & quaſi colorem cæli quum ſerenum eſt.
11 Et quidem aduerſus ſeniores filiorum Iſrael non extēdit manum ſuam, imò viderūt Deum, & comederunt atque biberūt.
12 Et dixit Dn̄s ad Moſen, Aſcende ad me in montem, & maneto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & leges atque præcepta quæ ſcripſi, vt edoceas eos.
13 Surrexit itaque Moſes & Hoſaa famulus eius, & aſcendit Moſes ad mōtem Dei.
14 Senioribus autem dixit, Expectate nos hîc donec reuertamur ad vos: Et ecce Aharon & Hur vobiſcum ſunt, qui habuerit negotium, accedat ad eos.
15 Aſcenditque Moſes ad montem, & obtexit eum nubes.
16 Et habitauit gloria Domini ſuper montem Sinai, & operuit eum nubes ſex diebus: vocauitque Dominus Moſen die ſeptimo de medio nubis.
17 Et vidit gloriam Domini tanquam ignem ardentem in vertice montis, ſpectantibus omnibus domeſticis Iſrael.
18 Et ingreſſus eſt Moſes intra nubem, aſcenditque ad montem: & fuit Moſes in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

CAPVT XXV.

Conſtructio Tabernaculi temporis.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, & dixit ei,
2 Dic genti Iſraelis vt ſeparent mihi ſeparationem: ab vnoquoque viro quod cogitauerit in corde ſuo accipietis ſeparationem.
3 Hæc eſt autem ſeparatio quam accipietis ab eis, aurum, & argentum, & æs,
4 Et flauum ſericum, & purpura, & coccum, & byſſus, & pili caprarum.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

8 *Tum accepit Muſa ſanguinem, ſparſitque
eum ſuper plebem, & ait: Ecce ſanguis fœderis
quod pepigit Deus vobiſcum de omnibus his iudi-
ciis.* 9 *Deinde aſcenderunt Muſa & Haron, &
Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenibus
Iſrail.* 10 *Et viderunt Angelum Dei Iſrail, &
ſub eo ſimile quid candori adamantis, & ſimile
ipſimet cœlo in ſerenitate.* 11 *Et aduerſus principes
filiorum Iſrail non miſit plagam ſuam, & vide-
runt Angelum Domini, & vixerunt & come-
derunt & biberunt.* 12 *Rurſus dixit Deus Mu-
ſæ: Aſcende ad montem, & mane ibi, donec dede-
ro tibi tabulas lapideas & leges & mandata quæ
ſcripſi vt eos dirigerem per ipſa.* 13 *Stetit ergo ipſe,
& Iehoſua famulus eius, & aſcendit Muſa ad
Montem Dei.* 14 *Et dixit ſenioribus: Sedete nobis
hic, quouſque reuertamur ad vos. Et ecce Haron
& Hur vobiſcum ſunt, quicunque habuerit ali-
quod negotium, accedat ad eos.* 15 *Et cùm aſcen-
diſſet Muſa montem, cooperuerũt nubes montem.*
16 *Et quieuit gloria Dei ſuper montem Sinai, &
cooperuerunt eum nubes ſex diebus. Deinde accer-
ſiuit Muſam in die ſeptima de medio nubis.*
17 *Et erat aſpectus Angeli Dei veluti ignis con-
ſumentis in vertice montis in conſpectu filiorum
Iſrail.* 18 *Et ingreſſus eſt Muſa in medium nu-
bis cùm aſcendiſſet ad montem, & permanſit in eo
quadraginta diebus & quadraginta noctibus.*

CAPVT XXV.

Locutusque eſt Deus Muſæ dicens: 2 *Impe-
ra filiis Iſrail vt accipiant mihi ſeparatio-
nem: à quolibet homine cuius animus liberalis eſt,
accipite ſeparationem meam.* 3 *Et hæc eſt ſepa-
ratio quam accipietis ab eis, aurum, & argen-
tum, & æs,* 4 *Et hyacintus, & purpura, & tin-
ctura croci, & byſſus, & molliores pili caprarum.*

8 ثم اخذ موسى الدم ورشه على القوم وقال * هوذا دم العهد
الذي عهد الله لكم على جميع هذه الاحكام * 9 ثم صعد
موسى وهرون وناداب وابيهو وسبعون من شيوخ اسرايل *
10 فنظروا ملاك اله اسرايل * ومن دونه كصنعة بياض المها
وكذات السماء في النقاء * 11 وعلى نقباء بني اسرايل لم يبعث
بآفته * فنظروا ملك الله وعاشوا واكلوا وشربوا * 12 ثم قال الله
لموسى * اصعد الى الجبل واقم هناك حتى اعطيك الواح الجوهر
والشرايع والوصايا التي كتبتها لادلهم بها * 13 فقام ويهوشوع
خادمه * وصعد موسى الى جبل الله * 14 وقال للشيوخ اجلسوا
لنا ههنا الى ان نرجع اليكم * وهوذا هرون وحور معكم * من
كان له امر يتقدم اليهما * 15 ولما صعد موسى الجبل غطى
الغمام الجبل * 16 وسكن نور الله على جبل سيناي * وغطاه
الغمام ستة ايام * ثم دعا موسى في اليوم السابع من وسط الغمام *
17 وكان منظر ملاك الله كنار آكلة في راس الجبل بحضرة بني
اسرايل * 18 فدخل موسى في وسط الغمام اذ صعد الى الجبل *
واقام به اربعين يوما واربعين ليلة *

* الفصل الخامس والعشرون *

1 وكلم الله موسى قايلا * 2 مر بني اسرايل ان ياخذوا لي
فريقة * من عند كل انسان تسخوا نفسه خذوا فريقتي * 3 وهذه
الفريقة التي تاخذونها منهم * ذهب وورق ونحاس *
4 واسمانجون وارجوان وصبغ القرمز وعشر وشعر معزى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Tum accepit Moſes ſanguinem, & ſparſit eum ſuper populum dicens; ecce ſanguis fœderis quod pepigit
Dominus vobiſcum in omnibus verbis iſtis. 9 Et aſcenderunt Moſes & Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar &
Ithamar, ſeptuaginta quoque de ſenioribus Iſrael. 10 Et viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius tan-
quam opus lateritium ex Saphiro, & ſicut ipſummet cœlum in puritate. 11 Nec tamen in electos filiorum
Iſrael miſit manum ſuam, ſed adhæſerunt Deo, & comederunt, & biberunt. 12 Dixitque Dominus Moſi,
aſcende ad me in montem, & eſto ibi, vt tradam tibi tabulas lapideas legis, & præcepta quæ ſcripſi ad docen-
dum eos. 13 Tum ſurrexit Moſes, & Ioſue ſeruus eius, aſcenditque Moſes in montem ad Deum.
14 Sed ſenioribus dixit, Sedete ibi donec reuertamur ad vos; Ecce Aaron & Hor vobiſcum: qui negotium
habuerit, accedet ad eos. 15 Aſcendit igitur Moſes in montem, operuitque nubes montem.
16 Et reſedit gloria Domini ſuper montem Sinai, & operuit eum nubes ſex diebus, ſeptimo verò die voca-
uit Moſen de medio nubis. 17 Et apparuit gloria Domini ſicut ignis conſumens in vertice montis coram
oculis filiorum Iſrael. 18 Ingreſſus autem Moſes in medium nubis aſcendit in montem; manſitque Moſes
in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

CAPVT XXV.

Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, vt accipiant mihi oblationem: de omni
homine, quod ſpōte voluerit cor eius, accipietis oblationem meā. 3 Hæc eſt autem oblatio quā accipietis
ab iis, aurum, argentum, & æs. 4 Hyacinthum, & purpuram, & coccum duplex, & byſſum, & pilos caprinos.

[illegible]

5 Et pelles arietum rubræ, & pelles cerulei
coloris,& ligna hebeni. 6 Et oleum ad accen-
dendum, & aromata pro oleo vnctionis & pro
thure odorum. 7 Et lapides cryſtalli,& lapi-
des pretioſi pro ephod & pro thorace.
8 Et faciant mihi Sanctuarium,& habitabo
inter eos.
9 Quicquid oſtendam tibi, exemplar taber-
naculi & omnium vaſorum eius, ita facietis.
10 Et faciant arcam de ligno hebeni, cuius
longitudo ſit duorum cubitorum & dimidii:
cubiti verò cum dimidio latitudo eius:& cubi-
ti cum dimidio altitudo eius. 11 Et obducito
eam auro mundo, intus & foris obduces eam:
& facies ei coronam auream per circuitum.
12 Conflabis quoque ei quatuor circulos au-
reos, & aptabis in quatuor angulis eius: duos
circulos in latere vno, & duos circulos ex alte-
ro latere. 13 Et facies vectes de ligno hebeni,
& obduces eos auro.
14 Immitteſque vectes in circulos ad latera
arcæ, vt iis portetur arca.
15 In circulis arcæ erunt vectes, nec amoue-
buntur ab eis. 16 Et pones in arca teſtimo-
nium quod dabo tibi.
17 Fac etiam Propitiatorium ex auro mun-
do, cuius longitudo ſit duorum cubitorum
ac ſemis, & cubiti ac ſemis latitudo eius.
18 Fac quoque duos Cherubim aureos, fuſiles
fac eos, ex vtroque latere propitiatorij.
19 Et colloca cherub vnum in latere ipſius
hinc,& cherub alterum in alio latere propitia-
torij:poneſque duos cherubim ſuper duos eius
latera
20 Eruntque alæ Cherubim extenſæ deſuper,
& operientes alis ſuis propitiatorium, & vul-
tus eorum vnus oppoſitus alteri, ſuper pro-
pitiatorium erunt vultus cherubim.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[5] *Et pelles hircorum conditæ, & pelles nigræ, &*
lignum Santum. [6] *Et oleum illuminationis, &*
aromata pro oleo vnctionis, & pro thure gum-
mi, [7] *Et lapides chryſtalli, & lapides connexio-*
nis pro pectorali, & thorace.
[8] *Conſtruant mihi ex iis omnibus Sanctua-*
rium, vt inhabitare faciam ſplendorem meum
inter eos. [9] *Iuxta omnia quæ ego oſtenſurus*
ſum tibi circa formam habitaculi & formam
omnium vaſorum eius, eo modo facite.
[10] *Faciantque arcam ex ligno Santo, & ſit duo-*
rum cubitorum ac dimidij longitudo eius, & la-
titudo eius cubiti cum dimidio, & craßitudo eius
cubiti cum dimidio. [11] *Et cooperi illam auro*
puro intus ac foris, & fac ſuper ea coronam ex
auro per ambitum. [12] *Et conſla illi quatuor an-*
ſas aureas, & pone eas ſuper quatuor angulis eius:
duas anſas ex latere ipſius vno, & duas anſas
ex latere ipſius ſecundo. [13] *Et fac vectes ex ligno*
Santo, & operi eos auro.
[14] *Et immitte vectes in anſas ad latus arcæ, vt*
portetur illis.
[15] *Et permanebunt vectes in anſis, nec auſe-*
rentur ab ipſis.
[16] *Et pone in arca teſtamentum quod dabo tibi.*
[17] *Et fac operculum ex auro puriſsimo, & ſit*
duorum cubitorum ac dimidij longitudo eius, &
cubiti ac dimidij latitudo eius.
[18] *Et fac duos Cherubim ex auro, conſtatiles fa-*
cies eos ab vtroque latere operculi.
[19] *Et fac Cherub ab hoc latere, & Cherub*
ab illo latere. [20] *Ex ipſomet operculo facies*
vtrumque Cherub in vtraque parte illius, &
erunt ambo Cherub extendentes alas ſuas ſur-
ſum, iiſque obumbrantes operculum: & vultus
amborum alter ad alterum: & ad operculum
erunt vultus amborum.

5 وجلود كباش ادمة وجلود دارس وخشب السنط * 6 ودهن
الاضاءة واطياب لدهن المسح ولبخور الاصماغ * 7 وحجارة
بلور وحجارة نظام للصدرة والبدنة * 8 فليصنعوا لي من جميع
ذلك مقدسا اسكن نوري فيما بينهم * 9 كجميع ما انا مريك من
شكل المسكن وشكل جميع آنيته كذلك فاصنعوا * 10 وليصنعوا
صندوقا من خشب السنط * وليكن ذراعين ونصفا طوله *
وعرضه ذراعا ونصفا * وسمكه ذراعا ونصفا * 11 وغشه من
ذهب خالص من داخل ومن خارج * واصنع عليه زيحا من ذهب
مستديرا * 12 وصغ له اربع حلقات من ذهب * واجعلها على
اربع جهاته حلقتين من جانبه الواحد * وحلقتين من جانبه الثاني *
13 واصنع دهوقا من خشب السنط * وغشها بذهب * 14 وادخل
الدهوق في الحلق على جانب الصندوق ليحمل بها * 15 وتقيم
الدهوق في الحلق * لا تزول منها * 16 واجعل في الصندوق
الشهادة التي اعطيكها * 17 واصنع غشاء من ذهب خالص *
وليكن ذراعين ونصفا طوله * وذراعا ونصفا عرضه *
18 واصنع كروبين من ذهب * مصمتين تصنعهما من طرفي الغشاء *
19 واعمل كروبا من هذا الطرف وكروبا من هذا الطرف *
20 من نفس الغشاء تصنع الكروبين من طرفيه * ويكون
الكروبان باسطين اجنحتهما الى فوق * ومظللين بها على
الغشاء * ووجوههما الواحد الى الآخر * والى الغشاء تكون
وجوههما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[5] Et pelles arietum rubricatas, & pelles Ianthinas, & ligna Setim. [6] Et oleum luminari, & aromata oleo
vnctionis, & ſuffumigationi aromatum. [7] Et lapides onychinos, & lapides inſititios pro Ephod, & pectorali
[8] Facietis quoque mihi ſanctuarium, vt habitem in medio veſtri. [9] Secundum omnia quæ oſtendi tibi
in monte, ſimilitudinem tabernaculi, & ſimilitudinem omnium vaſorum eius ſic facies.
[10] Facies autem arcam de lignis Setim: duorum cubitorum cum dimidio erit longitudo eius, & cubiti cum
dimidio latitudo eius, cubiti quoque cum dimidio altitudo eius. [11] Et teges eam auro puro; interius & ex-
terius teges eam, & facies ei côronam auream in circuitu. [12] Fundeſque ei quatuor annulos aureos, &
pones ſuper quatuor angulos eius; duos quidem annulos ſuper latus eius vnum, & duos annulos ſuper latus
eius alterum. [13] Facies etiam vectes lignorum Setim, & teges eos auro. [14] Et immittes vectes in annu-
los ſuper latera arcæ, vt cum iis arca deferatur. [15] In annulis arcæ erunt vectes, non remouebuntur ab
ea. [16] Poneſque in arca teſtimonium quod dabo tibi. [17] Facies quoque propitiatorium ex auro puro,
duorum cubitorum cum dimidio erit longitudo eius, cubiti verò cum dimidio latitudo eius.
[18] Facies præterea duo Cherubim ex auro ductili; facies ea à duabus extremitatibus propitiatorij.
[19] Fient Cherub vnum ab extremo hinc, & Cherub vnum ab extremo illinc; facies Cherubim ſuper duas
extrèmitates propitiatorij. [20] Cherubim autem extendent alas deſuper, tegentia cum alis ſuis propitia-
torium, facieſque eorum erunt vnius ad alterum; versùs propitiatorum erunt facies Cherubim.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

21 Imponeſque propitiatorium ſuper arcam
deſuper: & pones in arca teſtimonium quod
dabo tibi. 22 Et conueniam te ibi, & collo-
quar tecum de ſuper propitiatorium ex inter
duos Cherubim qui ſunt ſuper arcam teſtimo-
nii, quæcunque præcepturus ſum tibi de filiis
Iſrael. 23 Præterea fac menſam de ligno he-
beni, cuius longitudo ſit duorũ cubitorum,&
cubiti latitudo, & cubiti cum dimidio altitu-
do. 24 Et obducito eam auro mundo: & fac ei
coronam auream per circuitum. 25 Et fac ei
labrum quod ſit eleuatum licha per circui-
tum, & fac ei coronam auream ſuper labrum
eius in circuitu.
26 Fac etiam illi quatuor annulos aureos,
poneſque annulos quatuor aureos in qua-
tuor angulis eius ſuper quatuor pedes eius.
27 Contra labrum eius erunt annuli eius, lo-
cus vectibus, ad geſtandam menſam.
28 Vectes autem fac de ligno hebeni, & obdu-
cito eos auro, vt iis geſtent menſam.
29 Et fac pollubra, & calices, & ſcutellas, &
libatoria quibus libatur: ex auro mundo facies
ea. 30 Poneſque ſuper menſam panem fa-
cierum in conſpectu meo ſemper.
31 Fac & candelabrum ex auro mundo, fuſile
facies candelabrum. baſis eius, & calami eius,
& calices eius, & poma eius, & lilia eius ex ipſo
erunt. 32 Et ſex calami emergentes è late-
ribus eius, tres calami ex vno latere cande-
labri, & tres calami ex altero ipſius latere.
33 Tres calices inſerti erunt calamo vni cum
pomis & liliis, & tres calices inſerti calamo al-
teri cum pomis & liliis: eodemque modo in
ſex calamis qui emergunt ex ipſo candelabro.
34 In candelabro erunt quatuor calices cum
pomis & liliis.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[21] *Et pone operculum ſuper arcam deſuper, poſt-*
quam poſueris in arca teſtamentum quod dabo ti-
bi: [22] *Nam adero tibi illic, & loquar tecum*
deſuper operculo quod eſt ſuper arcam teſtamenti,
de medio duorum Cherubim, de omnibus iis quæ
præcipiam tibi pro filiis Iſrail.
[23] *Et conſtrue menſam ex ligno Santo, & ſit*
longitudo eius duorum cubitorum, & latitudo
eius vnius cubiti, & craſsitudo eius cubiti cum
dimidio.
[24] *Et cooperi eam auro puriſsimo, & fac illi*
coronam ex auro circumcirca. [25] *Et fac ei la-*
bium quantum ſtringere eſt pugillo per circui-
tum. Et fac coronam auream, labro eius circum-
circa. [26] *Et conſla ipſi quatuor anſas auri, &*
pone anſas in quatuor angulis eius qui ſunt ex
aduerſo quatuor pedum ipſius.
[27] *Ante labrum erunt anſæ locus pro vectibus,*
vt geſtetur illis. [28] *Et fac vectes ex ligno San-*
to, & cooperi eos auro, vt portetur illis menſa.
[29] *Et fac pollubra eius, & calices eius, & vaſa*
eius vnguentaria, & cochlearia eius, quibus te-
gitur, ex auro puriſsimo facies ea.
[30] *Et pone ſuper menſam panem appoſitum ante*
habitaculum meum ſemper.
[31] *Et fac candelabrum ex auro puriſsimo, &*
fac illud fuſile. Et pedes eius, & calami eius, &
calices eius, & poma eius, & lilia eius, ex ipſo-
met erunt.
[32] *Et ſint ſex calami ex duobus lateribus eius:*
tres calami ex vno eius latere, & tres calami ex
eius latere ſecundo.
[33] *Et tres calices inſtar amygdalæ in quolibet ca-*
lamo, & pomum, ac lilium. Hoc modo fac ſex
calamis prodeuntibus ex ipſo.
[34] *Et in candelabro quatuor calices amygdalæ*
inſtar, ac poma eius, & lilia eius.

21 واجعل الغشاء على الصندوق من فوق بعد ما تجعل في
الصندوق الشهادة التي اعطيكها * 22 فاحضرك هناك
واخاطبك من فوق الغشاء الذي على صندوق الشهادة من
بين الكروبين بجميع ما اوصيك به الى بني اسرائيل * 23 واصنع
مائدة من خشب السنط * وليكن طولها ذراعين وعرضها ذراعا
وسمكها ذراعا ونصفا * 24 وغشها بذهب خالص * واصنع لها زيحا
من ذهب مستديرا * 25 واصنع لها حافة مقدار قبضة مستديرة
واصنع زيحا من ذهب لحافتها مستديرا * 26 وصنع لها اربع
حلقات ذهب * واجعل الحلق في اربع زواياها التي بازاء اربع
ارجلها * 27 امام الحافة تكون الحلق مكانا للدهوق لتحمل
بها * 28 واصنع الدهوق من خشب السنط * وغشها بذهب لتحمل
بها المائدة * 29 واصنع قصاعها ودروجها ومداهنها وملاعقها
التي تعطى بها * من ذهب خالص تصنعها * 30 واجعل على
المائدة خبزا موجها بين يدي سكينتي دائما *
31 واصنع منارة من ذهب خالص * واعملها مصمتة * وارجلها
وقصبها وجاماتها وتفافيحها وسواسنها منها تكون *
32 ولتكن ست قصبات من جانبيها * ثلاث قصبات من جانبها
الواحد * وثلاث قصبات من جانبها الثاني * 33 وثلاث جامات
ملوزات في كل قصبة * وتفاحة وسوسنة * كذلك فاجعل للست
القصبات الخارجات منها * 34 وفي المنارة اربع جامات ملوزات
وتفافيحها وسواسنها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[21] Et pones propitiatorium ſuper arcam ſupernè, & in arcam repones teſtimonium. [22] Ibique innoteſ-
cam tibi, & loquar tibi de propitiatorio ſurſum inter duos Cherubim qui erunt ſuper arcam teſtimonii,
quæcunque præcipiam per te filiis Iſrael. [23] Facies quoque menſam de lignis Setim: duorum cubitorum erit
lõgitudo eius, & cubiti latitudo eius, cubiti verò cum dimidio altitudo eius. [24] Et teges eam auro puro, facieſq;
ei coronam auream in circuitu. [25] Facies etiam ei cingulum palmare in circuitu; facies quoque limbum au-
reum cingulo eius in circuitu. [26] Facies ei præterea quatuor annulos aureos, & pones annulos ſuper qua-
tuor angulos qui ſunt ad quatuor pedes eius. [27] E regione cinguli erunt annuli in thecas pro vectibus
vt feratur menſa. [28] Facies quoque vectes de lignis Setim, & teges eos auro, vt ferant cum eis menſam.
[29] Facies deinde catinos eius, & cochlearia eius, & emundatoria eius, & cyathos eius cum quibus liba-
bunt; ex auro puriſſimo facies iſta. [30] Pones præterea ſuper menſam panes propoſitionum in conſpectu
meo ſemper. [31] Facies quoque candelabrum ex auro puro; ductile facies candelabrum: haſtilia eius,
calami eius, ſcyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex ipſo extabunt.
[32] Sex etiam calami egredientur de lateribus eius; tres calami candelabri de latere eius vno; & tres calami can-
delabri de latere eius ſecundo. [33] Tres ſcyphi amygdalati erunt in calamo vno, ſphærula, & flos: Et tres ſcy-
phi amygdalati in calamo vno, ſphærula, & flos. Sic facies ſex calamis egredientibus de candelabro.
[34] Erunt quoque in candelabro quatuor ſcyphi amygdalati, ſphærulę eius, & flores eius.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

35 Pomum erit ſub duobus *quibuſque* calamis qui ex eo *emergunt*, & pomum ſub duobus *quibuſque* calamis qui ex eo *emergunt* : eodemque modo in ſex calamis qui prodeunt ex ipſo candelabro.
36 Poma verò eius, & calami eius ex ipſo erunt: totum *candelabrum* vnius erit fuſuræ auri puriſſimi.
37 Fac etiam lucernas eius ſeptem, & accende lucernas eius, vt ſint lucentes è regione faciei eius.
38 Fac etiam forcipes eius, & vaſa munctoria eius ex auro mundo.
39 Ex talento auri mundi facies illud, illud *inquam* & omnia vaſa hæc.
40 Et vide, & fac iuxta exemplar quod oſtendam tibi in monte.

CAPVT XXVI.

Tabernaculo autem facies decem cortinas ex byſſo torta, flauo ſerico, & purpura, & tinctura coccinea: cherub opere artificis facies eas.
2 Longitudo cortinæ vnius erit viginti octo cubitorum, & latitudo cortinæ vnius quatuor cubitorum: menſura eadem erit omnibus cortinis.
3 Quinque cortinæ erunt iunctæ vna cum altera, & quinque cortinæ erunt iunctæ vna cum altera.
4 Et pone anſulas flauoſericas ſuper oram cortinæ vnius ad latus commiſſuræ : idemque facies oræ cortinæ à latere commiſſuræ alterius.
5 Quinquaginta anſulas pones in ora cortinæ vnius, & quinquaginta anſulas pones in ora cortinæ alterius, in commiſſura altera : recta autem ſeſe reſpicient anſulæ altera contra alteram.
6 Fac etiam quinquaginta globulos aureos, & cortinas alteram cum altera globulis coniunge, vt fiat tabernaculum vnum.
7 Et fac cortinas pileas ad operimentum tabernaculi : vndecim cortinas facies illas.

VERSIO SAMARITANA.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

35 *Et pomum ſub ſingulis duobus calamis*
ipſius. Similiter ſex calamorum exeuntium ex
candelabro,
36 *Poma & calami ex ipſo erunt, fuſura vna*
ex auro puriſſimo.
37 *Et fac ei ſeptem lucernas, & cùm accenderis*
lucernas eius, luceant verſus faciem ipſius.
38 *Et ſubſtantia forcipum eius, & thuribula*
eius ex auro puriſſimo.
39 *Talenti pondo ex auro puriſſimo fac illud,*
& vniuerſa hæc vaſa.
40 *Et aſpice id, & fac iuxta formam eius, quæ*
tibi monſtranda eſt in monte.

CAPVT XXVI.

ET fac ipſum tabernaculum decem cortinas ex
byſſo retorta, & hyacinto, & purpura, croci-
que tinctura, picturam artis ſagaciſſimi facies
eas. 2 *Longitudo cuiuſlibet cortinæ viginti*
& octo cubitorum, & latitudo eius quatuor cubi-
torum, vna menſura omnibus cortinis. Quinque
cortinæ conſutæ erunt vna cum altera,
3 *Et quinque cortinæ erunt conſutæ vna cum al-*
tera. 4 *Et fac anſulas ex hyacinto in ora cor-*
tinæ vnius poſtremæ coniunctæ: idemque fac in
ora cortinæ poſtremæ coniunctæ ſecundæ.
5 *Quinquaginta anſulas facies in cortina vna,*
& quinquaginta anſulas facies in extremitate
cortinæ ſecundæ coniunctæ: & ſint anſulæ oppoſitæ
vna alteri.
6 *Et fac quinquaginta orbiculos auri, & com-*
pone cortinas alteram ex eis cum altera orbiculis:
ita vt fiat tabernaculum vnum.
7 *Et fac cortinas ex pilis caprarum, tentorium*
ſuper tabernaculum: fac autem illud vndecim
cortinas.

35 وتفاحة تحت كل قصبتين منها * كذلك للست القصبات
الخارجات من المنارة * 36 تفاحها وقصبها منها تكون
مصمتة واحدة من ذهب خالص * 37 واصنع لها سبعة
سرج * فاذا اسرجت سرجها فلتضي الي جهة وجهها *
38 ودوات كلبتيها ومجامرها من ذهب خالص * 39 بدنة
من ذهب خالص اصنعها وجميع هذه الانية * 40 وانظر ذلك
واعمل مثل شكله الذي انت مراه في الجبل *

* الفصل السادس والعشرون *

1 واصنع ذات المسكن عشر شقق من عشر مشزور واسمانجون
وارجوان وصبغ قرمز * صوّر صنعة حاذق تصنعها * 2 طول
كل شقة ثمان وعشرون ذراعا * وعرضها اربع اذرع * مساحة واحدة
لجميع الشقق * خمس شقق تكون مخيطة الواحدة مع الاخري *
3 وخمس شقق تكون مخيطة الواحدة مع الاخري *
4 واصنع عري من اسمانجون في حاشية الشقة الواحدة الطرفي
الموتلفة * وكذلك فاصنع بحاشية الشقة الطرفي الموتلفة الثانية *
5 خمسين عروة تصنع في الشقة الواحدة * وخمسين عروة
تصنعها في طرف الشقة الموتلفة الثانية * ولتكن العري
متقابلة احداها الي الاخري *
6 واصنع خمسين شظية ذهب * والف الشقق * الواحدة منها مع
الاخري بالشظايا * فيصير المسكن واحدا * 7 واصنع شققا
من شعر معزي مضربا علي المسكن * واصنعه احدي عشرة شقة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

35 Et ſphærula ſub duobus calamis ex eo: Et ſphærula ſub duobus calamis ex eo: & ſphærula ſub duobus cala-
mis ex eo, ſex calamis exeuntibus de candelabro. 36 Sphærulæ eorum, & calami eorum ab eo extabunt,
omnia ductilia ex eodem auro puro. 37 Facies etiam lucernas eius ſeptem, & accendes lucernas eius, vt
luceant ſociatæ faciei eius. 38 Emunctoria quoque eius, & ſuppoſitoria eius ex auro puro.
39 Ex maſſa auri puri facies ea, & omnia vaſa iſta. 40 Vide igitur, & fac ſecundum exemplar eius quod
tibi oſtenſum eſt in monte.

CAPVT XXVI.

TAbernaculum autem facies decem cortinarum, ex byſſo retorta, hyacintho, purpura, & cocco duplici:
Cherubim opere plumario facies cum eis. 2 Longitudo cortinæ vnius erit octo & decem cubito-
rum, & latitudo quatuor cubitorum cortinæ vnius; menſura vna erit omnibus cortinis.
3 Quinque cortinæ iungentur vna ad alteram: Et quinque cortinæ iungentur vna ad alteram.
4 Et facies anſas hyacinthinas ſuper oram cortinæ vnius in extremitate in commiſſura; & ſic facies in ora
cortinæ extremæ in commiſſura ſecunda.
5 Quinquaginta anſas facies in cortina vna, & quinquaginta anſas facies in extremitate cortinæ quæ eſt in
commiſſura ſecunda; oppoſitæ erunt anſæ, vna ad alteram. 6 Facies etiam quinquaginta circulos aureos,
& coniunges cortinas, vnam ad alteram cum circulis, eritque tabernaculum vnum. 7 Facies quoque cor-
tinas ex pilis caprinis pro tentorio ſuper tabernaculum; vndecim cortinas facies illas.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

8 Longitudo cortinæ vnius ex ipſis erit trigin-
ta cubitorum,& latitudo cortinæ alterius qua-
tuor cubitorum. menſura eadem erit omnibus
cortinis hiſce vndecim. 9 Et coniunge quin-
que cortinas ſimul, & ſex cortinas ſimul: cor-
tinam verò ſextam duplica verſus partem an-
teriorem tabernaculi. 10 Et fac quinquagin-
ta anſulas ſuper oram cortinæ vnius in latere
commiſſuræ,& quinquaginta anſulas cortinæ
alterius in alia commiſſura. 11 Et fac globulos
æneos quinquaginta, & inſere globulos in an-
ſulas,& coniunge tabernaculũ, fiatque vnum.
12 Quod autem ſuperfluit ex cortinis taberna-
culi, *nempe* dimidiam cortinam quæ ſuper ex-
currit, reiice in poſteriorem partem taberna-
culi. 13 Et cubitus qui ab vno latere, & cubi-
tus qui ab altero latere ſuperfluit ex longitudi-
ne cortinarum tabernaculi, proiiciatur ſuper
latera tabernaculi hinc & illinc, vt operiat
illud. 14 Præterea fac operimentum ta-
bernaculo ex pellibus arietum rubris, &
pellibus arietum cerulei coloris in ſupe-
riori parte. 15 Fac etiam tabernaculo aſſeres
de ligno hebeni, erectas. 16 Decem cu-
bitorum erit longitudo cuiuſlibet aſſeris, &
cubiti cum dimidio latitudo cuiuſlibet aſſeris.
17 Et duos cardines cuilibet aſſeri directè
oppoſitos alterum alteri: idemque facies omni-
bus aſſeribus tabernaculi. 18 Et fac aſſeres pro
tabernaculo, viginti aſſeres ad latus venti Au-
ſtralis. 19 Et quadraginta fulcra argentea facies
ſub viginti aſſeribus illis, duo fulcra ſub aſſere
vno pro duobus cardinibus eius, & duo fulcra
ſub altero aſſere pro duobus cardinibus eius.
20 Et ad latus alterum tabernaculi ex parte
venti Aquilonaris, viginti aſſeres. 21 Et qua-
draginta fulcra argentea: duo fulcra ſub aſſere
vno, & duo fulcra ſub aſſere altero.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

8 *Longitudo cuiuſlibet cortinæ triginta cubitorum, & latitudo eius quatuor cubitorum: menſura vna vndecim cortinis.* 9 *Et compone quinque cortinas ſeorſim, & ſex cortinas ſeorſim. Et complica cortinam ſextam verſus eam partem quæ reſpicit faciem tabernaculi.* 10 *Et fac quinquaginta anſulas in ora cortinæ vnius in extremitate connexa, & quinquaginta anſulas in ora cortinæ poſtremæ connexæ ſecundæ.*
11 *Et fac quinquaginta orbiculos ex ære, & immitte orbiculos in anſulas, & compone tabernaculum, & fiet vnum.*
12 *Et demitte quod ſupereſt ex cortinis tabernaculi, nempe dimidium cortinæ ſuperfluæ; demittes pendulũ ſuper poſteriorem partem tabernaculi:*
13 *Et quidem cubitum hinc, & cubitum hinc. Itaque quod excedit ex longitudine cortinarum tabernaculi, erit demiſſum ſuper latus habitaculi à dextera & à ſiniſtra, vt cooperiat illud.*
14 *Et fac operculum habitaculo ex pellibus hircorum conditis, & operculum ex pellibus nigris deſuper.* 15 *Et fac tabulas tabernaculo ex ligno Santo, erectas.*
16 *Decem cubitorum erit longitudo cuiuſlibet tabulæ, & cubiti cum dimidio latitudo eius.*
17 *Et habeant duos exertos limbos lingulatos vnum è regione alterius. Simile fac omnibus tabulis habitaculi.*
18 *Et fac tabulas habitaculo, viginti tabulas verſus plagam vnde flat Auſter.*
19 *Et quadraginta baſes ex argento facies ſub viginti tabulis, & ſint duæ baſes ſub qualibet tabula pro duobus limbis eius.*
20 *Et in latere habitaculi ſecundo ad plagam vnde flat Aquilo, facies viginti tabulas,*
21 *Et quadraginta baſes ex argento: ſub qualibet tabula erunt duæ baſes.*

8 طول كل شقة ثلثون ذراعا * وعرضها اربعة اذرع * مساحة
واحدة لاحدى عشر شقة * 9 والف الخمس شقق على حدة *
والست الشقق على حدة واثن الشقة السادسة الى ما يلي وجه
المضرب * 10 واصنع خمسين عروة في حاشية الشقة الواحدة
في الطرف المؤلف * وخمسين عروة في حاشية الشقة الطرفي
المؤتلفة الثانية * 11 واصنع خمسين شظية من نحاس * وادخل
الشظايا في العرى * والف المضرب فيصير واحدا * 12 واسبل
الفاضل من شقق المضرب * وهو نصف الشقة الفاضلة * تسبله
على موخر المسكن * 13 وذراع من هاهنا * وذراع من
هاهنا * وذلك الفاضل من طول شقق المضرب يكون مسبلا
على جانب المسكن من يمنه ويسره لتغطيه * 14 واصنع
غطاء للمسكن من جلود تيوس ادمة * وغطاء من جلود دارش
من فوق * 15 واصنع التخاتج للمسكن من خشب السنط
قائمة * 16 عشر اذرع طول كل تختجة * وذراع ونصف
عرضها * 17 ولتكن لها صيران ملسنان احدهما بازاء
الاخر * كذلك فاصنع في جميع تخاتج المسكن * 18 واصنع
التخاتج للمسكن * عشرين تختجة في جهة مهب الجنوب *
19 واربعين قاعدة من فضة تصنعها تحت العشرين تختجة *
ولتكن قاعدتان تحت كل تختجة لصيريها * 20 ولجانب
المسكن الثاني من جهة مهب الشمال تصنع عشرين تختجة *
21 واربعين قاعدة من فضة * تحت كل تختجة تكون قاعدتان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Longitudo cortinæ vnius erit triginta cubitorum, & quatuor cubitorum latitudo cortinæ vnius; menſura vna erit vndecim cortinis. 9 Iunges quoque quinque cortinas ſeparatim, & ſex cortinas ſeparatim, & duplicabis cortinam ſextam è regione tentorij. 10 Facies præterea anſas quinquaginta ad oram cortinæ vnius extremæ in commiſſura: quinquaginta quoque anſas facies ad oram cortinæ commiſſuræ ſecundæ.
11 Et facies circulos æreos quinquaginta; & introduces circulos in anſas, & iunges tentorium, fietque vnum.
12 Redundantia erit ſupereffluens in cortinis tentorij; dimidia pars cortinæ redundans ſupereffluet in poſteriora tabernaculi. 13 Cubiti inde, & cubiti inde erit redundantia ſecundum longitudinem cortinarum tentorij: quod ſupererit ad latera tabernaculi hinc & hinc, operiet illud. 14 Facies quoque operimentum tentorio de pellibus arietinis rubricatis, & operimentum de pellibus Ianthinis deſuper.
15 Deinde facies aſſeres tabernaculi de lignis Setim erectis. 16 Decem cubitorum erit longitudo aſſeris vnius; cubiti & dimidij cubiti latitudo aſſeris vnius. 17 Duæ incaſtraturæ erunt aſſeri vni correſpondentes, altera alteri: ſic facies omnibus aſſeribus tabernaculi. 18 Facies etiam aſſeres pro tabernaculo, viginti aſſeres ad latus meridionale. 19 Et quadraginta baſes argenteas facies ſub viginti aſſeribus; duas baſes ſub vno aſſere pro duabus incaſtraturis eius; & duas baſes ſub aſſere vno pro duabus incaſtraturis eius.
20 Ad latus verò ſecundum tabernaculi verſus ſeptentrionem facies viginti aſſeres.
21 Et quadraginta baſes eorum argenteas; duas baſes ſub aſſere vno, & duas baſes ſub aſſere vno.

[illegible]

22 Ad oras autẽ tabernaculi, ab occidente, fac
ſex aſſeres. 23 Et duos aſſeres facies angulo ta-
bernaculi in extremitatibus eorũ. 24 Ita vt ſint
æquales ex inferiori parte, ſintque ſimul erum-
pentes ſuper caput ipſius ad annulum vnũ: ſic
erit vtriſque fulcris, ad duos angulos erũt. 25 Et
erunt octo aſſeres, & fulcra eorũ argẽtea ſex-
decim, duo fulcra ſub aſſere vno, & duo fulcra
ſub aſſere alio. 26 Et facies vectes de ligno he-
beni, quinq; pro aſſeribus vnius lateris taber-
naculi: 27 Et quinque vectes pro aſſerribus al-
terius lateris tabernaculi: & quinq; vectes pro
aſſeribus lateris alius in oris tabernaculi ab oc-
cidente. 28 Vectis autẽ medius per medios aſſe-
res penetrãs ab hoc latere ad illud: aſſeres verò
obduc auro: & annulos fac aureos, locũ vecti-
bus: 29 Et obduc vectes auro. 30 Et erige ta-
bernaculum in decore ſuo, prout oſtẽdi tibi in
monte. 31 Fac etiam operculũ ex flauo ſerico &
purpura & tinctura coccinea & byſſo retorta:
opere artificis fac illud cherub. 32 Et pone il-
lud ſuper quatuor colũnas hebeni quæ obdu-
ctæ ſunt auro & quarum capitella aurea erunt,
ſuper quatuor fulcra argentea. 33 Et pone ope-
rimentum ſub aſſere: & introduc illuc, intra
operculum, arcam teſtimonij: & duces eis ve-
lum inter ſanctum & inter ſanctũ ſanctorum.
34 Et pones propitiatorium ſuper arcam teſti-
monii in ſancto ſanctorum. 35 Et pones men-
ſam extra velum, & candelabrum è regione
menſæ, ad latus tabernaculi Auſtrale: men-
ſam verò pones ad latus Aquilonare.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

22 *Et in parte poſteriori habitaculi ab occidente facies ſex tabulas.* 23 *Et duas tabulas facies in duabus pilis habitaculi in duobus angulis.*
24 *Et erunt æquales deorſum, ſimulque erunt æquales deſurſum in vno circulo: ſic fiet quibuſuis duabus pilis.* 25 *Fientque octo tabulæ, & baſes earum ex argento, ſexdecim baſes. Et ſint duæ baſes ſub qualibet tabula.*
26 *Et fac tranſuerſa de ligno Santo, quinque pro tabulis lateris habitaculi.*
27 *Et quinque tranſuerſa pro tabulis ſecundi lateris habitaculi, & quinque tranſuerſa pro tabulis lateris habitaculi in angulis qui in occidente.* 28 *Et tranſuerſum medium per concauum tabularum penetrans erit ab extremitate ad extremitatem.* 29 *Et tege tabulas auro, & fac illis anſas ex auro locum pro tranſuerſis: & tege tranſuerſa etiam auro.* 30 *Et erige habitaculum iuxta formam ſuam quæ oſtenſa tibi eſt in monte.*
31 *Et fac velum ex hyacinto, & purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta: artificio peritiſſimi facies illud picturas.* 32 *Et fac illud ſuper quatuor columnas ex Santo contectas auro. Et ſint capitella earum ex auro, ſuper quatuor baſes ex argento.* 33 *Et appende velum ſub orbiculis, & introduc illuc intus velum arcam teſtamenti: diuidetque velum inter Sanctuarium, & inter Præcipuum ſacrorum.*
34 *Et fac velum ſuper arcam teſtimonij in Præcipuo ſanctorum.*
35 *Et pone menſam extra velum, & candelabrum contra eam ad latus tabernaculi Auſtrale, & menſam pone ad latus Aquilonare.*

22 وفي موخر المسكن من الغرب تصنع ست تخاتج *
23 وتختين تصنعهما في ركني المسكن في الزاويتين *
24 وتكون معدلة من اسفل * وجميعا تكون معدلة من
فوق بحلقة واحدة * كذلك يكون لكل ركنين * 25 فتصير
ثماني تخاتج وقواعدها من فضة ست عشرة قاعدة * ولتكن
قاعدتان تحت كل تختة * 26 واصنع عوارض من خشب
السنط * خمسا لتخاتج جانب المسكن * 27 وخمس عوارض
لتخاتج جانب المسكن الثاني * وخمس عوارض لتخاتج جانب
المسكن للزوايا في الغرب * 28 والعارضة الوسطى في جوف
التخاتج نافذة من الطرف الى الطرف * 29 وغش التخاتج بذهب *
واصنع لها حلقا من ذهب مكانا للعوارض * وغش العوارض ايضا
بذهب * 30 وانصب المسكن بهيئته التي اريتها في الجبل * 31 واصنع
حجلة من اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر مشزور * صنعة
حاذق تصنعه صورا * 32 واضعها على اربعة اعمدة من سنط
مغشاة ذهبا * ولتكن رزاتها ذهبا على اربع قواعد من فضة *
33 وعلق الحجلة تحت الشظايا * وادخل هناك من داخل الحجلة
صندوق الشهادة * فتفصل الحجلة بين القدس وبين خاص
الاقداس * 34 واصنع الغشاء على صندوق الشهادة في خاص
الاقداس * 35 وصير المائدة من خارج الحجلة * والمنارة حيالها الى
جانب المسكن الجنوبي * والمائدة اجعلها الى الجانب الشمالي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Ad latera autem tabernaculi verſus Occidentem facies ſex aſſeres. 23 Duos quoque aſſeres facies ad angulos tabernaculi in duobus lateribus. 24 Et geminabuntur infernè ſimul, eruntque gemini ad caput eius in anulo vno, ſic fiet vtriſque duobus angulis. 25 Erunt igitur octo aſſeres, & baſes eorum argenteæ, ſedecim baſes, vnicuique aſſeri duæ baſes. 26 Item facies vectes de lignis Setim quinque aſſeribus ex parte vna tabernaculi.
27 Et quinque vectes aſſeribus ex parte ſecunda tabernaculi, & quinque vectes aſſeribus ex parte tabernaculi verſus duo latera occidentalia. 28 Vectiſque erit intermedius per medium aſſerum tranſiens ab extremo ad extremum. 29 Aſſeres autem teges auro, & anulos eorum facies aureos qui aſſeribus inſerendis inſeruiunt, tegeſque vectes auro. 30 Poſtea eriges tabernaculum ſecundum diſpoſitionem quæ tibi oſtenſa eſt in monte. 31 Facies quoque velum ex hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta; opere plumario fient cum eo Cherubim. 32 Et pones illud ſuper quatuor columnas Setim opertas auro, quarum vncini erunt aurei, ſuper quatuor baſes argenteas. 33 Pones autem velum ſub circulis, & introduces illuc intra velum arcam teſtimonii; diuidetque vobis velum inter ſanctum, & inter ſanctum ſanctorum. 34 Poneſque propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in ſancto ſanctorum. 35 Et collocabis menſam extra velum, & candelabrũ è regione menſæ ad latus tabernaculi verſus auſtrũ; menſamque pones ad partem ſeptentrionalem. Et facies altare vt adoleas incenſum; ex lignis Setim facies illud: cubiti erit longitudo eius, & cubiti latitudo eius, quadratum erit, duorúmque cubitorũ altitudo eius, ex ipſo cornua eius. Teges quoque illud auro puro, tectum eius, & parietes eius in circuitu, & cornua eius. Et facies ei coronam auream in circuitu, & duos anulos aureos facies ei ſubter coronam eius ſupèr duo latera eius; facies eos ad duas partes eius, & erunt receptacula vectium quibus illud portetur. facies quoque vectes illas ex lignis Setim, & teges eos auro; poneſque illud ante velum quod eſt ſuper arcam teſtimonij, quo tecum conueniã. Et adolebit ſuper illud Aaron incenſum aromatum ſingulis matutinis: cum diſponet lucernas adolere illud curabit. Et cum accendet lucernas Aaron inter duas veſperas adolebit illud. Incenſum erit perpetuũ coram Dño in generationibus veſtris. Non offeretis ſuper illud incenſum alienum, neque holocauſtum, neque oblationẽ, neque libamen libabitis ſuper illud. Et expiabit Aaron ſuper cornua eius: ſemel in anno expiabit ſuper illud in generationibus veſtris. Sanctum ſanctorum eſt Domino.

36 [illegible]
37 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

36 Fac etiam velum oſtio tabernaculi ex fla-
uo ſerico & purpura & tinctura coccinea &
byſſo torta opere picturarum. 37 Et fac ope-
rimento quinque columnas ex hebeno, & ob-
duc eas auro, & capitella earum ex auro: & fac
eis quinque fulcra ænea.

CAPVT XXVII.

PRæterea fac altare de ligno hebeni, cuius longitudo ſit quinque cubitorum, & quinque cubitorum latitudo: quadratum ſit altare: & trium cubitorum ſit altitudo eius.
2 Et fac cornua eius ſuper quatuor angulos
eius: ex ipſo erunt cornua eius: & obducito
illud ære. 3 Et fac lebetes eius ad miniſterium
ipſius, & radulas eius, & ahena eius, & fuſcinulas eius, & thuribula eius: omnia autem vaſa ipſius facies ex ære.
4 Fac etiam craticulam æneam ad modum re-
tis ænei: & fac ſuper craticulam quatuor annu-
los æneos in quatuor lateribus eius. 5 Pone il-
lam ad margines altaris infernè, ſitque craticu-
la vſque ad medium altaris. 6 Fac etiam ve-
ctes altari, vectes de ligno hebeni, & obduc
eos ære: 7 Et immitte vectes in annulos,
ſintque ad vtrumque latus altaris cùm geſta-
bunt illud. 8 Cauum ex tabulis facies illud:
quemadmodum oſtendi tibi in monte, ſic fa-
cietis. 9 Fac etiam atrium tabernaculo ad
plagam venti Auſtralis: ordines atrij ex byſſo
torta: centũ cubitorum erit longitudo ordinis
cuiuſlibet. 10 Columnæ verò eius, viginti:
& fulcra earum, viginti ex ære: & capitella
columnarum, eorumque linimentum ex ar-
gento. 11 Et ſimiliter ex plaga Aquilonari
per longitudinem, *pones* ordinem centum cu-
bitorum: columnæ verò eius erunt viginti: &
fulcra earum viginti ex ære: & capitella co-
lumnarum eorumque linimẽtum ex argento.

VERSIO SAMARITANA.

36 [illegible]
37 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

36 [illegible]
37 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

[36] *Et fac velamen ianuæ tabernaculi ex hyacinto, & purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta artificio plumario.* [37] *Et facito velamini quinque columnas ex Santo, & tege eas auro, & ſint capitella earum ex auro, & funde eis quinque baſes æris.*

CAPVT XXVII.

ET fac altare ſacrificiorum ex ligno Santo. Et ſit longitudo eius quinque cubitorum, & latitudo eius quinque cubitorum, quadratum erit altare, & trium cubitorum craſſitudo eius.
[2] *Et fac prominentes oras eius iuxta quatuor angulos eius: ex ipſo erunt prominentes oræ eius: & contege illud ære.* [3] *Et fac caniſtra eius pro cinere eius, & palas eius, & forcipes eius, & fuſcinulas eius, & focos ipſius, & omnia vaſa eius facies ex ære.* [4] *Et fac ei craticulam ſecundum artificium retis ænei. Et facito in reti quatuor anſas ex ære, in quatuor extremitatibus.*
[5] *Et pone illud ſub longitudine altaris deorſum, vt pertingat ad dimidium eius.* [6] *Et facito altari vectes de ligno Santo, & tege eos ære.*
[7] *Et immitte vectes eius in anſas, & erunt ſuper vtrumque latus altaris cùm geſtabitur.*
[8] *Ex tabulis concauis facies illud: vt oſtenſum eſt tibi in monte, ſic facient.*
[9] *Et fac tentoriũ habitaculi in parte ex qua flat Auſter, vela tentorij de byſſo retorta, eorumque longitudo centum cubitorum ex vna plaga.*
[10] *Et columnæ eorum ſint viginti, & baſes eorum viginti ex ære. Et fac capitella columnarum, & linimentum eorum ex argento.*
[11] *Et ſimiliter ad plagam Aquilonarem per longitudinem, vela quorum longitudo ſit centum cubitorum. Et columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti ex ære, & capitella columnarum, & linimentum eorum ex argento.*

36 واصنع سترا لباب الخباء من اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز
وعشر مشزور صنعة رقام * 37 واصنع للستر خمسة اعمدة من
سنط * وغشها بذهب * ولتكن رزافينها من ذهب * وافرغ لها
خمس قواعد نحاس *

* الفصل السابع والعشرون *

1 واصنع مذبح القرابين من خشب السنط * وليكن طوله خمس
اذرع * وعرضه خمس اذرع * مربعا يكون المذبح * وثلثة اذرع
سمكه * 2 واصنع شرفاته على اربع زواياه * منه تكون شرفه * وغشه
بنحاس * 3 واصنع صيانه لرماده ومجارفه وكلاليبه ومناشله ومجامره *
جميع انيته تصنعها من نحاس * 4 واصنع له سردا على صنعة
الشبكة النحاس * واصنع في الشبكة اربع حلقات من نحاس في اربعة
الاطراف * 5 واجعلها تحت شرجب المذبح من اسفل * فيبلغ
الى نصفه * 6 واصنع للمذبح دهوقا من خشب السنط * وغشها
بنحاس * 7 وادخل دهوقه في الحلق * وتكون على
جانبي المذبح اذا حمل * 8 من الواح مجوفة تصنعه * كما اريت
في الجبل كذلك يصنعون * 9 واصنع سرادق المسكن من
جهة مهب الجنوب * قلوع السرادق عشر مشزور ماية ذراع طولها
في الجهة الواحدة * 10 وعمدها فلتكن عشرين * وقواعدها
عشرين من نحاس * واجعل رزافين العمد وطلاها فضة *
11 وكذلك لجهة الشمال في الطول قلوع طولها ماية ذراع *
واعمدتها عشرون * وقواعدها عشرون من نحاس * ورزافين الاعمدة
وطلاوها من فضة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[36] Facies præterea aulæum ad portam tabernaculi ex hyacintho, purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta opere acupicto. [37] Facies verò aulæo quinque columnas Setim, quas teges auro puro, & vncinos earum aureos, & conflabis eis quinque baſes æreas.

CAPVT XXVII.

ET facies altare ex lignis Setim, quinque cubitorum erit longitudo, & quinque cubitorum latitudo; quadratum erit altare, ſed trium cubitorum altitudo eius. [2] Facies etiam cornua eius ſuper quatuor angulos eius: ex ipſo erunt cornua eius, & teges illud ære. [3] Item facies ollas eius ad ſuſcipiendos cineres, & palas eius, & crateres eius, & fuſcinulas eius, & ignis receptacula: omnia vaſa eius facies ærea. [4] Facies quoque illi craticulam opere reticulato æneam, facieſque ſuper rete quatuor annulos æreos in quatuor extremitatibus eius. [5] Poneſque eam ſub ambitum altaris infernè, peruenietque rete vſque ad medium altaris.
[6] Facies deinde vectes altari, vectes de lignis Setim, & teges eos ære. [7] Et introduces vectes in annulos; eruntque vectes ſuper duo latera altaris cum portabitur. [8] Concauum tabulatum facies illud, ſicut oſtenſum tibi eſt in monte, ſic facient. [9] Atrium quoque tabernaculi facies. Ad plagam meridionalem tapetes ocellati erunt atrio ex byſſo retorta; centum cubitorum erit longitudo ex latere vno. [10] Et columnæ eius viginti, baſeſque eius viginti æreæ; & vncini earum, arcuſque argentei.
[11] Ita erit lateri ſeptemtrionali: Tapetum ocellatorum longitudo erit centum cubitorum; columnæ earum viginti, & baſes earum viginti æreæ: vncini verò earum, & circuli argentei.

12 [illegible Syriac text]
13 [illegible Syriac text]
14 [illegible Syriac text]
15 [illegible Syriac text]
16 [illegible Syriac text]
17 [illegible Syriac text]
18 [illegible Syriac text]
19 [illegible Syriac text]
20 [illegible Syriac text]
21 [illegible Syriac text]

[illegible]

1 [illegible Syriac text]

12 Latitudo verò atrij ad plagam occidenta-
lem *occupabunt* ordines quinquaginta cubi-
torum: & columnæ eorum decem: & fulcra
earum decem. 13 Et latitudo atrij ad plagam
venti orientalis, quinquaginta erit cubitorum.
14 Et quindecim cubitos habebunt ordines
lateris vnius: eorumque columnæ erunt tres,
& fulcra eorum tria. 15 Et in latere ſecundo
quindecim ordines, & eorum columnæ tres,
earumque fulcra tria. 16 Et oſtio atrij velum,
viginti cubitorũ ex flauo ſerico, & purpura, &
tinctura coccinea, & byſſo torta, opere picturę
colũnæ eorum quatuor, & fulcra earum qua-
tuor. 17 Omnes columnæ atrij per circuitum
erunt obductæ argento, & capitella earum ex
argento, & fulcra earum ex ære. 18 Longi-
tudo verò atrij erit centum cubitorum, & la-
titudo eius quinquaginta in quinquaginta, &
altitudo eius quinque cubitorum ex byſſo
torta, & fulcra eorum ex ære. 19 Omnia vaſa
tabernaculi, & omne miniſterium eius, cuncti-
que claui eius, & omnes claui atrij, ænei erunt.
20 Tu etiam præcipe filiis Iſrael vt ſumant ti-
bi vnguentum purum olei expreſſi ad accen-
dendas lucernas iugiter 21 In tabernaculo
temporis, extra velum quod eſt ſuper te-
ſtimonium: diſponetque eas Aharon & filij
eius à veſpera vſque mane coram Domino, le-
ge perpetua in generationes veſtras.

CAPVT XXVIII.

TV quoque accedere fac ad te Aharo-
nem fratrem tuum & filios eius cum
eo de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio
mihi fungantur: Aharonem *inquam*, & Na-
dab, & Abihu, & Eliazar, & Ithamar filios
Aharonis.

VERSIO SAMARITANA.

12 [illegible Samaritan text]
13 [illegible Samaritan text]
14 [illegible Samaritan text]
15 [illegible Samaritan text]
16 [illegible Samaritan text]
17 [illegible Samaritan text]
18 [illegible Samaritan text]
19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]

[illegible]

1 [illegible Samaritan text]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible Samaritan text]
13 [illegible Samaritan text]
14 [illegible Samaritan text]
15 [illegible Samaritan text]
16 [illegible Samaritan text]
17 [illegible Samaritan text]
18 [illegible Samaritan text]
19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]

[illegible]

1 [illegible Samaritan text]

¹¹ Et latitudo tentorij ex plaga occidentali,
erunt vela quinquaginta cubitorum. Et columnæ
eius decem, & baſes eius decem.
¹³ Et latitudo tentorij ex parte orientis, quin-
quaginta cubitorum. ¹⁴ Ex quibus quindecim
cubiti dabuntur velis manicæ: & columnæ eius
tres, & baſes eius tres. ¹⁵ Et manicæ ſecundæ ve-
la dabis longitudinis quindecim cubitorum:
& columnæ eius tres, & baſes eius tres.
¹⁶ Et oſtio tentorij ſit velum cuius longitu-
do ſit viginti cubitorum ex hyacintho, & purpura,
& tinctura croci, & byſſo retorta: & habeat
quinque columnas, & earum baſes quatuor.
¹⁷ Et omnes columnæ tentorij per circulum
erunt contectæ argento, & capitella earum ex ar-
gento, & baſes earum ex ære.
¹⁸ Longitudo tentorij, centum cubitorum:
& latitudo eius quinquaginta cubitorum in
quinquaginta: & craſſitudo eius quinque cubi-
torum de byſſo retorta: & baſes eius ex ære.
¹⁹ Et cuncta vaſa habitaculi, quæ ſunt in omne
miniſterium eius, & omnes paxilli eius & paxilli tē-
torij, ex ære. ²⁰ Et tu præcipe filiis Iſrail, vt afferant
tibi oleum oliuæ purum contritum, ad illuminan-
dum: vt illuminentur eo lucernæ ſemper. ²¹ In ta-
bernaculo conuentus extra velum quod eſt ſuper
teſtimonium, diſponet illud Haron & filij
eius à veſpera vſque mane ante habitaculum Dei,
conſtitutione æternitatis in generationes veſtras
ex filiis Iſrail.

CAPVT XXVIII.

ET tu etiā accedere fac ad te Haronem fratrem tuum, & filios eius cum illo de medio omnium filiorum Iſrail, vt ſacerdotij munus ſubeant & ſint mihi: Haronem inquam, & Nadab, & Abihu, & Eliazar, & Ithamar filios eius.

12 وعرض السرادق من جهة الغرب يكون قلوعا خمسين ذراعا *
وعمدها عشرة * وقواعدها عشرة * 13 وعرض السرادق من
جهة الشرق خمسين ذراعا * 14 منها خمس عشرة ذراعا
قلوع للكم * وعمدها ثلثة * وقواعدها ثلث * 15 وللكم
الثاني قلوع طولها خمس عشرة ذراعا * واعمدتها ثلثة * وقواعدها
ثلث * 16 ولباب السرادق ستر طوله عشرون ذراعا من اسمانجون
وارجوان وصبغ قرمز وعشر مشزور * وله خمسة اعمدة * وقواعدها
اربع * 17 وجميع عمد السرادق مستديرا تكون مطلية
فضة * ورزافاتها من فضة * وقواعدها من نحاس * 18 طول
السرادق مائة ذراع * وعرضه خمسون ذراعا بالخمسين * وسمكه
خمس اذرع من عشر مشزور * وقواعده من نحاس * 19 وساير
انية المسكن التي في جميع خدمته * وجميع اوتاده واوتاد
السرادق من نحاس * 20 وانت فمر بني اسرايل ان ياتوك
بدهن زيتون صاف مدقوق للاضاءة * لتسرج به السرج دايما *
21 في خباء المحضر من خارج الحجلة التي على الشهادة يصلحه
هرون وبنوه من العشي الى الصبح بين يدي سكينة الله * رسم
الدهر لاجيالكم من بني اسرايل *

* الفصل الثامن والعشرون *

1 وانت ايضا فقرب اليك هرون اخاك وبنيه معه من بين جميع
بني اسرايل ليومنوا ويكونوا لي * هرون وناداب وابيهو والعازار
وايثامار بنيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

¹¹ Ad latitudinem autem atrii ex latere occidentali tapetes ocellati quinquaginta cubitorum; columnæ ea-
rum decem, & baſes earum decem æreæ. ¹³ Ad latitudinem quoque atrii ex parte orientali quinquaginta
cubiti. ¹⁴ Quindecim cubitorum tapetes ocellati vni lateri; columnæ eorū tres, baſéſque eorū tres æneæ.
¹⁵ Atque ad ſecundum latus quindecim cubitorum tapetes ocellati, columnæ eorum tres, & baſes eorum
tres æreæ. ¹⁶ Ad portam autem atrii erit aulæum viginti cubitorum, ex hyacintho, & purpura, & cocco
dibapho, & byſſo retorta, opere acupicto; & columnæ eius quatuor, baſéſque eius quatuor æreæ.
¹⁷ Omnes columnæ atrij in circuitu cinctæ erunt argento, vncinique earum argentei, ſed baſes earum æreæ.
¹⁸ Longitudo atrii erit centum cubitorum, latitudo quinquaginta cubitorum, ſed altitudo quinque cubi-
torum ex byſſo retorta, & baſes eius æreæ. ¹⁹ Facies quoque omnia vaſa tabernaculi pro omni miniſterio
eius, ſingulos quoque clauos, & paxillos atrij æneos: Fac etiam veſtes ex hyacintho, & purpura, & cocco
duplici ad miniſtrandum cum illis in ſanctuario. ²⁰ Tu autem præcipies filiis Iſrael, vt accipiant pro te
oleum oliuæ purum, contuſum pro luminari, vt accendatur lucerna ſemper. ²¹ In tabernaculo teſtimo-
nij, extra velamen quod eſt ſuper teſtimonium diſponet illud Aaron, & filii eius, à veſpera vſque ad mane co-
ram Domino. ſtatutum eſt æternum in generationibus veſtris à filiis Iſrael.

CAPVT XXVIII.

TV autem accedere fac ad te Aaronem fratrem tuum, & filios eius cum eo, de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar, filij Aaronis.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible]

2 Et fac veſtes ſanctitatis Aharoni fratri tuo,
ad honorem & gloriam. 3 Et tu dic omnibus
ſapientibus corde quos impleui ſpiritu ſapien-
tiæ, vt faciant veſtes ſanctitatis Aharoni, ad
ſanctificandum eum, vt ſacerdotio mihi fun-
gatur. 4 Hæ autem ſunt veſtes quas facient
illis, perizoma, & ephod, & thorax, & tunica
byſſina, & tiara, & zona: facientque veſtes ſan-
ctitatis Aharoni fratri tuo & filiis eius, vt ſacer-
dotio mihi fungantur. 5 Hi ergo accipiant
aurum & flauum ſericum, & purpuram, & tin-
cturam coccineã, & byſſum tortam: 6 Faciant-
que ephod ex auro, flauo ſerico, & purpura, &
tinctura coccinea, & byſſo torta, opere artifi-
cis. 7 Duo humeri erunt cum eo coniuncti ab
vtroque ipſius latere, & cohærebit. 8 Zona
ephod, quæ ſuper ipſum eſt, ex ipſomet erit,
eiuſdem artificij: *nempe* ex auro, & flauo ſerico,
& purpura, & tinctura coccinea, & byſſo tor-
ta. 9 Et accipe duos lapides berylli, & ſculpe
ſuper eos nomina filiorum Iſrael. 10 Sex ex no-
minibus eorum ſculpe ſuper lapidem vnum, &
ſex nomina quæ ſuperſunt, ſculpe ſuper lapi-
dem alterum, iuxta natiuitates eorum. 11 Ope-
re artificis, lapides cælatos cælatura ſigilli, ſcul-
pe duos lapides ſecundùm nomina filiorum
Iſrael: incluſos, & fixos in auro fac eos. 12 Et po-
ne duos hos lapides ſuper humeros ephod, la-
pides monimenti filiis Iſrael. Eritque portans
Aharon nomina eorũ corã Dño ſuper vtrum-
que humerũ ſuum in monimentum. 13 Et fac
fibulas aureas. 14 Et duas catenas ex auro pu-
riſſimo: duplicatas fac eas, opere conſerto: &
pone duas haſce catenas duplicatas, ſuper
fibulas. 15 Fac etiam thoracem iudicij, ſe-
cundùm artificium ephod fac illum: ex auro,
& flauo ſerico, & purpura, & tinctura cocci-
nea, & byſſo torta fac illum.

VERSIO SAMARITANA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible]

² *Et fac veſtes ſanctitatis Haron fratri tuo in*
venerationem & magnificentiam. ³ *Et tu lo-*
quere cum quolibet ſapienti in quo compleui do-
ctrinam ſpiritus ſapientiæ, vt faciant veſtes
Haron ad ſanctificationem ipſius, vt ſacerdotium
obeat mihi. ⁴ *Et hæ ſunt veſtes quas facient, Tho-*
rax, & pectorale, & pluuiale, & veſtis duplicata
acupicta, cydaris, & cingulus. Et facient ve-
ſtes ſanctitatis Haron fratri tuo & filiis eius, vt
ſacerdotio fungantur mihi. ⁵ *Et ipſi accipient*
aurum, & hyacinthum, & purpuram, & tin-
cturam croci, & byſſum: ⁶ *Facientque pectora-*
le ex auro, & hyacinto, & purpura, & tinctura
croci, & byſſo retorta, artificio ſagaciſſimi.
⁷ *Et duæ oræ conſutæ erunt ei, conſuentur*
autem ſuper vtramque extremitatem eius.
⁸ *Et vitta pectoralis, quæ eſt iuxta artificium*
eius, erit ſicut ipſum ex auro, & hyacinto, & tin-
ctura croci, & byſſo retorta.
⁹ *Et accipe duos lapides chryſtalli, & ſculpe*
ſuper eos nomina filiorum Iſrail. ¹⁰ *Sex ex eis*
ſuper lapidem vnum, & ſex nomina reliqua ſuper
lapidem ſecundum, pro ratione natiuitatis eorum,
¹¹ *Opere ſculptoris gemmarij, vt ſculptura an-*
nuli, ſculpes ſuper vtrumque lapidem nomina
filiorum Iſrail, & effice vt ambiant eos ocelli ex
auro. ¹² *Et pone ambos lapides in duobus late-*
ribus pectoralis, duos lapides in memoriam filio-
rum Iſrail: & portabit Haron nomina eorum an-
te habitaculum Dei ſuper ambos humeros ſuos in
memoriam. ¹³ *Et fac ocellos ex auro.*
¹⁴ *Et duas catenas ex auro puriſſimo, æquales*
facies eas artificio connexionis, & appende
vtramque catenam connexam ſuper ocellos.
¹⁵ *Et fac thoracem cuius qualitas ſit artificio*
peritiſſimi iuxta artificium pectoralis: ex auro, &
hyacintho, & purpura, & tinctura croci facies
illum.

2 واصنع ثياب قدس لهرون اخيك لكرامة وفخر * 3 وانت
فكلم كل حكيم اكملت فيه علم روح الحكمة * ان يصنعوا ثياب
هرون لتقديسه ليامم لي * 4 وهذه الثياب التي يصنعونها *
بدنة وصدرة ومنطق ومبطنة موشاة وعمامة وزنار * ويصنعون
ثياب قدس لهرون اخيك وبنيه ليؤموا لي * 5 وهم ياخذون
الذهب والاسمانجون والارجوان وصبغ القرمز والعشر *
6 فيصنعون الصدرة من ذهب واسمانجون وارجوان وصبغ قرمز
وعشر مشرور صنعة حاذق * 7 وجيبان مخيطان يكونان لها
مخيطان على طرفيها * 8 وسفنج الصدرة الذي كصنعتها
يكون مثلها من ذهب واسمانجون وصبغ قرمز وعشر مشرور *
9 وخذ حجري بلور * وانقش عليهما اسماء بني اسرايل *
10 ستة منها على الحجر الواحد * والستة الاسماء الباقية على الحجر
الثاني على حسب ولادتهم * 11 صنعة حارط الجوهر كنقش
الخاتم تنقش على الحجرين اسماء بني اسرايل * واجعلهما محيط
بهما عيون من ذهب * 12 وصير الحجرين في جيبي الصدرة
حجري ذكر لبني اسرايل * ويحمل هرون اسماءهم بين يدي سكينة
الله على كتفيه ذكرا * 13 واصنع عيونا من ذهب *
14 وسلسلتين من ذهب خالص * معتدلتين تصنعهما صنعة صفر *
وعلق السلسلتين المضفورتين على العيون * 15 واصنع بدنة
فيها صنعة حاذق كصنعة الصدرة * من ذهب واسمانجون
وارجوان وصبغ قرمز تصنعها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

² Ideo facies veſtes ſanctitatis Aaroni fratri tuo in gloriam & decorem. ³ Tu quoque loqueris omni ſapien-
ti corde, cuius impleui ſpiritum ſapientia, vt faciant veſtes Aaronis ad ſanctificandum eum vt ſacerdotio mihi
fungatur. ⁴ Iſtæ autem ſunt veſtes quas facient: Pectorale, & Ephod, & Pallium, & tunica teſſellata, cidaris,
& balteus. Facient igitur veſtes ſanctas Aaroni fratri tuo, & filiis eius, vt ſacrificio fungantur mihi.
⁵ Illi autem accipient aurum, & hyacinthum, & purpuram, & coccum dibaphum, & byſſum retortam.
⁶ Facient autem Ephod ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta, opere plumario.
⁷ Duæ ſcapulæ iunctæ erunt ei, ſuper duas extremitates eius iungentur. ⁸ Cingulum quoque ſui Ephod
quod eſt ſuper eum tanquam opus eius ab ipſo extans fiet ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, &
byſſo retorta. ⁹ Capieſque duos lapides onychinos, & ſculpes ſuper eos nomina filiorum Iſrael.
¹⁰ Sex de nominibus eorum ſuper lapidem vnum, & ſex nomina reliqua ſuper lapidem ſecundum, iuxta
generationes eorum. ¹¹ Opere artificis lapidarij cum ſculpturis ſigilli ſculpes duos iſtos lapides iuxta no-
mina filiorum Iſrael; fundis aureis includes eos. ¹² Et pones ambos lapides ſuper humeros Ephod, lapides
memorialis ſunt filiis Iſrael, ideo feret Aaron nomina eorum coram domino ſuper duos humeros ſuos in me-
moriale, ¹³ Facies etiam palas ex auro. ¹⁴ Duas quoque catenulas ex auro puro conterminas facies eis
opere plectili, poneſque catenulas plectiles ſuper palas.
¹⁵ Et facies rationale iudicii opere plumario, iuxta opus Ephod facies illud: Ex auro, hyacintho, & purpura,
& cocco dibapho, & byſſo retorta facies illud.

[illegible]

16 Quadratus erit & duplicatus, palmus longitudo eius, & palmus latitudo eius.
17 Et apta in eo conſertum lapidum, quatuor ordines lapidum. Ordo primus Sardius, & Topazius, & Carbunculus.
18 Et ordo ſecundus Hyacinthus, & Sapphirus, & Lyncuriũ.
19 Et ordo tertius Achates, & Amethyſtus, & Sardonyx.
20 Et ordo quartus Chryſolitus, & Beryllus, & Iaſpis: incluſos & obfirmatos in auro fac eos, ſintque in conſerto ſuo.
21 Et lapides iſti erunt iuxta nomina filiorum Iſrael, duodecim iuxta nomina eorum, inciſi cælatura ſigilli: iuxta cuiuſlibet nomen erunt, iuxta duodecim Tribus.
22 Et fac ſuper thorace catenas duplicatas opere interſerto, ex auro puriſſimo.
23 Facies propitiatorio duos globulos auri mundi, & pone duos globulos in duobus lateribus propitiatorii:
24 Et applica duo ſerta aurea duobus globulis & duobus lateribus propitiatorij.
25 Et duo illa ſerta applicabis duabus fibulis, & aptabis humeris ephod verſus anteriorem eius partem.
26 Et fac duos globulos aureos, & pone eos ad duo latera propitiatorij, ad latus quod eſt ad oram ephod intrinſecus.
27 Et fac duos globulos aureos, & colloca eos ſuper vtrumque humerum ephod, infernè, verſus anteriorem ipſius partem, è regione commiſſuræ eius, ſuper zonam ephod.
28 Et connectent thoracem ab annulis ſuis ad annulos ephod filo flauoſericeo, vt ſit ſuper zonam ephod, ita vt nulla pars ephod excurrat ſuper thoracem.
29 Eritque portans Aharon nomina filiorum Iſrael in thorace iudicij ſuper pectus ſuum quoties ingredietur ad Sanctum, in memoriam coram Domino ſemper.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

16 Et erit quadratus, duplicatus, habens longi-
tudinem palmi, & latitudinem palmi.
17 Et compone in illo ordines gemmarum, qua-
tuor lineas ex gemmis. linea prima erit pyropus,
& ſmaragdus, & topazius.
18 Et linea ſecunda, hyacinthus, & adamas,
& ſardonyx.
19 Et linea tertia, ligurius, & achates, & ame-
thyſtus. 20 Et linea quarta, chryſolithus, &
beryllus, & iaſpis: & erunt incluſæ vt ocelli in
auro per ordines ſuos.
21 Et erunt ſuper lapides nomina filiorum Iſrail,
cùm ſint duodecim iuxta nomina eorum: ſecun-
dùm ſculpturam annuli, cuiuſlibet nomen ſuper
ſuum lapidem erit, pro duodecim tribubus.
22 Et fac thoraci catenam mediocrem artificio
tortili, ex auro puriſſimo.
23 Et fac ei duas anſas ex auro, & pone eas in
duabus eius extremitatibus.
24 Et appende duas catenas tortiles auri ſuper
duas anſas quæ ſunt in duabus extremitatibus
thoracis. 25 Et duas extremitates catenarum alias
appendes ſuper ocellos: & fient ſuper duas oras pe-
ctoralis ex anteriori eius parte.
26 Et fac etiam duas anſulas, & pone eas in dua-
bus extremitatibus thoracis, in eius margine quæ
eſt ad latus pectoralis ex parte interiori.
27 Et fac etiam duas anſas ex auro, & pone eas
contra duas oras pectoralis deorſum, in anterio-
ri eius parte, ante iuncturam eius, ſuper zo-
nam eius.
28 Et conſtringetis thoracem ab anſis ſuis vſque
ad anſam pectoralis, filo hyacintino, ita vt ſit
ſuper zonam eius, & non ſeparetur ab eo.
29 Et portabit Haron nomina filiorum Iſrail in
thorace præparato ſuper pectorale, in ſuo in-
greſſu in ſanctuarium, in memoriam ante Deum
perpetuò.

16 وتكون مربعة مضعفة * طولها شبر * وعرضها شبر *
17 وانظم فيها نظام الجوهر * اربعة سطور من الجوهر * السطر
الاول ياقوت احمر وزمرد واصفر * 18 والسطر الثاني كحلي
ومها البلور وبهرمان * 19 والسطر الثالث جزع وسبج
وفيروزج * 20 والسطر الرابع ازرق وبلور ويشف * وتكون
مغيبة بذهب في نظامها * 21 ويكون على الجان اسماء بني
اسرائيل * اذ هي اثني عشر نظير اسمائهم * كنقش الخاتم اسم كل
واحد على حجر تكون لاثني عشر سبطا * 22 واصنع
للبدنة سلسلة معتدلة صنعة ضفر من ذهب خالص * 23 واصنع
لها حلقتين من ذهب * واجعلهما في طرفيها * 24 وعلق ضفيرتي
الذهب على الحلقتين اللتان في طرفي البدنة *
25 وطرفي الضفيرتين الاخرين تعلقهما على العيون * فتصيران
على جنبي الصدرة من مقدمها * 26 واصنع ايضا حلقتين
واجعلهما في طرفي البدنة في حاشيتها التي الي جانب الصدرة
من داخل * 27 واصنع ايضا حلقتين من ذهب * واجعلهما
بازاء جنبي الصدرة من اسفل في مقدمها امام تاليفها فوق
منطقتها *
28 وتحبكون البدنة من حلقها الي حلقة الصدرة بسلك من
اسمانجون * حتى تصير فوق منطقتها * ولا تزول عنها *
29 ويحمل هرون اسماء بني اسرائيل في البدنة المهياة على الصدرة
في دخوله الي القدس * ذكرا بين يدي الله دائما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Quadratum erit duplicatum, ſpithama longitudo eius, & ſpithama latitudo eius. 17 Complebis autem
ine o inſitiones lapidum quatuor ordinibus: ordo hic eſt: Sardius, Topazius, & Smaragdus, ordo primus.
18 Et ordo ſecundus: Carbunculus, Sapphirus, & Adamas. 19 Et ordo tertius; Ligurius, Achates, & Amethy-
ſtus. 20 Et ordo quartus: Chryſolithus, Onix, & Iaſpis: incluſi fundis aureis erunt in incaſtraturis ſuis.
21 Lapides autem erunt duodecim, ſecundum nomina filiorum Iſrael: ſecundum nomina eorum erunt
ſculpturæ ſigilli; vnuſquiſque iuxta nomen ſuum pertinebit ad aliquam duodecim tribuum.
22 Facies quoque in rationali catenas terminales opere plectili ex auro puro.
23 Facies adhuc ſuper rationali duas ocellaturas aureas, & duos anulos aureos, poneſque anulos ad extre-
mitates rationalis. 24 Pones quoque duas catenas aureas in duobus anulis ad extremitates rationa-
lis. 25 Duas etiam extremitates duarum catenarum iunges duabus ocellaturis, & impones ſuper hu-
meros Ephod ad faciem eius. 26 Facies iterum duos anulos aureos, & pones eos ſuper duas extremitates ra-
tionalis ad oram eius quæ eſt ſuper iuncturam Ephod interiorem. 27 Facies quoque duos anulos aureos,
& pones eos ſuper duos humeros Ephod infernè è regione faciei eius prope iuncturam ipſius ſupernè ad cin-
gulum Ephod. 28 Et attollent rationale de anulo ſuo ad anulum Ephod cum filo hyacinthino vt extet
ſuper cingulum Ephod, & non ſeparetur rationale ab Ephod.
29 Et feret Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper cor ſuum cum ingredietur ſanctuarium
in memoriale coram Domino ſempiternum.

30 [illegible]
31 [illegible] 32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

30 Et pone ſuper thoracem iudicij, Lucidum
& perfectum : eruntque ſuper pectus eius
quando ingredietur coram Domino, & por-
tabit Aharon iudicia filiorum Iſrael ſuper pe-
ctus ſuum coram Domino ſemper. 31 Fac etiam
perizoma ephod perfectum ex flauo ſeri-
co. 32 Et ſit apertura capitis eius in medio
ipſius: & limbus fiat aperturæ eius per circui-
tum opere textorio, inſtar oris loricæ ſqua-
matæ fiat ei, vt ne rumpatur. 33 Et fac ſuper
fimbrias eius malogranata ex flauo ſerico &
purpura & tinctura coccinea, ſuper fimbrias
eius circunquaque: & tintinabula aurea inter
illa circunquaque. 34 Et tintinabula aurea, in-
terpoſitis malogranatis, ſuper fimbrias perizo-
matis circunquaque. 35 Sitque ſuper Aharo-
nem inter miniſtrãdum, audiaturque vox eius
cùm ingredietur Sanctuariũ coram Dño, cùm-
que egredietur, ne moriatur. 36 Fac præterea
coronam ex auro mundo, & inſculpe in ea vt
ſculpi ſolet ſigillum, Sanctum Domino: 37 Et
pone eam ſuper filũ flauoſericeum, ſitque ſuper
tiaram, & ab anteriore parte tiaræ ſit. 38 Et ſit
ſuper frontem Aharonis, portetque Aharon
peccata ſacrorum quæ ſacrabuntur à filiis
Iſrael, ad omne donum ſacrorum eorum : ſit-
que ſuper frontem eius iugiter, ad placatio-
nem pro ipſis coram Domino. 39 Fac etiam
tunicam byſſinam: & fac tiaram byſſinam, &
zonam fac opere pictorum. 40 Etiam filiis
Aharon fac tunicas, & fac eis zonas, & pileo-
los facies eis ad honorem & gloriam: 41 Et ve-
ſties eos, *nempe* Aharonem fratrem tuum &
filios eius cum eo: & vnge eos, & perfice ma-
nus eorum, & ſanctifica eos, vt ſacerdotio
mihi fungantur. 42 Fac etiam eis perizomata
byſſina ad tegendam carnem nuditatis, à lum-
bis eorum vſque ad femora eorum erunt.

VERSIO SAMARITANA.

30 [illegible]
31 [illegible] 32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible] 35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

30 [illegible]
31 [illegible] 32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

30 Et pones in thorace præparato, Dilucidationes
& certitudines: & erũt ſuper pectus Haron in eius
ingreſſu ad habitaculum Dei: portabitque Haron
repræſentationem filiorum Iſrail ſuper cor ſuum
ante habitaculũ Dei ſemper. 31 Et fac pluuiale pe-
ctoralis artificio textoris, totum ex hyacinto. 32 Et
erit os eius, nẽpe caput eius, in medio illius, & lim-
bus circumdabit os eius per ambitum artificio tex-
toris: velut os thoracis fiet ei, vt ne diſcerpatur.
33 Et fac in fimbria eius mala punica ex hyacinto,
& purpura, & tinctura croci in fimbria eius per
circuitum, & tintinabula auri interiecta per cir-
cuitum. 34 Tintinabulum aureum & malum
punicum, tintinabulum aureum & malum pu-
nicum in fimbria pluuialis circumcirca.
35 Et erit ſuper Haron cùm miniſtrabit, & au-
dietur vox eius in ingreſſu illius in ſanctuarium
ante habitaculum Dei, & in exitu eius, & non pe-
ribit. 36 Et fac vittam ex auro puriſſimo, &
ſculpe ſuper eam veluti ſculptura annuli, San-
ctum Deo. 37 Et alliga eam filo hyacinti, &
erit ſuper cidarim ex parte eius anteriori.
38 Et erit ſupra frontem Haron cùm indulgen-
* tiam implorabit pro delictis ſacrorum quæ conſe-
crabunt filij Iſrael pro omnibus muneribus & ſa-
cris ſuis, eritque ſuper frontem eius ſemper in pla-
cationem pro eis inter manus Dei.
39 Et acu pinge tunicam byſſi, & fac cidarim
ex byſſo: & cingulum facies arte plumarij.
40 Et filiis Haron facies tunicas, & fac eis cin-
gulos, & cucullos facies eis in venerationem &
magnificentiam.
41 Et indue illis Haron fratrem tuum, & filios
eius cum eo, & vnge eos, & comple debitum eorum,
& ſanctifica eos, & ſacerdotio fungentur mihi.
42 Et fac eis fœmoralia ex byſſo, vt tegant ex cor-
poribus eorum turpitudinem, à lumbis vſque ad
genua erunt.

30 وتجعل في البدنة المهياة* الانوار والصحايح* وتكون علي
صدر هرون في دخوله بين يدي سكينة الله* ويحمل هرون هيئة
بني اسرايل علي قلبه بين يدي سكينة الله دايما* 31 واصنع ممطر
الصدنة صنعة حايك* جملته من اسمانجون* 32 ويكون فوه
الذي هو راسه في وسطه* وحاشية تحيط بفيه دايرة صنعة حايك*
كفم الدرع يصير له ليلا يتخرق* 33 واصنع في ذيله رمانين
من اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز في ذيله مستديرا* وجلاجل
ذهب فيما بينها دايرة* 34 جلجل ذهب ورمانة* جلجل
ذهب ورمانة في ذيل الممطر مما يدور* 35 ويكون علي هرون
اذا خدم* ويسمع صوته في دخوله الي القدس بين يدي سكينة
الله* وفي خروجه ولا يهلك* 36 واصنع عصابة من ذهب خالص*
وانقش عليها كنقش الخاتم* قدسا لله* 37 وشدها بخيط اسمانجون*
وتكون دون العمامة من مقدمها* 38 ويكون علي جبهة هرون
اذا استغفر ذنوب الاقداس التي تقدسها بنو اسرايل لجميع
اعطياتهم واقداسهم* فتكون علي جبهته دايما* رضا عنهم بين
يدي الله* 39 ووش الجبة العشر* واصنع العمامة من عشر* والزنار
تصنعه صنعة رقام* 40 ولبني هرون تصنع جببا* واصنع لهم
زنانير وقلانس تصنعها لهم لكرامة وفخر* 41 والبسها هرون اخاك
وبنيه معه* وامسحهم* واكمل واجبهم* وقدسهم* فيقوموا لي*
42 واصنع لهم سراويلات من عشر لتغطي من ابدانهم السوءة*
من الحقوين الي الركبتين تكون*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

30 Facies quoque Vrim & Thumim, poneſque ſuper rationale iudicij Vrim & Thumim, vt ſint ſuper cor Aa-
ronis cum ingredietur coram Domino, feratque Aaron iudicium filiorum Iſrael ſuper cor ſuum ante Domi-
num in perpetuum. 31 Facies præterea pallium Ephod totum hyacinthinum. 32 Eritque os capitis eius in me-
dio eius: limbus erit circum os eius, opere textoris: in formam loricæ fiet, ne diſrumpatur. 33 Facies quoque ad
marginem eius mala punica ex hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta, ad marginem eius in
circuitu, & tintinnabula aurea in medio eorum in circuitu. 34 Tintinnabulum aureum, & malum puni-
cum, tintinnabulum aureum, & malum punicum ſuper marginem pallij in circuitu. 35 Et erit ſuper Aaron
quando miniſtrabit, vt audiatur ſonus eius cum ingredietur in ſanctuarium coram Domino, & egredietur, &
non morietur. 36 Et facies laminam ex auro puro, & ſculpes ſuper eam ſculpturâ ſigilli, Sanctum Domino.
37 Poneſque illam ſuper vittam hyacinthinam: erit autem ſuper cidarim ad anteriorem eius partem.
38 Extabitque ſuper frontem Aaronis, cum portabit Aaron iniquitatem ſanctificatorum quæ ſanctificaue-
runt filij Iſrael: in omnibus oblationibus ſanctificatorum ſuorum erit ſuper frontem eius ſemper, in placatio-
nem ipſis coram Domino. 39 Conſtringes etiam tunicam byſſinam, facieſque cidarim byſſinam; balteum
quoque facies opere acu picto. 40 Similiter filiis Aaron facies tunicas: facies quoque eis balteos, & tiaras ad
gloriam & decorem. 41 Et indues iis Aaronem fratrem tuum & filios eius cum eo, & vnges eos, conſecra-
biſque manus eorum, & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. 42 Facies præterea illis femoralia
linea ad operiendam carnem nuditatis ſuæ: à lumbis vſque ad femora extendentur.

43 Et erunt ſuper Aharonem & ſuper filios
eius cùm ingredientur ad tabernaculum tem-
poris, cùmque accedent ad altare miniſtraturi
in Sancto, ne contrahant peccatum & mo-
riantur. Lex ſempiterna ſit ei & ſemini eius
poſt ipſum.

CAPVT XXIX.

HOc autem pacto fac illis, & ſanctifica il-
los ad munus ſacerdotale. Accipe bo-
uem vnum bubulum, & arietes duos ſine ma-
cula: 2 Et panem azymum, placentas infer-
mentatas ſubactas oleo, & lagana infermenta-
ta ſubacta oleo: ex ſimila triticea facies ea.
3 Et pones ea in caniſtro vno, offereſque ea,
vnà cum boue & duobus arietibus.
4 Et Aharonem eiuſque filios adduces ad
oſtium tabernaculi temporis, & ablue eos
aqua. 5 Et ſume veſtes, & indue Aharo-
nem tunica, & perizomate, & tiara ephod,
& thorace, & præcinge eum cingulo ephod.
6 Et impone tiaram capiti eius, & pone coro-
nam ſanctitatis ſuper tiaram.
7 Et accipe oleum vnctionis, & effunde ſuper
caput eius, & vnge eum. 8 Et admoue filios
eius, & indue illos tunicis: 9 Et præcinge cin-
gulis Aharonem & filios eius, & pone eis pi-
leolos, eritque eis ſacerdotium eorum in ſtatu-
tum ſempiternum. & perficies manum Aha-
ronis, & manus filiorum eius.
10 Deinde adduc bouem ante tabernaculum
temporis, imponetque Aharon & filij eius
manus ſuas ſuper caput bouis.
11 Et iugula bouem coram Domino in oſtio
tabernaculi temporis. 12 Et tolle de ſan-
guine bouis, & ſparge ſuper cornua altaris
digito tuo: totum verò ſanguinem effunde
ſuper imas oras altaris.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

43 *Et erunt ſuper Haron & filios eius cùm ingredientur tentorium conuentus, dum accedent ad altare vt ſeruiant ſanctuario, ne portent iniquitatem & pereant: ſtatutum æternitatis illi & progeniei eius poſt illum.*

CAPVT XXIX.

ET hoc eſt quod facies eis vt ſanctifices eos & miniſtrent mihi. Sume vitulum de bobus, & duos arietes integros, 2 *Et panem azymum, placentas azymas ſubactas oleo, & lagana azyma vncta oleo: ex ſimila frumenti facies vtraque.* 3 *Et pone ea in caniſtro, & offer illa in eo, cum vitulo & duobus arietibus.*
4 *Deinde admoue Haron, & filios eius ad ianuam tentorij conuentus, & laua eos aqua.*
5 *Et ſume veſtes, & veſti Haron veſte duplicata, & pluuiali, & pectorali, & thorace, & cinge eum zona eius.* 6 *Et impone capiti eius cydarim, & pone tiaram ſanctitatis ſuper cydarim.*
7 *Et accipe de oleo vnctionis, & effunde ſuper caput eius, & vnge eum.*
8 *Deinde accedere fac filios eius, & indue eos tunicis.*
9 *Et cinge eos cingulis, Haronem & filios eius: & veſti eos cucullis, & fiet eis ſacerdotium in conſtitutionem ſæculi: & comple decus Haronis & decus filiorum eius.*
10 *Deinde adduc vitulum coram tentorio conuentus, & imponant Haron & filij eius manus ſuas capiti eius,*
11 *Et macta illum ante Deum, iuxta tentorium conuentus.*
12 *Et accipe ex illius ſanguine aliquid, & pone illum ſuper exertos limbos altaris digito tuo, & effunde reliquum ſanguinem ad fundamentum altaris.*

43 وتكون علي هرون وبنيه في دخولهم الي خباء المحضر *
في تقدمهم الي المذبح ليخدموا في القدس * ولا يحملوا وزرا
فيهلكوا * رسم الدهر له ولنسله من بعده *

* الفصل التاسع والعشرون *

1 وهذا الامر الذي تصنعه لهم لتقديسهم ويكونوا لي * خذ فتيا
من البقر وكبشين صحيحين * 2 وخبزا فطيرا جرادق فطير
ملتوتة بدهن * ورقاق فطير ممسوحا بدهن * من سميد الحنطة
تصنعها * 3 واجعل ذلك في سلة * وقدمه فيها مع الفتي
والكبشين * 4 ثم قدم هرون وبنيه الي باب خباء المحضر *
واغسلهما بالماء * 5 وخذ الثياب فالبس هرون المبطنة
والممطر والصدرة والبدنة واشدده بشقتيها * 6 وصير
العمامة علي راسه * واجعل تاج القدس دون العمامة *
7 وخذ من دهن المسح * وصب علي راسه وامسحه *
8 ثم قدم بنيه والبسهم جببا * 9 واشددهم بزنانير * هرون
وبنيه * والبسهم قلانس * فتصير لهم امامة رسم الدهر * واكمل
واجب هرون وواجب بنيه *
10 ثم قدم الثور بين يدي خباء المحضر * ويسند هرون وبنوه
ايديهم علي راسه *
11 واذبحه بين يدي الله عند خباء المحضر *
12 وخذ من دمه شيئا * واجعله علي شرفات المذبح باصبعك *
وصب باقي الدم علي اساس المذبح *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

43 Eruntque ſuper Aaron & ſuper filios eius cum ingredientur in tabernaculum teſtimonii, aut cum accedent ad altare, vt miniſtrent in Sanctuario, atque vt iniquitate contracta non moriantur. Statutum eſt æternum ei, & ſemini eius poſt eum.

CAPVT XXIX.

HÆc autem res eſt quam facies eis ad ſanctificandum eos vt ſacerdotio fungantur mihi. Accipe vitulum
vnum è bobus, & arietes duos immaculatos. 2 Panem quoque azymum, & placentas azymas
conſperſas oleo, & lagana azyma: ex ſimila triticea facies ea. 3 Pones autem illa in caniſtrum vnum, & offeres ea in caniſtro, & vitulum, & duos arietes. 4 Aaronem autem & filios eius accedere iubebis ad portam ta-
bernaculi teſtimonij, & lauabis eos aqua, 5 Tunc ſumes veſtes, veſtieſque Aaronem tunica, & cinges eum
balteo, & indues pallio, poneſque ſuper eum Ephod, & rationale, & vincies ei Ephod cum cingulo.
6 Et impones cidarim ſuper caput eius, poneſque coronam ſanctitatis ſuper cidarim. 7 Sumes quoque
oleum vnctionis, & infundes ſuper caput eius, & vnges eum. 8 Filioſque eius accedere facies, & indues illos
tunicis. 9 Et cinges eos balteis, Aaronem, & filios eius, & alligabis eis tiaras: eritque eis Sacerdotium in
ſtatutum æternum: Conſecrabis etiam manum Aaronis, & manum filiorum eius. 10 Et offeres vitulum coram Domino ad portam tabernaculi teſtimonii: Imponent autem Aaron & filii eius manus ſuas ſuper caput
vituli. 11 Vitulum verò iugulabis coram Domino ad portam tabernaculi teſtimonij. 12 Et accipies de
ſanguine vituli quem pones ſuper cornua altaris cum digito tuo, omnemque ſanguinē fundes ad baſim altaris.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

13 Et ſume tibi totum velum quod tegit in-
teſtinum, & ſeptum iecoris, & duos renes adi-
peſque eorum, & attolle ad altare. 14 Carnem
verò bouis, & pellem eius, & fimum eius com-
bures igni extra caſtra, peccatum eſt. 15 Et
arietem vnum accipies, imponentque Aharon
& filij eius manus ſuas ſuper caput arietis:
16 Et mactate arietem, & tolle ex eius ſangui-
ne, & ſparge ſuper altare circumcirca. 17 Arie-
tem verò diſſeca membratim, & laua inteſti-
num eius & crura eius, poneſque ſuper eius
membra, & ſuper caput ipſius, 18 Et attolles
totum arietem ad altare: holocauſtum eſt Do-
mino in odorem placabilem, oblatio Domino.
19 Accipies quoque arietem ſecundum, ſiſtent-
que Aharon & filii eius manus ſuas ſuper ca-
put arietis. 20 Et macta arietem, & ſume de
ſanguine eius, & ſparge ſuper auriculam auris
Aharonis dexteræ, & ſuper auriculas aurium
filiorum eius dexterarum, & ſuper pollices ma-
nuum eorum dexterarum, & ſuper pollices pe-
dum eorum dexterorum, & ſparges ſangui-
nem ſuper altare per ambitum. 21 Tolleſque
de ſanguine qui eſt ſuper altare, & de oleo vn-
ctionis, & ſparges ſuper Aharon & ſuper ve-
ſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes
filiorum eius cum eo: & ſanctificabitur ipſe &
veſtes eius, & filii eius ac veſtes filiorum eius
cum eo. 22 Et accipe ex ariete adipem, & cau-
dam, & velum tegens inteſtinum, & ſeptum
iecinoris, & duos renes, & adipem quæ ſuper
eos eſt, & crus dexterum: quoniam aries eſt im-
pletionis: 23 Et placentam vnam panis, & pla-
centam vnam panis olei, & laganum vnum de
caniſtro azymi quod eſt coram Domino.
24 Et pones omnia ſuper manum Aharonis
& ſuper manus filiorum eius, & ſeparabis ea
ſeparationem coram Domino.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

13 *Et ſume ex illo totum adipem operientem ventrem, & ſuperfluitatem iecoris, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos: & adole hæc ſuper altare.* 14 *Et carnem vituli, & pellem eius, & fimum eius combures igne extra caſtra: quoniam eſt expiatio.* 15 *Deinde affer vnum è duobus arietibus, & imponet Haron, & filij eius manus ſuas ſuper caput eius.*
16 *Et macta illum, & ſume ex eius ſanguine quod ſpargas ſuper altare per circuitum.*
17 *Et eum diſſeca in membra. Et laua ventrem eius, & pedes eius & appone eos ad membra eius & caput eius.* 18 *Et adole illum ſuper altare: quia ipſe eſt oblatio Deo, placans, acceptabilis, ſacrificium Deo.* 19 *Deinde affer arietem ſecundum, & imponat Haron & filij eius manus ſuas ſuper caput eius.* 20 *Et macta illum, & ſume ex eius ſanguine quod ponas ſuper auriculam auris Haron, & ſuper auriculas aurium filiorum eius dexterarum, & ſuper pollices manuum eorum dexterarum, & ſuper pollices pedum eorum dexterorum. Et ſparge reſiduum eius ſuper altare per circuitum.* 21 *Et accipe de ſanguine qui eſt ſuper altare, & de oleo vnctionis, & ſparge ſuper Haron & veſtes eius, & ſuper filios eius & veſtes eorum cum eo.* 22 *Et ſanctificabitur ipſe ac veſtes eius, & filij eius ac veſtes filiorum eius cum eo. Et accipe ex ariete pinguedinem, & caudam, & omnem adipem tegentem ventrem, & ſuperfluum iecoris, & duos renes cum adipe quæ eſt ſuper vtrumque, & crus dexterum: quoniam ipſe eſt aries perfectionis.*
23 *Et panem vnum è ſingulis ſpeciebus panis, & panem vnum cum oleo, & laganum vnum de ciſta azymorum, quæ eſt ante Deum.*
24 *Et pone omnia ſuper ambas palmas Haron, & ſuper palmas filiorum eius: & agita illa agitatione coram Deo.*

13 وخذ منه جميع الشحم المغطي للجوف وزيادة الكبد والكليتين
والشحم الذي عليهما* وقتر ذلك على المذبح * 14 ولحم الرب
وجلده وفرثه تحرقها بالنار خارج العسكر* لانه ذكاة * 15 ثم قدم
احد الكبشين* ويسند هرون وبنوه ايديهم على راسه* 16 واذبحه
وخذ من دمه ما ترشه على المذبح مستديرا * 17 وعضه
لاعضائه* واغسل جوفه واكارعه* واضفها الى اعضائه وراسه *
18 وقتر على المذبح* لانه صعيدة لله مرضي مقبول * قربان
لله * 19 ثم قدم الكبش الثاني* ويسند هرون وبنوه ايديهم
على راسه * 20 واذبحه وخذ من دمه ما تجعله على شحمة
اذن هرون وعلى شحمات اذن بنيه الايامن* وعلى اباهم ايديهم
الايامن* وعلى اباهم ارجلهم الايامن* ورش باقيه على المذبح
مستديرا * 21 وخذ من الدم الذي على المذبح ومن
دهن المسح* وانضح على هرون وثيابه* وعلى بنيه وثيابهم معه*
22 فيتقدس هو وثيابه* وبنوه وثياب بنيه معه* وخذ من الكبش
الترب والالية وجميع الشحم المغطي الجوف * وزيادة الكبد
والكليتين والشحم الذي عليهما والساق اليمنى* لانه كبش
الكمال * 23 ورغيفا واحدا من كل نوع من الخبز* وجردقة
واحدة بدهن* ورقاقة واحدة من سلة الفطير التي بين يدي
الله *
24 وصير الجميع على كفي هرون وعلى اكف بنيه* وحرك
ذلك تحريكا بين يدي الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Accipies quoque omnem pinguedinem operientem inteſtina, & reticulum jecoris, & duos renes, & pinguedinem quæ eſt ſuper eos, & adolebis ea in altari. 14 Carnem verò vituli, & pellem eius, & fimum eius combures in igne extra caſtra: pro peccato hoc eſt. 15 Arietem quoque vnum ſumes imponentque Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. 16 Et mactabis arietem, accipieſque ſanguinem eius, & ſparges ſuper altare in circuitu. 17 Poſtea arietem diſſecabis in partes ſuas, & lauabis inteſtina eius, & crura eius, & pones ſuper ſegmenta eius, & ſuper caput eius. 18 Adolebiſque totum arietem in altari: holocauſtum eſt Domino in odorem ſuauitatis, oblatio eſt ignita Domino. 19 Sumes quoque arietem ſecundum, & imponent Aaron & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.
20 Et mactabis arietem, & accipies de ſanguine eius, & impones ſuper tenerum auris Aaron, & ſuper tenerum auris dexteræ filiorum eius, & ſuper pollicem manus eorum dexteræ, & ſuper pollicem pedis eorum dexteri, & ſparges ſanguinem ſuper altare in circuitu.
21 Poſtea tolles ex ariete adipem, caudam, & adipem tegentem inteſtina, & reticulum iecoris, & duos renes, & pinguedinem quæ eſt ſuper eos, & humerum dextrum; quia aries conſecrationum eſt iſte.
23 Et tortam panis vnam, & placentam panis cum oleo vnam, & laganum vnum de caniſtro azymorum quæ ſunt coram Domino. 24 Poneſque omnia ſuper manus Aaronis, & ſuper manus filiorum eius, & ventilando offeres ea oblationem coram Domino.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible] 33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

25 Deinde tolles ea de manibus eorum, & eleuabis pectuſculum ex ariete ſuper altare in holocauſtum, in odorem placabilem coram Domino, ſacrificium eſt Domino.
26 Accipies etiam pectuſculum ex ariete complementi Aharonis, & ſeparabis illud ſeparationem coram Domino, eritque tibi in portionem.
27 Et ſanctifica pectuſculum ſeparationis & crus ſeparationis quod ſeparatum fuerat & ſublatum ex ariete impletionis, tam Aharonis quàm filiorum eius.
28 Eritque Aharoni & filiis eius ſtatutum perpetuum à filiis Iſrael: quoniam ſeparatio eſt, & ſeparatio erit à filiis Iſrael, è ſacrificiis eorum perfectis, ſeparatio Dño.
29 Et veſtes ſanctæ Aharonis erunt filiis eius poſt ipſum, ad vngẽdum in eis, & ad complendas in eis manus ſuas.
30 Septem diebus induetur illis ſacerdos ſuccedens illi de filiis eius, qui ingredietur in tabernaculum temporis ad miniſtrandum in ſancto.
31 Arietem verò impletionis accipies, & coques carnem eius in loco ſancto.
32 Comedetque Aharon & filij eius carnem arietis, & panem qui in caniſtro eſt, in oſtio tabernaculi temporis.
33 Comedent ea qui expiantur per illa, ad hoc vt compleant manus eorum, & ſanctificent eos: & alienigena ne comedat, quia ſancta ſunt.
34 Et ſi remanſerit ex carne impletionis, & ex pane vſque ad matutinum, comburite quod remanebit igne, & ne comedatur, quia ſancta ſunt.
35 Et fac Aharoni & filiis eius quemadmodum præcepi tibi, ſeptem diebus complebis manus eorum.
36 Et bouem peccati facies in diem pro expiatione, & ſparges ſuper altare cùm expiaueris ſuper illud, & vnges illud ad illud ſanctificandum.
37 Septem diebus expiabis ſuper altari, & ſanctificabis illud, eritque altare Sanctum ſanctorum, & quiſquis tetigerit altare, ſanctificabitur.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

[25] *Et ſume illa de manibus eorum, & adole ea*
ſuper altare ſupra eleuationem, accepta, placabilia
ante Deum, ſacrificium Deo.
[26] *Deinde ſume pectus ex ariete perfectionis,*
quod eſt Haronis, & agita illud agitatione coram
Deo, & erit tibi portio.
[27] *Et ſanctifica pectus agitationis quod agita-*
tum eſt, & armum eleuationis quem eleuaſti ex
ariete perfectionis, qui eſt Haronis & filiorũ eius.
[28] *Et fiet Haroni & filiis eius conſtitutio æterna*
à filiis Iſrail. quemadmodum ea ſunt duæ eleua-
tiones, ſic erunt eleuatio apud filios Iſrail de ſa-
crificiis pacis eorum; ipſa ſunt eleuatio Domino.
[29] *Et veſtes ſanctitatis quæ ſunt Haroni, erunt*
filiis eius poſt eum: vngentur in eis, & perficietur
in eis debitum eorum.
[30] *Septem diebus induetur eis ſacerdos poſt eum*
ex filiis eius: & licebit vt ingrediatur in taber-
naculum conuentus, & miniſtret in Sanctuario.
[31] *Arietem verò perfectionis accipies, & coques*
in loco ſancto. [32] *Comedetque Haron & filij*
eius carnem arietis, & panem qui eſt in caniſtro,
prope ianuam tabernaculi conuentus.
[33] *Comedentque id quod pro eorum propitiatio-*
ne oblatum eſt ad implendum munus eorum.
[34] *Et omnis extraneus non comedet ex eo,*
quum ſit ſanctum.
[35] *Fac ergo Haroni & filiis eius ſic, quemadmo-*
dum præcepi tibi. ſeptem diebus complebis debi-
tum eorum.
[36] *Et facies vitulum in expiationem, ſingulis die-*
bus in remiſſionem. Et expiabis altare, & indul-
gentiam implorabis apud illud, & ſanctificabis il-
lud, & vnges illud.
[37] *Septem diebus implorabis indulgentiam apud*
illud, & ſanctificabis illud, fietque ex præcipuis
ſanctorum: quicunque tetigerit illud, ſanctifi-
cabitur.

25 وخذه من ايديهم وقتر على المذبح فوق الصعيدة * مقبول
مرضي بين يدي الله * قربان هو لله * 26 ثم خذ القص من
كبش الكمال الذي لهرون * وحركه تحريكا بين يدي الله *
ويكون لك نصيبا * 27 وقدس قص التحريك الذي حرك *
وساق الرفعة الذي رفعت من كبش الكمال الذي لهرون وبنيه *
28 فيصير لهرون وبنيه رسم الدهر من بني اسرائيل * كما انهما
رفعتان كذاك يكونان رفعا من عند بني اسرائيل من ذبائح
سلاماتهم * هما رفعة لله * 29 وثياب القدس التي لهرون تكون
لبنيه من بعده * يمسحون فيها ويكمل بها واجبهم *
30 سبعة ايام يلبسها الامام بعده من بنيه * فيصلح ان يدخل
الي خباء المحضر ويخدم في القدس *
31 وكبش الكمال تاخذ وتطبخ في مكان مقدس *
32 وياكل هرون وبنوه لحم الكبش والخبز الذي في السل عند
باب خباء المحضر * 33 وياكلون ذلك الذي استغفر عنهم
لاكمال واجبهم * 34 وكل اجنبي لا ياكل منه اذ هو قدس *
35 فاصنع لهرون وبنيه كذا حسب ما امرتك به * سبعة ايام
تكمل واجبهم *
36 وتصنع رتا للذكاة في كل يوم للغفران * فتذكي المذبح
وتستغفر عنده * فتقدسه وتمسحه * 37 سبعة ايام تستغفر
عنده * فتقدسه ويصير من خواص الاقداس * كل من دنا به
تقدس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[25] Et accipies ea de manu eorum,vt adoleas ea in altari cum holocauſto in odorem ſuauitatis; oblatio ignita
eſt Dño. [26] Accipies præterea pectuſculum arietis conſecrationũ,de eo quod eſt Aaronis, & ventilabis illud
in oblationem coram Dño, eritque tibi in portionem. [27] Et ſanctificabis pectuſculum oblationis ventilatæ,
& humerum eleuationis quæ ventilata & eleuata fuerunt de ariete conſecrationum ex eo quod eſt ipſius Aa-
ronis,& ex eo quod eſt filiorum eius. [28] Et erit Aaroni,& filiis eius portio perpetua de filiis Iſrael quoniã ele-
uatio eſt hoc;Et eleuatio eſt de filiis Iſrael,de ſacrificiis pacificis eorũ:eleuatio eorũ Dñi eſt. [21] Accipies etiam
de oleo vnctionis,& de ſanguine qui eſt ſuper altare, & aſperges ſuper Aaronem, & ſuper veſtes eius, & ſuper
veſtes filiorũ eius cum eo,vt ſanctifices eum,& veſtes eius,& filios eius,& veſtes filiorum eius cũ eo. [29] Veſtes
autem ſanctæ quæ ſunt Aaronis,erunt filiorũ eius poſt eum vt vngantur & conſecrentur cũ eis manus eorum.
[30] Septem diebus induet eas ſacerdos de filiis eius qui erit in loco ſuo cũ ingredietur tabernaculũ teſtimonij vt
miniſtret in ſanctuario. [31] Arietẽ verò conſecrationũ accipies,& coques carnem eius in loco ſancto. [32] Come-
detque Aaron & filij eius carnem arietis,& panẽ qui eſt in caniſtro,ad portã tabernaculi teſtimonij. [33] Come-
det ea,quia expiauit cum eis ad conſecrandũ cum eis manum eorum,vt ſanctificaret eos; ſed alienigena nõ co-
medet quia ſancta ſunt. [34] Quod ſi ſuperfuerit de carne conſecrationũ,& de pane vſque ad mane,cõbures re-
liquũ in igne:non comedetur quia ſanctũ eſt. [35] Facies igitur Aaroni ſic,ſecundũ omnia quæ præcepi tibi,ſep-
tem diebus conſecrabis manũ eorum. [36] Vitulũ autem pro peccato facies ſingulis diebus propter expiationes,
& purificabis altare cũ expiabis ſuper illud,vngeſque illud ad ipſũ ſanctificandũ. [37] Septẽ diebus expiabis alta-
re,& ſanctificabis illud vt ſit altare ſanctitas ſanctitatum:quicunque tetigerit altare,ſanctificabitur.

28 Sic autem facies ſuper altare, agnos annicu-
los duos ſemper in diem. 39 Agnum vnum fac
in matutino, & agnum alterum facies tempo-
re veſpertino. 40 Decimam quoque partem
ſimilaginis ſubactæ quarta parte heminæ olei
expreſſi, & libamen quartam partem heminæ
vini pro agno vno. 41 Agnum verò ſecun-
dum facies tempore veſpertino, non ſecus ac
ſacrificium matutinum, & iuxta libamen eius
facies illi in odorem placabilem, ſacrificium
Domino. 42 Holocauſtum ſempiternum
in generationes veſtras, in oſtio tabernaculi
temporis coram Domino qui ſe recepit pro
vobis illuc ad vos alloquendos. 43 Et illuc me
recipiam pro filiis Iſrael, & ſanctificabor in ho-
nore meo. 44 Et ſanctificabo tabernaculum
temporis & altare, & Aharonem eiuſque filios
ſanctificabo ad ſacerdotium. 45 Et habitabo
inter filios Iſraël, eroque eis Deus. 46 Et ſcient
me eſſe Dominum Deum eorum qui eduxi eos
è terra Ægypti, & habitabo inter eos; ego ſum
Dñs Deus eorum.

CAPVT XXX.

PRæterea fac altare emittens ſuffitum, de
ligno hebeni facies illud. 2 Cubitum
habeat longitudo eius, & cubitum latitudo
eius, quadratum ſit, & duos cubitos altitudo
eius: ex ipſo erunt cornua eius. 3 Et obducito
illud auro mundo, tectum eius, & parietes eius
per circuitum, & cornua eius. & fac illi coro-
nam auream per circuitum. 4 Et duos an-
nulos aureos facies illi ſubtus coronam eius, ad
duos angulos eius pones *illos*, in duobus lateri-
bus eius: eruntque locus vectibus, vt iis geſte-
tur. 5 Fac etiam vectes de ligno hebeni, & ob-
duc eos auro. 6 Et pone illud ante velũ quod
eſt ſuper arcã teſtimonij, ante propitiatorium
quod eſt ſuper teſtimoniũ: & conueniã te ibi.
7 Eritque adolens ſuper illud Aharon thus aro-
maticum à matutino ad matutinũ: quum ap-
tabit lucernas, adolebit illud. 8 Quumque ac-
cendet Aharon lucernas inter ſoles, adolebit
illud: ſuffimentũ erit iuge coram Dño in poſte-
ritates veſtras. 9 Ne attollatis ſuper illud thus
alienũ, & holocauſtũ, & ſacrificium, atque li-
bamen ne libaueritis ſuper illud. 10 Expiabit
autem Aharon ſuper cornua altaris ſemel in
anno de ſanguine peccati legalis: ſemel in
anno expiabit ſuper illud in poſteritates ve-
ſtras: ſanctum ſanctorum eſt Domino.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

38 *Et hoc eſt quod offeres ſuper altare. Duos*
agnos filios vnius anni in omni die ſemper.
39 *Vnum eorum mane, & alterum inter duas*
veſperas. 40 *Et decimam ex ſimila ſubacta cum*
quarta parte heminæ olei oliuæ contritæ: & mix-
turæ quartam partem heminæ vini, cum quolibet
agno. 41 *Et cùm obtuleris ſecundum inter duas*
veſperas, iuxta munus matutinum & mixturam
eius facies cum eo, & erit acceptum, placabile, ſa-
crificium Deo. 42 *Oblatio perpetua in generatio-*
nes veſtras, prope portam tentorij conuentus ante
conſpectum Dei, vbi adero tibi & colloquar te-
cum. 43 *Et adhortabor ibi filios Iſrail, & ſanctifi-*
cabitur per gloriam meam & ſanctificabo per
eam tentorium conuentus, & altare.
44 *Et ſanctificabo Haron & filios eius, vt ſacer-*
dotium obeant mihi. 45 *Et habitare faciam lucem*
meam inter filios Iſrail, & ero illis Deus. 46 *Et*
ſcient quòd ego ſum Deus Dominus eorum qui
eduxi eos de terra Ægypti, vt inhabitare facerem
lucem meam inter eos. Ego Deus Dominus veſter
perſoluam hoc.

CAPVT XXX.

ET fac altare ad adolendum thus, ex ligno San-
cto facies illud. 2 *Longitudo eius cubiti,*
& latitudo eius cubiti, erit quadratum, &
craßities eius duorum cubitorum, & pinnæ eius
ex ipſo. 3 *Et cooperi illud auro puriſsimo, ſuper-*
ficiem eius, & parietes eius per circuitum, & pin-
nas eius. Et fac illi coronam ex auro per circui-
tum. 4 *Et duas anſas ex auro facies ei ſub eius*
corona in ambabus partibus eius, ſic ſuper vtrum-
que latus eius erit locus vectium, vt geſtetur eis.
5 *Et fac vectes ex ligno Santo, & cooperi eos auro.*
6 *Et pone illud ante velum quod eſt ſupra teſti-*
monium, in loco in quo adero tibi. 7 *Et adolebit*
ſuper illud Haron ex thure gummi in quolibet
mane, cùm aptauerit lucernas, adolebit illud. 8 *Et*
ſimiliter cũ aptauerit lucernas inter duas veſpe-
ras, adolebit in illo thus ante Deum, in generatio-
nes veſtras. 9 *Ne adoleatis ſuper illud thus extra-*
neum, neque oblationem, neq; munus: & mixturã
ne ſpargatis ſuper illud. 10 *Et indulgentiã implo-*
rabit Haron apud angulos eius ſemel in anno per
ſanguinẽ expiationis diei indulgẽtiæ: ſemel in anno
implorabit indulgentiam apud illud in genera-
tiones veſtras. ex præcipuis ſacrorum, eſt Deo.

38 وهذا ما تقربه على المذبح * حملان ابنا سنة في كل يوم
دايما * 39 احدهما بالغداة والاخر بين المغيبين * 40 وعشر
من السميذ ملتوت بربع قسط من دهن زيتون مدقوق * وسراج ربع
قسط خمر مع كل حمل * 41 واذا قربت الثاني بين المغيبين
فكهدية الغداة وسراجها تصنع معه فيصير مقبولا مرضيا قربانا لله *
42 صعيدة دايما لاجيالكم عند باب خباء المحضر بين يدي الله
الذي احضرك اليه واخاطبك هناك * 43 واناشدهم بني اسرايل *
ويتقدس بكرامتي * واقدس به خباء المحضر والمذبح * 44 واقدس
هرون وبنيه لياتموا لي * 45 واسكن نوري فيما بين بني
اسرايل * واكون لهم الها * 46 ويعلمون انني الله ربهم الذي
اخرجهم من ارض مصر لاسكن نوري فيما بينهم * انا الله
ربكم اوفي بذلك *

* الفصل الثلثون *

1 واصنع مذبحا لتبخير البخور * من خشب الشنط تصنعه *
2 طوله ذراع * وعرضه ذراع * يكون مربعا * وسمكه ذراعان
وشرفاته منه * 3 وغشه بذهب خالص سطحه وحيطانه مستديرا
وشرفه * واصنع له زيحا من ذهب مستديرا * 4 وحلقتين من ذهب
تصنعهما له من دون زيحه في جهتيه * كذلك على جانبيه تكون
مكانا للدهوق ليحمل بها * 5 واصنع الدهوق من خشب
الشنط * وغشها بذهب * 6 واجعله بين يدي الحجلة التي على
الشهادة بالموضع الذي احضرك فيه * 7 ويبخر عليه هرون
من بخور الاصماغ في كل غداة * اذا اصلح السرج يبخر به *
8 وكذلك اذا اسرج السرج بين المغيبين يبخر به بخورا بين يدي
الله لاجيالكم * 9 لا تبخروا عليه بخورا غريبا * ولا صعيدة * ولا
هدية * وسراجا لا ترشوا عليه * 10 ويستغفر هرون عند اركانه
مرة في السنة من دم ذكاة يوم الغفران * مرة في السنة يستغفر عنده
لاجيالكم * من خواص الاقداس هو لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

38 Hoc eſt autẽ quod facies ſuper altari: agnos anniculos duos ſingulis diebus cõtinuò in holocauſtũ continuũ.
39 Agnum vnum ſacrificabis manè, & agnũ ſecundũ ſacrificabis inter duas veſperas. 40 Decimã partem ſimilæ
conſperſæ oleo cõtuſo, quartã partem Hin, & libamen, quartã partẽ Hin vini, agno vni. 41 Agnũ verò ſecundũ
ſacrificabis inter veſperas: ſicut oblationi matutinæ, & libamini eius facies ei; odor erit ſuauitatis, oblatio igni-
ta Domino. 42 Holocauſtum erit perpetuum in generationibus veſtris ad portam tabernaculi teſtimonij co-
ram Dño, quia conueniam tecum ibi vt te alloquar. 43 Et conſular ibi à filiis Iſrael, & ſanctificabitur à gloria
mea. 44 Sanctificabo quoque tabernaculum teſtimonij, & altare, & Aaronem; filios quoque eius ſanctificabo
vt ſacerdotio fungantur mihi. 45 Et habitabo in medio filiorum Iſrael, & ero illis in Deum. 46 Cognoſcentque
quoniam ego Dñs Deus eorũ qui eduxi illos de terra Ægypti, vt habitarẽ in medio eorũ, Ego Dñs Deus eorũ.

7 Adducetque eam coram Domino,& indulgentiam petet pro ea ſacerdos, & purgabitur à fluxu ſanguinis ſui. Hæc eſt lex eius quæ parit maſculum aut fœminam.
8 At ſi non habeat facultatem afferendi agnum, accipiet duas turtures aut duos pullos columbarum, vnum pro peccato,& alterum pro holocauſto pacifico: & propitiabitur illi ſacerdos, ac mundabitur.

CAPVT XIII.

Lex de plaga lepræ.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe & cum Aharone, & dixit eis:
2 Cùm fuerit in cute carnis alicuius hominis cicatrix, & elephantiaſis,& macula, fueritque in cute carnis eius cicatrix plagæ lepræ: adducant eum ad Aharonem ſacerdotem, aut ad aliquem ex filiis eius ſacerdotibus.
3 Et videbit ſacerdos plagam in cute carnis eius,& pilum plagæ verſum eſſe ad albedinem contrahendam, & aſpectum plagæ profundiorem eſſe cute carnis eius: plaga eſt lepræ:& conſiderabit eam ſacerdos,& contaminabit illam.
4 Si verò macula candicauerit in cute carnis eius, & profunda eſt, nec deprehenditur à cute, & pilus non eſt verſus ad candorem contrahendum : recludat ſacerdos plagam ſeptem diebus.
5 Tum conſiderabit eam ſacerdos in die ſeptimo: ſi ſteterit plaga in loco ſuo, & non diffluxit plaga per cutem, reprimat eam ſacerdos ſeptem diebus aliis.
6 Rurſus conſideret eam ſacerdos poſt ſeptem dies alios: ſi extincta eſt plaga, nec progreſſa eſt, plaga eſt cutis: mundabit eam ſacerdos, quia impetigo eſt: & lauabit veſtes ſuas, & mundabitur.
7 Si verò vlteriùs proceſſerit plaga per cutem poſtquam conſiderauit eam ſacerdos & mundauit illam, oſtendant eam iterum ſacerdoti.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 Locutuſque eſt Deus Muſæ locutionem. 12 Cùm
comprehenderis ſummam filiorum Iſrail ſecun-
dùm numerum eorum, det quilibet vir redemptio-
nem animæ ſuæ Deo cum numerabis eos, & non
irruet in eos peſtilentia tunc. 13 Et hoc eſt quod da-
bunt. omnis ſuper quem tranſierit numerus, dabit
dimidium ſicli ſecundùm ſiclũ ſanctuarij: viginti
obolorum eſt ſiclus. dimidium ſicli erit oblatio Deo.
14 Et omnis ſuper quem tranſibit numerus, &
ipſe fuerit filius viginti annorum & ſupra, dabit
oblationem Deo. 15 Locuples non excedet, &
pauper non diminuet dimidium ſicli. Date obla-
tionem Deo, & expiate animas veſtras. 16 Et
accipite argentum expiationis à filiis Iſrail, &
impende illud in miniſterium tentorij teſtimonij:
& erit filiis Iſrail recordatio inter manus Dei,
& expiatio pro animabus eorum. 17 Rurſus allo-
cutus eſt Deus Muſam dicens: 18 Fac lacum
ex ære, & baſim ex ære pro lotione, & pone ambo
inter tentorium conuentus & altare, & pone in eo
aquam, 19 Ex qua lauabunt Haron & filij eius
manus ſuas & pedes ſuos.
20 In ingreſſu ſuo ad tentorium conuentus, la-
uabunt ſe aqua, & non peribunt cùm acce-
dent ad altare vt ſeruiant & adoleant oblatio-
nem Deo.
21 Lauabunt quoque manus ſuas & pedes
ſuos, & non peribunt. Et erit eis lex æternitatis, ei
& filiis eius in generationes eorum.
22 Et locutus eſt Deus Muſæ dicens. 23 Et tu ſu-
me tibi ex præcipuis aromatibus, ex muſco puriſſi-
mo quingentos ſiclos, & de ligno odorifero quanta
eſt media pars illius, nempe ducentos quinqua-
ginta ſiclos.
24 Et ex calamis cynamomi ducentos & quinqua-
ginta etiam, & ex caſia quingentos ſiclos, ſecun-
dum ſiclum ſanctuarij, & ex oleo oliuæ plenam
heminam.

11 وكلم الله موسي تكليما * 12 اذا حصلت جملة بني
اسرايل علي عددهم * فليعط كل رجل فدآء نفسه لله اذا احصيتهم *
ولا يحل بهم وبآء عند ذلك * 13 وهذا ما يعطون * كل من جاز
عليه العدد يعطي نصف مثقال بمثقال القدس * عشرون دانقا
المثقال * نصف المثقال رفعة لله * 14 وكل من جاز عليه العدد
وهو ابن عشرين سنة فصاعدا * فهو يعطي رفعة لله * 15 الموسر
لا يكثر * والفقير لا يقلل من نصف مثقال * فاعطوا رفعة لله وكفروا
عن انفسكم * 16 وخذوا فضة التكفير من بني اسرايل *
واصرفها في خدمة خباء المحضر * ويكون لبني اسرايل ذكرا بين
يدي الله * وكفارة عن انفسهم * 17 ثم كلم الله موسي قايلا *
18 اصنع حوضا من نحاس * ومقعدا من نحاس للغسل * واجعلهما
بين خباء المحضر والمذبح * واجعل فيه ماء * 19 يغسل هرون
وبنوه منه ايديهم وارجلهم * 20 في دخولهم الي خباء المحضر
يغتسلون بالماء * ولا يهلكون في تقدمهم الي المذبح ليخدموا
ويبخروا قربانا لله * 21 يغسلون ايضا ايديهم وارجلهم فلا يهلكون *
ويكون لهم رسم الدهر * له ولبنيه لاجيالهم * 22 وكلم الله
موسي قايلا * 23 وانت فخذ لك من روس الطيب * من المسك
الخالص خمسماية مثقال * ومن العود الطيب مثل نصفه مايتين
وخمسين مثقالا * 24 ومن قصب الذريرة مايتين وخمسين
ايضا * ومن القسط خمسماية مثقال بمثقال القدس * ومن دهن
الزيتون ملء قسط *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXX.

11 ET locutus eſt Dominus Moſi, dicens: 12 Cum ſumpſeris capita filiorum Iſrael in recenſione eorum,
tum dabit vnuſquiſque redemptionem animæ ſuæ Domino cum recenſebuntur, & non erit in eis pla-
ga cum recenſebuntur. 13 Hoc dabit omnis tranſiens per recenſionem; dimidium ſicli iuxta ſiclum Sanctua-
rij: Siclus autem ſanctuarij viginti eſt obolorum: Siclus iſte oblatio eſt Domino. 14 Omnis tranſiens per re-
cenſionem ab annis viginti & ſupra dabit hanc oblationem Domino. 15 Diues non multiplicabit, & pauper
non diminuet dimidium Sicli cum danda erit oblatio Domino, & facienda propitiatio pro animabus veſtris.
16 Accipies autem argentum propitiationum de filiis Iſrael, illudque dabis in miniſterium tabernaculi teſti-
monij, eritque filiis Iſrael in memoriale coram Domino: ad expiandum animas veſtras.
17 Præterea locutus eſt Dominus Moſi, dicens: 18 Facies & labrum æneum, & baſim eius æneam ad la-
uandum; collocabiſque illud inter tabernaculum teſtimonii, & inter altare, & pones in eo aquas. 19 Et laua-
bunt ex iis Aaron & filij eius manus ſuas & pedes ſuos. 20 Cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij
lauabunt ſe aqua, & non morientur; aut cum accedent ad altare vt miniſtrent, & adoleant oblationem Domi-
no. 21 Lauabunt manus ſuas, & pedes ſuos, & non morientur: eritque ſtatutum æternum ipſi, & ſemini
eius in generationibus eorum. 22 Et locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 23 Tu autem accipe tibi aromata
myrrhæ primæ & electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi odoriferi dimidium eius, quinquaginta & ducen-
tos ſiclos, 24 Caſiæ quoque quingentos ſiclos iuxta ſiclum ſanctuarij & oleum oliuæ Hin.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

25 Et conſice illud oleum, vnctionem ſancti-
tatis, aroma odoratiſſimum fac: oleum vnctio-
nis & ſanctitatis erit. 26 Eoque vnges taber-
naculum temporis, & arcam teſtimonij: 27 Et
menſam, cũctaque vaſa ipſius, & candelabrum
eiuſque vaſa, & altare timiamatis: 28 Nec
altare holocauſti & omnia eius inſtrumenta, &
concham eiuſque baſim. 29 Et ſanctifica ea,
eruntque ſancta ſanctorum: & quicunque te-
tigerit ea, ſanctificabitur. 30 Aharonem etiam
& filios eius vnges, & ſanctificabis eos, vt ſa-
cerdotio mihi fungantur. 31 Et ad gentem
Iſraeliticam loquere & dicito, Oleum vnctio-
nis, in ſanctitatem erit mihi, idque in genera-
tiones veſtras. 32 Super carnem hominis non
fricabitur, & ad ſimilitudinem ipſius ne confi-
ciatis, quia ſanctum eſt, & ſanctum erit vobis.
33 Et is qui tale compoſuerit, & ex eo dederit
alieno, pereat è populo ſuo. 34 Dixit præterea
Dominus ad Moſen, Sume tibi aroma, gut-
tam, & vngulam, & galbanum aromaticum, &
thus purum, ſicli pondo erit vnumquodque:
35 Et confice illud incenſum aromaticum, opus
odoratiſſimum, paſtillos puriſſimos pro ſan-
ctuario. 36 Et contunde ex eo, atque commi-
nue, & pone ex eo coram teſtimonio taberna-
culi temporis vbi te conueniam. Sanctum ſan-
ctorum erit vobis. 37 Et incenſum quod facie-
tis, ad ſimilitudinem eius ne confeceritis vobis:
ſanctum erit tibi pro Domino. 38 Et homo qui
fecerit ei ſimile ad olfaciendum illud, pereat è
populo ſuo.

CAP. XXXI.

ET alloquutus eſt Dominus Moſen, & di-
xit ei. 2 Vide quòd vocauerim nomine
Baſlielem filium Vri, filij Vr de tribu Iuda,
3 Et impleuerim eum ſpiritu Dei, in ſapientia,
& iudicio, & peritia, & in omni opere.
4 Ad docendam artem, ad operandum in auro
& in argento, & in ære.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

25 Et effice illud vnguentum ad vnctionem ſan-
ctitatis, aroma compoſitum artificio aromatarii:
tale erit vnguentum vnctionis ſanctuarij.
26 Et vnge ex illo tentorium conuentus, & ar-
cam teſtimonij, 27 Et menſam, & omnia vaſa
eius, & candelabrum, & vaſa eius, & altare
thuris, 28 Et altare eleuationis, & omnia vaſa
eius, & lacum, & baſim eius.
29 Et ſanctifica ea omnia vt ſint ex præcipuis
ſanctorum. Quicunque tetigerit ea, ſanctificabi-
tur. 30 Et vnges Haron & filios eius, & ſancti-
fica eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.
31 Et præcipe filiis Iſrail dicens: Erit hoc oleum
vnctionis ſanctitatis mihi in generationes veſtras.
32 Ne vngatur eo corpus hominis, & ne faciatis
ſimile illi ſecundùm modum ipſius: & ſicut ipſum
ſanctum eſt, ſic ſit ſanctum vobis. 33 Quicun-
que homo vſus fuerit ſimilibus odoribus, aut
poſuerit ex eo ſuper aduenā, abſcindatur à populo
ſuo. 34 Et dixit Deus Muſæ: Accipe tibi gummi
ſtacten, & laudanum, & galbanum gummi, &
thus purum: partes æquales erunt.
35 Facieſque ea incenſum aromatum artificio aro-
matarij, compoſitum, purum, & ſanctum.
36 Et confringes ex eis minutatim, & pones
ex eis è regione teſtimonij in tentorio conuentus,
vbi adero tibi: ſanctum ſanctiſſimum erit vobis.
37 Et incenſum quod facietis, ne faciatis incen-
ſum ſecundum ſimilitudinem eius vobis, ſanctum
erit Deo. 38 Quilibet homo, qui fecerit ſicut ea, vt
ea olfaciat, excindatur à populo ſuo.

CAPVT XXXI.

RVrſus locutus eſt Deus ad Muſam locutio-
nem. 2 Vide quod ego nobilitaui nomen Beſlail
filij Vri, filij Hur de tribu Iuda, 3 Et compleui
in eo ſcientiam à me conceſſam cum ſapientia,
& intelligentia, & cognitione in omnibus artibus,
4 Et peritia in opificio auri, & argenti, & æris.

25 واصنع ذلك دهنا لمسح القدس عطرا معطرا صنعة عطار *
كذاك يكون دهن مسح القدس * 26 وامسح منه خباء المحضر
وصندوق الشهادة * 27 والمائدة وجميع آنيتها * والمنارة وآنيتها *
ومذبح البخور * 28 ومذبح الصعيدة وجميع آنيته * والحوض
ومقعده * 29 وقدس جميعها تكن من خواص الاقداس * كل
من دنا بها تقدس * 30 وامسح هرون وبنيه * وقدسهم ليؤموا لي *
31 ومر بني اسرائيل قائلا * يكون هذا دهن مسح القدس لي
لاجيالكم * 32 لا يدهن به بدن انسان * ولا تصنعوا مثله على
هيئته * وكما هو قدس كذاك فليكن قدسا لكم * 33 اي انسان
تعطر بمثله او جعل منه على اجنبي يقطع من قومه *
34 وقال الله لموسى خذ لك اصماغا مصطكي ولاذنا ولبني
صموغا ولبانا ذكيا * اجزاء متساوية تكون * 35 وتصنعها
بخور عطر صنعة عطار مطرا طاهرا مقدسا * 36 وتسحق
منها نعما * وتجعل منها حذاء الشهادة في خباء المحضر حيث
احضرك * قدس الاقداس تكون لكم * 37 والبخور الذي
تصنعونه لا تصنعوا بخورا على هيئته لكم * قدسا يكون لله *
38 اي انسان يصنع مثلها ليتبخر بها يقطع من قومه *

* الفصل الحادي والثلثون * 1 ثم كلم الله موسى تكليما *
2 انظر تشريفي اسم بصلايل بن اوري بن حور من سبط يهوذا *
3 واكملت فيه علما من عندي بحكمة وفهم ومعرفة بجميع الصنائع *
4 وحذق بصناعة الذهب والفضة والنحاس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Et facies illud oleum vnctionis ſanctæ, vnguentum conditum opere vnguentarij, oleum vnctionis ſanctæ
Domino. 26 Et vnges cum eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti. 27 Menſam & omnia va-
ſa eius; candelabrum & omnia vaſa eius, & altare incenſi. 28 Et altare holocauſti, & omnia vaſa eius; labrum
& baſim eius. 29 Et ſanctificabis iſta, eruntque ſanctum ſanctorum: quicunque tetigerit ea ſanctificabitur.
30 Aaronem quoque & filios eius vnges, & ſanctificabis eos vt ſacerdotio fungantur mihi. 31 Ad filios au-
tem Iſrael loqueris, dicens: oleum vnctionis ſanctæ hoc erit mihi in generationibus veſtris.
32 Super carnem hominis non fundetur, neque compoſitioni huic facient ſimile: ſanctum eſt, ſanctumque
erit vobis. 33 Vir qui compoſuerit ſimile, & qui dederit ex eo alienigenæ, exterminabitur de populis ſuis.
34 Et locutus eſt Dominus Moſi, dicens: ſume tibi aromata ſtacten, Onychen, & Galbanum odorifera, &
thus purum æqualis ponderis. 35 Vt facias hoc incenſum vnguentatum opere vnguentarij, miſtum, pu-
rum, ſanctum. 36 Contundes autem ex eo minutatim, poneſque ex eo coram teſtamento in tabernaculo
teſtimonii vbi conueniam te: ſanctum ſanctorum erit vobis. 37 Incenſum autem quod facies iuxta compoſi-
tionem iſtius, non facietis vobis: ſanctificatio erit vobis in Domino. 38 Qui confecerit ſimile vt odoret illud,
exterminabitur de populus ſuis.

CAPVT XXXI.

ET locutus eſt Dominus Moſi, dicens: 2 Vide, vocaui ex nomine Beſeleel filium Huri, filium Hor de tri-
bu Iuda. 3 Et impleui eum ſpiritu Dei in ſapientia, & intelligentia, & ſcientia, & in omni opere.
4 Et ad excogitandum artificia ad operandum in auro, & in argento, & in ære.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

5 Et in opificio lapidum ad perficiendum, & in
fabrefactione lignorum, ad agendum omne
opus. 6 Et ego ecce dedi cum eo Elihab filium
Ahiſemach de tribu Dan: & in cor omnium ſa-
pientũ corde dedi ſapientiã, facientque quic-
quid præcepi tibi: 7 Tabernaculũ *ſcilicet* tem-
poris, & arcam teſtimonij, & propitiatorium
quod eſt ſuper illã, & omnia vaſa tabernaculi.
8 Præterea menſam, & cuncta vaſa ipſius: can-
delabrũ mundum & omnia vaſa eius: & altare
incenſi. 9 Et altare holocauſti, & omnia va-
ſa eius: & conchã, eiuſque baſim: 10 Et veſtes
miniſterij, & veſtes ſanctuarij pro Aharone ſa-
cerdote: & veſtes pro filiis eius ad fungendum
mihi ſacerdotio: 11 Et oleum vnctionis, & in-
cenſum aromaticũ pro ſanctuario: omnia de-
nique quæ præcepi tibi, facient. 12 Dixit etiam
Dominus ad Moſen. 13 Tu dicito filiis Iſrael,
Sabbathorũ eſtote obſeruatores, quoniã ſignũ
eſt inter me & vos in generationes veſtras: qua-
tenus ſciatis me eſſe Dominũ Deum veſtrum
qui ſanctifico vos. 14 Obſeruate ſabbathũ, quia
ſanctũ eſt vobis: & quicunque profanauerit il-
lud, occiſione occidetur: & quicunque fecerit
in eo opus, peribit homo ille de populo ſuo.
15 Sex dieb9 facietis opus, die verò ſeptimo ſab-
bathum eſt, quies, ſacrum Dño. Quicunque fe-
cerit op9 in die ſabbathi, occiſione occidatur.
16 Obſeruent ergò filii Iſrael ſabbathum Dño,
vt faciatis ſabbathum in generationes veſtras,
fœdere perpetuo. 17 Inter me & inter filios
Iſrael ſignum eſt ſempiternum: ſex enim die-
bus fecit Dominus cœlum & terram, & maria,
& quicquid eſt in eis, die verò ſeptimo ceſſauit
& quieuit. 18 Deditque Moſi poſtquam finem
fecit loquendi cum eo in monte Sinai, duas ta-
bulas teſtimonii, tabulas lapideas ſcriptas digi-
to Domini Dei.

VERSIO SAMARITANA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

5 *Et in ſectione gemmarum pro conſerto, & in*
dolatione lignorum: & faciet omnes artes.
6 *Et iam adiunxi ei Ahliab filium Ahiſa-*
mach de tribu Dan. Et in corda omnium ſapien-
tum iam indidi ſapientiam, & facient omnia quæ
præcepi tibi. 7 *Tentorium conuentus, & arcam*
teſtimonij, & velum quod eſt ſuper eam, & omnia
vaſa tentorij. 8 *Et menſam, & omnia vaſa*
eius: & candelabrum mundum cum omnibus in-
ſtrumentis ſuis: & altare incenſi:
9 *Et altare oblationis, & omnia vaſa eius: &*
labrum, & ſedile eius: & veſtes phrygionicas.
10 *Et veſtes ſanctuarij Haron ſacerdoti, & ve-*
ſtes filiorum eius pro ſacerdotio.
11 *Et oleum vnctionis, & thus gummi pro ſan-*
ctuario. ſecundùm id quod præcepi tibi facient ea.
12 *Rurſus locutus eſt Deus ad Muſam ſermo-*
nem: 13 *Et tu præcipe filiis Iſrail, & dic eis:*
Sabbatha quidem mea ſeruate, quoniam ipſa ſunt
ſignum inter me & vos in generationes veſtras, vt
ſciatis me eſſe Deum ſanctificatorem veſtrum.
14 *Et obſeruate ſabbathum quoniam ipſum vo-*
bis eſt ſanctum: & qui violauerit illud, occidatur
occiſione; & quicunque fecerit in eo opus, abſcin-
datur ille homo de gente ſua.
15 *Et quidem fient opera in ſex diebus, & in*
ſeptimo die ceſſatio eſt, ipſaque eſt ſabbathum
ſanctum Deo. Quicunque fecerit opus in die ſab-
bathi, occidetur.
16 *Obſeruent ergo filij Iſrail, & perpetuent*
cæremonias eius in ſuas generationes.
17 *Pactum æternitatis inter me & filios Iſrail,*
eſt ſignum vſque in æternum; cùm in ſex diebus fe-
cerit Deus cælos & terram, & in die ſeptimo ceſ-
ſationem & quietem dederit eis.
18 *Deinde tradidit Muſæ poſtquam ceſſauit loqui*
cum eo ſuper montem Sinai, duas tabulas teſtimo-
nij, duas tabulas gemmeas ſcriptas opere Dei.

5 وخرط الجوهر للنظام * ونحات الخشب * ويصنع ساير الصنايع *
6 وقد ضممت اليه اهلياب بن احيساماخ من سبط دان * وفي
قلوب ساير الحكماء قد جعلت حكمة * فيصنعون جميع ما امرتك
7 خباء المحضر * وصندوق الشهادة * والغشاء الذي عليه *
وساير انية الخباء * 8 والمايدة وجميع انيتها * والمنارة الخالصة
وجميع انيتها * ومذبح البخور * 9 ومذبح الصعدة وجميع انيته *
والحوض ومقعده * وثياب الوشي * 10 وثياب القدس لهرون
الامام * وثياب بنيه للامامة * 11 ودهن المسح * وبخور الصموغ
للقدس * حسب ما امرتك به يصنعوها *
12 ثم كلم الله موسي تكليما * 13 وانت فمر بني اسرايل وقل
لهم * اما سبوتي فاحفظوها * لانها علامة بيني وبينكم لاجيالكم *
لتعلموا اني الله مقدسكم * 14 واحفظوا السبت فانها لكم
مقدس * وباذلها يقتل قتلا * وكل من عمل فيها عملا يقطع ذلك
الانسان من قومه * 15 وذلك ان تصنع الصنايع في ستة ايام *
وفي اليوم السابع عطلة * وهي سبت مقدسة لله * كل من عمل عملا
في يوم السبت يقتل * 16 فليحفظ بنو اسرايل ويقيموا واجباتها
لاجيالهم * 17 عهد الدهر فيما بيني وبين بني اسرايل * هي
علامة الي الدهر * اذ في ستة ايام صنع الله السموات والارض * وفي
اليوم السابع عطلها واراحها * 18 ثم دفع الي موسي حين
فرغ من مخاطبته علي جبل سينا لوحي الشهادة * لوحين من
جوهر مكتوبين بفعل الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Et in fabrefactura lapidis ad ſculpendum, & in fabrefactura ligni ad faciendum omne opificium. 6 Ego
autem, ecce dedi ei Eliab filium Achiſamach de tribu Dan, atque in cor omnis ſapientis corde dedi ſapientiam
vt faciant omnia quæ præcepi tibi. 7 Tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti, propitiatorium quod
eſt ſuper eam, & omnia vaſa tabernaculi. 8 Menſam, & omnia vaſa eius, candelabrum purum, & omnia vaſa
eius: altare incenſi, 9 Altare quoque Holocauſti, & omnia vaſa eius; labrum & baſim eius. 10 Veſtes mi-
niſterij, & veſtes ſanctas Aaronis Sacerdotis, & veſtes filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur. 11 Oleum vn-
ctionis, & incenſum aromatum pro Sanctuario: ſecundum omnia quæ præcepi tibi, facient.
12 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens, 13 Tu verò loquere filiis Iſrael, dicens: Vtique ſabbata mea cuſto-
dietis, quoniam ſignum hoc eſt inter me, & inter vos in generationibus veſtris, vt cognoſcatis quoniam ego
ſum Dominus vos ſanctificans. 14 Cuſtodietis igitur ſabbatum, nam ſanctum eſt vobis: qui prophanauerit il-
lud morte morietur. Omnis enim qui fecerit in eo opus, delebitur anima de medio populorum ſuorum.
15 Sex diebus operaberis, ſed die ſeptimo Sabbathum erit, requies ſanctitatis Dño. Quicunque fecerit opus
in die Sabbati morte morietur. 16 Cuſtodient igitur filij Iſrael Sabbatum vt celebrent illud in generationi-
bus ſuis, fœdus æternum. 17 Inter me & inter filios Iſrael ſignum hoc eſt in æternum, quoniam ſex die-
bus fecit Dominus cœlum & terram, & die ſeptimo ceſſauit, & quieuit.
18 Et dedit Moſi, poſtquam conſummauit loqui cum eo in monte Sinai, duas tabulas teſtamenti, tabulas
lapideas ſcriptas digito Dei.

[illegible]

CAPVT XXXII.

VIdens autem populus quòd moram fe-
ciſſet Moſes deſcendendi de monte,
congregatus eſt populus aduerſus Aharo-
nem, & inquiunt illi, Surge, fac nobis deos qui
incedant coram nobis : quandoquidem huic
viro Moſi qui eduxit nos è terra Ægypti, neſci-
mus quid euenerit. 2 Ait illis Aharon, Refigi-
te inaures aureas quæ ſunt in auribus vxorum
veſtrarum, & filiorum filiarumque veſtrarum,
& afferte mihi. 3 Refixerunt igitur totus po-
pulus inaures quæ erant in auribus ſuis, & at-
tulerunt ad Aharonem. 4 Quod ab iis accep-
tum formauit in typo, confecitque vitulum
fuſile. Et dixerunt, iſte eſt Deus tuus ô Iſrael,
qui extraxit te de terra Ægypti. 5 Timuitque
Aharon, & extruxit aram coram eo, & excla-
mauit Aharon ac dixit, Solemnitas eſt Domi-
no cras. 6 Anteuerterunt ergo die craſtino, &
extulerunt holocauſta, & ſacrificauerunt per-
fecta, & obtulerunt oblationes: ſederuntque
populus ad manducandum & bibendum, &
ſurrexerunt ad ridendum & ludendum.
7 Dixit autem Dominus ad Moſen, Deſcẽde,
vade tibi hinc: nam corruptionem cõmiſit po-
pulus tuus quem eduxiſti ex Ægypto: 8 Defle-
xerunt illico à via quam præceperã eis, & fece-
runt ſibi vitulũ fuſuræ, & adorauerunt eum, &
ſacrificauerũt illi, ac dixerũt, Iſte eſt Deus tu⁹ ô
Iſrael, qui te extraxit è terra Ægypti. 9 Dixit
etiam Dñs ad Moſen, Conſideraui populũ iſtũ,
& en populus eſt præfractæ ceruicis. 10 Igitur
permitte mihi, & inualeſcet furor meus in eos,
interficiãque illos, & faciam te in gentem ma-
gnam. 11 Et orauit Moſes coram Dño Deo ſuo
dicẽs, Ne quæſo Dñe, ne inualeſcat furor tuus
in populum tuum quem eduxiſti ex Ægypto
tua fortitudine magna & brachio tuo excelſo.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XXXII.

*CVm autem vidiſſet populus Muſam feciſſe
moram deſcendendi de monte, turmatim vene-
runt ad Haron, & dixerunt ei: Surge, & fac no-
bis deum qui ambulet ante nos, quoniam ille vir
Muſa, qui eduxit nos de regione Ægypti, ignora-
mus quid actum ſit de re ipſius.*
*2 Dixit eis Haron: Soluite inaures auri quæ ſunt
in auribus vxorum veſtrarum, & filiorum & fi-
liarum veſtrarum, & afferte eas ad me.*
*3 Et ſoluit omnis populus inaures auri quæ erant
in auribus ſuis, & attulerunt eas ad Haron.*
*4 Et accepit illas ab eis, & præcepit cui formaret eas
in forma: & fecit eas vitulum fuſilem, & ado-
rauerunt eum. Et dixerunt: Hic eſt Dominus
tuus ô progenies Iſrail, qui extraxit te de terra
Ægypti. 5 Cùmque vidiſſet id Haron, ædifica-
uit altare ante eum, & proclamauit, ac dixit: Deo
celebritas eſt cras. 6 Deinde ſurrexerunt mane,
& obtulerunt oblationes, & mactarunt pacifi-
ca. Et ſedit populus vt manducarent, & bibe-
rent, & ſurrexerunt ludere. 7 Dixitque Deus
Muſæ: Vade, & deſcende, iam enim corruptus eſt
populus tuus quem extraxiſti de regione Ægypti.*
*8 Defecerunt citò de via per quam præceperam eis
ambulare, & fecerunt ſibi vitulum fuſilem, &
adorauerunt eum, & mactarunt ei, & dixerunt:
Hic eſt dominus tuus ô progenies Iſrail, qui ex-
traxit te de regione Ægypti. 9 Deinde dixit ei:
Iam ſciui quod huiuſmodi populus eſt populus dif-
ficilis ceruicibus. 10 Et nunc ſi permiſeris mihi,
inualeſcet furor meus in eos, & conſumam eos, &
faciam ex te gentem magnam.*
*11 Supplicauit autem Muſa Deum Domi-
num ſuum, & dixit: O Domine, ne inualeſcat
furor tuus aduerſus populum tuum quos eduxiſti
ex Ægypto cum virtute magna & manu forti.*

* الفصل الثاني والثلثون *

1 ولما راي القوم ان موسي قد ابطا عن النزول من الجبل*
تجوقوا الي هرون وقالوا له *قم فاصنع لنا معبودا يسير بين ايدينا
فان ذلك الرجل موسي الذي اصعدنا من بلد مصر لا نعلم
ما كان من امره * 2 فقال لهم هرون فكوا شنوف الذهب
التي في اذان نسايكم وبنيكم وبناتكم واتوني بها * 3 ففك
جميع القوم قرطة الذهب التي في اذانهم *واتوا بها الي هرون *
4 فاخذها منهم وامر من صورها بقالب*فصنعها عجلا مسبوكا*
فسجدوا له وقالوا هذا ربك يا نسل اسرايل الذي اصعدك من
ارض مصر * 5 فلما راي ذلك هرون بني مذبحا بين يديه*
ونادي فقال لله حجا غدا * 6 ثم ادلجوا من غد فقربوا صعايد*
وذبحوا سلايم * وجلس القوم لياكلوا ويشربوا* وقاموا يلعبوا *
7 فقال الله لموسي امض فانزل*فقد فسد شعبك الذي اصعدته
من بلد مصر * 8 زالوا سريعا من الطريق الذي امرتهم
بسلوكه * وصنعوا لهم عجلا مسبوكا * فسجدوا له وذبحوا له*
وقالوا هذا ربك يا نسل اسرايل الذي اصعدك من بلد مصر*
9 ثم قال له قد علمت ان هولاء القوم قوم صعاب الرقاب*
10 والان فان تركتني يشتد غضبي عليهم فافنيهم * واصنع
منك امة عظيمة * 11 فابتهل موسي الي الله ربه * وقال يا رب
لا يشتد غضبك علي قومك الذين اخرجتهم من مصر بقوة
عظيمة ويد شديدة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXII.

VIdens autem populus quod Moſes tardaret deſcendere de monte congregauit ſe aduerſus Aaronem, di-
xeruntque ei, ſurge, fac nobis Deos qui incedant ante nos, quoniam iſti Moſi viro qui aſcendere nos
fecit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit. 2 Reſponditque eis Aaron, tollite inaures aureas, quæ
ſunt in auribus vxorum veſtrarum, filiorum veſtrorum, & filiarum veſtrarum, & afferte ad me.
3 Et ſuſtulit omnis populus inaures aureas quæ erant in auribus ſuis, & attulerunt ad Aaronem.
4 Et accepit de manibus eorum, vt formaret eum cum ſtylo, fecitque eum vitulum fuſilem: Poſtea dixe-
runt, hi ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægyti. 5 Videns autem Aaron ædificauit altare ante eum:
clamauitque Aaron, & dixit, cras feſtum eſt Domino. 6 Itaque craſtina die ſurrexerunt manè, & obtulerunt
holocauſta, & attulerunt pacificas hoſtias, ſeditque populus vt ederet & biberet, & ſurrexit vt luderet.
7 Locutuſque eſt Dñs Moſi dicens, vade, deſcende, quia corrupit ſe populus tuus quẽ eduxiſti de terra Ægy-
pti. 8 Declinauerunt celeriter de via quam præcepiſti eis: fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt
eum, & ſacrificauerunt ei, & dixerunt, Ecce dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Ægypti. 9 Dixit præterea
Dñs Moſi, vidi populum iſtum, & ecce populus eſt duræ ceruicis, 10 Nunc autem dimitte me, & accendetur
ira mea in eos, & conſumet eos, faciãque te in gentem magnã. In Aaronem etiam iratus eſt valde Dñs ad per-
dendum eum, ſed orauit Moſes pro Aarone. 11 Orauit quoque Moſes faciem Dñi Dei ſui, & dixit, quare Dñe
exarſit ira tua in populum tuum quem eduxiſti de Ægypto in virtute magna, & in brachio extenſo?

11 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

12 Et ne dicant Ægyptij, Ad malum eorum
eduxit eos, vt occideret eos inter montes, &
vt deſtrueret eos de ſuperficie terræ. Quieſce
ab æſtu furoris tui, & placare ſuper ſcelus po-
puli tui. 13 Memineris Abrahæ & Iſahac &
Iſraelis ſeruorum tuorum quibus iuraſti per
temetipſum, & dixiſti eis, Multiplicabo ſemen
veſtrũ ſicut ſtellas quæ in cælo ſunt: & vniuer-
ſæ terræ de qua dixi, Dabo ſemini veſtro, &
poſſidebunt eam in æternũ. 14 Et placatus eſt
Dñs ſuper malum quod dixerat ſe factur ũ po-
pulo ſuo. 15 Conuerſus autẽ Moſes, deſcendit
de monte duas tabulas teſtimonij manu ſua
geſtans, tabulas quæ ſcriptæ erant ab ambobus
lateribus, hinc & illinc ſcriptæ erant. 16 Et ta-
bulæ opus Dei erant, & ſcriptura ſcriptura
Dei erat inciſa in tabulis. 17 Audiens autem
Ieſus vocem populi agonizantis, dixit ad Mo-
ſen, Vox certaminis eſt in caſtris. 18 Inquit ad
eum Moſes, Non vocem ſermonis fortiũ, ne-
que vocem debilium, vocem autem peccati
ego audio. 19 Cúmque acceſſiſſet ad caſtra vi-
dit vitulum & cymbala: & excanduit Moſes,
proiecitque tabulas de manu ſua, & confregit
eas in radicibus montis. 20 Et ſumens vitulum
quem fecerant, combuſſit eum igne, & lima-
uit eum lima quoad comminutus eſſet quaſi
puluis: & ſpargens ſcobem eius ſuper faciem
aquæ, potum dedit genti Iſraeliticæ.
21 Et dixit Moſes ad Aharonem, Quid fecit
tibi populus iſte, vt induxeris ſuper eum pec-
catum maximum?
22 Reſpondit Aharon, Ne æſtuet ira domi-
ni mei: tu noſti populum iſtum malum eſſe:
23 Dixitque mihi, fac nobis deos qui præ-
cedant nos, quoniam hic Moſes qui extra-
xit nos è terra Ægypti, neſcimus quid eue-
nerit ei.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

12 *Vt ne dicant Ægyptij quòd eduxerit eos hinc malitioſè, vt interficeret eos inter montes,& conſumeret eos de facie terræ. Reuertere à vehementia furoris tui,& dimitte calamitatem populo tuo.*
13 *Et recordare Abraham, Jſaac,& Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per nomen tuum, & dixiſti eis: Multiplicabo progeniem veſtram ſicuti ſtellas cœli: & totius regionis de qua dixiſti, quòd ego dabo eam progeniei veſtræ,& poſſidebunt eam vſque in æternum.* 14 *Pepercit ergo Deus calamitati quam dixerat ſe miſſurum in populum ſuum.* 15 *Deinde reuerſus eſt Muſa, & deſcendit de monte, duas tabulas teſtimonij habens in manu ſua, duas tabulas ſcriptas ex duobus lateribus earum, intus & foris.* 16 *Et duæ tabulæ erant ex creatione Dei:& ſcriptura erat ſcriptura Dei inciſa ſuper ambas.* 17 *Audiuitque Iuſaa vocem populi in clangore eorũ.* 18 *Dixitq; Muſæ: Vox belli in exercitu eſt. At dixit, Nõ eſt vox indicans victoriam, neque vox indicans fugam, ſed vocem tumultus ego audio.* 19 *Cùm verò acceſſiſſet ad caſtra, vidit vitulum, & tympana. inualuit ergo ira Muſæ, proiecitque duas tabulas de manibus ſuis, & confregit eas ſub monte.*
20 *Deinde ſumpſit vitulum quem fecerant, & combuſſit eum igne, & limauit illum quouſque comminutus eſſet veluti puluis, & ſparſit illum ſuper faciem aquæ, & potauit filios Iſrail.*
21 *Deinde dixit ad Haron: Quid fecit tibi huiuſmodi populus, vt adduxeris aduerſus eos peccatum maximum?*
22 *Ait, Ne inualeſcat ira domini mei. Tu noſti populum, & quòd ſint peſſimi.*
23 *Dixerunt mihi: Fac nobis deum ambulantem ante nos, quoniam vir ille Muſa qui eduxit nos de regione Ægypti, ignoramus quid actum ſit de re ſua.*

12 لئلا يقول المصريون انه اخرجهم من ههنا بشر ليقتلهم في
ما بين الجبال ويفنيهم عن وجه الارض * ارجع من شدة غضبك
واصفح عن البلية لقومك * 13 واذكر لابرهيم واسحق واسرائيل
عبيدك الذين اقسمت لهم باسمك * وقلت لهم اكثر نسلكم
ككواكب السماء وجميع البلد الذي قلت فيه اني اعطيه لنسلكم
ويحوزونه الى الدهر * 14 فصفح الله عن البلية التي قال انه
يحلها بقومه * 15 ثم ولى موسى ونزل من الجبل ولوحا الشهادة
في يده * لوحان مكتوبان من جانبيهما من داخل ومن خارج *
16 واللوحان هما من خلقة الله * والكتاب هو كتاب الله محفور عليهما *
17 فسمع يوشع صوت القوم في جلبتهم * 18 فقال لموسى *
صوت حرب في العسكر * ثم قال ليس هو صوتا يدل على ظفر *
ولا صوتا يدل على هزيمة * 19 بل صوت ضوضاء انا سامع *
فلما قرب من العسكر راى العجل والطبول * فاشتد غضب
موسى فطرح اللوحين من يديه وكسرهما تحت الجبل *
20 ثم اخذ العجل الذي صنعوه * فاحرقه بالنار وبرده الى ان
دق مثل التراب وذراه على وجه الماء وسقى بني اسرائيل *
21 ثم قال لهرون * ما صنع بك هولاء القوم اذ جلبت عليهم
خطية عظيمة * 22 قال لا يشتد غضب سيدي * انت عارف
بالقوم وانهم اشرار * 23 فقالوا لي اصنع لنا معبودا يسير بين
ايدينا * فان ذلك المرء موسى الذي اصعدنا من بلد مصر لا
نعلم ما كان من امره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Ad quid dicent Ægyptij hæc verba, in malum eduxit eos, vt occideret eos in montibus, & deleret eos à facie terræ: recede à furore iræ tuæ, & eſto propitius malitiæ populi tui. 13 Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob ſeruorum tuorum quibus iuraſti per teipſum, quibuſque dixiſti, multiplicando multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli, omnemque terram iſtam quam dixi dabo ſemini veſtro, eamque poſſidebunt in æternum. 14 Et pœnituit Dominum de malo quod dixerat ſe facturum populo ſuo.
15 Reuerſuſque eſt Moſes, & deſcendit de monte, duæque tabulæ teſtamenti erant in manu eius; tabulæ ſcriptæ ex ambabus partibus, inde & inde ſcriptæ erant: 16 Tabulæ autem iſtæ opus erant Dei; & ſcriptura, ſcriptura erat Dei ſculpta ſuper tabulas. 17 Audiens autem Ioſue vocem populi vociferantis, dixit Moſi, ſonus belli eſt in caſtris. 18 Et reſpondit: non eſt vox canentium victoriam, neque vox eſt canentium fugam; vocem delictorum ego audio. 19 Factumque eſt cum appropinquaret caſtris vt videret vitulum, & choros; tunc exarſit ira Moſis, proiecitque de manibus ſuis tabulas, & fregit ſub monte.
20 Sumpſit etiam vitulum quem fecerant, & combuſſit eum in igne & contriuit eum vſque in puluerem, & ſparſit ſuper faciem aquarum, potauitque filios Iſrael. 21 Poſtea dixit Moſes Aaroni, quid fecit tibi populus iſte, quòd induxiſti ſuper eum peccatum magnum?
22 Reſpondit autem Aaron, ne excandeſcat ira Domini mei: tu noſti populum quod nudatus ſit.
23 Dixerunt enim mihi, fac nobis Deos qui gradiantur ante nos; quia Moſi iſti qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

24 Et reſpondi eis, Qui habet aurum, afferte
ad me: attuleruntque ad me, & proieci illud in
ignem, & factus eſt vitulus iſte. 25 Videns au-
tem Moſes populum peccaſſe (peccare enim
fecerat eos Aharon, vt eſſent fama putida in
nouiſſimis ſuis) 26 Stetit Moſes in oſtio taber-
naculi & ait, Qui ex Domino eſt, veniat ad me.
Et congregati ſunt ad eum omnes filij Leui.
27 Dixitque ad eos Moſes, Sic dicit Dominus
Deus Iſrael, Aptate quilibet gladium ſuum
lumbis ſuis, tranſite, & redite de porta in por-
tam per caſtra, & trucidate quiſque fratrem
ſuum, & quiſque ſocium ſuum, & quiſque
propinquum ſuum.
28 Feceruntque filij Leui iuxta verbum Mo-
ſis, & ceciderunt ex populo in die illa circiter
tria millia virorum.
29 Dixit autem ad eos Moſes, Implete manus
veſtras hodie Domino quiſque in filio ſuo & in
fratre ſuo, vt veniat ſuper vos benedictio ho-
die. 30 Factumque eſt die ſequenti vt diceret
Moſes ad populum, Vos peccaſtis peccatum
hoc maximum: modò aſcendam ad Domi-
num, fortaſſe condonabit delicta veſtra.
31 Reuerſus igitur Moſes ad Dominum, ait,
Obſecro Domine Deus, verè peccauit popu-
lus iſte peccatum ingens, & fecerunt ſibi deos
aureos. 32 Nunc ſi dimittas peccata eorum,
bene quidem: alioquin expunge me ex libro tuo
quem ſcripſiſti. 33 Reſpondit Dominus
Moſi, Eum qui peccauerit in me, expungam
ex libro meo. 34 Nunc igitur vade, perduc
populum iſtum quò dicam tibi: & ecce An-
gelus meus ibit ante te: & in die viſitationis
meæ viſitabo aduerſus eos peccata eorum.
35 Percuſſitque Dominus populum eo quòd
coluiſſent vitulum quem fecerat Aharon.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

24 *Dixi autem eis, Videte quis habeat aurum,*
ſoluite illud, & afferte illud ad me: proiecique in
ignem, & exiuit hic vitulus. 25 *Cùm autem vi-*
diſſet Muſa populum detectum, eo quòd detexiſſet
Haron infames ab ijs qui reſtiterant eis,
26 *Stetit Muſa in porta caſtrorum, & dixit:*
Qui Dei eſt, veniat ad me. Et congregati
ſunt ad eum omnes filij Leui.
27 *Et ait illis: Sic dixit Deus, Deus Iſrail:*
Accingat ſe quilibet vir ex vobis gladio ſuo, &
ite, & redite à porta ad portam per caſtra,
& occidat quilibet ex vobis eos qui adorarunt
vitulum, etiamſi fuerit frater ſuus, aut amicus
ſuus, aut conſanguineus ſuus. 28 *Et fecerunt*
filij Leui ſicuti præceperat eis Muſa: & ceciderunt
runt ex populo in illo die tria millia virorum.
29 *Et dixit eis Muſa: Complete hodie debitum*
veſtrum Deo. Quilibet ex vobis irruat etiam in
filium ſuum, & fratrem ſuum: & deſcendet hodie
ſuper vos benedictio. 30 *Et cùm fuiſſet poſtera*
dies, dixit Muſa populo: Vos peccaſtis peccatum
maximum, & nunc aſcendam ad locum colloquij
mei cum Deo, vt fortè impetrem ab eo veniam
peccati veſtri.
31 *Reuerſus eſt igitur Muſa ad Deum, & ait:*
O Domine, iam peccauit iſte populus pecca-
tum maximum, & fecerunt ſibi deum ex auro.
32 *Et nunc, niſi dimiſeris peccatum eorum, alio-*
qui dele me de regeſto tuo quod ſcripſiſti, & requieſ-
cam. 33 *Dixit Deus ad Muſam: Illum qui pec-*
cauerit mihi, delebo de regeſto meo.
34 *Et nunc vade duc turbam ad locum quem*
ſignificaui tibi: & ecce Angelus meus ambulabit
ante te. in die verò inquiſitionis meæ, examinabo
eos de crimine eorum. 35 *Percuſſitque Deus ali-*
quot ex populo, eo quòd adoraſſent vitulum quem
fecerat Haron.

24 فقلت لهم انظروا لمن ذهب ففكوه واتوني به * فطرحته
في النار فخرج هذا العجل * 25 فلما راى موسي القوم انهم
مكشوفون * اذ كشف هرون ذوي الشين من مقاوميهم * 26 وقف
موسي بباب المعسكر فقال من كان لله يقبل الي * فاجتمع اليه جميع
بني لاوي * 27 فقال لهم كذا قال الله اله اسرايل * يتقلد كل
رجل منكم سيفه * وامضوا وارجعوا من باب الي باب في المعسكر
وليقتل كل رجل منكم من عبد العجل * وان كان اخاه او صاحبه
او قرابته * 28 فصنع بنو لاوي كما امرهم موسي * فوقع من القوم
في ذلك اليوم ثلاثة الاف رجل * 29 وقال لهم موسي اكملوا اليوم
واجبكم لله * كل رجل يبطش حتي بابنه واخيه * وتحل عليكم
اليوم البركة * 30 ولما كان من غد قال موسي للقوم * انتم
اخطاتم خطية عظيمة * والان اصعد الي مكان خطابي لله *
لعلي استغفر خطيتكم * 31 فرجع موسي الي الله وقال *
يا رب قد اخطا هولاء القوم خطية عظيمة * وصنعوا لهم معبودا
من ذهب * 32 والان ان غفرت خطيتهم والا فامحني من
ديوانك الذي كتبته فاستريح * 33 فقال الله لموسي * الذي
اخطا الي امحوه من ديواني * 34 والان امض فسر بالقوم
الي الموضع الذي اخبرتك به * وهوذا ملكي يسير امامك * وفي
يوم مطالبتي اطالبهم بذنبهم *
35 فصدم الله جماعة من القوم من اجل ما عبدوا العجل الذي
صنعه هرون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Et dixi ipſis, quibus eſt aurum detrahant ſibi: & dederunt mihi, & projeci illud in ignem, & prodiit vitulus
iſte. 25 Viditque Moſes quod populus nudatus eſſet; nudauerat enim eum Aaron vt ludibrio exponeret eum
aduerſariis eius. 26 Stetit autem Moſes in porta caſtrorum, & dixit: qui eſt Domini, ad me. Et congregati ſunt
ad eum omnes filij Leui. 27 Et dixit eis, ſic loquitur Dominus Deus Iſrael. Ponite vnuſquiſque gladium
ſuum ſuper femur ſuum, & præterite, & reuertimini de porta in portam per caſtra, & occidite vnuſquiſque
fratrem ſuum, & proximum ſuum, & propinquum ſuum. 28 Feceruntque filij Leui iuxta verbum Moſis,
& ceciderunt de populo in die illa circiter tria millia hominum. 29 Tum dixit Moſes, conſecraſtis hodie ma-
nus veſtras Domino vnuſquiſque in filio ſuo, & in fratre ſuo, vt hodie detur ſuper vos benedictio.
30 Die verò craſtina dixit Moſes populo, vos peccaſtis peccatum magnum: Nunc igitur aſcendam ad Do-
minum, fortaſſe propitiabor pro peccatis veſtris.
31 Et reuerſus eſt Moſes ad Dominum, & dixit: Ecce peccauit populus iſte peccatum magnum, fecitque
ſibi Deos aureos.
32 Nunc autem ſi remittis peccatum eorum, remitte; ſi verò non, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.
33 Et reſpondit Dominus Moſi, quicunque peccauerit in me, delebo eum de libro meo.
34 Nunc autem vade, duc populum ſecundum quod dixi tibi: Ecce enim Angelus meus ibit ante te, & in
die viſitationis meæ viſitabo ſuper eos peccatum eorum. 35 Et percuſſit Dominus populum eo quod ſa-
crificauerant vitulo quem fecerat eis Aaron.

✦ ܩܦܠܐܘܢ ✦ ܠܓ ✦

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXIII.

ET dixit Dominus ad Moſen, Aſcende, diſ-
cede hinc tu & populus tuus quem edu-
xiſti ex Ægypto, ad terram pro qua iuraui
Abrahæ & Iſaac & Iacobo, dixique eis, Semini
veſtro dabo illam. 2 Et mittam ante te Ange-
lum, & deſtruam Chananæos, & Amorræos, &
Hætheos, & Pherezæos, & Heuæos, & Iebu-
ſæos. 3 Ad terram *inquam* fluentem lacte &
melle: nō enim aſcendã ego inter vos, quoniam
populus vos eſtis præfractæ ceruicis, ne fortè
perdam vos in via. 4 Audientes autē populus
ſermonē hunc malū, contriſtati sūt, nec aſſum-
pſit vllus arma ſua ſupra ſe. 5 Dixit etiam Dn̄s
ad Mosē, Dic gēti Iſraeliticæ, Vos populus eſtis
duræ ceruicis: vna hora aſcendam inter vos, &
perdam vos. Nunc deponite arma veſtra à vo-
bis, & ſciam quid faciã vobis. 6 Depoſuerūt er-
go filij Iſrael arma ſua à ſe, à mōte Horib. 7 Mo-
ſes autem accepit tentoriū ſuum, fixitque illud
extra caſtra, remouitque illud à caſtris, & vo-
cauit illud Tabernaculū tēporis. Et omnis qui
poſtulabat *aliquid* à Dn̄o, exibat ad tabernacu-
lum tēporis extra caſtra. 8 Cúmque egredieba-
tur Moſes ad tabernaculū, aſſurgebant vniuer-
ſus populus, & parabant ſe vnuſquiſque in oſtio
tabernaculi ſui, & intuebantur poſt Moſen do-
nec ingrederetur in tabernaculū. 9 Cūque in-
greſſus eſſet Moſes tabernaculū, deſcendebat
columna nubis, ſtabatque ad oſtiū tabernaculi,
& ſermo fiebat ad Moſen. 10 Et videbat popu-
lus columnã nubis ſtantem ad oſtium taberna-
culi, ſurgebantque totus populus, & adorabant
vnuſquiſque in oſtio tabernaculi ſui. 11 Loquu-
tuſque eſt Dominus cū Moſe facie ad faciem,
quemadmodum loquitur vir cum ſocio ſuo: &
eo redeunte ad caſtra, miniſter eius Huſaa filius
Nun adoleſcens non recedebat è tabernaculo.

VERSIO SAMARITANA.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXIII.

Deinde locutus eſt Deus ad Muſam,& dixit
ei:Vade,& aſcende hinc tu & populus quos
eduxiſti de regione Ægypti,in regionem quã iura-
ui Abraham & Iſaac & Iacob dicens: Progeniei
tuæ dabo eam. 2 Et mittã ante te Angelũ,per quẽ
expellã Chananæos,& Amoræos,& Hethæos,&
Pherezæos,& Heuæos,& Iebuſæos. 3 Ad regionẽ
manantem lacte & melle; quoniã ego nõ aſcendere
faciam lucem meam inter vos, quia vos eſtis gens
proterua ceruicibus,vt ne deleam vos in via. 4 Et
cùm audiuiſſet populus huiuſmodi nuntium malũ,
contriſtati ſunt,& nemo poſuit ornatum ſuum ſu-
per ſe. 5 Ait Deus Muſæ: Dic filiis Iſrail: Sane
vos eſtis gens proterua ceruicibus. Si ego aſcen-
dere faciam lucem meam inter vos vnico ictu
oculi,delebo vos. & nunc continuate depoſitionem
ornatus veſtri à vobis, vt ſignificem vobis quid
faciam vobis. 6 Continuarunt ergo filij Iſrail
depoſitionem ornatus ſui à mõte Hurib. 7 Et Mu-
ſa accipiebat tentorium, & figebat illud extra ca-
ſtra, longe ab eis, & nominabat illud tentorium
conuentus. Et omnis qui quærebat aliquid à Deo,
exibat ad tentorium conuentus quod erat extra
exercitum. 8 Et quando Muſa exibat ad tento-
rium, ſurgebat vniuerſus populus, & ſtabat qui-
libet ex eis ad portam ſui tentorij, & aſpiciebant
poſt Muſam donec intraret tentorium. 9 Et cùm
intraſſet Muſa tentorium, deſcendebat columna
nubium,& ſtabat propè portam tentorij,& loque-
batur Deus ad Muſam. 10 Et cùm videret vni-
uerſa plebs columnam nubium ſtantem ad portam
tentorij,ſurgebant omnes, & adorabat quilibet ad
portam tentorij ſui. 11 Et loquebatur Deus ad
Muſam ſine medio, vt loquitur quis cum amico
ſuo, & reuertebatur ad exercitum. Et miniſter
eius Iuſaa filius Nun adoleſcens non diſcede-
bat de tentorio.

* الفصل الثالث والثلثون * 1 ثم كلم الله موسي
وقال له امض فاصعد من ههنا انت والقوم الذين اصعدتهم من
بلد مصر * الي البلد الذي اقسمت لابرهيم واسحق ويعقوب
قايلا لنسلكم اعطيه * 2 وابعث بين يديك ملكا اطرد به الكنعانيين
والاموريين والحتيين والفرزيين والحويين واليبوسيين * 3 الي بلد
يفيض لبنا وعسلا * فاني لا اصعد نوري فيما بينكم * لانكم اقوام
صعاب الرقاب * ليلا افنيكم في الطريق * 4 ولما سمع القوم هذا الخبر
الردي حزنوا * ولم يجعل كل امري زينة عليه * 5 قال الله لموسي قل
لبني اسرايل انكم قوم صعاب الرقاب * فلو اني اصعد نوري فيما
بينكم طرفة واحدة لافنيتكم * والان ادعموا نزع زينتكم عنكم
حتي اعرفكم ما اصنع بكم * 6 فدام بنو اسرايل علي نزع زينتهم من
جبل حوريب * 7 وكان موسي ياخذ الخباء فيضربه خارج المعسكر
بعيدا منه ويسميه خباء المحضر * وكان كل طالب ما عند الله يخرج
الي خباء المحضر الذي في خارج العسكر * 8 وكان موسي اذا خرج
الي الخباء يقوم جميع القوم وينتصب كل امري منهم علي باب
خبايه * وينظرون وراء موسي الي ان يدخل الخباء * 9 وكان موسي
اذا دخل الخباء ينزل عمود الغمام ويقف علي باب الخباء ويكلم الله
موسي * 10 فاذا راي جميع القوم عمود الغمام واقفا علي باب الخباء
قاموا اجمعون * فسجد كل امري علي باب خبايه * 11 ويكلم الله
موسي بغير واسطة كما يكلم المرء صاحبه * ويرجع الي العسكر *
وكان خادمه يوشع بن نون شابا لا يزول من الخباء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXIII.

Locutuſque eſt Dominus Moſi,dicens:Vade,aſcende hinc,tu,& populus quem eduxiſti de terra Ægyp-
ti,in terram de qua iuraui Abraham Iſaac & Iacob,dicens, ſemini tuo dabo illam. 2 Mittam enim an-
te faciem tuam Angelum,& expellam Chananæos,& Amorrhæos,& Hethæos,& Gergeſæos,& Pherezæos,
& Hæueos,& Iebuſæos. 3 Ad terram fluentem lac & mel:non enim aſcendam in medio tui,quoniam popu-
lus es duræ ceruicis, ne conſumam te in via. 4 Audiens autem populus verbum hoc malum, luxit & nemo
poſuit ornamentum ſuum ſuper ſe. 5 Dixitque Dominus Moſi, dic filiis Iſrael,vos populus duræ ceruicis eſtis:
vno momento aſcendam in medio tui, & conſumeris,Nunc autem depone ornatum tuum à te, & oſtendam
quid faciam tibi. 6 Et depoſuerunt filij Iſrael ornamenta ſua à monte Horeb. 7 Moſes verò accepit taber-
naculum, & extendit illud extrà caſtra longè à caſtris,& vocauit illud tabernaculum teſtimonij:Quicumque
autem quærebant Dñm, egrediebantur ad tabernaculum teſtimonij quod erat extrà caſtra. 8 Cum autem
egrediebatur Moſes ad tabernaculum, ſurgebat omnis populus,& ſtabat vnuſquiſque ad portam tabernaculi
ſui aſpiciens poſt Moſen donec intraſſet in tabernaculum. 9 Et accidebat intrante Moſe in tabernaculum vt
deſcenderet columna nubis,ſtaretque ad portam tabernaculi, & loquebatur cum Moſe. 10 Videbat autem
omnis populus columnam nubis ſtantem ad portam tabernaculi. 11 Tum loquebatur Dominus Moſi facie ad
faciem,ſicut loquitur vir cum amico ſuo:poſteà redibat in caſtra; Miniſter autem eius Ioſue filius Nun iuue-
nis non recedebat de medio tabernaculi.

[illegible]

12 Dixit autem Moſes ad Dominum, Vide
quòd tu dixeris mihi, Aſcendere fac populum
iſtum, tu verò non oſtendiſti mihi quem miſſu-
rus ſis mecum. Tu etiam dixiſti, Noui te no-
mine, imò inueniſti gratiam in oculis meis.
13 Igitur ſi inueni gratiam in oculis tuis, oſten-
de mihi viam tuam, & agnoſcam te, quatenus
inueniam gratiam in oculis tuis: & conſidera
quòd populus tuus iſte, populus eſt magnus.
14 Et dixit Dñs ad Moſen, Coram me vade, &
requiem dabo tibi. 15 Ait illi, Si tu non abieris
nobiſcum, ne aſcendere facias nos hinc. 16 In
quo enim cognoſcetur nunc quòd inuenerim
gratiam in oculis tuis ego & populus tuus, niſi
cùm abieris nobiſcum, ſimuſque diſtincti ego
& populus tuus ab omnibus populis qui ſunt
ſuper faciem terræ? 17 Dixit Dñs ad Moſen,
Iuxta verbum tuum hoc quod dixiſti, faciam,
quoniam inueniſti gratiam in oculis meis, &
agnoſcam te nomine. 18 Dixit autem, Oſtende
mihi gloriam tuam. 19 Ait, Ego tranſire faciam
cunctam beatitudinem meam ante te, & cla-
mabo nomen meum Domini ante te, & propi-
tiabor, cui propitiabor, & miſerebor cuius mi-
ſerebor. 20 Et dixit, Non potes videre faciem
meam, quia non videt me homo & viuit. 21 Ait
etiam Dñs ad Moſen, Ecce locus eſt ante me,
ſta ſupra petram: 22 Quumque pertranſierit
gloria mea, ponam te in ſpelunca petræ, & de-
ſcendere faciam manum meam ſuper te, donec
tranſiero: 23 Tollamque manum meam, &
videbis poſteriorem partem meam, facies ve-
rò mea non videbitur.

CAPVT XXXIV.

PRæterea dixit Dominus ad Moſen, Præci-
de tibi duas tabulas lapideas priorum in-
ſtar, & ſcribā ſuper tabulas ſermones qui erant
ſuper tabulas priores quas fregiſti. 2 Et eſto pa-
ratus mane, & aſcende mane ad montem Si-
nai, & ſta illic in vertice montis.

VERSIO SAMARITANA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

12 *Præterea dixit Muſa ad Deum : Tu noſti
quòd dixeris mihi : Extrahe hanc plebem , &
non indicaſti mihi quem miſſurus es mecum. Et
tu iam dixiſti: Equidem nobilitaui nomen tuum,
& inueniſti gratiam apud me.* 13 *Itaque ſi in-
ueni gratiam apud te, indica mihi vias beneplaci-
ti tui, vt notum faciam te , vt inueniam gra-
tiam apud te : & reſpice populum tuum, gen-
tem tuam hanc.* 14 *Dixit ei: Lux mea ambula-
bit tecum donec quieſcere faciam te.*
15 *Dixit: Si non ambulauerit lux tua nobiſcum
ex nunc , ne aſcendere facias nos hinc.*
16 *Et in quo ſcietur quòd inuenerim gratiam apud
te ego & plebs tua , niſi ambulet lux tua nob iſ-
cum, & diſtinguamur ego & plebs tua ab omni
populo qui ſunt ſuper faciem terræ?* 17 *Dixit Deus
Muſæ: Hanc rem quam poſtulaſti, faciam quo-
que tibi, eo quòd inueneris gratiam apud me, &
nobilitauerim nomen tuum.* 18 *Ait: Oſtende mihi
etiam lumen tuum.* 19 *Inquit: Ego tranſire fa-
ciam totum lumen meum in tua præſentia, & præ-
dicabo nomen Dei ante te , & propitiabor cui
propitiabor, & miſerebor cui miſerebor.*
20 *Et dixit : Non poteris videre faciem Angeli
mei, quoniam nemo videt eam, & viuit.*
21 *Et dixit : Ecce apud me eſt locus : ſta ſupra
ſilicem.* 22 *Cúmque tranſire faciam ante te lu-
men meum, ponam te in foramine ſilicis, & obum-
brabo te nube mea, vt tranſeas pacatè.*
23 *Deinde auferam nubem meam, vt videas po-
ſteriora Angeli mei, nam facies eius non videtur.*

CAPVT XXXIV.

*Deinde dixit Deus Muſæ: Excinde duas tabu-
las gemmeas ſicuti priores, & ſcribā ſuper eas
verba quæ erant ſuper duas tabulas priores quas
fregiſti.* 2 *Et eſto paratus in craſtinum, & aſcen-
de cras ad montem Sinai, & expecta me ibi ſuper
verticem montis.*

12 ثم قال موسى لله * انت عالم بانك قلت لي اصعد هولاء
القوم * ولم تعرفني من تبعث معي * وانت فقد قلت اني شرفت
اسمك * ووجدت حظا عندي * 13 فالان ان وجدت حظا
عندك فعرفني طرق مرضاتك حتى اعرف بك * لكي اجد حظا
عندك * وانظر لشعبك حزبك هذا * 14 قال له نوري يسير
معك الى ان اقرك * 15 قال ان لم يسر نورك معنا من الان فلا
تصعدنا من هاهنا * 16 وبماذا يعرف اني وجدت حظا عندك
انا وقومك الا بمسير نورك معنا * فنبين انا وقومك من كل القوم
الذين على وجه الارض * 17 قال الله لموسى هذا الذي سالته
ايضا افعله لك * لانك وجدت حظا عندي وشرفت اسمك * 18 قال
ارني نورك ايضا * 19 قال انا امر جميع نوري بحضرتك * وانادي
باسم الله بين يديك * واراف من اراف * وارحم من ارحم * 20 وقال
لا تطيق ان تنظر وجه ملكي * لانه لا يراه انسان فيحيا *
21 وقال فهوذا عندي موضع * انتصب على الصوان *
22 فاذا امر بك نوري صيرتك في نقر الصوان * وظللتك بسحابي
حتى تجوز هاديه * 23 ثم ازيل سحابي حتى تنظر اواخر
ملكي * ووجهه لا ينظر * الفصل الرابع والثلثون *
1 ثم قال الله لموسى انحت لوحي جوهر كالاولين * واكتب عليهما
الكلام الذي كان على اللوحين الاولين اللذين كسرتهما *
2 وكن معدا للغداة * واصعد في الغداة الى جبل سيناء *
وقف لي ثم على راس الجبل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Dixit autem Moſes Domino: Vide tu dixiſti mihi, aſcendere fac populum iſtum ; tu autem non indicaſti
mihi quem miſſurus es mecum. Tu quoque dixiſti, cognoui te ex nomine , atque etiam inueniſti gratiam in
oculis meis. 13 Nunc autem quæſo, ſi inueni gratiam in oculis tuis demonſtra mihi quæſo vias tuas, & co-
gnoſcam te, vt inueniam gratiam in oculis tuis; & vide quia populus tuus eſt gens iſta. 14 Et dixit, facies
meæ ibunt, & faciam te requieſcere. 15 Reſpondit autem: niſi facies tuæ iuerint, ne educas me hinc.
16 In quo cognoſcetur nunc quod inueni gratiam in oculis tuis, ego, & populus tuus; nonne in eo quod ve-
nies nobiſcum, vt mirabiles ſimus, ego, & populus tuus præ omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ.
17 Dixit præterea Dominus Moſi: etiam verbum hoc quod dixiſti faciam ; nam inueniſti gratiam in oculis
meis, & cognoui te ex nomine. 18 Et reſpondit, oſtende mihi quæſo gloriam tuam. 19 Tum dixit, ego
tranſire faciam omne bonum meum ſuper faciem tuam, & vocabo nomen Domini ante te, gratiamque præ-
ſtabo cui gratiam præſtabo, & miſerebor cuius miſerebor. 20 Dixitque, non poteris videre faciem meam;
quia non videbit me homo & viuet. 21 Et dixit Dn̄s, ecce locus eſt mecū, ſtabiſque ſuper petram. 22 Cum
verò tranſibit gloria mea ponam te in foramine petræ, & tegam te manu mea donec tranſeam. 23 Poſtea au-
feram manum meam, & videbis poſteriora mea ; ſed facies meæ non videbuntur. CAPVT XXXIV.
Dixit autem Dominus Moſi, ſculpe tibi duas tabulas lapideas ſicut priores, vt ſcribam ſuper tabulas ver-
ba quæ erant ſuper tabulas priores quas fregiſti. 2 Et eſto paratus mane vt aſcendas mane in montem
Sinai, & ibi adſtes mihi in vertice montis.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

3 Nemo autem aſcendat tecum, & nemo videatur in toto monte: imò nec oues neque boues paſcantur è regione montis illius. 4 Præcidit itaque duas tabulas lapideas ſimiles antecedentibus: & conſurgens Moſes mane, aſcendit ad montem Sinai, quemadmodũ præceperat ei Dñs, accepitque duas tabulas lapideas in manu ſua. 5 Et deſcendens Dñs in nube, ſtetit ibi cũ eo, & clamauit nomen *hoc*, Dñs. 6 Et trãſiens Dñs corã eo, exclamauit Dñs *dicens*, Dñs eſt Deus miſericors & clemens, longanimis, plurimæ bonitatis & veritatis. 7 Seruans beneficiũ vſque ad millia generationum, cõdonans peccata atque delicta, & iuſtificando non iuſtificans, viſitans ſcelera patrũ ſuper filios & ſuper filios filiorũ ſuper tres & ſuper quatuor generationes. 8 Et feſtinans Moſes corruit ſuper terram, & adorauit, 9 Dixitque. Si inueni gratiam in oculis tuis Domine mi, pergat nunc Dominus meus inter nos, quoniam populus eſt duræ ceruicis: & dimitte ſcelera noſtra & peccata noſtra, noſque poſſideas. 10 Et reſpondit, Ecce ego ſtatuam pactum coram vniuerſo populo, faciãque res peculiares quibus ſimiles non fuerunt factæ in tota terra & in omnibus gẽtibus: & videbit vniuerſus populus iſte cuius in medio tu es, terribile eſſe opus Domini quod facturus ſum tecum. 11 Obſerua id quod præcipio tibi hodie. En ego deſtructurus ſum à conſpectu tuo Chananæos, & Amoræos, & Hethæos, & Perezæos, & Heuæos, & Iebuſæos. 12 Caue ne ſtatuas fœdus cum incolis terræ ad quos tu pergis, vt ne ſint tibi offendiculo. 13 Aras eorum euellito, & ſtatuas eorum confringito, & deos eorum concidito.
14 Ne adores deum alienum: quoniam Dominus, Zelotes eſt nomen eius, Deus eſt æmulator.

VERSIO SAMARITANA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

3 *Et ne aſcendat quiſquam tecum, neque appa-*
reat in vlla parte montis, imò neque oues, neque
boues paſcant in confinibus eius.
4 *Excidit igitur Muſa duas tabulas gemmeas*
ſicut priores, & conſurrexit manè, & aſcendit ad
montem Sinai, ſicut præcepit ei Deus, & accepit
ſecum duas tabulas.
5 *Et apparuit Angelus Dei in nubibus, & ſte-*
tit lumen eius cum illo ibi, & inuocauit nomen Dei.
6 *Et cum tranſiſſet Angelus Dei ante illum,*
vocauit illum, Deus omnipotens, miſericors, propi-
tius, longanimis, abundans beneficijs, & gra-
tis, 7 *Cuſtodiens fauorem in mille, remiſſor deli-*
cti & reatus & peccati: qui iuſtificat & non iuſti-
ficatur, & examinans delicta patrum cum filiis,
& tertia, & quarta generatione, peccantibus.
8 *Et feſtinauit Muſa, & proſtrauit ſe ſuper ter-*
ram, adorauitque,
9 *Et dixit: Si inueni gratiam apud te, ô Domi-*
ne, igitur ambulet Angelus tuus inter nos, nam
ipſi ſunt plebs aſpera ceruicibus. Remitte delicta
noſtra & peccatum noſtrum, & elige nos.
10 *Dixit: Ecce ego paciſcor pactum, & in con-*
ſpectu vniuerſi populi tui patrabo miracula qui-
bus non eſt editum ſimile in toto orbe terrarum in-
ter gentes: & videbit cœtus inter quos tu es, opus
Dei: & quòd ea quæ facturus ſum tecum, terribi-
lia ſunt. 11 *Obſerua id quod præcipio tibi ho-*
die. Ecce ego expulſurus ſum ante te Amoræos,
& Chananæos, & Hethæos, & Pherezæos, &
Iebuſæos. 12 *Caue ne paciſcaris pactum cum in-*
colis regionis ad quam tu ingreſſurus es, vt ne
ſint laquei inter vos.
13 *Sed deſtrues altaria eorum, tituloſque eorum*
confringite, & ſcindite arbores eorum proceras.
14 *Et ne adores adorabile aliud, quoniam Dei*
nomen eſt Remunerator, & ipſe poteſt remu-
nerare.

3 ولا يصعد انسان معك * ولا يرى شي من الجبل * حتى ان
الغنم والبقر لا ترعى فيما يليه * 4 فنحت موسى لوحي جوهر
كالاولين * وادلج عند الغداة * وصعد الى جبل سيناي كما امره الله
واخذ معه اللوحين * 5 فتجلى ملك الله في الغمام * ووقف نوره
معه هناك * ونادى باسم الله * 6 ولما مر ملك الله بين يديه
ناداه الله القادر الرحيم الرؤف طويل الامهال كثير الافضال
والاحسان * 7 حافظ الفضل للالوف غافر الذنب والجرم
والخطية * ويبري ولا يبرى * ومطالب بذنوب الاباء مع البنين
والثوالث والروابع المذنبين * 8 فاسرع موسى وخر الى
الارض وسجد * 9 وقال ان وجدت حظا عندك يا رب * اذا
يسير ملكك فيما بيننا * وهم قوم صعاب الرقاب * فاغفر ذنوبنا
وخطيتنا واصطفنا * 10 قال ها انا اعهد عهدا * وحذاء
جميع قومك اصنع اعجوبات ما لم يخلق مثله في جميع العالم بين
الامم * فينظر القوم الذين انت فيما بينهم صنع الله * وان الذي
اصنعه معك مخيف * 11 فاحفظ ما انا امرك به اليوم * ها انا
طارد بين يديك الاموريين والكنعانيين والحثيين والفرزيين
واليبوسيين * 12 فاحذر ان تعهد عهدا لاهل البلد الذي
انت داخل اليه * كي لا يكونوا وهقا فيما بينكم *
13 بل تنقض مذابحهم * ودكاكهم فكسروا * وقطعوا سواريهم *
14 ولا تسجد لمعبود اخر * لان الله اسمه المعاقب * وهو يقدر على
ان يعاقب *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Nec quiſquam aſcendat tecum, neque etiam aliquis conſpiciatur in vniuerſo monte; ne quidem ouis, aut
bos paſcent è regione montis iſtius. 4 Et dolauit Moſes duas tabulas lapideas ſimiles prioribus; poſtea ſurre-
xit ſummo mane, & aſcendit in montem Sinai ſicut præceperat ei Dominus, accepitque in manu ſua duas ta-
bulas lapideas. 5 Et deſcendit Dominus in nube, & ibi ſtetit cum eo, & inuocauit nomen Domini. 6 Et tran-
ſiuit Dominus ſuper faciem eius & clamauit Domine, Domine, Deus miſericors, & clemens, tardus ad iram,
& multæ miſericordiæ & veritatis. 7 Conſeruans miſericordiam in millia, auferens iniquitatem, præuarica-
tionem, & peccata; cui innocens innocens erit, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, & ſuper filios filio-
rum, & ſuper tertiam & quartam generationem. 8 Feſtinans verò Moſes incuruauit ſe in terram, & ado-
rauit. 9 Dixitque, quæſo ſi inueni gratiam in oculis tuis Domine, veniat quæſo Dominus meus in me-
dium noſtri, quoniam populus iſte eſt duræ ceruicis, & parcas iniquitatibus noſtris, & peccatis noſtris, noſque
poſſideas. 10 Et dixit, ecce ego percutio fœdus coram omni populo tuo: faciam mirabilia quæ facta non
ſunt in omni terra, neque in omnibus gentibus, videbitque omnis populus in cuius es medio opus Domini;
nam terribile eſt id quod ego facio tecum. 11 Obſerua quòd ego præcipio tibi hodie; ecce ego eiicio à fa-
cie tua Chananæos, & Amorrhæos, & Hethæos, & Gergeſæos, & Pherezæos, & Heuæos, & Iebuſæos.
12 Caue tibi ne ferias fœdus cum incolis terræ ad quam tendis, ne ſit in laqueum in medio tui.
13 Ideo altaria eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum confringetis, & lucos eorum ſuccidetis.
14 Quoniam non adorabitis Deum alienum; nam Dominus zelator eſt, nomen eius eſt Deus zelator.

15 Ne ineas pactum cum habitatoribus terræ,
ne cùm aberrauerint poſt ſimulacra ſua, & ſa-
crificauerint diis ſuis, vocent te, comedaſq; de
ſacrificiis eorum: 16 Et ducas de filiabus eorum
vxores filiis tuis, filiaſque tuas des filiis eorum,
& aberrent filiæ tuæ poſt deos eorũ, ſeducant-
que filiæ eorum filios tuos poſt deos ſuos.
17 Deos fuſiles ne feceris tibi. *De paſchate.*
Feſtum azymorum obſeruabis: ſeptem diebus
comedes azymum, quemadmodum præcepi
tibi, in tempore menſis florum: quoniam in
menſe florum egreſſus es ex Ægypto. 19 Omne
aperiens vuluã, meũ eſt, & omne primogenitũ
pecudũ tuarum, boum, & agnorum. 20 Omne
autem primogenitum iumenti redimes agno:
& niſi redemeris illud, occides illud. Omnẽ pri-
mogenitũ filiorũ tuorũ redimes. Et ne appa-
reatis corã me vacui. 21 Sex diebus operaberis,
& in die ſeptimo quieſces: in ſeminibus, & in
meſſe quieſces. *De feſto hebdomadum.* 22 Item
feſtũ hebdomadũ facies tibi initio meſſis triti-
ceæ. Et ſolennitatẽ collectionis expirãte anno.
23 Tribus vicibus in anno appareat omnis me-
moria tua coram Dño Deo Iſraelis. 24 Nam de-
ſtruã gentes à conſpectu tuo, & dilatabo termi-
nũ tuum, nec cõcupiſcet quiſquam terram tuã,
quãdiu aſcendes vt appareas coram Dño Deo
tuo tribus vicibus in anno. 25 Ne mactes ſuper
fermentato ſanguinẽ victimæ. 26 Et ne perno-
ctet vſque ad matutinũ victima feſti paſchatis.
Primitias prouentuum terræ tuæ afferes Dño
Deo tuo. Ne comedas hædũ in lacte matris ſuę.
27 Et dixit Dñs ad Moſen, Scribe tibi hos ſermo-
nes, quoniam propter hos ſermones iniui te-
cum fœdus & cum vniuerſo Iſraele. 28 Fuit au-
tem ibi cum Domino quadraginta dies & qua-
draginta noctes: panem non comedit, & aquã
non bibit. ſcripſitque ſuper tabulas lapideas
verba fœderis, decem ſermones.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 *Vt ne pactum ineas cum incolis regionis, & ſeducantur in ſectando adoranda ſua, & immolent eis, & vocent te, & comedas ex ſacrificiis*
eorum: 16 *Et coniungas matrimonio filios tuos cum filiabus eorum: & ſeducantur filiæ eius in ſectandis adorandis ſuis, & ſeducant filios tuos*
etiam. 17 *Et adorandum fuſum ne facias tibi.*
18 *Et celebritatem azymorum obſerua. ſeptem diebus comede azyma, ſecundùm quod præcepi tibi in tempore menſis matureſcentis ſegetis, eo quòd exieris ex Ægypto menſe matureſcentis ſege-*
tis. 19 *Et primum quodque genitum, meũ eſt ex iis quæ commemoraui ex omnibus iumentis tuis: pri-*
mitiæ boum & ouiũ. 20 *Et primogenitũ aſinorum redime oue: & ſi non redemeris, decolla illud: & omnes primogenitos filiorum tuorum redime: & ne*
compareatis ante me vacui. 21 *Et in ſex diebus miniſtra, & die ſeptimo ſabbathiza: adeo ſabbathizabis tẽpore arationis & meſsis.* 22 *Et ſolemnita-*
tem hebdomadarum facies tibi primitias meſsis tritici, & ſolemnitatem collectionis in fine anni.
23 *Tribus vicibus in anno comparebunt omnes viri tui ante Dominum Deum, Deum Iſrail;*
24 *Quoniam ſuccidam gentes à conſpectu tuo, & dilatabo fines tuos, & nemo vim inferet terræ tuæ, cùm aſcenderis ad comparendum inter manus Dei Domini tui tribus vicibus in anno.*
25 *Et ne mactes paſcha meum ſuper fermentum, & ne pernoctent adipes eius in craſtinum.*
26 *Et primitias præcocium terræ tuæ, affer in domum Dei Domini tui. & ne coquas hœdum in lacte matris ſuæ.* 27 *Rurſus dixit*
Deus Muſæ: Scribe tibi hunc ſermonem, quoniam ego propter illum pactus ſum tecum pactum & cum filijs Iſrail. 28 *Et mãſit ibi colloquens cum*
Deo quadraginta diebus & quadraginta noctibus, non manducauit cibum, neque bibit aquam: & ſcripſit ſibi ſuper ambas tabulas ſermonem fœderis, decem verba.

15 كي لا تعاهد عهدا مع أهل البلد * فيطغوا في اتباع معبوداتهم
ويذبحوا لها ويدعوك فتأكل من ذبائحهم * 16 وتزوج بنيك
ببناته فتطغي بناته في اتباع معبوداتهن وتطغين بنيك أيضا *
17 ومعبودا مسبوكا لا تصنع لك * 18 وحج الفطير فاحفظه *
سبعة أيام كل فطيرا حسب ما أمرتك في وقت شهر الفريك * لأنك
خرجت من مصر في شهر الفريك * 19 وأول ما يولد فهو لي
مما ذكرته من جميع ماشيتك من أوائل البقر والغنم * 20 وبكر
الحمير فافده بشاة * وإن لم تفده فاقفه وجميع بكور بنيك افدهم
ولا تحضروا مقدسي فارغين * 21 وفي ستة أيام اخدم * وفي اليوم
السابع اسبت * حتى تسبت في وقت الحرث والحصاد * 22 وحج
الأسابيع تصنعه لك بواكير حصاد الحنطة * وحج الجمع في نهاية
السنة * 23 ثلاث مرات في السنة تحضر جميع رجالك بين يدي
السيد الله إله إسرائيل * 24 فإني أقرض الأمم من بين يديك
وأوسع تخمك * ولا يغصب أحد أرضك إذا صعدت لتحضر بين
يدي الله ربك ثلاث مرات في السنة * 25 ولا تذبح فصحي على
حمير * ولا تبت شحومه إلى الغداة * 26 وأوائل بواكير أرضك
فأت بها إلى بيت الله ربك * ولا تنضج الجدي بلبن أمه * 27 ثم
قال الله لموسى * اكتب لك هذا الكلام * لأني من أجله عهدت
معك عهدا ومع بني إسرائيل * 28 وأقام ثم مناجيا لله أربعين
يوما وأربعين ليلة * لم يأكل طعاما ولم يشرب ماء * وكتب له على
اللوحين كلام العهد العشر الكلمات *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Ne fortè ferias fœdus cum incola terræ, & fornicentur poſt Deos alienos, & ſacrificent diis eorum; vocet-
que te, & comedas ſacrificium eius, 16 Accipias quoque de filiabus eius filiis tuis, & fornicentur filiæ eius
poſt Deos ipſarum, fornicari quoque faciant filios tuos poſt Deos ipſarum. 17 Deos conflatiles non facies ti-
bi 18 Feſtum azymorum obſeruabis; ſeptem diebus comedes azyma, ſicut præcepi tibi in tempore menſis
nouorum, eo quod in eo egreſſus es de Ægypto. 19 Quidquid aperit vuluam meum eſt; omne etiam pecus
tuum quod pepererit maſculum primogenitum bouis aut ouis. 20 Primogenitum verò aſini redimes oue,
& niſi redimas eum, decollabis eum, omnem quoque primogenitum hominis inter filios tuos redimes: ne-
que aliquis videbit faciem meam vacuus. 21 Sex diebus operaberis, ſed die ſeptimo quieſces; in aratione &
in meſſe quieſces. 22 Solemnitatem etiam ſeptimanarum facies tibi, primitias meſſis triticeæ, & feſtum
collectionis in reuolutione anni. 23 Tribus vicibus in anno videbit omnis maſculus tuus faciem arcæ Do-
mini Dei Iſrael. 24 Nam eiiciam gentes multas à facie tua, & dilatabo terminos tuos; neque deſiderabit
quis terram tuam, cum aſcendes ad videndum faciem Domini Dei tui ter quotannis. 25 Non immolabis
cum fermentato ſanguinem ſacrificij mei, neque pernoctabit ad matutinum vſque ſacrificium feſti paſchalis.
26 Primitias primogenitorum terræ tuæ afferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte
matris ſuæ. 27 Dixit autem Dñs Moſi, ſcribe tibi verba hæc; nam iuxta formam verborum iſtorum percu-
tiam tecum fœdus, & cum Iſraele. 28 Manſitque ibi coram Dño quadraginta diebus, & quadraginta nocti-
bus: panem non edit, & aquas non bibit, ſcripſitque in tabulis verba fœderis decem verbis.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

[29] Quumque deſcendiſſet Moſes de monte Si-
nai, duæ tabulæ teſtimonij erãt in manu ipſius
Moſis deſcendẽtis de monte: Moſes autem nõ
nouerat quòd nitida facta eſſet pellis vultus ſui
quando allocutus eſt eum Deus. [30] Videns ve-
rò Aharon & omnis Iſrael vultum Moſis, quòd
ſcilicet nitida facta fuiſſet pellis vultus Moſis, ti-
muerunt accedere ad eum. [31] Vocauit autem
eos Moſes, veneruntque ad eum Aharon &
omnes principes congregationis, & locutus eſt
Moſes cum eis. [32] Ac tunc acceſſerunt ad eum
cuncti filij Iſrael, mandauitque eis omnia quæ
locutus fuerat Deus cum eo in monte Sinai.
[33] Quumque finem feciſſet Moſes alloquendi
eos, iniecit ſuper faciem ſuam ſudarium. [34] Et
quoties ingrediebatur Moſes coram Domino
vt loqueretur cum eo, auferebat ſudariũ illud
quoadusque egrederetur: & egrediens refere-
bat genti Iſraeliticæ quod præcipiebatur. [35] Vi-
debantque filij Iſrael vultum Moſis quòd ſplẽ-
dida facta eſſet pellis faciei Moſis: auferebatque
Moſes ſudarium à facie ſua quãdo ingredieba-
tur ad loquendum cum eo.

CAP. XXXV.

ET congregauit Moſes vniuerſum cœtum filiorum Iſraël, dixitque ad eos, Hi ſunt ſermones quos mandauit Dñs faciendos. [2] Sex diebus facies opus, dies autem ſeptimus erit ſanctus, ſabbathum, requies, ſacrum Domino: quicunque fecerit in eo opus, interficietur.
[3] Ne accenderitis ignem in cunctis habitaculis veſtris in die ſabbathi.

Repetitio conſtructionis tabernaculi temporis.

[4] Dixitque Moſes vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus faciendum. [5] Capite à vobis ſeparationem Domino: omnis vir quod excogitauit in corde ſuo, afferat ſeparationem Domino, aurum, & argentum, & æs.

VERSIO SAMARITANA.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

29 Et cùm deſcenderet Muſa de Monte Sinain,
& ambas tabulas teſtimonij haberet præ mani-
bus ſuis dum deſcenderet de monte, & Muſa
ignoraret quòd facies ſua jam ſplenduiſſet quando
locutus eſt cum eo Deus, 30 Vidit Haron & omnes
filij Iſrail faciem eius iam ſplenduiſſe, & timue-
runt accedere ad eum. 31 Deinde vocauit
eos Muſa, & reuerſus eſt ad eum Haron & om-
nes nobiliores cœtus, & allocutus eſt eos.
32 Et poſtea acceſſerunt omnes filij Iſrail, & præ-
cepit eis omnia quæ locutus erat ei Deus in mon-
te Sinain. 33 Et cùm ceſſaſſet loqui cum eis,
poſuit velum ſuper faciem ſuam. 34 Solebat autem
cùm ingrederetur ante Deum vt colloqueretur
cum eo, auferre velum quouſque exiret. Deinde
exibat, & loquebatur cum filijs Iſrail omnia quæ
præcipiebantur ſibi; 35 Ita vt viderent omnes quòd
ipſe iam ſplenduiſſet. Deinde reducebat velum ſu-
per faciem ſuam, vſque ad tempus quo ingredieba-
tur ad colloquendum cum eo.

CAPVT XXXV.

1 DEinde congregauit Muſa turbam filiorum Iſrail, & dixit eis: Hæ ſunt res quas iuſſit Deus vt faceretis.
2 In ſex diebus exercebuntur artes, & dies ſeptimus erit vobis ſacer: ceſſatio eſt, ſabbathum Deo. Quicunque operatus fuerit in eo opus, occidetur.
3 Et ne accendatis ignem in omnibus habitationibus veſtris in die ſabbati:
4 Præterea dixit Muſa turbæ filiorum Iſrail: Hoc eſt mandatum quod præcepit Deus.
5 Afferte de veſtro oblationem Deo: quicunque liberalis eſt, afferat oblationem Deo ex auro, & argento, & ære.

29 فلما نزل موسى من طور سينين ولوحا الشهادة في يديه
في نزوله من الجبل * وموسى لم يعلم ان وجهه قد بص حين
كلمه الله * 30 راى هرون وساير بني اسرايل ان وجهه قد
بص * فخافوا ان يتقدموا اليه * 31 ثم دعى موسى بهم
فرجع اليه هرون وجميع اشراف الجماعة فكلمهم *
32 وبعد ذلك تقدم ساير بني اسرايل * فامرهم بجميع ما كلمه
الله به في طور سينين *
33 فلما فرغ من كلامهم جعل البرقع على وجهه *
34 وكان اذا دخل بين يدي الله لمخاطبته * ينزع البرقع الى ان
يخرج * ثم يخرج ويكلم بني اسرايل بجميع ما يومر به *
35 حتى ينظر جميعهم انه قد بص * ثم يرد البرقع على
وجهه الى وقت دخوله لمخاطبته *

* الفصل الخامس والثلثون *

1 ثم جمع موسى جماعة بني اسرايل وقال لهم * هذه الامور
التي امر الله ان تصنعوها *
2 في ستة ايام تصنع الصنايع * واليوم السابع يكون لكم قدسا *
عطلة هي سبت لله * كل من عمل فيه عملا يقتل *
3 ولا تشعلوا النار في جميع مساكنكم في يوم السبت *
4 ثم قال موسى لجماعة بني اسرايل * هذا الامر الذي امر الله
به * 5 ايتوا من عندكم برفعة لله * كل من سخت نفسه
ياتي برفعة لله من الذهب والفضة والنحاس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

29 Accidit autem deſcendente Moſe de monte Sinai, vt duæ tabulæ teſtamenti eſſent in manu eius. Cum au-
tem Moſes deſcenderet de monte, neſciebat quod radiaret cutis faciei ſuæ ex colloquio eius.
30 Et conſpexit Aaron, & omnes filij Iſrael Moſen, & ecce radiabat cutis faciei eius; ideo timuerunt ad eum
accedere. 31 Sed uocauit eos Moſes, & reuerſi ſunt ad eum Aaron & omnes principes congregationis, lo-
cutuſque eſt eis Moſes 32 Et poſtea acceſſerunt ad eum omnes filij Iſrael, præcepitque eis omnia quæ dixe-
rat ei Dominus in monte Sinai. 33 Poſtquam verò ceſſauit Moſes loqui cum eis, poſuit velamen ſuper faciem
ſuam. 34 Sed cum ibat Moſes ante Dominum vt loqueretur cum eo, remouebat velamen donec egrede-
retur: egreſſus autem loquebatur filiis Iſrael omnia quæ præcipiebat ei. 35 Viderunt autem filij Iſrael faciem
Moſis, quod radiaret cutis faciei Moſis, & reponeret velamen ſuper faciem ſuam donec cum eo locutum iret.

CAPVT XXXV.

1 ET conuocauit Moſes vniuerſam congregationem filiorum Iſrael, dixitque eis, Hæc ſunt verba quæ
præcepit Dominus vt faciatis. 2 Sex diebus opus fiet, ſed dies ſeptimus erit vobis ſanctus; Sabbatum
erit quietis Domino: quicunque in eo fecerit opus, morietur. 3 Non accendetis ignem in omnibus habita-
tionibus veſtris die Sabbathi: 4 Locutuſque eſt præterea Moſes vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael,
dicens; Hæc ſunt verba quæ præcepit Dominus dicens:
5 Accipite de vobis oblationem Domino: Quicumque eſt ſpontanei cordis afferet oblationem Domini,
aurum, argentum, & æs.

[illegible]

6 Et flauum ſericum,& purpuram, & tinctu-
ram coccineam,& byſſum tortam, & pilos ca-
prarum, 7 Et pelles arietum rubras, & pelles
ſubnigri coloris, & ligna hebeni, 8 Et oleũ ad
accendendũ,& aromata pro oleo vnctionis, &
pro thure odoratiſſimo. 9 Et lapides berylli, &
lapides cõnexionis pro ephod, & pro thorace.
10 Et omnes ſapientes corde qui ſunt inter vos
veniant, faciantque quicquid præcepit Domi-
nus. 11 Tabernaculum,& tentoriũ eius,& ope-
rimentũ eius,& funiculos eius,& aſſeres eius,&
vectes eius, & columnas eius,& fulcra ipſius.
12 Arcam quoque,& vectes eius,& propitiato-
rium, & velum oſtij tentorij. 13 Menſam quo-
que,& vectes eius, & omnia vaſa ipſius: & pa-
nem facierum. 14 Item candelabrum in quo *lu-
cernas* accendunt, & vaſa eius,& lucernas eius,
nec non oleum quo accenduntur. 15 Præterea
altare timiamatis, & vectes eius, & oleum vn-
ctionis, & thus aromaticum, & velum oſtij ta-
bernaculi. 16 Item altare holocauſti, & baſim
eius æneam,& vectes eius,cũctaque vaſa ipſius:
& concham, eiuſque baſim. 17 Ordines etiam
atrij,& columnas eius, & fulcra eius, & velum
oſtij atrij. 18 Et clauos tabernaculi, & clauos
atrij,& funiculos eorum. 19 Veſtes quoque ſan-
ctitatis Aharoni ſacerdoti, & veſtes filiis eius
pro munere ſacerdotali. 20 Egreſſa igitur omnis
congregatio filiorum Iſrael è conſpectu Moſis,
21 Attulerũt vnuſquiſq; quod cogitauit in cor-
de ſuo, & vnuſquiſque quod meditatus eſt in
ſpiritu ſuo: attulerunt *inquam* ſeparationẽ Dño
ad opus tabernaculi tẽporis, & ad omne mini-
ſteriũ ipſius,& pro veſtib⁹ ſanctitatis. 22 Affere-
bãt autẽ tã viri quã mulieres: omnes qui cogita-
uerũt in corde ſuo, attulerũt armillas, & inaures,
& annulos, & murenulas, & omnia vaſa aurea. Et
omnis vir qui ſeparauit ſeparationẽ auri Dño,

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

6 Ex hyacinto, & purpura, & tinctura croci,
& byſſo retorta, 7 Et pellibus arietum condi-
tis, & pellibus nigris, & ligno Santo.
8 Et oleum ad accendendum, & aromata pro
oleo vnctionis, & thus gummi. 9 Et lapides
chryſtalli, & lapides compoſitionis pro pectorali &
thorace. 10 Et omnes ſapientes in vobis venient,
& facient quidquid præcepit Deus: 11 Habita-
culum, & tentorium eius, & operculum eius, &
anſas eius, & tabulas eius, & tranſuerſa eius, &
columnas eius, & baſes eius: 12 Et arcam, & eius
vectes, & operimentum, & velum. 13 Et menſam
& eius vectes, & omnia vaſa eius, & panem pro-
poſitum: 14 Et candelabrum illuminationis, &
vaſa eius, & lucernas eius, & oleum illumina-
tionis. 15 Et altare incenſi, & vectes eius, &
oleum vnctionis, & thus gummi, & velum portæ
habitaculi. 16 Et altare eleuationis, & craticu-
lam æneam ipſius, & vectes eius, & omnia vaſa
eius: & labrum, & baſim eius.
17 Et vela atrij, & columnas eius, & baſes
eius, & velum portæ eius.
18 Et paxillos habitaculi & atrij, & funiculos
amborum, & veſtes phrygias ad miniſtrandum
in ſanctuario. 19 Et veſtes ſanctitatis Haroni
ſacerdoti, & veſtes filiorum eius pro ſacerdotio.
20 Deinde egreſsi ſunt cœtus filiorum Iſraile con-
ſpectu Muſæ. 21 Et attulit quilibet vir quod
incidit in animum ſuum: & quilibet cuius anima
liberalis erat, attulit oblationem Deo ad confectio-
nem tentorij conuentus, & omnium operum eius,
& veſtium ſanctitatis.
22 Attuleruntque hæc viri cum mulieribus. &
qui erat liberalis, attulit varia, adeoque attulit
monile, & inaurem, & annulum, & zonam ſcu-
tulatam, & omnia vaſa auri. Et omnis qui ſe-
gregauit ſegregationem ex auro Deo,

6 ومن اسمانجونى وارجوان وصبغ قرمز وعشر مشزور *
7 وجلود كباش ادمه وجلود دارش وخشب سنط *
8 ودهن للاضاءة وطيب لدهن المسح ولبخور الاصماغ *
9 وحجارة بلور وحجارة النظام للصدرة والبدنة *
10 وكل حكيم فيكم يجيون ويصنعون ما امر الله به *
11 المسكن وخباءه وغطاءه وشظاياه وتخاتجه وعوارضه وعمده
وقواعده * 12 والصندوق ودهوقه * والغشاء * والحجلة *
13 والمايدة ودهوقها وجميع انيتها * والخبز الموجه *
14 ومنارة الاضاءة وانيتها وسرجها * ودهن الاضاءة *
15 ومذبح البخور ودهوقه * ودهن المسح * وبخور الاصماغ * وستر
باب المسكن * 16 ومذبح الصعدة * والسرد النحاس الذي له
ودهوقه وجميع انيته * والحوض ومقعده * 17 وقلوع السرادق
وعمده وقواعده وستر بابه * 18 واوتاد المسكن والسرادق
واطنابهما * وثياب الوشي للخدمة في القدس * 19 وثياب القدس
لهرون الامام * وثياب بنيه للامامة * 20 ثم خرج جماعة بني
اسرايل من بين يدي موسى * 21 واتى كل امري مما راعي فيه
راغبه * وكل من سخت نفسه اتى برفيعة لله لصنعة خباء المحضر
وجميع عمله وثياب القدس * 22 اتى بذلك الرجال مع النسا *
ومن كان سخيا اتى باشيا * حتى اتى بدستبق وشنف وخاتم
وتركية وساير انية الذهب * وكل من عزل عزلة من
الذهب لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Hyacinthum, & purpuram, & coccum dibaphum, & byſſum, & pilos caprinos. 7 Et pelles arietum ru-
bricatas, & pelles ianthinas & ligna Setim. 8 Et oleum luminari, & aromata oleo vnctionis, & incenſo odori-
fero. 9 Et lapides onychinos, & lapides inſititios pro Ephod & Rationali. 10 Omnis autem ſapiens corde
inter vos veniet, & faciet omnia quæ præcepit Dominus. 11 Tabernaculum & tentorium eius, & operi-
mentum eius, & circulos eius, & aſſeres eius, & vectes eius, & columnas eius, & baſes eius. 12 Arcam, & ve-
ctes eius, & propitiatorium, & velum operimenti, 13 Menſam & vectes eius, & omnia vaſa eius, & panem
propoſitionis. 14 Candelabrum luminaris, & omnia vaſa eius, & oleum luminaris. 15 Altare incenſi, &
vectes eius, & oleum vnctionis, & incenſum odoriferum & aulæum portæ pro porta tabernaculi.
16 Altare holocauſti, & craticulam æream quæ eſt ipſius, & vectes eius, & omnia vaſa eius, labrum & ba-
ſim eius. 17 Tapetes ocellatos atrij, & columnas eius, & baſes eius, & aulæum portæ atrij.
18 Paxillos tabernaculi, & paxillos atrij, & funes eorum. 19 Et veſtes miniſterij ad miniſtrandum in ſan-
ctuario; & veſtes ſanctitatis Aaroni ſacerdoti, & veſtes filiorum eius vt ſacerdotio fungantur.
20 Poſtea egreſſa eſt omnis congregatio filiorum Iſrael à conſpectu Moſis. 21 Et obtulerunt vnuſquiſque
quod tulerat cor ſuum, & vnuſquiſque id ad quod voluntariè commouerat eum ſpiritus eius, attulerunt obla-
tionem Domino in opus tabernaculi teſtimonij, & ad omne miniſterium eius, & ad veſtes ſanctitatis.
22 Et attulerunt viri cum mulieribus, omnis ſpontaneus corde attulit fibulam, & inaures, anulos, torquem,
& dextralia, omnem ſupellectilem auream: nam vnuſquiſque obtulit oblationem auream Domino.

[illegible]

23 Omniſque vir apud quē inuentum eſt flauū
ſericum, & purpura, & tinctura coccinea, &
byſſus, & pili caprarū, & pelles arietum rubræ,
& pelles ſubnigri coloris, attulerūt. 24 Omnes
qui ſeparauerant ſeparationem argenti & æris,
attulerunt ſeparationem Dño: & omnis apud
quem inuentum eſt lignum hebeni pro omni
opere miniſterij, attulit. 25 Omnis etiā mulier
ſapiens corde, manibus ſuis nebat, & affere-
bant quod nendo operatæ fuerant, *nempe* flauū
ſericum, & purpuram, & tincturam cocci-
neam, & byſſum tortam. 26 Omneſque mulie-
res quæ cogitauerant in corde ſuo, ſapienter
neuerunt pilos. 27 Principes autem attulerunt
lapides berylli, & lapides cōſertionis pro ephod
& pro thorace. 28 Et aromata, & oleum ad ac-
cendendum, & oleum vnctionis, & thus ſuauiſ-
ſimum. 29 Omnis vir & mulier qui decreuerant
in corde ſuo afferre pro omni opere quod præ-
ceperat Dñs vt fieret per manum Moſis, affere-
bant filij Iſrael ſeparationem Domino. 30 Et
dixit Moſes ad filios Iſrael, Videte quòd voca-
uerit Dominus nominatim Baſlielem filium
Vri, filij Hur de tribu Iuda: 31 Et impleuerit
eum ſpiritu Dei, in ſapientia, & intelligentia, &
ſcientia, & in omni opere. 32 Ad excogitandas
adinuentiones, ad operandum in auro, & in ar-
gento, & in ære, 33 Et in architectura lapillo-
rum ad eos coaptandos, & in dolatura ligno-
rum ad fabrefaciendum omne opus artificio-
ſum. 34 Deditque in cor eius vt docere poſſit,
ipſe & Elihab filius Ahiſemach de tribu Dan.
35 Impleuit eos ſapientia cordis ad agendum
omne opus fabri, artificis, & pictoris, in fla-
uo ſerico, & byſſo, & tinctura coccinea, & tex-
tura: facientes omne opus, & excogitantes
omnem adinuentionem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

23 *Et omnis apud quem reperta eſt hyacintus, & purpura, & tinctura croci, & byſſus, & pili caprarum, & pelles arietum conditæ, & pelles nigræ, attulerunt ea:*
24 *Et omnis qui obtulit oblationem ex argento aut ære, attulit eam Deo, & omnis apud quem repertum eſt lignum Santum ad omne artificium operis, attulit illud.*
25 *Et omnis mulier perita nendi manu ſua, attulit hyacintum, & purpuram, & tincturam croci, & byſſum netam.* 26 *Et omnis mulier perſpicax in nendo pilos caprarum, neuit illos.*
27 *Nobiles autem attulerunt lapides chryſtalli, & lapides compoſitionis pro pectorali & thorace.*
28 *Et tymiama, & oleum ad accendendum, & oleum unctionis, & incenſum gummi.*
29 *Sic quilibet vir, & mulier qui libenti animo attulerunt aliquid ad omne opus quod præceperat Deus vt fieret per manum Muſæ, attulerunt ſponte Deo.*
30 *Deinde dixit Muſa filiis Iſrail: Videte quòd Deus vocarit nomine Beſlail filium Vri, filij Hur de Tribu Iuda,*
31 *Et compleuerit in illo ſcientiam à ſe* inditam *cum ſapientia, & intellectu, & peritia in omnibus artibus:*
32 *Et ſagacitatem in peritia artis auri, & argenti, & æris, & ſculpturæ lapidum gemmeorum ad compoſitionem:*
33 *Et fabrefactione lignorum, & exercitio omnium artium ſagacitatis.* 34 *Et ſcientiam cum arte docendi poſuit in corde ipſius & Ahliab filij Ahiſamach de tribu Dan.* 35 *Et compleuit in cordibus amborum ſapientiam, vt efficiant omne opus magiſtri, & periti, & Phrygionis in hyacinto, & purpura, & tinctura croci, & byſſo, & arte textoris. Ambo facientes omnem artem, & periti ambo in ſagaciter indagando.*

23 وكل من وجد عنده اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر
ومرعزي وجلود تيوس ادم وجلود دارس اتوا به * 24 وكل من
رفع رفعة من فضة او نحاس اتي بها لله * وكل من وجد عنده
خشب سنط لجميع صنعة العمل اتي به * 25 وكل امراة بصيرة
بان تغزل بيدها اتت بالاسمانجون والارجوان وصبغ القرمز
والعشر معزولا * 26 وكل امراة بلغ من بصرها غزل المرعزي
غزلته * 27 والاشراف اتوا بحجارة البلور وحجارة النظام للصدرة
والبدنة * 28 والطيب والدهن للاضاءة ودهن المسح وبخور
الصموغ * 29 كذلك كل رجل وامراة سخت انفسهم ان ياتوا
بشي لجميع الصناعة التي امر الله بان تصنع على يد موسى اتوا
به سخاء لله * 30 ثم قال موسى لبني اسرايل * انظروا ان
الله قد نوه باسم بصلايل بن اوري بن حور من سبط يهودا *
31 واكمل فيه علما من عنده بحكمة وفهم ومعرفة بجميع
الصنايع * 32 وحذقا بالمهن بصناعة الذهب والفضة والنحاس *
وخرط حجارة الجوهر للنظام *
33 ونجر الخشب وعمل ساير صنايع المهن *
34 والعلم بالتعليم جعل في قلبه هو واهلياب بن احيساماخ
لسبط دان *
35 واكمل في قلوبهما الحكمة في ان يصنعا كل صنعة استاذ
وحاذق ورقام في الاسمانجون والارجوان وصبغ القرمز والعشر
وصنعة الحايك * فهما صانعا كل صنعة وحاذقان بالمهن *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Vir etiam omnis apud quem inuenta eſt hyacinthus, & purpura, & coccus dibaphus, & byſſus, & pili caprini, & pelles arietum rubricatæ & pelles ianthinæ, attullit. 24 Omnis quoque offerens oblationem eleuationis, argenti, & æris attulit oblationem Domino: Omnis præterea apud quem inuenta ſunt ligna Setim in opus miniſterij, attulit. 25 Et omnis mulier ſapiens corde manibus ſuis neuit, & attulit netum, hyacinthum, & purpuram, & coccum dibaphum, & byſſum. 26 Omneſque mulieres quarum cor extulerat ipſas in ſapientia, neuerunt pilos caprinos. 27 Principes autem attulerunt lapides onychihos, & lapides inſititios pro ephod & rationali. 28 Et aromata, & oleum luminaris, & pro oleo vnctionis, & pro incenſo odorifero.
29 Omnes autem viri & mulieres quorum cor erat ſpontaneum, attulerunt in omne opus id quod præceperat Dominus faciendum per manum Moſis. Obtulerunt filij Iſrael voluntaria munera Domino. 30 Et dixit Moſes filiis Iſrael: Videte, vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Huri, filium Hor de tribu Iuda.
31 Et repleuit eum ſpiritu Dei in ſapientia, & intelligentia, & ſcientia, & in omni opere.
32 Et ad excogitandum artificia, ad operandum in auro, in argento, & in ære. 33 Et in fabrefactura lapidis ad ſculpendum, & in fabrefactura ligni ad faciendum omne opificium artificioſum.
34 Atque vt doceret dedit in cor ipſius & Eliab filij Achiſamach de tribu Dan.
35 Impleuit eos ſapientia cordis, vt faciant omne opus fabri, plumarij, & acupictoris in hyacintho, in purpura, & in cocco dibapho in byſſo; Textoris quoque fecerunt omne opus, & varia artificia excogitarunt.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXVI.

FEcit itaque Baſliel & Elihab & omnis vir
ſapiens corde in quibus dederat Dominus
ſapientiam & intellectum ad ſciendum &
agendum omne opus & miniſterium ſanctua-
rij, quemadmodum præceperat Dñs. 2 Et con-
uocauit Moſes Baſlielem & Elihab omnemque
virum ſapientem corde in cuius cor indiderat
Dñs ſapientiã, omnem *inquam* eum qui *aliquid*
meditatus fuerat in corde ſuo, vt accederet ad
opus vt perficeret illud. 3 Acceperuntque à
conſpectu Moſis omnem ſeparationem quam
attulerant filij Iſrael ad fabrefactionem taber-
naculi temporis, vt illud perficerent. & illi qui-
dem afferebant adhuc ad ipſum ſeparationes à
matutino ad matutinum. 4 Et attulerunt om-
nes ſapientes qui faciebant opus ſanctuarij
quiſque ex opere quod ipſi faciebant. 5 Dixe-
runtque ad Moſen, Excedit populus in afferen-
do: ſatis habetur operis pro re quam præcepit
Dñs faciendam. 6 Imperauit ergo Moſes, &
proclamauerũt præcones in caſtris, atque dixe-
runt, Vir aut mulier ne faciant vltra opus ad ſe-
parationem pro ſanctuario. & deſtiterunt po-
pulus ab afferendo. 7 Nam materia iam aderat
ſufficiens vniuerſo operi perficiendo, imò ſu-
perabundauit. 8 Fecerunt ergo omnes ſapien-
tes corde & qui vacabant operi, tabernaculum
decem cortinarum ex byſſo torta, flauo ſerico,
& purpura, & tinctura coccinea: cherub opere
artificis fecerunt illas. 9 Longitudo cortinæ
vnius viginti octo erat cubitorum, & latitudo
cortinæ vnius quatuor cubitorum, menſura
eadẽ omnibus cortinis. 10 Et copularunt quin-
que cortinas ſimul, & quinque cortinas copula-
runt alteram cum altera. 11 Et fecerunt anſas fla-
uoſericeas ſuper limbum cortinæ vnius ex late-
re commiſſuræ, itidem fecerunt in limbo cor-
tinæ à latere commiſſuræ alterius.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXVI.

Faciant igitur Baſlail & Ahliab, & omnes
ſapientes in quibus poſuit Deus ſapientiam &
intelligentiam vt ſciant & faciant omne artifi-
cium operum ſanctuarij, ſecundùm id quod præce-
pit Deus. 2 *Deinde acceſſiuit ambos cum omni-*
bus ſapientibus in quibus collocauit Deus ſa-
pientiam, & omnibus quibus ſponte viſum eſt, vt
accederent ad opus peragendum: & acceperunt à
conſpectu Muſæ omnem oblationem quam attu-
lerant filij Iſrail ad fabricam operis ſanctuarij,
vt conſtrueretur ex ipſa.
3 *Et adhuc plebs afferebant ei quod liberaliter*
largiebantur, mane. 4 *Ita vt venirent omnes*
ſapientes facientes opus ſanctuarij, quilibet ex ipſis
ſecundùm ſpeciem artis ſuæ quam faciebat,
5 *Dicerentque Muſæ: Populus excedunt in affe-*
rendo pluſquam requiritur ad complendum opus
quod iuſſit Deus fieri. 6 *Præcepitque Muſa,*
& indictus eſt voce per caſtra ſermo. Nullus vir
aut mulier afferat quicquam poſthac ex oblatione
ſanctuarij. Et cohibuit ſe populus ab afferenda re
vlla. 7 *Nam quod attulerant, fuit ſufficiens*
omni operi quod factum eſt ex ipſo, & ſuperfuit.
8 *Fecit ergo quilibet ſapiens in artibus ipſummet*
habitaculũ decem cortinas de byſſo retorta, & hya-
cinto, & purpura, & tinctura croci, picturas arti-
ficio ſagaciſſimi fecerunt eas. 9 *Longitudo cu-*
iuſlibet cortinæ erat viginti & octo cubitorum, &
latitudo quatuor cubitorum, vnam menſuram
habebant omnes cortinæ. 10 *Et conſuit quinque*
cortinas vnam cum altera, & quinque cortinas
conſuit, & poſuit vnam ex eis ad marginem alte-
rius. 11 *Et fecit anſas hyacinti ſuper margi-*
nem cortinæ vnius ab extremitate illius quæ con-
ſuta erat: & ſic fecit margini cortinæ poſitæ ad la-
tus ſecundæ conſutæ.

* الفصل السادس والثلثون *

1 فليصنع بصلايل واهلياب وساير الحكماء ممن جعل الله
فيهم الحكمة وفهما ان يعرفوا ويعملوا جميع صنعة اعمال القدس
حسب ما امر الله به * 2 ثم نادى بهما وبساير الحكماء الذين
جعل الله فيهم الحكمة * كل من راى رايه في التقدم الى الصنعة
ليعمل فيها * فقبضوا من قدام موسى جميع الرفيعة التي جاء بها
بنو اسرايل لصنعة عمل القدس ليعمل منها * 3 وعاد القوم في
ان ياتوه مما يسخون به في الغداة * 4 حتى اتى جميع الحكماء
الصانعين صنعة القدس كل امرئ منهم من فن صنعته التي
يصنعونها * 5 فقالوا لموسى القوم مكثرون من ان ياتوا بافضل
من كفاية عمل الصنعة التي امر الله بان تعمل * 6 فامر موسى *
فنودي بصوت في المعسكر قولا * كل رجل وامراة لا ياتوا بشي بعد
هذا من رفيعة القدس * فاسع القوم من المجي بشي * 7 وكان فيما
اتوا به كفاية لجميع الصنعة التي عملت منه وفضل * 8 فصنع
كل حكيم من الصانعين نفس المسكن عشر شقق من عشر مشزور
واسمانجون وارجوان وصبغ قرمز * صورا صنعة حاذق صنعوها *
9 طول كل شقة ثمان وعشرين ذراعا في عرض اربع اذرع * مساحة
واحدة لكل الشقق * 10 وخيط خمس شقق الواحدة الى الاخرى *
وخمس شقق خيطها وجعل الواحدة منها الى حاشية الاخرى * 11 وعمل
عرى اسمانجون على حاشية الشقة الواحدة من طرف المخيطة *
وكذلك صنع بحاشية الشقة المطرفة من المخيطة الثانية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXVI.

ET fecit Beſeleel, & Eliab, cæterique omnes ſapientes corde, quibus dederat Dominus ſapientiam, & in-
telligentiam vt ſcirent facere omne opus in vſum ſanctuarij iuxta omnia quæ præceperat Dominus.
2 Et vocauit Dominus Beſeleel, & Eliab, & omnem virum ſapientem corde in quorum corde dederat Do-
minus ſapientiam, omnes qui extulerant cor ſuum vt accederent ad opus faciendum. 3 Et ſuſtulerunt à facie
Moſis omnem oblationem quam attulerant filij Iſrael ad opus miniſterij Sanctuarij vt facerent illud: ipſi
etiam afferebant adhuc ad eum ſpontanea munera ſingulis matutinis, 4 Veneruntque omnes ſapientes fa-
cientes omne genus operum Sanctuarij, vnuſquiſque ab opere ſuo quod ipſi faciebant. 5 Et locuti ſunt Moſi
dicentes, multa populus offert vltra id quod ſufficit miniſterio operis quod præcepit Dominus faciendum.
6 Tum præcepit Moſes, vocemque penetrare fecit per caſtra dicentem; Vir & mulier non faciant ampliùs
opus in oblationem Sanctuarij: finemque fecit populus afferendi. 7 Et materia fuit ipſis ſufficiens ad omne
opus vt facerent illud, & ſuperabundarent. 8 Et fecerunt omnes ſapientes corde inter artifices operum
tabernaculum: fecerunt decem cortinas ex byſſo retorta, hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, Cheru-
bim operis plumarij fecit eas. 9 Longitudo cortinæ vnius decem erat & octo cubitorum, & latitudo quatuor
cubitorum cortinæ vnius: menſura vna erat omnibus cortinis. 10 Et iunxit quinque cortinas vnam ad alte-
ram. 11 Fecit etiam anſulas hyacintinas ſuper oram cortinæ vnius in extremitate in commiſſura; & ſic fecit
in ora cortinæ extremæ in commiſſura ſecunda.

[illegible: Syriac text, verses 12–26]

12 Quinquaginta anſulas fecerunt cortinæ
vni,& quinquaginta anſulas fecerunt in latere
cortinæ vnius in commiſſura altera: oppoſitæ-
que erant anſæ vna è regione alterius. 13 Fece-
runt etiam quinquaginta globulos aureos, &
copulauerunt cortinas vnam cum altera glo-
bulis: factũque eſt tabernaculũ, vnum. 14 Præ-
terea fecerunt cortinas ex pilis ad expanden-
dum ſuper tabernaculum, vndecim cortinas fe-
cerunt eas. 15 Longitudo cortinæ vnius, trigin-
ta cubitorum: latitudo verò eiuſdem cortinæ,
quatuor cubitorum: mẽſura vna vndecim cor-
tinis. 16 Et coniunxit quinque cortinas ſimul,
& ſex cortinas ſimul. 17 Fecitque anſulas, quin-
quaginta anſulas ſuper labium cortinæ, à latere
commiſſuræ: & quinquaginta anſulas fecerunt
ſuper labium cortinæ in cõmiſſura altera. 18 Et
fecerũt globulos æneos quinquaginta, ad com-
ponendum tabernaculũ, vt fieret vnum. 19 Fe-
cerunt quoque tegumenta tabernaculo ex pel-
libus arietum rubris, & tegmina pelliũ ſubnigri
coloris deſuper. 20 Fecerunt etiã aſſeres taber-
naculo de ligno hebeni, ſtantes. 21 Decem cubi-
torũ longitudo aſſeris vnius, & cubiti cũ dimi-
dio cubiti, latitudo aſſeris vnius. 22 Duo cardi-
nes aſſeri vni, & duo cardines aſſeri alteri, æqua-
les vnus è regione alterius. Sic fecerũt omnibus
aſſeribus tabernaculi. 23 Et fecerunt aſſeres ta-
bernaculo, viginti aſſeres ad latus venti Meri-
dionalis. 24 Et quadraginta fulcra argentea fe-
cerunt ſub viginti aſſeribus, bina fulcra ſub aſſe-
re vno pro binis cardinibus eius, & bina fulcra
ſub aſſere vno pro binis cardinibus eius fece-
runt. 25 Et ad latus alterum tabernaculi, *nempe*
ad latus venti Septentrionalis, fecit viginti
aſſeres. 26 Et quadraginta fulcra argentea, ge-
mina fulcra ſub aſſere vno, & gemina fulcra
ſub aſſere altero.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible: Samaritan text, verses 12–26]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible: Samaritan text, verses 12–26]

12 *Fecit quinquaginta anſas in ora cortinæ vnius, & quinquaginta anſas in extremitate cortinæ quæ eſt in conſuta ſecunda, ſeſe reſpicientes.*
13 *Et fecit quinquaginta orbiculos auri, & copulauit cortinas vnamquamque ex eis cum alia, orbiculis: & factum eſt illud, habitaculum vnum.*
14 *Et fecit cortinas ex pilis caprarum, vt extenderet ſuper habitaculum, vndecim cortinas.*
15 *Longitudo cortinæ vnius triginta cubitorum, in latitudine quatuor cubitorum: & fecit menſuram vnam iis omnibus.*
16 *Et conſuit quinque ex eis ſeparatim, & ſex ſeparatim.*
17 *Et fecit quinquaginta anſulas ſuper oram cortinæ extremæ in connexa vna, & quinquaginta anſulas ſuper oram cortinæ quæ eſt in conſuta altera.*
18 *Et fecit fibulas ex ære, quinquaginta fibulas ad connectendum tentorium, vt eſſet vnum.*
19 *Et fecit operculum tentorio ex pellibus arietum conditiis & operimentum ex pellibus nigris ſuper illud.*
20 *Et fecit tabulas habitaculi ex ligno Santo, erectas.* 21 *Qualibet tabula habebat longitudinem decem cubitorum, in latitudine cubiti & dimidii.*
22 *Et fecit duos cardines cuilibet tabulæ quæ omnes erant lingulatæ.*
23 *Et poſuit viginti ex eis ad plagam flatus Auſtralis.*
24 *Et collocauit quadraginta baſes argenti ſub eis, cuilibet tabulæ ex eis duas baſes pro duobus cardinibus eius.*
25 *Et poſuit ad latus habitaculi ſecundum, ex parte Aquilonari, viginti tabulas.*
26 *Et baſes earum ex argento, cuilibet tabulæ duas baſes.*

12 صنع خمسين عروة في حاشية الشقة الواحدة* وخمسين عروة
في طرف الشقة التي في الخيطة الثانية متقابلات* 13 وعمل
خمسين شظية ذهب* ولفق الشقاق كل واحدة منها الى الاخرى
بالشظايا* فصار ذلك مسكنا واحدا* 14 وعمل شقق من شعر
ليمد على المسكن* احدى عشر شقة* 15 طول الشقة
الواحدة ثلثون ذراعا* في عرض اربعة اذرع* وجعل مساحة
واحدة لها كلها* 16 وخيط خمسا منها مفردة* وستا مفردة*
17 وصنع خمسين عروة على حاشية الشقة الطرفانية في
الملفقة* وخمسين عروة على حاشية الشقة التي في الخيطة
الاخرى* 18 وعمل شظايا من نحاس* خمسين شظية لتاليف
الضرب* فيكون واحدا* 19 وعمل غشاء للضرب جلود
كباش ادم* وغشاء من جلود دارش فوقه* 20 وعمل تخاتج
المسكن من خشب سنط قائمة* 21 طول كل تختجة عشر
اذرع في عرض ذراع ونصف*
22 وعمل كلي صبرين لكل تختجة* ملسنات كلها*
23 وجعل عشرين منها في جهة مهب الجنوب*
24 وجعل اربعين قاعدة فضة تحتها لكل تختجة منها* قاعدتان
لكلي صبريها*
25 وجعل لجانب المسكن الثاني من جهة الشمال عشرين
تختجة*
26 وقواعدها من فضة* لكل تختجة قاعدتان*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Quinquaginta anſas fecit in cortina vna, & quinquaginta anſas fecit in extremitate cortinæ quæ eſt in commiſſura ſecunda, oppoſitæ erant anſæ vna ad alteram. 13 Fecit quoque quinquaginta circulos aureos, & iunxit cortinas vnam ad alteram cum circulis, fuitque tabernaculum vnum. 14 Fecit quoque cortinas ex pilis caprinis pro tentorio ſuper tabernaculum vndecim cortinas fecit illas. 15 Longitudinem cortinæ vnius triginta cubitorum, & quatuor cubitorum latitudinem cortinæ vnius, menſuram vnam vndecim cortinis. 16 Iunxit quoque quinque cortinas ſeparatim, & ſex cortinas ſeparatim.
17 Et fecit anſas quinquaginta ad oram cortinæ vnius extremæ in commiſſura: quinquaginta quoque anſas fecit ad oram cortinæ commiſſuræ ſecundæ. 18 Et fecit circulos æreos quinquaginta, ad coniungendum tentorium vt eſſet vnum. 19 Fecitque operimentum tentorio de pellibus arietinis rubricatis, & operimentum de pellibus ianthinis deſuper.
20 Fecit præterea aſſeres tabernaculo de lignis Setim rectis. 21 Decem cubitorum longitudinem aſſeris vnius, cubitus & dimidii cubitus latitudinem aſſeris vnius. 22 Duas incaſtraturas aſſeri vni correſpondentes, alteram alteri: Sic fecit omnibus aſſeribus tabernaculi. 23 Fecit etiam aſſeres pro tabernaculo; viginti aſſeres ad latus meridionale. 24 Et quadraginta baſes argenteas fecit ſub viginti aſſeribus; duas baſes ſub vno aſſere pro duabus incaſtraturis, & duas baſes ſub vno aſſerere pro duabus incaſtraturis.
25 Et ad latus ſecundum tabernaculi verſus ſeptentrionem fecit viginti aſſeres. 26 Et quadraginta baſes eorum argenteas, duas baſes ſub aſſere vno, & duas baſes ſub aſſere vno.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

27 Et ad oras tabernaculi ab Occidente, fece-
runt ſex aſſeres. 28 Et duos aſſeres fecerunt
angulo tabernaculi, in extremitatibus eorum.
29 Fueruntque gemini ex parte inferiori, &
capita eorum ſimul erumpebant ſuper annu-
lum vnum: ſic fecerunt ambobus in vtroque an-
gulo. 30 Fuerunt igitur octo aſſeres, & fulcra
eorum argentea ſexdecim: duo fulcra ſub aſſe-
re vno, & duo fulcra ſub aſſere altero. 31 Fece-
runt etiam vectes de ligno hebeni: quinque
pro aſſeribus lateris vnius tabernaculi,
32 Et quinque vectes pro aſſeribus alterius la-
teris tabernaculi, & quinque vectes pro aſſeri-
bus tabernaculi ad margines eorum ab Occi-
dente. 33 Et fecerunt vectem medium ad
transfodiendos aſſeres ab hoc latere ad illud.
34 Aſſeres autem obduxit auro, & annulos
eorum fecerunt aureos locum vectibus: ipſoſ-
que vectes obduxit auro.
35 Præterea fecerunt tegumentum ex flauo
ſerico, & purpura, & tinctura coccinea, & byſ-
ſo torta, opere artificis elaboratum fuit, *ima-
ginibus repræſentantibus* cherubim.
36 Fecitque ei quatuor columnas hebeni, &
obduxit eas auro, & capitella earum auro: &
fecerunt eis quatuor fulcra argentea.
37 Fecit quoque velum oſtio tabernaculi ex
flauo ſerico, & purpura, & tinctura coccinea,
& byſſo torta, opere imaginum.
38 Columnas eius quinque, & linimenta capi-
tum illarum, & linimentum ipſarum ex auro:
& fulcra earum quinque ex ære.

CAPVT XXXVII.

FEcit quoque Baſliel arcam de ligno hebe-
ni, cuius longitudo erat duorum cubito-
rum cum dimidio, & cubiti cum dimidio lati-
tudo eius, & cubiti cum dimidio altitudo eius.
2 Texitque eam auro puro intus & foris, fe-
citque ei coronam auream per ambitum.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

27 Et in tergo habitaculi ex parte Occidentali fecit ſex tabulas. 28 Et duas tabulas in ambobus angulis habitaculi à tergo ad Occidentem.

29 Et erant æquales deorſum, & erant omnes æquales ſurſum in vno circulo. Sic fecit ſingulis duobus angulis. 30 Fuerunt ergo octo tabulæ, & baſes earum ex argento: ſexdecim baſes, cuilibet tabulæ duæ baſes. 31 Et fecit tranſuerſa ex ligno Santo, quinque tranſuerſa pro tabulis lateris habitaculi vnius, & quinque pro tabulis lateris ſecundi habitaculi. 32 Et quinque tranſuerſa pro tabulis habitaculi quæ ſunt in poſteriori parte ad Occidentem. 33 Et fecit tranſuerſum medium traiectum per medium tabularum ab extremitate ad extremitatem. 34 Et cooperuit tabulas auro, & fecit anſas eius ex auro, loca tranſuerſis, & cooperuit tranſuerſa auro.

35 Et fecit velum ex hyacinto, & purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta, opere ſagaciſſimi fecit illud, figuras. 36 Et fecit ei quatuor columnas ex ligno Santo, & cooperuit eas auro.

37 Et fecit capitella earum ex auro, & fudit eis quatuor baſes aureas. & fecit velum oſtio tabernaculi ex hyacinto, & purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta, & quidem opere Phrygio.

38 Et fecit columnas eius quinque, & fecit capitella earum, & linimentum capitum earum ex auro, & quinque baſes earum ex ære.

CAPVT XXXVII.

ET fecit Baſlail arcam ex ligno Santo, & conſtituit duorum cubitorum longitudinem eius, & cubiti ac dimidij latitudinem eius, & cubiti ac dimidij craſſitiem eius.

2 Et cooperuit eam auro puriſſimo intus & foris, & fecit ei coronam auream per circuitum.

27 ومؤخر المسكن غربا عمل ست تخاتج * 28 ودفين في
ركني المسكن في المؤخر غربا * 29 وكانت معدلة من
اسفل * وكانت جميعا معدلة من فوق بحلقة واحدة * كذلك صنع
للزاويتين كلتيهما * 30 فصارت ثماني تخاتج وقواعدها من فضة *
ست عشرة قاعدة * لكل تختجة قاعدتان * 31 وعمل عوارض من
خشب السنط * خمس عوارض لتخاتج جانب المسكن الواحد *
وخمسا لتخاتج جانب المسكن الثاني * 32 وخمس عوارض
لتخاتج المسكن الذي في المؤخر غربا * 33 وعمل العارضة
الوسطى عارضة في وسط التخاتج من الطرف الى الطرف * 34 وغشى
التخاتج بالذهب * وعمل حلقها من الذهب مواضع العوارض وغشى
العوارض بالذهب * 35 وعمل الحجلة من اسمانجون وارجوان وصبغ
قرمز وعشر مشزور * صنعة حاذق صنعها صورا * 36 وعمل لها اربعة
اعمدة من خشب السنط وغشاهن بالذهب * 37 وعمل رزافهن
من ذهب * وصاغ لهن اربع قواعد فضة * وعمل سترا لباب الخباء
من اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر مشزور وعمل رقام *
38 وجعل اعمدته خمسة * وجعل رزافها وتغشية رووسها
وطليها من الذهب * وخمس قواعدها من نحاس *

* الفصل السابع والثلثون * 1 وعمل بصلايل الصندوق
من خشب السنط * وجعل ذراعين ونصفا طوله * وذراعا ونصفا
عرضه * وذراعا ونصفا سمكه * 2 وغشاه بذهب خالص من
داخل وخارج * وعمل له زيج ذهب دايرا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Et ad latera tabernaculi verſus Occidentem fecit ſex aſſeres. 28 Duos quoque aſſeres fecit ad angulos tabernaculi in duobus lateribus. 29 Et geminati ſunt infernè ſimul, fueruntque gemini ad caput eius in anulo vno. ſic fecit ambobus ad duos angulos. 30 Fueruntque octo aſſeres & baſes eorum argenteæ, ſedecim baſes: vnicuique aſſeri duæ baſes. 31 Fecerunt quoque vectes quinque de lignis Setim aſſeribus ex parte vna tabernaculi. 32 Et quinque vectes aſſeribus ex parte ſecunda tabernaculi; & quinque vectes aſſeribus ex parte tabernaculi verſus latera occidentalia. 33 Fecitque vectem intermedium qui penetrabat per medium aſſerum ab extremo ad extremum. 34 Aſſeres autem texit auro, & anulos eorum fecit aureos qui aſſeribus inſerendis inſeruiebant, texitque vectes auro. 35 Fecit quoque velum ex hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta; cum eo fecit Cherubim operis plumarij.
36 Et fecit ei quatuor columnas Setim, quas texit auro; & vncinos eorum aureos, quibus conflauit quatuor baſes argenteas. 37 Et fecit aulæum ad portam tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta, opus acupictoris. 38 Columnas eius quinque, & vncinos earum, texitque auro capita earum, & arcus earum; baſes verò quinque æreas.

CAPVT XXXVII.

DEinde fecit Beſeleel arcam de lignis Setim; duorum cubitorum cum dimidio longitudinem eius, & cubiti cum dimidio latitudinem eius, cubiti quoque cum dimidio altitudinem eius. 2 Et texit eam auro puro, interius & exterius texit eam; fecitque ei coronam auream in circuitu.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

3 Et conflauit illi quatuor annulos aureos ſu-
per quatuor angulos eius: duos annulos ſuper
latus eius vnum, & duos annulos ſuper latus
eius alterum. 4 Fecit etiam vectes de li-
gno hebeni,& texit eos auro. 5 Et immiſit ve-
ctes in annulos in lateribus arcæ,ad portandam
arcam. 6 Fecitque propitiatorium ex auro pu-
ro, longitudine duorum cubitorum cum dimi-
dio,& cubiti cum dimidio latitudine. 7 Fecit
quoque duos cherubim ex auro, fuſiles fecit
eos, in duobus lateribus propitiatorij:
8 Cherub vnum in eius latere hinc, & che-
rub alterum inde in altero eius latere: ſu-
per propitiatorium fecit cherubim in duobus
lateribus eius. 9 Erantque cherubim pan-
dentes alas ſuas ſupernè, & obumbrantes alis
ſuis propitiatorium: & facies eorum oppoſitæ
vna alteri, ſuper propitiatorium erant facies
cherubim. 10 Fecit etiam menſam de ligno
hebeni, cuius longitudo erat duorum cubito-
rum, & cubiti latitudo, & cubiti cum dimidio
altitudo. 11 Et obduxit eam auro mundo: fe-
citque ei coronam auream ſuper labium eius
per circuitum.
12 Et fecit ei limbum *menſura* lichæ per am-
bitum, fecitque ei coronam auream ſuper lim-
bum eius per ambitum.
13 Et conflauit ei quatuor annulos aureos, &
poſuit annulos in quatuor angulis, ſuper qua-
tuor pedes eius. 14 E regione limbi eius
erant annuli eius, locus vectibus ad geſtan-
dam menſam. 15 Et fecit vectes de ligno
hebeni, obduxitque eos auro, vt iis geſtare-
tur menſa.
16 Fecit & vaſa quæ ſuper menſam *ponenda
erant, nempe* phialas eius, & cochlearia eius, &
ſcutellas eius, & libatoria quibus libatur, ex
auro mundo.

VERSIO SAMARITANA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

3 *Et conflauit ei quatuor anſulas ex auro ſuper
quatuor angulos eius, & poſuit binas anſulas ex
vna parte vnius, & binas anſulas ex altera parte.*
4 *Et fecit vectes ex ligno Santo, & cooperuit eos
auro.* 5 *Et immiſit vectes in anſas ſuper vtrum-
que latus arcæ ad geſtandum ijs tabernaculum.*
6 *Et fecit operimentum ex auro puriſſimo, ha-
bens longitudinem duorum cubitorum & dimi-
dij, & latitudinem vnius cubiti & dimidij.*
7 *Et fecit duas figuras ex auro, vacuas fecit eas in
ambabus extremitatibus operimenti.*
8 *Vnam figuram in extremitate ex vna par-
te, & figuram alteram in extremitate ex altera
parte veli: fecit ambas figuras in vtraque eius
extremitate.*
9 *Et erant ambæ figuræ extendentes alas
ſuas deſuper, obumbrantes alis ſuis ſuper operi-
mentum, & facies vniuſcuiuſque ad alterum, &
ad velum erat facies ambarum.*
10 *Et fecit menſam de ligno Santo, & fecit lon-
gitudinem eius duorum cubitorum, & latitudi-
nem eius vnius cubiti, & craſſitiem eius vnius cu-
biti & dimidij.*
11 *Et cooperuit eam auro puriſſimo, & fecit ei
coronam auri per circuitum.*
12 *Et fecit ei limbum ad menſuram pugilli
per circuitum, & fecit coronam auri limbo eius
circumcirca.*
13 *Et conflauit ei quatuor anſas auri, & collo-
cauit eas in quatuor lateribus quatuor pedum eius.*
14 *Ante limbum erant anſulæ, loca vectibus ad
portandum menſam.*
15 *Et fecit vectes de ligno Santo, & texit eos
auro, vt eis geſtaretur menſa.*
16 *Et fecit vaſa quæ erant ſuper menſam: paro-
pſides eius, & capſellas eius, & vaſa eius vnguen-
taria, & cochlearia eius quibus libatur, ex auro
puriſſimo.*

3 وصاغ له اربع حلقات من ذهب على اربعة اركانه * وجعل
كلى حلقتين من جهة الواحدة * وكلى حلقتين من جهة الاخرى *
4 وعمل دهوق خشب سنط * وغشاها بالذهب * 5 وادخل
الدهوق في الحلق على جانبي الصندوق لحمل التابوت بها *
6 وجعل الغشاء من ذهب خالص * طوله ذراعان ونصف * وعرضه
ذراع ونصف * 7 وعمل صورتين من ذهب * مصمتين عملهما
في طرفي الغشاء * 8 الصورة الواحدة في الطرف من جهة *
والصورة الاخرى في الطرف من جهة * من الغشاء عمل الصورتين
في كلي طرفيه * 9 فصارت الصورتان باسطتين اجنحتهما من
فوق * مظللتين اجنحتهما على الغشاء * ووجه كل واحدة الي
الاخرى * والي الغشاء كانت اوجههما *
10 وعمل الخوان من خشب السنط * وجعل طوله ذراعين * وعرضه
ذراعا * وسمكه ذراعا ونصفا * 11 وغشاه بالذهب الخالص * وعمل
له زيح ذهب دايرا * 12 وعمل له حافة مقدار قبضة مما يدور *
وعمل زيح ذهب لحافته دايرا *
13 وصاغ له اربع حلقات ذهب * وجعلها على اربع الجهات
التي لاربع ارجله * 14 امام الحافة كانت الحلق * مواضع
للدهوق لحمل الخوان * 15 وعمل الدهوق من خشب السنط
وغشاها بالذهب لتحمل بها الخوان * 16 وعمل الانية التي على
الخوان * قصاعه ودروجه ومداهنه وملاعقه التي ينضح بها
من ذهب خالص *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Fuditque ei quatuor anulos aureos ſuper quatuor angulos eius; & duos anulos ſuper latus eius ſecun-
dum. 4 Fecit etiam vectes de lignis Setim, & texit eos auro.
5 Et immiſit vectes in anulos ſuper latera arcæ, vt cum iis arca deferretur. 6 Fecit præterea propitiato-
rium ex auro puro: duorum cubitorum cum dimidio longitudinem eius. 7 Fecit quoque duos Cherubim
ex auro ductili: fecit eos duabus extremitatibus propitiatorij. 8 Cherub vnum ab extremo illinc, à propi-
tiatorio fecit Cherubim à duabus extremitatibus eius.
9 Et extendebant Cherubim alas deſuper, tegentes cum alis ſuis propitiatorium, facieſque eorum erant
vnius ad alterum; in propitiatorium reſpiciebant Cherubim.
10 Fecit quoque menſam de lignis Setim: duorum cubitorum erat longitudo eius, & cubiti latitudo eius,
cubiti quoque cum dimidio altitudo eius. 11 Et texit eam auro puro, fecitque ei coronam auream in cir-
cuitu. 12 Fecit etiam ei cingulum palmare in circuitu, fecit quoque limbum aureum cingulo eius in cir-
cuitu. 13 Et fudit quatuor anulos aureos, poſuitque anulos ſuper quatuor angulos qui ſunt ad quatuor pe-
des eius. 14 E regione cinguli fuerunt anuli: thecæ erant pro vectibus vt ferretur menſa.
15 Poſtea fecit vectes de lignis Setim, & texit eos auro ad ferendam menſam.
16 Fecit etiam vaſa quæ ſunt ſuper menſam, catinos eius, & cochlearia eius, & emunctoria eius, & ſcyphos
eius cum quibus libabatur, ex auro puriſſimo.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

17 Et fecit candelabrum ex auro puro, conflatile fecit candelabrum: baſis eius, & calami eius, & lances eius, & poma eius, & lilia eius ex ipſo
erant. 18 Et ſex calami prodibant ex eius latere, tres calami candelabri ex eius latere vno, & tres calami candelabri ex altero latere ipſius.
19 Tres lances erant infixæ in calamo vno cum pomis & liliis, & tres lances infixæ in calamo vno cum pomis & liliis: itidemque in ſex calamis prodeuntibus ex ipſo candelabro.
20 Et in candelabro quatuor erant lances infixæ cum pomis & liliis.
21 Pomum ſub duobus calamis qui ex ipſo erant, & pomum ſub duobus calamis qui ex ipſo erant, & pomum ſub duobus calamis qui ex ipſo erant, & pomum ſub duobus calamis qui ex ipſo erant: hoc pacto ſex calamis prodeuntibus ex ipſo candelabro.
22 Et poma eius & calami eius ex ipſo erant: totum erat fuſuræ vnius ex auro puriſſimo.
23 Fecit & lucernas eius ſeptem, & forcipes eius, & emunctoria eius ex auro puriſſimo.
24 Ex talento auri mundi fecit ipſum & omnia vaſa eius.
25 Fecit etiam altare thuris de ligno hebeni, cuius longitudo erat cubiti, & cubiti latitudo, quadratum, & duorum cubitorum altitudo: ex ipſo erant cornua eius.
26 Et obduxit illud auro puro, tectum *ſcilicet* eius, & parietes eius vndequaque, & cornua eius: fecitque illi coronam auream per circuitum.
27 Et duos annulos aureos fecit ei ſub eius corona in duobus angulis eius, ad vtrumque latus illius, locum vectibus, vt iis geſtaretur.
28 Et fecit vectes ex lignis hebeni, & obduxit eos auro.
29 Et fecit oleum vnctionis ſanctitatis, & thus odorum puriſſimum, ex materia aromatica.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

17 *Et fecit candelabrum ex auro puriſſimo, fuſile fecit illud: & pedes eius, & calami eius, & calices eius, & mala punica eius, & lilia eius ex ipſo erant.*

18 *Et ſex calami exeuntes è duobus lateribus eius, tres ex vno eius latere, & tres ex altero ipſius latere.*

19 *Et tres calices amygdalati erant in quolibet calamo, & malum punicum, & lilium. Sic fecit in ſex calamis exeuntibus è candelabro.*

20 *Et in candelabro quatuor calices amygdalati, & mala punica eius, & lilia eius.*

21 *Et malum punicum ſub ſingulis duobus calamis eius: ſex calamis exeuntibus ex ipſo.*

22 *Mala punica eius, & calami eius ex ipſo erant. Totum erat fuſura vna ex auro puriſſimo.*

23 *Et fecit lucernas eius ſeptem, & forcipes eius, & focos eius ex auro puriſſimo.*

24 *Ex talento auri puri fecit illud, & omnia vaſa eius.*

25 *Et fecit altare thuris ex ligno Santo, & fecit longitudinem eius cubiti, & latitudinem eius cubiti, quadratum, & craſſitiem eius duorum cubitorum: ex ipſo erant pinnæ eius.*

26 *Et texit illud auro puriſſimo, ſuperficiem eius, & parietes eius per circuitum, & pinnas eius: & fecit ei coronam auream per circuitum.*

27 *Et duas anſulas auri fecit ei ſub corona eius, ex duabus partibus eius, ſuper duo eius latera, locum vectibus, vt geſtaretur eis.*

28 *Et fecit vectes ex ligno Santo, & texit eos auro.*

29 *Et fecit oleum vnctionis, ſanctitatem, & incenſum gummi puriſſimum, artificio aromatarij.*

17 وعمل المنارة من ذهب خالص * مصمتة عملها * وارجلها وقصبها
وجاماتها وتفاحها وسوسنها منها كانت *
18 وست قصبات خارجات من جانبيها * ثلاث منها من جانبها
الواحد * وثلاث من جانبها الاخر *
19 وثلاث جامات ملوزات في كل قصبة * وتفاحة وسوسنة *
كذلك عمل في الست القصبات الخارجات من المنارة *
20 وفي المنارة اربع جامات ملوزات * وتفاحها وسواسنها *
21 وتفاحة تحت كل قصبتين منها للست القصبات الخارجات
منها * 22 تفاحها وقصبها منها كن * كلها مصمتة واحدة
من ذهب خالص *
23 وصنع سرجها سبعة * وكلباتها ومجامرها من ذهب خالص *
24 من بدرة ذهب خالص عملها وكل آنيتها *
25 وعمل مذبح البخور من خشب السنط * وجعل طوله ذراعا *
وعرضه ذراعا * مربعا * وسمكه ذراعين * منه شرفه *
26 وغشاه ذهبا خالصا * سطحه وحيطانه بما يدور وشرفه * وعمل له
زيج ذهب دائرا *
27 وكلتي حلقتي ذهب عمل له تحت زيجه من جهتيه على
جانبيه مكانا للدهوق ليحمل بها *
28 وعمل الدهوق من خشب السنط * وغشاها بالذهب *
29 وعمل دهن المسح قدسا * وبخور الاصماغ خالصا * صنعة
عطار *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Fecit quoque candelabrum ex auro puro; ductile fecit candelabrum: haſtilia eius, calami eius ſcyphi
eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex ipſo extabant. 18 Sex verò calami egrediebantur de lateribus eius;
tres calami candelabri de latere vno, & tres calami candelabri de latere vno, & tres calami candelabri de latere ſecundo.
19 Tres ſcyphi amygdalati in calamo vno, ſphærula, & flos. Sic factum eſt ſex calamis egredientibus è candelabro.
20 In candelabro autem quatuor erant ſcyphi amygdalati, ſphærulæ eius, & flores eius.
21 Et ſphærula ſub duobus calamis ex eo; & ſphærula ſub duobus calamis ex eo; & ſphærula ſub duobus calamis ex eo; ſex calamis exeuntibus de candelabro.
22 Sphærulæ eorum, & calami eorum ex ipſo extabant: omnia ductilia ex eodem auro puro.
23 Fecit etiam lucernas eius ſeptem, & emunctoria eius, & ſuppoſitoria eius ex auro puro.
24 Ex maſſa auri puri fecit ea, & omnia vaſa eius.
25 Fecit autem altare incenſi de lignis Setim, cubitalis erat longitudo eius, & cubitalis latitudo eius; quadratum erat, ſed bicubitalis erat altitudo eius; ex ipſo cornua eius.
26 Texit quoque illud auro puro, tectum eius, & parietes eius in circuitu, & cornua eius, & fecit ei coronam auream in circuitu.
27 Duos etiam anulos aureos fecit ei ſubter coronam eius, ſuper duas coſtas eius, ad duo latera eius, in receptacula vectium quibus illud portetur.
28 Fecit quoque vectes illos de lignis Setim, & texit eos auro.
29 Fecit etiam oleum vnctionis ſanctum, & incenſum ex aromatibus puris opere pigmentarij.

CAPVT XXXVIII.

Fecit etiam altare holocauſti de ligno hebeni quinque cubitorum longitudinis, & quinque cubitorum latitudinis, quadratum, & trium cubitorum altitudinis. 2 Fecitque cornua eius in quatuor angulis eius: ex ipſo erant cornua eius: & obduxit illud ære. 3 Et fecit cuncta inſtrumenta altaris, lebetes, & cacabos, & ſartagines, & cola, & fuſcinulas, & thuribula, omnia denique vaſa fecit ex ære. 4 Fecit quoque altari craticulam ad modum retis ſub extremitatibus eius, ab imo vſque ad medium eius. 5 Et conflauit ei quatuor annulos in quatuor angulis baſis æneæ, locum vectibus. 6 Et fecit vectes de ligno hebeni, & obduxit eos ære. 7 Et inſeruit vectes in annulos in lateribus altaris, vt iis geſtaretur: cauum ex aſſeribus fecit illud. 8 Fecit quoque concham æneam, & baſim eius æneam, inter ſpeculas mulierum quæ veniebant ad orandum, in oſtio tabernaculi temporis.

9 Fecit præterea atrium ad latus venti Meridionalis: ordines *etiam* atrij ex byſſo torta, centum cubitorum: 10 Columnas eorum viginti, & fulcra earum viginti ex ære, capitella columnarum & linimẽtum earum ex argento. 11 Et ad latus Septentrionale *ordines* centum cubitorum, columnas eorum viginti, & fulcra earum viginti ex ære, & capitella columnarum earumque linimentum ex argento. 12 Et ad latus Occidentale ordines quinquaginta cubitorum, columnas eorum decem, earumque fulcra decem, & capitella columnarum, earumque linimentum ex argento. 13 Ad latus autem venti Orientalis quinquaginta cubitorum ordines: 14 Et quindecim cubitorum ad latus. columnas eorum tres, & fulcra earum tria.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

CAPVT XXXVIII.

ET fecit altare oblationis ex ligno Santo,& fecit
quinque cubitorũ longitudinem eius, & quin-
que cubitorũ latitudinem eius, quadratũ,& trium
cubitorum craſſitiem eius. 2 *Et fecit pinnas eius*
ſuper quatuor angulos eius: ex ipſo erāt pinnæ eius,
& texit illud ære. 3 *Et fecit omnia vaſa altaris,*
caniſtra,& cochlearia,& forcipes,& extractoria,
& focos: omnia vaſa eius fecit ex ære.
4 *Et fecit ei craticulam iuxta artificium retis æris*
ſub propatulo eius deorſum, peruenientem ad
medium eius. 5 *Et conflauit quatuor anſulas in*
quatuor extremitatibus craticulæ æris, locum ve-
ctibus. 6 *Et fecit vectes ex ligno Santo,& texit*
eos ære. 7 *Et immiſit vectes in anſas ſuper duo*
latera altaris, ad geſtandum illud eis: & conſtruxit
illud ex tabulis concauis. 8 *Et fecit labrum &*
eius ſedile ex ære, à ſpeculis mulierum *turmatim*
collectarum vſque ad portam tentorij tabernaculi.
9 *Et fecit tentorium,* nempe *vela ex parte*
vnde flat Auſter, ex byſſo retorta, habentia longi-
tudinem centum cubitorum.
10 *Et columnas eius viginti,& baſes earum vi-*
ginti ex ære,& capitella columnarum,& linimen-
tum earum ex argento.
11 *Et ex parte Aquilonis habentia longitudinem*
centum cubitorum, & columnas eorum viginti,
& baſes earum viginti ex ære: & capitella colum-
narum,& linimentum earum ex argento.
12 *Ex parte verò Occidentis vela longitudinis*
quinquaginta cubitorum, & columnas earum de-
cem,& baſes earum decem: & capitella columna-
rum,& linimentum earum ex argento.
13 *Et ex parte Orientis, quinquaginta cubito-*
rum. 14 *Ex quibus vela fuerunt quindecim*
cubitorum pro manica vna: columnæ eorum tres,
& baſes earum tres.

الفصل الثامن والثلثون *

1 وعمل مذبح الصعيدة من خشب السنط * وجعل خمس اذرع
طوله * وخمس اذرع عرضه * مربعا * وثلاث اذرع سمكه * 2 وعمل
شرفه على اربع زواياه * منه كانت شرفه * وغشاه بنحاس * 3 وعمل كل
انية المذبح الصيان والمعارف والكلاليب والمناشل والمجامر كل انيته
عملها من نحاس * 4 وعمل له سردا على صنعة شبكة نحاس تحت
سرحته من اسفل تبلغ الى نصفه * 5 وصاغ اربع حلقات في
اربعة الاطراف لسرد النحاس * مكانا للدهوق * 6 وعمل الدهوق
من خشب السنط * وغشاها بالنحاس * 7 وادخل الدهوق في
الحلق على جانبي المذبح لحمله بها * وعمله من الواح مجوفة *
8 وصنع الحوض ومقعده من نحاس * من مرائي المتجيشات الى
باب خباء المضرب * 9 وعمل السرادق قلوعا من جهة مهب
الجنوب من عشر مشزور * طولها مائة ذراع * 10 واعمدتها
عشرون * وقواعدها عشرون من نحاس * ورزافين الاعمدة وطلاؤها
فضة * 11 ومن جهة الشمال ما طوله مائة ذراع * واعمدتها
عشرون * وقواعدها عشرون من نحاس * ورزافين الاعمدة وطلاؤها
من فضة * 12 ومن جهة الغرب قلوع طولها خمسون ذراعا *
واعمدتها عشرة * وقواعدها عشرة * ورزافين الاعمدة وطلاؤها من
الفضة * 13 ومن جهة المشرق خمسون ذراعا *
14 منها قلوع خمسة عشر ذراعا للكم * اعمدتها ثلثة *
وقواعدها ثلث *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXVIII.

FEcit & altare holocauſtorum ex lignis Setim; quinque cubitorum longitudine, & quinque cubitorum
latitudine; ſed trium cubitorum erat altitudo eius. 2 Fecit etiam cornua eius ſuper quatuor angulos
eius, ex ipſo procedebant cornua eius,& texit illud ære. 3 Fecit quoque omnia vaſa altaris, ollas eius, & pa-
las eius, & crateres eius, & fuſcinulas,& ignis receptacula; omnia vaſa eius fecit ærea.
4 Fecit præterea altari craticulam opere reticulato æneam, ſub ambitum eius infernè vſque ad eius medium.
5 Et conflauit quatuor anulos in quatuor extremitatibus craticulæ æneæ excipiendis vectibus.
6 Fecit etiam vectes de lignis Setim, & texit eos ære. 7 Et introduxit vectes in anulos ſuper latera altaris,
vt cum iis geſtaretur: concauum tabulatum fecit illud. 8 Fecit etiam labrum æneum,& baſim eius æream
cum ſpeculis mulierum conuenientium, quæ conueniebant ad portam tabernaculi teſtimonij.
9 Fecit autem atrium ad plagam meridionalem: Tapetes ocellati erant ex byſſo retorta centum cubitorum.
10 Columnæ eorum viginti,& baſes eorum viginti; vncini columnarum, & arcus earum argentei. 11 Ad
plagam quoque ſeptemtrionalem centum erant cubitorum; columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti
æreæ: vncini columnarum,& arcus earum argentei. 12 Et ad plagam occidentalem, tapetes ocellati erant
quinquaginta cubitorum; columnæ eorum decem, & baſes earum decem; vncini columnarum, & arcus ea-
rum argentei. 13 Ad plagam quoque orientalem, quinquaginta erant cubitorum. 14 Tapetes ocellati
quindecim cubitorum ad latus; columnæ eorum tres, & baſes earum tres.

15 Et ad latus alterũ ab vtraque parte oſtij atrij,
ordines quindecim cubitorũ *cuilibet* lateri, co-
lumnas eorũ tres, & fulcra earum tria. 16 Om-
nes autem ordines atrij per ambitum, erant ex
byſſo torta. 17 Fulcra verò columnarũ ex ære:
& capita columnarum, earumque linimentum
ex argento, & linimenta capitellorum earum
ex argento: quin & ipſæ conte
ctæ erant ar-
gento, omnes *inquam* columnæ atrij. 18 Velum
verò portæ atrij, erat opus pictoris, ex flauo ſe-
rico, & purpura, & tinctura coccinea, & byſſo
torta: viginti cubitorũ longitudinis, altitudinis
verò atque latitudinis quinque cubitorũ, è re-
gione ordinum atrij. 19 Colũnæ eorũ quatuor,
& earum fulcra quatuor ex ære, & capitella ea-
rũ ex argento, & linimentum capitũ earum, &
linimentũ ipſarũ ex argẽto. 20 Omnes denique
claui tabernaculi & atrij per circuitum, erant
ænei. 21 Hi ſunt numeri tabernaculi, taberna-
culi *inquam* teſtimonij, qui recenſiti fuerunt
iuxta verbum oris Moſis, & miniſterium Leui-
tarum per manũ Ithamar filij Aharonis ſacer-
dotis. 22 Et Baſliel quidem filius Vri filii Hur
de tribu Iuda, fecit quicquid præceperat Do-
minus Moſi. 23 Cum eo autem erat Elihab
filius Ahiſemach de tribu Dan, faber, & opifex,
& pictor in flauo ſerico, & in purpura, & in tin-
ctura coccinea, & in byſſo. 24 Totum aurum
quod adhibitum fuit operi in omni opere San-
ctuarij, fuit aurum ſeparationis, viginti nouem
talentorum, & ſeptingẽtorum triginta ſiclorũ
ſecundũ ſiclum ſanctuarij. 25 Argentum verò
cenſus cõgregationis fuit centũ talentorum, &
mille ſeptingentorũ & ſeptuaginta ſiclorum ſe-
cundùm ſiclum ſanctuarij: 26 Siclus pro capite,
nempe dimidiũ ſicli ſecundùm ſiclos ſanctuarij.
omnes qui tranſierunt ſub numerum à filio vi-
ginti annorum & vltra, fuerunt ſexcenta mil-
lia, & tria millia, & quingenti quinquaginta.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 *Et pro manica ſecunda hinc & inde ad ianuam*
tentorij, vela quindecim cubitorum, habentia co-
lumnas tres, & baſes tres. 16 *Et vniuerſa vela ten-*
torij circumcirca, ex byſſo retorta. 17 *Et vniuerſæ*
baſes columnarum eorum ex ære, & capitella co-
lumnarum, & linimentum earum ex argento,
& operimentum capitum earũ etiam ex argento,
ſicuti & ipſæ totæ tectæ erant argento. 18 *Et velum*
ianuæ tentorij factum erat artificio Phrygionis,
longitudinis viginti cubitorum ex hyacinto, &
purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta, &
altitudinis nempe latitudinis quinque cubito-
rum, contra vela tentorij. 19 *Et columnæ*
illius quatuor, & baſes earum ex ære, & capitella
earum ex argento, & operimentum capitum ea-
rum, & linimentum earum ex argento.
20 *Et omnes paxilli habitaculi, & tentorij per*
circuitum ex ære. 21 *Et hic eſt numerus rerum quæ*
ingreſſæ ſunt in habitaculum, habitaculũ teſtimo-
nij, quæ numeratæ fuerunt iuſſu Muſæ, & quarum
geſtatio ſpectat ad Leuitas, per manũ Ithamar filij
Haron ſacerdotis. 22 *Et quas effecit Beſlail filius*
Vri, filij Hur de tribu Iuda, ſecundùm quod præ-
ceperat Deus Muſæ. 23 *Et cum illo Ahliab*
filius Ahiſamach de tribu Dan magiſter, &
perſpicax, & phrygio in hyacinto, & purpura,
& tinctura croci, & byſſo. 24 *At verò auri,*
quod adhibitum eſt in opificio, omnibus operibus
ſanctuarij, ſumma fuit (auri ſcilicet oblationis)
fuit inquam viginti nouem talentorum, & ſeptin-
gentorum & triginta ſiclorum in ſiclo ſanctua-
rij. 25 *At verò argenti ſumma collecta ab ijs qui*
numerati ſunt de cœtu, fuit centum talentorum,
& mille & ſeptingentorum & ſeptuaginta quinq;
ſiclorum in ſiclo ſanctuarij. 26 *Dimidium cuilibet*
caluitiei, pondo dimidij ſicli in ſiclo ſanctuarij,
à quolibet ſuper quem tranſiuit numerus, à filio
viginti annorũ & vlteriùs, pro ſexcentis millibus,
& tribus millibus & quingentis & quinquaginta.

15 وللكم الثاني من هنا وهنا من باب السرادق قلوع خمسة عشر
ذراعا * اعمدتها ثلثة * وقواعدها ثلث * 16 وجميع قلوع السرادق
مستديرا من عشر مشرور * 17 وجميع قواعد عمدها من نحاس *
ورزافين العمد وطلاوها من فضة وغشاء رووسها ايضا من فضة *
كما ان جميعها مطلية بالفضة 18 وستر باب السرادق مصنوع صنعة
راقم * طوله عشرون ذراعا من اسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر
مشرور * ورفعة الذي هو عرضه خمس اذرع بازاء قلوع السرادق *
19 واعمدة ذلك اربعة * وقواعدها من نحاس ورزافينها من فضة *
وغشاء رووسها وطلاوها من الفضة * 20 وجميع اوتاد المسكن
والسرادق مما يدور من نحاس * 21 وهذا عدد ما دخل في المسكن *
مسكن الشهادة الذي عد بامر موسي * وحملة الي اللوانية على
يد ايثامار بن هرون الامام * 22 والذي صنعة بصلايل بن اوري بن
حور من سبط يهودا علي حسب ما امر الله موسي به * 23 ومعة
اهلياب بن احيساماخ من سبط دان استاد وحاذق وراقم بالاسمانجون
والارجوان وصبغ القرمز والعشر * 24 فاما الذهب الذي عمل في
الصناعة لجميع صنايع القدس * فكانت جملته وهو ذهب الرفعة
وهو تسعا وعشرين بدرة * وسبع ماية وثلثين مثقالا بمثقال القدس *
25 واما الفضة فكان ما حصل منها من معدودي الجماعة ماية
بدرة * والفا وسبعماية وخمسة وسبعين مثقالا بمثقال القدس * 26 من
شقة لكل جمجمة وزنها نصف مثقال بمثقال القدس من كل من جاز
عليه العدد من ابن عشرين سنة فصاعدا لستماية الف وثلثة
الف وخمس ماية وخمسين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Et ad latus ſecundum ex vtraque parte portæ atrij tapetes ocellati quindecim cubitorum: columnæ eo-
rum tres, & baſes earum tres. 16 Omnes tapetes atrij in circuitu erant ex byſſo retorta. 17 Sed baſes colum-
narum erant æreæ, vncini verò earum argentei; operculum quoque capitum earum argenteum: ipſæ autem
cinctæ erant auro per omnes columnas atrij. 18 Aulæum verò portæ atrij opus erat acupictum ex hyacin-
tho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta: viginti cubitorum fuit longitudo, & altitudo cum lati-
tudine quinque cubitorum ex aduerſo tapetum atrij. 19 Columnæ autem eorum quatuor, & baſes earum
quatuor æreæ, vncini argentei, & operculum capitum earum, & arcus earum argentei.
20 Omnes autem paxilli tabernaculi & atrij in circuitu ærei fuerunt. 21 Iſta eſt recenſio tabernaculi, taber-
naculi teſtimonij, quod recenſitũ eſt iuſſu Moſis in miniſterium Leuitarum per manus Ithamar filij Aaron Sa-
cerdotis. 22 Beſeleel autem filius Huri, filius Hor de tribu Iuda fecit omnia quæ præceperat Dominus Moſi.
23 Et cum eo Oliab filius Achiſamach de tribu Dan, artifex, & plumarius, & acupictor in hyacintho, & in
purpura, & in cocco dibapho, & in byſſo. 24 Omne aurum elaboratum eſt pro omni opere Sanctuarij. fuit
autem aurum oblationis, nouem & viginti talentorum, & ſeptingentorum, & triginta ſiclorum iuxta ſiclum
Sanctuarij. 25 Argentum verò recenſitorum congregationis fuit centum talentorum, & mille ſeptingen-
torum, & ſeptuaginta quinque ſiclorum. 26 Dimidium viritim, dimidium ſicli, iuxta ſiclum Sanctuarij pro
omni tranſeunte per recenſionem, à filio viginti annorum & ſupra, pro ſexcentis & tribus millibus, & quin-
gentis, & quinquaginta.

27 Et fuerunt centum talenta argenti ad con-
flanda fulcra ſanctuarij & fulcra veli, centum
fulcra ex centum talentis, talentum pro fulcro.
28 Et ex mille ſeptingentis ſeptuaginta quinque
ſiclis, fecit capitella colũnis, & liniméta capiti-
bus earum, eaſque texit argento. 29 Totum
verò æs ſeparationis fuit ſeptuaginta talento-
rum, & duorum millium quadringentorum
ſiclorum. 30 Et fecit ex eo fulcra portæ ta-
bernaculi temporis, & altare æneum, cuncta-
que vaſa altaris, & fulcra atrij per circuitum.
31 Et fulcra portæ atrij, omneſque clauos ta-
bernaculi, & omnes clauos atrij per circuitum.

CAPVT XXXIX.

EX flauo ſerico autem, & ex purpura, & ex
tinctura coccinea, fecerunt veſtes mini-
ſterij ad miniſtrandũ in ſanctuario: fecerunt &
veſtes ſanctitatis Aharoni quemadmodũ præ-
ceperat Dominus Moſi.
2 Fecerũt etiã ephod ex
auro, flauo ſerico, & purpura, & tinctura cocci-
nea, & byſſo torta.
3 Et extenuarunt bracteas
aureas, & inciderunt fila ad immittendum inter
flauum ſericum, & inter purpuram, & inter tin-
cturam coccineam, & inter byſſum, opere
artificis.
4 Humeros fecerunt ei coaptatos,
ad ambo ipſius latera coaptatos.
5 Et zona
ephod ex ipſo erat, eiuſdemque artificij, ex au-
ro, & flauo ſerico, & purpura, & tinctura coc-
cinea, & byſſo torta, quemadmodum præcepe-
rat Dominus Moſi.
6 Fecerunt quoque lapi-
des berylli inſertos & obfirmatos in auro, cæla-
tos cælaturis ſigilli, iuxta nomina filiorum
Iſrael.
7 Poſuitque eos ſuper humeros ephod,
lapides monimenti pro filiis Iſrael, quemadmo-
dum præceperat Dominus Moſi
8 Item fece-
runt thoracem opere artificis, iuxta opus
ephod, ex auro, & flauo ſerico, & purpura, &
tinctura coccinea, & byſſo torta:

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 *Factumque eſt vt ex centum talentis argenti,
conflatæ ſint baſes ſanctuarij, & baſes veli: vide-
licet centum baſes ex centum talentis, quælibet
baſis ex talento.* 28 *Et ex mille & ſeptingentis
& ſeptuaginta quinque ſiclis, fecit capitella co-
lumnis, & operimentum capitum earum, & li-
nimentum earum.* 29 *Æs verò ſeparationis
peruenit ad ſeptuaginta cantaria, & bis mille
& quadringentos ſiclos.*
30 *Fecitque ex eo baſes portæ tentorij conuentus,
& altare æris, & craticulam æneam ipſius, &
vniuerſa vaſa eius, & baſes tentorij per circui-
tum,* 31 *Et baſes portæ eius, & omnes paxillos
habitaculi, & paxillos tentorij per circuitum.*

CAPVT XXXIX.

*ET de hyacintho, & purpura, & tinctura cro-
ci fecerunt veſtes acupictas ad miniſtrandum
in ſanctuario, poſteaquam fecerant veſtes ſacras
Haronis, vti præceperat Deus Muſæ.* 2 *Et fecit
pectorale de auro, & hyacintho, & purpura, & tin-
ctura croci, & byſſo retorta.* 3 *Et id quidem,
quoniam attenuarunt laminas auri, deinde incide-
runt eas in fila, & neuerunt ea cum hyacinto,
& purpura, & tinctura croci, & byſſo, artificio
peritiſsimi:* 4 *Et fecerunt ei duas margines con-
ſutas, in vtroque latere eius conſutæ fuerunt.*
5 *Et vitta eius quæ erat ſuper illam, ſimilis erat ei
in artificio ſuo, ex auro, & hyacinto, & purpura,
& tinctura croci, & byſſo retorta: ſecundum id
quod præceperat Deus Muſæ.* 6 *Et fecerunt
duos lapides chryſtalli, incluſos ocellis auri, ſuper
quos ſculpta erant veluti ſculptura annuli nomina
filiorum Iſrail.* 7 *Et poſuerunt eos in duabus
marginibus pectoralis, duos lapides memoriæ filio-
rū Iſrail, ſecundùm quod præceperat Deus Muſæ.*
8 *Et fecit thoracem artificio peritiſsimi ſecundum
artificium pectoralis, ex auro, & hyacinto, &
purpura, & tinctura croci, & byſſo retorta.*

27 فكان من مائة بدرة الورق ان صيغ منها قواعد القدس
وقواعد الحجلة * وذلك مائة قاعدة من مائة بدرة كل قاعدة من بدرة *
28 والالف وسبع المائة والخمسة والسبعون مثقالا صيغ منها
زرافين للعمد * وغشاء رؤوسها وطلاها * 29 واما نحاس العزل
فبلغ سبعين قنطارا * والفين واربع مائة مثقال * 30 فصيغ منه
قواعد باب خباء المحضر * ومذبح النحاس * وسرد النحاس الذي
له * وجميع آنيته * وقواعد السرادق مما يدور * 31 وقواعد بابه *
وجميع اوتاد المسكن واوتاد السرادق دائرا *

* الفصل التاسع والثلثون *

1 ومن الاسمانجون والارجوان
وصبغ القرمز صنعوا ثياب وشي للخدمة في القدس * بعد ما
صنعوا ثياب القدس التي لهرون * كما امر الله موسى به * 2 وعمل
الصدرة من ذهب واسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر مشزور *
3 وذلك انهم ارقوا صفائح الذهب * ثم قصوها سلوكا * وغزلوها مع
الاسمانجون والارجوان وصبغ القرمز والعشر صنعة حاذق * 4 وصنعوا
لها جنبين مخيطين * في طرفيها خيطا * 5 وسفيجتها الذي عليها
مثلها في صنعتها من ذهب واسمانجون وارجوان وصبغ قرمز وعشر
مشزور * حسب ما امر الله به موسى * 6 وعملوا حجري البلور
تحيط بهما عيون الذهب * منقوشا عليهما كنقش الخاتم اسماء بني
اسرائيل * 7 وصيروهما في جنبي الصدرة * حجري ذكر بني اسرائيل *
حسب ما امر الله به موسى * 8 وصنع البدنة صنعة حاذق
كصنعة الصدرة * من ذهب واسمانجون وارجوان وصبغ قرمز
وعشر مشزور *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Et facta ſunt centum talenta argenti ad conflandas baſes Sanctuarij, & baſes veli: centum baſes centum ta-
lentis, talentum baſi. 28 Ex mille autem & ſeptingentis ſeptuaginta quinque ſiclis fecit vncinos pro colum-
nis; & texit capita earum & cinxit eas. 29 Aeris verò oblatio fuit ſeptuaginta talentorum, & duorum mil-
lium quadringentorum ſiclorum. 30 Et fecit cum eo baſes portæ tabernaculi teſtimonij, & altare æneum,
& craticulam æneam quæ erat ad altare, & omnia inſtrumenta altaris. 31 Et baſes atrij in circuitu, & baſes
portæ atrij, & omnes paxillos tabernaculi, & omnes paxillos atrij in circuitu.

CAPVT XXXIX.

EX hyacintho autem, & purpura, & cocco bis tincto fecerunt veſtes miniſtratorias ad miniſtrandum
in ſanctuario: fecerunt etiam veſtes ſanctitatis Aaroni, ſicut præceperat Dominus Moſi. 2 Et fecerunt
Ephod ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta. 3 Extenderuntque bracteas au-
ri, & abſciderunt fila vt texerentur in medio hyacinthi, & in medio purpuræ, & in medio cocci dibaphi & in
medio byſſi opere plumario. 4 Scapulas fecit illi ſibi copulatas quas in duabus extremitatibus coniunxit.
5 Cingulum autem Ephod eius quod erat ſuper ipſum ab ipſo extabat tanquam opus eius, ex auro, hyacin-
tho, & purpura, & cocco dibapho & byſſo retorta, ſicut præceperat Dominus Moſi. 6 Fecerunt etiam lapides
onychinos incluſos fundis aureis, inſculptos ſculpturis ſigilli nomina filiorum Iſrael. 7 Poſueruntque eos
ſuper ſcapulas Ephod, in lapides memoriales filiis Iſrael, ſicut præcepit Dominus Moſi. 8 Et fecerunt ratio-
nale opere plumario iuxta opus Ephod, ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſſo retorta.

9 Quadratus erat & duplicatus. fecerunt ergo
propitiatoriũ palmi longitudine, & palmi lati-
tudine, idque duplicatum. 10 Et aptauerunt in
eo quatuor ordines lapidũ. Ordo prim⁹ ſardius,
& topazius, & carbũculus, ordo vnus. 11 Et ordo
alter hyacinthus, & ſapphirus, & lyncuriũ. 12 Et
ordo terti⁹ achates, & amethyſtus, & ſardonyx.
13 Et ordo quartus chryſolythus, & beryllus, &
iaſpis: cõplexi & obfirmati in auro erãt in con-
nexione ſua. 14 Hi verò lapides iuxta nomina
erant filiorũ Iſrael, duodecim ſecundùm nomi-
na eorum, ſculpti vt exculpi ſolet ſigillum: iux-
ta cuiuſlibet nomen erant, pro duodecim tri-
bubus. 15 Fecerunt etiam ſuper propitiato-
rium catenulas duplices, opere tortili, ex auro
puriſſimo. 16 Fecerunt & duas fibulas aureas,
duoſque annulos aureos, & poſuerunt duos
illos annulos in duobus lateribus propitiatorij.
17 Et applicuerunt duas conſertas catenulas
aureas duobus annulis qui erant in duobus la-
teribus propitiatorij. 18 Et duas catenulas tor-
tiles quæ in vtroque latere, aptarunt duabus
fibulis, & aplicuerũt eas duobus humeris ephod
ab anteriore ipſius parte. 19 Fecerunt quoque
duos annulos aureos, & poſuerũt eos ſuper duo
latera propitiatorij, ſuper extremitatem quę eſt
ad latus ephod, intrinſecùs. 20 Fecerunt etiam
duos annulos aureos, & inſeruerunt eos in duo-
bus humeris ephod, intrinſecùs, ab anteriore
eius parte, è regione cõmiſſurę ipſius, ſupra cin-
gulũ ephod: 21 Et appenderũt propitiatoriũ ab
annulis ſuis ad annulos ephod filo flauo ſericeo,
vt eſſet ſuper cingulum ephod: nec ſeparabatur
propitiatorium de ſuper ephod, quemadmodũ
præceperat Dñs Moſi. 22 Et fecerunt perizoma
ephod, artificio textili, perfectiſſimo, ex flauo
ſerico. 23 Os autem perizomatis in medio ipſius
erat, inſtar oris loricæ: & limbus attollebatur
ori eius circumcirca, ne dirumperetur.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[9] *Fecerunt eam quadratam, complicatam: eiuſque longitudo erat palmus, & latitudo palmus.* [10] *Et compoſuerunt in ea quatuor ordines lapidum. primus ordo ex eis erat pyropus, & ſmaragdus, & topazius.* [11] *Et ordo ſecundus hyacinthus, & adamas, & ſardonyx.* [12] *Et ordo tertius lyncurius, & acates, & amethyſtus.* [13] *Et ordo quartus chryſolitus, & beryllus, & iaſpis. Et ambiebant eos ocelli aurei in connexione eorum.* [14] *Et ſuper lapides nomina filiorum Iſrail erant, quia erant duodecim iuxta nomina eorum: veluti ſculpturam annuli ſculpſit nomina duodecim tribuum.* [15] *Et fecerunt in thorace duas catenas æquales, artificio tortili, ex auro puriſſimo.* [16] *Et fecerunt ocellos ex auro, & duas anſas ex auro: & poſuerunt vtramque anſam in ambabus extremitatibus thoracis.* [17] *Et appenderunt duas catenas auri duabus anſis, in duabus extremitatibus thoracis.* [18] *Et appenderunt duas extremitates duarum catenarum alias, ad ocellos quos poſuerant ſuper duas margines pectoralis, in anteriori eius parte.* [19] *Et fecerunt etiam duas anſas ex auro, & poſuerunt eas in ambabus extremitatibus thoracis, in ora quæ eſt ad latus pectoralis intrinſecus.* [20] *Et fecerunt etiam duas anſas aureas, & poſuerunt eas contra duas margines pectoralis deorſum, ex anteriori parte ipſius, ante eius connexionem, ſupra zonam eius.* [21] *Et ſtrinxerunt thoracem ab anſis eius vſque ad anſas pectoralis filo hyacintino, vt eſſet ſupra zonam eius, & non amoueretur ab ea, ſicut præcepit Deus Muſa.* [22] *Et fecit pluuiale pectoralis artificio textoris, totum ex hyacinto.* [23] *Et eius caput in medio ſui, ſicut os loricæ: & margo circumdabat os eius, vt ne diſcerperetur.*

9 وصنعوها مربعة مطوية * طولها شبر وعرضها شبر * 10 ونظموا
فيها اربعة اسطر حجارة * السطر الاول منها ياقوت احمر وزبرجد
واصفر * 11 والسطر الثاني كحلي ومها وبهرمان *
12 والسطر الثالث جزع وسبج وفيروزج * 13 والسطر الرابع
ازرق وبلور ويشب * ويحيط بها عيون ذهب في نظمها *
14 وعلى الحجارة اسماء بني اسرائيل * لانها اثني عشر بازاء اسمائهم *
كنقش الخاتم نقش اسماء الاثني عشر سبطا * 15 وصنعوا في
البدنة سلسلتين معتدلتين صنعة ضفر من الذهب الخالص *
16 وصنعوا عيونا من الذهب * وحلقتين من الذهب * وجعلوا
الحلقتين في طرفي البدنة * 17 وعلقوا ضفيرتي الذهب في الحلقتين
في طرفي البدنة * 18 وعلقوا طرفي الضفيرتين الاخرين في
العيون التي جعلوها على جنبي الصدرة في مقدمها *
19 وصنعوا ايضا حلقتين من ذهب * فصيروهما في طرفي البدنة
في الحاشية التي الى جانب الصدرة من داخل *
20 وصنعوا ايضا حلقتي ذهب * وجعلوهما بازاء جنبي الصدرة
من اسفل من مقدمها امام تاليفها فوق شنشجتها *
21 وحبكوا البدنة من حلقها الى حلق الصدرة بسلك
اسمانجوني * ليكون فوق شنشجتها ولا يزول عنها * كما امر الله
موسى * 22 وصنع ممطر الصدرة صنعة حائك * جملته من
اسمانجوني * 23 وراسه في وسطه كفم الدرع * وحاشية تحيط
به لئلا يتخرق *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[9] Quadratum duplicatum fecit rationale, ſpithamæ longitudine, & ſpithamæ latitudine. [10] Et inſeruerunt in eo quatuor ordines lapidum; ordo hic eſt, Sardius, Topazius, & Smaragdus, ordo primus: [11] Ordo verò ſecundus, Carbunculus, Saphirus, & Adamas. [12] Et ordo tertius, Ligurius, Achates, & Amethiſtus. [13] Et ordo quartus, Chryſolithus, Onyx, & Iaſpis, circundati erant fundis aureis in incaſtraturis ſuis. [14] Lapides autem ſecundum nomina filiorum Iſrael erant duodecim; ſecundum nomina eorum fuerunt ſculpturæ ſigilli, vniuſcuiuſque ſecundum nomen ſuum pro duodecim tribubus Iſrael. [15] Et fecerunt in rationali catenas terminales opere plectili ex auro puro. [16] Fecerunt quoque duas ocellaturas aureas, & duos anulos aureos, & poſuerunt duos anulos ſuper duas extremitates rationalis. [17] Poſuerunt quoque duas catenas aureas in duobus anulis ad extremitates rationalis. [18] Duas etiam extremitates duarum catenarum poſuerunt ſuper duas ocellaturas, & poſuerunt eas ſuper humeros Ephod ad partem eius anteriorem. [19] Fecerunt præterea duos anulos aureos, quos poſuerunt ſuper duas extremitates rationalis, ad oram illius qui eſt ſuper iuncturam Ephod interiorem. [20] Fecerunt adhuc duos anulos, quos poſuerunt ſuper duos humeros Ephod infernè, è regione faciei eius, prope iuncturam ipſius ſupra cingulum Ephod. [21] Et eleuauerunt rationale ex anulo ſuo ad anulum Ephod cum filo hyacinthino, vt extaret ſuper cingulum Ephod; & non ſepararetur rationale ab Ephod, ſicut præceperat Dominus Moſi, fecerunt præterea Vrim & Thumim ſicut præceperat Dominus Moſi. [22] Deinde fecerunt pallium opere textoris totum hyacinthinum. [23] Os verò pallij fuit in medio eius in formam loricæ: limbus fuit ori eius ne diſrumperetur.

24–39 [illegible]

24 Feceruntque ad fimbrias perizomatis granata ex flauo ſerico,& purpura,& tinctura coccinea, & byſſo torta. 25 Et fecerunt tintinabula ex auro puro, & appenderunt tintinabula inter granata ſuper fimbrias perizomatis circumcirca, ad miniſtrandum, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. 27 Fecerunt & tunicam byſſinam opere textili, Aharoni & filiis eius. 28 Et cidarim byſſinam,& gloriam pileorum byſſinorum, & perizoma byſſinum:
29 Et cingulum ex byſſo torta, flauo ſerico,& purpura, & tinctura coccinea, opere pictoris, prout mandauerat Dominus Moſi.
30 Et fecerunt coronam nazareatus ſanctitatis ex auro puriſſimo, & ſcripſerunt ſuper eam ſcripturam inſtar cælaturæ ſigilli, Sanctum Domino. 31 Et inſeruerunt ei filum flauoſericeum, vt eſſet ſuper cidarim, ſurſum, quemadmodum præceperat Dominus Moſi.
32 Abſoluerunt ergo totum opus tabernaculi temporis,& fecerunt filij Iſrael omnia quæ præceperat Dominus Moſi, ita fecerunt.
33 Attuleruntque tabernaculum ad Moſen, tabernaculum *inquam* & omnia inſtrumenta ipſius,& anſas eius, & orbiculos eius, & aſſeres eius, & clauos eius,& vectes eius,& columnas eius,& fulcra eius. 34 Et tegumentum ex pellibus arietum rubris,& operimentũ ex pellibus arietum ſubnigris, & velum ianuæ tegumenti.
35 Arcam teſtimonij, & vectes eius, & propitiatorium. 36 Et menſam, cunctaque vaſa eius, & panem facierum. 37 Et candelabrum mundum eiuſque lucernas, & lucernas ordinum eius, & cuncta vaſa ipſius, & oleum quod accendebant. 38 Et altare aureum, & oleum vnctionis, & incenſum aromaticum, & velum oſtij tabernaculi. 39 Et altare æneum, & craticulam ipſius æneam, & vectes eius, & omnia eius inſtrumenta, & concham eiuſque baſim.

VERSIO SAMARITANA.

24–39 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24–39 [illegible]

24 *Et fecerunt in fimbria eius mala punica ex*
hyacinto, & purpura, & tinctura croci retorti.
25 *Et fecerunt tintinabula ex auro puriſſimo,*
& poſuerunt tintinabula inter malogranata in
fimbria pluuialis per circuitum. 26 *Tintina-*
bulum, & malum punicum in fimbria eius per
circulum, vt miniſtraretur eo, ſicut præcepit Deus
Muſæ. 27 *Et fecerunt tunicas de byſſo, artificio*
textoris, Haroni & filiis eius. 28 *Et cidarim de*
byſſo, & cucullas pretioſas de byſſo.
29 *Et cingulum de byſſo retorta, & hyacinto, &*
purpura & tinctura croci, artificio Phrygionis,
ſicut iuſſit Deus Muſa. 30 *Et fecerunt vittam*
diadematis ſanctuarij de auro puriſſimo, & ſcri-
pſerunt ſuper eam ſcriptionem veluti ſculpturam
annuli, Sanctum Deo.
31 *Et collocauit ſuper illud filum hyacinti, vt*
apponeretur ſuper cidarim deſuper, vt præceperat
Deus Muſa. 32 *Expletum eſt igitur omne opus*
habitaculi, ſcilicet tentorium conuentus, &
cum feciſſent filij Iſrail omnia quæ præcepit Deus
Muſæ. 33 *Attulerunt habitaculum ad Mu-*
ſam, & tentorium, & omnia eius vaſa eius, &
fibulas eius, & tabulas eius, & tranſuerſa eius,
& columnas eius, & baſes eius.
34 *Et operculum de pellibus hircorum condi-*
tis, & operculum de pellibus nigris, & velum coo-
pertum. 35 *Et arcam teſtimonij, & vectes eius,*
& operculum eius.
36 *Et menſam, & omnia vaſa eius: & panem*
propoſitum.
37 *Et candelabrum puriſſimum, & lucernas*
eius, lucernas ordinationis: & omnia eius vaſa,
& oleum accenſionis.
38 *Et altare auri, & oleum vnctionis, & thus*
gummi: & velum portæ tentorij. 39 *Et altare*
æris, & rete æneum ipſius, & vectes eius, & omnia
eius vaſa, & lacum & eius ſedile.

24 وصنعوا في ذيله رمانين من اسمانجوني وارجوان وصبغ قرمز
مشزور * 25 وصنعوا جلاجل من ذهب خالص * وجعلوا
الجلاجل فيما بين الرمانين في ذيل المطرف مستديرا *
26 جلجلا ورمانة في ذيله مستديرا * ليخدم به كما امر الله موسي *
27 وعملوا الجباب من عشر صنعة حايك لهرون وبنيه *
28 والعمامة من عشر * والقلانس الفاخرة من عشر *
29 والزنار من عشر مشزور واسمانجوني وارجوان وصبغ قرمز
صنعة رقام * كما امر الله موسي * 30 وصنعوا عصابة تاج
القدس من ذهب خالص * وكتبوا عليه كتابة كنقش الخاتم
قدس لله * 31 وجعلوا عليه سلك اسمانجوني ليجعل على
العمامة من فوق * كما امر الله موسي * 32 فكمل جميع عمل
المسكن خباء المحضر * ولما صنع بنو اسرايل جميع ما امر الله
به موسي * 33 اتوا بالمسكن الي موسي والخباء وجميع انيته *
شظاظه * وتخاتجه * وعوارضه * وعمده * وقواعده * 34 والغطاء من
جلود التيوس الادم * والغطاء من الدارش * والسجف المستور *
35 وصندوق الشهادة * ودهوقه * وغشايه * 36 والخوان وجميع
انيته * والخبز الموجه * 37 والمنارة الخالصة * وسرجها سرج
النضود * وجميع انيتها * ودهن الاضاءة * 38 ومذبح الذهب *
ودهن المسح * وبخور الصموغ * وستر باب الخباء *
39 ومذبح النحاس * وسرد النحاس الذي له * ودهوقه * وجميع
انيته * والحوض ومقعده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Fecerunt quoque ſuper marginem pallij mala punica ex hyacintho, & purpura, & cocco dibapho, & byſ-
ſo retorta. 25 Et fecerunt tintinnabula auri puri, & poſuerunt tintinnabula ſuper marginem pallij in cir-
cuitu in medio malorum punicorum. 26 Tintinnabulum aureum, & malum punicum ad marginem pallij in
circuitu ad miniſtrandum ſicut præcepit Dominus Moſi. 27 Fecerunt etiam tunicas byſſinas opere texto-
ris Aaroni & filiis eius. 28 Et cidarim byſſinam, & ornamenta tiararum byſſinarum, & femoralia linea ex
byſſo retorta, hyacintho, & purpura, & cocco dibapho opere acupicto, ſicut præceperat Dominus Moſi.
30 Fecerunt quoque laminam coronam ſanctitatis ex auro puro, & ſcripſerunt ſuper eam ſcriptura ſculptu-
ræ ſigilli, ſanctum Domino. 31 Poſueruntque ſuper eam filum hyacinthinum, vt poneretur ſuper cidarim
ſupernè, ſicut præcepit Dominus Moſi. 32 Et perfectum eſt omne miniſterium tabernaculi, tentorij teſti-
monij: fecerunt autem filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moſi: ſic fecerunt. 33 Poſtea attulerunt ta-
bernaculum ad Moſen, tentorium, & omnia vaſa eius, anſas eius, aſſeres eius, vectes eius, columnas eius, & ba-
ſes earum. 34 Et operimenta pellium arietinarum rubricatarum, & operimenta pellium ianthinarum, &
velum tegumenti. 35 Arcam teſtamenti, & vectes eius, & propitiatorium.
36 Menſam, & omnia vaſa eius, & panem propoſitionum. 37 Candelabrum mundum, & lucernas eius, lu-
cernas ordine diſpoſitas, & omnia vaſa eius, & oleum luminaris. 38 Altare aureum, & oleum vnctionis, &
incenſum aromatum, & operimentum portæ tabernaculi. 39 Altare æreum & craticulam eius æream, &
vectes eius, & omnia inſtrumenta eius, labrum, & baſim eius.

[illegible]

40 Et ordines atrij, & columnas eius, & fulcra
eius, & velum portæ atrij, & funiculos eius, &
clauos eius, omnia denique vaſa miniſterij ta-
bernaculi temporis. 41 Et veſtes miniſterij ad
miniſtrandum in ſanctuario, & veſtes ſanctita-
tis pro Aharone ſacerdote, & veſtes pro filiis
eius ad munus ſacerdotale. 42 Quemadmo-
dum præceperat Dominus Moſi, ita fecerunt
filij Iſrael opus vniuerſum. 43 Vidit igitur Mo-
ſes totum opus, & ecce fecerant illud prout
mandauerat Dominus Moſi, ita fecerant, &
benedixit eis Moſes.

CAPVT XL.

1 DIxitque Dominus ad Moſen: 2 In pri-
mo menſis primi erige tabernaculum
temporis. 3 Et pone illic arcam teſtimonij, &
expande ſuper arcam operimentum. 4 Et in-
troduc menſam, & pone ordines: & infer can-
delabrum, & accende lucernas eius. 5 Et pone
altare aureum ad incenſum *adolendum*, ante
arcam teſtimonij: & apta velum oſtio taberna-
culi. 6 Et pone altare holocauſti ante oſtium
tabernaculi temporis. 7 Et pone concham in-
ter tabernaculum temporis & altare, & iniice
in eam aquas. 8 Et fige atrium per ambitum,
& impone velum oſtio atrij. 9 Et accipe oleum
vnctionis, & vnge tabernaculum & quicquid
continetur in illo, & ſanctifica illud cum omni-
bus vaſis eius, eritque ſanctum. 10 Vnge etiam
altare holocauſti & omnia vaſa eius, & ſanctifi-
ca altare, eritque altare ſanctum ſanctorum.
11 Vnge & concham eiuſque baſim, & ſanctifi-
ca eas. 12 Et admoue Aharonem & filios eius
ad oſtium tabernaculi temporis, & ablue eos
aquis. 13 Et indue Aharonem veſtibus ſancti-
tatis, & vnge eum, & ſanctifica illum, & ſacer-
dotio mihi fungetur. 14 Filios quoque eius
accedere fac, & indue eos tunicis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

40 *Et vela tentoriorij, & columnas eius, &*
baſes eius, & velum portæ eius, & funiculos eius,
& paxillos eius, cunctaque vaſa operis habitaculi
pro tentorio conuentus. 41 *Et veſtes Phrygias ad*
miniſtrandum in ſanctuario, & veſtes ſanctitatis
Haroni Pontifici, & veſtes filiorum eius pro ſacer-
dotio. 42 *Secundùm quod præcepit Deus Muſæ,*
fecerunt filij Iſrail omne opus. 43 *Et cùm vi-*
diſſet Muſa totum opus, & reperiſſet eos feciſſe
prout præceperat Deus, benedixit illis Muſa.

CAPVT XL.

DEinde locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:
2 *Erige in primo die menſis primi habita-*
culum, ianuam tentorij conuentus. 3 *Et pone in*
eo arcam teſtimonij, & tege illam velo.
4 *Deinde introduc menſam, & ordina vtrumque*
ordinem eius. Deinde infer candelabrum, & apta
lucernas eius. 5 *Deinde colloca altare aureum*
pro incenſo ante arcam teſtimonij. 6 *Et appen-*
de velum portæ habitaculi. Deinde colloca altare
oblationum ante tentorium conuentus.
7 *Tum pone labrum inter tentorium conuentus*
& altare, & pone in eo aquam. 8 *Deinde tende*
tentorium per circulum, & appende velum ianuæ
eius. 9 *Deinde accipe de oleo vnctionis, & vnge*
habitaculum, & quicquid in eo eſt, & ſanctifica
illud, & omnia vaſa eius, & fiet ſanctum.
10 *Vnge quoque altare eleuationis, & cuncta*
vaſa eius, & ſanctifica illud, & fiet de præcipuis
ſanctorum. 11 *Et vnge etiam labrum, & ſe-*
dile eius, & ſanctifica ambo.
12 *Et adduc Haronem, & filios eius ad ianuam*
tentorij conuentus, & laua eos aqua.
13 *Et veſti Haronem veſtibus ſanctuarij, &*
vnge illum, ac ſanctifica illum, vt ſacerdotio fun-
gatur mihi. 14 *Et adduc filios eius, & veſti*
eos tunicis.

40 وقلوع السرادق * وعمده * وقواعده * وستر بابه * واطنابه *
واوتاده * وساير انية عمل المسكن لخباء المحضر * 41 وثياب
الوشي للخدمة في القدس * وثياب القدس لهرون الامام * وثياب بنيه
للامامة * 42 على حسب ما امر الله به موسى صنعوا بنو اسرايل
جميع العمل * 43 فلما راى موسى جميع الصناعة ووجدهم
قد صنعوها كما امر الله * بارك عليهم موسى *

* الفصل الاربعون * 1 ثم كلم الله موسى قايلا *
2 انصب في اول يوم من الشهر الاول المسكن باب خباء
المحضر * 3 وصير فيه صندوق الشهادة واستر عليه بالسجف *
4 ثم ادخل المايدة وصف صفيها * ثم ادخل المنارة واسرج
سرجها * 5 ثم اجعل مذبح الذهب للبخور بين يدي
صندوق الشهادة * 6 وعلق ستر باب المسكن * ثم اجعل مذبح
القرابين بين يدي خباء المحضر * 7 ثم اجعل الحوض بين خباء
المحضر والمذبح * واجعل فيه ماء * 8 ثم اضرب السرادق مستديرا *
وعلق ستر بابه * 9 ثم خذ من دهن المسح وامسح المسكن وجميع
ما فيه * وقدسه وجميع انيته فيصير قدسا * 10 وامسح ايضا مذبح
الصعدة وجميع انيته وقدسه * فيصير من خواص الاقداس *
11 وامسح ايضا الحوض ومقعده وقدسهما *
12 وقدم هرون وبنيه الى باب خباء المحضر فاغسلهم بالماء *
13 والبس هرون ثياب القدس * وامسحه وقدسه ليؤم لي *
14 وقدم بنيه والبسهم ثوبيات *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

40 Tapetes ocellatos atrij, & columnas eius, & baſes eius, & aulæum portæ atrij, funes eius, & clauos eius, &
omnia vaſa miniſtratoria tabernaculi pro tentorio teſtimonij. 41 Veſtes miniſterij ad miniſtrandum in San-
ctuario, & veſtes ſanctitatis Aaronis ſacerdotis, & veſtes filiorum eius ad ſacerdotio fungendum. 42 Secun-
dum omnia quæ præcepit Dominus Moſi, ſic fecerunt filij Iſrael vniuerſum miniſterium. 43 Viditque Moſes
vniuerſum opus; & ecce fecerant illud ſicut præceperat Dominus, ſic fecerant, ideò benedixit eis Moſes.

CAPVT XL.

ET locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 2 Menſe primo, prima die menſis eriges tabernaculum, tentorium
teſtimonij. 3 Et pones ibi arcam teſtamenti, & teges arcam cum propitiatorio. 4 Et introduces men-
ſam, & diſpones ordinem ipſius, & introduces candelabrum, & accendes lucernas eius. 5 Collocabis etiam
altare aureum incenſi coram arca teſtamenti, & pones aulæum portæ tabernaculi. 6 Pones quoque altare
holocauſti coram porta tabernaculi tentorij teſtimonij. 7 Et pones labrum inter tentorium teſtimonij, &
inter altare, ponesque ibi aquam. 8 Et diſpones atrium in circuitu, & pones aulæum portæ atrij. 9 Sumes quo-
que oleum vnctionis, & vnges tabernaculum, & omnia quæ ſunt in eo, & ſanctificabis illud, & omnia vaſa eius
& erit ſanctum. 10 Vnges præterea altare holocauſtorum, & omnia vaſa eius; & ſanctificabis altare vt ſit al-
tare, ſanctum ſanctorum. 11 Vnges etiam labrum, & baſim eius, & ſanctificabis illud. 12 Et offeres Aaronem
& filios eius ad portam tabernaculi teſtimonij, & lauabis eos aqua. 13 Et indues Aaronem veſtibus ſanctita-
tis, vngeſque & ſanctificabis eum, & ſacerdotio fungetur mihi. 14 Filios quoque eius accedere facies, & in-
dues eos tunicas.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

15 Et vnge eos quemadmodum vnxiſti Aha-
ronem fratrem tuum, & ſacerdotio mihi fun-
gentur: eritque eis vnctio illorum in ſacerdo-
tium, in perpetuum, ad poſteritates eorum.
16 Fecit igitur Moſes omnia quæ præcepit ei
Dominus, ita fecit. 17 Factumque eſt vt prima
menſis primi, anno ſecundo, primo *die* hebdo-
madis, erectum ſit tabernaculum. 18 Erexit-
que Moſes tabernaculum, fixitque clauos eius,
& poſuit aſſeres eius, & inſeruit vectes eius, &
erexit columnas eius. 19 Extenditque tegu-
mentum ſuper tabernaculum, & appoſuit illi
operculum pelliceum deſuper, quemadmo-
dum præceperat Dominus Moſi. 20 Et tulit
repoſuitque teſtimonium in arcam, & poſuit
vectes ſuper arcam, impoſuitque propitiato-
rium arcæ deſuper. 21 Et intulit arcam in
tabernaculum, & accipiens velum ianuæ oper-
culi, expandit ſuper arcam teſtimonij, quemad-
modum præceperat Dominus Moſi. 22 Poſuit-
que menſam in tabernaculo temporis, in extre-
mitatibus tabernaculi, ab Occidente, extra
operimentum. 23 Et ordinauit ſuper eam ordi-
nes panis coram Domino, prout iuſſerat Domi-
nus Moſi. 24 Et poſuit candelabrum in taber-
naculo è regione menſæ, in extremitatibus ta-
bernaculi, à Meridie. 25 Accenditque lucernas
eius ante Dominum, ſicut imperauerat Domi-
nus Moſi. 26 Et collocauit altare aureum in ta-
bernaculo temporis, ante velum. 27 Extulitque
ſuper illud thus aromaticum, quemadmodum
præceperat Dñs Moſi. 28 Et appendit velum
oſtij tabernaculi. 29 Et altare holocauſti poſuit
in oſtio tabernaculi, & extulit ſuper illud holo-
cauſtum & farinam, quemadmodum præcepe-
rat Dominus Moſi. 30 Et collocauit con-
cham inter tabernaculum temporis & altare,
iniecitque illuc aquam ad lauandum:

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
1 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

15 *Et vnge eos ſicuti vnxiſti patrem eorum, vt ſacerdotio fungantur mihi: & erit vnctio eorum illis ſacerdotium æternitatis in generationes ſuas.*
16 *Et fecit Muſa omnia quæ præcepit ei Deus.*
17 *Cùm enim fuiſſet menſis primus anni ſecundi, prima die ipſius erexit habitaculum.* 18 *Et cùm primùm illud erigeret, poſuit baſes eius, & compoſuit ſuper illud tabulas eius, & immiſit in eas tranſuerſa eius, & erexit columnas eius.*
19 *Deinde extendit tentorium ſuper illud, & poſuit operculum ſuper illud deſuper, ſicut præceperat ei Deus.*
20 *Deinde accepit teſtimonium, & poſuit illud in arca, & appendit ei vectes, & impoſuit ſuper illam velum.*
21 *Deinde introduxit illam in habitaculum, & appendit aulæum velaminis, eoque velauit illam, vt præceperat ei Deus.*
22 *Deinde poſuit menſam in tabernaculo conuentus, in latere habitaculi Septentrionali, extra velum.* 23 *Et ordinauit ſuper illam ordinem panis ante habitaculum Dei, quemadmodum præceperat ei Deus.*
24 *Deinde poſuit candelabrum in tabernaculo conuentus, è regione menſæ, in latere habitaculi Aquilonari.* 25 *Et aptauit lucernas ante habitaculum Dei, ſicuti præceperat ei Deus.*
26 *Deinde poſuit altare auri in tentorio conuentus, ante velum:*
27 *Et adoleuit ſuper illud incenſum gummi, vt præceperat ei Deus.*
28 *Deinde appendit velum portæ ſuper habitaculum.*
29 *Et poſuit altare oblationum ad ianuam tentorij conuentus, & obtulit ſuper illud eleuationem & munus, ſicut præceperat ei Deus.*
30 *Deinde poſuit labrum inter tentorium conuentus & altare, & poſuit in eo aquam ad lotionem.*

15 وامسحهم كما مسحت اباهم ليوموا لي * ويكون مسحهم لهم
امامة الدهر لاجيالهم * 16 وعمل موسى بجميع ما امره الله به *
17 وذلك انه لما كان الشهر الاول من السنة الثانية اليوم الاول
منه نصب المسكن * 18 فاول ما نصبه وضع قواعده * وركب
عليه نجافه * وجعل فيها عوارضه * واقام عمده * 19 ثم بسط
الخباء عليه * وصير الغطاء عليه من فوق * كما امره الله *
20 ثم اخذ الشهادة فوضعها في الصندوق * وعلق عليه الدهوق *
وجعل عليه الغشاء * 21 ثم ادخله الى المسكن * وعلق
حجلة الستر فستره بها * كما امره الله * 22 ثم جعل المائدة في
خباء المحضر في جانب المسكن الشمالي من خارج السجف *
23 وصف عليها صف خبز بين يدي سكينة الله * كما امره
الله * 24 ثم صير المنارة في خباء المحضر حذاء المائدة * في
جانب المسكن الجنوبي * 25 واسرج السرج بين يدي سكينة
الله كما امره الله * 26 ثم صير مذبح الذهب في خباء المحضر
بين يدي السجف *
27 وبخر عليه من بخور الصماغ * كما امره الله *
28 ثم علق ستر الباب على المسكن *
29 وصير مذبح القرابين على باب خباء المحضر * وقرب عليه
صعيده وهديه * كما امره الله *
30 ثم صير الحوض بين خباء المحضر والمذبح * وجعل فيه ماء
للغسل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Et vnges eos ſicut vnxiſti patrem eorum, vt ſacerdotio fungantur mihi. permanebit autem in iis vnctio
eorum ad ſacerdotium ſempiternum, in generationibus eorum. 16 Et fecit Moſes iuxta omnia quæ præce-
perat ei Dominus, ita fecit. 17 Et factum eſt menſe primo anni ſecundi poſt egreſſum eorum ex Ægypto, pri-
ma die menſis, vt erigeretur tabernaculum. 18 Erexit igitur Moſes tabernaculum, & poſuit baſes eius, & col-
locauit aſſeres eius, & poſuit vectes eius, & erexit columnas eius. 19 Et expandit tentorium ſuper taber-
naculum, & diſpoſuit tegumentum tentorij ſuper ipſum ſupernè, ſicut præceperat Dominus Moſi. 20 Accepit
etiam, & poſuit teſtimonium in arca, poſuit quoque vectes ſuper arcam, & poſuit propitiatorium ſuper arcam
ſupernè. 21 Et introduxit arcam in tabernaculum, & diſpoſuit velum tegumenti, & texit arcam teſtamenti,
ſicut præceperat Dominus Moſi. 22 Poſuit autem menſam in tentorio teſtimonij ad latus tabernaculi ſep-
temtrionale extra velum. 23 Et ordinauit ſuper eam ordinem panis coram Domino, ſicut præceperat Domi-
nus Moſi. 24 Poſuit verò candelabrum in tentorio tabernaculi è regione menſæ ad latus tabernaculi meri-
dionale. 25 Et accendit lucernas coram Domino, ſicut præceperat Dominus Moſi. 26 Poſuit & altare au-
reum in tabernaculo teſtimonij è regione veli. 27 Et adoleuit ſuper illud incenſum aromatum coram Domi-
no, ſicut præceperat Dominus Moſi. 28 Et poſuit aulæum portæ tabernaculi. 29 Altare etiam holocauſti po-
ſuit è regione portæ tabernaculi in tentorio teſtimonij, & obtulit ſuper illud holocauſtum, & oblationem, ſicut
præceperat Dominus Moſi. 30 Poſuit quoque labrum inter tentorium teſtimonij, & inter altare, poſuit-
que ibi aquam ad lauandum.

31 ܘܡܫܝܓܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܘܒܢܘܗܝ ܐܝܕܝܗܘܢ
ܘܪܓܠܝܗܘܢ. 32 ܡܐ ܕܥܐܠܝܢ ܠܡܫܟܢ ܙܒܢܐ. ܘܡܐ ܕܩܪܒܝܢ
ܠܡܕܒܚܐ. ܡܫܝܓܝܢ. ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ ܀
33 ܘܐܩܝܡ ܕܪܬܐ ܚܕܪ ܚܕܪܐ ܠܡܫܟܢܐ ܘܠܡܕܒܚܐ. ܘܦܪܣ
ܦܪܣܐ ܠܬܪܥܐ ܕܕܪܬܐ. ܘܫܠܡ ܡܘܫܐ ܠܥܒܕܐ.
34 ܘܟܣܝܗ ܥܢܢܐ ܠܡܫܟܢ ܙܒܢܐ. ܘܐܝܩܪܗ ܕܡܪܝܐ ܐܬܡܠܝ
ܡܫܟܢܐ. 35 ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܡܘܫܐ ܠܡܥܠ ܠܡܫܟܢ ܙܒܢܐ.
ܡܛܠ ܕܫܪܐ ܥܠܘܗܝ ܥܢܢܐ. ܘܐܝܩܪܗ ܕܡܪܝܐ ܡܠܐ ܡܫܟܢܐ.
36 ܘܡܐ ܕܡܬܬܠܝܥܐ ܥܢܢܐ ܡܢ ܥܠ ܡܫܟܢܐ. ܫܩܠܝܢ
ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܟܠܗ ܡܫܩܠܢܝܗܘܢ.
37 ܘܐܢ ܠܐ ܡܬܬܠܝܥܐ ܥܢܢܐ. ܠܐ ܫܩܠܝܢ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ
ܕܡܬܬܠܝܥܐ. 38 ܡܛܠ ܕܥܢܢܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܡܫܟܢܐ
ܒܐܝܡܡܐ. ܘܢܘܪܐ ܗܘܬ ܒܗ ܒܠܠܝܐ. ܠܥܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܒܝܬ
ܐܝܣܪܝܠ. ܒܟܠܗ ܡܫܩܠܢܝܗܘܢ ܀

܀ ܫܠܡ ܣܦܪܐ ܬܢܝܢܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܕܡܘܫܐ. ܘܐܫܬܟܚܘ ܒܗ ܀ ܦܬܓܡܐ
ܐܠܦ ܬܠܬܐ ܘܫܬܡܐܐ. ܘܩܦܠܐܘܢ̈ܐ ܥܣܪܝܢ
ܘܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܀

31 Lauabantque Moſes & Aharon & filij eius
manus ſuas & pedes ſuos.
32 Quando ingrediebantur in tabernaculum
temporis, & quando accedebant ad altare, la-
uabant, quemadmodum præceperat Domi-
nus Moſi.
33 Et erexit atrium per circuitum tam taber-
naculo quàm altari: appenditque velum oſtio
tabernaculi. & abſoluit Moſes opus.
34 Et obtexit nubes tabernaculum tempo-
ris, & honore Domini repletum eſt taberna-
culum:
35 Nec potuit Moſes ingredi tabernaculum
temporis, eo quòd incubuiſſet ſuper illud
nubes, & honor Domini repleſſet taberna-
culum.
36 Quoties autem nubes attollebatur de ſu-
per tabernaculum, proficiſcebantur filij Iſrael
in cunctis profectionibus ſuis.
37 Si verò non attollebatur nubes, non pro-
ficiſcebantur vſque ad diem quo ſuſtolleretur.
38 Nam nubes Domini ſuper tabernaculo
interdiu, & ignis erat in eo noctu, coram vni-
uerſa gente Iſraelitica in omnibus profectio-
nibus ſuis.

Finis huius libri ſecundi Legis, in quo continentur quidem capita viginti ſex, verſus autem ter mille ſexcenti vigintiſex.

VERSIO SAMARITANA.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

[illegible]

31 *Et lauabunt in eo Muſa, & Haron, & filÿ eius manus ſuas & pedes ſuos, in ingreſſu eorum ad tentorium conuentus.*
32 *Et in acceſſu eorum ad altare, lauabunt eos, ſicut præcepit ei Deus.*
33 *Deinde tetendit tentorium circa habitaculum & altare, & ſuper velum ianuæ eius. Et compleuit Muſa omne opus.*
34 *Deinde cooperuit nubes tentorium conuentus, & lumine Dei plenum erat habitaculum.*
35 *Et non potuit Muſa ingredi tentorium conuentus, eo quòd eſſet nubes ſuper illud, & lumen Dei impleret habitaculum.*
36 *Et quando nubes eleuabatur ex habitaculo, diſcedebant filÿ Iſrail ad omnes ſuas profectiones.*
37 *Et ſi non eleuabatur, non diſcedebant vſque ad diem elationis eius.*
38 *Quoniam nubes à conſpectu Dei erat ſuper habitaculum per diem, & erat in eo ignis per noctem in conſpectu omnium filiorum Iſrail, in omnibus manſionibus ſuis.*

Abſolutus eſt liber ſecundus Legis ſacroſanctæ, cum gloria Dei, eiuſque auxilio, & optima eius prouidentia. quare laus Deo Domino creaturarum.

31 فيغسل منه موسي وهرون وبنوه ايديهم وارجلهم في دخولهم
الي خباء المحضر *
32 وفي تقدمهم الي المذبح يغسلونها كما امر الله *
33 ثم ضرب السرادق حول المسكن والمذبح وعلي ستر بابه *
واكمل موسي جميع الصناعة *
34 ثم غطي الغمام خباء المحضر ونور الله مل المسكن *
35 ولم يطق موسي ان يدخل الي خباء المحضر لكون الغمام
عليه * ونور الله مالي المسكن *
36 فكان الغمام اذا ارتفع عن المسكن يرحل بنو اسرايل الي
جميع مراحلهم *
37 وان لم يرتفع لم يرحلوا الي يوم ارتفاعه *
38 لان غماما من عند الله كان علي المسكن نهارا * وكانت
فيه النار ليلا بحضرة جميع بني اسرايل في جميع مراحلهم *

* تم السفر الثاني من التورية المقدسة بحمد الله وعونه
وحسن توفيقه * والحمد لله رب العالمين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Et lauit ex ea Moſes Aaronem, & filios eius, manus eorum, & pedes eorum 32 Cum ingrediebantur ad
tabernaculum teſtimonij, & cum accedebant ad altare lauabantur, ſicut præceperat Dominus Moſi.
33 Erexit etiam atrium circa tabernaculum, & altare, & poſuit aulæum portæ atrij. Et perfecit Moſes omne
opus. 34 Tunc operuit nubes tentorium teſtimonij, & gloria Domini repleuit tabernaculum.
35 Et non potuit Moſes intrare in tentorium teſtimonij quia reſidebat ſuper illud nubes, & gloria Domini
repleuerat tabernaculum. 36 Cum autem aſcendebat nubes à tabernaculo, proficiſcebantur filij Iſrael in
omnibus itineribus ſuis. 37 Si verò non aſcenderet nubes, neque proficiſcebantur vſque ad diem aſcen-
ſus ipſius. 38 Nubes enim Domini erat ſuper tabernaculum interdiu, & ignis erat in eo noctu ante oculos
omnis domus Iſrael, in omnibus itineribus eorum.

Iſte liber ſecundus Sectionum eſt ducentarum.

܀ ܣܦܪܐ ܕܟܗܢܐ. ܬܠܝܬܝܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܀

܀ ܩܦܠܐܘܢ ܀ ܐ ܀

1 ܘܩܪܐ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ. ܘܡܠܠ ܥܡܗ ܡܢ ܡܫܟܢ ܙܒܢܐ
ܠܡܐܡܪ. 2 ܡܠܠ ܥܡ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢܫ
ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ: ܟܕ ܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܗ ܠܡܪܝܐ ܡܢ ܒܥܝܪܐ. ܡܢ
ܬܘܪܐ. ܘܡܢ ܥܢܐ. ܬܩܪܒܘܢ ܩܘܪܒܢܝܟܘܢ.
3 ܐܢ ܥܠܬܐ ܩܘܪܒܢܗ ܡܢ ܬܘܪܐ. ܕܟܪܐ ܕܠܐ ܡܘܡ. ܢܩܪܒܝܘܗܝ
ܠܬܪܥܐ ܕܡܫܟܢ ܙܒܢܐ. ܘܢܩܪܒܝܘܗܝ ܠܡܬܪܥܝܘ ܠܗ ܩܕܡ
ܡܪܝܐ. 4 ܘܢܣܡܘܟ ܐܝܕܗ ܥܠ ܪܫ ܩܘܪܒܢܗ. ܘܢܬܪܥܐ
ܠܗ ܠܡܚܣܝܘ ܥܠܘܗܝ.
5 ܘܢܟܘܣ ܒܪ ܬܘܪܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܢܩܪܒܘܢ ܟܗܢܐ ܒܢܝ
ܐܗܪܘܢ ܕܡܐ. ܘܢܙܪܩܘܢ ܕܡܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܚܕܪ ܚܕܪ. ܒܬܪܥܐ
ܕܡܫܟܢ ܙܒܢܐ.
6 ܘܢܫܠܚܘܢܗܝ ܠܥܠܬܐ. ܘܢܦܫܚ ܗܕܡܘܗܝ.
7 ܘܢܬܠܘܢ ܟܗܢܐ ܒܢܝ ܐܗܪܘܢ. ܢܘܪܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܘܢܣܕܪܘܢ
ܩܝܣܐ ܥܠ ܢܘܪܐ.
8 ܘܢܣܕܪܘܢ ܟܗܢܐ ܒܢܝ ܐܗܪܘܢ. ܗܕܡܐ ܘܪܫܐ ܘܬܪܒܐ.
ܠܥܠ ܩܝܣܐ ܕܒܢܘܪܐ ܕܥܠ ܡܕܒܚܐ.
9 ܦܓܪܗ ܘܟܪܥܘܗܝ. ܢܫܝܓ ܒܡܝܐ. ܘܢܣܩܘܢܗܝ ܟܗܢܐ
ܟܠܗ ܠܡܕܒܚܐ. ܥܠܬܐ ܗܘ ܩܘܪܒܢܐ ܕܪܝܚ ܢܝܚܐ ܠܡܪܝܐ ܀
10 ܘܐܢ ܡܢ ܥܢܐ ܩܘܪܒܢܗ. ܡܢ ܐܡܪܐ ܐܘ ܡܢ ܥܙܐ ܠܥܠܬܐ.
ܕܟܪܐ ܕܠܐ ܡܘܡ ܢܩܪܒܝܘܗܝ.

LIBER SACERDOTVM, TERTIVS LEGIS.

CAPVT PRIMVM.

VOCAVIT autem Dominus Moſen,&allocutus eſt eum è tabernaculo temporis, dicens:
2 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis, vnuſquiſque veſtrum cùm obtulerit oblationem Domino ex animantibus, de bobus & de ouibus offeretis oblationes veſtras.
3 Si holocauſtum fuerit oblatio eius de bobus, maſculus ſit ſine macula: adducet illum ad oſtium tabernaculi temporis, offeretque illud ad placationem ſibi obtinendam à Domino.
4 Ponet autem manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ, & placabitur ei, vt indulgentiam ipſi concedat.
5 Et mactabit filium bouis coram Domino, &admouebunt ſacerdotes filij Aharonis ſanguinem, ſpargentque ſanguinem ſuper altare per ambitum in oſtio tabernaculi temporis.
6 Deinde detrahet pellem holocauſti, & diſſecabit membra eius.
7 Dabuntque ſacerdotes filij Aharonis ignem ſuper altare, & ſtruent ligna ſuper ignem.
8 Diſponentque ſacerdotes filij Aharonis membra & caput & adipem ſuper ligna quæ ſunt in igne qui eſt ſuper altare.
9 Inteſtina verò eius & crura eius lauabit aquis, eleuabitque eum ſacerdos totum ad altare: holocauſtum eſt, ſacrificium in odorem ſuffitus Domino.
10 Si verò ex ouibus fuerit ſacrificium eius, ex agnis *ſcilicet* aut ex capris in holocauſtum, maſculum ſine macula offeret illum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

IN NOMINE DEI MISERICORDIS Miſeratoris.

LIBER TERTIVS,

Eſtque Liber Pontificum.

CAPVT PRIMVM.

V Ocauitque Deus Mu-
ſam, & loquutus eſt ad
eum de tentorio conuen-
tus, dicens: 2 *Loquere*
filiis Iſrail, dicens: Qui-
cunque ex vobis obtulerit
ſacrificium Deo de pecori-
bus, offerat illud de bobus
& ouibus. 3 *Si fuerit*
ſacrificium ipſius eleuatio de bobus, offerat eum
maſculum integrum, & adducat illum ad ia-
nuam tentorij conuentus, placabilem apud Deum.
4 *Imponatque manum ſuam capiti eleuationis, &*
placabitur ei, & dimittetur ei. 5 *Mactabitque*
vitulum ante habitaculum Dei: Et offerant filij
Haron ſacerdotes ſanguinem, ſpargatque illum
ſacerdos apud altare quod eſt prope ianuam tento-
rij conuentus, circumcirca. 6 *Detrahatque pel-*
lem eleuationis, diuidatque illam membratim.
7 *Accendantque filij Haron ſacerdotes ignem*
ſuper altari, congerantque ſuper eum ligna. 8 *Et*
diſponant filij Haron ſacerdotes membra & ca-
put & iecur ſuper ligna quæ ſunt ſuper ignem qui
eſt ſuper altari. 9 *Ventremque eius & crura*
eius lauet aqua, & adoleat ſacerdos omnia ſuper
altari in eleuationem: ſacrificium acceptum &
placabile eſt apud Deum.
10 *Sin autem oblatio eius fuerit de ouibus, aut*
capris in holocauſtum, offerat eum maſculum in-
tegrum.

* بسم الله الرحمن الرحيم *

* السفر الثالث * وهو سفر الاحبار *

* الفصل الاول *

1 ودعا الله موسي مخاطبة من خباء المحضر قايلا *
2 خاطب بني اسرايل قايلا * اي انسان منكم قرب قربانا
لله من البهايم * فليقربه من البقر والغنم *
3 ان كان قربانه صعيدة من البقر * فليقربه ذكرا صحيحا * ويقربه
الي باب المحضر مرضيا عند الله *
4 ويسند يده علي راس الصعيدة * فيرضي عنه ويغفر له *
5 ويذبح الرب بين يدي سكينة الله * وليقدم بنو هرون
الايمة الدم * ويرشه الامام عند المذبح الذي عند باب خباء
المحضر مستديرا *
6 ويسلخ الصعيدة * ويعضيها اعضاء *
7 ويشعل بنو هرون الامام نارا علي المذبح * وينضدوا
عليها حطبا *
8 وينضدوا بنو هرون الامام الاعضاء والراس والقصبة علي
الحطب الذي علي النار التي علي المذبح *
9 وجوفه واكارعه فليغسلها بالماء * ويقتر الامام الكل علي المذبح
صعيدا * قربان مقبول مرضي هو عند الله *
10 وان كان قربانه هو من الغنم الضان او المعز صعيدا *
فليقربه ذكرا صحيحا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

LEVITICI EX PENTATEVCHO SAMARITANO TRANSLATIO.

CAPVT PRIMVM.

VOcauit autem Moyſen, & locutus eſt ei Dominus de tabernaculo teſtimonij, dicens. 2 Loquere filiis
Iſrael, dicens eis: Cum homo ex vobis offeret munus Domino, de animalibus, de bobus, de pecudibus of-
feretis munera veſtra. 3 Si munus eius, holocauſtum fuerit de bobus, maſculum immaculatum offeret eum;
ad oſtium tabernaculi teſtimonij adducet eum, vt acceptabilis ſit coram facie Domini. 4 Ponetque manum
ſuam ſuper caput holocauſti, vt acceptabile ſit ei ad expiandum ipſum. 5 Et iugulabit vitulum coram Domi-
no, offerentque filij Aaron ſacerdotes ſanguinem, & fundent ſanguinem in circuitu ſuper altare quod eſt ad
oſtium tabernaculi teſtimonij. 6 Excoriabunt quoque holocauſtum, & diuident illud in membra ſua.
7 Et ponent filij Aaron ſacerdotes ignem ſuper altare, & diſponent ligna ſuper ignem.
8 Diſponent etiam filij Aaron ſacerdotes membra illa & caput, & adipem ſuper ligna quæ ſunt in igne
qui eſt ſuper altare. 9 Et inteſtinum eius, & crura eius lauabunt in aquis, adolebitque ſacerdos omnia
ſuper altare: holocauſtum eſt hoc, ſacrificium ignitum odoris ſuauis Domino. 10 Si verò de pecudibus
holocauſtum eſt munus eius Domino, de ouibus & capris maſculum immaculatum offeretis illud, ad oſtium
tabernaculi teſtimonij adducet eum.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

11 Et mactabit eum ſuper margines altaris, ab
Aquilonari latere ipſius coram Domino: ſpar-
gentque ſacerdotes filij Aharonis ſanguinem
eius ſuper altare per circuitum. 12 Et diſſeca-
bit membra eius, & caput eius, & adipem illius,
diſponetque ea ſacerdos ſuper ligna quæ ſunt in
igne qui eſt ſuper altare. 13 Exta verò ipſius, &
crura eius lauabit aqua, offeretque illum ſacer-
dos integrum, attolletque eum ad altare: holo-
cauſtum eſt, ſacrificium in odorem quietis Do-
mino. 14 Si verò ex auibus holocauſtum fue-
rit ſacrificium eius Domino, offeret de turtu-
ribus Domino, aut ex pullis columbæ ſacrifi-
cium ſuum. 15 Afferetque illud ſacerdos ad
altare, & contorquebit caput eius, attolletque
ad altare, colabitque ſanguinem eius ſuper pa-
rietem altaris per circuitum. 16 Et ponet ve-
ſiculam eius cum cibo ipſius, proiicietque eam
ad latus altaris, ab Oriente, in locum cineris.
17 Et findet eum inter alas ſuas, at non diuidet:
attolletque eum ſacerdos ad altare ſuper ligna
quæ ſunt ſuper ignem: holocauſtum eſt, ſacrifi-
cium in odorem ſuffitus Domino.

CAPVT II.

ANima verò cum offeret ſacrificium fari-
næ Domino, ſimila erit oblatio eius, fun-
detque ſuper illam oleum, & ponet ſuper illam
incenſum. 2 Afferetque illam ad ſacerdotem
filium Aharonis, capietque inde plenum pu-
gillum ſuum de ſimila, deque oleo quod eſt ſu-
per totum incenſum, & attollet ſacerdos me-
moriam eius ſuper altare, ſacrificium in odo-
rem ſuaueolentiæ Domino. 3 Et quod rema-
nebit ex farina, Aharonis erit & filiorum eius:
Sanctum ſanctorum eſt de oblationibus Do-
mini.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

11 *Et mactet eum ad latus altaris, Aquilonem verſus, coram habitaculo Dei: ſpargantque filij Haron ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare per gyrum.*
12 *Diuidantque illum in membra, aſtruantque illa cum capite eius ac iecinore ipſius ſuper lignis quæ ſunt ſuper ignem qui eſt ſuper altari.*
13 *Et ventrem & crura lauent aqua, offeratque ſacerdos omnia, & adoleat ea ſuper altari in oblationem: ſacrificium acceptum placabile apud Deum.*
14 *Et ſi fuerit ſacrificium eius de volatilibus in oblationem Deo, offerat illud de turturibus, aut de pullis columbarum.*
15 *Admoueatque illud ſacerdos altari, ſecetque caput eius, ac deinde adoleat illud ſuper altari, percoletque ſanguinem ipſius ſuper parietem altaris.* 16 *Auellatque gurgulionem eius cum veſicula eius, & proiiciat vtrumque ad latus altaris, ad Orientem, in locum cineris.*
17 *Secetque illud ab alis eius, nec ſeparet eas. Deinde adoleat illud ſacerdos ſuper altari, ſuper lignis quæ ſunt ſuper igni: eſtque oblatio, ſacrificium placabile apud Deum.*

CAPVT II.

ET quicunque obtulerit ſacrificium muneris Deo, fueritque oblatio eius ſimilago, fundat ſuper eam oleum, ponatque ſuper illa thus.
2 *Feratque illam ad aliquem ex filiis Haron ſacerdotibus, capiatque ex ipſa plenitudinem pugilli ſui, nempe ex ſimilagine ipſius, & ex oleo, atque ex omni thure illius: adoleatque fragrantiam illam ipſius ſuper altare: eſt enim accepta, & placabilis apud Deum.* 3 *Et quod remanet ex ipſa, erit Haroni, & filiis eius, ex præcipuis ſacrorum, de ſacrificio Dei.*

11 ويذبحه الي جانب المذبح شماليا بين يدي سكينة الله *
ويرش بنو هرون الايمة دمه علي المذبح دايرا *
12 ويعضيه اعضا * ويتضدها مع راسه وقصبته علي الحطب
الذي علي النار التي علي المذبح * 13 والبطن والاكارع
يغسلها بالما * ويقدم الامام الكل * ويقتر علي المذبح صعيده *
قربان مقبول مرضي عند الله * 14 وان كان قربانه من الطير
صعيدة لله * فليقربه ذلك من الشفانين او من فراخ الحمام *
15 ويقدمه الامام الي المذبح ويفصل راسه * ثم يقتر علي
المذبح * ويصفي دمه علي حايط المذبح * 16 وينزع حوصلته
مع قانصته * ويطرحهما في جانب المذبح شرقيا * موضع الرماد *
16 ويفصله من جناحيه * ولا يفرزهما * ثم يقتر الامام علي المذبح
علي الحطب الذي علي النار * وهو صعيدة قربان مرضي
عند الله *

* الفصل الثاني *

1 واي انسان قرب قربان هدية لله وكان قربانه سميدا *
فليصب عليه دهنا ويجعل عليه لبانا *
2 وليات بها الي بعض بني هرون الايمة * ويقبض منها مل
قبضته * من سميدها ومن دهنها ومن جميع لبانها * ويقتر فوحها
ذلك علي المذبح * فهو مقبول مرضي عند الله *
3 والفاضل منها لهارون وبنيه * من خواص الاقداس من قربان
الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Et iugulabit eum ad latus ſeptentrionale altaris coram Domino: fundentque filij Aaron ſacerdotes ſuper altare in circuitu. 12 Et diuident eum in membra ſua, & caput eius & adipem eius diſponet ſacerdos ſuper ligna quæ ſunt in igne qui eſt ſuper altare. 13 Inteſtinum autem, & crura eius lauabit in aquis, & offeret ſacerdos omnia, adolebitque ſuper altare: holocauſtum eſt hoc, ſacrificium ignitum odoris ſuauis Domino.
14 Si verò de volatilibus holocauſtum eſt munus eius Domino, tum offeret de turturibus, aut de columbis munus ſuum. 15 Offeretque illud ſacerdos ad altare, & retorquebit caput eius, & adolebit ſuper altare, exprimet quoque ſanguinem eius ad baſim altaris. 16 Et auferet ingluuiem eius cum pluma eius, & proijciet eam iuxta altare ad orientem, in locum cinerum. 17 Et findet eam in alis, ſed non ſeparabit, adolebitque eam ſacerdos ſuper altare, ſuper ligna quæ ſunt in igne: holocauſtum eſt hoc; ſacrificium ignitum odoris ſuauis Domino.

CAPVT II.

ANima autem ſi offerat munus, oblationem Domino, ſimila erit munus eius: effundetque ſuper eam oleum, & ponet ſuper eam thus; oblatio erit iſta. 2 Et afferes eam ad filios Aaron ſacerdotes, vt colligant ex ea pugillum ſuum plenum de ſimila eius & de oleo eius ſuper omne thus eius, & adoleat ſacerdos memoriale eius ſuper altare; ſacrificium ignitum erit odoris ſuauis Domino.
3 Quod autem ſupererit de oblatione, erit Aaronis & filiorum eius Sanctum ſanctorum de ſacrificiis ignitis Domini.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

4 Cùm verò obtuleris ſacrificium farinæ co-
ctæ in clibano, ſimila erit, placentæ infermen-
tatæ ſubactæ oleo, & lagana infermentata
ſubacta oleo. 5 Si verò farina ſuper ſartagi-
nem fuerit oblatio tua, ſimila infermentata
ſubacta oleo erit. 6 Et comminue eam in
buccellas, & funde oleum ſuper farinam illam.
7 Si verò farina crateris perforati fuerit oblatio
tua, farina ſimilaginis cũ oleo conficietur. 8 Et
afferes farinam quæ conficietur ex his Domi-
no, offereſque eam ſacerdoti, attolletque eam
ad altare Domino. 9 Et ſeparabit ſacerdos ex
farina memoriam illius, attolletque ad altare
ſacrificium in odorem ſuaueolentiæ Domino.
10 Et quod remanebit ex farina, Aharonis erit &
filiorũ eius: Sanctũ ſanctorũ de ſacrificiis Dñi.
11 Omnis farina quã offeretis Dño, ne fiat fer-
mẽtata: nã omne fermentũ & omne mel, ne ex-
tuleritis ex eo oblationẽ Dño. 12 Oblationes &
primitias offeretis ea Dño, at ſuper altare non
aſcendẽt in odorẽ ſuaueolentiæ. 13 Omnẽ obla-
tionem farinæ tuæ ſale condies, nec abrogabis
ſalem fœderis Dei tui à farina tua: ſuper cuncta
ſacrificia tua offeres ſalem. 14 Si verò obtuleris
ſacrificiũ, præcocium Dño, manipulum toſtũ
igne, ſpicas frictas, purgatas offeres ſacrificium
præcociũ tuorum. 15 Dabiſque oleũ ſuper illud
cum incenſo: oblatio eſt. 16 Attolletque ſacer-
dos memoriam eius de ſpicis frictis, deque oleo
ſuper totum incenſum, ſacrificium Domino.

CAPVT III.

QVòd ſi obatio pacifica fuerit ſacrificium eius: ſi de bobus quidem offerat, maſculum aut fœminam ſine macula offeret coram
Domino. 2 Imponetque manum ſuam ſu-
per caput oblationis ſuæ, mactabitque eam in oſtio tabernaculi temporis, & ſpargent ſacerdotes filij Aharonis ſanguinem ſuper altare per circuitum.

VERSIO SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

4 Et ſi obtuleris munus ex pane clibani, ſint pla-
centæ ſimilaginis azymæ, ſubactæ oleo: & lagana
azyma vncta oleo. 5 Et ſi fuerit oblatio tua mu-
nus ſuper ſartaginem, ſit azymum ex ſimilagine
ſubactum oleo. 6 Et comminue illud in bucellas &
funde ſuper illud oleum: per hoc erit munus. 7 Et ſi
fuerit oblatio tua munus de opere frixorij, facito ſi-
milã cum oleo. 8 Et affer munus quod feciſti ex ali-
quo horũ Deo, & offeres illud ſacerdoti, qui admo-
uebit illud ad altare. 9 Attolletque de illo fragran-
tiam eius, adolebitque illam ſuper altare, ſacrificiũ
acceptum, placabile apud Deum. 10 Et reſiduum
eius erit Haroni & filijs eius, de præcipuis ſacro-
rum, ex oblatione Dei. 11 Omnia munera quæ of-
feretis Deo, non fient ex fermento: quia ex omni
fermento, & ex omni melle non offeretis ſacrifi-
cium crematum Deo. 12 Sed in ſacrificium pri-
mitium offeretis vtrumque Deo, & ad altare non
aſcendant in acceptionem gratam. 13 Et omnes
oblationes munerum tuorum condi ſale, & ne ſub-
trahas ſal (quia fœdus eſt Domini tui) ex munere
tuo. & cum omnibus ſacrificiis tuis offer ſal.
14 Et ſi obtuleris munus primitiarum Deo, gra-
num flaueſcens, frictum igne, molitum, ex pinguiori
offer illud. 15 Et pone ſuper eo oleum, & ſuperpone
illi thus: per id eſt munus. 16 Et adolebit ſacer-
dos memorias ipſius de molito, atque oleo eius,
cum toto thure illius, ſacrificium Deo.

CAPVT III.

ET ſi fuerit ſacrificium eius hoſtia pacis de bo-
bus, maſculus ſeu fœmina: offerat illum inte-
grum ante habitaculum Dei.
2 Et imponet manus ſuas ſuper caput ſacrificij
ſui, & mactabit illud ad ianuam tentorij con-
uentus, & ſpargent filij Haron ſacerdotes ſan-
guinem ſuper altare circumquaque.

4 وان قربت هدية من خبز التنور * فليكن جرادق سميد فطير
ملتوية بدهن * ورقاق فطير ممسوحة بدهن * 5 وان كان قربانك
هدية علي الطابق * فليكن فطيرا من سميد ملتوية بدهن *
6 واثردها ثردة * وصب عليها دهنا * بذلك يكون هدية * 7 وان
كان قربانك هدية من صنعة الطنجير * فلتعمل سميدا بدهن *
8 وات بالهدية التي عملت من احدى هذه لله * وتقدمها الي الامام
يقدمها الي المذبح * 9 فيرفع منها فوحها * ويقتر علي المذبح قربانا
مقبولا مرضيا عند الله * 10 والفاضل منها لهارون وبنيه * من خواص
الاقداس من قربان الله * 11 جميع الهدايا التي تقربونها لله لا تعمل
من الخمير * لان كل خمير وكل عسل لا تقربون منهما قربانا محرقا لله *
12 لكن قربانا اولا تقربونهما لله والي المذبح لا يصعدا لقبول مرضي *
13 وجميع قرابين هداياك فاملحها بالملح * ولا تعطل الملح * فانه
عهد ربك من هديتك * ومع ساير قرابينك فقرب ملحا * 14 وان
قربت هدية بواكير لله * ففريكا مقلوا بالنار جريشا من الحدف
قربها * 15 واجعل عليها دهنا * وصير عليها لبانا * بذاك هي هدية *
16 ويقتر الامام اذكارها من جريشها ودهنها مع جميع لبانها قربانا
لله *

* الفصل الثالث *

1 وان كان قربانه ذبح سلامة من البقر ذكرا او انثى * فليقربه
صحيحا بين يدي سكينة الله * 2 ويسند يديه على راس
قربانه * ويذبحه عند باب خباء المحضر * ويرش بنو هرون الايمة
الدم على المذبح مستديرا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Cum verò offeres munus, oblationem coctam in clibano, panes erunt azymi ex ſimila, conſperſi oleo, & laga-
na azyma inuncta oleo. 5 Si autem oblatio ſuper ſartaginem fuerit munus tuum, ſimila conſperſa oleo azyma
erit. 6 Comminues eam in fruſta, & infundes ſuper eam oleum: oblatio hæc erit. 7 Et ſi oblatio de craticu-
la fuerit munus tuum, ſimilam cum oleo facies. 8 Et afferes oblationem quæ fiet ex iſtis ad Dominum, &
offeret ſacerdoti, vt eam applicet altari. 9 Poſtea eleuabit ſacerdos de oblatione memoriale eius, & adole-
bit ſuper altare, ſacrificium eſt ignitum odoris ſuauis Domino. 10 Quod autem reſiduum erit de obla-
tione, Aaronis erit & filiorum eius: ſanctum ſanctorum erit ex ſacrificiis ignitis Domini. 11 Nulla oblatio quam
offeretis Dño fiet fermentata: ex nullo enim fermento, neque ex vllo melle offeretis ſacrificium ignitum Dño.
12 Munus primitiarum offeretis eas Domino, ſed ſuper altare non importabuntur in odorem ſuauitatis.
13 Omne autem munus oblationum tuarum in ſale ſalies, nec ceſſare facies ſal fœderis Dei tui de oblationi-
bus; ſuper omnia munera tua offeres ſal. 14 Si vero offeras oblationem primitiarum Dño, ſpicam teneram, to-
ſtam igne, ſpicam virentem cõminutam offeres, oblationem primitiarum tuarũ. 15 Poneſque ſuper eam oleum,
& impones ſuper eam thus: hæc eſt oblatio. 16 Et adolebit ſacerdos memoriale eius de frumento eius contuſo,
& de oleo eius, & inſuper omne thus eius; ſacrificium eſt ignitum Domino.

CAPVT III.

SI autem ſacrificium pacificorum fuerit mun⁹ eius; ſi de bobus ipſe offert, ſiue maſculum, ſiue fœminam, im-
maculatum offeret illum coram Dño. 2 Et imponet manum ſuam ſuper caput muneris ſui, & iugulabit
illud ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij; & fundent filij Aaron ſacerdotes ſanguinem ſuper altare in circuitu.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

[3] Offeretque de ſacrificio pacifico oblatio-
nem Domino,velum quod tegit inteſtinum,&
omnem adipem quæ eſt ſuper inteſtinum:
[4] Et duos renes, & adipem quæ eſt ſuper illos
à latere, & ſeptum iecinoris vna cum renibus
ponet. [5] Attollentque eam ſacerdotes filii
Aharonis ad altare, ſuper holocauſtum, & ſuper
ligna quæ ſunt ſuper ignem: ſacrificium in odo-
rem ſuaueolentiæ Dño. [6] Si verò ex ouibus
fuerit oblatio eius ad ſacrificium, holocauſtum
Domino: maſculum aut fœminam ſine macula
offeret eum. [7] At ſi ex agnis obtulerit obla-
tionem ſuam, adducet eum coram Domino:
[8] Et imponet manum ſuam ſuper caput obla-
tionis ſuæ, mactabitque eam coram Domino
in oſtio tabernaculi temporis: & ſpargent filij
Aharonis ſanguinem eius ſuper altare per am-
bitum. [9] Offeret autem è ſacrificio holocau-
ſti oblationem Domino, adipem eius, & cau-
dam eius integram, vſque ad dorſi crepidinem
facies eam, vnà cum velo quod tegit inteſti-
num, totaque adipe quæ eſt ſuper inteſtinum.
[10] Duos etiam renes cum adipe quæ eſt ſuper
ipſos quæ eſt ad latus, & ſeptum iecoris cum re-
nibus facies. [11] Eleuabitque illud ſacerdos ad
altare, in panem ſacrificij Domino. [12] Si verò
holocauſtum ex capris fuerit ſacrificium eius,
afferet illam coram Domino: [13] Imponetque
manum ſuam ſuper caput ipſius, & mactabit
eam coram tabernaculo temporis, ſpargentque
filij Aharon ſanguinem eius ſuper altare per
circuitum. [14] Offeret autem ex ea oblationem
Dño, velũ quod tegit abdomen, & totã adipem
quæ eſt ſuper abdomen: [15] Et duos renes, & adi-
pem quæ eſt ſuper ipſos ad latus, & ſeptũ iecoris
vna cum renibus faciet. [16] Attolletque ea ſa-
cerdos ad altare in panem ſacrificij, in odorem
ſuaueolentiæ. Omnis adeps, Domini eſt:

VERSIO SAMARITANA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

3 *Et offerat de victima pacis ſacrificium Deo,
adipem quæ velat ventrem, & totam pinguedinem
quæ eſt ſuper ventre:* 4 *Et ambos renes, & adipem
quæ eſt ſuper vtrumque, & quæ eſt ſuper inteſtina,
& redundantiam iecoris cum renibus auellet:*
5 *Adolebitque ea ſacerdos ſuper altari, ſacrifi-
cium acceptum, placabile apud Deum.* 6 *Et ſi fue-
rit oblatio eius de ouibus, ſacrificium pacis Deo,
maſculus aut fœmina: integrum offeret illud.*
7 *Quòd ſi obtulerit ſacrificium ſuum de agnis,
afferat illud coram Deo:* 8 *Et ponat manum
ſuam ſuper caput eius, & iugulet illud prope ia-
nuam tentorij præſentiæ, & ſpargent filij Haron
ſanguinem eius ſuper altare circumcirca.* 9 *Et of-
feret ex eo ſacrificium Deo, adipem caudæ inte-
gram quam auellet vſque ad vropygium, &
adipem quæ tegit ventrem, & totam pinguedinem
quæ eſt ſuper illo.* 10 *Et ambos renes, & adipem
quæ eſt ſuper ipſis & ſuper inteſtinis, & redun-
dantiam iecoris cum ambobus renibus auellet.*
11 *Adolebitque ea ſacerdos ſuper altare, cum
oblatione quæ eſt ſuper lignis quæ ſunt ſuper igne,
in ſacrificium combuſtum Deo.*
12 *Et ſi fuerit ſacrificium eius ex ouibus victima
pacis Deo, maſculus aut fœmina, integrum offeret
eum. Et ſi fuerit ſacrificium eius de capris, afferat
illud coram habitaculo Dei:* 13 *Et ponat ma-
num ſuam ſuper caput eius, & iugulet illud coram
tentorio conuentus: ſpargentque filij Haron ſan-
guinem eius ſuper altare circumcirca.*
14 *Et offeret ex eo ſacrificium Deo, adipem te-
gentem ventrem, & omnem pinguedinem quæ eſt
ſuper ventre.* 15 *Et ambos renes, & adipem
quæ eſt ſuper ipſis & ſuper inteſtinis, & re-
dundantiam iecinoris cum renibus auellet:*
16 *Adolebitque ea in ſacrificium combuſtum,
placabile, acceptum. Omnis adeps ſimiliter erit
Deo.*

3 ويقرب من ذبح السلامة قربانا لله * الثرب المغطي للجوف وسائر
الشحم الذي على الجوف * 4 والكليتين والشحم الذي
عليهما والذي على الاحشاء * وزيادة الكبد مع الكلى ينزعها *
5 ويقرب ذلك الامام على المذبح قربانا مقبولا مرضيا عند الله *
6 وان كان قربانه من الغنم ذبح سلامة لله ذكرا او انثى * فصحيحا
يقربه * 7 فان قرب قربانه من الضان * فليقدمه بين يدي
الله * 8 ويسند يده على راسه * ويذبحه عند باب خباء
المحضر * ويرش بنو هرون دمه على المذبح مستديرا *
9 ويقرب منه قربانا لله * شحمة الالية صحيحة يقلعها الى امام
العصعص * والشحم المغطي الجوف * وسائر الشحم الذي عليه *
10 والكليتين والشحم الذي عليهما وعلى الاحشاء * وزيادة الكبد
مع الكليتين ينزعها * 11 ويقرب ذلك الامام على المذبح مع
الصعدة التي على الحطب الذي على النار قربانا محرقا
لله * 12 وان كان قربانه من الغنم ذبح سلامة لله ذكرا او انثى *
فصحيحا يقربه * وان كان قربانه من الماعز * فليقربه بين يدي
سكينة الله * 13 ويسند يده على راسه * ويذبحه بين يدي خباء
المحضر * ويرش بنو هرون دمه على المذبح مستديرا *
14 ويقرب منه قربانا لله * الثرب مغطي الجوف * وجميع الشحم
الذي على الجوف * 15 والكليتين والشحم الذي عليهما وعلى
الاحشاء * وزيادة الكبد مع الكليتين ينزعها * 16 ويقربها قربانا
محرقا مرضيا مقبولا * كل شحم كذاك لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Offeret quoque de ſacrificio pacificorum ſacrificium ignitum Domino, adipem tegentem inteſtina &
omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina. 4 Et duos renes, omnemque adipem qui eſt ſuper eos, qui eſt ſuper
ilia; reticulum etiam quod eſt ſuper iecur, cum renibus remouebit. 5 Adolebuntque ea filij Aaron in altari
cum holocauſto quod eſt ſuper ligna quæ ſunt in igne qui eſt ſuper altare: ſacrificium eſt ignitum odoris ſua-
uis Domino. 6 Si autem de ouibus fuerit munus eius in ſacrificium pacificorum Domino, maſculum aut
fæminam immaculatos offeret illos. 7 Si agnum obtulerit munus ſuum, tum adducet illum ante Dominum.
8 Et imponet manum ſuam ſuper caput muneris ſui, iugulabitque eum coram tabernaculo teſtimonij, &
effundent filij Aaron ſanguinem ſuper altare in circuitu. 9 Et offeret de ſacrificio pacificorum ſacrificium
ignitum Domino; adipem eius, caudam integram quæ eſt iuxta ſpinam dorſi remouebit: adipem tegentem in-
teſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina: 10 Duos quoque renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & ſuper
ilia, & reticulum quod eſt ſuper jecur cum renibus remouebit. 11 Et adolebit ſacerdos ſuper altare. cibus eſt
ſacrificij igniti Domino. 12 Si verò capra fuerit munus eius, tum adducet eam coram Domino. 13 Et im-
ponet manum ſuam ſuper caput eius, & mactabit eam coram tabernaculo teſtimonij; fundentque filij Aaron
ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare in circuitu. 14 Et offeret ex eo munus eius, incenſum Domino, adi-
pem tegentem inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina. 15 Duos quoque renes, & adipem qui
eſt ſuper eos, & ſuper ilia, & reticulum jecoris cum renibus auferet. 16 Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare,
cibus eſt incenſi in odorem ſuauitatis Domino.

17 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

17 Statutum perpetuum poſteritati veſtræ. In
cunctis habitaculis veſtris omnem adipem &
omnem ſanguinem ne comederitis.

CAPVT IV.

LOcutuſque eſt Dominus cum Moſe, &
dixit ad eum: 2 Loquere cum filiis Iſrael,
& dic eis, Anima cùm peccauerit per errorem
in omnia interdicta Dñi quæ non ſunt agenda,
feceritque vnum ex ipſis; 3 Si ſacerdos vnctus
deliquerit delicta populi, offeret pro peccato
quod commiſit, iuuẽcum bubulum ſine macu-
la Dño pro peccato ſuo. 4 Adducetque iuuen-
cum ad oſtiũ tabernaculi temporis coram Dño,
imponetque manum ſuam ſuper caput eius,
mactabitque iuuencum coram Dño. 5 Capiet-
que ſacerdos vnctus è ſanguine iuuenci, afferet-
que eum ad oſtium tabernaculi temporis: 6 Et
intinget ſacerdos digitum ſuum ſanguine, ſpar-
getq; de ſanguine ſeptem vicibus coram Dño,
verſus velum ſanctuarij. 7 Dabitque ſacerdos
è ſanguine ſuper cornua altaris incenſi aroma-
tici coram Dño, in tabernaculo temporis: Et ef-
fundet totũ ſanguinem iuuenci ſuper radices
altaris holocauſti, in oſtio tabernaculi tẽporis.
8 Adipem verò totam iuuenci peccati ſepara-
bit ab eo, *videlicet* velum quod tegit abdomen,
totãque adipem quæ eſt ſuper abdomẽ: 9 Duos
etiam renes, & adipẽ quæ ſuper illis eſt ad latus,
& ſeptum iecinoris vnà cum renibus faciet:
10 Quemadmodũ fit ſeparatio ex iuuenco ſacri-
ficij holocauſti. attolletque ea ſacerdos ſuper al-
tare holocauſti. 11 Pellem verò iuuenci, totãque
carnem eius, cũ fimo eius, & cum capite eius, &
cum cruribus eius, & cum inteſtinis eius, 12 To-
tum denique iuuencum efferet extra caſtra ad
locum mundum vbi proiiciunt cinerem: com-
buretque eum ſuper ligna quæ ſunt ſuper
ignem: vbi proiicitur cinis, comburetur.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible]

17 *Præceptum ſempiternum ſuper decurſum ge-
nerationum veſtrarum, in omnibus habitationi-
bus veſtris. Omnem adipem, & omnem ſangui-
nem ne comedatis.*

CAPVT IV.

*ITem loquutus eſt Deus ad Muſam ſermonem:
2 Præcipe filiis Iſrail, dicens. Quicunque ho-
mo peccauerit per errorem in re aliqua ex iis qua-
rum actionem prohibuit Deus, operatuſque fuerit
aliquam ex eis. 3 Et ſi peccauerit ſacerdos vn-
ctus, iuxta morem peccandi hominum, offerat pro-
pter peccatum ſuum quod peccauit, vitulum de bo-
bus integrum in expiationem Deo. 4 Et ducat
taurum ad ianuam tentorij præſentiæ coram habi-
taculo Dei, & ponat manum ſuam ſuper caput
eius, & iuguler eum ibi. 5 Et ſumet ſacerdos vn-
ctus aliquid ex ſanguine eius, inferetque illum in
tentorium præſentiæ. 6 Et intinget digitum ſuum
eo, & ſparget ex ipſo ſeptem vicibus ante habitacu-
lum Dei è regione veli ſanctuarij. 7 Deinde po-
net ex ſanguine ſuper angulos altaris thuris gum-
mi, quod eſt ante habitaculum Dei in tentorio præ-
ſentiæ, & reliquum ſanguinem fundet propè fun-
damentum altaris eleuationis quod eſt ad ianuam
tentorij præſentiæ. 8 Et omnem adipem vituli ex-
piationis auellet, nempe adipem quæ tegit ventrem,
& reliquam pinguedinem quæ eſt ſuper ventrem.
9 Et ambos renes: & adipem quæ eſt ſuper ipſos &
ſuper inteſtina, & redundantiam iecinoris cum
ambobus renibus auellet, 10 Eo modo quo
tollitur ex mactatione tauri pacis, & adolebit ea
ſacerdos ſuper altare eleuationis. 11 Et pellem
tauri, & totam carnem eius cum capite eius, &
pedibus ipſius, & ventre eius, & fimo eius
12 Educet ſimul extra caſtra in locum mundum,
in locum cineris, & igne comburet ea cum lignis:
ſuper locum cineris comburentur.*

17 رسم الدهر على مر اجيالكم في جميع مساكنكم * كل
شحم وكل دم لا تأكلوهما * * الفصل الرابع *
1 ثم كلم الله موسى تكليما * 2 مر بني اسرائل قائلا *
أي انسان اخطأ سهوا في شيء من ما نهى الله عن فعله *
فعمل واحدة منه * 3 وان اخطأ الامام الممسوح على سبيل
خطأ الناس * فليقرب من اجل خطيته التي اخطأها ثورا من
البقر صحيحا ذكاة لله * 4 ويأت بالثور الى باب خباء المحضر
بين يدي سكينة الله * ويسند يده على رأسه ويذبحه هناك *
5 ويأخذ الامام الممسوح شيئا من دمه فيدخله الى خباء المحضر *
6 ويغمس اصبعه فيه * وينضح منه سبع مرات بين يدي سكينة
الله قبالة سجف القدس * 7 ثم يضع من الدم على اركان
مذبح بخور الاصماغ الذي بين يدي سكينة الله في خباء المحضر *
وباقي الدم يصبه عند اساس المذبح الذي للصعيدة الذي
على باب خباء المحضر * 8 وجميع شحم ثور الذكاة ينزعه منه *
وهو الثرب المغطي للجوف * وسائر الشحم الذي على الجوف *
9 والكليتان والشحم الذي عليهما وعلى الاحشاء * وزيادة الكبد مع
الكليتين ينزعها * 10 كما يرفع من ذبح ثور السلامة * ويقترها الامام
على مذبح الصعيدة * 11 وجلد الثور وجميع لحمه مع رأسه
واكارعه وبطنه وفرثه 12 يخرج جميعه الى خارج المعسكر
الى موضع طاهر الى مطرح الرماد * ويحرقه مع حطب بالنار *
على مطرح الرماد يحرق *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Omnis adeps Domino, ſtatutum eſt perpetuum in generationibus veſtris, in omnibus habitationibus ve-
ſtris, omnem adipem & omnem ſanguinem non comedetis.

CAPVT IV.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, dicendo; Anima cum peccauerit per erro-
rem contra quæuis præcepta Domini quæ non ſunt facienda, & fecerit contra vnum ex iis. 3 Si ſacerdos
vnctus peccauerit ad reatum populi, offeret pro peccato ſuo quod peccauit vitulum filium bouis immacula-
tum pro peccato. 4 Et adducet vitulum ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino, & imponet ma-
num ſuam ſuper caput vituli, mactabitque vitulum coram Domino. 5 Et accipiet ſacerdos vnctus, cuius con-
ſecrata eſt manus, de ſanguine vituli, vt afferat eum ad oſtium tabernaculi teſtimonij. 6 Intinget quoque ſa-
cerdos digitum ſuum in ſanguine, & aſperget de ſanguine ſepties cum digito ſuo coram Domino, anteriora
veli ſancti. 7 Poſtea imponet ſacerdos de ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis aromatum coram Do-
mino, quod eſt in tabernaculo teſtimonij; & omnem ſanguinem effundet ad baſim altaris holocauſti, quod eſt
ad oſtium tabernaculi teſtimonij. 8 Omnem autem adipem vituli pro peccato auferet ab eo; adipem etiam
tegentem inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina. 9 Duos quoque renes, & adipem qui eſt ſuper
eos, qui eſt ſuper ilia, & reticulum quod eſt ſuper iecur cum renibus auferet. 10 Quemadmodum aufertur de
boue ſacrificij pacificorum; & adolebit ea ſacerdos ſuper altare holocauſti. 11 Pellem quoque vituli & omnem
carnem eius, cum capite eius, cum cruribus eius, & ventre eius & ſtercore eius. 12 Et educent totum vitu-
lum extra caſtra in locum purum ad effuſionem cinerum: & comburent eum ſuper ligna in igne; ad effuſio-
nem cinerum cremabitur.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

13 Quòd ſi vniuerſus cœtus Iſraelis aberrent, & latuerit ea res oculos cœtus, & commiſerint aliquod ex omnibus interdictis Domini quæ non ſunt agenda, & rei facti fuerint,
14 Ac poſtea notum fiat peccatum in quo peccauerint: offerent totus cœtus iuuencũ vnum bubulum pro peccato, afferentque eum ante tabernaculum temporis.
15 Et imponent ſeniores cœtus manus ſuas ſuper caput iuuenci coram Domino, & mactabunt iuuencum coram Domino.
16 Afferetque ſacerdos vnctus de ſanguine iuuenci ad ianuam tabernaculi temporis:
17 Et intinget ſacerdos digitũ ſuum ſanguine, ſpargetque ſepties coram Domino verſus velum.
18 De ſanguine etiam ponet ſuper cornua altaris quod eſt coram Dño in tabernaculo temporis: totum verò ſanguinem effundet ſuper radices altaris holocauſti, in oſtio tabernaculi temporis.
19 Totã autem adipem eius ſeparabit ab eo, attolletque ad altare.
20 Facietque iuuenco *huic* quemadmodum fecerat iuuenco peccati, ſic *inquam* faciet ei: & indulgentiam rogabit pro eis ſacerdos, & condonabitur eis.
21 Iuuencum verò educent extra caſtra, eumque cõburent ſicut combuſſit iuuencũ primum: peccatũ eſt cœtus.
22 Si verò princeps peccauerit, & commiſerit vnum ex omnibus interdictis Dñi Dei ſui quæ non ſunt agenda, per errorem, & reus factus fuerit:
23 Si conſcius fiat peccati in quo peccauit, afferat oblationem ſuam hircum caprarum maſculum ſine macula:
24 Imponatque manum ſuam ſuper caput hirci, & mactet eum in loco in quo mactauit holocauſtum coram Domino: peccatum eſt.
25 Sumetque ſacerdos de ſanguine peccati digito ſuo, & ponet ſuper cornua altaris holocauſti: & ſanguinem eius effundet ſuper radices altaris holocauſti.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

13 Et ſi peccauerit cœtus ex omnibus filiis Iſrail,
latueritque res eius oculos turbæ, fecerintque ali-
quam ex prohibitionibus Dei quæ non fiunt, & de-
liquerint: 14 Deinde cognitum fuerit peccatum
quod commiſerunt, offerat cœtus vitulum ex bobus
in expiationem. Adducent eum ante tentorium
præſentiæ, 15 Ponentque ſeniores turbæ manus
ſuas ſuper caput vituli ante ſanctuarium Dei, &
mactabunt taurum ante habitaculum Dei.
16 Et inferet ſacerdos vnctus ex eius ſanguine
partem in tentorium præſentiæ, 17 Eoque intinget
digitum ſuum, & ſparget ex eo ſeptem vicibus an-
te habitaculū Dei contra velum. 18 Et fundet ex eo
ſuper angulos altaris quod eſt ante habitaculum
Dei quod eſt in tentorio præſentiæ, & reſiduum eius
fundet prope fundamentum altaris eleuationis
quod eſt propè ianuam tentorij præſentiæ.
19 Omnemque adipem eius tollet ex eo, & adolebit
eam ſuper altari. 20 Et faciet de eo ſicuti fecit
de tauro expiationis ſacerdotis, ſic etiam faciet de
eo, & veniam poſtulabit pro eis, & parcetur illis.
21 Et educet totum taurum extra exercitum,
comburetque illum quemadmodum combuſſit tau-
rum priorem: ipſe eſt expiatio cœtus.
22 Et ſi peccauerit nobilis, feceritque aliquod ex
interdictis Dei quæ non aguntur, per errorem, de-
liqueritque:
23 Deinde cognouerit peccatum ſuum quod per-
petrauit: afferat pro ſacrificio ſuo hædum ex capris
maſculum integrum.
24 Et ponat manum ſuam ſuper caput eius, &
mactet eum in loco vbi mactauit eleuationem ante
habitaculum Dei: per id erit expiatio.
25 Accipietque ſacerdos de ſanguine eius aliquid
digito ſuo, ponetque eum ſuper angulis altaris
eleuationis: & reliquum ipſius fundet prope alta-
re eleuationis.

13 وان اخطا جمع من جميع بني اسرايل * وخفي امر من
عيون الجوق * فعملوا واحدة من محارم الله التي لا تعمل وأثموا *
14 ثم عرفت الخطية التي اخطوها * فليقرب الجوق ثورا من
البقر للذكاة * ياتون به بين يدي خباء المحضر * 15 ويسند
شيوخ الجمع ايديهم على راس الثور بين يدي قدس الله *
ويذبح الثور بين يدي سكينة الله * 16 ويدخل الامام الممسوح
من دمه شيا الى خباء المحضر * 17 ويغمس اصبعه فيه * وينضح
منه سبع دفعات بين يدي سكينة الله قبالة السجف *
18 ويصب منه على اركان المذبح الذي بين يدي سكينة
الله الذي في خباء المحضر وباقيه يصبه عند اساس مذبح
الصعدة الذي عند باب خباء المحضر * 19 وجميع شحمه
يرفعه منه * ويبخر على المذبح * 20 ويعمل به كما عمل بثور
ذكاة الامام * وكذلك يعمل به ويستغفر عنهم فيغفر لهم *
21 ويخرج جميع الثور الى خارج العسكر * فيحرقه كما احرق الثور
الاول * هو ذكاة الجوق * 22 وان اخطا شريف فعمل واحدة
من محارم الله التي لا تعمل سهوا فاثم * 23 ثم علم بخطيته
التي اخطاها * فلياتي بقربانه عتودا من الماعز ذكرا صحيحا *
24 ويسند يده على راسه * ويذبحه في موضع ذبح الصعدة
بين يدي سكينة الله * بذلك ما يكون ذكاة * 25 وياخذ الامام
من دمه شيا باصبعه * ويجعله على اركان مذبح الصعدة *
وسايره يصبه عند مذبح الصعدة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 At ſi vniuerſa congregatio Iſrael errauerit, fueritque res abſcondi ta ab oculis Congregationis, fecerintque
vnum ex omnibus mandatis Domini quæ non ſunt facienda, & rei fuerint; 14 Poſtea cognitum fuerit pec-
catum quod perpetrauerunt, tum offeret Congregatio vitulum filium bouis immaculatum in peccatum, &
adducent eum ante tabernaculum teſtimonij. 15 Imponent autem ſeniores Congregationis manus ſuas
ſuper caput vituli coram Domino: & mactabit vitulum ante faciem Domini. 16 Deferet quoque ſacerdos
vnctus de ſanguine in tabernaculum teſtimonij. 17 Tingetque ſacerdos digitum ſuum in ſanguine, &
aſperget de ſanguine ſepties coram Domino anteriora veli ſancti. 18 De ſanguine etiam ponet ſacerdos ſu-
per cornua altaris thymamatis aromatum coram Domino, quod eſt in tabernaculo teſtimonij: Omnem etiam
ſanguinem fundet ad baſim altaris holocauſti, quod eſt ad portam tabernaculi teſtimonij.
19 Omnem quoque adipem eius tollet ab eo, & adolebit ſuper altare. 20 Et faciet vitulo, ſicut fecit vitu-
lo pro peccato: ſic fiet ei, vt expiet eos ſacerdos, & remittatur eis. 21 Ideo educet vitulum extra caſtra, &
comburet eum ſicut combuſſit vitulum priorem; peccatum Congregationis eſt. 22 Cum princeps pecca-
uerit, & fecerit per errorem vnum ex omnibus mandatis Domini Dei ſui quæ non ſunt facienda, reuſque fuerit.
23 Aut cognitum fuerit ei peccatum ſuum quod perpetrauit, tum adducet munus ſuum hircum caprarum
maſculum immaculatum. 24 Et imponet manum ſuam ſuper caput hirci, mactabitque eum in loco in quo
mactauerunt holocauſtum coram Dño: peccatum eſt hoc. 25 Accipiet etiam ſacerdos de ſanguine peccati cum
digito ſuo, & imponet ſuper cornua altaris holocauſti, & ſanguinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti.

16 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

16 Totam verò eius adipem attollet ad altare ſicut adipem ſacrificij holocauſti: & indulgentiam precabitur ei ſacerdos pro peccato quod commiſit, & remittetur ei. 27 Si verò anima aliqua ex populo terræ peccauerit per errorem, & fecerit aliquod ex interdictis Domini quæ non ſunt facienda, & reus factus fuerit: 28 Si innotuerit ei peccatum quod perpetrauit, afferet munus ſuum cappellam fœminam ſine macula pro peccato quod commiſit: 29 Imponetque manum ſuam ſuper caput peccati, & mactabit peccatum in loco in quo mactatur holocauſtum. 30 Et accipiet ſacerdos de ſanguine peccati digito ſuo, ſpargetque ſuper cornua altaris holocauſti: totumque ſanguinem fundet ſuper radices altaris holocauſti. 31 Cunctum verò adipem eius tollet ab eo, quemadmodum tollitur adeps è ſacrificio holocauſti, attolletque *eum* ſacerdos ad altare in odorem ſuaueolentiæ, oblationem Domino: Et veniam precabitur ei ſacerdos, & condonabitur illi. 32 Quòd ſi de agnis afferat munus ſuũ pro peccato, fœminam ſine macula afferat. 33 Et imponet manũ ſuam ſuper caput peccati, mactabitque peccatum in loco in quo mactatur holocauſtum. 34 Sumetque ſacerdos de ſanguine peccati digito ſuo, & ſparget ſuper cornua altaris holocauſti: reliquum verò ſanguinem eius effundet ſuper radices altaris. 35 Et vniuerſum adipem eius faciet, quemadmodũ fecit adipem agni ſacrificij holocauſti: & attollet ea ſacerdos ad altare ſuper oblationes Domini: & expiabit eum ſacerdos à peccato quod commiſit, & remittetur ei.

CAPVT V.

Anima verò cum peccauerit, audieritque vocem iuramenti, ipſeque fuerit teſtis, ſiue viderit, ſiue conſcius fuerit, niſi indicauerit, recipiet peccatum ſuum.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

26 *Et cunctam adipem ipſius adolebit ſuper alta-*
ri, velut adipem victimæ pacis: poſtulabitque ve-
niam ſacerdos pro peccato eius,& dimittetur ei.
27 *Et ſi peccauerit quis ex plebe regionis per erro-*
rem, egeritque aliquod ex interdictis Dei quæ non
licet operari, & deliquerit: 28 *Deinde notifica-*
tum fuerit ei peccatum ſuum quod peccauit, afferat
ſacrificium ſuum fœminam ex capris integram, pro
peccato ſuo quod commiſit. 29 *Et ponat manum*
ſuam ſuper caput eius, & mactet eam in loco eleua-
tionis. 30 *Et ſumet ſacerdos de ſanguine eius di-*
gito ſuo aliquantum, ponetque eum ſuper angulis
altaris eleuationis, & reliquum ſanguinem illius
fundet ad fundamentũ altaris. 31 *Et omnem adi-*
pem eius auellet quomodo auellitur adeps capra-
rum de victima pacis, & adolebit eam ſacerdos ſu-
per altari ſuper ſacrificiis Dei: & veniam petet pro
eo ſacerdos, & remittetur ei. 32 *Et ſi ipſe attule-*
rit ſacrificium ſuum de ouibus, offerat illud fœmi-
nam integram: 33 *Et ponat manum ſuam ſuper*
caput eius, & mactet eam in expiationem in lo-
co eleuationis. 34 *Et accipiet ſacerdos de ſan-*
guine eius digito ſuo aliquantulum, ponetque eum
ſuper angulos altaris eleuationis, & reliquum ſan-
guinem eius fundet prope fundamentum illius.
35 *Et omnem adipem eius auellet ſicuti auellitur*
adeps ouium de ſacrificio pacis, & adolebit eam ſa-
cerdos ſuper altari ſuper ſacrificio Dei. Et veniam
petet ſacerdos pro peccato eius quod patrauit, &
dimittetur ei.

CAPVT V.

ET quicunque homo peccauerit eo quòd audierit vocem iuramenti, & ipſe teſtis eſt, aut vidit id propter quod iuratum eſt, aut nouit illud: niſi notificauerit illud, iam portauit culpam ſuam.

26 وجميع شحمه يقتر على المذبح كشحم ذبح السلامة * ويستغفر
عنه الامام خطيته فيغفر له * 27 وان اخطا انسان من عوام
البلد سهوا * وعمل واحدة من محارم الله التي لا يجوز ان تعمل فاثم *
28 ثم عرف بخطيته الذي اخطاه * فلياتِ بقربانه انثي من
الماعز صحيحة * من اجل خطيته الذي اخطاه * 29 ويسند
يده علي راسها * ويذبحها في موضع الصعيدة *
30 وياخذ الامام من دمها باصبعه شيا * ويجعله علي اركان مذبح
الصعيدة * وساير دمها يصبه عند اساس المذبح *
31 وجميع شحمها ينزعه كما ينزع شحم الماعز من ذبيح السلامة *
ويقتر الامام على المذبح علي قرابين الله ويستغفر له الامام
فيغفر له * 32 وان هو جاء بقربانه من الضان * فليات به انثي
صحيحة * 33 ويسند يده علي راسها * ويذبحها للذكاة في
موضع الصعيدة *
34 وياخذ الامام من دمها باصبعه شيا * ويجعله علي اركان مذبح
الصعيدة * وساير دمها يصبه عند اساسه *
35 وجميع شحمها ينزعه كما ينزع شحم الضان من ذبح السلامة *
ويقتر الامام على المذبح علي قربان الله * ويستغفر عنه الامام
خطيته التي اخطاها فيغفر له *

* الفصل الخامس *

1 واي انسان اخطا بان سمع صوت تحريج * وهو شاهد او راي
الحرج من اجله او علمه * ان لم يخبر به فقد حمل وزره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Omnem prætereà adipem eius adolebit ſuper altare, ſicut adipem ſacrificij pacificorum, & expiabit eum
ſacerdos à peccato ſuo, & remittetur ei. 27 Si verò anima aliqua de populo terræ peccauerit per errorem, fa-
ciendo vnum de omnibus mandatis Domini quæ non ſunt facienda, reaque fuerit. 28 Poſtea cognitum fue-
rit ei peccatum ſuum quod perpetrauit, tum afferet munus ſuum, capellam ex capris, fœminam immaculatam,
pro peccato ſuo quod peccauit. 29 Et ponet manum ſuam ſuper caput hoſtiæ pro peccato, mactabitque
hoſtiam in loco in quo mactant holocauſtum. 30 Sumet quoque ſacerdos de ſanguine eius cum digito ſuo,
& ponet ſuper cornua altaris holocauſti; omnem verò ſanguinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti.
31 Omnem autem adipem eius auferet, ſicut abſtulit adipem de ſacrificio pacificorum, & adolebit ſacerdos
ſuper altare, in odorem ſuauitatis Domino, vt expiet eum ſacerdos, & remittatur ei. 32 Si autem ouem ob-
tulerit munus ſuum pro peccato, fœminam immaculatam offeret eam. 33 Et imponet manum ſuam ſuper
caput peccati, mactabitque eam pro peccato in loco in quo mactabunt holocauſtum. 34 Accipiet quo-
que ſacerdos de ſanguine peccati cum digito ſuo, & ponet ſuper cornua altaris holocauſti; omnem verò ſan-
guinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti. 35 Omnem autem adipem eius auferet, ſicut abſtulit adi-
pem de ſacrificio pacificorum; & adolebit ſacerdos ſuper altare in ſacrificium ignitum Domini, vt expiet eum
ſacerdos de peccato ſuo quod peccauit, & remittatur ei.

CAPVT V.

CVm autem anima peccauerit, & audierit vocem iuramenti, aut ipſe teſtis fuerit, aut viderit, aut cogno-
uerit, niſi reuelauerit, feret iniquitatem ſuam.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

2 Aut anima quæ tetigerit omnem rem im-
mundam,ſiue corpus animantis immundi,ſiue
corpus iumenti immundi, ſiue corpus reptilis
immũdi,idque neglixerit,cũ tamen ipſe conta-
minatus ſit atque deliquerit. 3 Aut ſi tetigerit
immunditiam hominis, quãcunque immundi-
tiam qua ſe contaminauerit, eamque contem-
pſerit,cùm tamẽ ipſe nouerit ſe peccaſſe. 4 Aut
anima cùm iurauerit proferens labiis ſe male-
facturũ aut benefacturum in omnibus quæ pro-
ferre ſolet homo cum iuramento, idque negle-
xerit, & tamen ipſe nouit ſe peccaſſe in aliquo
ex his. 5 Fiet vt cùm peccauerit in vno ex his,
& faſſus fuerit ſe peccaſſe ea in re: 6 Afferat
oblationem ſuam Dño pro peccato quod com-
miſit, fœminam agnam ex ouibus, aut capellã
caprarum pro peccato ſuo: & expiabit eum ſa-
cerdos ab ipſius peccato. 7 At ſi non habeat fa-
cultatem afferendi agnam, afferat oblationem
peccati ſui duos turtures, aut duos pullos colũ-
bæ: vnum pro peccato, & alterum ad holocau-
ſtum. 8 Afferet autem eos ad ſacerdotem, qui
offeret introducetque priùs eum qui pro pecca-
to eſt, & contorquebit caput eius è regione cer-
uicis eius, ita tamen vt non ſeparet. 9 Sparget-
que de ſanguine peccati ſuper parietem altaris:
& quod remanebit ex ſanguine, percolabit ad
radices altaris: peccatum eſt. 10 Alterum verò
faciet in holocauſtum, iuxta ritum eius: & ex-
piabit eum ſacerdos pro peccato quod pecca-
uit, & remittetur ei. 11 Quòd ſi non habeat fa-
cultatem *offerendi* duos turtures aut duos pul-
los columbinos, afferat oblationem ſuam pro
peccato quod commiſit, vnam ex decem *parti-
bus* modij, ſimilaginem pro peccato: at non
effundat oleum ſuper illam, nec ponat ſuper
eam incenſum, quia peccatũ eſt. 12 Afferatque
eam ſacerdoti, capiatque ſacerdos ex ea plenam
volam ſuam in monimentum, attollatque *eam*
ad altare ſuper oblationes Domini: peccatũ eſt.

VERSIO SAMARITANA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

[2] *Aut ſi quis tetigerit aliquam ex rebus immundis,*
aut cadauer iumenti immundi,aut cadauer alicu-
ius reptilis immundi , & ignotum fuerit hoc ipſi,
immundus eſto , & deliquit. [3] *Vel ſi tetigerit im-*
munditiam alicuius ex hominibus , ex iis immun-
ditiis quibus ſolitũ eſt coinquinari,& latuerit eum,
& deliquerit ſciens quod egit. [4] *Vel quicũque iura-*
uerit ſermone ſtulto,ad nocumentũ vel beneficium,
de omni eo quod profert homo cum iuramento , &
latuerit hoc eum,deinde ſciuerit quod fecit:& deli-
querit in vno ex illis. [5] *Cùm ergo peccauerit in*
vno ex ijs , deinde confeſſus fuerit id in quo
peccauit: [6] *Afferat oblationem ſuam Deo*
pro peccato ſuo,quod commiſit, fœminam de ouibus
agnam aut capram ad expiationem , & petet ve-
niam ſacerdos pro peccato ipſius. [7] *Quòd ſi non aſ-*
ſequatur manus eius valorem ouis,afferat in ſacri-
ficium ſuum pro peccato ſuo duas turtures,aut duos
pullos columbarum Deo : vnum pro expiatione,
& alterum pro oblatione. [8] *Cùmque attule-*
rit vtrumque ſacerdoti,admoueat illum qui eſt pro
expiatione priùs , & ſecet caput eius à parte con-
tigua dorſo eius , nec ſeparet illud. [9] *Et ſparget*
de ſanguine eius aliquantum ſuper parietem alta-
ris, & reſiduum ſanguinis, fundetur ſuper fun-
damentum eius : in hoc erit expiatio. [10] *Et ſe-*
cundum faciet holocauſtum iuxta conſuetudinem,
& veniam petet pro eo ſacerdos pro peccatis eius quæ
commiſit, & parcetur ei. [11] *Quòd ſi non poſſede-*
rit manus eius pretium duarum turturum , aut
duorum pullorum columbarũ, afferat ſacrificium
ſuum propter id in quo peccauit, decimam partem
Vaibæ de ſimilagine in expiationem : non fundet
ſuper eam oleum , nec ponet ſuper illa incenſum,
quia expiatio eſt. [12] *Cùmque attulerit eam ſacer-*
doti, ſumet ſacerdos ex ea plenitudinem pugilli ſui
de ſuffitu eius, & adolebit eum ſuper altare cum
ſacrificiis Dei : per hoc fiet expiatio.

2 او انسان دنا بشي من الامور النجسة * او ميتة بهيمة نجسة * او
بنبلة شي من الدبيب النجس * وخفي عنه ذلك * فهو نجس واثم *
3 او دنا بنجاسة انسان من البشر من النجاسات التي سبيلها ان
ينجس بها * فخفي عنه فاثم وهو عالم بما فعل * 4 او انسان
حلف بلفظ سفه لاساءة او احسان على جميع ما يلفظ الانسان
به في اليمين * وخفي عنه ذلك ثم علم بما فعل * واثم في واحدة من
هذا * 5 فاذا اثم في واحدة منها * ثم اقر بما اخطاء فيه * 6 فلياتي
بقربانه لله من اجل خطيته التي اخطاءها انثي من الغنم نعجة
او معزي للذكاة * ويستغفر الامام خطية * 7 فان لم تنل يده
مقدار شاة * فلياتي بقربانه بسبب خطيته شفنينين او فرخي حمام
لله * احدهما للذكاة والاخر للصعدة * 8 فاذا اتي بهما الي
الامام * فليقرب الذي للذكاة اولا * ويفصل راسه مما يلي قفاه
ولا يفرقه * 9 وينضح من دمه شيا علي حايط المذبح * والفاضل
من الدم يراق علي اساسه * بذلك يكون ذكاة *
10 والثاني يعمله صعدة علي السنن * ويستغفر عنه الامام من
خطاياه التي اخطاءها * فيغفر له * 11 فان لم تنل يده ثمن
شفنينين او فرخي حمام * فلياتي بقربانه بسبب ما اخطاء فيه عشر
الويبة سميذا للذكاة * لا يصب عليها دهنا * ولا يجعل عليها لبانا *
لانها ذكاة * 12 فاذا اتي بها الي الامام قبض الامام منها مل
قبضته فوحها فقتر علي المذبح مع قرابين الله * بذلك تصير
ذكاة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[2] Vel cum anima tetigerit rem quamuis immundam,aut cadauer feræ immundæ, aut cadauer iumenti immundi,aut cadauer reptilis immundi,& latuerit eum, ipſe immundus eſt , & deliquit. [3] Vel cum tetigerit immunditiem hominis ſecundum omnem immunditiem eius qua polluitur, & latuerit eum , ipſeque reſciuerit,tum reus erit. [4] Aut anima cum iurauerit temerè pronuntiando labiis ſuis ad malefaciendum aut benefaciendum ſecundum omnia quæ temerè pronuntiat homo iuramento ſuo,& latuerit eum,poſteàque cognouerit,tum reus eſt vnius ex iſtis. [5] Cum igitur peccauerit in vno ex iſtis,& confeſſus fuerit id in quo peccauit.
[6] Tum afferet oblationem Domino pro peccato ſuo quod peccauit, fœminam de ouibus agnam, vel capellam de capris pro peccato: Et expiabit eum ſacerdos de peccato ſuo quod peccauit, & remittetur ei. [7] Quod ſi non aſſequatur manus eius valorem ouis, tum afferet Domino pro peccato ſuo quod peccauit duas turtures, aut duos pullos columbæ; vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum. [8] Afferetque eos ad ſacerdotem, & offeret illum qui eſt pro peccato primum, cuius ſacerdos contorquebit caput è regione ceruicis, ſed non ſeparabit. [9] Et aſperget de ſanguine peccati ad parietem altaris; quodque reliquum erit de ſanguine exprimetur ad baſim altaris: hæc eſt hoſtia pro peccato. [10] Secundum autem faciet holocauſtũ iuxta conſuetudinem, vt expiet eum ſacerdos de peccato ſuo quod peccauit, & remittatur ei. [11] Quod ſi non aſſequatur manus eius duas turtures, aut duos pullos columbarum, tunc afferet munus ſuum pro eo quod peccauit decimam partem Epha ſimilæ pro peccato: non effundet ſuper eam oleum, neque ponet ſuper eam thus, quia peccatum eſt.
[12] Adducetque eam ad ſacerdotem qui colliget ex ea plenum pugillum ſuum, memoriale eius, & adolebit ſuper altare pro ſacrificiis ignitis Domini: peccatum eſt hoc.

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]

3 [illegible] 4 [illegible]

5 [illegible]

[13] Et indulgẽtiam tribuet illi ſacerdos pro peccato quod cõmiſit in aliquo horum, & remittetur ei: eritque ſacerdotis quemadmodũ farina. [14] Et loquutus eſt Dñs cum Moſe, dixitque ad eum: [15] Anima cùm commiſerit iniquitatem & peccauerit per errorem in ſacris Dñi, afferat oblationem ſuam Domino arietem ſine macula ex ouibus integri valoris, *nempe* argenti ſiclorum in ſiclo ſanctuarij pro oblatione. [16] Rem verò ſacram in qua peccauit, rependat, & quintam eius partem ſuperaddat illi, afferatque ſacerdoti: & ſacerdos indulgentiam dabit illi per arietem oblationis, & remittetur ei. [17] Et ſi peccauerit anima, & fecerit vnum ex interdictis Domini quæ nõ ſunt facienda, nec reſciuerit ſe peccaſſe, recipiet peccatum ſuum. [18] Is afferet arietem ſine macula ex ouibus iuxta valorem, munus ſacerdoti: & indulgẽtiam tribuet illi ſacerdos pro errore quem commiſit inſcius, & remittetur ei. [19] Munus eſt: pro peccato afferat munus Domino.

CAPVT VI.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, & dixit ad eum: [2] Anima cùm peccauerit, & commiſerit iniquitatem contra Dominum, & denegauerit proximo ſuo depoſitum, aut communem negotiationem manus, aut rapuerit, aut fraudauerit proximum ſuum: [3] Aut inuenerit rem amiſſam, & negauerit eam, & iurauerit cum mendacio ſuper quamlibet rem ex his quas facit homo ad peccandũ in ipſis: [4] Fiet vt cùm peccauerit, & reus factus fuerit, reddat quod rapuit violenter, aut fraudationem quam fraudauit, aut depoſitum quod ſibi creditũ fuit, aut rem amiſſam quam inuenit: [5] Aut demum omne id ſuper quod iurauit cum mendacio, reſtituat illud in ſorte principali, quintam ei ſuperaddens partem: Et illi ad quem pertinet reddat illud in die oblationis ſuæ.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]

14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]

14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

13 *Et veniam petet pro eo ſacerdos pro peccato eius quod commiſit in aliquo ex his, & condonabitur ei: & erit ſacerdotis vt reliqua dona.*
14 *Deinde loquutus eſt Deus ad Muſam locutionem. Dixit:* 15 *Quicunque prophanationem commiſerit, & peccauerit per errorem in aliquo ex ſacris Dei, afferat ſacrificium ſuum Deo, nempe arietem integrum ex ouibus,* 16 *Cuius pretium erunt ſicli argenti pro ſacrificiis. Et ei in quo peccauit ex ſacris, det æquiualens: & quintam eius partem addet ſuper illo, & dabit ſacerdoti: & ſacerdos veniam petet pro eo per arietem ſacrificij, & dimittetur ei.* 17 *Et quicunque peccauerit faciendo aliquod ex interdictis Dei quæ non ſunt facienda, nec agnouerit ſe deliquiſſe, portaueritque ſcelus ſuum:* 18 *Afferat arietem integrum ex ouibus in valore ſuo pro ſacrificio, ad ſacerdotem: & veniam petet ſacerdos pro errore ipſius quem commiſit neſciens, & condonabitur ei.*
19 *Ipſum eſt ſacrificium delicti, pro delicto ipſius quod commiſit.*

CAPVT VI.

Adhuc loquutus eſt Deus ad Muſam dicens: 2 *Quicunque peccauerit, & prophanans prophanauerit pactum ſuum erga Deum, negaueritque proximo ſuo depoſitum, aut ſocietatem: vel vim intulerit, aut deceperit proximum ſuum:* 3 *Vel inuenerit rem amiſſam, & negauerit illam, & iurauerit de ea falſo, ex omnibus iis quæ facit homo & peccat in iis:*
4 *Cùm peccauerit, atque deliquerit, reſtituat rapinã quam violenter abſtulit ab eo, & deceptionẽ qua decepit eum: aut depoſitum quod depoſitum fuit apud ipſum, aut rem amiſſam quam inuenit:*
5 *Aut aliud quidpiam præter hæc, de quo iurauit falsò, reſtituat illudmetipſum, addetque ſuper illud quintam partem, & dabit illud ei cuius eſt, in die qua confitebitur culpam ſuam.*

13 ويستغفر عنه الامام خطيئته التي اخطاها بواحدة من هذه
فيغفر له * ويصير للامام كساير الهدايا *
14 ثم كلم الله موسى تكليما * قال 15 اي انسان
نكث نكثا واخطا سهوا في شي من اقداس الله * فلياتي
بقربانه لله * وهو كبش صحيح من الغنم * 16 بقيمة مثاقيل
فضة للقرابين * والذي اخطا فيه من القدس فليسلم مثله *
وخمسه يزيد عليه ويعطيه للامام * والامام يستغفر عنه بكبش
القربان فيغفر له * 17 واي انسان اخطا في ان فعل واحدة
من محارم الله التي لا تفعل * ولم يعلم بانه قد اثم وحمل وزن *
18 فلياتي بكبش صحيح من الغنم بقيمته للقربان الى الامام *
ويستغفر عنه الامام سهوته التي سهاها وهو لا يعلم فيغفر له *
19 هو قربان اثم عن اثمه الذي اثمه *

* الفصل السادس *

1 ثم كلم الله موسى قايلا * 2 اي انسان اخطا ونكث
نكثا بعهده لله فجحد صاحبه وديعة * او معاملة او غصب او
غشم صاحبه * 3 او وجد ضالة فجحدها وحلف على ذلك
كاذبا * من جميع ما يعمل الانسان فيخطي فيه * 4 اذا اخطا
واثم * فليرد الغصب الذي غصبه والغشم الذي غشمه * او الوديعة
التي اودعت عنده * او الضالة التي وجدها * 5 او ما سوى
ذلك مما حلف عليه باطلا * فليرده بذاته ويزيد عليه اخماسه *
ويعطيه الذي هو له في يوم اعترافه بذنبه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Et expiabit eum ſacerdos de peccato ſuo quod peccauit in vno ex iſtis, & remittetur ei; eritque ſacerdoti ſicut ſacrificium ſimilæ. 14 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 15 Anima cum præuaricando præuaricata fuerit, & peccauerit per errorem in ſanctitates Dñi, afferet hoſtiam Domino pro delicto ſuo, arietem immaculatum de ouibus ſecundum æſtimationem tuam, argentum ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij pro delicto.
16 Quod autem peccauit in ſanctitatem reddet, & quintam partem eius ſuperaddet, dabitque eam ſacerdoti, vt ſacerdos expiet eum in ariete delicti, & remittatur ei. 17 Si verò anima aliqua peccauerit, faciens vnum ex omnibus mandatis Domini, quæ non ſunt facienda, & non cognouerit, & rea erit, & portabit iniquitatem ſuam. 18 Tum afferet ad ſacerdotem pro peccato arietem immaculatum de ouibus ſecundum æſtimationem tuam. Et expiabit eum ſacerdos ab errore ſuo quem errauerat, & non cognouerat, & remittetur ei.
19 Delictum hoc deliquit, delictum eſt Domino.

CAPVT VI.

POſtea locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 2 Anima cum peccauerit, & præuaricata fuerit præuaricationem aduerſus dominum, mentitáque fuerit in proximum ſuum in depoſito, aut negotiationis ſocietate, aut rapto, aut vim intulerit proximo ſuo, 3 Aut inuenerit rem perditam, & negauerit eam, & iurauerit mendaciter ſuper vno ex omnibus quæ facit homo, ita vt peccet in iis. 4 Fiet igitur cum peccauerit, & reus fuerit, vt reddat raptum quod rapuit, aut extortum quod extorſit, aut depoſitum quod ipſi commendatum eſt, aut rem perditam quam inuenit. 5 Aut quodlibet pro quo falsò iurauit. Reſtituet autem illud in capite ſuo, & ſuperaddet quintam partem eius; ei cuius erat dabit illud in die oblationis ſuæ.

6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

6 Oblationem verò ſuam afferet Domino arietem ſine macula de ouibus, integri pretij, in oblationem Domino. 7 Et indulgentiam petet illi ſacerdos coram Domino, & remittetur ei, pro qualibet re quam facere ſolet homo, inque ea peccare.

De igne ſanctuarij, quòd extingui non debeat.

8 Præterea loquutus eſt Dominus cum Moſe, & dixit ad eum: 9 Præcipe Aharoni & filiis eius, & dic ad eos: Hæc eſt lex holocauſti, eius holocauſti quod ardebit ſuper aram tota nocte vſque mane. 10 Tum ignis aræ ſit ardens in ipſa: tum induet ſacerdos veſtimentũ byſſinum, & veſtes byſſinas induet ſuper carnem ſuã: ſeponetque cinerem quem vorauit ignis, *nempe* holocauſtũ quod erat ſuper altare, vt ponat eum ad latus altaris. 11 Et exuet ſacerdos veſtes ſuas, induetque veſtes alias, & aſportabit cinerem extra caſtra in locum mundum. 12 Et ignis ſit ardens ſuper altare, & ne extinguatur: congeretque ſuper eum ſacerdos ligna à matutino ad matutinum, aptabitque ſuper eum holocauſtum attolletque ſuper eum adipem pacificorum. 13 Et ignis perpetuò ſit accenſus ſuper altare, & ne extinguatur. 14 Et hæc eſt lex farinæ. Offerent illam filij Aharonis coram Domino ante altare: 15 Et ſeparabit ex eo quantum capere poterit vola ſua, ex ſimilagine *ſcilicet* farinæ, & ex oleo, & ex toto thure quod eſt ſuper farina, attolletque ad altare in odorem placabilem, memoriam Domino. 16 Quod autem remanebit ex ea, comedent Aharon & filij eius: infermentata comedetur in loco ſancto, in atrio tabernaculi temporis comedent illam.
17 Ne coquatur fermentata. Partem eorum dedi illam ipſis ex oblationibus meis: ſanctum ſanctorum eſt ſicut peccatum & ſicut oblatio.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

6 *Afferatque ſacrificium ſuum Deo arietem in-*
tegrum ex ouibus, iuxta æſtimationem illius com-
petentem *ſacrificio, ad ſacerdotem:* 7 *Et roga-*
bit veniam pro eo ſacerdos coram habitaculo Dei,
& condonabitur illi qualibet res quam operatus
fuerit ex omnibus iis quas operando delinquit in eis.
8 *Item loquutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
9 *Præcipe Haroni & filiis eius, dicendo ad eos:*
Hæc eſt lex holocauſti, eius ſcilicet holocauſti quod
ponitur ſuper incendio altaris tota nocte vſque ma-
ne. Et verò ignis altaris ardebit ſuper illo,
10 *Et induetur ſacerdos tunica byßina, & fœ-*
moralibus byßi induetur ſuper corpus ſuum, tol-
letque cinerem (nempe *holocauſtum*) *quem come-*
dit ignis: ſuper altare: 11 *Ponetque eum, &*
collocabit illum prope altare. Deinde exuet ſe ve-
ſtibus ſuis, & induet ſe aliis veſtimentis, & educet
cinerem extra exercitum ad locum mundum.
12 *Ignis autem ſuper altare erit, ardebitque in eo,*
nec extinguetur: incendetque ſuper eum ſacerdos li-
gna quolibet mane, & congeret ſuper ea holocau-
ſtum, adolebitque ſuper illis adipes pacis.
13 *Propterea oportet vt ardeat ignis ſemper ſuper*
altari, & non extinguatur.
14 *Et hæc eſt lex muneris. Vt offerant illud filij*
Haron ante habitaculum Dei coram altari.
15 *Et pugillo ſuo tollat ex eo,* nempe *ex ſimila eius,*
& oleo eius, & totum thus quod eſt ſuper vtrum-
que, & adoleat odorem illius ſuper altare, accep-
tum placabilem apud Deum.
16 *Et reſiduum ipſius comedet Haron & filij*
eius: azymum comedetur in loco ſancto, in atrio
tentorij præſentiæ comedent illud.
17 *Non coquetur fermentatum. Conſtitui illud*
in portionem ipſorum ex ſacrificiis meis: ex præ-
cipuis ſacrorum eſt, veluti expiatio & ſacrifi-
cium delicti.

6 وليأت بقربانه لله كبشا صحيحا من الغنم بقيمة للقربان الى
الامام * 7 ويستغفر عنه الامام بين يدي سكينة الله *
ويغفر له اية خلة فعلها من جميع ما يعمله فيأثم فيه * 8 ثم
كلم الله موسى قايلا * و مر هارون وبنيه بان تقول لهم * هذه
شريعة الصعيدة * هي الصعيدة التي توضع على وقود المذبح
طول الليل الى الغداة * ونار المذبح توقد عليه * 10 ويلبس
الامام قميصا من عشر * وسراويل عشر يلبس على بدنه * ويرفع
الرماد الذي تاكل النار الصعيدة على المذبح * 11 فيصير
اياه ويجعله ملاصقا للمذبح * ثم يسلخ ثيابه ويلبس ثيابا اخر *
ويخرج الرماد الى خارج العسكر الى موضع طاهر * 12 والنار
على المذبح تقد فيه ولا تطفا * ويشعل عليها الامام حطبا في
كل غداة * وينضد عليها الصعيدة * ويقتر عليها شحوم السلامة *
13 لذلك يجب ان توقد النار دايما على المذبح ولا تطفا *
14 وهذه شريعة الهدية * ان يقدمها بنو هرون بين يدي
سكينة الله بين يدي المذبح *
15 ويرفع منها بقبضة من سميذها ودهنها * وجميع اللبان
الذي عليها * ويقتر فوحها على المذبح مقبولا مرضيا عند الله *
16 والفاضل منها ياكله هارون وبنوه * فطيرا يوكل في موضع
مقدس * في صحن خباء المحضر ياكلونها *
17 لا يخبز خميرا * جعلتها قسمتهم من قرابيني * من خواص
الاقداس هي كالذكاة وقربان الاثم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Oblationem verò offeret Domino, arietem immaculatum ex ouibus iuxta æſtimationem tuam in pecca-
tum. 7 Et expiabit eum ſacerdos coram Domino, & remittetur ei vnumquodque ex omnibus quæ fece-
rit delinquendo. 8 Præterea locutus eſt Dominus Moſi dicens, 9 Præcipe Aaroni, & filiis eius, dicens;
hæc eſt lex holocauſti, iſtud holocauſtum eſt propter incenſionem ſuper altare tota nocte vſque ad mane,
ignis autem altaris accendetur in eo. 10 Induet igitur ſacerdos veſtes lineas, induet quoque femoralia linea
ſuper carnem ſuam, & tollet cinerem quem conſumpſit ignis cum holocauſto ſuper altare, & ponet eum
prope altare. 11 Poſtea expoliabit veſtimenta ſua, & induet veſtimenta alia, efferetque cinerem extra ca-
ſtra in locum purum. 12 Ignis autem ſuper altare ardebit, non extinguetur; accendetque ſuper eo ſacerdos
ligna ſingulis matutinis, & diſponet ſuper eo holocauſtum, & adolebit ſuper eo adipem pacificorum.
13 Ignis perpetuus ardebit ſuper altare, non extinguetur.
14 Iſta etiam eſt lex oblationis libationum: adducent eam filij Aaron coram Domino ante altare.
15 Et auferet ex ea cum pugillo ſuo de ſimila oblationis, & de oleo eius, & omne thus quod eſt ſuper oblatio-
nem, adolebitque ſuper altare: ſacrificium eſt ignitum odoris ſuauis, memoriale Domino.
16 Quod autem reſiduum erit ex ea comedent Aaron, & filij eius: azyma comedetur in loco ſancto, in atrio
tabernaculi teſtimonij comedent eam.
17 Non coquetur fermentata, partem eorum dedi eam de ſacrificiis ignitis Domini: ſanctum ſanctorum hæc
eſt, ſicut oblatio pro peccato & pro delicto.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

[18] Omnis maſculus è filiis Aharonis comedent illud: conſtitutio ſit perpetua poſteritatibus veſtris de ſacrificiis Domini: quicunque tetigerit ea, ſanctificabitur. [19] Loquutus eſt etiam Dominus cum Moſe, & dixit ad eum: [20] Hæc eſt oblatio Aharonis & filiorum eius, quam offerent Domino in die qua vngentur. Vna ex decem *partibus* modij ſimilaginis farinæ iugiter, dimidium eius mane, & dimidiũ eius veſpere, iugiter. [21] Super ſartaginem in oleo fiet, recentem faciet eam: & cõminue farinã in plures buccellas, & offer odorem ſuffitus Domino. [22] Et ſacerdos qui vngetur poſt eum de filiis eius, idem faciet ſtatutum perpetuum Domino, integrè attolles. [23] Tota verò farina ſacerdotis, integrè fiet, & non comedetur. [24] Item loquutus eſt Dominus cum Moſe, & dixit ad eum: [25] Loquere cum Aharone & cum filiis eius, & dic eis, Hæc eſt lex peccati. In loco in quo mactatur holocauſtum, mactetur peccatum, coram Domino: ſanctum ſanctorum eſt. [26] Et ſacerdos qui expiabit illud, comedet illud: in loco ſancto comedatur, in atrio tabernaculi temporis. [27] Quicunque tetigerit carnem eius, ſanctificabitur: & ſi ſparſum fuerit de ſanguine eius ſuper veſtem *aliquam*, veſtis ſuper quam aſperſum fuerit, lauetur in loco ſancto. [28] Et vas teſtaceum in quo coctum fuerit, frangatur. Quòd ſi in vaſe æneo coquatur, abſtergatur & lauetur aqua. [29] Quilibet maſculus de filiis Aharon, comedet illud, quoniam ſanctum ſanctorum eſt. [30] Et omne peccatum de cuius ſanguine ingredietur tabernaculum tentorij ad expiandum in ſanctuario, non comedetur, ſed igne ardebit.

CAPVT VII.

HÆc eſt verò lex ſacrificij, ſanctum ſanctorum eſt.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

1 [illegible]

18 *Omnis maſculus ex filiis Haron comedet illud,*
conſtitutione ſæculorum in progenies veſtras, de ſa-
crificiis Dei : omnis tangens ea, ſanctificabitur.
19 *Iterum alloquutus eſt Deus Muſam, dicens:*
20 *Hoc eſt ſacrificium Haronis & filiorum eius,*
quod offerent Deo à die vnctionis ſuæ. Decimam
partem vaibæ ex ſimila in munus ſemper, dimi-
dium eius mane, & dimidium veſpere. 21 *Super*
ſartaginem in oleo facies largam placentam,
quam afferes imminutam in particulas, offereſque
illam gratam, placabilem Deo. 22 *Et ſimiliter*
ſacerdos ſucceſſor de filiis ſuis poſt eum faciet
eam, conſtitutione ſempiterna Deo: adolebitur to-
ta. 23 *Et omnia munera ſacerdotis adolebun-*
tur integra, nec comedentur.
24 *Et locutus eſt Deus ad Muſam, locutionem:*
25 *Dic Haroni & filiis eius: Hæc eſt lex expia-*
tionis. In loco in quo mactatur holocauſtum, ma-
ctabitur expiatio, ante habitaculum Dei: ex præ-
cipuis ſacrorum eſt. 26 *Sacerdos expians per il-*
lud, comedet illud: & in loco ſancto comedetur, in
atrio tentorij præſentiæ. 27 *Quicunque tetigerit*
carnem eius, ſanctificabitur. Et ſi aſperſum fuerit
de ſanguine qui ſpargetur ex eo, ſuper veſtem, laue-
tur in loco ſancto. 28 *Et vas argillæ in quo*
decoctum fuerit, frangetur: quòd ſi decoctum fue-
rit in vaſe æneo, radatur & lauetur aqua.
29 *Et omnis maſculus ex ſacerdotibus comedet*
illud, cùm ipſum ſit è præcipuis ſacrorum.
30 *Et omnis expiatio de cuius ſanguine aliquid*
infertur in tentorium præſentiæ vt per eum venia
poſtuletur, ne comedatur, ſed comburatur igne.

CAPVT VII.

1 *ET hæc eſt lex ſacrificij delicti: ipſum quoque*
eſt ex præcipuis ſacrorum.

18 كل ذكر من بني هارون ياكلها * رسم الدهور لاجيالكم من
قرابين الله * كل ماسها تقدس *
19 ثم كلم الله موسي قايلا * 20 هذا قربان هارون وبنيه
الذي يقربونه لله مذ يوم مسحه * عشر الويبة سميدا هدية دايما
نصفه في الغداة ونصفه بالعشي * 21 على طابق بالدهن
تعمل رغفة * تاتي بها مثرودة تقربها مقبولة مرضية لله *
22 وكذلك الامام المستخلف من بنيه بعده يصنعها * رسم الدهر
لله * تقتر جملة * 23 وساير هدايا الامام تقتر جملة ولا توكل *
24 وكلم الله موسي تكليما * 25 قل لهارون ولبنيه هذه
شريعة الذكاة * في موضع تذبح فيه الصعيدة تذبح الذكاة بين
يدي سكينة الله * من خواص الاقداس هي * 26 الامام المذكي
بها ياكلها * وفي موضع مقدس توكل في صحن خباء المحضر *
27 كل من دنا بلحمها تقدس * وان انتضح من دمها الذي
ينضح عنها على ثوب * فليغسل في موضع مقدس *
28 واناء الخزف الذي تطبخ فيه يكسر * فان طبخت في
اناء نحاس فليجرد ويغسل بالماء * 29 وكل ذكر من الايمة
ياكلها * اذ هي من خواص الاقداس *
30 وكل ذكاة يدخل بشي من دمها الي خباء المحضر يستغفر به *
فلا توكل بل تحرق بالنار *

* الفصل السابع *

1 وهذه شريعة قربان الاثم * هو ايضا من خواص الاقداس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Omnis maſculus inter filios Aaron comedet eam: ſtatutum eſt æternum in generationibus veſtris de in-
cenſis Domini; omnis qui tetigerit ea ſanctificabitur. 19 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens,
20 Hoc eſt munus Aaronis, & filiorum eius, quod offerent Domino in die quo vnxeris eum. Decimam Epha
farinæ in oblationem perpetuam; dimidium eius manè, & dimidium eius inter duas veſperas. 21 Super ſarta-
ginem in oleo fiet, frictam afferet eam: decocta oblationis fruſtatim offeres, odorem ſuauitatis Domino.
22 Sacerdos vnctus loco ipſius de filiis eius faciet eam: ſtatutum eſt æternum Domino, vniuerſa adolebitur.
23 Nam omnis oblatio ſacerdotis integra erit, non comedetur. 24 Deinde locutus eſt Dominus Moſi, di-
cens: 25 Loquere Aaroni & filiis eius dicens: Hæc eſt lex oblationis pro peccato in loco in quo mactabis ho-
locauſtum, mactabis peccatum, coram Domino: ſanctitas ſanctitatum hæc eſt. 26 Sacerdos qui offert eam,
comedet eam; in loco ſancto comedetur, in atrio tabernaculi teſtimonij. 27 Quicunque tetigerit carnem
eius ſanctificabitur; & cum aſperſerit quis de ſanguine eius ſuper veſtem, quod aſperſum fuerit lauabitur in lo-
co ſancto. 28 Vas quoque fictile in quo cocta fuerit, confringetur: Si verò in vaſe æneo cocta fuerit, &
tergetur, & aqua lauabitur. 29 Omnis maſculus inter ſacerdotes comedet eam, ſanctitas ſanctitatum hæc
eſt. 30 Sed omnis oblatio pro peccato, de cuius ſanguine attulerit ad tabernaculum teſtimonij ad expiatio-
nem faciendam in ſanctuario, non comedetur; igne comburetur.

CAPVT VII.

1 ISta autem eſt lex hoſtiæ pro delicto, ſanctitas eſt ſanctitatum.

[illegible]

2 In loco vbi mactant holocauſtum pacificum, mactabunt ſacrificium: & ſanguinem eius ſparget ſuper altare per ambitũ. 3 Omnemque eius adipem offeret ex eo, caudam, & velũ quod tegit abdomen: 4 Et duos renes, eorũque adipem, & ſeptũ iecoris cum renibus faciet. 5 Attolletque ea ſacerdos ad altare ſacrificium Dño: peccatum eſt. 6 Quilibet maſculus de filiis Aharon, comedent illud: in loco ſancto comedetur: ſanctum ſanctorũ eſt. 7 Inſtar peccati ſit iſtud ſacrificiũ, lex eadem ſit vobis: & ad ſacerdotem qui per illud expiat, pertinebit. 8 Sacerdos qui offert pro peccato alicuius viri holocauſtũ pacificum, pellis holocauſti pacifici quod offert, ipſius ſacerdotis erit. 9 Et omnis farina quæ coquitur in clibano, & quidquid conficitur in frixorio & ſuper ſartaginẽ, ad ſacerdotẽ qui offert illud, pertinebit, 10 Omnis autẽ farina quæ ſubigitur oleo, quæque arida eſt, ad omnes filios Aharonis pertinebit, cuilibet prout cõtinget illi. 11 Hæc eſt lex ſacrificij holocauſti quod offertur Dño. 12 Si pro gratiarũ actione offerat illud, offeret ſuper ſacrificio gratiarum actionis ſuæ placentas infermẽtatas, ſubactas oleo, & lagana infermentata vncta oleo. 13 Super placenta panis fermentati offeret munus ſuum pro ſacrificio holocauſti gratiarũ actionis ſuæ. 14 Et cùm quis obtulerit vnam ex his omnibus oblationibus ſeparationis Dño, ad ſacerdotem qui ſpargit ſanguinẽ holocauſti, pertinebit. 15 Caro autem ſacrificij holocauſti gratiarum actionis, eadem die qua illud offeret, comedetur, & non relinquetur ex ea quicquam vſque mane. 16 Quòd ſi votum fuerit, aut ſeparatio, ſacrificium oblationis eius, eodem die quo offertur ſacrificium, comedetur: & in die quoque poſtero, ſi quid remanſerit ex eo, iterum comedetur. 17 Si quid autem remanſerit ex carne ſacrificij ad diem tertium, igne comburetur.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

2 *In loco mactationis expiationis mactabitur*
ſacrificium delicti, & ſanguis eius ſpargetur ſuper
altare circumcirca. 3 *Et tota adeps eius tolletur*
ex ipſo, cauda, & pinguedo tegens ventrem, & am-
bo renes, & pinguedo quæ eſt ſuper ipſis, ſuper in-
teſtinis: 4 *Et redundantiam iecinoris cum duo-*
bus renibus tollet. 5 *Adolebitque ea ſacerdos ſuper*
altare, ſacrificiũ Deo. Per hoc autem fiet ſacrificiũ
delicti. 6 *Omnis maſculus è ſacerdotibus come-*
det illud, & in loco ſancto comedetur, quia eſt de
præcipuis ſacrorum. 7 *Sacrificium delicti eſt*
veluti expiatio, lex vna vtrique: ſacerdos qui per
illud expiauerit, ipſius erit. 8 *Et ſacerdos cũ obtule-*
rit holocauſtũ alicuius, eius pellẽ poſt ipſius oblatio-
nem habebit. 9 *Et omne munus ex ijs quæ co-*
quuntur in clibano, aut fiunt in frixorio, aut ſuper
ſartaginem, erit ſacerdoti illud offerenti 10 *Et om-*
ne munus ſubactum oleo, vel aridum, omnibus
filiis Haron erit: participabit vnus in ipſo ſicut al-
ter. 11 *Et hæc eſt lex ſacrificij pacis, quod offeret*
Deo. 12 *Si obtulerit illud in gratiarum actionem,*
offerat cum eo placentas azymas ſubactas oleo, &
lagana azyma vncta oleo, & farinam largam,
placentas ſubactas oleo.
13 *Cum placentis panis fermentati offeret oblatio-*
nem ſuam, cum ſacrificio gratiarum actionis pa-
cis ſuæ. 14 *Offerat autem ex eis vnum ex quolibet*
ſacrificio, holocauſtum Deo. ſacerdos qui ſpargit
ſanguinem ſacrificiorum pacis, ipſum habebit.
15 *Et caro ſacrificij gratiarum actionis pacis, in*
die oblationis ſuæ comedetur: non relinquet ex ipſa
quicquam in craſtinum.
16 *Quòd ſi fuerit ſacrificium oblationis eius ex*
voto, aut ſponte, comedatur in die qua offeretur
Deo, & in craſtino comedetur quod ſuperfuit ex
ipſo. 17 *Et quod ſupererit ex carne ſacrificij,*
comburetur igne.

2 في موضع ذبح الذكاة يذبح قربان الاثم * ودمه يرش على
المذبح مستديرا * 3 وجميع شحمه يرفع منه * الالية والثرب
المغطي للجوف * والكليتان والشحم الذي عليهما على الاحشاء *
4 وزيادة الكبد مع الكليتين ينزعها * 5 ويقترها الامام على المذبح
قربانا لله * بذلك ما يصير قربان الاثم * 6 كل ذكر من الايمة ياكله *
وفي موضع مقدس يوكل * لانه من خواص الاقداس * 7 قربان
الاثم كالذكاة * شريعة واحدة لهما * الامام الذي يكفر به له يكون *
8 والامام اذا قرب صعيدة انسان * فجلدها بعد تقريبها له يكون *
9 وكل هدية مما يخبز في التنور او يعمل في طنجير او على طابق *
تكون للامام المقرب لها * 10 وكل هدية ملتوية بالدهن او
جافة * لجميع بني هرون * يكون الواحد فيها كالاخر * 11 وهذه
شريعة ذبح السلامة الذي يقربه لله * 12 ان قربه شكرا فليقرب
معه جرادق فطير ملتوية بدهن * ورقاق فطير ممسوحة بدهن *
وسميدا رغفا جرادق ملتوية بالدهن * 13 مع جرادق خبز خمير
يقرب قربانه * مع ذبح شكر سلامته * 14 فليقرب من ذلك واحدا من
كل قربان رفيعة لله * الامام الذي ينضح دم ذبائح السلامة له
يكون * 15 ولحم ذبح شكر السلامة في يوم قربانه يوكل * لا
يبق منه شيا الى الغداة *
16 وان كان ذبح قربانه نذرا او تبرعا * فليوكل في يوم تقريبه لله *
وفي غده يوكل ما فضل منه * 17 والفاضل من لحم الذبح
يحرق بالنار *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

2 In loco in quo mactabunt holocauſtum, mactabunt & delictum; & ſanguinem eius fundent ſuper altare
in circuitu. 3 Omnem quoque adipem eius offeret ex eo, caudam, & adipem tegentem inteſtina. 4 Et om-
nem adipem qui eſt ſuper inteſtina, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos iuxta ilia, & reticulum quod
eſt ſuper iecur cum renibus auferet. 5 Adolebitque iſta ſacerdos ſuper altare, ſacrificium ignitum Domi-
nõ, hoſtia pro peccato eſt hæc. 6 Omnis maſculus inter ſacerdotes comedet illam: in loco ſancto comedetur,
ſanctitas ſanctitatum hæc eſt. 7 Hoſtiis pro peccato & pro delicto lex vna eſt; ad ſacerdotem qui cum ea ex-
piauerit, pertinebit. 8 Sacerdos verò qui obtulerit holocauſtum alicuius, pellis holocauſti quod obtulerit,
ſacerdotis ipſius erit. 9 Omnis quoque oblatio ſimilæ quæ coquetur in clibano, & quodcunque fiet in
craticula, aut in ſartagine, ad ſacerdotem pertinebunt qui ea obtulit. 10 Et omnis oblatio conſperſa oleo,
vel arida, omnium filiorum Aaronis erit, vnius vt alterius. 11 Hæc etiam eſt lex ſacrificij pacificorum quod
offerent Domino. 12 Si pro gratiarum actione offert illud, tum offeret pro ſacrificio gratiarum actionis
placentas azymas conſperſas oleo, & lagana azyma vncta oleo, & ſimilam frictam, placentas conſperſas oleo.
13 Super placentas panis fermentati offeret munus ſuum pro ſacrificio gratiarum actionis pacificorum ſuo-
rum. 14 Et offeret ex eo vnum de omnibus muneribus eleuationem Domino; ad ſacerdotem qui fudit ſan-
guinem pertinebit. 15 Caro autem ſacrificij gratiarum actionis pacificorum eius, in die quo offertur, comede-
tur: Nihil reſiduum fiet ex eo vſque ad mane. 16 Quod ſi votum, vel ſpontaneum ſacrificium fuerit munus eius,
in die quo offeret ſacrificium ſuum, comedetur; & quod reſiduum erit, die craſtina comedetur. 17 Sed quod re-
ſiduum erit de carne ſacrificij die tertia, igne cremabitur.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

18 Et ſi omnino quidpiam comedatur è carne ſacrificij holocauſti in die tertio, non erit accéptum: & ei qui offert illud, non reputabitur, ſed erit abominandum: quin & anima quæ comederit ex ipſo, peccatum recipiet.
19 Et caro quæ tetigerit quidpiam immundum, non comedetur, ſed caro illa comburetur: & quicunque mundus fuerit, comedet carnem.
20 Et anima quæ comederit ex carne ſacrificij pacifici Domini, immunditia ſua exiſtente ſuper eam, pereat anima eiuſmodi è populo ſuo.
21 Et anima cùm tetigerit quamcunque immunditiam hominis, aut iumentum immundum, aut quodlibet reptile immundum, & comederit de carne ſacrificij holocauſti Domini, pereat anima illa de populo ſuo.
22 Et loquutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
23 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis, Omnem adipem boum & agnorum & caprarum ne comederitis.
24 Et adeps cadaueris, & adeps *pecudis* eius quæ deuorata eſt à belluâ, adhibebitur ad omne opus, ſed nequaquam comedetis eam.
25 Nam quicunque comederit adipem de iumentis ex quibus offertur ſacrificium Dño, pereat anima quæ comederit, de populo ſuo.
26 Et omnem ſanguinem ne comederitis, in cunctis habitationibus veſtris, ſiue auis ſit ſiue iuméti.
27 Omnis anima quæ comederit ſanguinem, pereat eiuſmodi anima de populo ſuo.
28 Loquutus eſt etiam Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
29 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis, Qui offeret ſacrificium pacificum Domino, adducat oblationem ſuam Domino de ſacrificio holocauſti.
30 Manus eius afferant oblationem Domini, & adipem quæ ſuper pectuſculum eſt afferat cum ipſo pectuſculo cuius ſeparatio ſeparatur coram Domino.
31 Eleuabitque ſacerdos adipem ad altare, pectuſculum verò Aharonis erit & filiorum eius.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

18 *Et ſi comeſtum fuerit ex ea in die tertia, non acceptabitur: & offerenti illam non reputabitur, ſed erit deſpecta: & quicunque homo comederit aliquid ex ipſa, iam portauit culpam ſuam.*
19 *Et caro ſacrorum ſi tetigerit vllam ex immunditiis, non comedetur, ſed comburetur igne: & eam quæ fuerit munda, non comedet niſi mundus.*
20 *Et quicunque comederit carnem de ſacrificio pacis quod ad Deum pertinet, dum immunditia ſua eſt ſuper ipſum, abſcindetur homo ille à gente ſua.* 21 *Et quicunque contrectauerit aliquam ex immunditiis, immunditiis hominis aut belluæ immundæ, vel ex reptili immundo, comederitque ex ſacrificio pacis quod ad Deum pertinet, ſuccindetur etiam ille homo à gente ſua.*
22 *Etiam loquutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
23 *Præcipe filiis Iſrail, dicens: Omnem adipem boum & ouium & caprarum ne comedant.*
24 *Et verò adeps cadaueris & pecudis ægrotantis adhibebitur in omni opere, at comeſtione ne comedant eam.*
25 *Quoniam qui comederit adipem ex iumento de quo offertur ſacrificium Deo, abſcindetur homo ille comedens eam à gente ſua.*
26 *Et omnem ſanguinem ne comedatis in omnibus habitationibus veſtris, ex volatilibus & pecoribus.* 27 *Quicunque comederit aliquid ex ſanguine, ſuccindetur ille homo à gente ſua.*
28 *Item locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
29 *Loquere cum filiis Iſrail, dicendo ad ipſos de iis qui offerent victimam pacis Deo. Qui attulerit ſacrificium ſuum Deo de victima pacis,*
30 *Ambæ manus eius geſtabunt ſacrificia Dei, nempe adipem cum pectore: afferet illud ſecum, & agitatione agitabit illud Deo.*
31 *Adolebitque ſacerdos adipem ſuper altari: ac tum manebit pectus Haroni & filiis eius.*

18 فان اكل منه في اليوم الثالث فليس يرتضي * والمقرب له لا
يحتسب له بل يكون حسيسا * واي انسان اكل منه شيئا فقد حمل
وزره * 19 ولحم الاقداس ان دنا بشي من النجاسات * فلا يوكل
بل يحرق بالنار * والطاهر منه فلا ياكله الا طاهر * 20 واي
انسان اكل لحما من ذبح السلامة الذي هو لله ونجاسته عليه *
فيقطع ذلك الانسان من قومه * 21 واي انسان لمس شيئا
من النجاسات نجاسات انسان او بهيمة نجسة او من الدبيب النجس
فاكل من ذبح السلامة الذي هو لله * فيقرض ايضا ذلك الانسان
من قومه * 22 ثم كلم الله موسي قايلا * 23 مر بني اسرايل
قايلا * كل شحم بقر وضان وماعز لا تاكلوه * 24 وشحم النبيلة
والسقيمة يستعمل في كل صنعة واكلا لا تاكلوه * 25 فان من
ياكل شحما من البهيمة التي يقرب منها قربان لله * يقطع ذلك
الانسان الاكل له من قومه * 26 وكل دم لا تاكلوه في جميع
مساكنكم من الطير والبهايم * 27 اي انسان اكل
شيئا من الدم * يقطع ذلك الانسان من قومه *
28 ثم كلم الله موسي قايلا *
29 خاطب بني اسرايل بان تقول لهم في المقرب ذبح السلامة
لله * الذي ياتي بقربانه لله من ذبح السلامة *
30 يداه تحمل قرابين الله * وهي الشحم مع القص * ياتي به
معه فيحركه تحريكا لله * 31 ويبخر الامام الشحم على
المذبح * ثم يصير القص لهارون وبنيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Quod ſi comedendo comedatur de carne ſacrificij pacificorum die tertia, non erit acceptus offerens illud; non reputabitur illi; abominatio erit: anima quoque quæ comederit ex eo iniquitatem ſuam portabit.
19 Caro etiam quæ tetigerit quodlibet immundum, non comedetur, igne comburetur caro illa: omnis mundus comedet carnem. 20 Anima autem quæ comederit carnem de ſacrificio pacificorum quæ ſunt Domini, immundities eius ſuper eam; ideo exterminabitur anima illa de populo ſuo. 21 Aut anima cum tetigerit rem quamuis immundam immunditie hominis vel iumentum immundum, vel quoduis reptile immundum, & comederit de carne ſacrificij pacificorum Domini, exterminabitur etiam anima illa de populo ſuo.
22 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 23 Loquere filiis Iſrael dicens; Nullum adipem bouis, & agni, & capræ comedetis. 24 Adeps tamen morticini, & adeps à feris rapti fiet in omne opus, verùm comedendo non comedetis eum. 25 Nam quicunque comederit adipem iumenti de quo obtulerit ſacrificium ignitum Domino, exterminabitur anima illa quæ comederit de populo ſuo. 26 Nullum ſanguinem comedetis in generationibus veſtris, tam de volatilibus quàm de iumentis. 27 Omnis anima quæ comederit quemlibet ſanguinem, exterminabitur anima illa de populis ſuis. 28 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
29 Præterea filiis Iſrael loqueris dicens: qui obtulerit ſacrificium pacificorum ſuorum Domino, afferet munus ſuum Domino de ſacrificio pacificorum ſuorum. 30 Manus eius afferent ſacrificium ignitum Domino: adipem qui eſt ſuper pectuſculum afferent, pectuſculum vt ventiletur ventilatione coram Domino.
31 Et adolebit ſacerdos adipem ſuper altare, eritque pectuſculum Aaronis, & filiorum eius.

32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

✠ ܡܐܡܪܐ ✠ ܚ ✠

✠ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܐܗܪܘܢ ܘܕܒܢܘܗܝ ✠

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible] 5 [illegible]
6 [illegible]

32 Et armum dexterum dabitis ſeparationem
Domino de ſacrificiis veſtris pacificis. 33 Qui
obtulerit ſanguinem & adipem holocauſti de
filiis Aharon, is habebit pro portione armum
dexterum. 34 Nam pectuſculum ſeparationis &
armum ſeparationis accepi à filiis Iſrael de ſacri-
ficiis eorum pacificis, & dedi ea Aharoni ſacer-
doti & filiis eius, ſtatuto ſempiterno à filiis
Iſrael. 35 Hæc eſt vnctio Aharonis, & vnctio
filiorum eius de ſacrificiis Domini, in die quo
admouebitur ad miniſtrandum Domino:
36 Quemadmodum præcepit Dominus dan-
dum ipſis à filiis Iſrael in die qua vnxit eos, ſta-
tuto ſempiterno in generationes eorum.
37 Hæc eſt lex combuſtionis holocauſti, &
farinæ, & peccati, & oblationis, & complemen-
ti, & ſacrificij holocauſti: 38 Quam præcepit
Dominus Moſi in monte Sinai, in die qua præ-
cepit ei de filiis Iſrael, vt offerret ſacrificia eo-
rum Domino, in deſerto Sinai.

CAPVT VIII.

Vnctio Aharonis & filiorum eius.

Loquutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
& dixit ad eum: 2 Duc Aharonem &
filios eius cum eo, & accipe veſtes, & oleum
vnctionis, & bouem peccati, & duos arietes,
& caniſtrum azymi. 3 Et congrega totum
cœtum ad oſtium tabernaculi temporis.
4 Fecit igitur Moſes quemadmodum præce-
pit ei Dominus, & congregatus eſt totus cœ-
tus coram tabernaculo temporis.
5 Dixitque Moſes ad omnem cœtum, Hoc eſt
mandatum quod mandauit Dominus facien-
dum. 6 Et admouit Moſes Aharonem &
filios eius, & lauit eos aqua.

VERSIO SAMARITANA.

32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible]

ח

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible]

ח

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

32 *Et armum dexterum date ſacerdoti, oblationem de ſacrificiis pacis veſtræ.*
33 *Offerens ſanguinem pacis & adipem ex filiis Haron, ipſe habebit armum dexterum in portionem.* 34 *Nam pectus agitationis, & armum oblationis accepi à filiis Iſrail ex ſacrificiis pacis eorum, & dedi ea Haroni ſacerdoti & filiis eius in conſtitutionem ſæculi, à filiis Iſrail.*
35 *Hæc eſt portio Haronis & filiorum eius de ſacrificiis Dei, à die quo acceſſerint vt fungantur ſacerdotio Deo:*
36 *Quam præcepit Deus vt daretur ipſis à die vnctionis eorum à filiis Iſrail, in conſtitutionem ſæculi, in generationes eorum.*
37 *Hæc eſt lex holocauſti, & muneris, & expiationis, & ſacrificij delicti, & complementi, & victimæ pacis:*
38 *Quam præcepit Deus Muſæ in monte Sinain, in die qua præcepit filiis Iſrail vt offerrent ſacrificia ſua Deo in deſerto Sinai.*

CAPVT VIII.

ITem locutus eſt Deus ad Muſam, dicens. 2 *Admoue Haronem & filios eius cum eo, & veſtes, & oleum vnctionis, & vitulum expiationis, & duos arietes, & ciſtam azymorum.*
3 *Et omnem cœtum congrega ad ianuam tabernaculi præſentiæ.*
4 *Fecitque Muſa ſicuti mandauit Deus: & congregatus eſt cœtus ad ianuam tabernaculi præſentiæ.*
5 *Et dixit eis Muſa: Hoc eſt præceptum cuius mandauit Deus exequutionem.*
6 *Admouitque Haronem & filios eius, & lauit eos aqua.*

32 والساق اليمنى اعطوها الامام رفيعة من ذبائح سلامتكم *
33 المقرب دم السلامة والشحم من بني هارون * له تكون
الساق اليمنى نصيبا * 34 لان قص التحريك وساق الرفيعة
اخذتهما من بني اسرايل من ذبائح سلامتهم * واعطيتها هارون
الامام وبنيه رسم الدهر من بني اسرايل *
35 هذه حصة هارون وبنيه من قرابين الله * مذ يوم قدموا
ليومنوا لله * 36 التي امر الله بان يعطوها مذ يوم مسحهم
من بني اسرايل * رسم الدهر لاجيالهم *
37 هذه شريعة للصعيدة وللهدية وللذكاة وقربان الاثم
وللكمال ولذبح السلامة *
38 التي امر الله بها موسى في جبل سينين * في يوم امر بني
اسرايل بان يقربوا قرابينهم لله في برية سينا *

* الفصل الثامن *

1 ثم كلم الله موسى قايلا *
2 قدم هارون وبنيه معه * والثياب ودهن المسحة ورب الذكاة
والكبشين وسل الفطير *
3 وجميع الجمع جوقه الى باب خباء المحضر *
4 فعمل موسى كما امر الله * فتجوق الجمع الى باب خباء
المحضر *
5 وقال لهم موسى * هذا الامر الذي امر الله بعمله *
6 فقدم هارون وبنيه وغسلهم بالماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

32 Armum quoque dextrum dabitis eleuationem ſacerdoti de ſacrificiis pacificorum veſtrorum.
33 Offerentis ſanguinem pacificorum & adipem ex filiis Aaron, ipſius erit armus dexter in portionem.
34 Nam pectuſculum in ventilationis oblationem, & armum in eleuationem accepi de filiis Iſrael ex ſacrificiis pacificorum eorum, & dedi ea Aaroni ſacerdoti, & filiis eius in ſtatutum æternum de filiis Iſrael.
35 Hæc vnctio Aaronis, & vnctio filiorum eius de incenſis Domini in die quo offeret eos, vt ſacerdotio fungantur Domino, 36 Quæ præcepit Dominus dare illis eo die quo vnxit illos inter filios Iſrael; ſtatutum eſt æternum in generationibus veſtris. 37 Hæc eſt lex holocauſti, & oblationis ſimilæ, & pro peccato, & pro delicto, & pro conſecrationibus, & pro ſacrificio pacificorum, 38 Quæ præcepit Dominus in monte Sinai, in die quo præcepit filiis Iſrael vt offerrent munera ſua Domino in deſerto Sinai.

CAPVT VIII.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Sume Aaronem, & filios eius cum eo, & veſtes, & oleum vnctionis, & vitulum pro peccato, & duos arietes, & caniſtrum azymorum. 3 Et omnem Congregationem congrega ad portam tabernaculi teſtimonij. 4 Et fecit Moſes ſicut ei præceperat Dominus: congregauit igitur congregationem ad oſtium tabernaculi teſtimonij. 5 Dixitque Moſes Congregationi, hæc eſt res quam præcepit fieri Dominus, 6 Et accedere fecit Moſes Aaronem, & filios eius, & lauit eos in aquis.

[illegible]

7 Et induit eum tunica, & præcinxit eum Zona, & circundedit eum thorace, & accinxit perizomate lumbos eius, & impoſuit ſuper eum ephod, & præcinxit eum cingulo ephod: 8 Poſuitque ſuper illud thoracem, & poſuit ſuper thoracem, Notitia & veritas. 9 Deinde poſuit tiaram in capite eius, poſuitque ſuper tiaram è regione vultus eius, coronam aureã, coronam ſanctitatis, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. 10 Deinde accipiens Moſes oleum vnctionis, vnxit tabernaculum, & quidquid erat in illo, & ſanctificauit ea: 11 Et ſparſit ex eo ſuper altare ſeptem vicibus: & vnxit altare & omnia vaſa eius, & labrum eiuſque baſim vnxit & conſecrauit ea. 12 Et effudit ex oleo vnctionis in caput Aharonis, & vnxit eum, & conſecrauit illum. 13 Et admouens Moſes filios Aharonis, induit eos tunicis, & accinxit eos zonis, fecitque eis pileolos, quemadmodum præceperat Dñs Moſi. 14 Et accedere fecit bouem peccati, poſueruntque Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput bouis peccati, 15 Et mactauit illũ. Sumenſque Moſes de ſanguine digito ſuo, ſparſit ſuper cornua altaris per circuitum, & expiauit altare, & ſanguinem fudit ad radices altaris, & ſanctificauit illud, & expiauit illud. 16 Deinde ſumens totum adipem tegentem abdomen, & ſeptum iecinoris, & duos renes eorumque adipem, euexit Moſes ad altare. 17 Bouem autem & pellem eius, & carnem eius, & fimum ipſius igne combuſſit extra caſtra, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. 18 Præterea adduxit arietem combuſtionis holocauſti, & poſuerunt Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. 19 Et mactauit eum Moſes, ſparſitque ſanguinem ipſius ſuper altare per ambitum. 20 Ipſum verò arietem diſſecuit membratim: & eleuauit Moſes caput, & membra, & adipem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

7 *Et impoſuit ei ſubculam & cinxit illum zo-*
na , & induit eum pluuiali , & poſuit ſuper
eum pectorale , ſtrinxitque illum eo metipſo, &
cinxit pectus eius ipſo. 8 *Et poſuit ſuper il-*
lud thoracem , & poſuit in illo Dilucidationes &
veritates. 9 *Et poſuit cidarim ſuper caput eius,*
& poſuit ſub illa à parte contigua faciei ipſius vit-
tam auream , diadema ſanctitatis, iuxta id quod
præceperat Deus Muſæ. 10 *Et ſumpſit Muſa oleum*
vnctionis , & vnxit ipſo habitaculum & quic-
quid erat in illo , & ſanctificauit vtraque.
11 *Et aſperſit de illo ſuper altare ſeptem aſperſio-*
nes, & vnxit altare , & omnia vaſa eius , & vr-
nam ac baſim eius, & ſanctificauit ea. 12 *Et effu-*
dit de oleo vnctionis ſuper caput Haronis , & ſan-
ctificauit illum. 13 *Admouitque Muſa filios Ha-*
ronis, & induit eos ſubuculis , & cinxit eos zonis,
& veſtiuit eos cucullis , ſecundū id quod præceperat
Deus Muſæ. 14 *Deinde obtulit vitulum expia-*
tionis, impoſueruntque Haron & filij eius manus
ſuas ſuper caput eius. 15 *Et mactauit eum Muſa,*
ſumpſitque aliquantulum de ſanguine eius, & po-
ſuit ſuper angulos altaris circumcirca digito ſuo,
& expiauit illud , & reliquum ſanguinem fudit
propè fundamentum ipſius, & ſanctificauit illud,
& veniam impetrauit pro eo. 16 *Accepitque Mu-*
ſa totam adipem quæ eſt ſuper ventre , & redun-
dantiam iecinoris, & ambos renes , ac pinguedi-
nem eorum , & adoleuit ea ſuper altari.
17 *Et vitulum cum pelle eius, & carnem ipſius*
cum eius ſimo , combuſſit igne extra caſtra , ſicuti
præcepit Deus Muſæ. 18 *Deinde admouit arie-*
tem holocauſti , impoſueruntque Haron & filij
eius manus ſuas ſuper caput eius.
19 *Et mactauit eum Muſa, & ſparſit ſangui-*
nem ſuper altare in gyrum. 20 *Et partitus eſt*
Muſa arietem membratim: & adoleuit caput , &
membra, & hepar.

7 وجعل عليه القميص * وقلده الزنار * والبسه الممطر * وجعل
عليه الصدنة * وشدده بها منها وصدنه بها * 8 وصير عليه البدنه *
وجعل فيها الانوار والصحايح * 9 وصير العمامة على راسه
وجعل دونها مما يلي وجهه عصابة الذهب تاج القدس * حسبما
امر الله به موسي * 10 واخذ موسي دهن المسح ومسح به
المسكن وجميع ما فيه وقدسهما * 11 ونضح منه على المذبح سبع
نضحات * ومسح المذبح وجميع انيته * والحوض ومقعده وقدسها *
12 وصب من دهن المسح على راس هرون وقدسه *
13 وقدم موسي بني هرون * والبسهم قمصانا * وقلدهم زنانير
والبسهم قلانس * حسبما امر الله به موسي * 14 ثم قدم رب
الذكاة واسند هرون وبنوه ايديهم على راسه *
15 فذبحه موسي * واخذ شيا من دمه وجعل على اركان المذبح
مستديرا باصبعه وذكاه * وباقي الدم صبه عند اساسه * وقدسه
واستغفر عنه * 16 واخذ موسي جميع الثرب الذي على
الجوف وزيادة الكبد والكليتين وشحمهما * وقتر ذلك على المذبح *
17 والرب مع جلده ولحمه مع فرثه احرقه بالنار خارج المعسكر *
كما امر الله موسي به * 18 ثم قدم كبش الصعيدة * فاسند
هرون وبنوه ايديهم على راسه *
19 فذبحه موسي ونضح الدم على المذبح مستديرا *
20 وعضا موسي الكبش اعضا * وقتر الراس والاعضا
والقصبة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Poſtea poſuit ſuper eum tunicam, & cinxit eum baltheo ; & veſtiuit eum pallio , poſuitque ſuper eum
Ephod, & conſtrinxit eum cingulo Ephod, & amiciuit eum cum eo. 8 Poſuit etiam ſuper eum rationale,
deditque ſuper rationale Vrim & Thumim. 9 Impoſuitque cidarim ſuper caput eius, & poſuit ſuper cida-
rim è regione faciei eius laminam auream, coronam ſanctitatis , ſicut præceperat Dominus Moſi.
10 Deinde cepit Moſes oleum vnctionis, & vnxit tabernaculum , & omnia quæ erant in eo ; & ſanctificauit
ea. 11 Aſperſit quoque de eo ſuper altare ſepties, & vnxit altare, & omnia vaſa eius, & labrum, & baſim eius,
vt ſanctificaret illa. 12 Deinde effudit de oleo vnctionis ſuper caput Aaronis, & vnxit eum vt ſanctificaret
eum. 13 Et accedere fecit Moſes filios Aaronis, & induit eos tunicis, & cinxit eos baltheis, & redimiuit eos
tiaris, ſicut præceperat Dominus Moſi. 14 Adduxit etiam vitulum pro peccato, & impoſuerunt Aaron, &
filij eius manus ſuas ſuper caput vituli pro peccato. 15 Et iugulauit, & cepit Moſes ſanguinem, & poſuit ſuper
cornua altaris in circuitu cum digito ſuo: mundauitque altare, & ſanguinem effudit ad baſim altaris, & ſancti-
ficauit illud, vt expiationes fierent ſuper illo. 16 Poſtea accepit omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina, & reti-
culum hepatis, & duos renes, & adipem eorum, & adoleuit Moſes ſuper altare. 17 Vitulum autem, & pellem
eius, & carnem eius, & fimum eius combuſſit igne extra caſtra, ſicut præcepit Dominus Moſi.
18 Adduxit quoque arietem holocauſti, & impoſuerunt Aaron, & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.
19 Et mactauit, & fudit Moſes, ſanguinem ſuper altare in circuitu. 20 Arietemque diuiſit in membra ſua; ca-
put autem adoleuit Moſes, & membra, & adipem.

21 Inteſtinum verò & crura lauit aqua: leuauit-
que Moſes arietem integrum ad altare, combu-
ſtionem pro holocauſto, in odorem ſuffitus, ſa-
crificium Domino, quemadmodum præcepit
Dn̄s Moſi. 22 Et adduxit arietem ſecundum,
arietem complementi, poſuerūtque Aharon &
filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. 23 Et
mactauit eū Moſes, & accepit de ſanguine eius,
& ſparſit ſuper auriculam auris Aharonis dex-
træ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſu-
per pollicem pedis eius dextri. 24 Et accedere
fecit filios Aharonis, ſparſitque Moſes de ſan-
guine ſuper auriculas auriū eorum dexterarum,
& ſuper pollices manuum eorum dexterarū, &
ſuper pollices pedum eorum dexterorum: ſpar-
ſit etiam Moſes ſuper altare per ambitum. 25 Et
accepit adipem, & caudā, totūque velum quod
tegit abdomen, & ſeptū iecinoris, duoſque re-
nes & adipem eorum, & armum dexterū: 26 Et
de caniſtro azymi quod erat coram Dn̄o, acce-
pit placentam vnam infermentatā, & placen-
tam vnam olei, & laganum vnum: 27 Poſuitque
ſuper adipem & ſuper armum dexterum, & po-
ſuit ea omnia in manibus Aharonis & in mani-
bus filiorum eius, & ſeparauit ea ſeparationem
coram Domino. 28 Deinde ſumpſit ea Moſes è
manibus eorum, & eleuauit ea ad altare in com-
buſtionem holocauſti, vt eſſent complemen-
tum in odorem ſuffitus, ſacrificium Dn̄o. 29 Et
accipiens Moſes pectuſculum, ſeparauit illud
ſeparationem coram Dn̄o: & ex ariete comple-
menti facta fuit portio Moſi, quemadodū præ-
ceperat Dominus Moſi. 30 Accepit etiam Mo-
ſes ex oleo vnctionis, & ex ſanguine qui erat ſu-
per altare, ſparſitque ſuper Aharonem & ſuper
veſtes eius, & ſuper filios eius, necnon ſuper
veſtes filiorum eius cum illo, & conſecrauit
Aharonem veſteſque ipſius, & filios eius & ve-
ſtes filiorum eius cum eo.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 *Ventrem verò & crura lauit aqua: adoleuitque Muſa totum arietem ſuper altari: Ipſe eſt oblatio, acceptus, placans, ſacrificium Deo, vti præcepit Deus Muſæ.* 22 *Deinde admouit arietem ſecundum, arietem complementi, poſueruntque Haron & filij eius manus ſuas ſuper caput eius.*
23 *Et mactauit illum Muſa, ſumpſitque è ſanguine ipſius aliquantulum, poſuitque illum ſuper auriculam auris Haron dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri.*
24 *Poſtea admouit filios Haronis, & poſuit parum ſanguinis ſuper auriculis aurium eorum dexterarum, & ſuper pollicibus manuum eorum dexterarum, & pollicibus pedum ipſorum dexterorum: ſparſitque Muſa reliquum ſanguinem circumcirca.* 25 *Et accepit adipem, & caudam, & omnem pinguedinem quæ eſt ſuper ventre, & redundantiam iecinoris, & ambos renes, & adipem eorum, & armum dexterum.*
26 *Et ex caniſtro azymorum quod eſt in conſpectu Dei, eduxit placentam azymam, & placentam panis vncti, & laganum, & poſuit ea ſuper adipes & armum dexterum.*
27 *Poſuitque omnia ſuper manu Haronis, & ſuper manu filiorum eius, & agitatione agitauit ea Deo.* 28 *Deinde accepit ea Moſes è manibus eorum, & adoleuit illa ſuper altari cum holocauſto, eo quòd ſit ſacrificium complementi Deo, acceptum, placabile.*
29 *Poſtea accepit Muſa pectus, & agitauit illud agitatione coram Deo, fuitque Muſæ portio de ariete complementi, ſicut præcepit Deus Muſæ.*
30 *Deinde accepit Muſa ex oleo vnctionis, & ſanguine qui erat ſuper altari, ſparſitque ſuper Haronem & veſtes eius, & filios eius ac veſtes filiorum eius cum ipſo, & ſanctificauit eos omnes.*

21 والبطن والاكارع غسلها بالماء * وقتر موسي جميع الكبش
على المذبح * هو صعيدة مقبول مرضي قربانا لله * كما امر الله
موسي * 22 ثم قدم الكبش الثاني كبش الكمال * واسند هرون
وبنوه ايديهم على راسه * 23 فذبحه موسي * واخذ من دمه
شيا فجعله على شحمة اذن هرون اليمني * وعلي ابهام يده
اليمني * وعلي ابهام رجله اليمني * 24 ثم قدم بني هرون *
وجعل من الدم شيا على شحمات اذانهم اليمنيات * وعلي اباهيم
ايديهم اليمنيات * واباهيم ارجلهم اليمنيات * ورش موسي باقي الدم
مستديرا * 25 واخذ الثرب والالية وجميع الشحم الذي
على الجوف وزيادة الكبد والكليتين وشحمهما والساق اليمني *
26 ومن سل الفطير الذي بين يدي الله اخرج جردقة
فطير وجردقة خبز مدهون ورقاقة * وصيرها على الشحوم
والساق اليمني * 27 وجعل الكل على يد هرون وعلي يد
بنيه * وحركه تحريكا لله * 28 ثم اخذها موسي من بين
ايديهم * وقترها على المذبح مع الصعيدة * لانها قربان كمال لله
مقبول مرضي * 29 ثم اخذ موسي القص * وحركه تحريكا
بين يدي الله * وكان لموسي نصيبا من كبش الكمال *
كما امر الله موسي *
30 ثم اخذ موسي من دهن المسح ومن الدم الذي على
المذبح * فنضح على هرون وثيابه وبنيه وثياب بنيه معه * وقدسهم
اجمعين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Inteſtina verò, & crura lauit aqua, & adoleuit Moſes omnem arietem ſuper altare: holocauſtum eſt hoc in odorem ſuauitatis ſacrificium ignitum Domino, ſicut præcepit Dominus Moſi. 22 Et obtulit arietem ſecundum, arietem conſecrationum: impoſuerunt quoque Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.
23 Et mactauit, & accepit Moſes de ſanguine eius, & poſuit ſuper lobum auris dexteræ Aaron, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri. 24 Et accedere fecit filios Aaron, & poſuit Moſes de ſanguine ſuper lobum auris eorum dexteræ, & ſuper pollicem manus eorum dexteræ, & ſuper pollicem pedis eorum dexteri: deinde fudit Moſes ſanguinem ſuper altare in circuitu.
25 Sed cepit adipem cum cauda, & omnem adipem qui eſt ſuper inteſtina, & reticulum iecoris, & duos renes, & adipem eorum, & armum dextrum. 26 De caniſtro etiam azymorum quod eſt coram Domino, ſumpſit placentam azymam vnam, & placentam panis cum oleo vnam, & laganum vnum, poſuitque ſuper adipes, & ſuper armum dexterum. 27 Et poſuit hoc omne ſuper volas Aaronis, & ſuper volas filiorum eius, & ventilauit ea ventilatione coram Domino. 28 Poſtea accepit iſta Moſes de volis eorum, adoleuitque in altari cum holocauſto: conſecrationes ſunt iſtæ in odorem ſuauitatis, ſacrificium ignitum Domino.
29 Accepitque Moſes pectuſculum, & ventilauit illud ventilatione coram Domino de ariete conſecrationum: Moſi fuit in portionem, ſicut præceperat Dominus Moſi. 30 Et ſumpſit Moſes de oleo vnctionis, & de ſanguine qui erat ſuper altare, quæ ſparſit ſuper Aaron, & ſuper veſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes filiorum eius cum eo: ſanctificauitque Aaronem, & veſtes eius, & filios eius, & veſtes filiorum eius cum eo.

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

31 Et dixit Moſes ad Aharonem & ad filios eius,
Coquite carnem in oſtio tabernaculi temporis,
ibique comedite eam cum pane qui eſt in cani-
ſtro complementi, quemadmodum iuſſum eſt
mihi vt Aharon & filii eius comederẽt eã. 32 Et
quod remanebit ex carne & ex pane, igne com-
buretis. 33 Et de oſtio tabernaculi temporis ne
egrediamini ſeptem diebus, donec abſoluantur
dies complementi veſtri: nam ſeptem diebus
complebuntur manus veſtræ. 34 Quemadmo-
dum feci in die iſta, ſic præcepit Dñs faciendum
& expiandum pro vobis. 35 Et in oſtio taber-
naculi temporis ſedete ſeptem diebus diu no-
ctuque, & obſeruate obſeruationes Dñi, vt ne
moriamini: ita enim mihi mandatum eſt. 36 Fe-
cit itaque Aharon & filij eius omnes ſermones
quos præceperat Dominus per manum Moſis.

CAPVT IX.

FActumque eſt in die octauo, vt conuoca-
ret Moſes Aharonem & filios eius, ſenio-
reſque filiorum Iſrael. 2 Diceretque ad Aha-
ron, Tolle tibi vitulum vnũ bubulum pro pec-
cato, & arietem exortem macula in holocau-
ſtum pacificum, & offer coram Domino.
3 Filiis autem Iſraël dixit, Tollite vobis hir-
cum caprarum pro peccato, & vitulum, &
agnum anniculos in quibus nulla ſit macula,
ad combuſtionem holocauſti: 4 Et bouem,
atque arietem ad ſacrificium pacificum co-
ram Dño, & farinam ſubactam oleo: quoniam
hodie apparíturus eſt vobis Dominus. 5 Tu-
lerunt igitur quicquid præcepit eis Moſes, &
venerunt ante tabernaculum temporis: & ac-
cedens vniuerſus cœtus, ſteterunt coram Do-
mino. 6 Dixitque Moſes, Iſte eſt ſermo
quem præcepit Dominus vt faceretis, & ap-
parebit ſuper vos gloria Domini.

VERSIO SAMARITANA.

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

31 *Dixitque Muſa ad Haronem & filios eius: Coquite iſtam carnem prope ianuam tabernaculi præſentiæ, & ibi quoque comedite eam cum pane qui eſt in caniſtro complementi, ſicut præcepi ac dixi: Haron & filij eius comedent eam.*
32 *Et quod ſupererit de carne & pane, comburite igni.* 33 *Et è ianua tabernaculi præſentiæ ne egrediamini ſeptem dies, vſque ad diem conſummationis complementi veſtri.* 34 *Nam ſeptem diebus complebuntur debita veſtra: & quemadmodum factum eſt vobis hodie, ita mandauit Deus fieri, & veniam poſtulari pro vobis.*
35 *Atque ad ianuam tabernaculi præſentiæ ſedete nocte ac die ſeptem dies, & cuſtodite obſeruantias Dei, & ne pereatis: quoniam ſic præceptum eſt mihi.*
36 *Fecitque Haron & filij eius omnia præcepta quæ mandauit Deus Muſa.*

CAPVT IX.

CVmque fuiſſet dies octauus, vocauit in eo Muſa Haronem & filios eius, & ſeniores Iſrail.
2 *Dixitque Haroni: Sume tibi vitulum de bobus in expiationem, & arietem in holocauſtum ambos integros, & offer eos coram Deo.*
3 *Et præcipe filiis Iſrail, dicens: Accipite hædum de capris in expiationem, & vitulum atque agnum, vtrumque anniculum, integros in holocauſtum:* 4 *Et taurum atque arietem pro pace, vt mactentur ambo coram Deo: & munus ſubactum oleo, quia hac die Angelus Dei appariturus eſt vobis.* 5 *Adduxerunt ergo quæ præcepit Deus Muſa, ad oſtium tabernaculi præſentiæ: acceſſitque totus cœtus, ſteteruntque coram Deo.*
6 *Ait Muſa: Hoc eſt mandatum quod præcepit vobis Deus, exequimini illud, & apparebit vobis ſplendor Dei.*

31 وقال موسى لهارون وبنيه * اطبخوا هذا اللحم عند باب خباء
المحضر * وثم ايضا فكلوه مع الخبز الذي في سل الكمال كما امرت
وقلت * هارون وبنوه ياكلونه * 32 وما فضل من اللحم والخبز
فاحرقوه بالنار * 33 ومن باب خباء المحضر لا تخرجوا سبعة
ايام * الى يوم فراغ كمالكم * 34 فان سبعة ايام تكمل
واجباتكم * وكما عمل بكم اليوم كذلك امر الله ان يعمل ويستغفر
عنكم * 35 وعند باب خباء المحضر فاجلسوا ليلا ونهارا
سبعة ايام * ولتحفظوا احفاظ الله ولا تهلكوا * لاني كذا امرت *
36 وعمل هرون وبنوه بجميع الاوامر التي امر الله موسى بها *

* الفصل التاسع *

1 فلما كان اليوم الثامن دعا فيه موسى بهارون وبنيه وشيوخ
اسرائيل * 2 وقال لهرون خذ لك عجلا من البقر للذكاة وكبشا
للصعدة صحيحين * وقربهما بين يدي الله *
3 ومر بني اسرائيل قائلا * خذوا عتودا من الماعز للذكاة * وعجلا
وخروفا ابني سنة صحاحا للصعدة *
4 وثورا وكبشا للسلامة يذبحان بين يدي الله وهدية ملتوتة
بدهن * لان هذا اليوم ملاك الله متجل فيه لكم *
5 فقدموا ما امر الله به موسى الى باب خباء المحضر * وتقدم
جميع الجمع ووقفوا بين يدي الله *
6 قال موسى هذا الامر الذي امركم الله به * اعملوه
يتجل لكم نور الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Tum dixit Moſes Aaroni, & filiis eius, coquite carnem ad oſtium tabernaculi teſtimonij in loco ſancto; & ibi comedetis eam, & panem qui eſt in caniſtro conſecrationum, ſicut præcepi dicens, Aaron, & filij eius comedent ea. 32 Quod autem reſiduum erit de carne, & de pane, igne comburetis.
33 De porta quoque tabernaculi teſtimonij non egrediemini ſeptem diebus vſque ad diem quo completi fuerint dies conſecrationum veſtrarum; ſeptem enim diebus conſecrabit manus veſtras.
34 Sicut fecit in die iſta, præceperat Dominus vt faceret ad expiandum vos. 35 Ad oſtium quoque tabernaculi teſtimonij ſedebitis diu noctuque ſeptem diebus, vt cuſtodiatis cuſtodiam Domini, & non moriamini, quoniam ſic præcepi. 36 Et fecit Aaron, & filij eius omnia verba quæ præceperat Dominus per manum Moſis.

CAPVT IX.

FActumque eſt die octauo vt vocaret Moſes Aaronem, & filios eius, & ſeniores Iſrael. 2 Tum dixit Aaroni; ſume tibi vitulum filium bouis pro peccato, & arietem in holocauſtum, immaculatos, & adduc coram Domino. 3 Senioribus quoque Iſrael loquêris dicens: accipite hircum de capris in ſacrificium pro peccato, & vitulum, & agnum, anniculos immaculatos in holocauſtum. 4 Et bouem & arietem in pacifica ad ſacrificandum coram Domino, & oblationem conſperſam oleo, quoniam hodie Dominus apparuit vobis. 5 Et acceperunt quæ præceperat Moſes in conſpectu tabernaculi teſtimonij, & acceſſerunt omnis Congregatio, & ſteterunt coram Domino. 6 Dixitque Moſes, hæc eſt res quam præcepit Dominus vt faciatis, & apparuit eis gloria Domini.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

7 Deinde dixit Moſes ad Aharonem, Accede
ante altare, & offer peccatum tuum & holo-
cauſtum tuum pacificum, & fac expiationem
pro te & pro populo: & offer ſacrificium po-
puli, & fac expiationem pro eis quemadmo-
dum præcepit Dominus. 8 Acceſſit ergo Aha-
ron ad altare, & mactauit vitulum peccati ſuũ.
9 Et obtulerunt Aharoni filij ſui ſanguinem, &
intinxit digitum ſuum ſanguine, ſparſitque ſu-
per cornua altaris: & *reliquum* ſanguinem effu-
dit ſuper radices altaris. 10 Adipem verò cum
renibus & ſepto iecoris *tollens* ex peccato, ex-
tulit ad altare quemadmodum præceperat Do-
minus Moſi. 11 Carnem autem & pellem igne
combuſſit extra caſtra. 12 Mactauit etiam ho-
locauſtum pacificum, & porrexerunt Aharo-
ni filij ſui ſanguinem, ſparſitque eum ſuper al-
tare per ambitum. 13 Holocauſtum quoque
pacificum aduexerunt ei, & ſecuit illud mem-
bratim, & caput eleuauit ad altare. 14 Lauitque
inteſtina cum cruribus, & euexit holocauſtum
pacificum ad altare. 15 Deinde adduxit obla-
tionem populi, & accipiens hircum peccati po-
puli mactauit eum, & mundauit illum inſtar
præcedentis. 16 Et obtulit holocauſtum pa-
cificum, fecitque illud iuxta ritum ſuum.
17 Attulit & farinã, implenſque manum ſuã ex
ea, eleuauit ſuper altare, præter holocauſtum
pacificum hirci. 18 Mactauit etiam bouem &
arietem ſacrificium pacificum populi: & porre-
xerunt filij Aharonis ſanguinem ipſi, ſparſitque
eum ſuper altare circumcirca. 19 Et adipem bo-
uis atque arietis, & caudam, necnon velamina
inteſtinorum, & renes, atque ſeptum iecinoris.
20 Poſuitque adipem ſuper pectuſcula, & adi-
pem quidem eleuauit ad altare: 21 Pectuſcula
verò cum armo dextero ſeparauit Aharon ſepa-
rationẽ coram Dño, prout iuſſus fuerat Moſes.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

7 *Et dixit Haroni: Accede ad altare, & fac ex-*
piationem tuam atque holocauſtum tuum, & po-
ſtula veniam tibi & populo tuo: & fac ſacrificium
populi, & veniam pete pro eis, vti præcepit Deus.
8 *Acceßit ergo Haron ad altare, & mactauit*
vitulum expiationis ſuum: obtuleruntque filij Ha-
ron ſanguinem ipſi, & intinxit digitū ſuum in illo,
poſuitque ex eo ſuper angulos altaris: & reliquum
ſanguinem fudit prope fundamentum altaris.
10 *Adipem verò, & renes, & ſuperfluitatem ieci-*
noris de expiatione adoleuit ſuper altari, ſicuti
mandauit Deus Muſæ. 11 *Et carnem eius, pel-*
lemque ipſius combuſsit igni extra caſtra.
12 *Deinde mactauit holocauſtum, attuleruntque*
filij Haronis ſanguinem ipſi, & ſparſit eum ſuper
altare circumcirca. 13 *Tum attulerunt ei*
membra holocauſti cum capite, & adoleuit ea ſuper
altare. 14 *Et lauit ventrem & crura, adoleuit-*
que ea cum holocauſto ſuper altari. 15 *Deinde ob-*
tulit ſacrificium turbæ, ſumpſitque hædum expia-
tionis ipſorum, & mactauit eum, atque expiauit
per illum vt per primum. 16 *Poſtea obtulit ho-*
locauſtum, fecitque illud iuxta conſtitutionem.
17 *Deinde admouit munus, & impleuit volam*
ſuam illo, & adoleuit illud ſuper altari præter obla-
tionem matutinam.
18 *Mactauitque taurum & arietem, duo ſacri-*
ficia pacis populi. Attuleruntque filij Haro-
nis ſanguinem ad ipſum, & ſparſit eum ſuper
altare per gyrum.
19 *Et adipes ex tauro & ex ariete: caudam, &*
tegmen renum, & redundantiam iecoris:
20 *Poſueruntque adipes cum pectoribus, &*
adoleuit adipes ſuper altari.
21 *Et pectora & armum dextrum agitauit*
Haron agitatione coram Deo iuxta id quod præ-
ceperat Deus Muſæ.

7 وقال لهرون تقدم الى المذبح واعمل ذكاتك وصعدتك
واستغفر لك ولقومك * واعمل قربان القوم واستغفر عنهم كما امر
الله * 8 فتقدم هرون الى المذبح فذبح عجل الذكاة الذي له *
9 فقدم بنو هرون الدم اليه * فغمس اصبعه فيه وجعل منه على
اركان المذبح * وباقي الدم صبه عند اساس المذبح * 10 والترب
والكلي وزيادة الكبد من الذكاة قترها على المذبح كما امر الله
موسى * 11 ولحمه وجلده حرقهما بالنار خارج العسكر *
12 ثم ذبح الصعدة وبلغ بنو هرون الدم اليه * ورشه على
المذبح مستديرا * 13 ثم بلغوا اليه اعضاء الصعدة مع
الراس * وقتر ذلك على المذبح * 14 وغسل الجوف والاكارع *
وقتر ذلك مع الصعدة على المذبح * 15 ثم قدم قربان القوم
فاخذ عتود الذكاة الذي لهم * فذبحه وذكى به كالاول *
16 ثم قدم الصعدة وصنعها كالرسم * 17 ثم قدم الهدية
وملا كفه منها * وقتر ذلك على المذبح ماخلا صعدة الغداة *
18 وذبح الثور والكبش ذبيحي السلامة الذين للقوم * وبلغ بنو
هرون اليه الدم ورشه على المذبح مستديرا *
19 والشحوم من الثور ومن الكبش * الالية والمغطي الكلي وزيادة
الكبد * 20 فجعلوا الشحوم مع القصوص * وقتر الشحوم
على المذبح *
21 والقصوص والساق اليمنى حركها هرون تحريكا بين يدي
الله * حسب ما امر الله به موسى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Dixitque Moſes Aaroni, accede ad altare, & fac peccatum tuum, & holocauſtum tuum, & expia pro te, &
pro populo; fac quoque munus populi & expia pro eis, ſicut præcepit Dominus. 8 Tum acceſſit Aaron ad
altare, & mactauit vitulum pro peccato ſuo. 9 Et attulerunt filij Aaronis ſanguinem ad eum, & tinxit digi-
tum ſuum in ſanguine, poſuitque ſuper cornua altaris, & ſanguinem fudit ad baſim altaris.
10 Adipem verò & renes, & reticulum iecoris ex oblatione pro peccato adoleuit ſuper altare, ſicut præcepe-
rat Dominus Moſi. 11 Carnem autem, & pellem combuſſit igne extra caſtra. 12 Poſtea mactauit holo-
cauſtum, & filij Aaronis tradiderunt ei ſanguinem, & fudit eum ſuper altare in circuitu.
13 Holocauſtum quoque porrexerunt ei in fruſta ſua cum capite, & adoleuit ſuper altare.
14 Lauit etiam inteſtina, & crura, & adoleuit in holocauſtum ſuper altare.
15 Deinde obtulit munus populi, & accepit hircum pro peccato populi, mactauitque & mundauit eum ſicut
primum. 16 Et obtulit holocauſtum, & fecit ſecundum id quod conſtitutum erat. 17 Obtulit quoque
oblationem ſimilæ, & impleuit volas ſuas ex ea, & adoleuit ſuper altare, præter holocauſtum matutinum.
18 Mactauit quoque bouem & arietem ſacrificium pacificorum pro populo: Et attulerunt filij Aaronis ſan-
guinem ad eum quem fudit ſuper altare in circuitu. 19 Adipes etiam de boue, & de ariete, caudam, &
quod operit renes, & reticulum iecoris. 20 Poſueruntque adipes ſuper pectuſcula, & adoleuit adipes
ſuper altare. 21 Pectuſcula verò, & armum dexterum ventilauit Aaron ventilatione coram Domino,
ſicut præceperat Dominus Moſi.

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

22 Et eleuauit Aharon manus ſuas ſuper populum, & benedixit eis: tum deſcendit poſtquam obtulit peccatum, & holocauſtum pacificum, & ſacrificium pacificum. 23 Et ingreſſi ſunt Moſes & Aharon tabernaculum temporis, egreſſique benedixerunt populum, & apparuit gloria Domini coram vniuerſo populo.
24 Et egreſſus eſt ignis à conſpectu Domini, deuorauitque ſuper altare adipem holocauſti pacifici: quod videns vniuerſus populus, laudes dederunt, & prociderunt ſuper facies ſuas.

CAPVT X.

1 Accipientes autem filij Aharonis Nadab & Abihu quiſque thuribulum ſuum, poſuerunt in ea ignem, impoſitoque in iis thure, attulerunt coram Domino ignem extraneum, extra tempus, quem non præceperat eis.
2 Et egreſſus ignis à conſpectu Domini, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino.
3 Et ait Moſes ad Aharonem, Hoc eſt quod dixit Dominus, In iis qui mihi propinquiores ſunt ſanctificabor, & in conſpectu totius populi glorificabor. & tacuit Aharon. 4 Aduocauit autem Moſes Manſael & Eliſaphan filios Vziel patrui Aharonis, & dixit ad eos, Accedite, tollite fratres veſtros à conſpectu ſanctuarij extra caſtra. 5 Et accedentes tulerunt eos in tunicis eorũ, & aſportauerunt eos extra caſtra, quemamodum dixerat Moſes. 6 Dixit etiam Moſes ad Aharonem, & ad Eliazar, & ad Ithamar filios Aharonis qui ſupererant ei, Capita veſtra ne nudetis, & veſtimenta veſtra ne ſcindatis, vt ne moriamini, fiatque indignatio ſuper vniuerſam congregationem. Omnes autem fratres veſtri domeſtici Iſraelis lugebunt incendia quæ incendit Dominus:

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

1 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

22 *Poſthæc leuauit Haron manus ſuas ad populum, benedixitque eis poſtquam deſcendit ab opere expiationis, & oblationis, & ſacrificiorum pacis.*
23 *Tum ingreſſi ſunt Muſa & Haron ad tabernaculum præſentiæ, exieruntque ambo, & benedixerunt populo, apparuitque ſuper populum gloria Dei.*
24 *Siquidem exiit ignis à Deo, & comedit ſuper altari holocauſtum & adipes: viditque populus, & clamauerunt, & ceciderunt ſuper facies ſuas.*

CAPVT X.

DEinde acceperunt duo filij Haronis Nadab & Abihu vnuſquiſque thuribulum ſuum, & poſuerunt ſuper eis incenſum, obtuleruntque coram Deo ignem exterum, quem non præceperat eis Deus.
2 *Exiitque ignis à conſpectu Dei, & comedit ambos, & mortui ſunt coram Deo.*
3 *Et ait Muſa Haroni: Hoc eſt quod dixit Deus: Magnificabor in proximis mihi, & in conſpectu totius populi glorificabor tacuitque Haron.*
4 *Tum vocauit Muſa Miſauil & Alſafan duos filios Oziail patrui Haronis, dixitque ambobus: Accedite, & aſportate duos fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij extra caſtra.*
5 *Acceſſeruntque, & portauerunt ambos in veſtibus eorum extra caſtra, ſicuti præceperat Deus Muſæ.*
6 *Et ait Muſa ad Haronem & ad Eleazar & ad Ithamar filios eius: Capita veſtra ne ſinatis inculta, & veſtes veſtras ne laceretis, vt non pereatis, & in vniuerſum populum ira concitetur: at fratres veſtri omnes filij Iſrail, ipſi plorabunt incendium quod incendit Deus.*

22 ثم شال هرون يديه الى القوم * وبارك عليهم بعد ان نزل من
عمل الذكاة والصعدة وذبائح السلامة * 23 ثم دخل موسى
وهرون الى خباء المحضر * وخرجا وباركا على القوم * وتجلى على
القوم كرم الله * 24 بان خرجت نار من عند الله فاكلت على
المذبح الصعدة والشحوم * فنظر القوم وارتوا ووقعوا على
وجوههم *

* الفصل العاشر *

1 ثم اخذ ابنا هرون ناداب وابيهو كل رجل مجمره * فجعلا فيهما
نارا * وصيرا عليهما بخورا * وقربا بين يدي الله نارا غريبة ما لم
يامرهم الله به * 2 فخرجت نار من عند الله فاكلتهما * وماتا
بين يدي الله * 3 فقال موسى لهرون * هو ما قال الله اني
اتعظم بالقربين الي وبحضرة جميع الجمع اتكرم * فسكت هرون *
4 ثم دعا موسى ميشائيل والصافان ابني عزائيل عم هارون *
فقال لهما تقدما فاحملا اخويكما من بين يدي القدس
الى خارج العسكر *
5 فتقدما وحملاهما بثوبيهما الى خارج العسكر * كما امر الله
موسى *
6 وقال موسى لهارون ولالعازار ولايثامار ابنيه * اروسكم
لا تشعثوا * وثيابكم لا تمزقوا ولا تهلكوا * وعلى جميع الجمع
يسخط * واخوتكم كل بني اسرائيل هم يبكون على الحريق
الذي احرقه الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Poſthæc eleuauit Aaron manum ſuam ſuper populum & benedixit ei; & deſcendit poſtquam feciſſet oblationem pro peccato, & holocauſtum, & pacifica.
23 Et ingreſſi ſunt Moſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij; & egreſſi benedixerunt populo: Tum apparuit gloria Domini omni populo.
24 Egreſſus eſt quoque ignis à facie Domini, & conſumpſit ſuper altare holocauſtum, & adipes: viditque omnis populus, & laudantes ceciderunt ſuper facies ſuas.

CAPVT X.

ACceperunt autem filij Aaron, Nadab, & Abiu, vnuſquiſque thuribulum ſuum, poſueruntque in eis ignem, & incenſum deſuper, & obtulerunt coram Domino ignem alienum, quem non præceperat eis.
2 Sed egreſſus ignis à facie Domini conſumpſit eos, & mortui ſunt coram Domino.
3 Dixitque Moſes Aaroni, ecce quod locutus eſt Dominus dicens: in appropinquantibus ad me ſanctificabor, & in conſpectu omnis populi glorificabor, & ſiluit Aaron.
4 Vocauit autem Moſes Miſaelem, & Eliſaphan filios Vzielis patrui Aaronis, dixitque eis, accedite, tollite fratres veſtros à facie ſanctuarij extra caſtra.
5 Et acceſſerunt, & deportauerunt eos cum tunicis eorum extra caſtra, ſicut dixerat Moſes.
6 Poſtea dixit Moſes Aaroni, & Eleazaro, & Ithamar filiis eius, capita veſtra non denudabitis, & veſtimenta veſtra non diſcindetis, & non moriemini; ſed ſuper omnem Congregationem erit indignatio, fratreſque veſtri, & omnis domus Iſrael plorabunt incendium quod incendit Dominus.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

7 Vos verò ex oſtio tabernaculi temporis
ne exeatis, vt ne moriamini, quoniam oleum
vnctionis Domini eſt ſuper vos. & fecerunt
iuxta verbum Moſis. 8 Et loquutus eſt Do-
minus cum Aharone, dixitque ad eum:
9 Vinum & ſiceram ne bibas tu & filij tui te-
cum, cum ingrediemini tabernaculum tem-
poris, ne moriamini: ſtatutum ſit ſempiter-
num in poſteritates veſtras: 10 Vt diſcernatis in-
ter ſacrum & profanum, & inter immundum
& mundum 11 Et docebis filios Iſrael omnia
ſtatuta quæ dixit eis Dominus per Moſen.
12 Dixitque Moſes ad Aharonem, & ad Elia-
zar, & ad Ithamar filios Aharonis qui ſuper-
fuerant ei, Sumite farinam quæ remanſit ex
oblationibus Domini, & comedite illam infer-
mentatam ád latus altaris, quoniam ſacroſancta
eſt. 13 Et comedite illam in loco ſancto, quia ius
tuum eſt, & ius filiorũ tuorum tecum, de obla-
tionibus Domini; nam ita iuſſus ſum. 14 Pectu-
ſculum etiam ſeparationis, & armum ſepara-
tionis comedite in loco mundo, tu & filij tui,
atque filiæ tuæ tecum: ſiquidem ius tuum eſt, &
ius filiorum tuorum tecum, conceſſum de ſa-
crificiis pacificis filiorum Iſrael. 15 Nam ar-
mum ſeparationis & pectuſculum ſeparatio-
nis, ſuper oblationem adipis afferent ad ſepa-
randam ſeparationem coram Domino: eritque
tibi & filiis tuis tecum ſtatutum perpetuum,
quemadmodum præcepit Dominus. 16 Hir-
cũ etiam peccati diligenter quæſiuit Moſes, &
ecce combuſtus erat: & iratus aduerſus Elea-
zar, & aduerſus Ithamar filios Aharonis qui ſu-
pererant ei, dixit ad eos: 17 Qua de cauſa non
comediſtis peccatum in loco ſancto, quum ſit
ſacroſanctum, illudque dederim vobis ad tol-
lendum peccatum cœtus, & expiandum pro
eis coram Domino?

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

7 *Et ex ianua tabernaculi præſentiæ ne exeatis,*
ne forte pereatis; nam oleum vnctionis Dei ſu-
per vos eſt. Feceruntque quod præcepit Muſa.
8 *Deinde locutus eſt Deus ad Haronem, dicens:*
9 *Ne bibas vinum aut quid inebrians tu & filij*
tui tecum in ingreſſu veſtro ad tabernaculum præ-
ſentiæ, ne pereatis: Præceptum ſæculi eſt ſuper ſe-
riem generationum veſtrarum. 10 *Et vt diſcer-*
natis inter ſanctum & inter prophanum, & pollu-
tum & mundum: 11 *Et vt declaretis filiis Iſrail*
omnia mandata quæ præcepi vobis per manum
Muſæ. 12 *Tum locutus eſt Muſa ad Haro-*
nem, & Eleazar, & Ithamar duos filios eius ſu-
perſtites: Accipite munus quod ſuperfuit è ſacri-
ficiis Dei, & comedite illud azymum ad latus al-
taris, quia eſt de præcipuis ſacrorum.
13 *Et licet vt comedatis illud quoque in omni-*
bus partibus loci ſancti, cùm ſit demenſum tuum
& demenſum filiorum tuorum de ſacrificio Dei:
quoniam ita mandatum fuit mihi.
14 *At verò pectus agitationis, & armum holo-*
cauſti comedite in loco ſancto tu & filij tui & filiæ
tuæ tecum; demenſum enim tuum ſunt, & de-
menſum amborum filiorum tuorum, quæ conceſſa
ſunt vobis de ſacrificiis pacis filiorum Iſrail.
15 *Similiter armus holocauſti, & pectus agita-*
tionis cum adipibus crematis, afferantur vt agi-
tentur agitatione coram Deo, & ſint tibi & filiis
tuis ſtatuto perpetuo, ſicuti mandauit Deus.
16 *Quæſiuit autem Muſa hædum expiationis, &*
ecce iam combuſtus fuerat: iratuſque eſt contra
Eleazar & Ithamar filios Haronis ſuperſtites, &
ait illis: 17 *Quare non comediſtis expiationem*
in loco ſancto? ſiquidem eſt de præcipuis ſacro-
rum, & Deus dedit eam vobis, vt portaretis
delictum populi, & veniam poſtularetis pro ipſis
coram Deo.

7 ومن باب خباء المحضر لا تخرجوا لئلا تهلكوا * لأن دهن
مسحة الله عليكم * فعملوا بما أمر موسى *
8 ثم كلم الله هرون قائلا * 9 لا تشرب خمرا وسكرا أنت
وبنوك معك عند دخولكم الى خباء المحضر لئلا تهلكوا * رسم
الدهر على مر أجيالكم * 10 ولتفصلوا بين القدس وبين
البذل والنجس والطاهر * 11 ولتفتوا بني اسرائيل بجميع
الرسوم التي أمرتكم بها على يد موسى *
12 ثم كلم موسى هرون والعازار وايثامار ولديه الباقين * خذوا
الهدية الفاضلة من قرابين الله * وكلوها فطيرا بجانب المذبح *
لأنها من خواص الأقداس * 13 وجائز أن تأكلوها أيضا في سائر
بقاع الموضع المقدس * اذ هو رزقك ورزق بنيك من قربان الله * لأني
كذا أمرت * 14 وأما قص التحريك وساق الرفعة فكلوهما في
موضع مقدس * أنت وبنوك وبناتك معك * فانهما رزقك ورزق
ولديك قد أعطيتموها من ذبائح سلامة بني اسرائيل * 15 كذلك
ساق الرفعة وقص التحريك مع الشحوم المحرقة يؤتى بها لتحرك
تحريكا بين يدي الله * فتكون لك ولبنيك * رسم الدهر كما أمر الله *
16 والتمس موسى عتود الذكاة فاذا هو قد أحرق * فسخط على
العازار وايثامار ابني هرون الباقين * وقال لهم * 17 ما بالكم
لم تأكلوا الذكاة في موضع مقدس لأنها من خواص الأقداس *
والله أعطاكم اياها لتحملوا وزر الجمع وتستغفروا عنهم بين
يدي الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 De porta autem tabernaculi teſtimonij non egrediemini ne moriamini; quoniam oleum vnctionis Domi-
ni ſuper vos: & fecerunt ſecundum verbum Moſis. 8 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
9 Vinum, & ſiceram non bibes, tu, & filij tui tecum cum ingrediemini in tabernaculum teſtimonij, vt non
moriamini: ſtatutum eſt æternum in generationibus veſtris. 10 Vt diſtinguatis inter ſanctum, & inter
prophanum, inter immundum, & inter mundum. 11 Atque vt doceatis filios Iſrael omnia mandata quæ
locutus eſt Dominus vobis in manu Moſis. 12 Locutuſque eſt Moſes Aaroni, & Eleazaro, & Itha mar filiis
eius reſiduis: accipite oblationem ſimilæ reſiduam de ſacrificiis ignitis Domini, & comedite illam azymam iux-
ta altare, quia ſanctitas ſanctitatum hæc eſt. 13 Comedetis autem illam in loco ſancto, quia portio tua, & por-
tio filiorum tuorum illa eſt de ſacrificiis ignitis Domini, ſic enim præcepi. 14 Pectuſculum ventilationis, &
armum eleuationis comedetis in loco mundo, tu, & filij tui, & filiæ tuæ tecum: quoniam portio tua, & portio
filiorum tuorum data ſunt de ſacrificiis pacificorum filiorum Iſrael. 15 Armum eleuationis, & pectuſculum
ventilationis cum incenſis adipum afferent, vt ventilatione ventiletur coram Domino; & erit tibi, filiiſque
tuis, & filiabus tuis tecum in ſtatutum æternum ſicut præcepit Dominus. 16 Hircum verò pro peccato quæ-
rendo quæſiuit Moſes, & ecce combuſtus fuerat; ideo iratus eſt in Eleazarum, & in Ithamar filios Aaronis reſi-
duos dicens. 17 Quare non comediſtis peccatum in loco ſancto? nam ſanctum ſanctorum hoc eſt: Illud de-
dit vobis vt portetis iniquitatem Congregationis, & expietis eos coram Domino.

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

18 Ecce non ingreditur de ſanguine eius in ſan-
ctuarium interius. Vtinam comediſſetis illud in
ſanctuario, quemadmodum præceptum mihi
fuit vt Aharon & filij eius comederent illud.
19 Reſpondit Aharon ad Moſen, En hodie
obtulerunt peccata ſua & holocauſta ſua paci-
fica coram Domino, & tamen acciderunt mi-
hi hæc omnia: quid ſi comediſſem peccatum
hodie, num decorum fuiſſet coram Domino?
20 Quod cum audiſſet Moſes, boni conſuluit.

CAPVT XI.

Diſtinctio ciborum.

ET loquutus eſt Dominus cum Moſe &
cum Aharone, dixitque ad eos. 2 Loqui-
mini cum filiis Iſrael, & dicite eis, Hoc animal
eritis comedentes ex omni iumento quod eſt in
terra. 3 Omne illud cuius vngula fiſſa eſt & di-
uiſa in duo, ruminatque, illud comedite. 4 Hæc
verò non comedetis ex iis quæ ruminant, & ex
iis quorum bifidæ ſunt vngulæ. Camelus qui
ruminat, eius autem vngula non eſt bifida,
immundus eſto vobis. 5 Et cuniculus qui
ruminat, ſed eius vngula non eſt bifida, im-
mundus eſto vobis. 6 Et lepus qui rumi-
nat, eius tamen vngula non eſt fiſſa, im-
mundus eſto vobis. 7 Sus etiam cuius vngu-
la fiſſa eſt & ſeparata in duo, tamen non rumi-
nat, immundus eſto vobis. 8 Ex eorum car-
ne non comedetis, & eorum corpora non tan-
getis: immunda *enim* ſunt vobis. 9 Et hæc
comedetis ex omnibus quæ ſunt in aquis.
Omne quod habet alas & ſquamas in aquis, tam
in maribus quam fluminibus comedite. 10 Om-
ne autem quod non habet alas & ſquamas tam
in maribus quam in fluminibus, inter vniuer-
ſum reptile aquarum, & inter omnem animam
viuentem aquatilem:

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

18 *Quin etiam ecce non ingreſſus eſt de ſanguine*
ipſius ad ſanctuarium internum. Decebat autem
vt comederetis eam in ſanctuario, ſicut mandaui
vobis. 19 *Dixit ad eum Haron, Ecce hodie etiamſi*
obtulerim expiationem eorum & holocauſtum eo-
rum coram Deo, euenerunt mihi talia accidentia:
ſi ergo comediſſem expiationem hodie, nunquid
fuiſſet illud gratum apud Deum? 20 *Cúmque au-*
diſſet hoc Muſa, placuit illi.

CAPVT XI.

1 *ET allocutus eſt Deus Muſam & Haronem,*
dixitque eis: 2 *Loquimini ad filios Iſrail,*
& dicite illis: Hoc eſt animal quod licet vobis co-
medere ex omnibus animantibus quæ ſunt ſuper
terram. 3 *Omne habens vngulam, & cuius vn-*
gula eſt diuiſa diuiſione, & educens ruminationem
ex animantibus, comedite. 4 *At verò hæc ne co-*
medatis ex educentibus ruminationem, & ex ha-
bētibus vngulas: Camelum, nam eſt eliciens rumi-
nationem, non tamen habet vngulam, eſtque vobis
immundus. 5 *Et cuniculum, nam is etiam elicit*
ruminationem, non tamen habet vngulam, im-
mundus eſt vobis. 6 *Et lepus educit quidem rumi-*
nationem, at non eſt inſtructus vngula, ideo im-
mundus eſt vobis. 7 *Et ſus quia habet vngu-*
lam, eiuſque vngula eſt diuiſa diuiſione, tamen
non ruminat ruminationem, eſt etiam vobis im-
mundus. 8 *Ne comedatis quidquam ex carnibus*
eorum, & cadauera eorum ne tangatis, immunda
ſunt vobis. 9 *Et hoc eſt quod licet vobis comedere*
ex omni eo quod eſt in aqua. Omne quod habet alas
& ſquamas in maribus & fluminibus, comedite.
10 *Et omne quod non habet alas & ſquamas in*
maribus & fluminibus inter omne reptile aquæ &
omne animal quod eſt in illa, eſt abominabile vobis.

18 وايضا هوذا لم يدخل من دمها الى القدس الجواني * فقد كان
يجب ان تاكلوها في القدس كما امرتكم * 19 فقال له هارون
هوذا اليوم الذي قربت ذكاتهم وصعيداتهم بين يدي الله وافتني
مثل هذه المصايب * فلو اكلت الذكاة اليوم هل كان ذلك حسنا
عند الله * 20 فلما سمع موسى ذلك حسن عنده *

* الفصل الحادي عشر *

1 وكلم الله موسى وهارون فقال لهما * 2 كلما بني اسرايل وقولا
لهم * هذا الحيوان الذي يجوز لكم ان تاكلوه من جميع البهايم
التي على الارض * 3 كل مطلفة بظلف * ومفروق ظلفها تفريقا *
ومصعدة اجترارا من البهايم فكلوها * 4 واما هذه فلا
تاكلوها من المصعدات اجترارا * ومن المطلفة بالاظلاف * الجمل
فانه مصعد اجترار غير مطلف بظلف * وهو نجس لكم *
5 والوبر فانه ايضا مصعد اجترار غير مطلف بظلف * فهي
نجسة لكم * 6 والارنبة فانها مصعدة اجترار وغير مطلفة
بظلف * فهي نجسة لكم * 7 والخنزير فانه مطلف بظلف
وظلفه مفروق تفريقا وهو لا يجتر اجترارا * وهو نجس لكم *
8 لا تاكلوا شيا من لحومها * وبنبايلها لا تدنوا * نجسة هي لكم *
9 وهذا ما يجوز ان تاكلوه من جميع ما في الماء * كل ما له
اجنحة وفلوس في البحار والاودية فكلوه * 10 وكل ما ليس له
اجنحة وفلوس في البحار والاودية في جميع دبيب الماء وجميع
الحيوان الذي فيه * فهو رجس لكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Ecce non eſt illatus ſanguis eius in ſanctuarium intrinſecus: comedendo comedetis illud in ſanctuario
ſicut præcepi. 19 Dixitque Aaron Moſi: Ecce hodie obtulerunt peccatum ſuum, & holocauſtum ſuum
coram Domino, & contigerunt mihi talia; ſi comedam peccatum hodie, nunquid placitum erit in oculis Do-
mini? 20 Et audiuit Moſes, & placitum fuit oculis eius.

CAPVT XI.

1 ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens eis. 2 Loquimini filiis Iſrael dicentes: Hæc ſunt animan-
tia quæ comedetis ex omnibus beſtiis quæ ſunt ſuper terram. 3 Quidquid diuidit vngulam, & findit
fiſſuram duarum vngularum, reducens ruminationem, inter beſtias illam comedetis. 4 Verùm iſtas non co-
medetis de reducentibus ruminationem, & de diuidentibus vngulam; Camelum, quoniam reducit quidem
ruminationem, ſed non diuidit vngulam: Immundus erit iſte vobis. 5 Cuniculum quoque, quoniam re-
ducit quidem ruminationem, ſed vngulam non diuidit: Immundus erit vobis. 6 Et leporem, quia reducit
quidem ruminationem, ſed vngulam non diuidit: immundus erit vobis. 7 Et porcum, quoniam diuidit qui-
dem vngulam, & findit fiſſuram vngulæ, ſed ipſe ruminationem non ruminat: immundus erit vobis.
8 De carne eorum non comedetis, neque cadauera eorum tangetis. Hæc erunt immunda vobis. 9 Iſta
autem comedetis de omnibus quæ ſunt in aquis. Omne quod habet pinnulas, & ſquamas in aquis, in mari, &
in fluminibus, illud comedetis. 10 Sed omne quod non habet pinnulas, & ſquamas in aquis, in mari, & in
fluminibus, de omni reptili aquarum, & de omni anima viuente in aquis, hoc vobis erit abominatio.

[illegible]

¹¹ Immunda ſunt vobis, & ex eorum carne
ne comederitis, & eorum corpora, immunda
reputabitis. ¹² Quicquid igitur caret alis &
ſquamis in aquis, immundum vobis eſto.
¹³ Hæc autem horrete ex volatilibus, nec
comedentur eo quòd immunda ſint: Aquila,
& miluus. ¹⁴ Et coruus in ſpecies ſuas. ¹⁵ Et
ſtruthio, & niſus in ſpecies ſuas. ¹⁶ Et no-
ctua, & piſcator piſcium, ¹⁷ Et pelicanus,
& nycticorax, & cygnus, & pſittacus.
¹⁸ Et ciconia, & falco in ſpecies ſuas.
¹⁹ Et gallina ſilueſtris, & pauo: ²⁰ Omnis etiam
proles volatilis gradientis ſuper quatuor, im-
munda vobis eſto. ²¹ Hæc autem comedite ex
omni prole volatilis gradiente ſuper quatuor,
habente vngulas ſuper pedes ſuos quibus ſalit
ſuper terram. ²² Hæc *inquam* comedetis ex
ipſis: Locuſtam iuxta genus ſuum, & locuſtam
maiorem alis carentem iuxta genus ſuum.
²³ Omnis verò *alia* proles volucris habens
quatuor pedes, immunda eſto vobis:
²⁴ Et in iſtis polluemini. Quicunque tetige-
rit corpora eorum, erit pollutus vſque ad ve-
ſperam. ²⁵ Et quicunque portauerit corpora
eorum, lauabit veſtes ſuas, & erit pollutus
vſque ad veſperam. ²⁶ Et omne iumentum
cuius vngula fiſſa quidem eſt, ſed non eſt di-
uiſa in duo, neque ruminat, immundum eſt
vobis: & quicunque tetigerit illud, immundus
erit vſque ad veſperam. ²⁷ Et quicquid gra-
ditur ſuper manus ſuas, omneque animal
quod graditur ſuper quatuor, immundum
eſto vobis: Et quicunque tetigerit corpora
eorum, erit immundus vſque ad veſperam.
²⁸ Et qui geſtauerit corpora eorum, abluet
veſtes ſuas, eritque immundus vſque ad ve-
ſperam: immunda enim ſunt vobis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

11 *Quòd autem ea ſint vobis abominanda, eſt vt non comedatis de carnibus eorum, & cadauera eorum horreatis.* 12 *Similiter omne quod non habet alas & ſquamas in aqua, immundum eſt vobis.* 13 *Et hoc eſt quod abominabimini ex volatilibus, & quæ non comedentur quia immunda ſunt: Aquila, & oſſifraga, & gryphus,* 14 *Et miluus, & bubo, ac ſpecies eorum.* 15 *Et omnes corui, ac ſpecies eorum.* 16 *Et ſtruthiones, & cypſelus, & aquila marina, & accipiter in ſpecies ſuas.* 17 *Et noctua, & vultur & niſus,*
18 *Et falco, & cygnus, & anates ſylueſtres,*
19 *Et ſacer, & pſittacus in ſpecies ſuas, & vpupa, & veſpertilio.* 20 *Et omne volatile gradiens ſuper quatuor pedes eſt vobis abominabile.*
21 *Sed iſtud comedite ex omni reptili volante, incedente ſuper quatuor pedes: Quod habet duo crura ſuper pedes ſuos, quibus ſaliat ſuper terram,*
22 *Iſtud eſt quod comedetis ex ipſis: Locuſtæ, & ſpecies earum, & bruchus, & ſpecies eius, & cicadæ, & ſpecies earum, & locuſtæ virides, & ſpecies earum.* 23 *Reliqua verò reptilia volantia, habentia quatuor pedes, ſunt abominabilia vobis, & ab iis abhorrebitis.* 24 *Quicunque tetigerit cadauera eorum, polluetur vſque ad occaſum.*
25 *Et quicunque geſtauerit aliquid è cadaueribus eorum, lauabit veſtes ſuas, & erit immundus vſque ad occaſum.* 26 *Ex omnibus animalibus ea quæ habent quidem vngulam, at non fuerint bifida, neque ruminationem elicientia, immunda ſunt vobis: quicunque tetigerit illa, polluetur.*
27 *Et omne gradiens ſuper volas ſuas ex omnibus animantibus ambulantibus ſuper quatuor, immundum eſt vobis: quicunque tetigerit cadauera eorum, erit immundus vſque ad occaſum.*
28 *Et qui geſtauerit aliquid è cadaueribus eorum, lauabit veſtes ſuas, eritque immundus vſque ad occaſum. Hoc pacto ſunt vobis immunda.*

11 وسبيل كونها رجسا لكم هو ان لا تاكلوا من لحومها وبنايلها
ترجسوا * 12 كذاك كل ما ليس له اجنحة وفلوس في الماء رجس هو
لكم * 13 وهذا ما ترجسون من الطير ولا توكل لانها انجاس * النسر
والعقاب * والعقاب * 14 والحداة * والصدى وصنوفها * 15 وجميع
الغربان واصنافها * 16 والنعام * والخطاف * والساف * والبازي لاصنافها *
17 والبوم * والزمج * والباشق * 18 والشاهين * والقيق * والرخم *
19 والصقر * والببغاء لاصنافها * والهدهد * والخشاف *
20 وجميع الطير السالك على اربع ارجل فهو رجس لكم *
21 واما هذا فكلوه من جميع دبيب الطاير السالك علي اربع
ارجل * ما له كراعان فوق رجليه ليثب بهما على الارض * 22 هذا ما
تاكلونه منهم * الجراد وصنوفه * والدبا وصنوفه * والحرجل وصنوفه *
والجندب وصنوفه * 23 وساير دبيب الطير الذي له اربع
ارجل فهو رجس لكم * 24 ومن هذه فانجسوا * كل من
دنا بنايلها ينجس الي المغيب * 25 وكل من حمل شيا من
بنايلها يغسل ثيابه وينجس الي المغيب * 26 من جميع
البهايم التي هي مطلفة بظلف * وتفريعا ليست مفروقة * واجترارا
ليس هي مصعدة * فهي نجسة لكم * كل من دنا بها ينجس *
27 وكل سالك على كفيه من جميع الوحش السالك على اربع
هو نجس لكم * كل من دنا بنايلها ينجس الي المغيب *
28 ومن حمل شيا من بنايلها يغسل ثيابه وينجس الي المغيب *
كذاك هي انجاس لكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Itaque abominatio erunt vobis, de carne eorũ non comedetis, cadauera quoque eorum abominabimini:
12 Quidquid enim non habet pinnulas, & ſquamas in aquis, abominatio erit vobis. 13 Hæc autem abominabimini de volatilibus; non comedetis, abominatio ſunt. Aquila, & gryphus, & Haliætus. 14 Et vultur, & miluus ſecundum ſpeciem ſuam. 15 Et omnis coruus ſecundum ſpeciem ſuam. 16 Et ſtruthio, & noctua, & larus ſecundum ſpeciem ſuam, & accipiter. 17 Et nycticorax, & mergulus, & ibis. 18 Et porphyrion, & pelecanus, & cycnus, 19 Et Ciconia, & Herodion ſecundum ſpeciem ſuam, vpupa quoque & Veſpertilio. 20 Omne quoque reptile volatilium ambulans ſuper quatuor, abominatio erit vobis.
21 Verùm hæc comedetis ex omni reptili volatilium gradientium ſuper quatuor, ea quæ habent crura deſuper pedes ſuos ad ſaltandum cum eis ſuper terram. 22 Hæc de iſtis comedetis, bruchum ſecundum ſpeciem ſuam, & attacum ſecundum ſpeciem ſuam, & ophiomachum ſecundum ſpeciem ſuam, & locuſtam ſecundum ſpeciem ſuam, 23 Sed omne reptile volans cui ſunt quatuor pedes, abominatio erit vobis.
24 In his autem polluemini: quicunque tetigerit morticinum eorum, immundus erit vſque ad veſperam.
25 Et quicunque portauerit morticinum eorum lauabit veſtimenta ſua, & lauabit in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam. 26 Omnes beſtiæ quæ diuidunt vngulas, ſed fiſſuram non findunt, neque ruminationem reducunt, immundæ erunt vobis; quicunque tetigerit eas, polluetur. 27 Quodcunque etiam graditur ſuper manus ſuas in omnibus animantibus gradientibus ſuper quatuor, immundum erit vobis: quicunque tetigerit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperam. 28 Et qui portauerit de morticinis eorum lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperam: hæc erunt immunda vobis.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

29 Iſta quoque immunda ſunt in omni reptili
quod repit ſuper terram. Muſtela, & mus, &
crocodilus in ſpecies ſuas: 30 Et lacerta, & tal-
pa, & ſalamandra, & ſtellio, & centipeda.
31 Hæc immunda ſunt in omni reptili. quiſquis
tetigerit ea cùm mortua fuerint, erit pollutus
vſque ad veſperam. 32 Et omnis ſuper quem
ceciderit ex iis cùm mortua fuerint, polluetur:
& omne vas ligneum, aut veſtimentum, aut
pellis, aut alia quæcunque vaſa quæ inſeruiunt
alicui operi, in aquis intingentur, eruntque im-
munda vſque ad veſperam, & tum mundabun-
tur. 33 Omne quoque vas fictile in quod inci-
derit aliquod ex his, quicquid intra ipſum fuerit
immundum erit, & ipſum *vas* cõfringite. 34 Et
omnis cibus comeſtibilis ſuper quem cecide-
rint aquæ, polluetur: & omnis potus qui bibi-
tur in quolibet vaſe, polluetur. 35 Demum om-
ne id ſuper quod ceciderit *aliquid* è corporibus
eorum, erit immundum: clibanus, & coquina
deſtruentur: immunda enim ſunt, & immunda
erunt vobis. 36 Verùm fontes, & ciſternæ, &
congeries aquarum erunt mundæ: & quiſquis
tetigerit corpora eorũ, erit immundus. 37 Quòd
ſi ceciderit è corporibus eorum ſuper omne ſe-
minabile de ſemine quod ſeminatur, mundum
eſto. 38 At ſi fuſæ fuerint aquæ ſuper *aliquod*
ſeminabile, ac tum ceciderit *quicquam* ex eo-
rum corporibus ſuper illud, immundum eſto
vobis. 39 Et ſi moriatur *aliquod* ex iumen-
tis quæ munda ſunt vobis ad comedendum,
quicunque tetigerit corpus eius, erit immun-
dus vſque ad veſperam. 40 Et qui comederit ex
eius corpore, abluat veſtes ſuas, ſitque immun-
dus vſque ad veſperam. Et qui portauerit ex
eius corpore, lauet veſtimenta ſua, ſitque im-
mundus vſque ad veſperam. 41 Præterea omne
reptile quod reptat ſuper terram, immundum
eſt vobis, ne comedatis.

VERSIO SAMARITANA.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

29 *Et hoc eſt immundum vobis ex reptili repente*
ſuper terram: talpa, & mures, & chalcis, ac ſpe-
cies eorum. 30 *Et ſalamandra, & crocodilus,*
& lacertus, & lacerta maior, & ſtellio.
31 *Iſta ſunt immunda vobis ex omnibus reptili-*
bus. Quicunque tetigerit ea in ſtatu mortis eo-
rum, polluetur vſque ad occaſum.
32 *Et omne ſuper quod ceciderit aliquid ex ipſis*
poſt mortem eorum, polluetur. Ex omnibus vaſis li-
gneis, aut veſte, aut pelle, aut cilicio, & omnibus
vaſis in quibus fit opus, tum ingredientur in
aquam, tum polluentur vſque ad occaſum, &
mundabuntur. 33 *Et intra quodcunque vas ar-*
gillæ aliquid ex ipſis ceciderit, quicquid erit intra
illud polluetur: ipſum verò frangito. 34 *Omnis cibus*
qui comeditur, in quem ingreditur aqua, pollue-
tur. Et omnis potus qui bibitur in quolibet vaſe,
polluetur. 35 *Et omne ſuper quod ceciderit è*
cadaueribus eorum aliquid, polluetur. Si ſuper cli-
banum aut focum, deſtruite vtrumq;, ambo enim
ſunt immundi: & ſimile iudicium eſto de omni eo
quod eſt vobis immundum. 36 *At verò fons, & pu-*
teus, & congeries aquæ erunt munda: at qui teti-
gerit cadauera eorum in ijs, erit immundus.
37 *Et ſi ceciderit aliquid è cadaueribus eorum ſu-*
per aliquod germen aut ſemen quod ſeminatur,
tamen erit mundum. 38 *Quod ſi ponatur aqua*
ſuper ipſum, ac tum cadat è cadaueribus eorum
aliquid ſuper ipſum, erit vobis immundum.
39 *Et cùm mortuum fuerit aliquod ex animali-*
bus quæ permiſſum eſt vobis comedere, qui tetigerit
eius cadauer, ſit immundus vſque ad occaſum.
40 *Et qui comederit ex ipſo, lauabit veſtimenta*
ſua, & erit immundus vſque ad occaſum: & qui
portauerit aliquid ex ipſo, lauabit veſtes ſuas, &
erit immundus vſque ad occaſum.
41 *Et omne reptile repens ſuper terram eſt abo-*
minabile, non comedetur.

29 وهذا النجس لكم من الدبيب الداب على الارض * الخلد *
والفار * والضب * واصنافه * 30 والورك * والحردون * والعظاءة *
والحرباء * وسام ابرص * 31 هذه النجسة لكم من جميع الدبيب *
كل من دنا بها في حال موتها ينجس الى المغيب * 32 وكل ما
وقع عليه منها شي بعد موتها ينجس * من جميع انية الخشب
او ثوب او جلد او مسح وكل انية يعمل بها صنعة * ويدخل في
الماء وينجس الى المغيب ويطهر * 33 وكل اناء خزف وقع منها
شي الى داخله * كل ما في داخله ينجس واياه فاكسر * 34 من
جميع الطعام الذي يوكل مما يداخله الماء ينجس * وجميع
الشراب الذي يشرب في كل اناء ينجس * 35 وكل ما وقع من
نبايلها شي عليه ينجس * من تنور ومستوقد فانقضوهما لانهما
نجسان * وكذلك حكم كل ما هو لكم نجس * 36 اما المعين والبير
ومجمع الماء فذلك يكون طاهرا * ومن دنا بنبايلها فيها فينجس *
37 وان وقع من نبايلها شي على شي من النبات والحب
الذي يزرع فهو طاهر * 38 وان جعل ماء عليه ووقع من
نبايلها شي عليه فهو نجس لكم *
39 واذا مات من الحيوان الذي هو طلق لكم ان تاكلوه * من
دنا بنبيلته فلينجس الى المغيب *
40 ومن اكل منها يغسل ثيابه وينجس الى المغيب * ومن حمل
منها شيئا يغسل ثيابه وينجس الى المغيب *
41 وجميع الدبيب الداب على الارض فهو رجس لا يوكل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

29 Hoc quoque erit vobis immundum in reptili reptante ſuper terram; & muſtela, & mus, & crocodilus ſe-
cundum ſpeciem ſuam. 30 Et mygale, & Chamæleon, ſtellio, & lacerta, & talpa.
31 Hæc erunt vobis immunda ex omni reptili: quicunque tetigerit ea in morte eorum, immundus erit vſque
ad veſperam. 32 Et quodcunque ceciderit ſuper ea dum mortua fuerint, immundum erit, ex omni vaſe,
ligno, aut veſte, aut pelle, aut ſacco; inſtrumentum omne cum quo fit opus aliquod, ad aquas adducet, & im-
dum erit vſque ad veſperam, poſtea mundatum erit. 33 Omne etiam vas fictile intra quod ceciderit aliquid
ex iis, quidquid erit intus immundum erit, & illud confringetis. 34 Omnis quoque cibus qui comeditur, ſu-
per quem venerit aqua, immundus erit; & omnis potus qui bibitur in quolibet vaſe, immundus erit.
35 Præterea omne in quod ceciderit de morticino eorum, immundum erit. Clibani, & chytropedes de-
ſtruentur, immunda hæc ſunt, & immunda erunt vobis. 36 Tantùm fons aquarum, & puteus, congregatio
aquarum, erunt munda; ſed qui tetigerit morticina eorum immundus erit.
37 Cum autem ceciderit de morticino eorum ſuper ſemen, ſemen quod ſeminabitur mundum erit.
38 Cum verò poſita fuerit aqua ſuper ſemen, & ceciderit de morticinis eorum ſuper illud, immundum erit
vobis. 39 Cum etiam mortua fuerit beſtia quæ vobis eſt in cibum, qui tetigerit cadauer ipſius, immundus
erit vſque ad veſperam. 40 Quique comederit de cadauere ipſius, lauabit veſtimenta ſua, & immundus
erit vſque ad veſperam: Et qui portauerit cadauer eius, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſ-
peram. 41 Omne etiam reptile repens ſuper terram, abominabile erit; non comedetur.

42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

42 Et omne quod ſerpit ſuper ventrem ſuum, & omne quod incedit ſuper quatuor aut ſuper plures pedes ex omni reptili quod reptat ſuper terram,
43 Ne polluamini in ipſis: quoniam ego ſum Dominus Deus veſter. imò ſanctificabimini & eritis ſancti, quia ego ſanctus ſum.
44 Ne polluatis animas veſtras in vllo reptili reptanti ſuper terram.
45 Ego enim ſum Dominus Deus veſter qui extraxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis Deus. eritis ergo ſancti, quia ego ſanctus ſum.
46 Hæc eſt lex iumenti, & volatilis, & omnis animæ viuentis quæ reptat in aquis, & omnis animæ reptantis in terra.
47 Et ad diſcrimen ponendum inter immundum & mundum, & inter animal comeſtibile, & inter animal non comeſtibile.

CAPVT XII.

Lex de ea quæ parit.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
2 Loquere cum filiis Iſrael, & dicito eis, Mulier cùm cõceperit & genuerit maſculum, erit immunda ſeptem diebus: iuxta dies menſtrui ſui erit immunda.
3 Et die octauo circuncident carnem præputij eius *maſculi.*
4 Et triginta tribus diebus manebit ſuper ſanguinem purum: & omne ſanctum non tanget, & ad ſanctuarium non ingredietur, donec impleantur dies purgationis eius.
5 Quòd ſi fœminam pariat, erit immunda quatuordecim diebus, iuxta menſtruum ſuum, & ſexaginta ſex diebus ſedebit ſuper ſanguinem mundum.
6 Cúmque exacti fuerint dies purificationis ſuæ pro filio aut filia, afferat agnum anniculum in holocauſtum pacificum, & turturem aut pullum columbæ pro peccato, ad oſtium tabernaculi temporis, ad ſacerdotem.

VERSIO SAMARITANA.

41 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

41 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

42 *Et omne quod incedit ſuper pectus ſuum, & incedens ſuper quatuor vſque ad omne quod habet plures pedes, ex omni reptili repente ſuper terram, ne comedatis ea: quoniam abominabilia ſunt.*
43 *Ne fœdetis animas veſtras in vllo ex reptilibus reptantibus ſuper terram, quoniam ego ſum Deus: & ne polluamini in illo, & contradicatis mihi in hoc.*
44 *Ego ſum Deus Dominus veſter: ſanctificamini & eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum. & ne fœdetis animas veſtras in vllo ex reptilibus repentibus ſuper terram.* 45 *Quia ego ſum Deus educens vos è regione Ægypti, vt eſſem vobis Deus. Eſtote ergo ſancti quia ego ſum Sanctus.*
46 *Hæc eſt lex animalium, & volucrum, & omnium animarum viuentium repentium in aqua, & omnis animæ ambulantis ſuper terram:* 47 *Diuidens inter immundum & mundum, & inter animal quod comeditur & quod non comeditur.*

CAPVT XII.

ITem locutus eſt Deus ad Muſam locutione: 2 *Præcipe filiis Iſrael dicens: Quæcunque mulier conceperit, & pepererit maſculū, erit immunda ſeptem diebus: ſecundùm dies receſſus menſtrui eius erit iudicium immunditiæ ipſius.* 3 *Et in die octauo circuncidetur præputium veretri eius.*
4 *Et triginta ac tres dies manebit in ſanguine purificationis. Non tanget quicquam ex ſacris, neque ingredietur in ſanctuarium vſque ad complementum dierum purificationis ſuæ.* 5 *Quòd ſi pepererit fœminam, immunda ſit duabus hebdomadis ſecundùm iudicium menſtrui ſui: & ſexaginta ſex dies permanebit in ſanguine purificationis.* 6 *Et ad complementum dierum purificationis ſuæ pro filio ſiue filia, afferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbarum aut turturem in expiationem, ad oſtium tabernaculi præſentiæ, ad ſacerdotem.*

42 وكل ما سلك على صدر * والسالك على اربع الى كلما
كثرت ارجله من جميع الدبيب الداب على الارض * لا تاكلوها
فانها ارجاس * 43 لا ترجسوا نفوسكم بشي من الدبيب
الداب على الارض لاني * الله ولا ترجسوا به فتعصوني بذلك *
44 انا الله ربكم فتقدسوا وكونوا مقدسين فاني قدوس * ولا
تنجسوا انفسكم بشي من الدبيب الداب على الارض *
45 لاني الله المصعد لكم من بلد مصر لاكون لكم الها * فكونوا
مقدسين لاني القدوس * 46 هذه شريعة البهايم والطير
وجميع النفوس الحية الدابة في الما * وكل نفس ساعية على
الارض * 47 تفرز بين النجس والطاهر * وبين الحيوان الذي
يوكل والذي لا يوكل *

* الفصل الثاني عشر *

1 ثم كلم الله موسى تكليما * 2 مر بني اسرايل قايلا * اية
امراة علقت فولدت ذكرا * فلتنجس سبعة ايام * كايام بعد حيضتها
يكون حكم نجاستها * 3 وفي اليوم الثامن تختن قلفة احليله *
4 وثلاثة وثلثين يوما تقيم في دم الطهر * لا تلامس شيا من
الاقداس * ولا تدخل الى القدس الى كمال ايام طهرها * 5 فان
ولدت انثى فلتنجس اسبوعين كحكم حيضتها * وستة وستين يوما
تقيم على دم الطهر * 6 وعند تمام ايام طهرها لابن كان او
ابنة * تاتي بخروف ابن سنة للصعدة * وفرخ حمام او شفنين
للذكاة الى باب خبا المحضر الى الامام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

42 Quidquid graditur ſuper ventrem, & quidquid graditur ſuper quatuor, vſque ad omne multiplicans pedes inter omnia reptilia reptantia ſuper terram non comedetis, nam abominatio ſunt. 43 Ne contaminetis animas veſtras in omni reptili reptante, neque polluamini in eis, neque coinquinemini. 44 Quoniam ego Dominus Deus veſter, ideo ſanctificabimini, & ſancti eritis, quia ſanctus ego ſum. Non polluetis igitur animas veſtras in omni reptili reptante ſuper terram. 45 Quoniam ego ſum Dominus Deus veſter qui aſcendere feci vos de terra Ægypti, vt ſim vobis in Deum, & ſitis ſancti, quia ſanctus ego ſum. 46 Hæc eſt lex beſtiæ, & volatilis, & omnis animæ viuentis mouentis ſe in aquis, & omnis animæ reptantis ſuper terram. 47 Vt diſtinguatur inter immundum, & inter mundum, & inter animal quod comeditur, & inter animal quod non comeditur.

CAPVT XII.

PRæterea locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 2 Loquere filiis Iſrael dicens: Cum mulier ſuſceperit ſemen, & pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus; iuxta dies ſeparationis languoris ſui menſtrui immunda erit. 3 Die autem octauo circumcidetur caro præputij eius. 4 Triginta autem tribus diebus ſedebit in ſanguine purificationis: nihil ſanctum tanget, neque in ſanctuarium ingredietur, donec completi fuerint dies purificationis. 5 Si autem fœminam pepererit, tum immunda erit duas ſeptimanas iuxta ſeparationem ſuam, & ſexaginta ſex diebus ſedebit ſuper ſanguines purificationis. 6 Cum autem completi fuerint dies purificationis filij aut filiæ afferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, aut turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij ad ſacerdotem.

7 [illegible]

8 [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

7 Adducetque eam coram Domino,& indul-
gentiam petet pro ea ſacerdos, & purgabitur
à fluxu ſanguinis ſui. Hæc eſt lex eius quæ parit
maſculum aut fœminam. 8 At ſi non habeat
facultatem afferendi agnum,accipiet duas tur-
tures aut duos pullos columbarum, vnum pro
peccato,& alterum pro holocauſto pacifico: &
propitiabitur illi ſacerdos, ac mundabitur.

CAPVT XIII.

Lex de plaga lepræ.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe &
cum Aharone, & dixit eis: 2 Cùm fue-
rit in cute carnis alicuius hominis cicatrix, &
elephantiaſis,& macula, fueritque in cute car-
nis eius cicatrix plagæ lepræ: adducant eum ad
Aharonem ſacerdotem, aut ad aliquem ex filiis
eius ſacerdotibus. 3 Et videbit ſacerdos pla-
gam in cute carnis eius,& pilum plagæ verſum
eſſe ad albedinem contrahendam, & aſpectum
plagæ profundiorem eſſe cute carnis eius:plaga
eſt lepræ:& conſiderabit eam ſacerdos,& con-
taminabit illam. 4 Si verò macula candicaue-
rit in cute carnis eius, & profunda eſt, nec de-
prehenditur à cute, & pilus non eſt verſus ad
candorem contrahendum : recludat ſacerdos
plagam ſeptem diebus. 5 Tum conſiderabit
eam ſacerdos in die ſeptimo: ſi ſteterit plaga in
loco ſuo, & non diffluxit plaga per cutem,
reprimat eam ſacerdos ſeptem diebus aliis.
6 Rurſus conſideret eam ſacerdos poſt ſe-
ptem dies alios : ſi extincta eſt plaga, nec
progreſſa eſt, plaga eſt cutis : mundabit
eam ſacerdos, quia impetigo eſt : & lauabit
veſtes ſuas, & mundabitur. 7 Si verò vlte-
riùs proceſſerit plaga per cutem poſtquam
conſiderauit eam ſacerdos & mundauit illam,
oſtendant eam iterum ſacerdoti.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]

8 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]

8 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

7 *Qui offeret eum coram Deo, & veniam poſtulabit pro ipſa, & mundabitur à fluxu ſanguinis ſui. Hæc eſt lex partus pro maſculo, & fœmina.*
8 *Quòd ſi non pertingat manus eius ad valorem ouis, accipiat duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum eorum in holocauſtum, & alterum in expiationem: veniamque poſtulabit ſacerdos pro ipſa, & mundabitur.*

CAPVT XIII.

DEinde locutus eſt Deus ad Muſam & Haronem, dicens:
2 *Quilibet homo in cuius corporis cute fuerit næuus, aut accidens, aut macula: aut facta fuerit in corpore eius plaga lepræ: ducatur ad Haronem ſacerdotem, vel aliquem ex filiis eius ſacerdotibus.*
3 *Inſpiciet autem ſacerdos plagam in cute corporis: & ſi fuerint in ipſa pili iam permutati in albos, & aſpectus plagæ fuerit profundior cute corporis eius: eſt plaga lepræ. Cúmque viderit eum huiuſmodi, immundum faciat illum.*
4 *At ſi fuerit macula alba in cute corporis eius, cuius aſpectus non ſit profundior cute, & pili eius non euaſerint albi: retineat eum ſeptem dies.*
5 *Deinde conſiderabit eum in die ſeptimo. Et quidem ſi perſtiterit plaga eadem, nec diffuderit ſeſe in cute, ſiſtat eum ſeptem diebus ſecundò.*
6 *Deinde videat eum in die ſeptimo iterum. Quòd ſi deſederit plaga, neque extenſa fuerit per cutem, mundet eum: eſt enim accidens: & lauabit veſtes ſuas, & mundabitur.*
7 *At ſi dilatatum fuerit accidens per cutem eius poſtquam oſtenſus eſt ſacerdoti, & mundauit eum: oſtendatur illi ſecundò.*

7 يقربه بين يدي الله * ويستغفر عنها وتطهر من ينبوع دمها *
هذه شريعة الولادة للذكر والانثى *
8 فان لم تنل يدها مقدار شاة * فلتاخذ شفنينين او فرخي
حمام * احدهما للصعدة * والاخر للذكاة * ويستغفر عنها
الامام فتطهر *

* الفصل الثالث عشر *

1 ثم كلم الله موسى وهرون قايلا * 2 اي انسان كان
في جلد بدنه شامة * او عارضة * او بقعة * او صار في بدنه بلاء
البرص * فليوت به الى هرون الامام او واحد من بنيه الايمة *
3 فينظر الامام البلاء في جلد البدن * فان كان فيه شعر قد
انقلب ابيض * ومنظر البلاء عميق من جلد بدنه * فهو بلوى
البرص * فاذا راه كذلك فلينجسه *
4 فان كانت بقعة بيضاء في جلد بدنه ليس منظرها عميقا
من الجلد * وشعرها لم ينقلب ابيض * فليقفه سبعة ايام *
5 ثم ينظره في اليوم السابع * فان وقف البلاء بعينه ولم يفش
في الجلد * فليقفه سبعة ايام ثانية *
6 ثم ينظره في اليوم السابع ثانية * فان كبا البلاء ولم
يفش في الجلد * فليطهره فانها عارضة * ويغسل ثيابه
ويطهر *
7 وان فشت العارضة في جلده بعد ما اري الامام فطهره *
فليره ثانية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Et offeret eum coram Domino, expiabitque eam ſacerdos, & purificabit eam à fluxu ſanguinis ſui. Hæc eſt lex illius quæ peperit maſculum aut fœminam. 8 Quod ſi non inuenerit manus eius id quod ſatis eſt in agnum, tum accipiet duos turtures, aut duos pullos columbæ; vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & expiabit eam ſacerdos, & mundabit eam.

CAPVT XIII.

ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens, 2 Homo cum in cute carnis eius fuerit tumor, vel ſcabies, vel macula alba, fueritque in cute carnis eius iuxta plagam lepræ, adducetur ad Aaronem ſacerdotem, vel ad vnum ex filiis eius ſacerdotibus. 3 Et videbit ſacerdos plagam in cute carnis; ſed pilus in plaga mutatus eſt in album, aſpectuſque plagæ profundior eſt cute carnis eius, plaga lepræ hæc eſt: videbitque ſacerdos & pollutum pronuntiabit eum. 4 Verùm ſi macula alba eſt in cute carnis eius, & profundior non apparet cute, & pilus non eſt mutatus in album, tum includet ſacerdos plagam ſeptem diebus,
5 Videbitque ſacerdos die ſeptima, & ecce plaga ſtat in oculis eius, non diffudit ſe plaga per cutem, tum includet eum ſacerdos ſeptem diebus ſecundò,
6 Videbitque ſacerdos die ſeptimo iterum, & ecce ſubobſcura eſt plaga, non diffundit ſe plaga per cutem, mundum iudicabit eum ſacerdos: Scabies eſt, lauabitque veſtimenta ſua, & mundabitur.
7 Sed ſi diffundendo diffuderit ſe ſcabies per cutem poſtquam oſtendit ſe ſacerdoti vt mundaretur, oſtendet ſe ſecundò ſaccerdoti.

[illegible]

8 Inſpicietque ſacerdos: ſi irrepſit plaga in cu-
tem, contaminet eam ſacerdos, quia lepra eſt.
9 Et quidem plaga lepræ cùm fuerit in homi-
ne, adducant eum ad ſacerdotem. 10 Inſpiciat-
que ſacerdos : ſi cicatrix alba fuerit in cute,
& ipſius pilus verſus ſit ad albeſcendum, &
ſignum carnis viuæ *appareat* in cicatrice:
11 Lepra eſt inueterata in cute carnis eius, pol-
lutum declaret eum ſacerdos, nec recludat
eam, quandoquidem immundus eſt. 12 Quòd
ſi volando volauerit lepra per cutem eius, te-
gatque lepra totam eius pellem ab ipſius capite
vſque ad pedes eius, quicquid *ſcilicet* deprehen-
dunt oculi ſacerdotis: 13 Conſideret ſacerdos:
ſi texit lepra totam carnem eius, mundet ſacer-
dos plagam (tota enim *caro* verſa eſt in cando-
rem) ſiquidem munda eſt.
14 In die autem qua apparebit in eo caro viua,
erit immundus.
15 Et conſiderabit ſacerdos carnem viuam, &
immundam pronuntiabit carnem viuam: im-
munda enim eſt, quia lepra eſt.
16 At ſi verſa fuerit caro viua ad albeſcen-
dum, adducant eum ad ſacerdotem:
17 Videatque ſacerdos : ſi verſa eſt plaga ad
albeſcendum, mundet ſacerdos plagam, quia
is mundus eſt. 18 Et caro ſi habuerit vlcus in
cute ſua, & ſanatum fuerit,
19 Manſeritque in loco vlceris cicatrix alba,
aut macula alba ſiue rubra : oſtendant eam ſa-
cerdoti. 20 Conſiderabit autem illam ſacerdos,
& quidem ſi aſpectus eius humilior eſt pelle, &
pilus eius verſus eſt ad albeſcendum : contami-
net eam ſacerdos, eo quòd plaga ſit lepræ, & in
vlcere creuit. 21 Sin autem viderit ſacerdos
nullum eſſe in ea pilum candidum, nec eam
euaſiſſe humiliorem cutæ, ſed æqualem eſſe:
occludat eam ſacerdos ſeptem diebus.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

8 *Et cùm viderit illud ſacerdos extenſum eſſe, immundum faciat illud, quoniam lepra eſt.*
9 *Cùm fuerit in aliquo plaga lepræ, adductuſque fuerit ad ſacerdotem,*
10 *Videritque, & ecce næuus albus in pelle ipſius, & iam verſi ſunt pili in albos, aut pars carnis mundata eſt in næuo:*
11 *Ea eſt lepra vetuſta in pelle corporis eius: immundum faciat illum ſacerdos, & ne retineat eum, cùm ſit immundus.*
12 *Quòd ſi protenſa fuerit lepra in corpore, ita vt cooperiat corpus inflicti à capite eius vſque ad pedes ipſius, totum aſpectum oculorum ſacerdotis:*
13 *Videritque ſacerdos quòd iam texerit lepra totum corpus eius: mundet eum, eo quòd euaſerit totus albus: eſt enim mundus.*
14 *Et quacunque die apparebit in ipſo caro munda, fiat immundus.*
15 *Videbit quippe ſacerdos carnem mundam, & polluet eum: quia pars carnis mundæ cum lepra, immunda eſt.*
16 *Quòd ſi reuerſa fuerit caro munda, & in albam conuerſa, veniat ad ſacerdotem.*
17 *Cúmque viderit ſacerdos plagam verſam eſſe in albam, mundet eum: mundus enim eſt.*
18 *Et quilibet homo in cuius corporis cute fuerit vlcus, & ſanatum fuerit,*
19 *Factaque fuerit in loco eius cicatrix alba, aut macula alba rubricata, oſtendatur ſacerdoti.*
20 *Quòd ſi viderit ſacerdos aſpectum illius profundiorem pelle, & pilos eius iam euaſiſſe albos, immundum efficiat eum: eſt enim plaga lepræ quæ iam extenſa eſt in vlcere.*
21 *Si verò ipſe viderit eam, nec fuerint in ipſa pili albi, neque fuerit profundior pelle, ſed deſes fuerit: detineat eum ſacerdos ſeptem diebus.*

8 فاذا راها الامام قد تفشت فلينجسها فانها برص *
9 اذا كان بانسان بلوى برص فاتي به الي الامام *
10 فنظر فاذا شامة بيضاء في جلده * وقد انقلب الشعر ابيض *
او جزو من لحم نقي في الشامة * 11 فهو برص عتيق في
جلد بدنه * فلينجسه الامام ولا يقفه اذ هو نجس *
12 وان انتشر البرص في البدن حتى يغطي بدن المبتلي من
راسه الي رجليه جميع منظر عيني الامام *
13 فنظر الامام فاذا قد غطي البرص جميع بدنه * فليطهره اذ
قد انقلب كله ابيض * فهو طاهر *
14 واي يوم ظهر فيه لحم نقي فلينجس *
15 بان يري الامام اللحم النقي فينجسه * لان الجزء من اللحم
النقي مع البرص نجس هو *
16 وان رجع اللحم النقي فانقلب ابيض * فليجي الي الامام *
17 فاذا نظر الامام ان البلاء قد انقلب ابيض * فليطهره انه
طاهر * 18 واي انسان كان في جلد بدنه قرح فبرا *
19 فصارت في موضعه شامة بيضاء او بقعة بيضاء محمرة *
فليوره الامام * 20 فان راي الامام منظرها مستفلا من
الجلد * وشعرها قد انقلب ابيض * فلينجسه فانها بلوى برص
قد انتشر في القرح *
21 وان هو نظرها ولم يكن فيها شعر ابيض * وليست مستفلة
من الجلد بل كابية * فيقفه الامام سبعة ايام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et videbit ſacerdos, & ecce diffudit ſe ſcabies per cutem, tum immundum iudicabit eum ſacerdos: lepra
hæc eſt. 9 Cum autem plaga lepræ fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem 10 Videbitque ſacerdos,
& ecce tumor albus eſt in cute, hicque mutauit pilum in album, ineſtque ſanitas carnis viuæ in tumore.
11 Lepra eſt inueterata, in cute carnis eius: tum iudicabit eum immundum ſacerdos; non includet eum, quoniam immundus eſt. 12 Si verò germinando germinauerit lepra in cute, & operuerit lepra omnem cutem,
fueritque plaga à capite eius vſque ad pedes eius ſecundum omnem aſpectum oculorum ſacerdotis. 13 Videritque ſacerdos, & ecce operuit lepra omnem carnem eius, tum mundam iudicabit plagam: tota mutata eſt
in albedinem, munda eſt. 14 Ab eo autem die quo conſpecta fuerit in eo caro viua, immundus erit.
15 Conſiderabitque ſacerdos carnem viuentem, & pollutionis damnabit eum caro viua: immundus eſt, lepra
eſt. 16 Aut ſi redierit caro viua, & mutata fuerit in albam, tum veniet ad ſacerdotem.
17 Videbitque Sacerdos, & ecce mutata eſt plaga in albam, tum iudicabit Sacerdos plagam mundam, mundus eſt. 18 Cum verò fuerit in carne vlcus, & ſanatum fuerit, 19 Fueritque in loco vlceris tumor albus,
aut macula alba rubeſcens, tum conſpicietur à Sacerdote. 20 Et videbit ſacerdos, & ecce conſpectus eius
humilior eſt cute, & pilus eius mutatus eſt in album, tum immundum pronuntiabit eum ſacerdos, plaga lepræ in vlcere effloruit. 21 Si autem viderit ſacerdos, & ecce non eſt in eo pilus albus, & humilior non eſt
cute, ſed eſt ſubobſcura, includet eum ſacerdos ſeptem diebus.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

22 At ſi vlterius progrediatur in pelle, conta-
minet eam ſacerdos, quoniam plaga eſt lepræ.
23 Sin autem in loco ſuo ſteterit macula, nec
irrepſerit, cicatrix eſt vlceris: mundet eam ſa-
cerdos. 24 Et ſi in cute carnis alicuius fuerit
aduſtio ignis, fueritque in cicatrice aduſtionis
macula alba aut rubra vel candicans: 25 Conſi-
deret ſacerdos: ſi verſus eſt pilus ad albeſcen-
dum in macula, & huius aſpectus profundior
fuerit cute, lepra eſt, & in aduſtionem irrepſit:
contaminet eam ſacerdos, quoniam plaga eſt
lepræ. 26 Quòd ſi videat ſacerdos non adeſſe
in macula pilum album, & eam non eſſe humi-
liorem cute ſed æqualem, occludat eam ſacer-
dos ſeptem diebus.
27 Inſpiciatque ſacerdos in die ſeptimo: ſi pro-
greſſa eſt macula in cute, contaminet illam ſa-
cerdos, quia plaga eſt lepræ.
28 At ſi in loco ſuo ſtetit macula, nec proceſſit
in cute ſed æqualis eſt, cicatrix eſt aduſtionis:
mundet eam ſacerdos, quia cicatrix eſt aduſtio-
nis. 29 Et vir ſiue mulier ſi habuerit cicatricem
in capite ſuo, aut in barba ſua: 30 Conſideret
ſacerdos plagam: ſi aſpectus eius profundior eſt
pelle, & ſi adeſt in ea pilus ſubflauus tenuis, im-
mundam cenſeat eam ſacerdos, ſiquidem plaga
eſt lepræ capitis aut barbæ.
31 Sin autem viderit ſacerdos plagam, nec
humilior fuerit aſpectus eius cute, & pilus ni-
ger non adſit in ea: recludat ſacerdos plagam
illam ſeptem diebus.
32 Tum conſiderabit ſacerdos plagam die ſepti-
mo: ſi non progreſſa eſt plaga, & ſi non ſit in ea
pilus ſubflauus, & aſpectus plagæ non ſit pro-
fundior pelle: 33 Tondeat latera plagæ, ipſam
verò ne tondeat. ac tum recludat ſacerdos pla-
gam ſeptem diebus alijs.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

21 *Verùm ſi ipſa diffuſa eſt in pelle, immundum faciat illum, eſt enim plaga.*
23 *Si autem perſtiterit in loco ſuo, nec extenſa fuerit, eſt ex veſtigio vlceris: mundet illum ſacerdos.*
24 *Et in cuiuſcunque hominis pelle fuerit exuſtio ignis, deinde pars exuſtionis euaſerit macula alba rubricata, vel alba tantùm:*
25 *Videat eam ſacerdos: & ſi verſi fuerint pili in albos, fueritque aſpectus illius profundior pelle, illa erit lepra extenſa in exuſtione: contaminet eum ſacerdos.*
26 *Quòd ſi viderit eam, & non fuerint in ipſa pili albi, neque fuerit profundior pelle, ſed deſederit: detineat eum ſacerdos ſeptem dies.*
27 *Poſtea videat eum ſacerdos in die ſeptimo: & ſi protenſa fuerit in pelle, contaminet illum, quia eſt plaga lepræ.*
28 *Quòd ſi manſerit in loco ſuo, nec excurrerit in pelle, & deſes fuerit: ea eſt ex veſtigio inuſtionis: mundet illum ſacerdos, eſt enim nota aduſtionis.*
29 *Et quicunque vir aut mulier habuerit plagam in capite aut barba,*
30 *Videat eum ſacerdos: ſique fuerit aſpectus eius profundior pelle, fuerintque in illa pili tenues ruſi, contaminet illum ſacerdos, quia eſt puſtula, eſtque lepra capitis aut barbæ.*
31 *Quòd ſi aſpexerit eam, & aſpectus illius non fuerit profundior pelle, nec fuerint in ea pili nigri, detineat illum ſeptem diebus.*
32 *Deinde videat eum die ſeptimo: & ſi non diffluxerint puſtulæ, nec remanſerint in ipſis pili ruſi, & aſpectus puſtularum non fuerit profundior pelle:*
33 *Radat ſeſe, at non radat puſtulas: detineatque ſacerdos puſtulas ſeptem dies ſecundò.*

22 وان هي تفشت في الجلد فلينجسه فانها بلوى * 23 وان
وقفت مكانها لم تفش * فهي من اثر القرح * فليطهره الامام *
24 واي انسان كان في جلده كي نار * ثم صار جرح الكي
بقعة بيضاء محمرة او بيضاء فقط * 25 فلينظرها الامام * فان
انقلب الشعر ابيض * وكان منظرها عميقا من الجلد * فذلك برص
انتشر في الكي فلينجسه الامام * 26 فان راها وليس فيها شعر
ابيض * وليست مستفلة من الجلد بل كابية * فليقفه سبعة ايام *
27 ثم ينظره الامام في اليوم السابع * فان تفشت في الجلد *
فلينجسه لانها بلوى البرص *
28 وان وقفت مكانها لم تفش في الجلد وهي كابية * فهي من
اثر الكي * فليطهره الامام فانها تشويط الكي *
29 واي رجل او امراة كان به بلوى في راسه او لحيته *
30 فلينظره الامام * فان كان منظره عميقا من الجلد وفيه شعر
دقيق اصهب * فلينجسه الامام فانه كلف * وهو برص الراس او
اللحية *
31 فان راه وليس منظره عميقا من الجلد وليس فيه شعر
اسود * فليقفه سبعة ايام *
32 ثم ينظره في اليوم السابع * فان لم يتفش الكلف * ولم
يبق فيه شعر اصهب * ومنظر الكلف ليس عميقا من الجلد *
33 فليحلق ولا يحلق الكلف * فليقف الامام الكلف سبعة ايام
ثانية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Si diffundendo ſeſe diffuderit per cutem, immundum pronuntiabit eum ſacerdos, plaga eſt. 23 Siverò
ſub ea ſteterit, macula alba non diffuderit ſe, cicatrix eſt vlceris, mundabitque eum ſacerdos. 24 Aut cum
fuerit caro in cuius pelle aduſtio ſit ignis, & ſanata iſta aduſtio facta fuerit macula alba rubeſcens, aut alba.
25 Et viderit eam ſacerdos: at ecce mutatus eſt pilus in album in macula candida, & aſpectus eius profundior
eſt pelle, lepra eſt in aduſtione germinans; tum pronuntiabit eum immundum ſacerdos, plaga lepræ eſt. 26 Si
autem viderit ſacerdos, & ecce non eſt in macula candida pilus albus, neque ipſa humilior eſt cute, ſed eſt ſub-
obſcura, tum includet eum ſacerdos ſeptem diebus. 27 Videbitque ſacerdos die ſeptimo ſi diffundendo dif-
fuderit ſe per cutem, & immundum iudicabit eum ſacerdos, plaga lepræ eſt. 28 Quod ſi ſub ea ſteterit ma-
cula candida, non diffuderit ſe per cutem, fueritque ſubobſcura, tumor eſt aduſtionis: mundum pronuntiabit
eum ſacerdos, cicatrix enim eſt aduſtionis. 29 Vir etiam aut mulier cum fuerit in eis plaga, in capite, vel in
barba. 30 Et videnti ſacerdoti plagam, aſpectus eius fuerit humilior pelle, fueritque in eo pilus flaueſcens te-
nuis, immundum iudicabit eum ſacerdos: porrigo eſt, lepra capitis aut barbæ. 31 Cum autem viderit ſacer-
dos plagam porriginis, & ecce non eſt aſpectus eius profundior pelle eius, capilluſque niger non eſt in ea, tum
includet ſacerdos plagam porriginis ſeptem diebus.
32 Videbitque ſacerdos porriginem die ſeptimo; ſed ecce non diffudit ſe porrigo, neque eſt in eo pilus flaueſ-
cens, neque aſpectus porriginis eſt in eo profundior pelle. 33 Tunc radetur, ſed porriginem non radet; inclu-
detque ſacerdos porriginem ſeptem diebus ſecundò.

[illegible]

34 Conſideretque ſacerdos plagam in die ſeptimo: ſi non progreſſa eſt plaga in cute, & aſpectus eius non eſt profundior cute, mundet eam ſacerdos: lauabitque veſtimenta ſua, & mundabitur. 35 Quòd ſi vlteriùs progrediatur plaga in cute poſtquam mundatus eſt: 36 Videat ſacerdos: ſi progreſſa eſt plaga in cute, ne inquirat ſacerdos de pilo fuluo, nam immundus eſt. 37 Si verò in loco ſuo ſteterit plaga, & pilus niger pullulauerit in ea, ſanata eſt plaga, quia munda eſt: mundet eam ſacerdos. 38 Et vir ſeu mulier ſi fuerit in cute carnis eorum macula candicans aut alba: 39 Videat ſacerdos: ſi adſit in cute carnis eorum macula alba vel rubra, elephantiaſis creuit in cute: mundus eſt. 40 Et vir ſi defluat pilus eius, & caluus fiat, mundus eſt. 41 Et ſi è regione faciei eius defluxerint pili eius, recaluaſter eſt: mundus eſt. 42 Si verò fuerit in caluitie eius aut in recaluatione ipſius plaga alba aut rubra, lepra eſt abundans in caluitie eius aut in recaluatione ipſius. 43 Videat ſacerdos cicatricem plagæ: ſi candida aut rubra euaſit in eius caluitie aut recaluatione, inſtar aſpectus lepræ quæ eſt in cute carnis: 44 Leproſus eſt homo ille, & immundus eſt: polluat eam ſacerdos, quoniam plaga in eius capite eſt.

45 Qui verò eſt leproſus, & extat in eo plaga, huius veſtimenta ſint lacera, & caput eius ſit nudatum, & labia ſua inuoluat, & pollutum vocitet ſemetipſum.

46 Omnibus diebus quibus fuerit in eo plaga, erit immundus: & quia immundus eſt, ſeorſim habitabit, & extra caſtra erit manſio eius.

47 In veſte verò ſi fuerit plaga lepræ, in veſte *inquam* lanea, ſeu in veſte linea:

48 Aut in ſtamine, aut in ſubtegmine lineo ſiue laneo: aut in pelle, aut in qualibet materia pellicea:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

34 Deinde intuebitur eum ſacerdos in die ſeptimo.
Quòd ſi ipſæ non diſcurrerint in pelle, & aſpectus
earum adhæc non ſit profundior pelle, mundet eum:
& lauet veſtes ſuas, & mundabitur. 35 Et ſi ex-
panſæ fuerint puſtulæ in corpore eius poſt munda-
tionem ipſius, 36 Videritque eas ſacerdos iam
protenſas eſſe in cute: ne inueſtiget de pilis ſubru-
beis cum ſolicitudine: nam immundus eſt.
37 Quod ſi ipſæ eædem ſteterint, pullulauerintque
in ipſis pili nigri, iam ſanatus eſt, & eſt mundus:
mundet illum ſacerdos. 38 Et quicunque vir aut
mulier habuerit in cute corporis ſui varias macu-
las albas, 39 Conſideret ſacerdos: & cùm fuerint in
cutibus corporum eorum maculæ deſidentes in ſuo
albore, ſunt albugines extenſæ in cute, & ipſe mun-
dus eſt. 40 Et quilibet homo cuius pili capitis
lapſi ſunt, caluus eſt, & eſt mundus. 41 Et ſi id
accidat à parte quæ eſt contigua faciei eius, recal-
uaſter eſt, & eſt mundus. 42 Quòd ſi fuerit in
caluitie aut in recaluatione plaga candida ſubru-
bea, fieri poteſt vt ſit lepra diffuſa in caluitie eius aut
in recaluatione ipſius. 43 Inſpiciat ergo eam
ſacerdos: & ſi macula plagæ fuerit alba miſta ru-
bore in caluitie eius vel in recaluatione ipſius,
qualis cerni ſolet lepra in reliqua cute corporis,
eiuſdemque conditionis: 44 Eſt homo lepro-
ſus, & eſt immundus: contaminet eum ſacerdos
contaminatione, quia plaga eius eſt in capite
ipſius. 45 Et leproſi in quo eſt plaga, oportet ve-
ſtimenta eſſe diſciſſa, & caput eius incultum, &
vittam ducere ſuper pilos labiorum ſuorum, &
clamare, Immundus, immundus. 46 Quamdiu
perſtiterit in ipſo plaga, contaminabitur, quia im-
mundus eſt: & ſedeat ſeparatus extra caſtra.
47 Et in quacunque veſte fuerit plaga lepræ ex
veſte lanea ſiue linea: 48 Aut ſtamine ſiue
ſubtegmine lineo aut laneo: vel in pelle, aut in eo
quod ex ipſa confectum eſt.

34 ثم يبطن الامام في اليوم السابع * فان هو لم يفش في الجلد
ويبطن مع ذلك ليس عميقا من الجلد * فليطهره ويغسل ثيابه
ويطهر * 35 وان تفشي الكلف في بدنه بعد طهره * 36 فيبطن
الامام وقد تفشي في الجلد * ولا يفحص عن الشعر الاصهب
بحران * فانه نجس * 37 وان هو بعينه وقف * ونبت فيه شعر
اسود * فقد براء وهو طاهر * فليطهره الامام * 38 واي رجل او
امراة كان في جلد بدنه بقع بقع بيض * 39 فليبطن الامام * فاذا
كان في جلود ابدانهم بقع كابية في بياضها * فهو بهق انتشر في
الجلد وهو طاهر * 40 واي انسان انتتف شعر راسه * فهو
اصلع وهو طاهر * 41 وان كان مما يلي وجهه * فهو اجلح وهو
طاهر * 42 وان كان في الصلعة او في الجلحة بلاء ابيض
احمر فيمكن ان يكون برصا قد انتشر في صلعته او في جلحته *
43 فليبطرها الامام * فان كانت شامة البلاء بيضاء تحمر في
صلعته او في جلحته على سبيل مناظر برص ساير جلد البدن
واحكامها 44 فهو رجل ابرص وهو نجس * فلينجسه الامام تنجيسا
فان بلاءه في راسه * 45 والابرص الذي به البلاء يجب ان
تكون ثيابه ممزقة * وراسه شعثا * ويلتثم على شاربه ويبادي
النجس النجس * 46 طول ما اقام به البلاء ينجس لانه نجس *
وليجلس منفردا في خارج المعسكر * 47 واي ثوب كان فيه
بلاء البرص من ثوب صوف او كتان * 48 او سدي او لحمة
من كتان او صوف * او في جلد او في ما صنع منه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

34 Conſiderabitque ſacerdos porriginem die ſeptimo; ſed ecce non diffudit ſe porrigo per cutem, aſpectuſque
eius non eſt profundior cute, tum mundum iudicabit eum ſacerdos, & lauabit veſtimenta ſua, munduſque
erit. 35 Sed ſi diffundendo diffuderit ſe porrigo per cutem poſt purgationem ſuam. 36 Videritque ſacer-
dos, & ecce diffudit ſe porrigo per cutem, non inquiret ſacerdos pilum flaueſcentem, immundus eſt.
37 Si verò in oculis eius ſteterit porrigo, piluſque niger effloruerit in ea, ſanata eſt porrigo, mundus eſt, mun-
dumque iudicabit eum ſacerdos. 38 Vir autem, aut mulier, cum fuerint in carne eorum maculæ candidæ
albeſcentes, 39 Videritque ſacerdos, & ecce in cute carnis eorum maculæ ſunt ſubobſcuræ, candicantes,
impetigo eſt floreſcens in cute, mundus eſt. 40 Vir etiam cum depilabitur caput eius, caluus eſt, mundus
eſt. 41 Si verò ab angulo faciei eius depiletur caput eius, recaluus eſt, mundus eſt. 42 Cum autem fuerit
in caluitie eius, aut in recaluitie plaga alba rubeſcens, lepra eſt effloreſcens in caluitie eius, aut in recaluitie.
43 Videbitque eum ſacerdos; at ecce tumor eſt plagæ albus rubeſcens in caluitie eius, aut recaluitie, ſicut aſ-
pectus lepræ in cute carnis. 44 Homo eſt leproſus, immundus eſt; immundum iudicabit eum ſacerdos, in
capite eius eſt plaga eius. 45 Leproſi autem in quo fuerit plaga veſtes erunt diſſutæ, caput eius erit nuda-
tum, ſed labiis erit contectis, immunduſque erit, immundus vocabitur. 46 Omnibus diebus quibus plaga
erit in eo, pollutus erit: immundus eſt, ſolus habitabit, extra caſtra erit habitatio eius. 47 Quum autem
in veſtimento fuerit plaga lepræ, in veſtimento laneo, aut veſtimento lineo. 48 Aut in ſtamine, aut in ſub-
tegmine, lineis, aut laneis, aut in pelle, aut in quouis opere pelliceo.

49–59 [illegible]

49 Fueritque plaga *illa* viridis aut rubra in veſte, aut in pelle, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut in quolibet inſtrumento pelliceo: plaga eſt lepræ: oſtendant illud ſacerdoti. 50 Inſpiciatque ſacerdos plagam, & recludat ſacerdos plagam ſeptem diebus. 51 Et conſideret ſacerdos plagã in die ſeptimo: ſi proceſſit plaga in veſte, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut in pelle quæ adhibetur ad opus: plaga eſt lepræ amaræ: immũdum eſt. 52 Comburat ſacerdos veſtem aut ſtamen, aut ſubtegmen laneũ ſiue lineum, aut quoduis inſtrumentũ pelliceũ in quo fuerit plaga: igne *inquam* comburant illud, quia lepra eſt atrox. 53 At ſi videat ſacerdos non irrepſiſſe plagam in veſte, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut in quocunque vaſe pelliceo: 54 Præcipiet ſacerdos, & lauabunt id in quo eſt plaga: ac tum recludet eã ſacerdos ſeptem diebus aliis.
55 Et conſiderabit ſacerdos plagam poſtquam abluerunt illam: ſi non immutatus eſt aſpectus plagæ, & plaga non eſt immutata, immundum eſt, combure illud igne, plaga eſt in eius nouitate aut vetuſtate. 56 Quòd ſi viderit ſacerdos æqualem eſſe plagam poſtquam lotum fuit *illud*, ſcindat, tollatque eam à veſte, aut à pelle, aut à ſtamine, aut à ſubtegmine. 57 Quòd ſi denuo apparuerit in veſte, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut in quolibet vaſe pelliceo: comburat illud igne, quoniam creuit in eo plaga.
58 Et veſtis, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen, ſiue quodcunque inſtrumentum quod mundatur quodque lauatur, & à quo receſſit plaga: lauetur duabus vicibus, & fiet mundus. 59 Hæc eſt lex plagæ lepræ in veſte lanea ſiue linea, aut ſtamine, ſiue ſubtegmine, aut quocunque inſtrumento pelliceo: ad emundandum, aut contaminandum ipſum.

VERSIO SAMARITANA.

49–59 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

49–59 [illegible]

49 *Et fuerit plaga illa viridis aut rubra in ve-*
ſte, vel in pelle, vel ſtamine, aut in aliquo ex in-
ſtrumentis pelliceis: illa eſt plaga lepræ; iccirco
oſtendatur ſacerdoti.
50 *Et inſpiciet illud ſacerdos, detinebitque*
illud ſeptem dies, deinde intuebitur illud in die
ſeptimo. 51 *Quòd ſi extenſa fuerit in veſte, aut*
ſtamine, aut ſubtegmine, aut in pelle, & in omni
eo quod fit ex pelle compoſitum: illa plaga eſt lepra
corrumpens, eſtque immundum; 52 *Ideo combu-*
ratur veſtis, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen, ſiue fuerit
ex lana, ſiue ex lino, ſiue omnia inſtrumenta pel-
licea in quibus eſt plaga, quoniam eſt lepra perni-
cioſa: propterea comburetur igni.
53 *Quòd ſi viderit eam ſacerdos non eſſe exten-*
ſam in veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut
omni inſtrumento pelliceo:
54 *Præcipiat vt lauetur, & detineat illud ſe-*
ptem diebus, ſecundò:
55 *Deinde inſpiciet illud ſacerdos poſtquam lo-*
tum eſt: & ſi non immutatus fuerit color eius, neque
extenſa fuerit, immundum eſt, & amburatur igne:
eſt enim pernicies exiſtens in raſa vel in recta
ipſius panni *ſuperficie.*
56 *Quòd ſi viderit eam delituiſſe poſtquam lotus*
eſt, rumpat illam ex veſte, aut ex pelle: & ſcindat
illam ex ſtamine, aut ex ſubtegmine.
57 *Et ſi apparuerit ſuperfluitas in veſte, aut ſta-*
mine, aut ſubtegmine, omnique inſtrumento pelli-
ceo, ipſa eſt lepra *excurrens: comburatur igne id in*
quo eſt plaga. 58 *Et veſtis, vel ſtamen, vel ſub-*
tegmen, vel quodlibet inſtrumentum pelliceum, ſi
lota fuerint, abſceſſeritque ab ipſis plaga, lauentur
ſecundò, & mundabuntur.
59 *Hæc eſt lex plagæ lepræ in veſte lanea, & li-*
nea, aut ſtamine, aut ſubtegmine, aut aliquo ex
inſtrumentis pelliceis, vt mundetur, vel vt pol-
luatur.

49 وكان البلاء اخضر او احمر في الثوب * او في الجلد * او
السدى * او اللحمة * او في شيء من آلة الجلود * فذلك هو
بلوى البرص * فليور الامام * 50 فيبطن الامام ويقفه سبعة
ايام * ثم يبطن في اليوم السابع * 51 فان تفشى في الثوب *
او السدى * او اللحمة * او في الجلد * وجميع ما يعمل من الجلد
مصنوعا * فذلك البلاء برص ماحق وهو نجس * 52 فليحرق
الثوب * او السدى * او اللحمة كان من صوف او كتان * او
جميع آلة الجلود الذي يكون فيه البلاء * لانه برص ماحق *
لذلك يحرق بالنار * 53 وان راه الامام لم يفش في الثوب *
او السدى * او اللحمة * او جميع آلة الجلود * 54 فليامر
بغسله ويقفه سبعة ايام ثانية * 55 ثم ينظر الامام بعد ما
غسل * فان كان لم ينقلب لونه ولم يفش * فهو نجس * وليحرق
بالنار فهي مهلكة كانت في سحقه او زيره *
56 فان راه قد خبا بعد ما غسل فليحرقه من الثوب * او من
الجلد * ويقطعه من السدى * او من اللحمة *
57 وان ظهرت زيادة في الثوب * او السدى * او اللحمة * او
جميع آلة الجلود * فهي المتفشي * فليحرق بالنار الذي فيه البلاء *
58 والثوب * او السدى * او اللحمة * او جميع آلة الجلود ان
غسلت فزال عنها البلاء * فلتغسل ثانية وتطهر * 59 هذه
شريعة بلوى البرص في ثوب الصوف * او الكتان * او السدى *
او اللحمة * او شيء من آلة الجلود ليطهر او لينجس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

49 Fueritque plaga vireſcens, aut rubeſcens in veſtimento aut in pelle, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut
in omni vaſe pelliceo, plaga lepræ eſt, videbitque eam ſacerdos. 50 Et viſa plaga ſacerdos includet plagam ſep-
tem diebus. 51 Sed videns plagam die ſeptimo, quod diffuderit ſe plaga iſta in veſtimento, aut in ſtamine, aut
in ſubtegmine, aut in pelle ſecundum omne quod fit pellis in opificium, lepra permanens eſt plaga hæc, im-
munda eſt. 52 Comburetque veſtimentum, aut ſtamen, aut ſubtegmen laneum, aut lineum, aut omne
vas pelliceum in quo fuerit plaga; quoniam lepra permanens hæc eſt, igne comburetur.
53 Si autem viderit ſacerdos, at ecce non diffudit ſe plaga in veſtimento, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine,
aut in omni vaſe pelliceo, 54 Tum præcipiet ſacerdos vt lauent id in quo fuit plaga; & includet illud ſe-
ptem diebus ſecundò. 55 Videbitque ſacerdos poſtquam lota fuerit plaga: ſed ecce non mutauit plaga
oculos ſuos, neque plaga diffudit ſe; immunda res eſt, igne eam comburent: corroſio eſt in caluitie eius aut in
recaluitie, 56 Sed ſi viderit ſacerdos, & ecce ſubobſcura eſt plaga, poſtquam lauerunt eam, tum abrumpent
eam de veſte, aut de pelle, aut de ſtamine, aut de ſubtegmine. 57 Sed ſi conſpiciatur adhuc in veſte, aut in ſta-
mine, aut in ſubtegmine, aut in quouis vaſe pelliceo, effloreſcit; igne combures id in quo eſt plaga.
58 Veſtimentum autem, ſtamen, aut ſubtegmen, aut omne vas pelliceum quod laueris, & à quo receſſerit
plaga, lauabis ſecundò, & mundum erit. 59 Hæc eſt lex plagæ lepræ, veſtimenti lanei, aut linei, aut ſtami-
nis, aut ſubtegminis, aut omnis vaſis pelliceí, vt mundum iudicetur, aut pollutum.

[illegible]

CAPVT XIV.

ET loquutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: [2] Hæc eſt lex leproſi in die quo purificabitur. Adducant eum ad ſacerdotem, [3] Egredieturque ſacerdos extra caſtra, inſpicietque ſacerdos: ſi ſanata eſt plaga lepræ ab homine, [4] Præcipiet ſacerdos, afferentque pro eo qui mundandus eſt duas auiculas viuas, mundas, & lignum cedrinum, & tincturam coccineam, atque hyſſopum. [5] Præcipiet etiam ſacerdos, mactabuntque auiculam vnam in vaſe teſtaceo ſuper fontem aquarum. [6] Deinde capiet alteram auiculam illam viuam, & lignum cedrinum, & tincturam coccineam, atque hyſſopum: intingetque tam hæc quàm auiculam viuam ſanguine auiculæ quæ immolata eſt ſuper aquas fontis. [7] Spargetque ſuper illum qui mundandus eſt à lepra, ſeptem vicibus, ac mundabitur: & auolare faciet auiculam viuam verſus campum. [8] Et lauabit veſtimenta ſua is qui mundandus eſt, & tondebit cunctos pilos ſuos, & abluet ſe aqua, atque mundabitur: ac poſtea ingredietur in caſtra, & manebit extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus. [9] Et in die ſeptimo radet omnes pilos ſuos, caput ſuum, & barbam ſuam, & ſupercilia ſua: omnes denique pilos ſuos radet, lauabitque veſtimenta ſua, abluetque carnem ſuam aqua, & emundabitur. [10] Et in die octauo accipiet duos agnos in quibus nulla ſit macula, & agnam vnam anniculam in qua nulla ſit macula, & tres decimas ſimilaginis ſubactæ oleo, & libatorium olei. [11] Conſtituet autem ſacerdos purificans tam hominem illum qui purificandus eſt, quàm iſta coram Domino, in oſtio tabernaculi temporis. [12] Et accipiet ſacerdos agnum vnum, offeretque eum pro peccato, & libatorium olei, ſeparabitque ea ſacerdos ſeparationem coram Domino.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XIV.

I Tem allocutus eſt Deus Muſam, dicens: 2 *Hæc erit lex leproſi in tempore mundationis eius: Vt deferatur fama eius ad ſacerdotem:* 3 *Exibitque ſacerdos extra caſtra; cúmque viderit leproſum curatum eſſe à plaga lepræ,* 4 *Præcipiet quod conueniet circa illum. Mandabit ergo ſacerdos vt accipiantur ei qui mundandus eſt, duo paſſeres mundi, & lignum cedri, & ſericum coccineum, & hyſſopus.* 5 *Deinde præcipiet ſacerdos vt iuguletur alter eorum in vaſe fictili ſuper aquam fontis.* 6 *Et accipiat paſſerem viuum; & lignum cedrinum, & ſericum coccineum, & hyſſopum, & intingat ea ſimul cum paſſere viuo in ſanguine paſſeris iugulati ſuper aquam quæ eſt de fonte.*
7 *Et ſpargat ſuper mundandum à lepra ex ipſo ſeptem vicibus, & mundet eum, & dimittat paſſerem viuum ſuper faciem campi.*
8 *Poſtea lauabit is qui mundatur, veſtes ſuas, & radet omnes pilos ſuos, & lauabit ſeſe aqua, & mundabitur: & poſthac ingredietur in caſtra, & manebit extra habitaculum ſuum ſeptem dies.*
9 *Cúmque fuerit etiam in die ſeptimo radet omnes pilos capitis ſui, & barbam ſuam, & ſupercilia oculorum ſuorum, cum reliquis pilis ſuis, & lauabit veſtes ſuas, & lauabit corpus ſuum aqua, & mundabitur.*
10 *Et in die octauo offeret duos agnos integros, & ouem filiam anni ſui integram, & tres decimas ex ſimila donum ſubactum oleo, & alabaſtrum olei.* 11 *Siſtetque ſacerdos virum mundandum & illa, coram Deo apud oſtium tabernaculi præſentiæ.*
12 *Et accipiet ſacerdos alterum è duobus agnis, vt offerat illum pro delicto, & alabaſtrum olei, & agitabit vtrumque agitatione coram Deo.*

* الفصل الرابع عشر *

1 ثم كلم الله موسي قايلاً * 2 هذه تكون شريعة الابرص
في وقت طهره * ان يوتي بخبره الي الامام * 3 فيخرج الامام الي
خارج المعسكر * فاذا نظر ان الابرص قد شفي من بلوي البرص *
4 امر بما يجب فيه * فيامر الامام بان يوخذ للمتطهر عصفوران
طاهران * وعود ارز * وحرير قرمز * وصعتر * 5 ثم يامر الامام
بذبح احدهما في اناء خزف علي ماء نبع * 6 وليأخذ العصفور
الحي * وعود الارز * والحرير القرمز * والصعتر * ويغمس ذلك مع
العصفور الحي في دم العصفور المذبوح علي الماء الذي من نبع *
7 وينضح علي المتطهر من البرص من ذلك سبع مرات * ويطهره
ويطلق العصفور الحي علي وجه الصحرا * 8 ثم يغسل
المتطهر ثيابه ويحلق جميع شعره ويرحض بالماء ويطهر * وبعد
ذلك يدخل الي المعسكر * ويقيم في خارج منزله سبعة ايام *
9 فاذا كان ايضا في اليوم السابع يحلق جميع شعر راسه ولحيته
وحواجب عينيه مع ساير شعره ويغسل ثيابه ويرحض بدنه بالماء
ويطهر * 10 وفي اليوم الثامن يقدم حملين صحيحين * ورخلا
ابنة سنتها صحيحة * وثلثة اعشار من سميذ هدية ملتوته بدهن *
وقارورة دهن * 11 ويقف الامام الرجل المتطهر واياها بين يدي
الله عند باب خباء المحضر *
12 وياخذ الامام احد الخروفين ليقربه عن الاثم * وقارورة الدهن *
ويحركهما تحريكا بين يدي الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XIV.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens, 2 Hæc erit lex leproſi in die mundationis ſuæ; tum adducetur ad
ſacerdotem. 3 Sacerdos verò egredietur extra caſtra: videbitque ſacerdos, at ecce ſanata eſt plaga le-
præ de leproſo. 4 Tum præcipiet ſacerdos vt accipiant pro mundando duos paſſeres viuos mundos, &
lignum cedrinum, & dibaphum coccineum, & hyſſopum. 5 Præcipietque ſacerdos vt mactent paſſerem
vnum in vaſe teſtaceo ad aquas viuentes. 6 Sed paſſerem viuum accipiet, lignumque cedrinum, & diba-
phum coccineum, & hyſſopum, & tinget ea, & paſſerem viuum in ſanguine paſſeris mactati ſuper aquas
viuentes. 7 Et aſperget ſuper mundandum à lepra ſepties, & mundabit eum; poſtea dimittet paſſerem
viuum in faciem campi. 8 Lauabitque is qui mundat ſe veſtimenta ſua, & radet omnem pilum ſuum: ſe au-
tem lauabit in aquis, & mundus erit; poſtea verò ingredietur in caſtra, & habitabit extra tentorium ſuum ſep-
tem diebus. 9 Die autem ſeptimo radetur omnis pilus eius, caput eius, barba eius, & ſupercilia oculorum
eius, omniſque pilus eius radetur: lauabitque veſtimenta ſua, lauabit quoque carnem ſuam in aquis, & erit
mundus. 10 Die verò octauo accipiet duos agnos immaculatos anniculos, & agnam vnam anniculam im-
maculatam, treſque decimas ſimilæ oblationem conſperſam oleo, & ſextarium vnum olei.
11 Et ſiſtet ſacerdos mundans hominem mundandum, & iſta coram Dominó ad oſtium tabernaculi teſtimo-
nij. 12 Deinde accipiet ſacerdos agnum vnum, offerretque eum in delictum, & ſextarium olei, & venti-
labit ea ventilatione coram Domino.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

13 Et immolabit agnum in loco in quo immo-
latur peccatum & holocauſtum pacificum, in
loco *ſcilicet* ſacro: ille enim qui pro peccato eſt,
munus eſt ſacerdotis & ſacroſanctus. 14 Tol-
letque ſacerdos de ſanguine peccati, ſpargetque
ſacerdos ſuper auriculam auris dexteræ eius qui
purificandus eſt, & ſuper pollicem manus eius
dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri.
15 Deinde tollet ſacerdos libatorium vnum olei,
fundetque ſuper manum dexteram ſacerdotis.
16 Intinget etiam ſacerdos digitum ſuum dex-
terũ in oleo quod eſt in manu ſua ſiniſtra: ſpar-
getque ſacerdos ex oleo digiti ſui ſeptem vici-
bus coram Dño. 17 Quod autem remanebit
ex oleo in manu ſacerdotis, ſparget ſacerdos
ſuper auriculam auris dextræ eius qui mundan-
dus eſt, & ſuper pollicem manus eius dextræ,
& ſuper pollicem pedis eius dextri, ſuper locum
ſanguinis peccati. 18 Et quod remanebit ex oleo
quod eſt in manu ſacerdotis, proiiciat in caput
eius qui purificatur, & expiabit pro eo ſacerdos
coram Domino. 19 Præterea offeret ſacerdos
oſtiam quæ eſt pro peccato, & expiabit pro eo
qui purificatur ab immunditia ſua, & poſtea
mactabit holocauſtum pacificum. 20 Attollet-
que ſacerdos holocauſtum pacificum & fari-
nam ad altare, expiabitque pro eo ſacerdos, &
mundabitur. 21 Quòd ſi is pauper ſit, nec ha-
beat facultatem, tollat agnum vnum pro pec-
cato ſeparationis, vt expietur pro eo: & vnã ex
decem *partibus* modij ſimilaginis farinæ ſub-
actæ oleo in ſacrificium, & libatorium vnum
olei: 22 Duoſque turtures, aut duos pullos co-
lumbæ, quod ſcilicet fuerit in eius facultate:
eritque vnus pro peccato, & alter in holocau-
ſtum. 23 Afferet autem eos in die octauo ad
ſacerdotem, vt purificet eum, ad oſtium ta-
bernaculi temporis coram Domino.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

13 *Deinde mactabit eum in loco in quo mactat*
expiationem & holocauſtum, in loco ſanctuarij:
quia ſacrificium delicti pertinet ſicut expiatio ad
ſacerdotem, ex præcipuis ſacrorum.
14 *Poſtea accipiet ex ſanguine illius aliquantu-*
lum, & ponet illum ſuper auriculam auris dex-
træ eius qui mundatur, & ſuper pollicem manus
eius dextræ, & pollicem pedis eius dextri.
15 *Et accipiet ſacerdos de alabaſtro olei id quod*
infundet ſuper vola ſua læua.
16 *Deinde intinget digitum ſuum dexterum oleo*
quod eſt ſuper manum ſuam læuam, ſpargetque ex
eo ſeptem vicibus coram Deo.
17 *Poſtea ponet ex eius reſiduo parum ſuper auri-*
culam auris dexteræ mundandi, & ſuper pollicem
manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius
dexteri, ſuper ſanguinem ſacrificij delicti.
18 *Et quod remanebit ex ipſo, fundet ſuper caput*
mundandi, & veniam poſtulabit pro eo co-
ram Deo.
19 *Deinde faciet ſacerdos expiationem, & ve-*
niam petet pro purificando ab immunditia ſua:
& poſtea mactabit holocauſtum. 20 *Ac dein-*
de attollet holocauſtum & munus ſuper alta-
re, & veniam rogabit pro illo ſacerdos, ac munda-
bitur. 21 *Si verò fuerit pauper, nec pertingat*
manus eius ad hæc, afferat agnum vnum in ſacri-
ficium delicti ad agitationem, vt venia poſtule-
tur pro ipſo, & decimam ſimilæ ſubactam oleo
in munus, & alabaſtrum olei:
22 *Et duos turtures, aut duos pullos columba-*
rum, iuxta id quod aſſequetur manus eius: eritque
vnus eorum expiatio, alter holocauſtum.
23 *Afferat autem hæc in die octaua poſt princi-*
pium mundationis ſuæ ad ſacerdotem, ad oſtium
tabernaculi præſentiæ coram Deo.

13 ثم يذبحه في الموضع الذي يذبح الذكاة والصعدة في
موضع القدس * لان قربان الاثم هو كالذكاة للامام من خواص
الاقداس * 14 ثم ياخذ من دمه شيا ويجعل ذلك على
شحمة اذن المتطهر اليمني * وعلي ابهام يده اليمني * وابهام رجله
اليمني * 15 وياخذ الامام من قارورة الدهن ما يصبه على
كفه اليسرى * 16 ثم يغمس اصبعه اليمني في الدهن
الذي على يده اليسرى * وينضح منه سبع مرات بين يدي
الله * 17 ثم يضع من باقيه شيا على شحمة اذن المتطهر
اليمني * وعلي ابهام يده اليمني * وعلي ابهام رجله اليمني على
دم قربان الاثم * 18 والفاضل منه يصبه على راس المتطهر *
ويستغفر له بين يدي الله * 19 ثم يعمل الامام الذكاة *
ويستغفر عن المتطهر من نجاسته * وبعد ذلك يذبح الصعدة *
20 ثم يصعد الصعدة والهدية على المذبح * ويستغفر له
الامام ويطهر *
21 وان كان فقيرا لا تنال يده ذلك * فليقرب خروفا واحدا
قربان الاثم للتحريك ليستغفر عنه * وعشر سميذ ملتوتا بدهن
هدية * وقارورة دهن *
22 وشفنينين او فرخي حمام على حسب ما تنال يده * فيكون
احدهما ذكاة * والاخر صعدة *
23 وليات بذلك في اليوم الثامن من اول طهره الي الامام الي
باب خباء المحضر بين يدي الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Mactabit autem agnum in loco in quo mactant ſacrificium pro peccato, & holocauſtum in loco ſancto:
nam ſicut ſacrificium pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet, ſanctitas ſanctitatum eſt. 14 Acci-
piet quoque ſacerdos de ſanguine delicti quem ponet ſuper lobum auris dextræ eius qui mundatur, & ſuper
pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri. 15 Accipiet etiam ſacerdos de ſextario
olei, & effundet ſuper volam ſacerdotis ſiniſtram. 16 Tingetque ſacerdos digitum ſuum dexterum ex
oleo quod eſt ſuper volam eius ſiniſtram, & aſperget de oleo ſepties coram Domino. 17 De reliquo autem
olei quod eſt ſuper volam eius ponet ſacerdos ſuper lobum auris dexteræ eius qui mundatur, & ſuper pollicem
manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri, vltra ſanguinem hoſtiæ pro delicto.
18 Reſiduum verò olei quod eſt ſuper volam ſacerdotis ponet ſuper caput eius qui mundatur, vt expiet eum
ſacerdos coram Domino. 19 Præterea faciet ſacerdos hoſtiam pro peccato, & expiabit eum qui mundatur
de immunditie ſua; poſtea verò mactabit holocauſtum. 20 Offeretque ſacerdos holocauſtum, & oblatio-
nem ſimilæ ſuper altare coram Domino, & expiabit eum ſacerdos, & mundabitur.
21 Si vero pauper fuerit, manuſque eius iſta non aſſequatur, tum accipiet agnum vnum hoſtiam pro delicto
in hoſtiam ventilationis vt expiet eum, & decimam ſimilæ vnam conſperſam oleo in oblationem, & ſextarium
olei. 22 Duos quoque turtures, aut duos pullos columbæ, quos aſſequetur manus eius: quorum vnus erit
hoſtia pro peccato, alter verò holocauſtum. 23 Et adducet iſta die octauo ad ſacerdotem, vt purificet eum ad
oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

14 Tum accipiet ſacerdos agnum vnum, & libatorium olei: ſeparabitque ea ſacerdos ſeparationem coram Domino, 25 Mactabitque agnum peccati: & accipiens ſacerdos de ſanguine peccati, ſparget ſuper auriculam auris dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri. 26 Et de oleo fundet ſacerdos in manum ſiniſtram ſacerdotis: 27 Spargetque ſacerdos digito ſuo dextero de oleo quod habet in manu ſua ſiniſtra, ſeptem vicibus coram Domino. 28 Spargetque ſacerdos ex oleo quod eſt in manu ſua ſuper auriculam auris dexteræ eius qui mundatur, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri, in loco ſanguinis peccati. 29 Et quod remanebit ex oleo quod eſt in manu ſacerdotis, ſparget ſuper caput eius qui purificatur, & expiabit pro eo coram Domino. 30 Offeret etiam ex turturibus aut ex pullis columbarum, *videlicet* ex eo quod in ſua facultate fuerit. 31 Eritque vnus pro peccato, & alter in holocauſtum ſuper farinam: & indulgentiam rogabit ſacerdos coram Domino pro eo qui mundatur. 32 Hæc eſt lex eius in quo eſt plaga lepræ, qui habere nequit quo mundetur. 33 Et loquutus eſt Dominus cum Moſe & cum Aharone, dixitque eis:
34 Cùm ingrediemini terram Chanaan quam ego daturus ſum vobis hæreditatem, & dedero plagam lepræ in terra hæreditatis veſtræ: 35 Veniat dominus domus, indicetque ſacerdoti, ac dicat illi, Quaſi plaga lepræ viſa mihi eſt in domo.
36 Iubebit ſacerdos, & euacuabunt domum antequam ingrediatur ſacerdos viſurus plagam, ne immundum fiat quicquid eſt in domo: & poſtea ingredietur ſacerdos.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

[24] *Sumetque ſacerdos agnum ſacrificij delicti, & alabaſtrum olei, agitabitque ambo agitatione coram Deo:* [25] *Deinde mactabit eum, & accipiet de ſanguine eius aliquantum, ponetque eum ſuper auriculam auris mundandi dexteræ, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & pollicem pedis ipſius dexteri,*
[26] *Fundetque aliquantum olei in volam ſuam ſiniſtram:* [27] *Et digito ſuo dextero ſparget ex eo ſeptem vicibus ante Deum.*
[28] *Ponetque reliquum ſanguinem qui eſt in vola ſua, ſuper auriculam auris mundandi dexteræ, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & pollicem pedis eius dexteri, ſuper ſanguinem ſacrificij delicti.*
[29] *Et reſiduum illius ponet ſuper caput mundandi, veniamque poſtulabit pro ipſo ante Deum.*
[30] *Deinde faciet de duobus turturibus, aut duobus pullis columbarum (prout poſſederit manus eius)*
[31] *Vnum in expiationem, alterum in holocauſtum cum munere, & veniam petet pro ipſo coram Deo.*
[32] *Hæc eſt lex eius in quo fuerit plaga lepræ, nec habuerit facultatem, in tempore mundationis ſuæ.*
[33] *Locutus eſt etiam Deus ad Muſam & Haronem, dicens:*
[34] *Cum ingreßi fueritis in regionem Canaan quam ego daturus ſum vobis poſſeßionem, & immiſero plagam lepræ in aliquas domos terræ poſſeßionis veſtræ:*
[35] *Veniat is cuius eſt domus ad ſacerdotem, & nuntiet ei dicens: Apparuit mihi in domo ſimile quid lepræ.*
[36] *Mandabitque ſacerdos vt euacuetur domus antequam ingrediatur ad videndam plagam, vt non polluantur omnia quæ ſunt in ipſa: & poſtea ingredietur, & inſpiciet eam.*

24 وياخذ الامام خروف قربان الاثم وقارورة الدهن * ويحركهما
تحريكا بين يدي الله * 25 ثم يذبحه وياخذ من دمه شيا
ويجعله على شحمة اذن المطهر اليمنى * وعلى ابهام يده اليمنى
وابهام رجله اليمنى * 26 ويصب شيا من الدهن في كفه
اليسرى * 27 وينضح باصبعه اليمنى منه سبع مرات بين
يدي الله * 28 ويضع باقي الدهن الذي في كفه على
شحمة اذن المطهر اليمنى * وعلى ابهام يده اليمنى * وابهام رجله
اليمنى على دم قربان الاثم * 29 وباقيه يضعه على راس
المطهر * ويستغفر عنه بين يدي الله *
30 ثم يعمل من الشفنينين او فرخي الحمام على ما تنال يده *
31 احدهما ذكاة * والاخر صعيده مع الهدية * ويستغفر عنه بين
يدي الله *
32 هذه شريعة من كانت به بلوي برص * ولم تنل يده في
وقت طهره *
33 ثم كلم الله موسي وهرون قايلا *
34 اذا دخلتم الي بلد كنعان الذي انا معطيكموه حوزا * فاحللت
بلوي البرص في بعض بيوت ارض حوزكم *
35 فلياتِ الذي له البيت الي الامام ويخبره قايلا * قد ظهر لي في
البيت شبه برص * 36 فيامر الامام بتفريغ البيت قبل ان
يدخل لينظر البلا * ولا ينجس جميع ما فيه * وبعد ذلك يدخل
فينظر اليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[24] Accipiet autem ſacerdos agnum pro delicto, & ſextarium olei, & ventilabit ea ventilatione coram Domino. [25] Poſtea mactabit agnum pro delicto, ſumetque ſacerdos de ſanguine delicti, & ponet ſuper lobum auris dexteræ eius qui mundatur, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri.
[26] De oleo quoque effundet ſacerdos ſuper volam ſacerdotis ſiniſtram. [27] Et aſperget ſacerdos cum digito ſuo dextero de oleo quod eſt ſuper volam ſuam ſiniſtram ſepties coram Domino.
[28] Ponetque ſacerdos de oleo quod eſt in vola ſua ſuper lobum auris dexteræ eius qui mundatur, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri, in loco ſanguinis hoſtiæ pro delicto.
[29] Reſiduum autem olei quod eſt in vola ſacerdotis ponet ſuper caput illius qui mundatur, vt expiet eum coram Domino. [30] Faciet etiam vnum de turturibus, aut de pullis columbæ quos aſſecuta fuerit manus eius. [31] Eorum quæ aſſecuta fuerit manus eius, vnum erit pro peccato, & alterum in holocauſtum præter oblationem ſimilæ, & expiabit mundandum coram Domino. [32] Hæc eſt lex eius in quo eſt plaga lepræ, cuius manus non poteſt aſſequi quod ad emundationem ſuam requiritur. [33] Preterea locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. [34] Cum ingreſſi fueritis in terram Chanaan quam ego dedi vobis in poſſeſſionem, & dedero plagam lepræ in domum terræ poſſeſſionis veſtræ.
[35] Tum veniet ille ad quem pertinet domus & renuntiabit ſacerdoti, dicens, velut plaga apparet mihi in domo. [36] Præcipietque ſacerdos vt euacuent domum illam antequam ingrediatur ſacerdos ad plagam inſpiciendam, ne aliquid eorũ quæ ſunt in domo cõtaminetur: & poſthæc ingredietur ſacerdos vt videat domũ.

37 [illegible]

38 [illegible]

39 [illegible]

40 [illegible]

41 [illegible]

42 [illegible]

43 [illegible]

44 [illegible]

45 [illegible]

46 [illegible]

47 [illegible]

48 [illegible]

49 [illegible]

37 Videbit autem plagam, & ecce plaga in pa-
riete domus, *videlicet* cruſtæ virides aut rubi-
cundæ, earumque aſpectus profundior pariete:
38 Exeat ſacerdos extra domum, ſtetque ad
ianuam ipſius, occludatque domũ illam ſeptem
diebus. 39 Et redeat ſacerdos in die ſeptimo,
videatque: ſi progreſſa eſt plaga in pariete do-
mus, 40 Iubebit ſacerdos, & eruent lapides il-
los in quibus eſt plaga lepræ, & proiicient eos
extra ciuitatem, in locum immundum. 41 Do-
mum verò illam radent intrinſecùs per ambi-
tum, proiicientque puluerem quem raſerunt,
extra ciuitatem in locum immundum. 42 Su-
mentque lapides alios, introducentque pro la-
pidibus illis: Et puluerem alium aſcendere fa-
cient, linientque domum. 43 Quòd ſi protenſa
fuerit plaga, & creuerit in domo poſtquã ablati
ſunt lapides, & poſtquam abraſa eſt domus, at-
que obducta: 44 Ingredietur ſacerdos, & con-
ſiderabit: ſi progreſſa eſt plaga in domo, lepra
ſæua eſt in ipſa domo, immunda eſt. 45 Euellant
domum, lapides eius, & ligna eius, totumque
puluerem ipſius, & educant eam extra ciuita-
tem ad locum immundum, eamque igne com-
burant. 46 Et quicunque ingredietur in domũ
illam cunctis diebus quibus occluſa eſt, erit im-
mundus vſque ad veſperam. 47 Et quicunque
dormiet intra locum illum, lauabit veſtimen-
ta ſua: & quicunque comederit intra locum il-
lum, abluet veſtimenta ſua.
48 Si verò ſacerdos ingreſſus viderit haud
creuiſſe plagam in domo poſtquam obduxe-
runt domum, mundabit ſacerdos domum il-
lam, quoniam ſanata eſt plaga ipſius.
49 Accipiet autem ad purificandam domum
illam, duas auiculas viuas, mundas, & li-
gnum cedrinum, & hyſſopum, & tincturam
coccineam.

VERSIO SAMARITANA.

37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

37 *Et ſi viderit plagam, & ecce in parietibus domus lineæ ſubuirides aut ſubrubeæ, earumque aſpectus eſt inferior pariete:*
38 *Egrediatur è domo ad ianuam ipſius, detineatque eam ſeptem diebus.*
39 *Deinde reuertatur die ſeptima: & ſi plaga extenſa fuerit in parietibus domus,*
40 *Mandet vt euellantur lapides in quibus eſt plaga, & proiiciantur extra ciuitatem in locum immundum:* 41 *Et abradatur domus intrinſecùs circumquaque, & proiiciant puluerem quem abraſerunt, extra ciuitatem in locum immundum:* 42 *Et accipiant lapides, immittantque illos in loca illorum lapidum: & terram aliam accipiet, & oblinet domum.*
43 *Quòd ſi reuerſa fuerit plaga, & extenſa in domo poſtquam auulſi ſunt lapides, & poſt abraſionem domus, & lutum:*
44 *Ingreſſuſque fuerit ſacerdos, videritque, & ecce extenſa eſt plaga in domo: ipſa eſt lepra pernicioſa in domo, eſtque immunda.*
45 *Deſtruat illam à lapidibus eius, & trabibus eius, omnique terra ipſius, eaque proiiciat extra ciuitatem in locum immundum.*
46 *Et quicunque intrauerit domum omnibus diebus quibus detenta fuit, polluatur vſque ad occaſum.*
47 *Et qui dormierit in illa, lauet veſtimenta ſua: & ſimiliter, qui comederit in ea, lauet veſtimenta ſua.*
48 *Sin autem ingreſſus fuerit ſacerdos, viderit que non eſſe extenſam plagam in domo poſtquam oblita fuit, mundet illam, quia plaga curata iam eſt.*
49 *Sumetque ad expiationem eius duos paſſeres, & lignum cedrinum, & ſericum coccineum, atque hyſſopum.*

37 فان راي البلا فاذا في حيطان البيت خطوط مخضرة او
محمرة * ومنظرهن مستفل من الحايط *
38 فيخرج من البيت الي بابه * وليقفه سبعة ايام *
39 ثم يرجع في اليوم السابع * فان كان البلا قد تفشي في
حيطان البيت * 40 فليامر بان تخلع الحجارة التي فيهن
البلا * وترمي الي خارج القرية الي موضع نجس *
41 ويقشر البيت من داخل مستديرا * ويرموا بالتراب الذي
قشروه الي خارج القرية الي موضع نجس * 42 وياخذوا حجارة
فيدخلوها في مواضع تلك الحجارة * وترابا اخر ياخذ ويطين
البيت * 43 فان عاد البلا وانتشر في البيت بعد ما قلعت
الحجارة وبعد قشر البيت والطين * 44 فدخل الامام ونظر
فاذا قد تفشي البلا في البيت * فهو برص ماحق في البيت وهو
نجس * 45 فلينقضه من حجارته وخشبه وجميع ترابه * ويرم
ذلك الي خارج القرية الي موضع نجس *
46 ومن دخل الي البيت طول الايام الذي وقف فيها *
فلينجس الي المغيب *
47 ومن انضجع فيه فليغسل ثيابه * وكذلك من اكل فيه
فليغسل ثيابه *
48 فان دخل الامام فنظر فاذا لم يفش البلا في البيت بعد
تطيينه فليطهره * فان البلا قد برا * 49 وياخذ لتذكيته
عصفورين * وعود ارز * وحرير قرمز * وصعترا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

37 Conſiderabit igitur plagam ſacerdos; at ecce plaga eſt in parietibus domus, cauitates vireſcentes, aut ru-
beſcentes, aſpectuſque eius depreſſior eſt pariete. 38 Tum egredietur ſacerdos de domo ad portam domus,
& includet domum ſeptem diebus. 39 Reuerturque ſacerdos die ſeptimo, & videbit; & ecce diffudit ſe pla-
ga per parietem domus. 40 Tum præcipiet ſacerdos vt eruantur lapides in quibus eſt plaga, quos proii-
cient extra vrbem in locum pollutum. 41 Domum verò abradent intrinſecus in circuitu, & effundent
puluerem quem exciderint, extra vrbem in locum pollutum. 42 Accipient quoque alios lapides, & repo-
nent in locum lapidum iſtorum, puluerem que alium ſument, & linient domum.
43 Si autem reuertatur plaga, & effloreat in domo poſtquam eruti ſunt lapides, & poſtquam abraſa eſt do-
mus, & poſtquam linita eſt. 44 Et venerit ſacerdos, videritque & ecce refloruit plaga in domo; lepra eſt
permanens in domo, immunda eſt. 45 Ideo diruent domum, lapides eius, & ligna eius; omnemque pulue-
rem domus deportabunt extra ciuitatem in locum pollutum.
46 Qui autem ingreſſus fuerit domum omnibus diebus quibus incluſit eam, immundus erit vſque ad veſpe-
ram. 47 Qui verò dormierit in domo lauabit veſtimenta ſua: quique comederit in domo lauabit veſti-
menta ſua. 48 Si autem veniendo veniat ſacerdos, videatque, & ecce non refloruit plaga in domo poſt-
quam liniuit domum, mundam pronuntiabit ſacerdos domum, quia ſanata eſt plaga.
49 Accipient autem ad expiandam domum duos paſſeres, & lignum cedrinum, & dibaphum coccineum,
& hyſſopum.

50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

50 Præcipietque ſacerdos, & mactabunt auiculam vnam in vaſe teſtaceo ſupra fontem aquarum.
51 Deinde capiet auiculam illam viuam alteram, & lignum cedrinum, & hyſſopum, atque tincturam coccineam : intingetque hæc ipſa in ſanguine auiculæ illius immolatæ, & in aquis viuis, ſpargetque ſuper domum illam ſeptem vicibus.
52 Et emundabit domum ſanguine auiculæ, & aquis viuis, & auicula viua, & ligno cedrino, & hyſſopo, & tinctura coccinea.
53 Et auolare faciet auiculam viuam extra ciuitatem verſus campum : & expiabit pro domo, & mundabitur.
54 Iſta lex erit omnibus plagis lepræ:
55 Et plagæ lepræ veſtis, & domus:
56 Et cicatrici, atque elephantiaſi, necnon maculæ:
57 Et ad diſtinguendum inter immundum & mundum. Hæc *inquam* eſt lex lepræ.

CAPVT XV.

Lex de immunditia fluxus.

PRæterea loquutus eſt Dominus cum Moſe & cum Aharone, dixitque ad eos:
2 Loquimini cum filiis Iſrael, & dicite eis, Quilibet cùm fluxerit ex eius carne fluxus ipſius, immundus eſt.
3 Hæc autem erit immunditia fluxus eius: ſiue profluat caro eius, ac ſemen emittat: ſiue obtruſa ſit caro eius quin emittat ſemen, immunditia ipſius eſt.
4 Et omne ſtratum ſuper quo dormierit ſic fluẽs, erit immundum: & omne inſtrumentum ſuper quo ſederit, erit immundum.
5 Et vir qui tetigerit eius cubile, lauabit veſtimenta ſua, & abluet ſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam.
6 Et qui ſederit ſuper inſtrumentum ſuper quod ſedit qui fluxum patitur, lauabit veſtimenta ſua, & abluet ſe aqua, & erit immundus vſque ad veſperam.
7 Et qui tetigerit carnem fluxum patientis, eluet veſtimenta ſua, & lauabit ſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam.

VERSIO SAMARITANA.

50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

50 *Mactetque alterum eorum ſuper vas fictile ſuper aquam fontis,* 51 *Et accipiet lignum cedri, & hyſſopum, & ſericum coccineum, & paſſerem viuum, intingetque illa in ſanguine paſſeris iugulati & aqua fontis, hiſque aſperget domum ſeptem vicibus:* 52 *Et expiabit eam ſanguine paſſeris, & aqua fontis, & paſſere viuo, & ligno cedrino, & hyſſopo, & ſerico coccineo.* 53 *Dimittetque paſſerem viuum extra ciuitatem ſuper faciem campi, veniamque poſtulabit pro domo, & mundabitur.* 54 *Iſta eſt lex pro omni plaga domorum, & pro puſtulis:* 55 *Atque pro plaga veſtium, & domiciliorum:* 56 *Et pro nauo, atque accidente, & macula:* 57 *Et pro declaratione circa tempus purificationis, & contaminationis. Hæc eſt lex plagæ.*

CAPVT XV.

ETiam allocutus eſt Deus Muſam & Haronem, dicens: 2 *Loquimini ad filios Iſrail, & dicite illis: Quicunque vir fuerit patiens fluxum ſeminis è veretro ſuo, fluxus ille ipſius immundus eſt.* 3 *Et hæc eſt conditio fluxus eius, in quo conſiſtet immunditia ipſius: vel enim efficiet veretrum eius fluxum veluti ſaliuam, vel occluditur ab illa: eaque eſt immunditia ipſius.*
4 *Iudicium autem eius eſt, vt omnis locus in quo cubabit, polluatur: & omne inſtrumentum ſuper quo ſedebit, polluatur.*
5 *Et quicunque homo tetigerit lectum eius, lauet veſtimenta ſua, & abluat ſe aqua, & contamine-tur vſque ad occaſum.* 6 *Et qui ſederit ſuper inſtrumentis ſuper quibus ſedebit patiens fluxum ſeminis, lauet veſtimenta ſua, & lauet ſe aqua, & polluatur vſque ad occaſum.* 7 *Et qui tetigerit corpus emittentis ſemen, lauet veſtes ſuas, abluatque ſe aqua, & contaminetur vſque ad occaſum.*

50 ويذبح احدهما على اناء من خزف على ماء نبيع *
51 وياخذ عود الارز * والصعتر * وحرير القرمز * والعصفور
الحي * ويغمسها في دم العصفور المذبوح والماء النبيع * وينضح
ذلك على البيت سبع مرات * 52 ويذكيه بدم العصفور والماء
النابع والعصفور الحي وعود الارز والصعتر وحرير القرمز *
53 ويطلق العصفور الحي خارج القرية على وجه الصحراء *
ويستغفر عن البيت فيطهر * 54 هذه شريعة لجميع بلاء
البيوت * وللكلف * 55 وللوي الثياب والمنازل * 56 وللشامة *
والعارضة * والبقعة * 57 والعوي في وقت التطهير والتنجيس *
هذه شريعة البلاء *

* الفصل الخامس عشر *

1 ثم كلم الله موسي وهرون قايلا * 2 كلما بني اسرايل
وقولا لهم * اي رجل كان ذايبا من احليله * فذوبه ذاك هو نجس *
3 وهذه صفة ذوبه الذي تكون به نجاسته * اما ان يجعل
احليله الذوب كالريال * او يختم منه * فتلك نجاسته *
4 وحكمه ان يكون كل موضع يضجع عليه ينجس * وكل اناء
يجلس عليه ينجس * 5 واي انسان دنا من مضجعه * فليغسل
ثيابه * ويرتحض بالماء * وينجس الي المغيب * 6 ومن جلس علي
الالة التي يجلس عليها الذايب * فليغسل ثيابه * ويرتحض بالماء *
وينجس الي المغيب * 7 ومن دنا بجسد الذايب * فليغسل ثيابه *
ويرتحض بالماء * وينجس الي المغيب *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

50 Mactabitque paſſerem vnum in vaſe teſtaceo ſuper aquas viuas: 51 Sumetque lignum cedrinum, & dibaphum coccineum, & hyſſopum, & paſſerem viuum, & tinget ea in ſanguine paſſeris mactati, & in aquis viuis, aſpergetque ſuper domum ſepties. 52 Et expiabit domum cum ſanguine paſſeris, & cum aquis viuis, & cum paſſere viuo, & cum ligno cedrino, & cum dibapho coccineo, & cum hyſſopo, 53 Poſtea emittet paſſerem viuum extra vrbem ſuper faciem agri, expiataque erit domus, & munda. 54 Hæc eſt lex omnis plagæ lepræ, & porriginis. 55 Et lepræ veſtimenti, & domus, 56 Et tumoris, & ſcabiei, & maculæ albæ.
57 Vt doceatur qua die res immunda ſit, & qua die munda; hæc eſt lex lepræ.

CAPVT XV.

ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 2 Loquimini filiis Iſrael, dicetiſque illis: Vir quicunque effluens erit de carne ſua fluxum ſuum, immundus eſt. 3 Hæc autem erit immunditia eius in fluxu eius: deſpumat caro eius fluxum ſuum, aut cohibita eſt caro eius à fluxu ſuo, immundus eſt omnibus diebus quibus fluit caro eius, aut cohibita eſt caro eius à fluxu ſuo, immunditia eius hæc eſt. 4 Omne cubile ſuper quo dormierit fluens, immundum eſt: omne quoque vas ſuper quo ſederit, immundum eſt.
5 Vir etiam qui tetigerit cubile eius lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, immundúſque erit vſque ad veſperam. 6 Et qui ſederit ſuper vas ſuper quod ſederit fluens, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam. 7 Qui etiam tetigerit carnem fluentis, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam.

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

8 Et ſi conſpuerit is qui fluxum patitur in eum
qui mundus eſt, eluet veſtimenta ſua,& lauabit
ſe aqua, & erit immundus vſque ad veſperam.
9 Omne quoque *iumentum* in quo equitauerit
is qui fluxum patitur, erit immundum. 10 Et
quicunque tetigerit quicquid ſub eo fuerit, erit
immundus vſque ad veſperam: & qui geſtaue-
rit illa, eluet veſtimenta ſua, lauabit ſe aqua, &
erit immundus vſque ad veſperam. 11 Et qui-
cunque tetigerit eum qui fluxum patitur, nec
dum lauerat manus ſuas aquis, abluet veſtimen-
ta ſua, & lauabit ſe aquis, eritque immundus
vſque ad veſperam. 12 Et vas teſtaceum quod
tetigerit is qui fluxum patitur, frangatur: omne
autem vas ligneum aut æneum, lauetur aquis.
13 Quòd ſi mundetur is qui fluxum patitur, à
fluxu ſuo, numeret ſibi ſeptem dies, & munde-
tur: lauetque veſtimenta ſua, & abluat carnem
ſuam aquis viuis, & mundabitur. 14 Et in die
octauo capiat ſibi duas turtures aut duos pullos
columbæ, eoſque afferat coram Domino, ad
oſtium tabernaculi temporis, & det illos ſacer-
doti. 15 Facietque illos ſacerdos, vnum pro
peccato, & alterum pro ſacrificio pacifico: &
expiabit eum ſacerdos à fluxu eius coram Dño.
16 Vir autem è quo egredietur ſemen cubitus,
abluat aqua totam carnem ſuam, ſitque im-
mundus vſque ad veſperam. 17 Et omnis veſtis
aut ſtratum ſuper quod ceciderit ſemen cubi-
tus, lauabitur aquis, & erit immundum vſque
ad veſperam. 18 Et mulier apud quam cuba-
uerit vir cubatione ſeminis, lauabunt ſe *vterque*
aqua, & erunt immundi vſque ad veſperam.
19 Mulier verò quando patietur fluxum ſan-
guinis, maneat fluxus eius in carne ipſius, &
ſeptem diebus ſedeat in menſtruo ſuo: & qui-
cunque tetigerit eam, erit immundus vſque ad
veſperam.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

8 *Et ſi expuerit qui ſemen emittit, ſuper purum,*
lauet veſtimenta ſua, abluatque ſe aqua, & con-
taminabitur vſque ad occaſum. 9 *Et quicquid*
ad equitatum pertinet, ſi conſcendat illud qui flu-
xum patitur, erit immundum. 10 *Et omnis qui*
tetigerit rem quæ fuerit ſubter illum ſimiliter con-
taminabitur vſque ad occaſum; & qui geſtauerit
aliquid ex ipſis, lauabit veſtimenta ſua, lauabitque
ſe ipſum aqua, & polluetur vſque ad occaſum.
11 *Et omne quod tetigerit effundens ſemen an-*
tequam lauerit ſe ipſum aqua, lauet veſtimenta
ſua, & abluat ſe, & contaminetur vſque ad oc-
caſum. 12 *Et quodlibet vas fictile quod teti-*
gerit effundens ſemen, frangatur. Et omne vas li-
gneum quod tetigerit, lauetur aqua. 13 *Et quando*
ipſe mundatus fuerit à fluxu ſuo, numeret ſeptem
dies purificationi ſuæ, & lauet veſtimenta ſua, &
lauet corpus ſuum aqua fontis, & mundabitur.
14 *Atque in die octauo afferet duos turtures, aut*
duos pullos columbarum ad ſacerdotem, ad oſtium
tabernaculi præſentiæ: 15 *Facietque ſacerdos*
vnum ex ipſis expiationem, & alterum holocau-
ſtum: veniamque petet pro ipſo in conſpectu Dei
pro fluxu ipſius. 16 *Et quicunque vir à quo*
exierit pollutio, lauet totum corpus ſuum aqua,
ſitque immundus vſque ad occaſum.
17 *Et quælibet veſtis, aut pellis, ſuper quam*
ceciderit aliquid ex ipſa, lauetur aqua, & pollua-
tur vſque ad occaſum.
18 *Et quælibet mulier cum qua concubuerit vir,*
interueniente pollutione, lauentur ambo aqua, &
polluantur vſque ad occaſum.
19 *Et quæcunque mulier fuerit fluxum pa-*
tiens, idque cauſa ſanguinis qui reſoluitur in
vulua ipſius, maneat ſeptem dies in menſtruo
ſuo: & omnis qui tetigerit illam, polluetur vſque
ad occaſum.

8 وان بصق الذايب على الطاهر * فليغسل ثيابه ويرحض
بالماء وينجس الي المغيب *
9 وكل مركب يركب عليه الذايب ينجس *
10 وكل من دنا بشي يكون تحته * كذاك ينجس الي المغيب *
ومن حمل شيا منها يغسل ثيابه * ويرحض بالماء * وينجس الي
المغيب * 11 وجميع ما دنا به الذايب ولم يغسل ذاته بالماء *
فليغسل ثيابه * ويرحض * وينجس الي المغيب *
12 واي اناء خزف دنا به الذايب فليكسر * واي اناء
خشب دنا به * فليغسل بالماء * 13 واذا هو طهر من ذوبه فليحص
سبعة ايام لطهره * ويغسل ثيابه * ويرحض بدنه بماء من ينبع
ويطهر * 14 وفي اليوم الثامن يجي بشفنين او فرخي حمام
الي الامام الي باب خباء المحضر *
15 ويعمل الامام احدهما ذكاة * والاخر صعيدة * ويستغفر عنه
بين يدي الله من ذوبه * 16 واي رجل خرجت منه
نطفة * فليغسل جميع بدنه بالماء * وينجس الي المغيب *
17 واي ثوب او جلد صار عليه منها شي * فليغسل بالماء
وينجس الي المغيب *
18 واي امراة ضاجعها رجل بنطفة * فليرحضا بالماء وينجسا
الي المغيب * 19 واي امراة كانت ذايبة وذلك ان يكون دم
يحل في فرجها * فلتقم سبعة ايام في حيضتها * وكل من دنا بها
ينجس الي المغيب *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Cum etiam ſpuerit fluens in mundum, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, immunduſque erit
vſque ad veſperam. 9 Et omne ſagma ſuper quod equitauerit fluens, immundum erit. 10 Omnis etiam
qui tetigerit quodcunque fuerit ſub eo, immundus erit vſque ad veſperam; qui verò tulerit ea, lauabit veſti-
menta ſua, & lauabitur in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam.
11 Omnis etiam quem tetigerit fluens antequam manum ſuam ablueri aquis, lauabit veſtimenta ſua, &
lauabitur in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam. 12 Vas quoque teſtaceum quod tetigerit
fluens, confringetur; ſed omne vas ligneum lauabitur in aquis. 13 Cum autem mundabitur fluens a fluxu
ſuo, tum numerabit ſibi ſeptem dies pro purificatione ſua, poſtea lauabit veſtimenta ſua, abluetque carnem
ſuam in aquis viuis, munduſque erit. 14 Die autem octauo accipiet ſibi duos turtures, aut duos pullos co-
lumbæ; venietque ante faciem Domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & dabit eos ſacerdoti.
15 Facietque eos ſacerdos, vnum pro peccato, & alterum holocauſtum; & expiabit eum ſacerdos coram
Domino à fluxu ſuo. 16 Cum etiam à viro exierit concubitus ſeminis, lauabit in aquis totam carnem ſuam,
& immundus erit vſque ad veſperam. 17 Omne quoque veſtimentum, & omnis pellis ſuper quæ fuerit con-
cubitus ſeminis, lauabuntur in aquis, & immunda erunt vſque ad veſperam. 18 Mulier autem cum concu-
buerit vir eius cum ea concubitu ſeminis, lauabuntur in aquis, immundique erant vſque ad veſperam.
19 At cum mulier fuerit fluens, ſanguinemque emiſerit in carne ſua, ſeptem diebus manebit in ſeparatione
ſua: quicunque tetigerit eam immundus erit vſque ad veſperam.

10 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

10 Et omnis res ſuper quam iacuerit in men-
ſtruo ſuo, erit immunda : Et omnis res ſuper
quam ſederit, erit immunda.
21 Et quicunque
tetigerit lectum eius, lauabit veſtes ſuas, &
abluet ſe aquis, & erit immundus vſque ad ve-
ſperam.
22 Et quicunque tetigerit quodlibet
inſtrumentum ſuper quo illa ſederit, eluet veſti-
ſtimenta ſua, & lauabit ſe aquis, eritque im-
mundus vſque ad veſperam.
23 Et ſi cubile aut
inſtrumentũ ſuper quòd illa ſedet, tetigerit, erit
immundus vſque ad veſperam.
24 Et ſi iacuerit
cum ea vir, decideritque ex eius menſtruo ſu-
per ipſum, erit immundus ſeptem diebus: Et
omne cubile ſuper quo ille iacuerit, erit immũ-
dum.
25 Et mulier cùm fluxerit fluxus eius die-
bus multis extra tempus menſtrui ſui, aut ſi
fluxum patiatur vltra menſtruum ſuum: omnes
dies quibus fluxum patietur in immunditia ſua,
tanquam dies menſtrui eius cenſebũtur, & erit
immunda.
26 Et omne cubile ſuper quo iacue-
rit omnibus diebus fluxus ſui, velut cubile men-
ſtrui eius erit ipſi. Et omne inſtrumentum ſuper
quo ſederit, erit immundum nõ ſecus ac diebus
menſtrui eius.
27 Et quicunque tetigerit ea,
polluetur: & lauabit veſtes ſuas, abluetque ſe
aquis, & erit impurus vſque ad veſperam.
28 Si
verò mundata fuerit à fluxu ſuo, numerabit ſibi
ſeptem dies, ac deinde mundabitur.
29 Et in
die octauo ſumet ſibi duas turtures aut duos
pullos columbæ, afferetque eos ſacerdoti ad
oſtium tabernaculi.
30 Et is faciet illos alte-
rum pro peccato, & alterum pro holocauſto: &
expiabit eam ſacerdos à ſanguine immunditiæ
eius coram Domino.
31 Igitur hortabimini filios Iſrael *vt ſibi ca-
ueant* ab immunditia ſua, & non moriantur
in immunditia ſua, nec polluant tabernacu-
lum meum quod eſt inter eos.

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

20 *Et omne ſuper quod cubabit in ſuo menſtruo,*
polluetur. & omne ſuper quod ſedebit polluetur.
21 *Et omnis qui tetigerit lectum eius, lauet veſti-*
menta ſua, abluatque ſe aqua, polluaturque vſ-
que ad occaſum.
22 *Et qui tetigerit aliquod è vaſis ſuper quod ipſa*
ſederit, lauabit veſtes ſuas, & lauabit ſe aqua,
& polluetur vſque ad occaſum.
23 *Et ſi fuerit ſuper lectum eius, & ſuper vas ſu-*
per quod ipſa ſederit, res aliqua tangens illud, pol-
luetur ea res *vſque ad occaſum.* 24 *Et ſi accubue-*
rit cum ea vir, iam incurrit iudicium menſtrui
illius, & polluetur ſeptem diebus: & omnis lectus
ſuper quo ipſe cubauerit, polluetur.
25 *Et quæcunque mulier, cuius ſanguis fluxerit*
multis diebus extra tempus menſtrui ſui, vel in fi-
ne ipſius, ſit in omnibus diebus fluxus immunditiæ
ſuæ ſicut in diebus menſtrui ſui, immunda.
26 *Et omnis lectus ſuper quo cubabit longitudine*
dierum fluxus ſui, ſit ei veluti lectus menſtrui eius.
& omne vas ſuper quod ſedebit, ſit immundum
iuxta immunditiam quam contrahit dum ipſa
eſt *in menſtruo ſuo* 27 *Et quicunque tetigerit*
vllam eius partem, polluatur, & lauet veſtimenta
ſua, & lauet ſe aqua, & polluatur vſque ad occa-
ſum. 28 *Quod ſi ipſa mundata fuerit à men-*
ſtruo ſuo, numeret ſeptem dies, & poſtea mun-
dabitur. 29 *Et in die octauo accipiet duos tur-*
tures, aut duos pullos columbarum, & afferet eos
ſacerdoti ad oſtium tabernaculi præſentiæ.
30 *Et faciet ſacerdos vnum ex ipſis expiationem,*
& alterum holocauſtum: & veniam poſtulabit
pro ipſa coram Deo pro fluxu immunditiæ eius.
31 *Oportet ergo vt euitent filij Iſrail immundi-*
tiam ſuam, & non pereant in immunditia ſua ſi
ipſi polluerint habitaculum meum quod eſt inter
ipſos.

20 وجميع ما تضطجع عليه في حيضها ينجس * وجميع ما تجلس
عليه ينجس * 21 وكل من دنا مضجعها يغسل ثيابه * ويرحض
بالماء * وينجس الي المغيب * 22 ومن دنا بشي من الانية تجلس
عليه * يغسل ثيابه * ويرحض بالماء * وينجس الي المغيب *
23 وان كان علي مضجعها وعلي الاناء الذي هي جالسة عليه
مماسا له * فلينجس الي المغيب *
24 وان ضاجعها رجل * فقد صار حكم حيضها عليه * وينجس
سبعة ايام * وكل مضجع يضطجع عليه ينجس * 25 واي امراة
فاض دمها اياما كثيرة من غير وقت حيضها او بعقبه * فلتكن
في جميع ايام فيض نجاستها كايام حيضها نجسة * 26 وجميع
المضجع الذي تضطجع عليه ينجس طول ايام فيضها * فليكن
لها كمضجع حيضها * وجميع الاناء الذي تجلس عليه * فليكن
نجسا كنجاسته في حيضها * 27 وكل من دنا بشي منها *
فلينجس * ويغسل ثيابه * ويرحض بالماء * وينجس الي المغيب *
28 وان هي طهرت من حيضها * فلتحص سبعة ايام * وبعد
ذلك تطهر * 29 وفي اليوم الثامن تاخذ شفنين او فرخي
حمام * وتاتي بهما الي الامام الي باب خباء المحضر *
30 ويعمل الامام احدهما ذكاة * والاخر صعيدة * ويستغفر عنها
بين يدي الله من فيض نجاستها *
31 فيجب ان يحتجب بنو اسرايل نجاستهم * ولا يهلكوا بنجاستهم
اذا هم نجسوا مسكني الذي بينهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Atque id omne ſuper quo dormierit in ſeparatione ſua immundum erit: & id omne ſuper quo ſederit, im-
mundum erit. 21 Quicunque tetigerit cubile eius, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis; immun-
duſque erit vſque ad veſperam. 22 Omnis quoque qui tetigerit quodcunque vas ſuper quo ſederit, lauabit
veſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, immunduſque erit vſque ad veſperam. 23 Si autem illa ſuper cubili eſt,
aut ſuper vaſe ipſa ſedet, qui tetigerit illa, immundus erit vſque ad veſperam. 24 Si verò concumbendo con-
cubuerit cum ea vir eius, factáque fuerit immunditia ſeparationis eius ſuper eum, immundus erit ſeptem die-
bus: omne cubile ſuper quo dormierit, immundum erit. 25 Cum autem mulier fluxerit fluxu ſanguinis ſui
pluribus diebus, non in tempore menſtrui ſui; aut cum fluxerit poſt ſeparationem ſuam menſtruam, omnibus
diebus fluxus immunditiæ ſuæ iuxta dies menſtrui ſui immunda erit. 26 Omne cubile ſuper quo dormie-
rit omnibus diebus fluxus ſui, ſicut cubile ſeparationis ſuæ menſtruæ erit illi: omne quoque uas ſuper quo ſede-
rit, immundum erit, ſecundùm immunditiem menſtruæ ſeparationis ſuæ. 27 Quicunque tetigerit ea im-
mundus erit, & lauabit ueſtimenta ſua, & lauabitur in aquis, & immundus erit vſque ad veſperam.
28 Si verò purgata fuerit à fluxu ſuo, tum numerabit ſibi ſeptem dies, & poſtea munda erit. 29 Die autem
octauo ſumet ſibi duos turtures, aut duos pullos columbæ, & adducet eos ſacerdoti ad oſtium tabernaculi te-
ſtimonij. 30 Facietque ſacerdos vnum pro peccato, & alterum holocauſtum; & expiabit eam ſacerdos coram
Domino à fluxu immunditiæ ſuæ. 31 Admonebitis autem filios Iſrael de immunditiis ſuis, vt non morian-
tur in immunditiis ſuis, polluendo tabernaculum meum quod eſt in medio eorum.

[illegible]

32 [illegible] 33 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible] 9 [illegible]

32 Iſta lex erit ei qui fluxum patitur, & ei de quo egreditur ſemen cubitus per quod redditur impurus. 33 Et menſtruatæ quæ fuerit in menſtruo ſuo: & fluxum patienti qui habuerit fluxum ſuum, maſculus ſiue fœmina: & viro qui iacuerit cum impura: vt ſcilicet mundentur aut contaminentur.

CAPVT XVI.

Lex expiationis peccatorum populi, quæ fit ſemel in anno, decimo die lunæ Octobris.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe poſtquam obierunt duo filij Aharonis quando obtulerunt ignem exterum coram Domino & mortui ſunt:
2 Dixitque Dominus ad Moſen, Loquere cum Aharone fratre tuo vt ne ingrediatur quocunque tempore ad ſanctuarium intra velum ianuæ quod eſt ante propitiatorium arcæ, ne fortè moriatur; nam in nube ſum apparitururus ſupra propitiatorium.
3 Cum hoc autem ingredietur Aharon ſanctuarium: cum iuuenco bubulo pro peccato, & ariete pro holocauſto pacifico.
4 Et tunica byſſina ſanctuarij induetur, & veſtes byſſinæ erunt ſuper carnem eius, & zona byſſina accingetur, & tiaram byſſinam ponet in capite ſuo: hæc enim veſtimenta ſunt ſanctuarij: lauabit autem aquis carnem ſuam, ac tum induet ea.
5 Et à cœtu filiorum Iſrael accipiet duos hircos caprarum pro peccato, & arietem vnum pro holocauſto.
6 Afferetque cum iſto Aharon bouem peccati ſuum, & expiabit pro ſe & pro domo ſua.
7 Deinde accipiet duos hircos, & ſiſtet eos viuos coram Domino, in oſtio tabernaculi temporis.
8 Et iaciet Aharon ſortes ſuper duos hircos, ſortem vnam pro Domino, & ſortem alteram pro Azazael. *(i. Deo fortiſſimo)*
9 Adducetque Aharon hircum ſuper quem cecidit ſors Domini, & faciet eum pro peccato.

VERSIO SAMARITANA.

32 [illegible] 33 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

32 [illegible] 33 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

32 *Hæc eſt lex patientis fluxum ſeminis: & eius è*
quo exit pollutio per quam contaminatur: & pa-
tientis menſtruum in immunditia ſua: & eius cu-
ius fluit ſemen, tam maſculi quàm fœminæ: & viri
qui concubuerit cum immunda.

CAPVT XVI.

1 *Locutus eſt autem Deus cum Muſa poſt mor-*
tem duorum filiorum Haronis, quando acceſ-
ſerunt ante Deum, (vt iam oſtenſum eſt) mortuiq́;
ſunt. 2 *Dixitq́; ei: præcipe Haroni fratri tuo ne in-*
grediatur crebris temporibus ad ſanctuariũ intra
velum, ad conſpectum tegminis quod eſt ſuper ar-
cam, ne moriatur: quia ego reuelaturus ſum Ange-
lum meum in nubibus ſupra tegmen.
3 *Hiſce rebus ingredietur Haron in ſanctua-*
rium: Vt ſiſtat vitulum de bobus in expiationem,
& arietem in holocauſtum. 4 *Et vt induatur tu-*
nica byſſina ſacra, poſteaquam fuerint ſuper cor-
pus eius fœmoralia ex byſſo: & præcingat ſe cingu-
lo ex byſſo pura: & imponat ſibi cidarim ſimilem;
hæc enim ſunt indumenta ſanctuarij. Lauabit
corpus ſuum aqua, & induetur ipſis.
5 *Accipiatque à cœtu filiorum Iſrail duos hædos*
in expiationem, & arietem in holocauſtum.
6 *Incipietque priùs & offeret vitulum expiatio-*
nis ſuum: & veniam precabitur ſibi & domeſti-
cis ſuis.
7 *Deinde accipiet vtrumque hædum, & ſiſtet*
eos ante Deum prope ianuam tabernaculi præ-
ſentiæ.
8 *Et iaciet ſuper ambos duas ſortes, vnam ea-*
rum pro domo Dei, alteram pro monte Azaz.
9 *Et admouebit hædum ſuper quem cecidit ſors*
pro domo Dei, facietque illum in ipſa domo *ad*
expiationem.

32 هذه شريعة الذايب * ومن يخرج منه نطفة للتنجس بها *
والحايض في طمثها * والفايض ذوبه من ذكر وانثي * ورجل
يضاجع نجسة *

* الفصل السادس عشر *

1 ان الله كلم موسي بعد موت ابني هرون اذ تقدما بين يدي
الله علي ما بين فماتا * 2 وقال له مر هرون اخاك بان لا
يدخل في كثير من الاوقات الي القدس من داخل السجف الي
حضرة الغشاء الذي علي الصندوق ليلا يموت * لاني متجلي ملاكي
بالغمام فوق الغشاء * 3 بهذه الامور يدخل هارون الي القدس *
بان يحضر ثورا من البقر للذكاة * وكبشا للصعدة *
4 وان يلبس ثوبية من عشر مقدسة بعد ان يكون علي
بدنه سراويل من عشر * ويتقلد زنارا من عشر محض * ويعتم
بعمامة مثل ذلك * فهذه ثياب القدس * يغسل بدنه بماء ويلبسها *
5 وليأخذ من عند جماعة بني اسرايل عتودين للذكاة * وكبشا
للصعدة * 6 فيبتدي اولا فيقدم ثور الذكاة الذي له *
ويستغفر له ولاهل بيته *
7 ثم ياخذ العتودين ويقفهما بين يدي الله عند باب خباء
المحضر *
8 ويلقي عليهما سهمين * احدهما لبيت الله * والاخر لجبل عزاز *
9 فيقدم العتود الذي وقع عليه السهم لبيت الله * ويصنعه
فيه للذكاة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

32 Hæc eſt lex fluentis, & illius à quo exit concubitus ſeminis in quo polluitur. 33 Et laborantis in men-
ſtruo ſuo, & fluentis fluxum ſuum, tam maſculi quam fœminæ, viri quoque qui cum immunda dormierit.

CAPVT XVI.

1 Et locutus eſt Dominus Moſi poſtquam mortui ſunt duo filij Aaron, cum offerentes coram Domino
mortui ſunt. 2 Dixit autem Dominus Moſi; loquere Aaroni fratri tuo, vt non ingrediatur omni
tempore in ſanctuarium intra velum, ante faciem propitiatorij quod eſt ſuper arcam, vt non moriatur; quo-
niam in nube apparebo in propitiatorio. 3 In hoc ingredietur Aaron in ſanctuarium: in vitulo filio bouis
pro peccato, & ariete in holocauſtum. 4 Tunicam quoque lineam ſanctam induet, & femoralia linea erunt
ſuper carnem eius; baltheumque lineam cinget, & cidarim lineum circumponet ſibi: veſtimenta iſta ſancta
ſunt, lauabit etiam in aquis omnem carnem ſuam, & induet ea.
5 De congregatione autem filiorum Iſrael accipiet duos hircos caprarum, & arietem vnum in holocau-
ſtum. 6 Sed offeret Aaron vitulum pro peccato ſuo, expiabitque pro ſe, & pro domo ſua.
7 Duos verò hircos accipiet, & exhibebit eos coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij.
8 Dabitque Aaron ſuper duos hircos ſortes, ſortem vnam pro Domino, & ſortem alteram pro hirco
emiſſario. 9 Et offeret Aaron hircum ſuper quem aſcendit ſors pro Domino, facietque eum pro peccato.

[illegible]

10 Hircus autem ſuper quem cecidit ſors Aza-
zael, manebit viuus coram Dño, vt propitiatio
fiat ſuper eum, & amandent illum ad Azazael
in deſertum. 11 Tum admouebit Aharon bo-
uem peccati ſuum, & expiabit pro ſe ipſo & pro
domo ſua, mactabitque bouem peccati. 12 De-
inde capiet thuribulum plenum carbonibus
ignitis ex altari quod eſt coram Dño, & pugil-
los ſuos plenos thure odorum optimorum: &
ingredietur intra velum ianuæ. 13 Ponetque
thus ſuper ignem coram Dño, & operiet nubes
thuris propitiatorium quod eſt ſuper arcam, ne
moriatur. 14 Deinde accipiet de ſanguine bo-
uis, ſpargetque digito ſuo verſus propitiatoriũ,
ab oriẽtali ipſius plaga: & coram propitiatorio
ſparget ſeptem vicibus ex ſanguine digito ſuo.
15 Tum iugulabit hircum pro peccato populi,
inferetque ſanguinem eius intra velum ianuæ,
& faciet de ſanguine eius quemadmodum fecit
de ſanguine bouis, ſpargẽs eum ſuper propitia-
torium & coram propitiatorio. 16 Et expiabit
ſanctuarium ab immunditia filiorum Iſrael, &
ab eorum iniquitate, atque ab omnibus pecca-
tis eorum. Idemque faciet tabernaculo tempo-
ris quod habitat cum eis in medio immunditiæ
eorum. 17 Nemo autem ſit in tabernaculo tem-
poris quando ingredietur ad expiandum in ſan-
ctuario, donec egrediatur. expiabit autem pro
ſe ipſo & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu
filiorum Iſrael expiabit. 18 Tum egredietur ad
altare quod eſt coram Dño, & expiabit illud: &
accipiẽs de ſanguine bouis & de ſanguine hirci,
ſparget ſuper cornua altaris per ambitũ. 19 Spar-
get autem ſuper illud è ſanguine digito ſuo ſe-
ptem vicibus, & purgabit atque ſanctificabit
illud ab immunditia filiorũ Iſrael. 20 Cúmque
finem fecerit expiãdi ſanctuariũ, & tabernacu-
lũ temporis, & altare, admouebit hircũ viuum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

10 *Et hædus ſuper quem cecidit ſors pro monte*
Azaz, ſiſtetur viuus coram Deo, vt venia poſtu-
letur ſuper ipſo : ac deinde dimittetur in monte
Azaz. 11 *Et adducet Haron ſecundò vitulum*
expiationis ſuum : veniamque petet pro ſe, & pro
gente domus ſuæ, tum mactabit eum. 12 *Deinde*
accipiet pleno thuribulo carbones ignis deſuper alta-
re à conſpectu Dei, & plenis ambobus pugillis ſuis
ex thure gummi attrito, introducetque omnia in-
tus velum. 13 *Et proijciat thus illud ſuper ignem*
coram Deo, ita vt cooperiat nebula thuris velum
quod eſt ſuper arca: nam ipſe non morietur. 14 *Dein-*
de accipiet de ſanguine vituli aliquantum, ſparget-
que illum digito ſuo contra velum ad orientem,
vna vice: ac tum aſperget ante illud ex ipſo ſeptem
vicibus. 15 *Poſtea mactabit hædum expiationis*
illum qui eſt populi, & introducet è ſanguine ipſius
aliquid intra velum: agetque de illo quemadmo-
dum egit de ſanguine vituli, aſpergens ex ipſo cõtra
velum, & ante illud. 16 *Veniamque precabitur*
in ſanctuario pro peruicaciis filiorum Iſrail, &
delictis eorum, & omnibus culpis eorum. Et eodem
modo faciet de vtroque ſanguine in tentorio præſen-
tiæ quod habitat cum ipſis inter rebelliones eo-
rum. 17 *Nec ſit quiſquam ex hominibus in tentorio*
præſentiæ quando ingredietur ad poſtulãdam pro ſe
veniam in ſanctuario, donec egrediatur poſtquam
veniam petierit ſibi & domeſticis ſuis, & toti cœtui
Iſraelitarum. 18 *Deinde exibit ad altare quod eſt*
in conſpectu Dei, veniamque poſtulabit pro eo, ac-
cipiendo de ſanguine vituli & de ſanguine hædi
ſimul iunctis, ponendoque ſuper lateribus eius cir-
cumcirca. 19 *Poſtea ſparget ſuper eius ſuperfi-*
ciem ex ipſo, digito ſuo ſeptem vicibus, mundabit-
que illud, atque ſanctificabit illud à rebellionibus
filiorum Iſrail. 20 *Cumque expleuerit poſtulatio-*
nem veniæ in ſanctuario, & in tentorio præſentiæ,
& apud altare, offeret hædum viuum:

10 والعتود الذي وقع عليه السهم لجبل عزاز * يوقف حيا بين
يدي الله ليستغفر عليه * ثم يطلق في جبل عزاز * 11 ويقدم
هرون ثانية رب الذكاة الذي له * ويستغفر له ولاهل بيته * ثم
يذبحه * 12 ثم ياخذ ملء المجمرة جمر نار من فوق المذبح من
بين يدي الله * وملء حفنيه من بخور الاصماغ المدقوق * ويدخل
الجميع الي داخل السجف * 13 وليلق ذلك البخور علي النار بين
يدي الله * حتي يغطي ضباب البخور الغشاء الذي علي الصندوق *
فانه لا يموت * 14 ثم ياخذ من دم الرب شيا * فينضحه باصبعه
قبالة الغشاء شرقا مرة واحدة * ثم ينضح بين يديه منه سبع مرات *
15 ثم يذبح عتود الذكاة الذي للقوم * ويدخل من دمه شيا الي
داخل السجف * فيصنع به كما صنع بدم الرب * بان ينضح منه قبالة
الغشاء وبين يديه * 16 فيستغفر في القدس عن معاصي بني
اسرايل وجرومهم وجميع ذنوبهم * وكذلك يصنع من الدمين في خباء
المحضر الذي هو ساكن معهم فيما بين معاصيهم * 17 ولا يكن
احد من الناس في خباء المحضر حين يدخل ليستغفر عنه في
القدس الي ان يخرج وقد استغفر له ولاهل بيته ولجميع جوق
الاسرايليين * 18 ثم يخرج الي المذبح الذي بين يدي الله * فيستغفر
عنه بان ياخذ من دم الرب ودم العتود مجموعين * فيضع علي اركانه
مستديرا * 19 ثم ينضح علي سطحه منه باصبعه سبع مرات * فيطهره
ويقدسه من معاصي بني اسرايل * 20 فاذا فرغ من الاستغفار في
القدس وفي خباء المحضر وعند المذبح * قدم العتود الحي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Hircum verò ſuper quem aſcendit ſors pro Emiſſario, exhibebit viuum coram Domino, vt expiet ſuper eum, dimittatque eum in Emiſſarium in deſertum. 11 Offeretque Aaron vitulum pro peccato ſuo, & expiabit pro ſe, & pro domo ſua, mactans vitulum pro peccato ſuo. 12 Sumet etiam plenum thuribulum carbonum ignis de altari, quod eſt ante Dominum, & plenos pugillos ſuffitus odoramentorum tenuium, & afferet ea intra velum. 13 Imponetque ſuffitum ſuper ignem ante Dominum, obtegetque fumus ſuffitus propitiatorium quod eſt ſuper teſtimonium, & non morietur. 14 Poſtea accipiet de ſanguine vituli, aſpergetque digito ſuo ſuper propitiatorium ad Orientem & ante faciem propitiatorij aſperget ſepties de ſanguine digito ſuo. 15 Mactabitque hircum pro peccato populi, & inferet ſanguinem eius intra velum, facietque ſanguini eius ſicut fecit ſanguini vituli, aſpergens eum ſuper propitiatorium, & ante faciem propitiatorij.

16 Expiabit quoque ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, & à præuaricationibus eorum pro omnibus peccatis eorum: ſic etiam faciet tabernaculo teſtimonij habitanti vobiſcum in medio immunditiarum veſtrarum. 17 Nulluſque homo erit in tabernaculo teſtimonij cum ingredietur ad propitiandum in ſanctuario donec exierit: propitiationem autem faciet pro ſe, & pro domo ſua, & pro omni Congregatione Iſrael.

18 Deinde egredietur ad altare quod eſt ante Dominum, & expiabit illud, accipienſque de ſanguine vituli & de ſanguine hirci ponet ſuper cornua altaris in circuitu. 19 Et aſperget ſuper eum de ſanguine digito ſuo ſepties, mundabitque illud, & ſanctificabit ab immunditiis filiorum Iſrael. 20 Cum autem perfecerit expiare ſanctuarium, & tabernaculum teſtimonij, & altare, tunc offeret hircum viuentem.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible] 26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible] 31 [illegible]

21 Ponetque Aharon ambas manus ſuas ſu-
per caput hirci viui,& confitebitur ſuper ipſum
omnem ſtultitiam filiorum Iſrael, & omnem
iniquitatem eorum, cunctaque eorum ſcelera:
imponetque ea capiti hirci, & per manum viri
ad hoc parati amandabit eum in deſertum. 22 Et
feret ſuper ſe hircus ille omnem iniquitatem
eorũ,ad terram incultam: & relinquet hircum
in deſerto. 23 Et ingredietur Aharon ad taber-
naculum temporis,& exuet ſe veſtibus byſſinis
quibus induitur quando ingreditur in ſanctua-
rium,& relinquet eas ibi. 24 Tum lauabit car-
nem ſuam aquis in loco ſacro: & induens veſti-
menta ſua, egredietur, & offeret holocauſtum
ſuum pacificum, & holocauſtum pacificum
populi, & expiabit pro ſe & pro populo.
25 Adipem autem peccati attollet ad altare.
26 Ille verò qui amandat hircum ad Azazael,
lauabit veſtimenta ſua, abluetque ſe aquis, &
poſtea ingredietur ad caſtra.
27 Bouem autem peccati, & hircum peccati
de quorum ſanguine ingreditur ad expiandum
in ſanctuarium, efferent extra caſtra: & igne
comburent pellem eorum, & carnem eorum,
& fimum eorum. 28 Et is qui combuſſerit ea,
eluet veſtimenta ſua, & lauabit carnem ſuam
aquis, ac tunc ingredietur ad cœtum.
29 Sit etiam vobis hæc lex perpetua.

De expiatione.

In menſe ſeptimo, in decima die ipſius menſis humiliate animas veſtras, & vllum opus ne feceritis vos, nec ij qui conuertuntur ad me qui commorantur inter vos.
30. Quoniam in die eadem expiabitur pro vo-
bis, vt mundemini ab omnibus peccatis veſtris:
coram Domino mundabimini.
31 Sabbathum & requies ſit vobis: & humi-
liate animas veſtras. Lex ſit hæc ſempiterna.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

21 *Ponetque manus ſuas ſuper caput eius, &
confitebitur culpas filiorum Iſrail, & delicta eo-
rum, & omnia peccata eorum. Cúmque recitaue-
rit illa ad caput hædi, mittet eum per virum para-
tum ad illum, in deſertum.* 22 *Et is portabit
hædum ſuper collum ſuum pro omnibus culpis eo-
rum, in terram ſeiunctam: ac dimittet illum in de-
ſerto.* 23 *Deinde ingredietur Haron in taber-
naculum præſentiæ, educetque thuribulum, ac po-
ſtea exuet ſe veſtimentis byſſinis quibus indutus
fuerat in ingreſſu ſuo ad ſanctuarium, & relin-
quet ea ibi.* 24 *Deinde lauabit corpus ſuum
aqua in loco ſancto, indueturque veſtimentis ſuis
notis: & egredietur, offeretque holocauſta ſua &
holocauſta populi, veniamque poſtulabit ſibi &
ipſis.* 25 *Adipes autem expiationum adolebit
ſuper altari.*
26 *Qui verò dimiſit hædum in monte Azaz,
lauabit veſtes ſuas, tùm abluet corpus ſuum aqua,
ac poſtea ingredietur in caſtra.*
27 *At verò vitulum expiationis, & hædum ex-
piationis, è quorum ſanguine immiſſum eſt ali-
quantum: pro poſtulatione veniæ in ſanctuarium,
educat extra caſtra, & amburat pelles amborum,
& carnes eorum, & ventres eorum.*
28 *Et qui amburet ea, lauabit veſtimenta ſua,
& abluet corpus ſuum aqua, & poſtea ingredie-
tur in caſtra.*
29 *Eritque hoc vobis præceptum ſæculi in die deci-
ma menſis ſeptimi: Vt affligatis fame vos ipſos, &
quicquam ex operibus ne faciatis, ſiue indigena ſit
ſiue aduena peregrinus inter vos.*
30 *Et in iſta die veniam petet pro vobis, vt mun-
det vos, quemadmodum declaraui. Ab omnibus
igitur peccatis veſtris in conſpectu Dei munda-
mini.* 31 *Et ſabbathum erit, otium vobis, quum
affligetis fame voſmetipſos: mandatum ſempi-
ternum.*

21 فاسند يديه على راسه * واقر بذنوب بني اسرايل وجرومهم
وجميع خطاياهم * فاذا تلاها عند راس العتود * بعث به مع رجل
معد له الي البر * 22 فهو يحمل العتود على عنقه عن جميع
ذنوبهم الي ارض منقطعة * ثم يطلقه في البر * 23 ثم يدخل
هارون الي خباء المحضر * فيخرج المجمر * ثم ينزع الثياب العشر
التي لبسها في دخوله الي القدس * ويدعها هناك * 24 ثم يغسل
بدنه بالماء في موضع مقدس * ويلبس ثيابه المعلومة *
ويخرج فيقرب صعايده وصعايد القوم * ويستغفر له ولهم *
25 وشحوم التكوات يقترها على المذبح *
26 والمطلق العتود في جبل عزاز يغسل ثيابه ويرحض بدنه
بالماء * وبعد ذلك يدخل الي المعسكر * 27 واما رب الذكاة
وعتود الذكاة الذين ادخل من دمهما شي للاستغفار في القدس *
فليخرج الي خارج المعسكر * فيحرق بالنار جلودهما ولحومهما *
واخثاثهما 28 والمحرق لهما يغسل ثيابه ويرحض بدنه بالماء *
وبعد ذلك يدخل الي المعسكر * 29 فيكون ذلك لكم رسم
الدهر في اليوم العاشر من الشهر السابع * ان تجوعوا انفسكم *
وشيا من العمل لا تعملوا * الصريح والغريب الدخيل فيما
بينكم *
30 وفي هذا اليوم يستغفر عنكم ليطهركم * كما بينت * فمن
جميع خطاياكم بين يدي الله فاطهروا * 31 وسبت هي
عطلة لكم اذ تجوعون انفسكم * رسم الدهر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Imponetque Aaron ambas manus ſuas ſuper caput hirci viuentis, & confitebitur ſuper illum omnes ini-
quitates filiorum Iſrael, & omnes præuaricationes eorum ſecundum omnia peccata eorum, ponetque illa ſu-
per caput hirci, & emittet per manum hominis parati in deſertum. 22 Portabitque hircus ſuper ſe omnem
iniquitates eorum in terram ſolitariam, poſtea dimittet arietem in deſertum. 23 Intrabit autem Aaron in
tabernaculum teſtimonij, & exuet veſtimenta linea quæ induit cum ingrederetur in ſanctuarium, & depo-
net illa ibi. 24 Cúmque lauerit carnem ſuam in aquis in loco ſancto, induet veſtimenta ſua, & egredietur, fa-
cietque holocauſtum ſuum, & holocauſtum populi ſui; propitiationem quoque faciet pro ſe, & pro populo.
25 Adipemque hoſtiæ pro peccato adolebit ſuper altare. 26 Qui verò emiſit hircum in Azazel lauabit veſti-
menta ſua, abluetque carnem ſuam in aquis, & poſtea ingredietur in caſtra.
27 Vitulum autem pro peccato, & hircum pro peccato quorum ſanguis illatus eſt ad propitiationem facien-
dam in ſanctuarium educet extra caſtra, & comburet igne pelles eorum, & carnem eorum, & fimum eorum.
28 Qui verò combuſſerit ea lauabit veſtimenta ſua, abluetque carnem ſuam aqua, & poſtea ingredietur in ca-
ſtra. 29 Erit autem hoc vobis in ſtatutum æternum. Menſe ſeptimo decima menſis affligetis animas veſtras;
nullumque opus facietis indigena, & peregrinus qui peregrinatur in medio veſtrum.
30 Quoniam die iſto expiabit vos, vt mundemini ab omnibus iniquitatibus veſtris: coram Domino munda-
bimini. 31 Sabbatum requietionis hoc erit vobis; affligetis enim animas veſtras, ſtatutum eſt æter-
num.

[illegible]

32 Et expiabit ſacerdos qui vngitur, quique perficit manus ſuas ad miniſtrandum poſt patrem ſuum, & induet veſtimenta byſſina & indumenta ſanctuarij: 33 Et expiabit ſanctum ſanctorum: & tabernaculum temporis, & altare expiabit: & ſacerdotes, totumque populum congregationis expiabit. 34 Erit autem vobis iſta lex in perpetuum, vt expiatio fiat pro filiis Iſrael ab omnibus peccatis eorum ſemel in anno. Fecerunt igitur quemadmodum præcepit Dominus Moſi.

CAPVT XVII.

Lex oblationum & ſacrificiorum, quòd non ſint mactanda extra tabernaculum temporis. Et quia dæmonibus ſacrificabant filij Iſrael, ideo in ipſos & in eum qui comedit ſanguinem, mortis decernit ſententiam tanquam in effundentes ſanguinem.

ETiam locutus eſt Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 2 Loquere cum Aharone & cum filiis eius & cum omnibus filiis Iſrael,
& dic eis, Hoc eſt præceptum quod iuſſit Dñs
dicendum. 3 Quicunque è domo Iſrael mactauerit bouem, aut agnum, aut capram in caſtris,
vel mactauerit extra caſtra, 4 Et ad oſtium tabernaculi temporis non attulerit illum, vt eum offerat ſacrificium Domino coram tabernaculo Domini: ſanguis reputabitur viro illi, quia ſanguinem fudit: & peribit homo ille de medio
populi ſui. 5 Ad hoc vt ſint afferentes filij Iſrael ſacrificia ſua quæ mactabunt ſuper faciem campi. Adducent autem ea coram Dño ad oſtium tabernaculi temporis ad ſacerdotem, eaque mactabunt ſacrificia pacifica Domino. 6 Et
ſparget ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini in oſtio tabernaculi temporis, attolletque adipem in odorem ſuaueolentiæ Domino.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

31 *Et ſic veniam poſtulabit ſacerdos qui vngetur & perficiet debitum ſuum ad exercendum munus ſacerdotale loco patris ſui. Induet enim ſe veſtimentis byſſinis, veſtimentis ſanctuarij.*

33 *Veniamque petet in præcipuis ſacrorum in tabernaculo præſentiæ: & apud altare veniam petet pro ſacerdotibus & pro toto cœtu.*

34 *Eritque id vobis ſtatutum ſempiternum, vt poſtuletur venia tali modo pro filiis Iſrail de omnibus peccatis eorum vna vice in anno. Fecitque Haron ſicuti præcepit Deus Muſæ.*

CAPVT XVII.

1 *ITem allocutus eſt Deus Muſam, dicens:*
2 *Præcipe Haroni, & filiis eius, & omnibus filiis Iſrail, & dic illis: Hoc eſt mandatum, quod mandauit Deus.*

3 *Quicumque vir è filiis Iſrail mactauerit taurum, aut arietem, ſiue capram in caſtris aut extra illa.*

4 *Nec tulerit eum ad oſtium tabernaculi præſentiæ, obtuleritque eum (cum ſit ſacrificium Dei) in conſpectu habitaculi eius: reputabitur id illi ac ſi effudiſſet ſanguinem humanum: proinde abſcindetur talis homo à populo ſuo.*

5 *Quatenus afferant filij Iſrail ſacrificia ſua quæ fortè ſacrificabunt ſuper faciem agri, afferant inquam illa coram Deo ad portam tabernaculi præſentiæ, & mactent ea ſacrificia pacis Dei.*

6 *Spargetque ſacerdos ſanguinem eorum ſuper altare Dei quod eſt propè ianuam tabernaculi præſentiæ, & adolebit adipem eorum acceptabilem, placabilem apud Deum.*

32 وكذلك يستغفر الامام الذي يمسح ويكمل واجبة ليقوم مكان
ابيه * فيلبس ثياب العشر ثياب القدس *
33 فيستغفر في خاص الاقداس في خباء المحضر * وعند المذبح
يستغفر عن الايمة وعن ساير الجوق *
34 فيكون هذا لكم رسم الدهر * ان يستغفر كذلك عن بني
اسرايل من خطاياهم مرة واحدة في السنة * فصنع هرون كما امر
الله موسى *

* الفصل السابع عشر *

1 ثم كلم الله موسى قايلا *
2 مر هرون وبنيه وساير بني اسرايل وقل لهم * هذا الامر
الذي امر الله به *
3 اي رجل من بني اسرايل يذبح ثورا * او كبشا * او عنزا
في العسكر او خارجه *
4 ولا ياتي به الى باب خباء المحضر فيقربه اذ هو قربان الله
بين يدي مسكنه * فهو يحسب عليه كمن قد سفك دم انسان *
فيقطع ذلك الانسان من بين قومه *
5 لكي ياتوا بنو اسرايل بذبايحهم التي لعلهم يذبحوها على وجه
الصحراء * فيجيوا بها بين يدي الله الى باب خباء المحضر *
فيذبحوها ذبايح سلامة الله *
6 ويرش الامام دمها على مذبح الله الذي عند باب خباء
المحضر * ويبخر شحمها مقبولا مرضيا عند الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

32 Expiabit ſacerdos ille quem vnxerit, & cuius conſecrauerit manum vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo; ideo induet veſtimenta linea, veſtimenta ſancta.
33 Expiabitque ſanctuarium ſanctitatis, & tabernaculum teſtimonij, altare etiam expiabit; pro ſacerdotibus, & pro omni populo congregationis expiabit.
34 Hoc autem erit vobis in præceptum æternum ad expiandos omnes filios Iſrael ab omnibus peccatis eorum ſemel in anno: Et fecit ſicut præceperat Dominus Moſi.

CAPVT XVII.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens,
2 Loquere Aaroni, & filiis eius, & omnibus filiis Iſrael; dices autem eis, hoc eſt verbum quod præcipit Dominus, dicens:
3 Quicunque vir de domo Iſrael qui mactauerit bouem, aut agnum, aut capram in caſtris, aut qui mactauerit extra caſtra,
4 Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit illud vt faciat illud holocauſtum, aut pacifica Domino ad expiationem veſtram in odorem ſuauitatis; Et qui mactauerit illud extra, & ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit, ad offerendum illud munus Domino ante tabernaculum Domini, ſanguis imputabitur huic homini; ſanguinem effudit, ideo exterminabitur homo ille de medio populorum ſuorum.
5 Propter hoc, vt afferant filij Iſrael ſacrificia ſua quæ ſacrificant in agris, & afferant ea Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij ad ſacerdotem, ſacrificentque illa ſacrificia pacifica Domino.
6 Sparget autem ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini quod eſt ad oſtium tabernaculi teſtimonij, adolebitque adipem in odorem ſuauitatis Domino.

7 [illegible]
8 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

7 Nec vltra mactent ſacrificia ſua dæmonibus
poſt quos aberrant. Hæc lex perpetua ſit ipſis in
poſteritates eorum. 8 Dic etiam eis, Quicun-
que è domo Iſrael, & ex iis qui conuertuntur
ad me qui commorantur inter vos, extulerit
holocauſtum pacificũ aut ſacrificium, 9 Et ad
oſtium tabernaculi temporis non attulerit illud
vt illud offerat coram Domino, pereat homo
ille de medio populi ſui. 10 Et quicunque ex
filiis Iſrael, & ex iis qui conuertuntur ad me qui
habitant inter vos, comederit ſanguinem, da-
bo iram meam in animam quæ comederit ſan-
guinem, & perdam eam de medio populi ſui.
11 Nam anima omnis carnis, ſanguis eſt: & ego
dedi eum vobis ſuper altare in expiationem
animarum veſtrarum: nam ſanguis expiat ani-
mam. 12 Propterea dixi filiis Iſrael, Nulla ani-
ma ex vobis comedat ſanguinem: & ij qui con-
uertuntur ad me qui commorantur vobiſcum,
ne comedant ſanguinem. 13 Et quicunque ex
filiis Iſrael, & ex iis qui conuertuntur ad me qui
habitant inter vos, venatus fuerit venationem
feræ aut volucris comeſtibilis, effundat ſangui-
nem eius, & contegat eum puluere:
14 Quia anima omnis carnis, ſanguis eſt. Dic
etiam filiis Iſrael, Sanguinem omnis carnis ne
cõmederitis, quia anima omnis carnis, ſanguis
eſt: & quicunque comederit illum, peribit.
15 Et omnis anima quæ comederit cadauer
aut quod diſcerptum eſt à fera, tam ex vobis
quàm ex iis qui conuertuntur ad me qui de-
gunt inter vos, abluat veſtimenta ſua, lauet-
que ſe aqua, & ſit immundus vſque ad veſpe-
ram, ac tum mundabitur.
16 Quòd ſi non abluat veſtimenta ſua, & car-
nem ſuam non lauet, recipiet peccatum
ſuum.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

7 *Et ne ſacrificent vnquam ſacrificia ſua dæmoniis in quorum ſectatione ipſi ſeducuntur. & erit hoc ipſis præceptum ſæculi, in generationes ſuas.*
8 *Et dic eis: Quicunque vir de filiis Iſrail, & de aduena alienigena inter ipſos cremabit holocauſtum aut ſacrificium,*
9 *Et ad oſtium tabernaculi præſentiæ non feret illud, vt ſacrificet illud ſimiliter Deo: abſcindetur talis homo à populo ſuo.*
10 *Et quicunque vir ex Iſrailitis, & aduenis peregrinis inter ipſos comederit quidquam ſanguinis, immittam iram meam in ipſum, & abſcindam eum à populo ſuo.*
11 *Quoniam anima carneorum omnium domicilium, ſanguis eſt: & icciricò conſtitui illum vobis ſuper altare, vt venia petatur per ipſum pro animabus veſtris. nam ſanguis hoc pacto expiat animam.*
12 *Et propterea dixi filiis Iſrail: Omnis homo è vobis ne comedat ſanguinem: imo aduena peregrinus inter vos ne comedat ſanguinem.*
13 *Et quicunque vir ex Iſrailitis, & ex aduenis peregrinis inter eos venatus fuerit venationem ex belluis, ac volucribus quæ comeduntur licitè, fundat ſanguinem eius, & abſcondat eum puluere:*
14 *Quoniam ſingulæ animæ carneorum ſunt in ſanguine ſingulorum ex ipſis: & quia dixi filiis Iſrail, Sanguinem carne præditorum ne comedatis, cùm animarum omnium carneorum domicilium ſit ſanguis: & quicunque comederit eum, abſcindetur.*
15 *Et quicunque vir comederit cadauer aut prædam, ſiue indigena fuerit ſiue colonus, lauet veſtes ſuas, & abluat ſe aqua, & polluatur vſque ad noctem, ac deinde mundabitur.*
16 *Quòd ſi ipſe non lauerit eas, vel non lauerit corpus ſuum aqua, iam auxit pondus culpæ ſuæ.*

7 ولا يذبحوا ابدا ذبائحهم للشياطين الذين هم يطغون في تبعهم *
فيكون لهم ذلك رسم الدهر لاجيالهم * 8 وقل لهم اي رجل
من بني اسرايل ومن الغريب الداخل فيما بينهم يحرق صعيدة
او ذبحا * 9 والي باب خباء المحضر لا ياتي به ليقربه كذاك
لله * فيقطع ذلك الانسان من بين قومه * 10 واي رجل من
الاسرايليين والغرباء الداخلين فيما بينهم ياكل شيا من الدم *
احللت غضبي به وقطعته من بين قومه * 11 لان نفس البشريين
جميعهم الدم مسكنها * ولذلك جعلته لكم علي المذبح ليستغفر
به عن نفوسكم * لان الدم كذاك يكفر عن النفس *
12 ولذلك قلت لبني اسرايل * كل انسان منكم لا ياكل دما *
حتي الغريب الدخيل فيما بينكم * لا ياكل دما * 13 واي
رجل من الاسرايلية ومن الغرباء الدخلين فيما بينهم صاد صيدا
من الوحش والطير الذين يوكلان حلالا * فليصب دمه ويواره
بالتراب * 14 لان نفوس البشريين كل واحدة منها في دم كل
واحد منهم * ولاني قلت لبني اسرايل دم كل بشري لا تاكلوا * اذ
نفوس كل البشر الدم مسكنها * وكل من اكله يقطع *
15 واي رجل اكل نبلة او فريسة * من الصريح
والغريب * فليغسل ثيابه * ويرحض بالماء * وينجس الي الليل
ثم يطهر *
16 فان هو لم يغسلها * او لم يرحض بدنه * فقد زاد في حمل
وزره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Et non ſacrificabunt amplius ſacrificia ſua dæmonibus poſt quos ipſi fornicabantur: hoc erit eis ſtatutum æternum in generationibus eorum. 8 Dices præterea eis, vir quicunque de domo Iſrael, aut de aduenis qui peregrinantur vobiſcum, qui holocauſtum fecerit aut ſacrificium. 9 Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit illud vt faciat illud Domino, exterminabitur vir iſte de populis ſuis.
10 Homo quicumque fuerit de domo Iſrael, aut de aduenis qui peregrinantur in medio veſtri, qui comederit quemlibet ſanguinem, & ponam faciem meam aduerſus iſtius animam comedentem ſanguinem, & exterminabo illam de medio populi ſui. 11 Nam anima carnis in ſanguine eſt; ego autem dedi eum vobis ſuper altare ad expiandas animas veſtras; ſanguis enim ille animam expiabit. 12 Ideo dixi vobis, nulla anima de vobis comedet ſanguinem: neque aduena peregrinans in medio veſtri comedet ſanguinem.
13 Quicunque vir de domo Iſrael, aut de aduenis peregrinantibus in medio veſtri qui venatus fuerit venatione feram aut auem quæ comeditur, fundet ſanguinem eius, & operiet eum in puluere.
14 Quoniam anima omnis carnis ſanguis eius eſt, in anima eius eſt. Dixi quoque filiis Iſrael, ſanguinem omnis carnis non comedetis, quoniam anima omnis carnis eſt ſanguis eius, quicunque comederit illum exterminabitur. 15 Omnis quoque anima quæ comederit morticinum, aut à fera raptum, & ex indigenis, & ex aduenis lauabit veſtimenta ſua, lauabiturque in aquis, & immundus erit vſque ad veſperam.
16 Si verò non lauerit ſe, & carnem ſuam non abluerit, portabit iniquitatem ſuam.

ܩܦܠܐܘܢ ܀ ܝܚ ܀

[illegible]

CAPVT XVIII.

Lex peccatorum quæ ſi committantur, ſubeunt ſententiam mortis., eiuſdemque ſunt rationis in omnibus ſæculis.

ET locutus eſt Dñs cum Moſe, dixitque ad
eum: [2] Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis,
Ego ſum Dominus Deus veſter. [3] Secundùm
opera terræ Ægypti in qua habitaſtis, ne faciatis. Et ſecũdùm opera terræ Chanaan quò ſum
vos introducturus, ne feceritis, & in legibus eorũ ne ambulaueritis. [4] Sed facite iudicia mea,
& cuſtodite præcepta mea, inque iis ambulate:
ego ſum Dominus Deus veſter. [5] Obſeruate
mandata mea & iudicia mea, quoniam homo
qui fecerit ea, viuet per illa: ego ſum Dominus.
[6] Nemo veſtrum ad vllum proximum ſuum
carnalem accedat ad detegendum dedecus:
ego ſum Dominus. [7] Dedecus patris tui, &
dedecus matris tuæ ne detegas: mater tua eſt, ne
detegas dedecus eius. [8] Dedecus vxoris patris tui ne detegas, dedecus eſt enim patris tui.
[9] Dedecus ſororis tuæ filiæ patris tui aut filiæ
matris tuæ, genitæ ex patre tuo aut ex alio viro,
ne detegas dedecus eius. [10] Dedecus filiæ filij
tui aut filiæ filiæ tuæ, ne detegas dedecus earum: nam dedecus tuum eſt. [11] Dedecus filiæ
vxoris patris tui genitæ à patre tuo, ne detegas:
ſoror tua eſt, ne detegas dedecus eius.
[12] Dedecus ſororis patris tui ne detegas: proxima enim eſt patris tui. [13] Dedecus ſororis
matris tuæ ne detegas, quia proxima eſt matris
tuæ. [14] Dedecus vxoris patrui tui ne detexeris, & ad vxorem eius ne acceſſeris, quia vxor
patrui tui eſt: ne detexeris dedecus eius.
[15] Dedecus nurus tuæ ne detexeris, quia vxor
filij tui eſt: ne detegas dedecus eius.
[16] Dedecus vxoris fratris tui ne detegas, dedecus eſt enim fratris tui.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XVIII.

EſT etiam allocutus Deus Muſam, dicens:
² Loquere cum filiis Iſrail, & dic eis: Ego
ſum Deus Dominus veſter. ³ Secundum opus
incolarum regionis Ægypti in qua manſiſtis, ne
operemini: & ſecundum opus incolarum regionis
Canaan in quam ego introducturus ſum vos, ne fa-
ciatis, & in ritibus eorum ne ambuletis. ⁴ Iudi-
cia mea facite, & præcepta mea ſeruate, & in ipſis
ambulate. Ego ſum Deus Dominus veſter, retri-
buam vobis bonum. ⁵ Et ſeruate mandata mea,
& iudicia mea: quoniam retributio eius qui opera-
bitur illa, eſt vt viuat vitâ æternam. Ego ſum Deus
æternè manens. ⁶ Et nullus vir ex vobis ad con-
ſanguineam ſuam accedat, vt detegat turpitudi-
nem eius. Ego ſum Deus interdicens vobis hoc:
⁷ Et dixi, Turpitudinem patris tui, & turpitudi-
nem matris tuæ ne detegas. Et verò turpitudinem
matris tuæ, quia eſt ipſamet mater tua, ne detegas
vllo modo turpitudinem eius: ⁸ At verò tur-
pitudinem patris tui, quia eſt vxor patris tui, ne
detegas vllo modo turpitudinem illius. ⁹ Et turpi-
tudinem ſororis tuæ filiæ patris tui, aut filiæ matris
tuæ, quæ genita eſt intra vel extra, ne detegas tur-
pitudinem eius. ¹⁰ Et turpitudinem filiæ filij tui,
vel filiæ filiæ tuæ, neutram detegas, quia vtraque
eſt turpitudo tua. ¹¹ Turpitudinem filiæ vxoris
patris tui genitæ à patre tuo, quæ ſcilicet decla-
rata eſt eſſe ſoror tua, ne detegas vllo modo turpi-
tudinem eius. ¹² Turpitudinem ſororis patris tui
ne detegas, quoniam eſt conſanguinea patris tui.
¹³ Et turpitudinem ſororis matris tuæ ne detegas,
quia eſt conſanguinea matris tuæ. ¹⁴ Et turpi-
tudinem patrui tui ne detegas, hoc eſt ne accedas
ad vxorem eius, cùm ipſa ſit quaſi amita tua.
¹⁵ Et turpitudinem nurus tuæ, ne detegas: eſt
enim vxor filij tui, ne detegas eam. ¹⁶ Et turpitu-
dinem vxoris fratris tui ne detegas, quia eſt velu-
ti turpitudo fratris tui.

* الفصل الثامن عشر *

1 ثم كلم الله موسى قايلا * 2 كلم بني اسرايل وقل لهم * انا
الله ربكم * 3 كصنيع اهل بلد مصر الذي اقمتم به لا
تصنعوا * وكصنيع اهل بلد كنعان الذي انا مدخلكم اليه
فلا تصنعوا * وبرسومهم لا تسيروا * 4 احكامي فاصنعوا * ورسومي
فاحفظوا * وسيروا بها * انا الله ربكم اجزيكم خيرا *
5 واحفظوا رسومي واحكامي * فان جزاء من عمل بها ان يحيي
الحياة الدايمة * انا الله الدايم البقاء * 6 وكل رجل منكم الى
نسيب ذاته لا يتقدم لكشف سوتها * انا الله الناهيكم عن
ذلك * 7 وقلت سوة ابيك * وسوة امك لا تكشف * اما سوة
امك فهي امك نفسها * لا تكشفن سوتها * 8 واما سوة ابيك
فهي زوجة ابيك * فلا تكشفن سوتها * 9 وسوة اختك ابنة
ابيك او ابنة امك المولودة داخلا او خارجا * فلا تكشف سوتها *
10 وسوة ابنة ابنك او بنت ابنتك * فلا تكشفها لانها سوتك *
11 سوة ابنة زوجة ابيك المولودة من ابيك * هي التي ثبت انها
اختك * فلا تكشفن سوتها * 12 سوة اخت ابيك فلا
تكشف * لانها نسيبة ابيك * 13 وسوة اخت امك فلا
تكشف * لانها نسيبة امك * 14 وسوة عمك لا تكشف *
وذلك ان لا تتقدم الى زوجته اذ هي كعمتك * 15 وسوة كنتك
فلا تكشف * وهي زوجة ابنك فلا تكشفها * 16 وسوة
زوجة اخيك فلا تكشف * لانها كسوة اخيك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT XVIII.

LOcutuſque eſt Dominus Moſi dicens, ² Loquere filiis Iſrael, dices autem eis, Ego ſum Dominus
Deus veſter. ³ ſecundum inſtituta terræ Ægypti in qua habitaſtis, non facietis: neque ſecundum in-
ſtituta terræ Chanaan in quam vos introduco, facietis; neque in ſtatutis eorum ambulabitis. ⁴ Iudicia mea
facietis, & mandata mea cuſtodietis, vt ambuletis in eis, ego ſum Dominus Deus veſter. ⁵ Cuſtodietis igi-
tur mandata mea, & iudicia mea, quæ cùm fecerit homo viuet in eis, ego Dominus. ⁶ Nullus homo ad
proximam carnis ſuæ accedet ad reuelandam turpitudinem, ego Dominus. ⁷ Turpitudinem patris tui, &
turpitudinem matris tuæ non reuelabis; mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. ⁸ Turpitudinem
vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo patris tui eſt. ⁹ Turpitudinem ſororis tuæ, filiæ patris tui, aut fi-
liæ matris tuæ, natæ domi, vel natæ foris, non reuelabis turpitudinem earum. ¹⁰ Turpitudinem filiæ filij,
tui aut filiæ filiæ tuæ, non reuelabis turpitudinem earum; quia turpitudo tua hæc eſt. ¹¹ Turpitudinem filiæ
vxoris patris tui genitæ patri tuo, ſoror tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. ¹² Turpitudinem ſororis
patris tui non reuelabis; propinqua patris tui eſt. ¹³ Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis; pro-
pinqua matris tuæ eſt. ¹⁴ Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, & ad vxorem eius non accedes,
affinitate tibi coniungitur. ¹⁵ Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, vxor filij tui eſt, non reuelabis tur-
pitudinem eius. ¹⁶ Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis; turpitudo fratris tui eſt.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[17] Ignominiam mulieris & filiæ eius, aut filiæ
filij eius, ſiue filiæ filiæ eius ne detegas, neue ac-
cedas ad reuelandam turpitudinem earum: co-
gnatæ enim ſunt, & ſcelus eſt. [18] Et vxorem
ſupra ſororem ſuam ne duxeris, neue afflixeris
eam, & detexeris turpitudinem eius ſuper ip-
ſam dum adhuc viuit. [19] Et ad mulierem dum
eſt in menſtruo immunditiæ ſuæ, ne acceſſeris
ad reuelandam eius verecundiam. [20] Et in vxo-
rem proximi tui ne inieceris ſemen concubitus
tui, & polluaris in ea. [21] Et de ſemine tuo ne
iniicias ad grauidandam alienam: & ne propha-
nes nomen Dei tui: ego ſum Dominus. [22] Et
cum maſculo ne concumbas coitu fœmineo,
quoniam abominandum eſt. [23] Et in omne iu-
mentum ne proiicias ſemen tuum, & polluaris
in eo. Et mulier ne ſtet coram iumento vt aſſi-
liatur ab eo, quoniam nefanda res eſt. [24] Ne
polluamini in his omnibus: nam in his omnibus
polluerunt ſe populi quos ego eiecturus ſum è
conſpectu veſtro. [25] Et *quia* polluta eſt terra,
ideo puniui ſcelus eius ſuper ipſam, & euacua-
uit ſe terra habitatoribus ſuis. [26] Cuſtodite ſta-
tuta mea & iudicia mea, & ne committatis
vnum ex his omnibus peccatis nec vos nec ij
qui conuertuntur ad me qui degunt inter vos.
[27] Nam omnia huiuſmodi peccata fecerunt in-
colæ regionis qui vos præceſſerunt, & polluta
eſt terra. [28] Ne polluatis terram, vt non egerat
vos quemadmodum egeſſit populos qui ante
vos fuerunt. [29] Nam quicunque fecerit vnum
ex omnibus hiſce peccatis, peribunt animæ ta-
lia facientes de medio populi ſui. [30] Cuſtodite
ergo obſeruantias meas, & ne faciatis iuxta vl-
lam ex legibus peccatorum quæ commiſerunt
anteceſſores veſtri, & ne polluamini in ipſis: ego
ſum Dominus Deus veſter.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

17 *Et turpitudinem mulieris ac turpitudinem*
filiæ eius ne detegas vſpiam. Et ſimiliter filiam
filij eius, & filiam filiæ eius ne aſſumas vt detegas
turpitudinem vtriuſque, cùm ſint conſanguineæ: eſt
enim obſcœnitas. 18 *Et mulierem cum ſorore*
ſua ne ſumas vt ſit ipſius riualis, ad detegendam
turpitudinem eius cum ipſa in vita illius.
19 *Et ad mulierem in menſtruo immunditiæ ſuæ*
ne accedas ad detegendam turpitudinem eius.
20 *Et cum vxore proximi tui ne facias accubi-*
tum tuum ad generationem, neque ad coinquinan-
dum te in ipſa. 21 *Et ne des de ſtirpe tua ad*
offerendum idolo, & ne violes nomen Domini tui:
ego ſum Deus rependens. 22 *Et cum maſculo*
ne coeatur iuxta mores coeundi cum mulieribus,
quoniam abominatio eſt. 23 *Et cum vllo ex*
iumentis ne facias concubitum tuum, vt conta-
mineris cum ipſo. Similiter mulier non ſtet ante iu-
mentum vt coëat cũ illo, quia pernicies eſt æterna.
24 *Ne contradicatis mihi in vlla harum rerum,*
quoniam in ſimilibus rebus contradixerunt mihi
populi quos ego expulſurus ſum è conſpectu veſtro.
25 *Et quando polluti ſunt incolæ terræ, exegi ab*
ipſis ſcelera eorum, & diſperſit regio habitatores
ſuos. 26 *Cuſtodite igitur vos mandata mea &*
iudicia mea, & ne faciatis quicquam ex his abomi-
nationibus, tam indigena quam aduena peregri-
nus inter vos: 27 *Cùm omnes iſtas execrationes*
fecerint gentes regionis quæ fuerunt ante vos, atque
adeo polluta ſit. 28 *Ne diſperdat vos regio cum*
inquinaueritis eam, ſicuti diſperſit populos qui fue-
runt ante vos. 29 *Et ſcitote quod qui fecerit*
aliquam ex his execrationibus, abſcindentur tales
animæ facientes hæc à populo ſuo. 30 *Et ſer-*
uate quæ demandata ſunt vobis, vt ne faciatis
ritus abominationum quæ factæ ſunt ante vos, &
ne contradicatis mihi in ipſis. Ego Deus Domi-
nus veſter retribuam vobis bonum.

17 وسوة امراة وسوة ابنتها فلا تكشفن * وكذلك ابنة ابنها *
وابنة ابنتها لا تتخذهما لتكشف سوتهما اذ هن نسايب * فهي
فاحشة * 18 وامراة مع اختها لا تتخذ لتكون ضرتها *
لكشف سوتها معها في حياتها * 19 والي امراة في حيضة
نجاستها لا تتقدم لكشف سوتها * 20 ومع زوجة صاحبك *
لا تجعل مضاجعتك لانسال ولا لتنجس بها 21 * ولا تعط من
نسلك للتقريب للصنم * ولا تبذل اسم ربك * انا الله المعاقب *
22 والذكر فلا يضاجع علي ضروب مضاجعة النساء * فانها
كريهة * 23 ومع شي من البهايم لا تجعل مضاجعتك
لتنجس بها * كذاك المراة لا تقف بين يدي بهيمة لتنزوها
فانها آبدة * 24 لا تعصوني بشي من هذه * فان مثلها عصاني
الامم الذين انا طاردهم من بين ايديكم * 25 ولما نجس اهل
الارض * طالبتهم بذنوبهم * فتشتت البلد اهله * 26 فاحفظوا انتم
رسومي واحكامي * ولا تصنعوا شيا من هذه المكان * الصريح والغريب
الدخيل فيما بينكم * 27 اذ جميع هذه المكان صنعة اهل
البلد الذين من قبلكم حتي نجس * 28 لئلا يشتتكم البلد
اذا نجستموه * كما شتت الامم الذين من قبلكم * 29 واعلموا ان
من صنع شيا من هذه المكان * تقطع منهم تلك النفوس
الصانعات من بين قومها * 30 واحفظوا ما استحفظتم * لئلا
تصنعوا من رسوم المكان التي صنعت من قبلكم * ولا تعصوني
بها * انا الله ربكم اجزيكم خيرا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Turpitudinem vxoris, & filiæ eius non reuelabis: filiam filij eius, & filiam filiæ eius non accipies ad reue-
landam turpitudinem eius: conſanguineæ ſunt, ſcelus eſt. 18 Vxorem quoque cum ſorore ſua non accipies
in afflictionem reuelando turpitudinem eius ſuper eam adhuc ipſa viuente. 19 Et ad vxorem in ſeparatione
immunditiæ ſuæ non accedes ad reuelandam turpitudinem eius. 20 Nec vxori proximi tui dabis concubi-
tum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea. 21 Neque de ſemine tuo dabis ad ſeruiendum Moloc: neque pro-
phanabis nomen Dei tui, ego Dominus. 22 Neque cum maſculo cubabis concubitu muliebri; abominatio
hæc eſt. 23 Nec vlli beſtiæ dabis concubitum tuum vt polluaris cum ea; mulier quoque non ſtabit ante be-
ſtiam vt incubet ſibi, confuſio eſt. 24 Non polluemini in omnibus iſtis; nam in omnibus iſtis pollutæ ſunt
gentes quas ego eiicio à facie veſtra. 25 Ideo polluta eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, vo-
muitque terra habitatores ſuos. 26 Cuſtodietis igitur præcepta mea, & iudicia mea, nihilque facietis ex
omnibus abominationibus iſtis, tam indigena quam aduena peregrinans inter vos.
27 Quoniam omnes abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui fuerunt ante vos, & polluta eſt terra.
28 Et non euomet vos terra eo quod contaminaſtis eam, ſicut euomuit gentem quæ erat ante vos.
29 Quicunque enim fecerint aliquam ex abominationibus iſtis, exterminabuntur animæ quæ fecerint de
medio populi ſui,
30 Cuſtodietis igitur obſeruationes meas, vt nihil faciatis ex ſtatutis abominationum quæ factæ ſunt an-
te vos, neque polluamini in eis, quoniam ego Dominus Deus veſter.

[illegible]

CAPVT XIX.

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: [2] Loquere cum vniuer-
ſo cœtu filiorum Iſrael, & dic eis, Eſtote ſancti,
quia ſanctus ſum: ego ſum Dñs Deus veſter.
[3] Vnuſquiſque patrem ſuum & matrem ſuam
veremini: & ſeruate mandata mea, quoniam
ego ſum Dñs Deus veſter. [4] Ne conuerta-
mini poſt dæmones, & deos fuſiles ne feceritis
vobis: ego ſum Dominus Deus veſter. [5] Et ſi
mactetis ſacrificia pacifica Domino, *ita vt ſint*
grata mactate illa. [6] Et in die quo mactabun-
tur, comedentur, & in die poſtero comedentur:
& quod remanebit ad diem tertium, igne com-
buretur, & non comedetur. [7] Quòd ſi omni-
no comedatur in die tertio, execrabile erit, &
non erit acceptum. [8] Et qui comederit ex eo,
peccatũ recipiet: eo quòd ſanctitatem Domini
prophanauerit, peribit anima illa à populo ſuo.
[9] Et cùm meſſueritis meſſem terræ veſtræ, ne
exactè metatis margines agrorum veſtrorum:
& ſpicilegium meſſis veſtræ ne colligatis. [10] Et
vineas veſtras ne racemetis: & grana deciden-
tia oliuarum veſtrarum ne legeritis: ſed relin-
quite ea pauperibus & iis qui conuertuntur ad
me, degentibus inter vos, quia ego ſum Do-
minus Deus veſter. [11] Ne furemini. Ne men-
tiamini. Ne fraudetis quiſquam proximum
ſuum. [12] Ne iuretis per nomen meum falsò, &
prophanetis nomen Dei veſtri: ego ſum Domi-
nus. [13] Ne opprimas proximũ tuum, & ne ab-
ducas eum violẽter. Ne pernoctet merces mer-
cenarij apud te vſque mane. [14] Ne contumeliis
affeceris ſurdũ. Et coram cæco ne poſueris of-
fendiculũ, ſed time Deum tuum: ego ſum Dñs.
[15] Ne committatis iniquitatem in iudicio, &
ne ſuſcipias vultum pauperis, neque vultũ ma-
gnatis, ſed cum iuſtitia iudica proximum ſuum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS

[illegible]

CAPVT XIX.

LOcutus eſt etiam Deus cum Muſa, dicens:
2 Manda cœtui filiorum Iſrail, & dic eis:
Eſtote ſancti, quia ego ſum Deus Dominus veſter
ſanctus. 3 Vereatur vnuſquiſque homo ma-
trem ſuam & patrem ſuum. Et ſeruate ſabbatha
mea: ego Deus retribuam vobis bonum. 4 Ne
conuertamini ad idola, & adorabilia fuſilia ne
faciatis vobis: ego ſum Deus Dominus veſter ſo-
lus. 5 Et cùm ſacrificaueritis ſacrificiū pacis Deo,
ea ratione vt à vobis acceptetur ſacrificate illud: ita
ſcilicet vt comedatur die ſacrificij veſtri, & altera
die: 6 Et quod remanebit ad diem tertiam, cōbura-
tur igne. 7 Et ſi quid ex ipſo comeſtum fuerit in die
tertia, ipſum veluti irritum non acceptabitur.
8 Et comedens illud, iam tulit iniquitatem ſuam,
eo quòd violauerit ſacra Dei, abſcindeturque ho-
mo ille à populo ſuo. 9 Et cùm meſſueritis ſege-
tem regionis veſtræ, ne penitus conficias partem
agri tui, ac metas eam. Et ſpicilegium ſegetis tuæ,
ne colligas. 10 Et vineam tuam ne exactè per-
quiras, & acinos cadentes vineæ tuæ ne colligas:
ſed deſine illa imbecilli & aduenæ: ego Deus Do-
minus veſter retribuam vobis bonum.
11 Ne furemini. & ne mentiamini. & nemo
veſtrum violet pactum cum proximo ſuo.
12 Et ne iuretis per nomen meum falsò, quia
ſi violaueris nomen Domini tui, ego ſum Deus ca-
ſtigans. 13 Et ne opprimas proximum tuum, &
violentiam ne inferas illi. & ne remaneat mer-
ces mercenarij apud te in craſtinum.
14 Et ne afficias iniuriis ſurdum. & ante cæcum
ne ponas offendiculum: & time Deum tuum. Ego
ſum Deus caſtigans. 15 Ne faciatis peruerſita-
tem in iudicio, & ne ſumatis perſonam pauperis,
& ne reuereamini magnatem: ſed iudica inter po-
pulum tuum cum iuſtitia.

* الفصل التاسع عشر *

1 ثم كلم الله موسي قايلا * 2 مر جماعة بني اسرايل وقل
لهم * كونوا مقدسين لاني الله ربكم القدوس * 3 ليخف كل
انسان امه واباه * واحفظوا سبوتي * انا الله اجازيكم خيرا *
4 لا تولوا الي الاوثان * ومعبودات مسبوكات لا تصنعوا لكم * انا
الله ربكم الواحد * 5 واذا ذبحتم ذبح سلامة لله * فعلي ما
يرضي منكم اذبحوه * بان يكون يوكل في يوم ذبحكم ومن غده *
6 وما بقي الي اليوم الثالث * فليحرق بالنار * 7 وان اكل
منه شي في اليوم الثالث * فهو كالاخس لا يقبل * 8 واكله قد
حمل وزره لما بذل اقداس الله * وينقطع ذلك الانسان من بين قومه *
9 واذا حصدتم زرع بلدكم * فلا تستقص جهة من ضيعتك
فتحصدها * ولقاط زرعك فلا تلقطه * 10 وكرمك فلا تمسه *
ومفرط كرمك فلا تلقطه * بل اتركها للضعيف والغريب * انا الله
ربكم اجازيكم خيرا * 11 لا تسرقوا * ولا تجحدوا * ولا ينكث
كل امري منكم بصاحبه * 12 ولا تحلفوا باسمي كذبا * فانك
ان بذلت اسم ربك فانا الله المعاقب * 13 ولا تغشم صاحبك *
ولا تغصبه * ولا تبت اجرة الاجير عندك الي الغداة * 14 لا
تشتم اصم * وبين يدي الاعمي لا تصير معثرا * وخف ربك *
انا الله المعاقب * 15 لا تصنعوا جورا في الحكم * ولا تحابوا
فقيرا * ولا تجلوا عظيما * بل احكم فيما بين قومك
بالعدل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XIX.

LOcutus eſt præterea Dominus Moſi dicens. 2 Loquere ad omnem Congregationem filiorum Iſrael,
dices autem eis: Sancti eſtote, quoniam ſanctus ego Dominus Deus veſter. 3 Vnuſquiſque matrem
ſuam, & patrem ſuum timebitis, ſabbataque mea obſeruabitis, ego ſum Dominus Deus veſter.
4 Ne conuertamini ad idola, neque Deos fuſiles faciatis vobis, ego ſum Dominus Deus veſter.
5 Cum autem ſacrificabitis ſacrificium pacificorum Domino, ad arbitrium veſtrum ſacrificabitis illud.
6 In die qua ſacrificaueritis comedetur, & craſtina; ſed reſiduum vſque ad diem tertium igne comburetur.
7 Si autem comedendo comedatur die tertio, abominabile erit, non acceptabitur. 8 Et qui comederit il-
lud, iniquitatem ſuam portabit; quia ſanctum Domini prophanauit, exterminabiturque anima iſta de populis
ſuis. 9 Cum uerò meſſueritis meſſem terræ veſtræ, non conſummabis angulum agri tui metendo, neque
ſpicilegium meſſis tuæ colliges. 10 Vineam quoque tuam non racemabis, neque granum vineæ tuæ colli-
ges: Pauperi & aduenæ relinques ea, ego Dominus Deus veſter.
11 Non furabimini, neque mentiemini, neque alter alterum decipietis. 12 Neque iurabitis per nomen
meum falsò, neque prophanabis nomen Dei tui, ego Dominus. 13 Non opprimes proximum tuum, neque ra-
pies; neque pernoctabit opus mercenarij tecum vſque mane. 14 Non maledices ſurdo, neque ante cæcum
pones ſcandalum, ſed timebis Deum tuum ego Dominus. 15 Non ages peruerſè in iudicio, neque acceptabis
faciem pauperis, neque honorabis faciem potentis: in iuſtitia iudicabis proximum tuum.

[16] Ne detrectes populum tuum. & ne inſiſtas
in ſanguine proximi tui, quia ego ſum Domi-
nus. [17] Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed
arguẽdo argue proximum tuum, vt ne propter
eum ſuſcipias peccatum. [18] Ne ſeruaueris ini-
micitias contra populares tuos, ſed dilige pro-
ximum tuum vt te ipſum: ego ſum Dominus.
[19] Cuſtodite præcepta mea. Iumenta veſtra ne
coire faciatis mixtim: & agros veſtros ne ſeratis
mixtim: & veſtes mixtas ac diuerſas ne in-
duatis. [20] Et vir qui cubauerit cum muliere
cubitum ſeminis, eaque fuerit ancilla empta ab
ipſo viro, & redemptione nondum fuerit re-
dempta, & libertas non fuerit ei conceſſa: in-
quiſitiones fiant de ipſis, at non occidentur,
quoniam illa non eſt manumiſſa. [21] Afferet
autem *vir ille* ſacrificium ſuum Domino ad
oſtium tabernaculi temporis, arietem pro pec-
cato. [22] Et expiabit eum ſacerdos per arietem
peccati coram Dño, pro peccato quod commi-
ſit: & condonabitur illi peccatum quod pecca-
uit. [23] Et cùm ingrediemini terram, & planta-
bitis omnigenas arbores comeſtibiles, relin-
quite eas tribus annis, & ne comedatis è fructi-
bus earum. [24] Et anno quarto erunt omnes
fructus earum ſanctitas & laus Dño. [25] Quinto
autem anno comedite fructus earum, & vbe-
res reddent vobis prouentus: ego ſum Domi-
nus Deus veſter. [26] Ne comedatis ſanguinem.
Ne auguremini per animal alatum. Ne vatici-
nemini. [27] Ne nutriatis comam capitũ veſtro-
rũ, & ne vitietis imi labij pilos in barbis veſtris.
[28] Et inciſiones pro anima *aliqua* ne faciatis in
carne veſtra, & ſcripturas punctorũ ne faciatis
vobis: ego ſum Dñs Deus veſter. [29] Ne permit-
tas filię tuę ſcortari, vt ne ſcortetur terra, & im-
pleatur terra peccato. [30] Sed cuſtodite mãdata
mea, & ſanctuariũ meũ veremini: ego ſum Dñs.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[16] *Et ne vadas calumnians populum tuum, & ne inſurgas aduerſus ſanguinem proximi tui: ego ſum Deus caſtigans.* [17] *Ne odio habeas fratrem tuum in corde tuo: ſed commone illum commonitione, & ne portes pro eo iniquitatem.* [18] *Ne vindictam ſumas, & ne ſerues odium aduerſus populum tuum, & dilige proximum tuum quemadmodum diligis te ipſum: ego Deus retribuam tibi bonum.* [19] *Et mandata mea ſeruate. Iumenta tua ne coire facias ex duabus ſpeciebus: & rura tua ne feras ex duabus ſpeciebus: & veſtis ex duabus ſpeciebus contextis, lana & lino, non aſcendat ſuper te.* [20] *Et quicunque vir cocubuerit cum muliere accubitu generationis dũ ipſa eſt ancilla deſponſata viro, & pretio nõ eſt redempta, neq; conceſſa eſt ipſi libertas eius, puniatur ad exemplũ, at nõ occidãtur, cùm non ſit manumiſſa.* [21] *Ferat autẽ vir oblationem ſuam Deo ad ianuã tabernaculi præſentiæ, arietem in oblationem delicti.* [22] *Veniamque poſtulabit ſacerdos pro eo per ipſum coram Deo pro peccato eius quod commiſit, & condonabitur illud ipſi:* [23] *Et cùm ingrediemini in regionem, & plantabitis omnes arbores frugiferas, interdicite fructus earum interdictione. Tribus annis erunt vobis interdicti, nec comedentur.* [24] *Et in anno quarto erunt omnes fructus earum ſancti, digni Deo.* [25] *Et in anno quinto comedetis fructus earum, quoniam ego Deus Dominus veſter augebo vobis fructus earum.* [26] *Et ne comedatis cum ſanguine, & ne auſpicemini, & ne ominemini.* [27] *Neque abijciatis duos angulos capitis veſtri: & ne eradices angulos barbæ tuæ.* [28] *Et laniatum pro mortuo ne efficiatis in corporibus veſtris, & ſcripturam inuſtionis ne faciatis in vobis: ego Deus caſtigans.* [29] *Et ne proſtituas filiam tuam ad fornicandum, ne fornicentur habitatores terræ, & impleatur turpitudinibus.* [30] *Sabbatha mea ſeruate, & ſanctuarium meũ veneramini: ego Deus nobilitaui ambo.*

16 ولا تمض ماحلا بقومك * ولا تقم على دم صاحبك * أنا الله
المعاقب * 17 لا تشنأ أخاك في قلبك بل عظه عظة * ولا
تحمل عنه وزرا * 18 لا تنقم ولا تحقد على قومك * وأحبب
لصاحبك مثل ما تحب لنفسك * أنا الله أجازيك خيرا *
19 ورسومي فاحفظوها * بهائمك لا تنزها من نوعين * وضياعك
لا تزرعها من نوعين * وثوب من نوعين ملحمين صوف وكتان لا
يعل عليك * 20 وأي رجل ضاجع امرأة مضاجعة إنسال *
وهي أمة مخطوبة لرجل * وفداء لم تفداه * ولم يدفع عتقها إليها *
فلتك محدوده * ولا يقتلا إذ لم تعتق * 21 فليأت بقربانه لله
إلى باب خباء المحضر كبشا لقربان الإثم * 22 فيستغفر الإمام عنه
به بين يدي الله عن خطيئته التي أخطأ * فيغفر له ذلك *
23 وإذا تدخلون إلى البلد * فتغرسون كل شجر مطعم * فحرموا ثمره
تحريما * ثلاث سنين يكون عليكم محرما * لا يوكل *
24 وفي السنة الرابعة يكون جميع ثمره مقدسا موهلا لله * 25 وفي
السنة الخامسة تأكلون ثمره * فإني الله ربكم أزيد لكم في غلته *
26 ولا تأكلوا مع الدم * ولا تتطيروا * 27 ولا تتفألوا * ولا
تحذفوا زاويتي رأسكم * ولا تستأصل زوايا لحيتك * 28 وخدشا
على ميت لا تجعلوا في أبدانكم * وكتابة وسم لا تجعلوا فيكم *
أنا الله المعاقب * 29 ولا تبذل ابنتك للفجور * كيلا يفجر أهل
الأرض فتملي فواحش * 30 سبوتي فاحفظوها ومقدسي
فوقروه * أنا الله شرفتهما *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Non incedes detractor in populo tuo; non ſtabis aduerſus ſanguinem proximi tui, ego Dominus. 17 Non habebis odio fratres tuos in corde tuo: corripiendo corripies proximum tuum, non feres ſuper illo peccatum.
18 Non vlciſceris, neque obſeruabis filios populi tui, ſed diliges proximum tuum ſicut te, ego Dominus.
19 Mandata mea cuſtodietis: beſtiam tuam non facies coire cum diuerſis ſpeciebus; neque agrum tuum ſeminabis diuerſis ſpeciebus; neque veſtimentum ex diuerſis ſpeciebus adulteratum aſcendere facies ſuper te.
20 Cum etiam vir dormierit cum muliere concubitu ſeminis, ipſa autem ancilla eſt deſponſata viro, ſed redimendo non eſt redempta, aut libertas ei non eſt data; animaduerſio erit ei, non morietur, eo quod non ſit manumiſſa. 21 Afferet quoque Domino oblationem pro delicto ad oſtium tabernaculi teſtimonij arietem delicti. 22 Expiabitque eum ſacerdos cum ariete delicti coram Domino à peccato quod peccauit, & remiſſio fiet ei à peccato quod peccauit. 23 Cum præterea ingreſſi fueritis in terram, & plantaueritis quamlibet arborem manducabilem, tum amputabitis præputium eius, fructum eius: tribus annis erit vobis immundus, non comedetur. 24 Sed anno quarto erit omnis fructus eius ſanctitas laudabilis Domino. 25 Anno verò quinto comedetis fructum eius, vt augeatur vobis prouentus eius: ego Dominus Deus veſter. 26 Non comedetis ſuper ſanguinem, nec augurabimini, neque obſeruabitis portenta, 27 Neque in rotundum attondebitis angulum capitis veſtri, neque corrumpetis angulum barbæ veſtræ. 28 Inciſionem pro anima non dabitis in carne veſtra, neque ſcripturam ſtigmatum facietis in vobis, ego Dominus. 29 Ne polluas filiam tuam proſtituendo eam, vt non fornicetur terra, & impleatur terra ſcelere. 30 Sabbata mea ſeruabitis, & ſanctuarium meum reuerebimini, ego Dominus.

[illegible]

31 Ne eatis poſt magos & hariolos,& ne cõſula-
tis eos,vt ne polluamini in eis:ego sũ Dñs Deus
veſter. 32 A conſpectu ſenis conſurge,& honora
eum qui ſenior te eſt, & metue Deum tuum:
ego ſum Dñs Deus tuus, 33 Et cùm habitauerit
vobiſcum is qui conuertitur ad me, ne ſitis ei
moleſti: 34 Sed ſicut vos & ex vobis ſit. Et eos
qui conuertuntur ad me, & commorantur vo-
biſcum, diligite eos vt vos ipſos: quia vos etiam
incolæ fuiſtis in terra Ægypti: ego ſum Domi-
nus Deus veſter. 35 Ne faciatis iniquitatem in
iudicio, in ſtatera, & in pondere, & in menſura.
36 Statera æquitatis, & menſura æquitatis, &
hemina æquitatis ſint vobis: ego ſum Dominus
Deus veſter qui extraxi vos è terra Ægypti.
37 Cuſtodite omnia præcepta mea, & omnia
iudicia mea, & exequimini ea: ego ſum Dñs.

CAPVT XX.

Sententia mortis apud omnes poſteritates ſeruanda.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 2 Dicito filiis Iſrael, Quicun-
que è filiis Iſrael & ex iis qui conuertuntur ad
me degentibus in Iſraële, proiecerit ex ſemine
ſuo in *mulierem* alienigenam, occidendo occi-
datur vir eiuſmodi: & populus terrę obruent eũ
lapidibus. 3 Et ego dabo furorẽ meũ in viro il-
lo, & perdam eum de medio populi ſui, eo quòd
proiecerit ſemen ſuum in extraneã vt pollueret
ſanctuariũ meũ & prophanaret nomẽ sãctitatis
meæ. 4 Et ſi auertant oculos ſuos populus terræ
à viro illo qui proiecit è ſemine ſuo in extraneã,
nec interficiãt eum: 5 Ponam ego iram meã in
viro illo & in cognatione ipſius, & perdam eum
cũ omnibus qui poſt eũ aberrãt, eo quòd aber-
rẽt poſt extraneã, de medio populi ſui. 6 Et ani-
ma quæ abierit poſt magos & diuinos, atque
aberrauerit poſt eos, dabo furorem meũ in eiuſ-
modi anima, perdãque eã de medio populi ſui.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

31 *Et ne declinetis ad magos, & hariolos: & ne quæratis contradicere mihi in hoc: ego ſum Deus Dominus veſter ſciens abſentia.* 32 *A conſpectu habentis canos ſurge, & honora vultum ſenis, & time Dominum tuum: ego Deus caſtigans.* 33 *Et cùm habitauerit peregrinus vobiſcum in regione veſtra, ne lædatis eum.* 34 *Et ſit vobis tanquam indigena ex vobis, aduena qui eſt peregrinus inter vos: & dilige eum ſicuti diligis animam tuam: quoniam longum fuit tempus quo fuiſtis aduenæ in regione Ægypti: ego ſum Deus Dominus veſtrum omnium.* 35 *Ne committatis dolum in iudicio, neq; in dimenſione, & pondere, ac menſura.* 36 *Sed ſtateræ æquæ, & bilances æquæ, & menſuræ iuſtæ, ac heminæ iuſtæ erũt vobis: ego Deus Dominus veſter iuſtiſſimus educens vos è terra Ægypti.* 37 *Et cuſtodite omnia præcepta mea, & iudicia mea, & operamini illa: ego Deus retribuam vobis bonum.*

CAPVT XX.

1 *ALlocutus eſt etiam Deus Muſam, dicens:* 2 *Præcipe filiis Iſrail quoque, & dic illis: Quicũque homo ex filiis Iſrail, & ex aduenis peregrinis inter eos dederit de ſtirpe ſua idolo, occidatur occiſione: atque hoc quidem vt lapident eum incolæ patriæ ſuæ lapidibus.* 3 *Et ego immittam furorem meum in hominem illum, & abſcindam eum de medio gentis ſuæ, cùm dederit de ſtirpe ſua idolo, vt coinquinaret ſanctuarium meum, & violaret nomen meum ſanctum.* 4 *Quòd ſi diſſimulauerint incolæ patriæ diſſimulationem cum illo homine in eo quòd dederit de ſtirpe ſua idolo, nec interfecerint eũ:* 5 *Immittam iram meam in hominem illum, & in cognatos eius, ſcindamque eum, & omnes errantes cum eo poſt idolum, à gente ſua.* 6 *Et quicunque diuerterit ad magos & diuinos, vt ſeducat homines poſt eos, immittam furorem meum in eum hominem, & ſcindam illum à populo ſuo.*

31 ولا تولوا الي المسعودين والعرافين * ولا تطلبوا ان تعصوني
بذلك * انا الله ربكم عالم الغيب * 32 من بين يدي ذي الشيبة
فقم * وبه وجه الشيخ * وخف ربك * انا الله المعاقب * 33 واذا سكن
غريب معكم في بلدكم فلا تضطروه * 34 وليكن لكم
كصريح منكم الغريب الدخيل فيما بينكم * واحب له كما
تحب لنفسك * لانه طال ما كنتم غرباء في بلد مصر * انا الله
ربكم اجمعين * 35 لا تفعلوا غشا في الحكم * ولا في المساحة *
والوزن والمكيال * 36 بل موازين عادلة * وصنجات عادلة * واكيال
عادلة * واقساط عادلة يكون لكم * انا الله ربكم العدل المخرج
لكم من ارض مصر * 37 واحفظوا جميع رسومي واحكامي
واعملوا بها * انا الله الجازيكم خيرا * * الفصل العشرون *
1 ثم كلم الله موسي قايلا * 2 مر بني اسرايل ايضا وقل لهم *
اي انسان من بني اسرايل ومن الغرباء الدخيلين فيما بينهم يعطي
من نسله للصنم * فليقتل قتلا * وهو ان يرجمه اهل بلده بالحجارة *
3 وانا احل غضبي بذلك الانسان * فاقطعه من بين قومه * اذا
اعطي من نسله للصنم لكي ينجس مقدسي ويبذل اسمي المقدس
4 وان تغافل اهل البلد تغافلا عن ذلك الانسان في اعطايه من
نسله للصنم فلم يقتلوه * 5 احللت غضبي بذلك الانسان
ومجانسيه * فاقطعه وجميع الطاغين تبعه وراء الصنم من بين
قومهم * 6 واي انسان ولي الي المسعودين والعرافين ليطغي الناس
تبعهم * احللت غضبي بذلك الانسان فقطعته من بين قومه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Ne declinetis ad Pythones, & ariolos ne inquiratis, vt polluamini in eis, ego Dominus Deus veſter.
32 Ante canitiem conſurges, & honorabis faciem ſenis, & timebis à Deo tuo, ego Dominus. 33 Cum autem peregrinabitur vobiſcum aduena in terra veſtra, non affligetis eum. 34 Sicut indigena ex vobis erit vobis aduena peregrinans vobiſcum; diligeſque eum ſicut te, quoniam peregrini fuiſtis in terra Ægypti, ego Dominus Deus tuus. 35 Non ages peruerſè in iudicio, in regula, in pondere, & in menſura. 36 Stateræ iuſtæ, pondera iuſta, Epha iuſtum, & Hin iuſtum erunt vobis; ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti. 37 Cuſtodietis igitur omnia mandata mea, & omnia iudicia mea, & facietis ea, ego Dominus.

CAPVT XX.

1 ET locutus eſt Dominus Moſi dicens, 2 Præterea filiis Iſrael dices, Quicunque de domo Iſrael, aut de Aduenis peregrinantibus in Iſrael dederit de ſemine ſuo Moloc, morte morietur: populus terræ lapide lapidabunt eum. 3 Ponamque ego faciem meam in virum iſtum, & exterminabo illum de medio populi ſui; quoniam de ſemine ſuo dedit Moloc, vt contaminaret ſanctuarium meum, & prophanaret nomen ſanctitatis meæ. 4 Si autem abſcondendo abſconderit populus terræ oculos ſuos ab homine iſto cum dat de ſemine ſuo Moloc, vt non interficiat eum. 5 Tunc ponam ego faciem meam in hominem iſtum, & in familiam eius, & exterminabo ipſum de medio populi ſui, & omnes fornicantes poſt ipſum, vt in fornicationem poſt Moloc inducant. 6 Animam quoque quæ conuerterit ſe ad Pythones, & ariolos, vt fornicari faciat poſt illos, Et ponam faciem meam in animam iſtam atque exterminabo illam de medio populi ſui.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

7 Sanctificamini,& eſtote ſancti,quia ego ſum
Dominus Deus veſter. 8 Cuſtodite mandata
mea,& exequimini illa: ego ſum Dominus qui
ſanctifico vos. 9 Et vir qui contumeliis affecerit
patrem ſuum & matrem ſuam , morte plecta-
tur: patrem ſuum matremque ſuam contume-
liis affecit, *ideo* ſanguis eius ſuper ipſum. 10 Et
vir qui mœchatus fuerit cũ vxore alicuius, &
adulterium cõmiſerit cum vxore proximi ſui,
morte plectantur tum adulter, cùm adultera.
11 Vir qui dormierit cũ vxore patris ſui,ignomi-
niã patris ſui detexit:*ideo* morte plectantur am-
bo,& ſanguis eorũ ſit ſuper ipſos. 12 Homo qui
dormierit cum nuru ſua,morte multentur am-
bo:quia peccatum commiſerũt,ſanguis eorum
ſit ſuper ipſos. 13 Et qui cubauerit cum maſcu-
lo concubitu muliebri, abominationem com-
miſerunt:occidendo occidatur vterque,& ſan-
guis eorum ſuper ipſos. 14 Et qui duxerit vxo-
rem & matrem eius, ſcelus hoc eſt : igne com-
burent eum & ipſas, vt non ſit ſcelus inter vos.
15 Et qui concubuerit cum iumento , morte
multetur: quin & ipſum iumentum lapidetur.
16 Et mulier quæ acceſſerit ad iumentum vt aſ-
ſiliatur ab eo, occidite tam mulierem quàm iu-
mentum: morte plectantur, & ſanguis eorum
ſit ſuper ipſos. 17 Et qui duxerit ſororem ſuam
filiam patris ſui aut filiam matris ſuę, viderit que
turpitudinem eius, & ipſa quoque viderit eius
turpitudinem,opprobrium eſt, pereant in præ-
ſentia popularium ſuorum:dedecus ſororis ſuæ
retexit,crimen ſuum recipiant. 18 Et qui con-
cubuerit cum muliere menſtruum patiente,&
retexerit eius ignominiam & fluxum menſtrui
eius,& ipſa quoque detexerit profluuiũ ſangui-
nis ſui:pereant ambo de medio populi ſui. 19 Et
dedec9 ſororis patris tui,& ſororis matris tuę ne
detegas:cõſanguineæ enim ſunt, & crimen eſt.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

[7] *Sanctificamini ergo,& eſtote ſancti,quia ego ſum*
Deus Dominus veſter ſanctus. [8] *Et ſeruate man-*
data mea,& exequimini illa,quia ego ſũ Deus ſan-
ctificans vos. [9] *Et quicunque maledixerit patri ſuo*
& matri ſuæ, occidatur occiſione:eo quòd maledi-
xerit patri ſuo & matri ſuæ, iam licitus factus eſt
ſanguis eius. [10] *Et quicunq; fornicatus fuerit cum*
vxore viri, aut fornicatus fuerit cũ vxore proximi
ſui,occidantur fornicator & fornicatrix occiſione.
[11] *Et quicunq; vir concubuerit cum vxore patris ſui,*
iam detexit turpitudinẽ patris ſui:interficiãtur am-
bo ſimul, nã licitus eſt ſanguis amborũ. [12] *Et qui-*
cunq; vir concubuerit cum nuru ſua, interficiantur
ambo ſimul:& quãdoquidem cõmiſerunt perniciem
æternã,licitus factus eſt ſãguis vtriuſq;. [13] *Et quicũ-*
que vir coierit cũ maſculo more coëundi cũ mulieri-
bus,iam operati ſunt ſimul abominationem,& am-
bo interficiantur:nam licitus iam factus eſt ſanguis
amborum. [14] *Et quicunq; ſumpſerit mulierem &*
matrem eius, illud turpitudo eſt: comburatur ipſe,
& ambæ illæ promiſcuè: & ne ſit obſcœnitas inter
vos. [15] *Et quicunq; vir fecerit accubitũ ſuum cum*
iumento, interficiatur interfectione: & iumentum
quoque occidite. [16] *Et quæcunq; mulier acceſſerit*
ad iumentum vt ſaliat eam,interfice mulierem &
iumentũ, eo quòd patrauerint rem pernicioſam:nã
licitus iam factus eſt ſanguis eorũ in hoc. [17] *Et qui-*
cunq; vir acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui,
aut filiam matris ſuæ,viderit que ipſe turpitudinem
eius,& ipſa viderit turpitudinem illius:illud dede-
cus eſt,& abſcindãtur ambo à cõſpectu gẽtis ſuæ:&
quoniã reuelauit turpitudinẽ ſororis ſuæ, iam por-
tauit iniquitatem ſuam. [18] *Et quicunq; vir concu-*
buerit cũ muliere menſtruata, detexeritq; turpitu-
dinem eius, & nudauerit fontẽ eius,& ipſa detexe-
rit fontem ſanguinis ſui,abſcindantur ambo ſimul
à populo ſuo. [19] *Et turpitudinem materteræ tuæ,&*
amitæ tuæ ne detegas: quoniam qui nudauerit con-
ſanguineam ſuã, iam portauit iniquitatem ſuam.

7 فتقدسوا وكونوا مقدسين * لاني انا الله ربكم القدوس *
8 واحفظوا رسومي واعملوا بها * لاني انا الله مقدسكم *
9 واي انسان لعن اباه وامه فليقتل قتلا * لما لعن اباه وامه *
فقد حل دمه * 10 واي رجل زنا بزوجة رجل * او زنا بامراة
صاحبه * فليقتل الزاني والزانية قتلا * 11 واي رجل ضاجع
زوجة ابيه فقد كشف سوة ابيه * فليقتلا جميعا * فقد حل
دمهما * 12 واي رجل ضاجع كنته * فليقتلا جميعا * ولما صنعا
داهية حل دماهما * 13 واي رجل ضاجع ذكرا على فن
مضاجعة النساء * فقد صنعا جميعا كريهة * وليقتلا * فقد حل
دماهما * 14 واي رجل اتخذ امراة وامها * فتلك فاحشة
فليحرق هو وهما على البدل * ولا تك فيما بينكم فاحشة *
15 واي رجل جعل مضاجعته مع بهيمة * فليقتل قتلا * والبهيمة
ايضا فاقتلوها * 16 واية امراة تقدمت الى بهيمة ليبروها *
فاقتل المراة والبهيمة لما صنعا داهية * فقد حل دمهما بذلك *
17 واي رجل اخذ اخته ابنة ابيه * او ابنة امه * فنظر الى
سوتها ونظرت الى سوته * فذلك عار * فليقطعا من حضرة قومهما *
ولما كشف سوة اخته فقد حمل وزره *
18 واي رجل ضاجع امراة حايضا فكشف سوتها وعرى
ينبوعها * وهي كشفت ينبوع دمها * فليقطعا جميعا من بين قومهما *
19 وسوة خالتك وعمتك فلا تكشف * لان من عرى نسيبه
فقد حمل وزره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Ideo eritis ſancti, quia ſanctus ego Dominus Deus veſter. 8 Cuſtodietis igitur omnia mandata mea, & facietis ea, ego Dominus ſanctificans vos.

9 Cum quis maledixerit patri ſuo aut matri ſuæ morte morietur: Patri ſuo, & matri ſuæ maledixit, ſanguis eius in eo. 10 Vir autem qui adulterauit mulierem, vir qui adulterauit vxorem proximi ſui, morte moriantur adulter, & adultera. 11 Vir quoque qui concubuerit cum vxore patris ſui, turpitudinem patris ſui reuelauit, morte morientur ambo, ſanguines eorum in eis. 12 Vir etiam qui concubuerit cum nuru ſua, morte morientur ambo, confuſionem fecerunt, ſanguines eorum in eis. 13 Vir præterea qui concubuerit cum maſculo concubitibus mulieris, abominationem fecerunt, morte morientur ambo, ſanguines eorum in eis.

14 Vir autem qui acceperit cum vxore matrem eius, ſcelus eſt; igne comburetis eum & eas, vt non ſit ſcelus in medio veſtri. 15 Sed vir qui dederit concubitum ſuum beſtiæ, morte morietur; beſtiam quoque occidetis.

16 Mulierem quoque quæ acceſſerit ad quamcunque beſtiam ad ſuccumbendum illi, & occides mulierem illam & beſtiam: morte morientur, ſanguines eorum in eis. 17 Et vir qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, aut filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, ipſa quoque viderit turpitudinem illius, opprobrium eſt, exterminabuntur in oculis filiorum populi ſui; turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, iniquitatem ſuam portabit. 18 Vir etiam qui concubuerit cum muliere menſtruata, & reuelauerit turpitudinem eius, fontem turpitudinis; ipſa quoque retexerit fontem ſanguinis ſui, exterminabuntur ambo de medio populi ſui. 19 Turpitudinem ſororis patris tui, & ſororis matris tuæ non reuelabis; quia conſanguineam nudauit, iniquitatem ſuam portabunt.

20 [illegible]
21 [illegible]

[illegible]

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

20 Et quicunque dormierit cum vxore patrui ſui, ignominiam patrui ſui detexit : ſcelus ſuum recipiant, & abſque liberis moriantur. 21 Vir ſi ducat vxorem fratris ſui, ſcelus eſt: quia dedecus fratris ſui detexit, abſque liberis moriantur.

De præceptis & iudiciis.

22 Seruate cuncta præcepta mea & iudicia mea, & facite ea, vt non euomat vos terra ad quam ego ſum vos introducturus vt habitetis in illa. 23 Et ne ambuletis in lege gentium quas ego ſum expulſurus à conſpectu veſtro : quia enim hæc omnia fecerunt, tædio mihi fuerunt:
24 Et dixi vobis quòd vos hæreditario poſſidebitis terram eorum, & ego eam dabo vobis, & poſſidebitis eam, terram fluentem lacte & melle: ego ſum Dominus Deus veſter qui ſegregaui vos à gentibus. 25 Diſcrimen facite inter iumentum mundum & immundum, & inter volucre purum & impurum : & ne polluatis animas veſtras in iumentis & in volucribus & in omni reptili terræ quæ ſegregaui vobis ad immunditiam. 26 Et eritis ſancti, quia ego Dn̄s ſanctus ſum. & ſelegi vos à populis, vt eſſetis mei. 27 Et vir ſiue mulier in quibus fuerint venefici aut harioli, occidendo occidantur. & verò lapidibus obruent eos, & ſanguis eorum erit ſuper ipſos.

CAPVT XXI.

Lex ſacerdotum.

ET dixit Dominus ad Moſen, Dic ſacerdotibus filiis Aharonis vt ſuper anima mortui non polluantur in populo ſuo. 2 Nonniſi in cognato ſuo ſibi propinquo, in patre *ſcilicet* ſuo, & in matre ſua, & in filio ſuo, & in filia ſua, & in fratre ſuo,
3 Et in ſorore ſua virgine ſibi propinqua quæ non fuerit maritata, polluetur. 4 Ne polluatur in magnate populi ſui, vt ne prophanetur.

VERSIO SAMARITANA.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

20 *Et quicunque vir concubuerit cum coniunge*
patrui ſui, iam detexit turpitudinem patrui ſui: &
quia portauerunt ambo iniquitatem ſuam, morien-
tur ambo orbi. 21 *Et quicunque vir acceperit*
vxorem fratris ſui quæ eſt remota ab ipſo, quando-
quidem detexit turpitudinem fratris ſui, morien-
tur ambo orbi. 22 *Cuſtodite igitur omnia præce-*
pta mea & iudicia mea, & facite illa, & non di-
ſperget vos regio ad quam ego introducturus ſum
vos vt poſſideatis illam. 23 *Et ne ambuletis*
per viam gentium quas ego expulſurus ſum è con-
ſpectu veſtro. Quia enim fecerunt omnia hæc, exe-
cratus ſum eos valdè: 24 *Dixique eis tanquam*
iudex quòd vos poſſidebitis regionem eorum, & ego
dabo vobis eam in poſſeſſionem: regionẽ manantem
lacte & melle. Ego Deus Dominus veſter qui ſepa-
raui vos à gentibus. 25 *Separate ergo iumentum*
mundum ab immundo, & volatile mundum ab
immundo. & ne inquinetis animas veſtras in iu-
mento, & volatili, & omni eo quod reptat ſuper
terram, quæ ſeparaui vobis ob immunditiam.
26 *Et eſtote mihi ſancti, quia ego Deus ſan-*
ctus ſeiunxi vos à gentibus, vt eſſetis mihi pe-
culium. 27 *Et quicunque vir aut mulier, quo-*
rum alter fuerit magus vel hariolus, interfectione
interficiantur; & quidem lapidibus obruent eos:
nam liciti facti ſunt ſanguines eorum.

CAPVT XXI.

ITem dixit Deus Muſæ: Præcipe ſacerdotibus
filiis Haronis, & dic eis: Ne contaminetur
quiſquam veſtrum in defuncto ex gente ſua,
2 *Niſi in conſanguineo ſibi propinquiore, matre*
ſua, & patre ſuo, & filio ſuo, & filia ſua, & fratre
ſuo, 3 *Et ſorore ſua virgine ſibi proximiore,*
eſtque illa quæ non facta fuit viro: in hac quidem
polluetur. 4 *Et ne polluatur in viro nobili in*
populo ſuo, hoc enim prophanabit eum.

20 وأي رجل ضاجع زوجة عمه فقد كشف سوءة عمه * ولانهما
حملا وزرهما يموتان عقيمين * 21 وأي رجل اخذ زوجة اخيه
التي هي مبعدة منه * فلما كشف سوءة اخيه يموتان عقيمان *
22 فاحفظوا جميع رسومي واحكامي واعملوا بها * ولا يستقيكم
البلد الذي انا مدخلكم اليه لتحوزوه * 23 ولا تسيروا بسنن
الامم الذين انا طاردهم من بين ايديكم * لانهم لما صنعوا جميع
هذه قليتهم * 24 وقلت لهم حالما انتم تحوزون بلدهم * وانا
اعطيكم اياه حوزا * بلدا يفيض اللبن والعسل * انا الله
ربكم الذي افرزتكم من بين الامم * 25 فميزوا البهيمة
الطاهرة من النجسة * والطائر الطاهر من النجس * ولا ترجسوا
انفسكم بالبهيمة والطائر * وسائر ما يدب على الارض الذي
افرزته لكم للتنجيس * 26 وكونوا لي مقدسين لاني انا الله
القدوس افرزتكم من الامم لتكونوا لي خاصة *
27 وأي رجل وامرأة كان واحد منهما مسعودا او عرافا * فليقتلا
قتلا * وبالحجارة يرجمونهما * فقد حلت دماؤهما *

* الفصل الحادي والعشرون *

1 ثم قال الله لموسى * مر الائمة بني هرون وقل لهم * لا
يتنجس كل واحد منكم بميت من قومه * 2 الا بنسيبه الاقرب
اليه * امه وابيه * وابنه وابنته * واخيه * 3 واخته البكر القريبة
اليه وهي التي لم تصر لرجل * فبها يتنجس * 4 ولا يتنجس
بخطير في قومه * فانها تبذله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Præterea quicunque cubuerit cum vxore patrui ſui, turpitudinem patrui ſui reuelauit; peccatum ſuum
portabunt, ſteriles morientur. 21 Cum quis acceperit vxorem fratris ſui, immunditia eſt; turpitudinem fra-
tris ſui reuelauit, ſteriles erunt. 22 Cuſtodietis igitur omnia mandata mea, & omnia iudicia mea, facietiſque
ea, vt non euomat vos terra in quam ego vos introduco ad habitandum in ea. 23 Et non ambulabitis in man-
datis gentium quas ego eiicio à facie veſtra; nam hæc omnia fecerunt, & tæduit me illarum.
24 Et dixi vobis, vos poſſidebitis terram illarum, & ego dabo illam vobis in poſſeſſionem, terram fluentem
lac & mel, ego Dominus Deus veſter, qui ſeparaui vos de populis. 25 Separabitis ergo animal mundum ab
immundo, & volatile immundum à mundo, vt non faciatis abominabiles animas veſtras in animalibus &
volatilibus, & in omni quod repit ſuper terram quod diſtinxi vobis vt immundum eſſet.
26 Et eritis mihi ſancti, quoniam ego Dominus, qui ſegregaui vos de populis, vt ſitis mei.
27 Vir autem, & mulier apud quem fuerit Pytho, aut ariolus morte morientur; lapidibus obruetis eos, ſan-
guis eorum in eis.

CAPVT XXI.

ET dixit Dominus Moſi, loquere ſacerdotibus filiis Aaron, dices autem eis: Nullus in mortuo contamina-
bit ſe in populo ſuo. 2 Præterquam in carne ſua cognata ſibi, in patre ſuo, & in matre ſua, in filio
ſuo, & filia ſua, in fratre ſuo. 3 Et ſorore ſua virgine ei propinqua, quæ non fuit viro; in ea contaminabit ſe
4 Non contaminabit ſe Dominus in populo ſuo ad ſeipſum prophanandum.

[illegible]

5 Et ne depilent depilationes in capitibus ſuis,
& pilos barbarũ ſuarum in imo labio ne radant,
& in carne ſua ne incidant inciſuras. 6 Sed
ſint ſancti Deo ſuo, neque prophanent nomen
Dei ſui, quoniam ſacrificia Domini, panem *vi-*
delicet Dei ſui ipſi offerunt. Sint ergo ſancti.
7 Vxorem fornicariam & prophanam ne du-
cant, & mulierem repudiatam à marito ſuo ne
ducant, quia ſanctus eſt Deo ſuo. 8 Sanctifica
eum quia panem Dei tui ipſe offert: ſanctus ſit
apud te, quia ſanctus eſt: ego ſum Dominus qui
ſanctifico vos. 9 Et filia ſacerdotis cum cœpe-
rit ſcortari, patrem ſuum ipſa prophanat: igne
comburatur. 10 Et ſacerdos maior fratribus
ſuis, ſuper cuius caput funditur oleũ vnctionis,
& qui perficit manus ſuas ad aſſumendas veſtes,
caput ſuum ne detegat, & veſtimenta ſua ne la-
ceret: 11 Et ſuper vllam animam mortui ne in-
grediatur, & in patre ſuo matreque ſua ne pro-
phanetur: 12 Et è ſanctuario ne egrediatur, neue
prophanet ſanctuariũ Dei ſui, ſiquidem corona
olei vnctionis Dei ſui ſuper ipſum eſt: ego ſum
Dñs. 13 Et hic idem vxorem virginem ducat.
14 Viduã verò & repudiatã ſcortatione propha-
nam, vllam *inquam* ex his ne ducat: ſed virgi-
nem ex populo ſuo ducat vxorem. 15 Et ne pro-
phanet ſemen ſuũ in populo ſuo, quia ego ſum
Dñs ſanctificãs eum. 16 Et locutus eſt Dñs cum
Moſe, dixitque ad eum: 17 Loquere cum Aha-
rone, & dic ei, Vir de ſemine tuo in generatio-
nibus ſuis, qui habuerit in ſe vitium, ne accedat
ad offerendũ panẽ Dei ſui. 18 Nam quicunque
habuerit in ſe vitiũ, ne accedat. homo claudus,
aut cæcus, aut ſimus, aut ſciſſã habẽs aurẽ: 19 Aut
is in quo fuerit fractio pedis, vel fractio manus:
20 Aut curuus, aut puſillus, aut depilata habẽs ſu-
percilia, aut qui apertis oculis nihil videt, aut is
qui habet albugines in oculis ſuis, aut in quo eſt
ſcabies, aut gibboſus, aut vnũ habẽs teſticulum:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

Interpretatio Arabica. Caput XXI.

5 *Et ne vellicent vellicationē de crinibus capitis ſui, & angulos barbarū ſuarū ne radāt, & in corporibus ſuis ne ducāt laniatus.* 6 *Et ſint ſācti Domino ſuo, & ne violēt nomen eius: quoniā cū ipſi offerāt ſacrificia Dei Domini ſui æterna, ſiūt etiā ſancti:* 7 *Mulierē adulterā & violatā ne ducant in matrimoniū: & mulierē repudiatā à marito ſuo ne ducant in matrimoniū: nā quilibet eorum ſāctus eſt Domino ſuo.* 8 *Sanctifica ergo eum aſſiduè, quia offert ſacrificiū Domini tui iuge: ſitque tibi ſanctus, ſicut ego Deus Dominus veſter ſanctus, ſanctificās ſum vos.* 9 *Et quæcunq; filia viri ſacerdotis proſtituit ſe atq; fornicata eſt, iam dehoneſtauit patrē ſuū: cōburatur igne.* 10 *Et ſacerdos ſūmus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput infunditur oleū vnctionis, & qui perficit munus ſuū induendo ſe veſtibus: ne incultū ſinat caput ſuum, & indumenta ſua ne ſcindat,* 11 *Et ad vllū hominem mortuū ne ingrediatur, & ne cū patre quidem ſuo & matre ſua contaminetur,* 12 *Et de ſanctuario non egrediatur poſt eos, & nō prophanet ſanctificationem Domini ſui: quia quando poſitum fuit diadema vnctionis Domini ſui ſuper eū, ego Deus nobilitaui illū.* 13 *Et hic ipſe non inibit matrimonium niſi cum muliere virgine.* 14 *At verò viduam, aut repudiatam, ac violatā, & fornicariam, nullā iſtarum ducat in matrimoniū: ſed mulierem virginem ex gente ſua ducat in matrimonium:* 15 *Et ne prophanet ſtirpem ſuam per aliam* mulierem *de gente ſua, quia ego ſum Deus Dominus veſter ſanctificans eum.* 16 *Locutus eſt etiam Deus cum Muſa, dicens:* 17 *Manda Haroni, & dicito illi: Quicumque vir de ſemine tuo in ſeriem generationū ſuarum, in quo fuerit macula, non accedet ad offerendā oblationē Domini ſui:* 18 *Omnis enim vir in quo eſt macula, nō accedet. Ex his eſt cæcus, & mācus, & mutus, & claudus.* 19 *Seu vir in quo eſt fractio pedis, aut fractio manus.* 20 *Vel gibboſus, vel luſcioſus, vel is in cuius oculis ſūt albugines, aut in quo eſt ſcabies, vel impetigines, vel hernia.*

5 ولا ينتفوا نتفا من شعر رؤسهم * وزوايا لحاهم لا يحلقوها * وفي
ابدانهم لا يخدشوا خدشا * 6 وليكونوا قديسين لربهم * ولا
يبذلوا اسمه * لانهم اذ هم مقربون قرابين الله ربهم الدايمة * ويصيرون
مقدسين * 7 بامراة فاجرة ومبذولة لا يتزوجوا * وبامراة مطلقة
من بعلها لا يتزوجوا * فان كل واحد منهم مقدس لربه * 8 فقدسه
بالالزام * لانه يقرب قربان ربك الدايم * فليكن لك مقدسا كما
اني الله ربكم القدوس مقدسكم * 9 واي ابنة رجل امام
تبذلت فتجرت * فقد فضحت اباها * فلتحرق بالنار * 10 والامام
الكبير من اخوته الذي يصب على راسه دهن المسح ويكمل
واجبه بلبس الثياب * فلا يشعث راسه * وثيابه لا يمزقها * 11 والى
اي انسان ميت لا يدخل * حتى انه بابيه وامه لا يتنجس * 12 ومن
المقدس لا يخرج وراءهما * ولا يبذل تقديس ربه * فانه لما صار تاج
مسح ربه عليه * انا الله شرفته * 13 وهو فلا يتزوج الا بامراة بكر *
14 واما ارملة * او مطلقة * ومبذولة * وفاجرة فلا يتزوج
باحداهن * الا بامراة بكر من قومه يتزوج * 15 ولا يبذل نسله
بسواها من قومه * لاني الله ربكم مقدسه * 16 ثم كلم الله
موسى قايلا * 17 مر هرون وقل له * اي رجل من نسلك على
مر اجيالهم يكن فيه عيب * لا يتقدم ليقرب قربان ربه * 18 اذ
كل رجل فيه عيب لا يتقدم * فمن ذلك الاعمى * والزمن * والاخرس *
والخامع * 19 او رجل به كسر رجل * او كسر يد * 20 او احدب * او
اخفش * او من في عينيه وكت * او به جرب * او حزاز * او ادر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Non decaluabunt caluitium in capite ſuo, & angulum barbæ ſuæ non radent, neque in carne ſua incident inciſionem. 6 Sancti erunt Deo ſuo, & non prophanabunt nomen Dei ſui; quoniam ſacrificia ignita Domini, panem Dei ſui ipſi offerunt, eruntque ſancti. 7 Mulierem meretricem, & prophanam non accipient, neque mulierem repudiatam à viro accipient; quia ſanctus eſt Deo ſuo. 8 Sanctificabis itaque eum, quoniam panem Dei tui ipſe offert, ſanctus erit tibi; nam ſanctus ego Dominus ſanctificans eos. 9 Filia autem hominis ſacerdotis ſi prophanauerit ſe ad fornicandum, patrem ſuum ipſa prophanauit, igne comburetur.

10 Sacerdos verò magnus præ fratribus ſuis, ſuper cuius caput effuſum eſt oleum vnctionis, & cuius manus conſecrata eſt vt induat veſtimenta, caput ſuum non nudabit, & veſtimenta ſua non diſrumpet. 11 Neque ad vllam animam mortui ingredietur: pro patre ſuo, & pro matre ſua non contaminabit ſe. 12 Neque de ſanctuario egredietur, vt non prophanet ſanctuarium Dei ſui; quoniam corona olei vnctionis Dei ſui ſuper eum, ego Dominus. 13 Ipſe quoque mulierem virginem ducet. 14 Viduam, & repudiatam, & prophanam, & meretricem, iſtas non ducet; ſed virginem de populo ſuo ducet vxorem. 15 Et non prophanab it ſemen ſuum in populo ſuo, quoniam ego Dominus ſanctificans eum. 16 Et locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 17 Loquere Aaroni dicens: Vir de ſemine tuo in generationibus ſuis in quo erit macula, non accedet ad offerendum panem Dei ſui. 18 Nam vir quicunque in quo fuerit macula non accedet, vir cæcus, aut claudus, aut membris mutilus, aut excreſcens. 19 Aut vir in quo erit fractio pedis, aut fractio manus, 20 Aut gibboſus, aut lippus, aut in cuius oculo eſt ſuffuſio, aut iugis ſcabies, aut impetigo, aut contuſus teſticulo.

[illegible]

21 Omnis *inquam* homo qui habuerit in ſe vitium de ſemine Aharonis ſacerdotis, ne accedat ad offerendã oblationem Dñi, quia vitium in ipſo eſt.
22 Panem Dei ſui in ſancto ſanctorũ è ſacris comedet;
23 Verùm intra velũ ianuæ ne ingrediatur, & ad altare ne accedat, quia vitiũ in eo eſt: & ne prophanet ſanctuarium meum, quia ego ſum Dñs qui ſanctifico eos.
24 Retulit ergo Moſes *hæc* Aharoni & filiis eius, omnibuſque filiis Iſrael.

CAPVT XXII.

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
2 Dic Aharoni & filiis eius vt abſtineant à ſacris filiorum Iſrael, nec polluant nomen ſanctitatis meæ, quoniam ipſi ſanctificati ſunt mihi: ego ſum Dominus.
3 Dic eis in poſteritates eorum, Quicunque tetigerit de vniuerſo ſemine veſtro ſacra quæ conſecrant filij Iſrael Dño, immunditia ſua exiſtente ſuper ipſum, pereat anima illa è conſpectu oculorum meorum: ego ſum Dominus.
4 Vllus quiſpiam de ſemine Aharonis, dum leproſus eſt aut fluxum patiens, è ſacris ne comedat donec mundetur. Et qui tetigerit quamcunque immunditiam animæ: aut homo è quo exit ſemen concubitus:
5 Aut homo qui tetigerit quodcunque reptile quod eſt immundum, vel hominem qui fuerit immundus in qualibet immunditia ſua:
6 Omnis *inquam* anima quæ tetigerit eum, erit immunda vſque ad veſperam, & non comedet de ſacris, niſi lauerit carnem ſuam aquis.
7 Et verò ad occaſum ſolis mundabitur, ac tunc comedet è ſacris, quia panis illius eſt.
8 Et cadauer laceratum à fera ne comedat, vt ne polluatur in ipſo: ego ſum Dominus.
9 Et cuſtodiant obſeruationes meas, vt ne recipiant ſuper ſe peccata, & moriantur in iis eo quòd polluerint animas ſuas: ego ſum Dominus qui ſanctifico eos.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

21 *Similiter omnis vir in quo fuerit vitium de*
ſtirpe Haronis ſacerdotis, ne accedat ad offerenda
ſacrificia Dei: & quodcunque fuerit illud vitium
in ipſo, ad ſacrificiũ Dei ne accedat vt offerat illud.
22 *Attamen demenſum Domini ſui tam ex pri-*
uatis ſacrorum, quàm communibus manducabit.
23 *At verò ad velum non ingrediatur, neque ac-*
cedat ad altare, cùm ſit in ipſo macula: & non pro-
phanet ſanctuaria mea, quia ego ſum Deus ſancti-
ficans illa. 24 *Præcepit igitur Muſa hæc Haroni*
& filiis eius, atque omnibus filiis Iſrail.

CAPVT XXII.

ITem locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:
præcipe Haroni & filiis eius, vt abſtineant à ſa-
cris filiorũ Iſrail, & non prophanent quod ego vo-
caui ſanctum ex iis quæ ipſi ſanctificant mihi: ego
Deus nobilitaui illa. 3 *Dic eis: In ſeriem genera-*
tionum veſtrarum quicunque vir de ſtirpe veſtra
acceſſerit ad ſancta quæ ſanctificabunt filij Iſrail
dum obicem habet immundum ſibi annexum, ab-
ſcindetur anima illa à mundo meo quia ego Deus
caſtigans. 4 *Quicunque vir ex ſtirpe Haronis,*
quamdiu fuerit leproſus, aut ſeminis fluxum pa-
tiens, non comedat de ſacris donec mundetur. Et
qui tetigerit immunditiam mortui, aut exierit
ex eo coitus prolis:
5 *Aut vir qui tetigerit quodlibet reptile quo ſo-*
let quis contaminari pro ratione immunditiæ eius:
6 *Quicunque igitur homo tetigerit aliquid ex*
his, polluatur vſque ad noctem, & non comedat de
ſacris donec lauet ſeipſum aqua. 7 *Cúmque oc-*
ciderit ſol, iam mundatus eſt, & deinde comedet ex
ſacris, quia eſt cibus eius. 8 *Mortuum & ægro-*
tum non manducet, nec contradicat mihi in hoc:
ego ſum Deus caſtigans. 9 *Cuſtodiant igitur*
quod monui eos, & non portent propter illud
iniquitatem, pereantque cauſa ipſius, violantes il-
lud: quia ego ſum Deus ſanctificans illud.

21 كذاك كل رجل فيه عيب من نسل هرون الامام * لا يتقدم
ليقدم قرابين الله * ومهما يكن ذلك العيب فيه * فقربان الله
لا يتقدم ليقربه * 22 لكن رزق ربه من خواص الاقداس وعوامها
ياكل * 23 واما السجف فلا يدخل اليه * ولا يتقدم الي
المذبح * اذ فيه عيب * ولا يبذل مقادسي * لاني الله مقدسها *
24 فامر موسي بذلك هرون وبنيه * وساير بني اسرايل *

* الفصل الثاني والعشرون *

1 ثم كلم الله موسي قايلا * 2 مر هارون وبنيه بان يجانبوا
اقداس بني اسرايل * ولا يبذلوا ما سميته قدسا مما هم مقدسوه لي *
انا الله شرفته * 3 قل لهم علي مر اجيالكم * اي رجل من نسلكم
تقدم الي الاقداس التي يقدسها بنو اسرايل وهو في حد نجس
يلزمه * فتنقرض تلك النفس من عالمي * لاني الله المعاقب * 4 اي
رجل من نسل هرون فيما هو ابرص او دايب * فلا ياكل من
الاقداس الي ان يطهر * ومن مس نجس ميت * او خرجت منه
مضاجعة نسل * 5 او رجل دنا بكل دبيب سبيله ان ينجس
منه علي سبيل نجاسته * 6 فاي انسان دنا بشي من ذلك *
فلينجس الي الليل * ولا ياكل من الاقداس الي ان يغسل ذاته بالما *
7 فاذا غابت الشمس فقد طهر * وبعد ذلك ياكل من الاقداس *
لانه طعامه * 8 والميتة والسقيمة فلا ياكلهما ويعصيني بذلك *
انا الله المعاقب * 9 فليحفظوا ما استحفظتهم * ولا يحملوا عليه
وزرا فيهلكوا بسببه اذا هم يبذلوه * لاني انا الله مقدس ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Nullus vir in quo eſt macula de ſemine Aaron ſacerdotis offeret ſacrificia ignita Domini: macula eſt in eo,
non accedet ad offerendum panem Dei ſui. 22 De ſanctitatibus ſanctitatum, & de ſanctis comedet. 23 Verun-
tamen ad velum non ingredietur, & ad altare non accedet, quia macula eſt in eo, vt non prophanet ſanctua-
rium meum, quia ego Dominus ſanctificans eos. 24 Et locutus eſt Moſes Aaroni, & filiis eius, & omnibus
filiis Iſrael.

CAPVT XXII.

LOcutus eſt præterea Dominus Moſi, dicens. 2 Loquere Aaroni, & filiis eius, vt ſeparentur à ſan-
ctitatibus filiorum Iſrael, & non prophanent nomen ſanctitatis meæ in ijs quæ ipſi ſanctificant mihi,
ego Dominus. 3 Dic eis, in generationibus veſtris quicunque acceſſerit ex omni ſemine veſtro ad ſanctifi-
cationes quas ſanctificauerunt filij Iſrael Domino dum immunditia eius eſt in eo, exterminabitur anima illa à
facie mea, ego Dominus. 4 Quicunque de ſemine Aaronis leproſus fuerit, aut ſeminis fluxum patiens, ſan-
ctificata non comedet donec mundetur: quique tetigerit quoduis immundum animæ, aut vir à quo exierit
concubitus ſeminis. 5 Aut vir qui tetigerit quodlibet reptile immundum quo contaminatus eſt, aut homi-
nem qui contaminatus eſt in eo, ſecundum omnem immunditiam eius. 6 Anima quæ tetigerit iſta contami-
nata eſt vſque ad veſperam, ideo non comedet de ſanctificatis niſi lauerit carnem ſuam in aquis. 7 Cum occide-
rit ſol tum munda erit, & poſtea comedet de ſanctificatis, quia panis eius eſt. 8 Morticinum, & à fera captum
non comedent ad polluendum ſe in eo, ego Dominus. 9 Sed cuſtodient cuſtodiam meam, vt non portent pro-
pter illud peccatum, & moriantur in eo, quoniam prophanauerunt eam, ego Dominus ſanctificans eos.

[illegible]

10 Nullus alienigena comedat ſanctum: hoſpes
ſacerdotis, & mercenarius ne comedat ſan-
ctum. 11 Cùm autem ſacerdos emerit aliquem,
is qui emptus eſt eius pecunia, comedet de pa-
ne ipſius: & nati domi eius, ipſi comedent de
pane ipſius. 12 Et filia ſacerdotis cùm fuerit viro
extraneo, etiam ipſa de ſeparatione ſanctorum
non comedet. 13 Et filia ſacerdotis cùm fuerit
vidua aut repudiata, nec liberos habuerit, & re-
dierit ad patrem ſuum: non ſecus ac in pueritia
ſua de pane patris ſui comedet. omnis autem
extraneus ne comedat ſanctum. 14 Et cùm quis
comederit ſanctum per errorem, addat vnam
ex quinque *partibus* ſuper illud, & det ſacerdo-
ti ſanctum. 15 Ne igitur prophanent filij Iſrael
ſancta quæ ſeparant Domino, 16 Tollantque
ſuper ſe ſcelus & peccata, comedentes de ſanctis
ſuis: ego enim ſum Dominus ſanctificans eos.

Lex de votis & oblationibus, quòd offerri debeant ſine macula Domino.

17 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 18 Loquere cum Aharone
& cum filiis eius, cumque omnibus filiis Iſrael,
& dic eis, Quicunque de domo Iſrael, & ex iis
qui conuertuntur ad me degentibus in Iſraële,
obtulerit munus ſuũ ex omnibus votis veſtris,
& ex omnibus ſeparationibus veſtris quas offer-
tis Dño in holocauſtũ pacificũ: 19 Ad hoc vt ſit
acceptũ, *afferat* maſculũ in quo nulla ſit macu-
la ex bobus, aut ex agnis, aut ex capris. 20 Omne
verò in quo aliquod fuerit vitium, ne offeratis:
quia non erit vobis ad placationẽ. 21 Et vir qui
obtulerit ſacrificiũ pacificũ Dño, & ſeparaue-
rit votũ vel ſeparationẽ ex bobus aut ex ouibus,
cùm nullũ habeat in ſe vitium: erit acceptum,
dummodò nullũ ſit in eo vitium. 22 Quod cæ-
cum eſt, aut fractũ, aut impetigine laborat, aut
imbecillũ eſt, aut ſcabioſum, aut vlceroſum, ne
offeratis: vllũ ex his ne ponatis ſuper altare Dño.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

10 Et omnis aduena non comedat ſacrum, nedum
hoſpes ſacerdotis, nec mercenarius eius comedat ſan-
ctum. 11 Et quicunque ſacerdos emerit hominem
pecunia ſua ipſe comedet ex eo: & ſimiliter pro-
creati eius comedent ex cibo ipſius. 12 Et ſi qua
filia ſacerdotis matrimonium contraxerit cum
viro extraneo, ipſa non comedet ex holocauſtis ſa-
crorum. 13 Et quæcunque filia ſacerdotis facta
fuerit vidua, aut repudiata, nec ſtirpem habuerit,
reuertatur ad domum patris ſui ſecundùm vſum
pueritiæ ſuæ, & de cibo patris ſui comedat. omnes
verò aduenæ non veſcentur ipſo. 14 Et quicunque
homo comederit aliquid ex ſacris per errorem, ad-
dat ſuper illud æquiualens quintæ eius parti, & det
illud ſacerdoti pro ſacro. 15 Et ne violent ſacra
filiorum Iſrail, & quod offerent Deo, 16 Portent-
que pro ipſis culpas & iniquitates, comedentes hoc
pacto ſacra eorum: quoniam ego ſum Deus ſan-
ctificans eos. 17 Locutus eſt quoque Deus ad Mu-
ſam, dicens: 18 Præcipe Haroni & filijs eius, &
reliquis Iſrailitis, & dic eis. Quicunque vir ex
Iſrailitis, aut ex aduenis ingredientibus inter
eos, voluerit offerre ſacrificium diuerſis modis
ex votis ſuis vel ex ſpontaneis ſuis quæ offerunt
Deo in holocauſtum:
19 Acceptabitur quidem à vobis ſi fuerit integer
maſculus ex bobus, & ouibus, & capris.
20 At id in quo fuerit vitium, ne offeratis illud,
quoniam non acceptabitur à vobis.
21 Et ſimiliter quicunque voluerit offerre ſacri-
ficium pacis Deo ex dono, ex voto, vel ſponte, ex
ouibus aut ex bobus: quod fuerit integrum accepta-
bitur ab ipſo: non ſit in eo vitium.
22 Monoculum, aut fractum, aut ſciſſum, vel ha-
bens verrucas, vel ſcabiem, vel impetiginem, ne
offeratis Deo, & ne ponatis ex ipſis ſacrificium
ſuper altare Deo.

10 وكل اجنبي فلا ياكل قدسا * حتى ضيف الامام واجير لا ياكل
قدسا * 11 واي امام اشترى انسانا بماله * فهو ياكل منه * وكذلك
تلاديه هم ياكلون من طعامه * 12 واية ابنة امام تزوجت
رجلا اجنبيا * فهي لا تاكل من رفايع الاقداس *
13 واي ابنة امام صارت ارملة او مطلقة * ولا نسل لها *
فلتعد الي بيت ابيها كحكم صباها * ومن طعام ابيها تاكل *
وساير الاجنبيين لا ياكلون منه *
14 واي انسان اكل شيا من الاقداس سهوا * فليزد عليه مثل خمسه *
ويدفعه الي الامام عن القدس * 15 ولا يبذلوا اقداس بني
اسرايل وما يرفعونه لله * 16 فيحملوا عنها ذنوبا واثاما * اذا اكلوا
كذاك اقداسهم * لاني الله مقدسهم * 17 ثم كلم الله موسى
قايلا * 18 مر هرون وبنيه وساير الاسرايلية وقل لهم * اي رجل
من الاسرايلية او من الغرباء الداخلين فيها * شاء ان يقرب قربانا
على ضروب من نذورهم * او تبرعهم الذي يقربونه لله صعيده *
19 فالمرتضي منكم ان يكون صحيحا ذكرا من البقر والضان
والماعز * 20 وما فيه عيب فلا تقربوه * فانه لا يرتضي منكم *
21 وكذلك اي انسان شاء ان يقرب ذبح سلامة لله تسويغ نذرا
او تبرعا من الغنم او من البقر * فالصحيح هو المرتضي منه *
لا يكن فيه عيب * 22 من عوراء * او مكسورة * او مبتونة
او ذات ثولول * او جرب * او حزاز * فلا تقربوها لله * ولا
تجعلوا منها قربانا على المذبح لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Nullus alienigena comedet ſanctum, inquilinus ſacerdotis, neque mercenarius comedet ſanctum. 11 Cum
verò ſacerdos acquiſiuerit animam acquiſitione argenti, ſui, iſte comedet illud: Vernaculi quoque comedent
panem eius. 12 Filia autem ſacerdotis cum fuerit viro extraneo, oblationem eleuationis ſanctificatorum
non comedet. 13 Sed filia ſacerdotis cum fuerit vidua, & repudiata, ſemenque ipſi non fuerit, & reuerſa fue-
rit ad domum patris ſui, ſicut in pueritia ſua de pane patris ſui comedet; ſed nullus alienigena comedet eum.
14 Vir quoque qui comederit ſanctum per errorem, ſuperaddet quintam partem eius, & dabit ſacerdoti quod
ſanctum eſt. 15 Itaque non prophanabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ eleuabunt Domino.
16 Inducent enim in ſe ipſos iniquitatem delicti, cum manducauerint ſanctificata eorum; nam ego Domi-
nus ſanctificans eos. 17 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 18 Loquere Aaroni, & filiis eius, omni-
buſque filiis Iſrael; dices autem eis: Quicunque de domo Iſrael, & de aduenis peregrinantibus in Iſrael qui
obtulerit munus ſuum ſecundum omnia vota ſua, & ſecundum ſpontanea ſua quæ offeruntur Domino in ho-
locauſtum. 19 Pro arbitrio veſtro immaculatum maſculum ex bobus, ex agnis, & ex capris.
20 Nihil in quo fuerit macula offeretis, non enim erit uobis in expiationem.
21 Cum quis etiam offeret ſacrificium pacificorum Domino ſoluturus uotum aut ſpontaneam oblationem
tam de bobus quàm de pecudibus, immaculata erunt ad expiationem; nulla macula erit in eis.
22 Cæcum, aut fractum, aut conciſum, aut verrucatum, aut ſcabioſum, aut impetiginoſum, non offeretis iſta
Domino, neque dabitis ex iſtis ſacrificia ignita ſuper altare Domino.

23 Bouem autem & agnum, cuius auris eſt fiſſa
aut cauda decurtata, pro ſeparatione quidem
facies: at verò pro voto non erit acceptus.
24 Et quod eſt contuſum, & reſectum, & ru-
ptum, ne offeratis Domino, neque ſacrifice-
tis in terra veſtra. 25 Et de manu filij alienige-
narum ne offeratis panem Dei veſtri ex his
omnibus, quia vitioſa ſunt, & vitium eſt in eis:
nec accipientur à vobis. 26 Locutus eſt etiam
Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 27 Bos,
aut agnus, aut hædus quum natus fuerit, ma-
neat ſeptem diebus poſt matrem ſuam: & ab
octauo die ac deinceps, grata erit oblatio eius in
munus Domino. 28 Et bouem aut pecudem,
ipſam cum fœtu ſuo ne mactetis in die eodem.
29 Et ſi mactaueritis victimam gratiarum actio-
nis Domino, ita vt grata ſit mactate eam. 30 Et
in eodemmet die comedatur, nec reſeruetis ex
ea in craſtinum: ego ſum Dominus. 31 Cuſto-
dite mandata mea, & exequimini ea: ego ſum
Dominus. 32 Et ne prophanetis nomen ſancti-
tatis meæ, vt ſanctificer inter filios Iſrael: ego
ſum Dominus ſanctificans vos: 33 Qui eduxi
vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis Deus: ego
ſum Dominus.

CAPVT XXIII.

De feſtis diebus.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 2 Loquere cum filiis Iſrael,
& dic eis, Feſtiuitates Domini quas vocabitis
celebres ac ſanctas, hæ ſunt feſtiuitates meæ.

De Sabbatho.

3 Sex diebus facietis opus, in die verò ſeptimo
ſabbathum erit & quies: ſanctũ ſit Domino, &
vllum opus ne feceritis: ſabbathum ſit Domi-
no in cunctis habitationibus veſtris. 4 Hæ
ſunt ſolennitates Domini celebres ac ſanctæ,
quas celebrabitis temporibus ſuis.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS

23 *Et quemcunque taurũ, vel ouem apertè vitia-*
tam, aut nanam, fac illam pro dono ſpontaneo: at
verò pro voto non acceptabitur. 24 *Et contuſum,*
& contritum, atque mutilatum cornibus, &
exſectum ne offeratis Deo, & in patria veſtra ne
faciatis illa. Et de manu cuiuſquam ne accipiatis
25 *Sacrificium Domini veſtri ſempiternum, dum*
fuerit in ipſo aliquod ex his vitiis, quia corruptio
eius cum ipſo eſt, videlicet vitium ipſum quod eſt in
illo; non enim acceptabitur à vobis. 26 *Tum lo-*
cutus eſt Deus ad Muſam, dicens: 27 *Quicun-*
que vitulus, aut agnus, vel hædus natus fuerit, ma-
neat ſeptem dies cum matre ſua: & à die octaua &
deinceps admittetur vt offeratur in ſacrificium
Deo. 28 *Et vaccam, atque agnam ne mactetis*
cum filio ſuo in eadem die. 29 *Et cùm mactaueri-*
tis ſacrificium gratiarum actionis Deo, tali modo
vt acceptetur à vobis ſacrificate illud. 30 *Ita vt*
comedatur in illa die tantùm, & non ſeruetis ex
ipſo ad craſtinum: ego Deus mandaui hoc. 31 *Cu-*
ſtodite præcepta mea, & exequimini illa, quia ego
Deus retribuam vobis bonum. 32 *Et ne propha-*
netis nomen ſanctitatis meæ, ſed ſanctificer inter
filios Iſrail, quia ego ſum Deus ſanctificator veſter,
33 *Educens vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis*
Deus: ego Deus caſtigator.

CAPVT XXIII.

PRæterea locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:
2 *Præcipe filiis Iſrail, & dic eis: Feſta*
Dei, quæ oportet vt appelletis nominibus particu-
laribus, hæc ſunt feſta mea. 3 *Sex diebus facies opera,*
ra, & in die ſeptimo otium eſt, ſabbathum, & no-
men ſanctum, omne opus ne faciatis: hac ratione eſt
ſabbathum Deo in omnibus habitaculis veſtris.
4 *Et hi ſunt dies feſti Dei, quorum nomina præ-*
cipua ſunt, quos oportet vt nominetis peculiariter
temporibus ſuis.

23 وأي ثور * أو شاة عاسق * أو قليط * فاصنعه على جهة
التبرع * وعلى جهة النذر لا يرتضى * 24 والمرضوض * والمدقوق *
والمنصل * والمقطوع * فلا تقربوها لله * وفي بلدكم فلا تصنعوها *
ومن يد المرء لا تقبلوا * 25 قربان ربكم الدائم وفيه شيء
من هذه العيوب * لان فسادها معها * وهو العيب الذي هو فيها *
فلا يرتضى منكم * 26 ثم كلم الله موسى قائلا * 27 أي
عجل * أو حمل * أو جدي ولد * فليقم سبعة ايام مع امه * ومن اليوم
الثامن فصاعدا يرتضي ان يقرب قربانا لله * 28 والبقرة * والنعجة
لا تذبحوها وولدها في يوم واحد * 29 واذا ذبحتم ذبح شكر لله *
فعلى ما يرتضي منكم اذبحوه * 30 بان يكون يوكل في ذلك
اليوم فقط * ولا تبقوا منه الى الغداة * انا الله امرت بذلك *
31 فاحفظوا وصاياي * واعملوا بها * لاني الله اجازيكم خيرا *
32 ولا تبذلوا اسم قدسي * بل اتقدس فيما بين بني اسرايل * انني
الله مقدسكم * 33 المخرج لكم من ارض مصر لاكون لكم
الها * انا الله المعاقب * * الفصل الثالث والعشرون *
1 ثم كلم الله موسى قائلا * 2 مر بني اسرايل وقل لهم * اعياد
الله التي يجب ان تسموها باسماء خاصة * هذه هي اعيادي *
3 ستة ايام تصنع الصنائع * وفي اليوم السابع عطلة هي سبت
واسم مقدس * كل صناعة لا تعملوا * كذاك هي سبت لله في جميع
مساكنكم * 4 وهذه اعياد الله التي اسماوها خاصة * التي
يجب ان تسموها خاصة في اوقاتها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Bouem quidem & ouem membris excreſcentes, aut mutilos oblationem voluntariam facies, ſed in vo-
tum non acceptabuntur. 24 Compreſſum, & contuſum, & auulſum, & exectum non offeretis Domino,
neque in terra veſtra hæc facietis. 25 De manu quoque filij alienigenæ non offeretis panem Dei veſtri ex
omnibus iſtis: quoniam corruptiones ſunt in eis, macula in eis; non expiabunt vos.
26 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 27 Bos, aut agnus, aut capra, cum nati fuerint, erunt ſeptem die-
bus ſub matre ſua, atque à die octaua, & deinceps acceptabuntur in munus ſacrificiorum ignitorum Domino.
28 Neque bouem, neque ouem ipſos & fœtus eius immolabitis in vno die. 29 Cum etiam ſacrificabitis
ſacrificium laudis Domino, pro arbitrio veſtro ſacrificabitis illud. 30 In illo die comedetur, & nihil reli-
quum facietis ex eo vſque ad mane, ego Dominus. 31 Cuſtodietis igitur præcepta mea, & facietis ea.
32 Et non prophanabitis nomen ſanctitatis meæ, & ſanctificabor in medio filiorum Iſrael, ego Dominus
ſanctificans eos. 33 Eduxi vos de terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum, ego Dominus.

CAPVT XXIII.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: Solemnitates Domini
quas vocabitis conuocationes ſanctas, iſtæ ſunt ſolemnitates meæ.
3 Sex diebus fiet opus, & die ſeptimo Sabbatum erit quietis, conuocatio ſancta: nullum opus facietis, Sab-
batum erit Domino in omnibus habitationibus veſtris. 4 Iſtæ autem ſunt ſolemnitates Domini, conuoca-
tiones ſanctæ quas conuocabitis in tempore ſuo.

[illegible]

De Paſchate.

5 Menſe primo, quartadecima menſis, inter
veſperas Paſcha eſt Domino. 6 Et quintade-
cima huius eiuſdem menſis feſtum azymorum
eſt Domino, ſeptem diebus azyma comedetis.
7 Dies primus, celebris & ſanctus erit vobis,
& vllum opus ſeruitutis ne feceritis. 8 Et offer-
te munera Domino ſeptem diebus: & dies ſe-
ptimus erit celebris ac ſanctus, & quodcunque
opus ſeruile ne feceritis.

De manipulo meſſis.

9 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 10 Loquere cum filiis Iſrael, & dic
eis, Quum ingreſſi fueritis terram quam datu-
rus ſum vobis, & meſſueritis meſſem eius, affer-
te manipulum initij meſſis veſtræ ſacerdoti:
11 Qui ſeparabit manipulum coram Domino
in beneplacitum, & poſt diem alterum ſepara-
bit eum ſacerdos. 12 Facietis etiam in die quo
ſeparabitis manipulũ, agnum anniculũ in quo
nulla ſit macula, holocauſtum pacificum Dño.
13 Eiuſque munus erit de duarũ decimarum de
duobus modijs ſimilaginis ſubactæ oleo, mu-
nus *inquam* Domino in odorem ſuffitus: eius
verò libamen, vinum erit, quarta pars heminæ.
14 Et panem, necnon placentas frixas, atque
ſpicas toſtas ne comedatis vſque ad diem quo
attuleritis oblationem Deo veſtro: lege perpe-
tua ad poſteritates veſtras in cunctis habitatio-
nibus veſtris. 15 Numerate autem vobis à die
poſtero illi diei quo offeretis manipulum ſepa-
tionis, ſex hebdomades, *quæ quidem* integræ
erunt vobis. 16 Vſque ad mediam hebdoma-
dem ſeptimam numerate quinquaginta dies &
offerte farinam, de noua, Domino. 17 Ex habi-
tationibus veſtris afferte panem ſeparationis:
duæ placentæ ex duabus decimis ſimilaginis
erunt, & fermentatæ coquentur primitiæ Dño.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *In menſe primo, in die quartadecima ipſius, inter vtrumque occaſum, eſt Paſcha Deo.*
6 *Et in die quintadecima huius menſis ſolennitas eſt Azymorum Deo. Septem diebus oportet vt comedatis azyma.*
7 *Et in prima die ex ipſis, nomen ſanctum erit vobis, & omne opus lucri ne faciatis.*
8 *Et offerte ſacrificia Deo in his ſeptem diebus, & dies ſeptimus eſt nomen ſanctum, & omne opus lucri ne faciatis.*
9 *Loquutus eſt quoque Deus cum Muſa, dicens:*
10 *Manda filijs Iſrail, & dicito illis. Cum ingrediemini ad regionem quam ego daturus ſum vobis, metite ex ſegete eius, & afferte manipulum primæ meſſis veſtræ ad ſacerdotem.*
11 *Mouebitque illum coram Deo modo quo acceptetur à vobis: & ſit motio ipſius in craſtina die otij.*
12 *Et offerte in die qua mouebitis eum, agnum integrum filium anni ſui, in holocauſtum Deo:*
13 *Et cum eo, ex frumento duas decimas ſimilæ ſubactæ oleo in ſacrificium acceptabile placabile Deo: & temperamentum eius ex vino, quartam partem heminæ.*
14 *Panem verò, & ordeum torrefactum, & frumentum perfricatum, ne comedatis vſque ad illum ipſum diem, donec afferatis oblationem Domini veſtri: Præceptum ſempiternum in ſeriem generationum veſtrarum in omnibus habitationibus veſtris.*
15 *Et numerate à craſtino otij, à die qua afferetis manipulum motionis, ſeptem hebdomadas, quæ integræ erunt.*
16 *Et ad craſtinum ſabbathi ſeptimi, fiet omne quod numerabitis quinquaginta dies. Et offerte oblationem nouam Deo.*
17 *Afferentes de domiciliis veſtris panem ad motionem, panes duos de duabus decimis, qui ex ſimila erunt, & fermentati coquentur, eruntque primitiæ Deo.*

5 في الشهر الاول * في اليوم الرابع عشر منه * بين العروبين فصح
لله * 6 وفي اليوم الخامس عشر من هذا الشهر حج الفطير
لله * سبعة ايام يجب ان تاكلوا فطيرا * 7 وفي اليوم الاول
منها اسم مقدس يكون لكم * وكل صناعة مكسب لا تصنعوا *
8 وقربوا قرابين لله في هذه السبعة الايام * واليوم السابع اسم
مقدس * وكل صناعة مكسب لا تصنعوا *
9 ثم كلم الله موسى قايلا * 10 مر بني اسرايل وقل لهم *
اذا تدخلون الى البلد الذي انا معطيكم * فاحصدوا من
زرعها * واتوا بعمر اول حصادكم الى الامام * 11 فيحركه
بين يدي الله على ما يرضي منكم * وليكن تحريكه
له في غد العطلة * 12 وقربوا في يوم تحريككم له حملا
صحيحا ابن سنة صعيدة لله * 13 ومعه من البر عشران من
سميذ ملتوت بدهن * قربانا مقبولا مرضيا لله * ومزاجه من الخمر ربع
قسط * 14 وخبزا وسويقا وفريكا لا تاكلوا الى ذات ذلك اليوم *
الى ان تاتوا بقربان ربكم * رسم الدهر على مر اجيالكم في
جميع مساكنكم * 15 واحصوا من غد العطلة من يوم
جيتكم بعمر التحريك سبعة اسابيع تامة تكون *
16 والى غد السبت السابعة فيصير جميع ما تحصونه خمسين
يوما * وقربوا قربانا جديدا لله * 17 بان تاتوا من مساكنكم
بخبز للتحريك * رغيفين من عشرين * سميذا يكونان * وخميرا
يخبزان * هما بكورا لله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 In menſe primo, decima quarta die menſis inter duas veſperas Paſcha erit Domino. 6 Et decima quinta
die menſis iſtius feſtum erit azymorum Domino: ſeptem diebus azyma comedetis. 7 Die primo conuocatio
ſancta erit vobis; nullum opus ſeruile facietis. 8 Sed offeretis ſacrificia ignita Domino ſeptem diebus, &
die ſeptimo conuocatio erit ſancta; nullum opus ſeruile facietis.
9 Locutuſque eſt Dominus Moſi dicens. 10 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: Cum ingreſſi fueritis in
terram quam ego dedi vobis, & meſſueritis meſſem eius, tum adducetis manipulum primitias meſſis veſtræ ad
Sacerdotem. 11 Et ventilabit manipulum coram Domino, vt ſit acceptabile pro vobis: à craſtina Sabbati
ventilabit illum Sacerdos. 12 Facietis quoque eo die quo ventilabitis manipulum, agnum immaculatum
anniculum in holocauſtum Domino. 13 Et oblationem eius, duas decimas ſimilæ conſperſæ oleo; ſacrificium ignitum eſt Domino, odor ſuauitatis; libamen autem eius vini quartam partem Hin.
14 Panem verò, & toſtam ſpicam, & teneram non comedetis vſque ad illum ipſum diem, quo obtuleritis
munus Dei veſtri. Præceptum eſt æternum in generationibus veſtris, in omnibus habitationibus veſtris.
15 Poſtea numerabitis vobis à craſtina Sabbati, à die quo obtuleritis manipulum ventilationis, ſeptem Sabbata integra erunt. 16 Vſque ad craſtinum Sabbati ſeptimi numerabitis quinquaginta dies, vt offeratis
oblationem nouam Domino. 17 De habitationibus veſtris adducetis panem ventilationis; duo panes
duabus decimis ſimilæ erunt: fermento coquentur, primitiæ Domino.

[illegible]

18 Et offerte præter panem, ſeptem agnos an-
niculos in quibus nullum ſit vitium, & iuuen-
cum vnum bouinum, duoſque arietes: erunt
ij holocauſtum pacificum Dño, ſimilago verò
eorum, & libatio eorum *erit* oblatio in odorem
ſuaueolentiæ Dño. 19 Facite quoque hircum
vnum caprarum pro peccatis, & duos agnos an-
niculos pro ſacrificio pacifico. 20 Et ſeparabit
eos ſacerdos præter panem primitiarum, ſepara-
tionem coram Domino, ſupra duos agnos: ſacra
erunt coram Dño pro ſacerdote. 21 Et vocate
diem iſtum Celebrem & ſanctum, & vllum opus
ſeruile ne faciatis. Lege ſempiterna in genera-
tiones veſtras, in cunctis habitationibus veſtris.
22 Cúmque meſſueritis meſſem frugum veſtra-
rum, ne perfectè ſecetis margines agrorum ve-
ſtrorum in meſſe veſtra, & ſpicilegium meſſis
veſtræ ne colligatis: ſed pauperibus, & iis qui
conuertuntur ad me relinquite ea: ego ſum Do-
minus Deus veſter.

De memoria clangoris.

23 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 24 Loquere cum filiis Iſrael, &
dic eis, In primo menſis, menſis *inquam* ſeptimi
erit vobis quies, & memoria clangoris. Celebris
ac ſanctus *dies* erit vobis:
25 Et vllum opus ſeruile ne feceritis: & offer-
te ſacrificium Domino.

De indulgentia.

26 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum, Loquere cum filiis Iſrael, &
dic eis: 27 In decimo menſis huius ſeptimi,
dies eſt indulgentiæ: celebris ac ſanctus erit vo-
bis: & humiliate animas veſtras: & offerte ſa-
crificia Domino. 28 Et vllum opus ne feceritis
in hoc eodem die, quia dies eſt indulgentiæ ad
indulgentiam impetrandam pro vobis apud
Dominum Deum veſtrum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

18 *Et offerte cum duobus panibus ſeptem agnos
integros, filios vnius anni: & taurum de bobus,
& arietem, qui ambo erunt holocauſtum Deo:
& triticum vtriuſque, atque temperamentum
vtriuſque, ſacrificium acceptum, placabile apud
Deum.*
19 *Et offerte quoque hædum de capris in ex-
piationem, & duos agnos filios vnius anni in
hoſtiam pacis.*
20 *Mouebitque ex ipſis ſacerdos quod conue-
niet, vnà cum duobus panibus primitiarum,
motione coram Deo: ſitque pro duobus agnis, & ſit
ſacrum Deo, deturque ſacerdoti.*
21 *Et vocate eundem illum diem nomine ſancto,
quod erit vobis. & omne opus lucri ne faciatis.
ſtatutum ſæculi in omnibus habitaculis veſtris, in
decurſum generationum veſtrarum.*
22 *Cùmque meſſueritis ſegetem terrarum veſtra-
rum, ne exactè perquiras extremitatem ruris
tui in meſſe tua: & decidua ſeminis tui ne
colligas: imbecilli atque peregrino omitte ambo.
Ego Deus Dominus veſter retribuam vobis bo-
num.* 23 *Item allocutus eſt Deus Muſam, di-
cens:* 24 *Manda filiis Iſrail, & dic illis: In
prima die menſis ſeptimi erit vobis otium, &
clangor tubæ reſonans, & nomen ſanctum.*
25 *Et omne opus lucri ne faciatis, & offerte ſa-
crificium Deo.*
26 *Locutus eſt etiam Deus ad Muſam lo-
cutionem.*
27 *At verò decimus huius menſis ſeptimi eſt
dies remiſſionis: nomen ſanctum erit vobis: & af-
fligite fame animas veſtras, & ſacrificate ſacrifi-
cium, ſuperrogationem Deo.*
28 *Et omne opus ne faciatis in hac ipſa die, quia
eſt dies remiſſionis vobis in quo venia poſtulabitur
pro vobis coram Deo, Deo veſtro.*

18 وقربوا مع الرغيفين سبعة حملان صحاح بني سنة * وثورا من
البقر * وكبشا يكونان صعدة لله * وبرهما ومزاجهما قربانا مقبولا
مرضيا عند الله * 19 وقربوا ايضا عتودا من الماعز للذكاة *
وحملين ابني سنة لذبح السلامة * 20 فيحرك منهما ما يجب
الامام مع رغيفي البكور تحريكا بين يدي الله * وليكن عن
الحملين * وليكن قدسا لله يدفع الي الامام * 21 وسموا ذات
ذلك اليوم اسما مقدسا يكون لكم * وكل صنعة مكسب لا
تصنعوا * رسم الدهر في جميع مساكنكم على مر اجيالكم *
22 واذا حصدتم زرع ارضكم * فلا تستقص جهة صيعتك
في حصادك * ونثر زرعك فلا تلقطه * للضعيف والغريب اتركهما *
انا الله ربكم اجازيكم خيرا *
23 ثم كلم الله موسى قايلا *
24 مر بني اسرايل وقل لهم * في اليوم الاول من الشهر السابع
يكون لكم عطلة * وتبويق جلبة * واسم مقدس *
25 وكل صناعة مكسب لا تعملوا * وقربوا قربانا لله *
26 ثم كلم الله موسى تكليما *
27 اما العاشر من هذا الشهر السابع فهو يوم الغفران * اسما
مقدسا يكون لكم * واجيعوا انفسكم * وقربوا قربانا زيادة
لله *
28 وكل عمل لا تعملوا في ذات هذا اليوم * لانه يوم غفران لكم *
يستغفر فيه عنكم بين يدي الله الاهكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Et offeretis cum pane ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum filium bouis vnum, arietes etiam
duos immaculatos, erunt holocauſtum Domino; oblatio inſuper eorum, & libamina eorum ſacrificium erunt
ignitum, odoris ſuauitatis Domino. 19 Facietis quoque hircum caprarum vnum pro peccato, & duos agnos
anniculos in ſacrificium pacificorum. 20 Et ventilabit ſacerdos ea cum pane primitiarum ventilatione
coram Domino cum duobus agnis; ſanctitas erunt Domino pro ſacerdote.
21 Et conuocabitis in illo ipſo die, conuocatio ſancta erit vobis; nullum opus ſeruile facietis. Præceptum eſt
æternum in omnibus habitationibus veſtris ad generationes veſtras.
22 Cum verò meſſueritis meſſem terræ veſtræ non conſummabis angulum agri tui metendo, neque ſpi-
cilegium meſſis tuæ colliges: pauperi & aduenæ relinques ea, ego Dominus Deus tuus.
23 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 24 Loquere filiis Iſrael dicens; menſe ſeptimo, in prima menſis
erit vobis requies, memoriale clangoris, conuocatio ſancta.
25 Nullum opus ſeruile facietis, ſed offeretis ſacrificia ignita Domino. 26 Inſuper locutus eſt Dominus
Moſi dicens. 27 Præterea decima menſis ſeptimi iſtius dies expiationum erit: conuocatio ſancta erit
vobis, & affligetis animas veſtras, & offeretis ſacrificia ignita Domino.
28 Nullumque opus facietis in illo ipſo die; quia dies expiationum eſt ad expiandum vos coram Domino
Deo veſtro.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

29 Nam omnis anima quæ ſeſe non humilia-
uerit in hoc eodem die, peribit à populo ſuo.
30 Et omnis anima quæ fecerit quodlibet
opus in hoc eodem die, peribit anima illa de
medio populi ſui. 31 Omne igitur opus ne fe-
ceritis: lex eſto perpetua in generationes ve-
ſtras, in cunctis habitationibus veſtris.
32 Sabbathum ſabbathorum eſt vobis, & hu-
miliate animas veſtras. Nona die menſis, in ve-
ſpera, inter veſperas, à veſpera vſque ad veſpe-
ram ſabbathizate ſabbatha veſtra.

De feſto Tabernaculorum.

33 Præterea locutus eſt Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 34 Loquere cum filiis
Iſrael, & dic eis, In quintadecima menſis huius
ſeptimi celebrate feſtum tabernaculorum ſe-
ptem diebus coram Domino.
35 Dies primus, celebris ac ſanctus erit vobis,
& omne opus ſeruile ne feceritis
36 Septem diebus. Et offerte ſacrificium Do-
mino. Et dies octauus, celebris ac ſanctus erit
vobis: & offerte ſacrificium Domino: & con-
gregamini, & vllum opus ſeruile ne feceritis.
37 Hæc ſunt feſta Domini quæ vocabitis ſo-
lennia & ſancta, & in quibus offeretis ſacrifi-
cia Domino, holocauſta pacifica, & farinam, &
libamen, & victimas pro iure debito cuicun-
que diei. 38 Præter ſabbatha Domini, &
præter oblationes veſtras, & præter dona ve-
ſtra, & præter omnia vota veſtra, ac præter
omnem ſeparationem veſtram quam tribuitis
Domino. 39 Veruntamen in quintodecimo
menſis ſeptimi, quando colligetis prouentus
terræ, celebrate diem feſtum Domino ſeptem
diebus. Primo die erit otium, & die octauo re-
quies. 40 Capite vobis in die primo fructus
arborum pulchrarum, poma aurea, & medul-
las palmarum, & myrtum, & ſalices.

VERSIO SAMARITANA.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

29 *Et omnis homo puber qui non ieiunabit in hac ipſamet die, abſcindetur à gente ſua.*
30 *Et omnis homo qui fecerit aliquod opus in hac eadem die, perdam hunc hominem de medio populi ſui.* 31 *Itaque vllum ex operibus ne faciatis, præcepto ſæculi ad generationes veſtras, in omnibus habitaculis veſtris.* 32 *Eſt otium ſabbathi vobis: & affligite fame voſmetipſos à veſpera noni diei menſis vſque ad veſperam ſubſequentem, & otiamini otium veſtrum.* 33 *Etiam allocutus eſt Deus Muſam his verbis:*
34 *Præcipe filiis Iſrail, & dic eis: A die quintadecima huius menſis ſeptimi, ſolennitas eſt Tabernaculorum ſeptem diebus Domino.*
35 *In die prima nomen ſanctum eſt: omne opus lucri ne faciatis.*
36 *Et in his ſeptem diebus offeretis ſacrificium Deo: & in die octaua nomen ſanctum erit vobis. & offerte ſacrificium, ſuperrogationem Deo: & manete in ſanctuario eius: & omne opus lucri ne faciatis.* 37 *Hi ſunt dies feſti Dei, quos oportet vt nominetis nominibus peculiaribus, & offeratis in ipſis ſacrificia Deo ex holocauſtis, & victimis, & frumento, & temperamento vini, debito* ſcilicet *ſingulorum dierum.*
38 *Præter ſabbatha Dei, & præter dona veſtra, & vota veſtra, & ſpontaneas conceſſiones veſtras, quas facietis Deo.*
39 *At verò in die decimaquinta menſis ſeptimi, tempore quo colligetis annonam terræ, celebrate ſolennitatem Deo ſeptem diebus. Et in die prima ex ipſis erit otium, & in die octaua otium.*
40 *Et ſumite vobis in die prima de fructibus arborum malorum aureorum, & de medulla palmarum, & de ramis ligni textili artificio conſertis, & de populo fluuiali: & lætamini in ipſa coram Deo Domino veſtro ſeptem diebus.*

29 وكل انسان بالغ لا يصوم في ذات هذا اليوم * فيقطع من قومه *
30 وكل انسان يصنع شيئا من العمل في ذات هذا اليوم * ابيد ذلك
الانسان من بين قومه * 31 كذلك شيئا من الصنايع لا تعملوا * رسم
الدهر لاجيالكم في جميع مساكنكم * 32 هي عطلة سبت لكم *
ولتجوعوا انفسكم من عشية التسعة في الشهر الى العشاء التالي
له * وتعطلوا عطلتكم * 33 ثم كلم الله موسى تكليما * 34 مر
بني اسرايل وقل لهم * من اليوم الخامس عشر من هذا الشهر السابع
حج المظال سبعة ايام لله * 35 في اليوم الاول اسم مقدس * كل صنعة
مكسب لا تعملوا * 39 وفي هذه السبعة الايام تقربوا قربانا لله *
وفي اليوم الثامن اسم مقدس يكون لكم * وقربوا قربانا زيادة لله *
وامكثوا في قدسه * وكل صناعة مكسب لا تعملوا * 37 هذه
اعياد الله التي تجب ان تسموها باسماء خاصة * وتقربوا فيها قرابين
لله * من صاعدة وذبح وبر ومزاج واجب كل يوم في يومه *
38 ما خلا سبوت الله * وما خلا عطاياكم ونذوركم وتبرعكم
التي تجعلونها لله * 39 واما في اليوم الخامس عشر من الشهر
السابع في اوان جمعكم غلة الارض فلتحجوا حجا لله سبعة
ايام * وفي اليوم الاول منها عطلة * وفي اليوم الثامن عطلة *
40 وخذوا لكم في اليوم الاول من ثمر شجر الاترج * ومن
لب النخل * ومن اغصان عود على صنعة الضفر * ومن
غرب الوادي * وافرحوا به بين يدي الله ربكم سبعة
ايام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

29 Quare omnis anima quæ non fuerit afflicta in illo ipſo die exterminabitur de populis ſuis. 30 Omnis quoque anima quæ fecerit quodlibet opus in illo ipſo die, & perdam animam illam de medio populorum ſuorum. 31 Nullum opus facietis: præceptum eſt æternum ad omnes generationes veſtras in omnibus habitationibus veſtris. 32 Sabbatum quietis erit vobis, vt affligatis animas veſtras in nona menſis ad veſperam: à veſpera ad veſperam celebrabitis Sabbatum veſtrum. 33 Locutus eſt adhuc Dominus Moſi dicens.
34 Loquere filiis Iſrael dicens: decimo quinto die menſis ſeptimi huius, feſtum erit tabernaculorum ſeptem diebus Domino. 35 Die primo conuocatio erit ſancta; nullum opus ſeruile facietis.
36 Septem diebus offeretis ſacrificia ignita Domino, die etiam octaua conuocatio ſancta erit vobis, vt offeratis ſacrificia ignita Domino: feſtum hoc eſt interdictionis, ideo nullum opus ſeruile facietis.
37 Iſtæ ſunt ſolemnitates Domini quibus conuocabitis conuocationes ſanctas ad offerendum ſacrificia ignita Domino, holocauſtum, oblationem ſimilæ, ſacrificium, & libamina iuxta ritum vniuſcuiuſque diei.
38 Præter Sabbata Domini, & præter omnia munera veſtra, & præter vota veſtra, & præter ſpontaneas veſtras oblationes quas dabitis Domino. 39 Præterea decimo quinto die menſis ſeptimi, cum collegeritis prouentum terræ, celebrabitis feſtum Domino ſeptem diebus, die primo requies erit, & die octauo requies.
40 Sumetis autem vobis die primo fructum arboris ſpecioſum, ſpatulas palmarum, & ramos ligni plectilis, & ſalices torrentis: & lætabimini coram Domino Deo veſtro ſeptem diebus.

41 [illegible]

42 [illegible] 43 [illegible]

44 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

41 Et lætamini coram Domino Deo veſtro
ſeptem diebus ô cuncti Iſraelitæ, & celebrate
diem hunc feſtum Domino, ſeptem diebus in
anno, lege ſempiterna in generationes veſtras:
menſe ſeptimo celebrate eum.
42 In tabernaculis manete ſeptem diebus:
omnes Iſraelitæ maneant in tabernaculis:
43 Vt ſciant poſteri veſtri quòd in taberna-
culis manere fecerim filios Iſrael poſtquam
eduxi eos è terra Ægypti: ego ſum Dominus
Deus veſter. 44 Retulit ergo Moſes filiis
Iſrael feſta Domini.

CAPVT XXIV.

De Lucerna.

Locutuſque eſt Dominus cum Moſe, &
dixit ad eum: 2 Præcipe filiis Iſrael,
afferantque tibi oleum oleæ purum expreſſum,
ad accendendas lucernas iugiter 3 Extra ve-
lum ianuæ teſtimonij in tabernaculo tempo-
ris. Sitque diſponens eas Aharon à veſpera
vſque ad matutinum coram Domino iugiter,
lege perpetua in poſteritates veſtras.
4 Super candelabro magno diſponet lucer-
nas coram Domino iugiter.
5 Accipe quòque ſimilaginem, & pinle duo-
decim placentas, è duobus decimis erit placen-
ta vna. 6 Et diſpone eas in duos ordines, ſe-
nas in *quolibet* ordine, ſuper menſa pura coram
Domino ſemper, lege perpetua in poſteritates
veſtras. 7 Et pone ſuper ordines thus purum
coram Domino: ſiitque pro pane, monimen-
to, atque ſacrificio Domino. 8 In die ſexto
diſponet eas Aharon coram Domino iugi-
ter, ex dono filiorum Iſrael. Statuto ſempi-
terno 9 Pertinebit ad Aharonem & filios
eius, comedentque illum in loco ſancto,
quoniam ſanctum ſanctorum eſt ipſi de obla-
tionibus Domini, lege ſempiterna.

VERSIO SAMARITANA.

41 [illegible]
42 [illegible] 43 [illegible]
44 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

41 [illegible]
42 [illegible] 43 [illegible]
44 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

41 *Et celebrate hoc ſolennitatem Deo ſeptem
diebus in anno, hoc modo: præcepto ſæculi in ſeriem
generationum veſtrarum.* 42 *In menſe ſeptimo
celebrabitis eam, & ſedete in tabernaculis ſeptem
diebus ad opus meum. Et omnis indigena ex filiis
Iſrail ſedeat in tabernaculis.*
43 *Vt ſciant generationes veſtræ quòd ego Deus
Dominus veſter ſedere fecerim filios Iſrail in vm-
bra nubium mearum quando eduxi eos è terra
Ægypti.*
44 *Sermonem fecit ergo Muſa ad filios Iſrail de
diebus feſtis Dei.*

CAPVT XXIV.

ITem locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:
2 *Manda filiis Iſrail vt afferant tibi oleum
oliuæ purum ex attrito, ad accendendum: vt apten-
tur ipſo lucernæ ſemper.* 3 *Extra velum teſti-
monij, in tabernaculo præſentiæ, diſponet id Harō
à nocte ad matutinum in conſpectu Dei ſemper,
ſtatuto ſæculi ad decurſum generationum veſtra-
rum.* 4 *Et ſuper candelabrum mundum diſpo-
net eas ante Deum ſemper.*
5 *Et accipe ſimilam, & confice ex ea duodecim
panes: ſit autem quilibet panis ex duabus de-
cimis.* 6 *Et pone eos in duos ordines: in
quolibet ordine ſex, diſpoſitos ſuper menſa munda
in conſpectu Dei:* 7 *Et pone ſuper ordinatos*
panes *thus ſuauiſſimum, ſitque ſuper panem in
odorem oblatum Deo.*
8 *Et in omni die ſabbathi ordinabis eos coram
Deo ſemper à filiis Iſrail, fœdere ſempiterno.*
9 *Deinde tolletur pro Harone & filiis eius, vt
comedant illum in loco ſancto, quia ipſorum eſt ex
præcipuis ſacris de ſacrificio Dei, ſtatuto ſem-
piterno.*

41 وحجوا ذلك حجا لله سبعة ايام في السنة كذاك * رسم الدهر
على مر اجيالكم * 42 في الشهر السابع تحجونه واجلسوا في
المظال سبعة ايام لامري * وكل صريحي من بني اسرايل فليجلسوا
في المظال * 43 لكي يعلم اجيالكم اني انا الله ربكم اجلست
بني اسرايل في ظلال من غمامي حين اخرجتهم من ارض مصر *
44 فخاطب موسى بني اسرايل باعياد الله *

* الفصل الرابع والعشرون *

1 ثم كلم الله موسى قايلا * 2 اوص بني اسرايل ان ياتوك
بدهن زيتون صاف من المدقوق للاضاءة يسرج به السرج دايما *
3 خارج سجف الشهادة في خباء المحضر ينضده هرون من
الليل الى الصبح بين يدي الله دايما * رسم الدهر على مر
اجيالكم * 4 وعلى المنارة الطاهرة ينضدها بين يدي الله
دايما * 5 وخذ سميذا واخبز اثني عشر جردقة * ولتكن
كل جردقة من عشرين * 6 وصيرها في صفين * في كل صف
ست منضدة على المايدة الطاهرة بين يدي الله *
7 واجعل على المصفوفة لبانا ذكيا * وليكن على الخبز
فوحا مقربا لله *
8 وفي كل يوم سبت تصفه بين يدي الله دايما من عند بني
اسرايل * عهد الدهر * 9 ثم يرفع لهرون وبنيه لياكلوه في
موضع مقدس * لانه لهم من خواص الاقداس من قربان الله *
رسم الدهر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

41 Celebrabitis autem illud feſtum Domino ſeptem diebus quotannis. Præceptum eſt æternum in genera-
tionibus veſtris, menſe ſeptimo celebrabitis illud. 42 In tabernaculis habitabitis ſeptem diebus; omnis in-
digena in Iſrael habitabit in tabernaculis. 43 Vt ſciant generationes veſtræ quod in tabernaculis habitare
feci filios Iſrael cum eduxi eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus veſter.
44 Et edixit Moſes ſolemnitates Domini filiis Iſrael.

CAPVT XXIV.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Præcipe filiis Iſrael vt accipiant ſibi oleum, oliuæ purum con-
tuſum pro luminari, ad accendendas lucernas iugiter. 3 Extra velum teſtimonij in tabernaculo fœ-
deris diſponet illud Aaron, & filij eius à veſpera vſque ad mane coram Domino iugiter. Præceptum eſt æter-
num in generationibus veſtris. 4 Super candelabrum mundum diſponet lucernas coram Domino vſque
mane. 5 Sumes quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim placentas; duæ decimæ erunt in placenta vna.
6 Et pones eas per duos ordines: ſex in ordine ſuper menſam mundam coram Domino.
7 Poneſque ſuper ordinem illum thus purum, eritque pro pane in memoriale ſacrificiorum ignitorum Do-
mino. 8 Vnoquoque die Sabbati diſponet illum coram Domino iugiter: cum filiis Iſrael fœdus eſt ſempi-
ternum. 9 Pertinebit autem ad Aaronem, & ad filios eius, & comedent eum in loco ſancto, quoniam ſan-
ctitas ſanctitatum eſt ei ex ſacrificiis ignitis Domini; præceptum eſt æternum.

[illegible]

Crimen peccatorum. & blaſphemia filij cuiuſdam Iſraelitica : & quomodo lata fuit in eum ſententia mortis.

10 Egreſſus eſt autem filius mulieris Iſraeliti-
dis (atque hic filius hominis erat *Ægyptij*) in
mediũ filiorum Iſrael: iurgatique ſunt in caſtris
filius Iſraelitidis,& quidam Iſraelita. 11 Et ex-
primens filius Iſraelitidis Nomen , blaſphema-
uit. Adduxerunt ergo eum ad Moſen (nomen
autem matris eius erat Selomith, filia Debri de
tribu Dan) 12 Et clauſerunt eum in cuſtodia,
vt explicaretur eis *ſententia* ab ore Domini.
13 Igitur locutus eſt Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum : 14 Educite eum qui bla-
ſphemauit extra caſtra , & omnes quotquot
audierunt eum , ponant manus ſuas ſuper ca-
put eius , & lapidibus obruant eum. 15 Et
cũ filiis Iſrael loquere,& dicito eis, Quicunque
homo cùm blaſphemauerit Deum ſuũ, recipiet
peccatum ſuum. 16 Et quicunque expreſſerit
nomen Domini , occidendo occidatur , &
lapidando labidabunt eum vniuerſus cœtus.
Tam is qui conuertetur ad me , quàm filius
Iſrael, cùm expreſſerit nomen meum , inter-
ficietur. 17 Et ſi quis occiderit quamcunque
animam hominis, occidendo occidatur. 18 Et
qui interficerit animam iumenti, reſtituat ani-
mam pro anima. 19 Et ſi quis inferat vitium in
proximum ſuum, quale intulit vitium in proxi-
mum ſuum, tale inferatur in eum. 20 Fractu-
ram pro fractura, oculum pro oculo, dentem
pro dente : quale intulit vitium proximo ſuo,
tale inferatur ei. 21 Et qui occiderit iumen-
tum, reddat ipſum. Et qui occiderit animam,
occidatur. 22 Iudicium idem ſit vobis :
tam erga eum qui conuertitur ad me, quàm
erga filium Iſrael, pari ratione fiat : ego ſum
Dominus Deus veſter.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

10 *Cumque ſurrexiſſet filius mulieris cuiuſdam Iſraelitidis, ipſeque filius viri Ægyptij inter filios Iſrail, iurgatus eſt in caſtris iſte filius Iſraelitidis cum viro Iſraelita.*
11 *Et conuiciatus eſt filius Iſraelitidis Nomen, & blaſphemauit illud, adduxeruntque eum ad Muſam: eratque nomen matris eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.*
12 *Et poſuerunt eum in carcere, vt appareret ipſis cauſa illius à Domino.*
13 *Tum loquutus eſt Deus cum Muſa, dicens.*
14 *Educ blaſphemum extra caſtra, & imponant omnes qui audierunt eum, manus ſuas ſuper caput eius, & lapident eum omnes homines præſentes.*
15 *Et præcipe filiis Iſrail, & dicito illis: Quicumque blaſphemauerit Dominum ſuum, iam portauit iniquitatem maximam.*
16 *Et qui blaſphemauerit illum hoc pacto, occiſione occidatur, lapidentque eum omnes homines præſentes lapidatione. Aduena ac indigena pariter, vteruis eorum blaſphemauerit Nomen, occidatur.*
17 *Et quicunque interfecerit aliquem ex animabus hominum, occidatur occiſione.*
18 *Et qui interfecerit iumentum, tradat ſimile illi, caput pro capite.*
19 *Et quicunque fecerit vitium in aliquo ex gente ſua, fiat in ipſo ſicuti fecit.*
20 *Pro fractura, fractura: & pro oculo, alter: & pro dente, alter. Prout fecerit vitium in aliquo, ſic fiet in ipſo ad modum illius.*
21 *Et qui percuſſerit iumentum, & mortuum fuerit, teneatur ad illud. Et qui percuſſerit hominem, ac mortuus fuerit, interficiatur.*
22 *Et ſit vobis iudicium vnum, in quo æquabitur peregrinus & indigena, quia ego ſum Deus Dominus veſter vnus.*

10 ولما قام ابن امراة اسرايلية * وهو ابن رجل مصري فيما
بين بني اسرايل * تناصى في المعسكر هذا ابن الاسرايلية والرجل
الاسرايلي * 11 وسب ابن الاسرايلية الاسم وشتمه * فاتوا به الي
موسي * وكان اسم امه شلوميت ابنة دبري من سبط دان *
12 فوضعوه في الحبس ليتبين لهم امر عن فم الله *
13 ثم كلم الله موسي قايلا *
14 اخرج الشاتم الي خارج المعسكر * وليسند كل من سمعه
ايديهم علي راسه * وليرجمه جميع اهل المحضر *
15 ومر بني اسرايل وقل لهم * اي انسان شتم ربه فقد حمل
وزرا عظيما * 16 ومن سبه كذاك فليقتل قتلا * وليرجمه جميع
اهل المحضر رجما * الغريب كالصريح سواء ايهما سب الاسم
فليقتل * 17 واي انسان قتل احدا من نفوس الناس * فليقتل
قتلا * 18 ومن قتل بهيمة * فليسلم مثلها راسا بدل راس *
19 واي انسان جعل عيبا في احد من امته * فليصنع به كما
صنع *
20 للكسر بدل الكسر * وللعين بدلها * وللسن بدلها * كما يجعل
عيبا في انسان * كذاك يجعل فيه عليه *
21 ومن ضرب بهيمة * فماتت * فليغرم ومن ضرب انسانا فمات *
فليقتل *
22 وليكن لكم حكم واحد يتساوى فيه الدخيل
والصريح * لاني انا الله ربكم الواحد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Et egreſſus eſt filius mulieris Iſraelitidis, ipſe autem erat filius hominis Ægyptij, in medium filiorum Iſrael, & rixati ſunt in caſtris filius Iſraelitidis, & vir Iſraelita.
11 Sed filius mulieris Iſraelitidis execratus eſt nomen, & maledixit, & adduxerunt eum ad Moyſen: Nomen autem matris eius erat Salomith filia Dabri de tribu Dan:
12 Poſueruntque eum in cuſtodiam, vt iudicium eſſet ijs iuxta os Domini.
13 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
14 Educ maledicentem extra caſtra, ponantque omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius, lapidabuntque eum omnis Congregatio.
15 Filijs autem Iſrael loqueris dicens: Quicunque maledixerit Deo portabit peccatum ſuum.
16 Execranſque nomen Domini morte morietur; lapidando lapidabit eum omnis Congregatio; tam aduena quam indigena cum execratus fuerit nomen, morietur.
18 Sed qui percuſſerit animam beſtiæ reſtituet eam, animam pro anima.
19 Cum etiam aliquis dederit maculam proximo ſuo, ſicut fecit, ſic fiet ei.
20 Fractio pro fractione, oculus pro oculo, dens pro dente, ſicut dedit maculam homini, ſic dabitur illi.
21 Et qui percuſſerit beſtiam reddet eam, ſed qui percuſſerit hominem, morietur.
22 Iudicium vnum erit vobis: ſicut aduenæ ſic erit indigenæ, quoniam ego Dominus Deus tuus.

23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

23 Retulit ergo Moſes ad filios Iſrael: & educentes eum qui blaſphemauerat, extra caſtra, obruerunt eum lapidibus, & mortuus eſt. Feceruntque filij Iſrael quemadmodum præcepit Dominus Moſi.

CAPVT XXV.

Lex qua indicitur *vt quieſcat terra ſeptimo quoque anno, cedatque in emolumentum pauperum. Et vt poſt annos quinquaginta retrocedat domino ſuo.*

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe
in monte Sinai, & dixit ad eum: 2 Loque-
re cum filiis Iſrael, & dic eis, Cùm ingreſſi fueri-
tis terram quam daturus ſum vobis hæredita-
tem, ſabbathizet terra ſabbathum Domino.
3 Sex annis ſeretis agros veſtros, & ſex annis
putabitis vineas veſtras, & ſex annis colligite
prouentus veſtros. 4 Annus verò ſeptimus
ſabbathum ſabbathorum ſit terræ, ſitque apud
vos ſabbathum Domino. agros veſtros non
ſeretis, & vineas veſtras non putabitis,
5 Et ſponte naſcens frumentum meſſis veſtræ
non metetis, & vuas palmitum veſtrorum non
colligetis: annus quietis ſit terræ.
6 Eritque vobis ſabbathum terræ in cibum,
vobis, & ſeruis veſtris, & ancillis veſtris, &
mercenariis veſtris, & peregrinis habitanti-
bus vobiſcum, 7 Et iumentis veſtris, & be-
ſtiæ quæ eſt in terris veſtris: erit inquam vo-
bis totus prouentus in cibum.
8 Et numerate vobis ſeptem annos hebdo-
madarios, *hoc eſt* ſeptem annos repetitos ſe-
ptem vicibus: eruntque vobis dies ſeptem
annorum hebdomadalium, quadraginta no-
uem anni. 9 Et clangite buccina ſonora in
decimo die menſis ſeptimi: in die indulgen-
tiæ clangite buccina in tota terra veſtra.

VERSIO SAMARITANA.

23 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

23 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

23 Locutuſque eſt ad Muſa hæc filios Iſrail: & eduxerunt blaſphemum extra caſtra, obrueruntque eum lapidibus, feceruntque quidquid delapſum eſt ad eos, quod ſcilicet præcepit Deus excelſus Muſæ.

CAPVT XXV.

LOcutus eſt quoque Deus cum Muſa in monte Sinain dicens: 2 Præcipe filiis Iſrail, & dicito illis: Quando ingrediemini in regionem, quam ego daturus ſum vobis, otiari facite terram otium Deo.

3 Et quidem ſex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & colliges fruges amborum.

4 Et in anno ſeptimo otium eſt, ſabbathum Deo: & non ſeres agrum tuum, nec putabis vineam tuam:

5 Et ſuccedaneum ſementis tuæ ne metas, & diſſitum ex vua tua ne colligas, quia eſt annus otij terræ.

6 Et quod pullulabit in terra otiante vobis, ſit cibus tibi, & ſeruo tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & hoſpiti tuo degentibus tecum.

7 Et iumentis tuis, & beſtiis quæ ſunt in terra tua, erunt omnes fruges eius in cibum.

8 Deinde numera ſeptem annos otij, atque eos quidem ſeptem annos ſepties: fietque ſumma eorum quadraginta nouem annorum.

9 Et clange tuba crepitante in die decima menſis ſeptimi, nempe die remiſſionis: clangite in ipſa tubis in tota regione veſtra.

23 فكلم موسى بذلك بني اسرايل * واخرجوا الشاتم الى خارج
المعسكر فرجموه بالحجارة * وصنعوا في ساير ما نزل عليهم * مما امر
الله تعالى به موسى *

* الفصل الخامس والعشرون *

1 ثم كلم الله موسى في طور سينين قايلا *
2 مر بني اسرايل وقل لهم * اذا تدخلون الى البلد الذي
انا معطيكم * فعطلوا الارض عطلة لله *
3 وليكن ست سنين تزرع ضيعتك * وست سنين تدق
كرمك * وتجمع غلاتهما *
4 وفي السنة السابعة عطلة هي سبت لله * ولا تزرع ضيعتك *
ولا تدق كرمك *
5 وخلف زرعك لا تحصده * والفارد من عنبك فلا تقطفه *
لانها سنة عطلة للارض *
6 وليكن ما ينبت في الارض المعطلة لكم * ماكلا لك ولعبدك *
ولامتك * ولاجيرك * وضيفك المقيمين معك *
7 ولبهايمك * وللوحش الذي في ارضك يكون جميع غلاتها
ماكلا *
8 ثم احص سبع سني عطلة * وذلك سبع سنين سبع مرات *
فيصير جملة ذلك تسعا واربعين سنة *
9 واضرب ببوق مجلب في اليوم العاشر من الشهر السابع * وهو
يوم الغفران * اضربوا فيه بالبوق في جميع بلدكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Locutus eſt autem Moſes filiis Iſrael, & eduxerunt maledicentem extra caſtra, & lapidauerunt eum lapide. feceruntque filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moſi.

CAPVT XXV.

POſthæc locutus eſt Dominus Moſi in monte Sinai dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: Cum
ingreſſi fueritis in terram quam ego dedi vobis, Sabbatizabit terra Domino.
3 Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis vindemiabis vineam tuam, & colliges prouentum eius.
4 Sed anno ſeptimo Sabbatum quietis erit terræ, Sabbatum Domino; agrum tuum non ſeminabis, & vineam
tuam non vindemiabis. 5 Sponte naſcentia meſſis tuæ non metes, & vuas ſanctificationis tuæ non amputabis: annus quietis erit terræ. 6 Eritque Sabbatum terræ vobis ad comedendum, tibi, & ſeruis tuis,
& ancillis tuis, & mercenariis, & inquilinis peregrinantibus tecum.
7 Et iumentis tuis, & feris quæ ſunt in terra tua: erit omnis prouentus eius in cibum.
8 Numerabis autem tibi ſeptem Sabbata annorum, ſeptem annos ſepties: Eruntque tibi dies ſeptem Sabbatorum annorum, quadraginta nouem anni.
9 Tunc tranſire facies tubam clangoris menſe ſeptimo, decima menſis; in die expiationum tranſire facietis tubam per omnem terram veſtram.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

10 Et ſanctificate annum illum, quinquageſi-
mum *videlicet* annum, & proclamate liberta-
tem in terra omnibus habitatoribus eius: & re-
uerſio ſit vobis, & redite quilibet ad hæredita-
tem ſuam, & vnuſquiſque ad familiam ſuã. 11 Et
reuerſio in anno quinquageſimo erit vobis: non
ſeretis terrã veſtram, neque metetis ſponte na-
ſcens frumentum eius, neque vindemiabitis
pampinos eius: 12 Quoniam reuerſio eſt, & ſan-
ctum erit vobis: & de agro comedite prouentus
in anno iſto reuerſionis: & redite vnuſquiſque
ad hæreditatem ſuam. 14 Et ſi vendideris ven-
ditionem aliquam ſocio tuo, aut ſi quid emeris
à ſocio tuo, ne decipiatis alter alterum 15 In
numero annorum. Poſt reuerſionem eme à ſo-
cio tuo, & iuxta numerum annorum prouen-
tus, vendat tibi. 16 Iuxta multitudinem anno-
rum creſcet venditio eius, & iuxta paucitatem
annorum minuetur venditio eius: nam pro ra-
tione numeri annorum prouentus, vendet tibi.
17 Et ne fraudetis quiſque fratrem ſuum, ſed ti-
me Deum tuum : ego enim ſum Dominus
Deus tuus. 18 Facite præcepta mea, &
obſeruate iudicia mea, & exequimini ea, &
commoramini in terra cum quiete. 19 Reddet-
que terra fructus ſuos, & comedetis atque ſatu-
rabimini, & ſedebitis in ea cum tranquillitate.
20 Quòd ſi dicatis, Quid comedemus in anno
ſeptimo, quandoquidem non ſeremus, neque
colligemus prouentus eius? 21 Mittam vobis
benedictiones meas in anno ſexto, producetque
prouentum trium annorum. 22 Et ſeretis in
anno octauo, & comedetis ex annona veteri
vſque ad annum nonum : quoad ingrediatur
annona, eſtote comedentes veterem.
23 Terra verò in rei veritate non vendetur in
perpetuum, quoniam mea eſt terra, vos autem
incolæ eſtis & peregrini apud me:

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

10 *Et ſanctificate hunc annum quinquageſimum,*
& clamate libertatem in regione omnibus incolis
eius. Eritque vobis remiſſio, vt redeat in ipſo vnuſ-
quiſque ad familiam ſuam, & ad poſſeſſionem
ſuam. 11 *Et ex conditionibus huiuſce anni re-*
miſſionis, anni ſcilicet *quinquageſimi, eſt vt non*
ſeratis in ipſo, neque metatis eius ſuccedanea, ne-
que putetis vuam eius diſſitam.
12 *Quia annus eſt remiſſionis, erit vobis ſan-*
ctus. Et de campo comedetis fruges eius liberè.
13 *Et in iſto anno remiſſionis redibit vnuſquiſque*
ad poſſeſſionem ſuam.
14 *Cùmque vendideris venditionem proximo tuo,*
vel emeris ab ipſo, neuter veſtrum fraudet fratrem
ſuum. 15 *Numero annorum poſt annum remiſ-*
ſionis emes à proximo tuo, & iuxta numerum pro-
uentus eorum, vendet eum tibi.
16 *Igitur ſecundùm ſummam annorum oportet*
vt creſcat ei pretium, & ſecundùm paucitatem
eorum decet vt minuatur ei: quandoquidem ipſe
vendit tibi prouentus ſupputatos.
17 *Et ne fraudet alter proximum ſuum, & time*
Dominum tuum: quia ego ſum Deus Dominus
veſter caſtigans. 18 *Et facite mandata mea*
& iudicia mea, & ſeruate illa, & inhabitate re-
gionem tuti in me.
19 *Educet vobis terra fructus ſuos, & comedetis*
eos pacificè, & habitabitis in illa tuti.
20 *Et ſi dixeritis: Quid comedemus in anno ſepti-*
mo, ſi non ſeruerimus, neque collegerimus fruges
eius? 21 *Ego mandabo benedictionem meam*
vobis anno ſexto, & ſufficient vobis fruges eius
tribus annis. 22 *Et ſeretis in anno octauo dum*
adhuc comedetis de frugibus eius veteribus ad an-
num nonum: vſque ad aduentum frugum eius, co-
medetis veteres. 23 *Et terra ne vendatur in*
perpetuum, quia mea eſt: at verò vos incolæ atque
hoſpites eſtis mihi.

10 وقدسوا هذه سنة الخمسين * ونادوا بعتق في البلد لجميع اهله *
فيكون لكم اطلاقا يرجع فيه كل امري الي عشيرته والي حوزه *
11 ومن شروط هذه سنة الاطلاق سنة الخمسين * ان لا تزرعوا فيها *
ولا تحصدوا خلفها * ولا تقطفوا فرادها * 12 لانها سنة
الاطلاق تكون لكم مقدسة * ومن الصحراء تاكلون غلاتها
مباحة * 13 وفي هذه سنة الاطلاق يرجع كل امري الي حوزته *
14 واذا بعت بيعا لصاحبك * او ابتعت منه * فلا يغبن كل
واحد منكما اخاه * 15 باحصاء سنين من بعد سنة الاطلاق
تشتري من صاحبك وباحصاء غلاتها يبيعكها *
16 فعلي قدر جملة السنين يجب ان يكثر له الثمن * وعلي
قدر قلتها يجوز ان يقل له * لانه انما يبيعك غلات محصاه *
17 ولا يغبن الواحد صاحبه * وخف ربك * فاني الله ربكم
المعاقب * 18 واعملوا برسومي واحكامي واحفظوها * واسكنوا
البلد واثقين بي 19 تخرج لكم الارض ثمرها * فتاكلونه
هنيا * وتقيموا بها واثقين * 20 فان قلتم ما ناكل في السنة
السابعة اذ لا نزرع ولا نجمع غلاتها * 21 فاني امر ببركتي
لكم في السنة السادسة * فتكفيكم غلاتها ثلاث سنين *
22 وتزرعون في السنة الثامنة وانتم تاكلون من غلاتها عتيقا الي
السنة التاسعة * الي تجي غلاتها تاكلون عتيقا *
23 والارض فلا تبع تباتا لانها لي * وانما انتم سكان واضياف
لي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Et ſanctificabitis annum quinquageſimum, & prædicabitis libertatem in terra omnibus habitantibus in ea:
Iubilæus hic erit vobis: Tum reuertemini vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam, vnuſquiſque etiam ad fami-
liam ſuam reuertemini. 11 Iubilæus hic eſt, annus quinquaginta annorum erit vobis: non ſeminabitis, ne-
que metetis ſponte naſcentia eius, neque amputabitis ſanctificationes eius.
12 Nam iubilæus hic ſanctus erit vobis; agri prouentum comedetis. 13 In anno quoque Iubilæi iſtius reuer-
temini vnuſquiſque ad poſſeſſionem ſuam. 14 Cum etiam vendideris aliquid proximo tuo, aut acquiſi-
ueris de manu proximi tui, non affligetis quiſque fratrem ſuum. 15 Iuxta numerum annorum poſt iubilæum
acquires de proximo tuo; iuxta numerum annorum prouentus vendet tibi. 16 Pro ratione multitudinis an-
norum multiplicabis emptionem eius; & pro ratione paucitatis annorum diminues emptionem eius; quoniam
numerum prouentus ipſe vendit tibi. 17 Itaque nemo opprimet proximum ſuum, timebis enim Deum
tuum, ego ſum dominus Deus veſter. 18 Ideo facietis præcepta mea, & iudicia mea ſeruabitis, & facietis ea,
habitabitiſque ſuper terram confidenter. 19 Et dabit terra fructum ſuum, & comedetis ad ſaturitatem, &
habitabitis confidenter ſuper eam. 20 Quod ſi dixeritis, quid comedemus anno ſeptimo? ecce non ſemi-
nabimus, neque colligemus prouentus noſtros. 21 Tunc præcepam benedictioni meæ pro vobis in anno ſexto,
& faciet prouentum ſuum pro tribus annis. 22 Seminabitis verò anno octauo, & comedetis de prouentu eius
veteri vſque ad annum nonum; vſque quo venerit prouentus eius, comedetis veterem. 23 Terra igitur non
vendetur abſolutè, quoniam mea eſt terra; fuiſtis enim peregrini & inquilini apud me.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

24 Idcirco in vniuerſa terra hæreditatis veſtræ,
redemptionem terræ concedite. 25 Et ſi in
paupertatem redactus fuerit frater tuus,& ven-
diderit partem hæreditatis ſuæ, veniat conſan-
guineus eius ſibi propinquior,redimatque ven-
ditionem fratris ſui. 26 Quòd ſi nemo adſit qui
redimat, & *ille* facultatem habuerit, & inuene-
rit quod ſufficiat redemptioni ſuæ: 27 Supputet
annos venditionis ſuæ, & reſtituat ſuperfluum
viro qui emit ab eo, & reuertatur ad hæredita-
tem ſuam. 28 Si verò non habuerit facultatem
tantam vt ſatisfaciat illi, manebit venditio fir-
ma ei qui emit ipſam, vſque ad annum reuer-
ſionis: & exibit tempore reuerſionis, ille verò
reuertetur ad hæreditatem ſuam. 29 Et ſi quis
vendat domicilium in vrbe muros habente,ha-
bebit ius redimendi eam vſque ad finem anni
emptionis ſuæ: *à certo* tēpore ad *certum* tempus
erit facultas redimendi eam. 30 Si verò non redi-
matur donec finiat annus integer, manebit do-
mus *eiuſmodi quæ eſt* in vrbe habente muros fir-
miter ei qui emerat illam, eritque poſteris eius,
neque egredietur ex ea tempore reuerſionis.
31 Domus autem plagarum quas non ambiunt
muri, tanquam ager terræ reputabuntur, ius
redemptionis habebũt, & tempore reuerſionis
emptor egredietur. 32 Quod autem ad ciuita-
tes Leuitarum, & domos quæ ſunt in ciuitati-
bus hæreditatis eorum, ius redimendi perpe-
tuum habebunt Leuitæ. 33 Et ſi quis ex Leuitis
redimat redemptionem, exibit *emptor* ab em-
ptione domus & ciuitatis hæreditatis eius tem-
pore reuerſionis: quoniam domus quæ ſunt in
ciuitatibus Leuitarum, ipſæ ſunt hæreditas
eorum inter filios Iſrael. 34 Ager verò qui
fuerit in extremitatibus ciuitatum eorum,
non vendetur, quoniam is hæreditarius eſt
ipſis in æternum.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

*24 Et in omni regione poſſeſſionis veſtræ conſtitui-
te curaturam terræ. 25 Cúmque debilitatus
fuerit frater tuus, vendideritque aliquid è poſſeſ-
ſione ſua, veniat curator eius ſibi propinquior, &
curet venditionem fratris ſui.
26 Et quicunque homo non habuerit curatorem,
& potuerit manus eius, inueneritque valorem re-
demptionis ſuæ:
27 Computet annos venditionis ſuæ, & reddat
quod ſupereſt viro cui vendidit, & reuertatur ad
poſſeſſionem ſuam. 28 At ſi non attigerit ma-
nus eius quantum reſtituat illi maneat venditio
eius in manu emptoris ipſius vſque ad annum re-
miſſionis, & egredietur in ipſo, & ille reuertetur
ad poſſeſſionem ſuam. 29 Et quicunque vir ven-
diderit domum ſeu habitaculum in ciuitate haben-
te murum, erit ad arbitrium eius vſque ad finem
anni à die venditionis ſuæ: habebit enim ius redi-
mendi eam ſpatio anni.
30 Et niſi redemerit eam quouſque compleatur
annus integer, iam remanſit domus quæ eſt in ci-
uitate habente murum, firma emptori & gene-
rationibus eius: & non egredietur in anno re-
miſſionis.
31 Domus autem pagorum non habentium mu-
rum eos circundantem, quaſi agri terræ computa-
buntur: ita vt ſit ipſis curatura, & egrediantur
in dimiſſione. 32 Quod autem ad ciuitates Leui-
tarum, & domus ciuitatum poſſeſſionis eorum, ius
habent eas redimendi ſemper:
33 Ac proinde qui emerit talia ab ipſis, exeat ab eo
omnis domus vendita & ciuitas poſſeſſionis eius in
anno remiſſionis: quia domus eorum & ciuitates
eorum ſunt poſſeſſio ipſorum inter filios Iſrail.
34 Et agri qui ſunt in ciuitatibus eorum, ne ven-
dantur, quia ſunt dominium ſempiternum
ipſorum.*

24 وفي جميع بلد حوزكم اجعلوا ولاية للارض *
25 واذا تماهن اخوك فباع شيا من حوزه * فليات وليه الاقرب
اليه فيتولى بيع اخيه * 26 واي رجل لم يك له ولي فنالت
يده فاصاب مقدار فكاكه *
27 فليحسب سني بيعه * ويرد الفاضل الى الرجل الذي
باعه * ويرجع الى حوزه *
28 وان لم تنل يده مقدار ما يرد عليه * فليبق بيعه في يد
المشتري له الى سنة الاطلاق * ويخرج فيها * ويرجع هو الى
حوزه *
29 واي رجل باع بيتا مسكنا في قرية لها سور * فيكون
بالخيار الى انقضاء سنة من يوم بيعه * فيكون له فكاكه حولا *
30 وان لم يفككه الى ان تكمل له سنة تامة * فقد ثبت
البيت الذي في القرية التي لها سور ثباتا للمشتري ولاجياله *
ولا يخرج في سنة الاطلاق *
31 وبيوت الارباض التي ليس لها سور يحيط بها * فمثل ضياع
الارض تحسب * بان يكون لها ولاية * ويخرج في الاطلاق *
32 واما قرى اللاويين وبيوت قرى حوزهم * فلهم ان
يفكوها ابدا * 33 فمن اشترى ذلك منهم * فليخرج
عنه كل بيت مبيع وقرية حوزه في سنة الاطلاق * لان بيوتهم
وقراهم هي حوزهم فيما بين بني اسرايل *
34 وضياع في قراهم لا تباع * لانها حوز الدهر لهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Ideo in omni terra poſſeſſionis veſtræ redemptionem dabitis terræ. 25 Quod ſi attenuatus ſit frater
tuus, & vendiderit poſſeſſionem ſuam, tum veniet redemptor eius, propinquus eius, & redimet venditionem
fratris ſui. 26 Sed cum viro non fuerit redemptor, & aſſecuta fuerit manus eius, atque inuenerit quod ſatis eſt
redemptioni ſuæ. 27 Tum computabit annos venditionis ſuæ, & reſtituet quod ſupereſt homini cui ven-
didit, & redibit in poſſeſſionem ſuam.
28 At ſi non inueniat manus eius id quod ſatis eſt vt reſtituat ei, tum erit venditio eius in manu acquirentis
eam vſque ad annum iubilæi; ſed egredietur in anno iubilæi, & reuertetur in poſſeſſionem ſuam.
29 Cum etiam vir vendiderit domum, habitationem vrbis muratæ, durabit venditio eius donec complea-
tur annus venditionis eius: dierum erit redemptio eius.
30 Quod ſi non redimat donec completus fuerit annus integer, tum confirmabitur domus quæ eſt in ciuita-
te murata in perpetuum ei qui acquiſiuit eam in generationes eius: non egredietur in iubilæo.
31 Domus autem quæ ſunt in vicis quibus non eſt murus in circuitu, iuxta agrum terræ reputabuntur; redem-
ptio erit ei, & in iubilæo egredietur. 32 Quod ad vrbes Leuitarum, domorum ciuitatum poſſeſſionis eorum
redemptio perpetua erit Leuitis. 33 Ideo qui redemerit à Leuitis, egredietur de vendita domo, & ciuitate
poſſeſſionis eorum in iubilæo, quoniam domus ciuitatum Leuitarum ſunt poſſeſſio ipſorum in medio filiorum
Iſrael. 34 Neque agri ſuburbij ciuitatum eorum vendentur, quoniam poſſeſſio æterna eſt eis.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

35 Et ſi ad inopiam redactus fuerit frater tuus,
& inclinauerit manum ſuam tecum, ne teneas
eum quaſi incolam & quaſi peregrinum, ſed
viuat tecum. 36 Ne accipias ab eo conuentio-
nes & fœnus: & time Deum tuum, viuatque
frater tuus tecum. 37 Pecuniam tuam ne dede-
ris ei cum pacto, & cum vſura ne dederis cibum
tuum. 38 Ego ſum Dominus Deus veſter qui
eduxi vos è terra Ægypti, vt darem vobis ter-
ram Chanaan, & eſſem vobis Deus. 39 Et ſi ad
paupertatem deueniat frater tuus, & vendat ſe
tibi, ne vtaris eo more ſeruorum: 40 Sed velu-
ti mercenarius, & veluti hoſpes ſit apud te:
vſque ad annum reuerſionis erit apud te, 41 Ac
tum egredietur à te ipſe & filij eius cum eo, &
reuertetur ad familiã ſuam, & ad hæreditatem
patrum ſuorum redibit. 42 Quoniam ſerui mei
ſunt, quos eduxi è terra Ægypti, *ideo* non ven-
dentur venditione ſeruorum. 43 Neque ſeruire
facies eum ſeruitutem duram, ſed time Deum
tuum. 44 At ſerui veſtri & ancillæ veſtræ quos
habueritis, ex gentibus quæ circum vos ſunt, ex
ipſis emetis ſeruos & ancillas. 45 Et præterea ex
filiis peregrinorum habitantium vobiſcum, ex
ipſis poſſidebitis, & ex familiis eorum quæ vo-
biſcum ſunt, quas procreauerũt in terra veſtra,
eruntque vobis in hæreditatem. 46 Et hos hæ-
reditario iure tranſmittite ad filios veſtros poſt
vos, vt eos hæreditario poſſideant: atque in
perpetuum his ad ſeruitium vtemini, fratribus
autem veſtris filiis Iſrael ne vtamini alter altero
ad ſeruitium durum. 47 Et ſi inualuerint manus
hoſpitis & peregrini qui tecũ eſt, & in pauper-
tatẽ redactus fuerit frater tuus apud ipſũ, ſeque
vendiderit hoſpiti & peregrino qui tecũ eſt, aut
alicui nato ex familia peregrini qui tecum eſt:
48 Poſtquam emptus fuerit, ius redemptionis
habebit: aliquis ex fratribus eius redimet eum.

VERSIO SAMARITANA.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

35 *Cúmque debilitatus fuerit frater tuus, nutauerítque manus eius tecum, corrobora eum per hoc vt ſit tibi cohabitator & hoſpes, viuatque tecum.*
36 *Et ne accipias ab eo fœnus neque vſuram: & time Dominum tuum, vt viuat tecum.*
37 *Et ne des illi argentum tuum & cibum tuum in creditum neque cum vſura.*
38 *Quia ego Deus Dominus veſter educens vos de regione Ægypti, dabo vobis regionem Chanaan, eroque vobis Deus.* 39 *Cúmque debilitatus fuerit frater tuus tecum, vendideritque ſeipſum tibi: ne ſeruire facias eum ſeruitutem mancipiorum:*
40 *Sed tanquam mercenarius & hoſpes erit tecum, & vſque ad annum remiſſionis ſeruiet tibi.*
41 *Deinde egredietur à te ipſe ac filij ſui ſecum, reuerteturque ad familiam ſuam, & poſſeſſionem patrum ſuorum.* 42 *Quoniam ſerui mei ſunt quos ego eduxi è regione Ægypti, ne ergo vendantur venditione mancipiorum.*
43 *Ne domineris in eum cum depreſſione, & time Dominum tuum.*
44 *Et ſeruus tuus & ancilla tua quos habebis, ex gentibus quæ ſunt circa vos poſſidebitis ſeruos & ancillas.* 45 *Atque etiam ex incolis degentibus vobiſcum emetis, & ex ſtirpe ipſorum nata in regione veſtra erunt vobis in poſſeſſionem.* 46 *Hæreditate tranſmittetis eos ad filios veſtros, vt is qui hæreditate tranſmittit poſſeſſionem, & vtemini ſeruitute eorum ſemper. At verò in quemquam fratrum veſtrorum filiorum Iſrail, nemo ex filijs Iſrail dominium exerceat in eum cum depreſſione.*
47 *Cúmque potens factus fuerit aduena aut degens tecum, infirmatuſque fuerit frater tuus cum eo, & vendiderit ſeipſum aduenæ aut habitanti tecum, ſeu originibus familiæ peregrini:*
48 *Poſtquam emptus fuerit, erit ei redemptio. Aliquis ex fratribus eius redimet eum,*

35 واذا تماهن اخوك ومالت يده معك فاشدده بان يكون لك
ساكنا وصيفا فيعيش معك * 36 ولا تاخذ منه عينة ولا ربا *
وخف من ربك حتي يعيش معك * 37 ولا تدفع اليه ورقك
وطعامك بعينة ولا بربا * 38 لاني الله ربكم المخرج لكم
من بلد مصر * اعطيكم بلد كنعان * فاكون لكم الها *
39 واذا تماهن اخوك معك فباع نفسه لك * فلا تستخدمه
خدمة العبد * 40 بل كاجير وصيف يكون معك * والي سنة
الاطلاق يخدمك * 41 ثم يخرج من عندك هو وبنوه معه *
ويرجع الي عشيرته وحوز ابايه * 42 لانهم عبيدي الذين
اخرجتهم من بلد مصر * فلا يباعوا بيع العبد * 43 لا تستول
عليه بالقماعة * وخف ربك *
44 وعبدك وامتك اللذان يكونان لك فمن الامم الذين
حواليكم تقنون العبد والاماء *
45 وايضا من السكان المقيمين معكم تشترون * ومن عشيرتهم
المولودين في بلدكم يكونون لكم حوزا * 46 تورثونهم بنيكم
من بعدكم كموروث الحوز * وتستخدمونهم ابدا * واما احد اخوتكم
بني اسرايل * فكل واحد من بني اسرايل لا يستول عليه بالقماعة *
47 واذا نالت يد غريب او ساكن معك * فتماهن اخوك
معه * فباع نفسه لغريب او ساكن معك * او لاصول عشيرة
الغريب * 48 فبعد ان يباع يكون له فكاك * واحد من
اخوته يفكه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

35 Præterea cum attenuatus fuerit frater tuus, & vacillauerit manus eius tecum, confirmabis eum, peregrinum, & inquilinum, frater enim tuus viuet tecum. 36 Ne accipias ab eo fœnus, & incrementum; timebis enim Deum tuum, viuetque tecum frater tuus. 37 Argentum tuum non dabis ei in fœnus, & in incrementum non dabis cibum tuum. 38 Ego Dominus Deus veſter qui eduxi vos de terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanaan, vt ſim vobis in Deum.
39 Et cum attenuatus fuerit frater tuus tecum, vendideritque ſe tibi, non facies ſeruire eum ſeruitutem ſerui. 40 Sicut mercenarius, & inquilinus erit tecum; vſque ad annum iubilæi ſeruiet tibi.
41 Et egredietur à te, ipſi, & filij eius cum eo, redibitque ad familiam ſuam, & ad poſſeſſionem patrum ſuorum reuertetur. 42 Quoniam ſerui mei ſunt iſti quos eduxi de terra Ægypti; non vendentur venditione ſeruili. 43 Non dominaberis ei cum ſæuitia, ſed timebis Deum tuum. 44 Ex ſeruis tuis, & ancillis tuis quæ ſunt tibi ex gentibus finitimis comparabitis ſeruum ſiue ancillam. 45 De filiis quoque incolarum qui peregrinantur apud vos comparabitis, & de familijs eorum qui ſunt vobiſcum, qui nati ſunt in terra veſtra; eruntque vobis in poſſeſſionem. 46 Facietis quoque vos poſſeſſores eorum pro filiis veſtris poſt vos in hæreditariam poſſeſſionem: in perpetuum facietis ſeruire eos, ſed fratribus tuis filiis Iſrael vir fratri ſuo non dominabitur cum ſæuitia. 47 Cum autem aſſecuta fuerit manus peregrini & incolæ qui eſt tecum, attenuatuſque fuerit frater tuus cum eo, vendideritque ſe Peregrino, & incolæ qui eſt tecum, vel ſtirpi de familia peregrini.
48 Poſtquam vendiderit ſe, redemptio erit illi, vnus de fratribus eius redimet eum.

49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible] 55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]

[illegible]

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

49 Vel certè patruus eius, vel filius patrui eius
redimet eum, vel proximus eius carnalis ex eius
familia redimet eum. Demum ſi facultatem
habuerit ſeſe redimendi, 50 Supputabit cum
emptore ſuo ab anno quo ſe vendidit ei vſque
ad annum reuerſionis, eritque pecunia *quam
dabit* emptori ſuo vſque ad annum reuerſionis,
iuxta numerum annorum: ſecundùm dies mer-
cenarij agetur cum eo. 51 Et ſi reſtent adhuc
multi anni, ſecundùm illos reſtituat redem-
ptionem ſuam ex pecunia qua emptus eſt.
52 Si verò pauci reſtent anni vſque ad annum
reuerſionis, ſubducat rationem cum eo, & pro
ratione annorum ſuorum reſtituat redemptio-
nem ſuam. 53 Quemadmodum cum merce-
nario per ſingulos annos agetur cum eo. Ne ſer-
uire faciat eum ſæuiter in præſentia tua.
54 Quòd ſi non redimatur hiſce modis, egre-
dietur in anno reuerſionis ipſe & filij eius cum
eo. 55 Nam filij Iſrael mihi ſunt ſerui, ſerui
mei ſunt, quos eduxi è terra Ægypti: ego ſum
Dominus Deus veſter.

CAPVT XXVI.

NE feceritis vobis cultus idolorum, & ſtatuas ne erigatis vobis, & lapides adorationum ne faciatis in terra veſtra, nec adoretis eos: ego ſum Dominus Deus veſter.
2 Præcepta mea ſeruate, & ſanctuarium meum reueremini: ego ſum Dominus.

Compenſatio operum bonorum.

3 Si in legibus meis ambulaueritis, & præcepta mea ſeruaueritis, & feceritis ea:
4 Dabo pluuias veſtras ſuo tempore, & terra
proferet prouentus ſuos, & arbor campi red-
det fructus ſuos. 5 Et apprehendet tritura
vindemiam, & vindemia apprehendet ſemen-
tem, & comedetis panem atque ſaturabimini,
& ſedebitis in terra veſtra pacatè.

VERSIO SAMARITANA.

49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

49 *Aut patruus eius, aut filius patrui eius, aut quis conſanguineus ipſius vel familiæ eius redimet eum, vel certè poterit manus eius, ſeſeque redimet:* 50 *Rationem ſubducat cum emptore ſuo ab anno quo ſe vendidit ipſi, vſque ad annum remiſſionis, & ſubtrahat pretium emptionis ſuæ iuxta numerum annorum: ſitque cum ipſo in eis, veluti diebus mercenarij.* 51 *Quòd ſi ſuperſint multi anni, ſecundùm ipſos reddet redemptionem ſuam, habita ratione pretij emptionis ſuæ.*
52 *Si autem ſuperfuerint ex ipſis pauci vſque ad annum remiſſionis, ponat rationem cum ipſo, & iuxta illos reddet redemptionem ſuam.* 53 *Et in ſumma oportet vt ſit cum eo tanquam mercenarius annuus, & non exerceat dominium in illum cum depreſſione in præſentia tua.* 54 *Et niſi redemmerit ſeſe his rebus, egrediatur in anno remiſſionis ipſe ac filij eius cum eo: quoniam filij Iſrail ſerui ſunt mihi.* 55 *Cùm ipſi ſint ſerui mei quos eduxi de regione Ægypti: ego Deus Dominus veſter.*

CAPVT XXVI.

ET ne faciatis vobis ſimulachra: & ſculptile, ac titulum ne erigatis vobis: & lapidem elaboratum ne operemini in patria veſtra vt adoretis eum: ego Deus Dominus veſter vnus.
2 *Sabbatha mea ſeruate, & ſanctuarium meum veremini: ego Deus retribuam vobis bonum.*
3 *Itaque ſi ambulaueritis ſecundùm ſtatuta mea, & cuſtodieritis mandata mea, & feceritis illa:* 4 *Deſcendere faciam imbres veſtros tempore ſuo, producetque terra prouentus ſuos, & arbores campi proferent fructus ſuos:* 5 *Ita vt aſſequatur apud vos tritura vindemiam, & vindemia aſſequatur ſementem: & comedatis cibum veſtrum pacificè, & habitetis ſecuri in patria veſtra.*

49 او عمه * او ابن عمه او من نسيب ذاته * او عشيرته
يفكه * او نالت يده فيفك نفسه * 50 فليحاسب مشتريه
مذ سنة ابتاع فيها له الي سنة الاطلاق * فيسقط ثمن بيعه علي
احصاء السنين * وليكن معه فيها كايام الاجير *
51 فان بقي من السنين كثير * فعلي قدرها يرد فكاكه
محسوبا من ثمن شراه * 52 وان بقي منها قليل الي سنة
الاطلاق * فليحاسبه وعلي قدرها يرد فكاكه * 53 وفي الجملة
فيجب ان يكون معه كاجير سنة لسنة * ولا يستولي عليه بالاقساء
بحضرتك * 54 وان لم يفك بهذه الامور * فليخرج في سنة
الاطلاق هو وبنوه معه * لان بني اسرائيل عبيد لي *
55 اذ هم عبيدي الذين اخرجتهم من بلد مصر * انا الله
ربكم *

* الفصل السادس والعشرون *

1 ولا تصنعوا لكم اوثانا * ومنحوتا ونصبا لا تقيموا لكم * وحجرا
مزخرفا لا تصنعوا في بلدكم لتسجدوا له * انا الله ربكم
واحد * 2 سبوتي فاحفظوها * ومقدسي فهابوه * انا الله
اجازيكم خيرا * 3 الان ان سرتم في رسومي * وحفظتم
وصاياي وعملتم بها * 4 انزلت غيوثكم في وقتها * واخرجت
الارض اداها * وشجر الصحراء يخرج ثمره * 5 حتي يدرك لكم
الدياس القطاف * والقطاف يدرك البزار * وتاكلوا طعامكم
هنيئا * وتقيموا واثقين في بلدكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

49 Aut patruus eius, aut filius patrui eius redimet eum, aut de propinquis carnis eius, de familia eius redimet, eum: aut ſi aſſecuta fuerit manus eius tum redimet ſe. 50 Supputabitque cum emptore ſuo ab anno quo vendidit ſe ei vſque ad annum iubilæi; eritque argentum venditionis eius ſecundum numerum annorum: ſecundum dies mercenarij fiet illi. 51 Si adhuc plurimi fuerint ex annis, pro ratione eorum reſtituet redemptionem ſuam de argento acquiſitionis ſuæ. 52 Si verò pauci ſuperſint ex annis vſque ad annum iubilæi, ſupputabit ei; pro ratione annorum ſuorum reſtituet redemptionem ſuam. 53 Quaſi mercenarius annuus erit cum eo: non dominabitur ei cum ſæuitia in oculis tuis. 54 Si verò non redimatur per iſta, egredietur in anno iubilæi ipſe, & filij eius cum eo. 55 Quoniam mihi ſunt filij Iſrael ſerui; ſerui mei ſunt quos eduxi de terra Ægypti: Ego Dominus Deus veſter.

CAPVT XXVI.

NOn facietis vobis idola, & ſculptile; neque titulum erigetis vobis: lapidem quoque in ſignum non ponetis vobis in terra veſtra vt adoretis illum, quoniam ego Dominus Deus veſter.
2 Sabbata mea cuſtodietis, & ſanctuarium meum reuerebimini, ego Dominus.
3 Si in mandatis meis ambulaueritis, & præcepta mea cuſtodieritis, & feceritis ea. 4 Dabo quoque pluuiam veſtram in tempore ſuo, & dabit terra prouentum ſuum, & lignum agri dabit fructum ſuum.
5 Aſſequeturque pro vobis trituratio vindemiam, & vindemia aſſequetur ſementem: comedetiſque panem veſtrum ad ſaturitatem, & habitabitis confidenter in terra veſtra.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

[illegible]

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

6 Daboque pacem in terra veſtra,& dormie-
tis,nec erit qui terreat vos:& extinguam malam
beſtiam de terra:& gladius non tranſibit in ter-
ra veſtra. 7 Et perſequemini hoſtes veſtros,
cadentque ante vos gladio. 8 Et perſequen-
tur quinque ex vobis centum,& centum ex vo-
bis perſequentur myriades:& cadent hoſtes ve-
ſtri ante vos gladio. 9 Et conuertar ad vos,&
copioſos ac multos reddam vos,& ſtatuam fœ-
dus meum vobiſcum. 10 Et comedetis vetus
inueteratum,& vetus è conſpectu noui educe-
tis. 11 Et ponam tabernaculum meum inter
vos, neque nauſeabit vos anima mea.
12 Et incedam inter vos, eroque vobis Deus,
& vos eritis mihi populus. 13 Ego ſum Domi-
nus Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti
ne eſſetis ipſis ſerui, & fregi iugum ſeruitutis
veſtræ, & incedere vos feci ſtatura protenſa.

Vltio & vindicta operum malorum.

14 Si verò me non audieritis, nec feceritis
omnia iſta præcepta. 15 Si leges meas ſpreue-
ritis, & iudicia mea faſtidierit anima veſtra, nec
feceritis omnia mandata mea, & fœdera mea
abrogaueritis: 16 Ego etiam hoc pacto fa-
ciam vobis: viſitabo vos phthiſi,& lepra,& ele-
phantiaſi, & fluxu conſumente oculos, & li-
quefaciente animam: & feretis ſemen veſtrum
fruſtra, comedentque illud inimici veſtri.
17 Et dabo iram meam in vobis,& profliga-
bimini coram hoſtibus veſtris, & dominabun-
tur vobis oſores veſtri, & fugietis cùm nemo ſit
qui perſequatur vos. 18 Quòd ſi nec per iſta
obtemperaueritis mihi, iterum caſtigabo vos
ſeptuplo plus propter peccata veſtra.
19 Et frangam faſtum roboris veſtri, reddam-
que cælum veſtrum inſtar ferri, & terram ve-
ſtram inſtar æris.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

18 [illegible]
19 [illegible]

6 *Et ponam tranquillitatem in terra, & cuba-*
bitis, nec erit qui terreat: & ceſſare faciam ma-
lignitatem beſtiæ vaſtantis de terra. Et gladius non
tranſibit per regionem veſtram.
7 *Cúmque proſequemini inimicos veſtros, ca-*
dent coram vobis ſub gladio veſtro: 8 *Ita vt*
quinque ex vobis perſequantur centum, & centum
ex vobis perſequantur decem millia: & cadent
inimici veſtri ante vos, & ſub gladiis veſtris.
9 *Et reſpiciam ad vos, faciamque vos fœtiſi-*
care, ac multiplicabo vos: & perſoluam fœdus
meum vobis. 10 *Et comedetis vetus inuetera-*
tum, educetiſque vetus è conſpectu noui.
11 *Et ponam domicilium meum inter vos, & non*
horrebo vos: 12 *Et ambulare faciam ſplendo-*
rem meum inter vos, & ero vobis Deus, & vos eri-
tis mihi cœtus. 13 *Ego Deus Dominus veſter*
qui eduxi vos è regione Ægypti ne eſſetis ipſis ſerui,
& confregi ſeras carceris veſtri, & feci vos liberos.
14 *At ſi non audieritis me, & obedieritis, & non*
feceritis omnia mandata hæc. 15 *Et neglexeritis*
ſtatuta mea, & abominatæ fuerint animæ veſtræ
iudicia mea vt non operemini mandata mea, ac
denique violaueritis pactum meum: 16 *Ego etiam*
exercebo in vobis has pœnas: dominari faciam in
vos repẽte talem febrim phthiſicam, & calidam, vt
tumidos reddat oculos veſtros, & debilitet animas
veſtras: & feretis ſemen veſtrum in caſſum, aut co-
medent illud inimici veſtri. 17 *Et immittam fu-*
rorem meum in vos, & propulſabimini à conſpectu
inimicorum veſtrorum, & dominabuntur in vos
oſores veſtri, & fugietis nemine vos perſequen-
te. 18 *Et ſi nihilominus non audieritis me, ad-*
dam ad correptionem veſtram ſeptuplum pro pec-
catis veſtris: 19 *Et frangam potentiam robo-*
ris veſtri, & reddam cœlum veſtrum quaſi fer-
rum, & terram veſtram quaſi æs.

6 واجعل السلامة في الارض*فتضطجعون وليس مزعج*واعطل
شر الحيوان المفسد من الارض*وسيف لا يمر في بلدكم* 7 واذا
طلبتم اعداءكم* وقعوا بين ايديكم تحت سيفكم* 8 حتي
يطلب منكم الخمسة مائة*والمائة منكم يطلب ربوة*ويقع
اعداؤكم بين ايديكم وتحت اسيافكم* 9 واقبل
اليكم واثمركم واكثركم واوفي بعهدي لكم*
10 وتاكلون العتيق المعتق*فتخرجون العتيق من حضرة
الحديث* 11 واجعل مسكني فيما بينكم*ولا امقتكم*
12 واسير نوري فيما بينكم*واكون لكم الها* وانتم تكونون
لي حزبا* 13 انا الله ربكم الذي اخرجتكم من بلد مصر
من ان تكونوا لهم عبيدا*وكسرت قرابيس اصركم*وصيرتكم
احرارا* 14 فان لم تسمعوا لي وتطيعوا*ولم تعملوا بجميع هذه
الوصايا* 15 وزهدتم في رسومي*وملت انفسكم احكامي
لئلا تعملوا وصاياي*والان تفسخوا عهدي* 16 انا ايضا اصنع
بكم هذه العقوبات*فاوكل بكم على سرعة من حمي السل
والحارة ما يشخص عيونكم ويذبل نفوسكم وتزرعون
زرعكم للفراغ*او ياكله اعداؤكم* 17 واحل غضبي
بكم*فتنهزمون من بين ايدي اعدائكم*ويستولي عليكم
شانئوكم*وتفرون ولا طالب لكم* 18 وان لم تقبلوا مني مع هذه
زدتكم في التاديب سبعا على خطاياكم* 19 واكسر
اقتدار عزكم*واجعل سماءكم كالحديد*وارضكم كالنحاس*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Dabo quoque pacem terræ, & dormietis; nihilque erit terrefaciens; exterminabo enim beſtiam malam de
terra, neque gladius tranſibit per terram veſtram. 7 Sed perſequimini inimicos veſtros, & cadent ante
vos gladio. 8 Et quinque ex vobis perſequentur centum; & centum ex vobis decem millia perſequentur;
cadentque inimici veſtri ante vos gladio. 9 Et reſpiciam ad vos, & fructificare vos faciam, & multipli-
cabo vos, & confirmabo fœdus meum vobiſcum. 10 Et comedetis vetus veteraſcens; & vetera propter
noua eiicietis. 11 Ponamque tabernaculum meum in medio veſtrum, & non faſtidiet vos anima mea.
12 Sed ambulabo in medio veſtri, & ero vobis in Deum, voſque eritis mihi in populum.
13 Ego Dominus Deus veſter qui eduxi vos de terra Ægypti, ne eſſetis eis ſerui; & confregi vectes iugi ve-
ſtri, & qui ambulare feci vos cum fiducia. 14 At ſi non audieritis me, & non feceritis omnia mandata hæc.
15 Si præcepta mea contempſeritis, & ſi iudicia mea faſtidierit anima veſtra, ita vt non faciatis omnia præ-
cepta mea ad irritandum fœdus meum. 16 Ego etiam faciam hoc vobis: nempe viſitabo vos in morbo, cum ta-
be, & ardore conſumentibus oculos, & cruciantibus animam; ſeminabitis quoque in vanum ſemen veſtrum,
nam comedent illud inimici veſtri. 17 Ponam etiam faciem meam contra vos, & percutiemini coram ini-
micis veſtris, & dominabuntur vobis qui oderunt vos: fugietis etiam, & nemo erit vos perſequens.
18 Quod ſi vſque ad hæc non audieritis me, tum addam caſtigare vos ſepties propter peccata veſtra.
19 Frangamque ſuperbiam obfirmationis veſtræ, daboque cælum veſtrum ſicut ferrum, terramque veſtram
ſicut æs.

[illegible]

20 Et conſumetur fortitudo veſtra in vanum,&
terra veſtra non dabit prouentus ſuos, & arbo-
res terræ non reddent fructus ſuos. 21 Quòd ſi
ambuletis mecũ contumaciter,nec velitis obe-
dire mihi,addam ſuper vos flagella in ſeptuplũ
pro peccatis veſtris: 22 Immittamque in vos
beſtiam campi, & orbabit vos, perdetque iu-
mẽta veſtra, & imminuet vos, & deſolabuntur
viæ veſtræ. 23 Et ſi adhuc in his minimè eru-
diamini, & incedatis mecum pertinaciter:
24 Incedam etiam ego vobiſcum peruicaci-
ter,& percutiam vos ego quoque in ſeptuplum
propter peccata veſtra: 25 Et adducam ſu-
per vos gladium qui rependitur pro mercede
fœderis, & aufugietis ad vrbes veſtras: & mit-
tam in vos mortalitatem, & trademini in ma-
num hoſtium veſtrorum. 26 Et frangam cul-
mum frumenti veſtri, & pinſent decem mu-
lieres panem veſtrum in vno clibano, dabunt-
que vobis panem in pondere, & comedetis &
non ſaturabimini. 27 Et ſi adhuc in his non
audieritis me, & ambulaueritis mecum con-
tumaciter: 28 Etiam ego ambulabo vobi-
ſcum cum furore & contumacia, & caſtigabo
vos ſeptuplo plus propter peccata veſtra.
29 Et comedetis carnem filiorum veſtro-
rum, & carnem filiarum veſtrarum deuora-
bitis. 30 Et deſtruam fana veſtra, perdam-
que idola veſtra, & proijciam cadauera ve-
ſtra ſuper cadauera idolorum veſtrorum, & fa-
ſtidiet vos anima mea. 31 Et redigam vrbes ve-
ſtras in ſolitudinem, & deſolabo ſanctuarium
veſtrum, nec olfaciam odorem ſuffitus veſtri.
32 Et vaſtabo etiam ego terram, & obſtupe-
ſcent ſuper eam inimici veſtri qui inhabita-
bunt illam. 33 Vos autem diſperdam inter
populos, & diſtringam poſt vos gladium,
eritque terra veſtra in vaſtationem, & vrbes
veſtræ fient in ſolitudinem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

20 *Et conſumetur fortitudo veſtra fruſtra, & non*
producet terra veſtra prouentum ſuum, & arbores
campi non proferent fructus ſuos. 21 *Et ſi ambu-*
laueritis mecum peruicaciter, & nolueritis audire
me, adijciam vobis flagellum ſeptuplicatum iux-
ta peccata veſtra.
22 *Et dimittam aduerſum vos beſtias campi, &*
orbabunt ex vobis, ſuccidentque ex iumentis ve-
ſtris, & minuent numerum veſtrum, & deſola-
buntur viæ veſtræ. 23 *Et niſi erudiamini mihi per*
hæc ſupplicia, & incedatis mecum toruiter:
24 *Incedam ego quoque vobiſcum cum toruita-*
te, & percutiam vos ſeptuplum pro peccatis veſtris.
25 *Et retribuam vobis gladium vlciſcentem*
vltionem fœderis, & conuenietis ad vrbes ve-
ſtras, mittamque peſtem inter vos, & trademini
in manum inimici. 26 *Et frangam vobis ſub-*
ſidium cibi, & coquent multæ mulieres panem in
clibano vno, & reddent illum in ſtatera, & come-
detis & non ſaturabimini.
27 *Et niſi audieritis me, obedieritiſque per hæc*
ſupplicia, & ambulaueritis mecum pertinaciter:
28 *Ambulabo ego etiam cum ſuplicio peruicaciæ:*
& corripiam vos ſeptuplum pro peccatis veſtris.
29 *Et comedetis carnes filiorum veſtrorum, filia-*
rumque veſtrarum.
30 *Et deſtruam templa veſtra, & abſcindam*
ſimulachra veſtra, & proijciam corpora veſtra ſu-
per corpora idolorum veſtrorum, & abominabor
vos. 31 *Et faciam vrbes veſtras dirutas, &*
deſolabo ſanctuaria veſtra, & non accipiam, nec
gratum habebo ſacrificium veſtrum.
32 *Et deſertam vobis faciam regionem, & hor-*
rebunt ipſam inimici veſtri degentes in illa.
33 *Et diſpergam vos inter gentes, & euaginabo*
poſt vos gladium, fietque terra veſtra deſerta, &
vrbes veſtræ dirutæ.

20 ويعني قواكم فراغا * ولا تخرج ارضكم اداها * وشجر
الصحراء لا يخرج ثمره * 21 وان سلكتم معي لجاجا * ولم تشاؤوا
ان تسمعوا لي * زدتكم ضربة هي سبع كخطاياكم *
22 واطلقت فيكم حيوان الصحراء * فيثكل منكم * ويقطع من
بهائمكم * ويقلل عددكم * وتوحش طرقكم * 23 وان لم
تتادبوا لي بهذه العقوبات * وسلكتم معي لجاجا * 24 سرت انا
ايضا معكم على اللجاج * وضربتكم بسبع على خطاياكم *
25 واجزيكم سيفا منتقما نقمة العهد * فتجتمعون الى قراكم *
وابعث الوباء فيما بينكم * وتسلمون بيد العدو *
26 واكسر لكم معونة الطعام * ويخبز كثيرا من النساء طعاما
في تنور واحد * ويردده في الميزان * وتاكلون ولا تشبعون *
27 وان لم تسمعوا لي وتطيعوا بهذه العقوبات وسلكتم معي
لجاجا * 28 سرت انا ايضا بعقوبة اللجاج * وادبتكم سبعا
على خطاياكم * 29 فتاكلون لحوم بنيكم وبناتكم *
30 وابيد بيعكم * واقطع انداكم * والقي اجسادكم
على اجساد طواغيتكم * واقليكم *
31 واجعل قراكم خرابا * واوحش مقادسكم * ولا اقبل
ولا ارضى قربانكم * 32 واوحش البلد منكم * ويستوحشون
منه اعداؤكم المقيمون به *
32 واذريكم فيما بين الامم * واجرد وراءكم السيف *
فتصير ارضكم وحشة * وقراكم خرابا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Et conſumetur in vanum virtus veſtra, neque dabit terra veſtra prouentum ſuum, neque lignum agri da-
bit fructum ſuum. 21 Quod ſi ambulaueritis mecum ex aduerſo, & non veneritis ad obediendum mihi,
addam etiam plagam ſepties ſecundum peccata veſtra. 22 Mittam enim aduerſum vos feram agri, & orba-
bit vos, exterminabitque animalia veſtra, & diminuet vos, deſertæque fient viæ veſtræ.
23 Quod ſi per iſta non eſtis mihi caſtigati, ſed ambulaueritis mecum ex aduerſo. 24 Ambulabo quoque
ego vobiſcum ex aduerſo, percutiamque vos etiam ego ſepties propter peccata veſtra.
25 Et inducam ſuper vos gladium vlciſcentem vindictam fœderis, & colligemini ad ciuitates veſtras, mittam-
que peſtem in medium veſtri, & trademini in manus inimici. 26 Poſtquam confregero vobis baculum pa-
nis, coquent decem mulieres panem veſtrum in clibano vno, & reddent panem veſtrum in pondere; comede-
tiſque, & non ſaturabimini. 27 Quod ſi in hoc non audieritis me, ſed ambulaueritis mecum ex aduerſo.
28 Ambulabo quoque vobiſcũ in furore contrario, & caſtigabo vos etiam ego ſepties propter peccata veſtra.
29 Comedetis enim carnem filiorum veſtrorum, & carnem filiarum veſtrarum comedetis. 30 Et deſtruam
excelſa veſtra, & excidam veſtra ſimulachra ſolis, & ponam cadauera veſtra ſuper cadauera idolorum veſtro-
rum, & abominabitur vos anima mea. 31 Ponamque urbes veſtras in ſolitudinem, & deſolabo ſanctuarium
veſtrum, nec olfaciam odorem ſuauitatum veſtrarum. 32 Deſolabo quoque ego terram, & ſtupebunt ſu-
per eam inimici veſtri habitantes in ea. 33 Deinde vos diſpergam in gentes, & euaginabo poſt vos gla-
dium, eritque terra veſtra deſerta, & vrbes veſtræ vaſtabuntur.

34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]

34 Et tunc fruetur terra ſabbathis ſuis cunctis
diebus deſolationis ſuæ, dum vos eritis in terra
inimicorum veſtrorum: & tunc requieſcet ter-
ra, & fruetur ſabbathis ſuis. 35 Cunctis die-
bus deſolationis ſuæ quieſcet, eo quòd non
quieuerit in ſabbathis veſtris, cùm habitaretis
in ea. 36 Qui autem ſuperſtites fuerint in vobis,
indam pauorem in cor eorum in terris hoſtium
eorum, & propellet eos ſtrepitus folii pulſan-
tis, fugientque ac ſi fugerent à conſpectu gla-
dij, & corruent nemine eos perſequente.
37 Et impingent alter in alterum vt à conſpe-
ctu gladij, cùm nemo ſit qui perſequatur eos,
nec erit illis conſiſtentia coram inimicis ſuis.
38 Et peribitis inter gentes, deuorabitque vos
terra inimicorũ veſtrorũ. 39 Et qui ſuperſtites
fuerint in vobis, tabeſcent in ſcelere ſuo in terra
inimicorum ſuorum: quin etiam in ſcelere pa-
trum ſuorum ipſi tabeſcent. 40 Et fatebuntur
iniquitatem ſuam & iniquitatem patrum ſuo-
rum, ſcelus *inquam* ſuum quod perpetrarunt in
me. Et quia inceſſerunt mecum contumaciter,
41 Etiam ego incedam cum eis contumaciter,
& adducam eos ad terram hoſtium ſuorum: &
tunc frangetur cor eorum incircunciſum, ac
tunc oblectabuntur iniquitate ſua. 42 Et re-
cordabor fœderis mei quod cum Iacobo *pepigi*,
& fœderis mei cum Iſahac, & fœderis mei cum
Abraham recordabor, & terræ recordabor.
43 Et terra deſeretur ab eis, fructurque ſab-
bathis ſuis cùm priuata fuerit eis: & ipſi dele-
ctabuntur iniquitate ſua, eo quòd contempſe-
rint iudicia mea, & mandata mea faſtidierit
anima eorum. 44 Imò etiam quando fue-
runt in terra inimicorum ſuorum, non aſper-
natus ſum eos, neque repuli eos, nec perdidi
eos, nec irritum feci pactum meum quod cum
ipſis *pepigeram*.

VERSIO SAMARITANA.

34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]

34 *Tũc vlciſcetur terra otiũ ſuum omnibus diebus*
ſolitudinis ſuæ: dum vos eritis in regione inimico-
rum veſtrorum, tunc vaſtabitur terra, & vlciſce-
tur otium ſuum. 35 *Et cauſa diuturnæ ſolitudinis*
eius, erit vt otietur, eo quòd otiari non feciſtis
eam in otio veſtro, dum habitaretis in illa. 36 *Et*
qui remanſerint ex vobis, immittam pauorem in
in corda eorum in regionibus hoſtium eorum, ita vt
ſi contigerit eis ſtrepitus folij agitati, fugiant quaſi
fugerent gladium, & corruant, cùm non ſit ibi inſe-
quens: 37 *Et offendant alter in altero, ac ſi eſſet id à*
conſpectu gladij, nec ſit illic perſequutor: nec erit
vobis conſiſtentia ante inimicos veſtros. 38 *Et diſ-*
perdemini inter gentes, & cõſumet vos terra hoſtiũ
veſtrorum. 39 *Et ſuperſtites ex vobis ſupplicabunt*
pro delictis ſuis in regionibus inimicorum ſuorum:
atque etiam pro delictis patrum ſuorum, quæ ſecum
ſunt, ſupplicabunt. 40 *Quòd ſi confeſſi fuerint de-*
licta ſua, & delictum patrum ſuorum in præuari-
catione ſua quãdo præuaricati ſunt in me, ac etiam
ambulationem ſuam mecum proteruè, nec tamen
eos pœnituerit: 41 *Ego quoque incedam cum eis*
cum peruicacia, & introducam eos in regiones ini-
micorum ſuorũ aliorũ, quoad frangatur cor eorum
doloſum, vel donec vlciſcãtur ſcelera eorum. 42 *Et*
recordabor pacti mei quod cũ Iacob, ac etiam pacti
mei quod cum Iſhac, atq; etiã pacti mei quod cum
Ebrahim recordabor ipſis, & terræ eorũ. 43 *Terræ*
quæ derelicta eſt ab eis, & vlta eſt otium ſuum cùm
deſerta foret ab eis, & ipſi pœnas luerint culparum
ſuarum. Hæc erit retributio eorum, & pars retri-
butionis eorum, ſi neglexerint iudicia mea, &
præcepta mea abominatæ fuerint animæ eorum.
44 *Et cum his quoque rebus dum erunt in patria*
inimicorum ſuorum, non negligam eos, neque exe-
crabor eos, neque diſſoluam pactum meum cum
ipſis: quia ego ſum Deus Dominus eorum.

34 حينئذ تستوفي الارض عطلها طول ايام وحشتها وانتم في
بلد اعدائكم * حينئذ تسبت الارض فتستوفي عطلها *
35 وسبب طول وحشتها ان تعطل * لما لم تعطلوها في عطلكم
في مقامكم بها * 36 والباقون منكم ادخل الجبن في
قلوبهم في بلدان اعدائهم * حتى انهم لو لحقهم صوت ورقة مندفعة
لهربوا كالهرب من السيف * ووقعوا وليس طالب هناك * 37 وعثر
بعضهم ببعض كما يكون ذلك من قبل السيف وليس هناك طالب
ولا يكون لكم ثبات بين ايدي اعدائكم * 38 وتبادون في الامم *
وتفنيكم ارض اعدائكم * 39 والباقون منكم يخشعون
بذنوبهم في بلدان اعدائهم * وايضا بذنوب ابائهم التي هي معهم
يخشعون * 40 فان اقروا بذنوبهم وذنب ابائهم بسكتهم اذ
نكثوا بي * وايضا بسلوكهم معي لجاجا ولم يتوبوا * 41 فانا ايضا
اسير معهم باللجاج * وادخلهم بلدان اعدائهم اخرين الى ان
ينهزم قلبهم الغاش * او الى ان يستوفوا ذنوبهم * 42 واذكر عهدي
الذي مع يعقوب * وايضا عهدي الذي مع اسحاق * وايضا
عهدي الذي مع ابراهيم اذكر لهم ولارضهم * 43 الارض
التي تركت منهم * واستوفت عطلها باستيحاشها منهم * وهم
استوفوا ذنوبهم * هذا جزاؤهم ومن جزائهم * اذ زهدوا في احكامي *
وسوى قلبها انفسهم * 44 وايضا مع هذه الامور في كونهم
في بلد اعدائهم لا ازهد فيهم * ولا امللهم * ولا افنيهم * ولا
افسخ عهدي معهم * لاني انا الله ربهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

34 Tunc complacebit terra in ſabbathis ſuis omnibus diebus vaſtitatis ſuæ; voſque eritis in terra inimicorum
veſtrorum: Tunc ſabbathizabit terra, & complacebit in ſabbatis ſuis. 35 Omnibus diebus deſolationis ſuæ
ſabbatizabit, eo quod non ſabbatizauit in ſabbatis veſtris cum habitaretis in ea. 36 Reſiduis verò ex vobis, in-
ducam mollitiem in cor eorum in terris inimicorum ſuorum; & perſequetur eos ſonus folij agitati, & fugient fu-
ga gladij; cadentque, & non erit qui perſequatur. 37 Et impingent alter in alterum, ſicut à facie gladij, nullúſ-
que erit perſequens, nulláque erit in vobis conſiſtentia in conſpectu inimicorum veſtrorum. 38 Sed peribi-
tis in gentibus, & conſumet vos terra inimicorum veſtrorum. 39 Reſidui autem ex vobis contabeſcent
in iniquitatibus ſuis in terris inimicorum ſuorum; atque etiam propter iniquitates patrum ſuorum in ſeſe con-
tabeſcent. 40 Et confitebuntur iniquitatem ſuam, & iniquitatem patrum ſuorum ſecundum præuarica-
tionem quam præuaricati ſunt aduerſus me; atque etiam quod ambulauerunt mecum ex aduerſo.
41 Ego etiam ambulabo cum eis ex aduerſo, & introducam eos in terram inimicorum ſuorum. Vel tunc hu-
miliabitur cor eorum incircumciſum, & tunc expiabunt iniquitatem ſuam. 42 Sed recordabor fœderis
mei cum Iacobo, atque etiam fœderis mei cum Iſaaco, inſuper & fœderis mei cum Abrahamo recordabor, ter-
ræ quoque recordabor. 43 Dum enim terra relinquetur ab eis, & complacebit in ſabbatis ſuis ab ipſis deſola-
ta, tum ipſi exoluent iniquitatem ſuam, propterea quod iudicia mea ſpreuerunt, & præcepta mea abominata
eſt anima eorum. 44 Atque hoc inſuper, dum erunt in terris inimicorum ſuorum non ſpernam eos, neque
abominabor eos, vt conſumam eos, & frangam fœdus meum cum eis, quoniam ego Dominus Deus eorum.

[illegible]

45 Sed recordatus ſum erga eos pacti prædeceſſorum, quia ego ſum Dominus Deus eorum qui eduxi eos è terra Ægypti in conſpectu gentium, & fui eis Deus : ego ſum Dominus.
46 Hæc ſunt præcepta & leges ac iudicia, quæ dedit Dominus inter ſe & filios Iſrael in monte Sinai per manum Moſis.

CAPVT XXVII.

Lex votorum, & animarum, ac domus quæ redimitur pretio.

LOcutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 2 Loquere cum filiis
Iſrael, & dic eis : Cùm quis ſeparauerit votum
pretio animarum Domino, 3 Erit pretium
maſculi à filio viginti annorum vſque ad filium ſexaginta annorum, erit *inquam* pretium eius quinquaginta ſiclorum argenti iuxta ſiclum
ſanctuarij. 4 Si verò fuerit fœmina, erit pretiũ
eius triginta ſiclorum. 5 Quòd ſi à filio quinque
annorũ ad filium viginti annorum, erit pretium maſculi viginti ſiclorũ, & fœminæ decem ſiclo-
rum. 6 Si verò à filio menſis vſque ad filiũ quinque annorum, erit pretium maſculi quinque ſiclorum argenti, fœminæ verò trium ſiclorum.
7 Porrò ſi fuerit maſculus à filio ſexaginta annorum & vltra, erit pretium eius quindecim
ſiclorũ, fœminæ verò decem ſiclorum. 8 Quòd
ſi pauperior fuerit quàm *vt ſoluere poßit* pretiũ, ſiſtent eum coram ſacerdote, præfinietque pretium eius ſacerdos: & pro facultate eius qui vouerit votum, ſic præfiniet pretium eius ſacer-
dos. 9 Et ſi pecus fuerit de quo offerunt ſacrificium Domino, quicquid dabit ex eo, ſanctum
erit Domino. 10 Non commutabit ipſum bo-
num cum malo, nec malum cum bono: & ſi commutando commutauerit animal cum animali, tam ipſum quàm id cum quo commutatum eſt, erunt ſacra.

VERSIO SAMARITANA.

45 [illegible]
46 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

45 [illegible]
46 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible]

45 *Et recordabor erga eos fœderis anteceſſorum quos eduxi è regione Ægypti in præſentia populorum vt eſſem ipſis Deus: ego Deus verax in promiſſo.* 46 *Hæc ſunt præcepta, & iudicia, atque ſigna quæ poſuit Deus inter ſe & inter filios Iſrail in Monte Sinain per manum Muſa.*

CAPVT XXVII.

1 *ITem locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:* 2 *Præcipe filiis Iſrail, & dic eis: Quicunque homo donauerit votum ex animabus Deo, æſtimetur:* 3 *Erit autem æſtimatio maſculi à filio viginti annorum vſque ad ſexaginta annos, quinquaginta ſiclorum argenti iuxta ſiclum ſanctuarij.*

4 *Et ſi fuerit fœmina, æſtimatio eius erit triginta.* 5 *Quòd ſi fuerit filius quinque annorum ad vinginti, æſtimatio maſculi erit viginti ſiclorum, & fœminæ decem.*

6 *Et ſi fuerit à filio vnius menſis ad quinque annos, æſtimatio maſculi erit quinque ſiclorum argenti, & fœminæ trium.*

7 *Et ſi fuerit à filio ſexaginta annorum & ſupra, æſtimatio maſculi erit quindecim ſiclorum, & fœminæ decem.*

8 *Et ſi fuerit impar æſtimationi, ſiſtatur ante ſacerdotem, & æſtimabit eum: quantum poterit manus vouentis, tanti æſtimabit illum ſacerdos.*

9 *Et ſi fuerit animal idoneum vt offeratur ex ipſo ſacrificium Deo, omne quod dicabitur ex his Deo, erit ſacrum Deo ipſummet.*

10 *Non mutabit illud, neque commutabit bonum cum malo, nec malum cum bono. Et ſi commutauerit animal cum animali, factum eſt ipſum & illud cum quo commutatum eſt, ſacrum.*

45 واذكر لهم عهد الاولين الذين اخرجتهم من بلد مصر
بحضرة الامم لاكون لهم الها * انا الله الصادق الوعد *
46 هذه الرسوم والاحكام والدلايل التي جعلها الله بينه وبين
بني اسرايل في طور سينين على يد موسى *

* الفصل السابع والعشرون *

1 ثم كلم الله موسى قايلا * 2 مر بني اسرايل وقل لهم *
اي انسان نوع نذرا من النفوس لله فليقوم * 3 فتكون
قيمة الذكر من ابن عشرين سنة الى ستين سنة * خمسين مثقال
فضة بمثقال القدس *
4 فان كانت انثى * فقيمتها ثلاثون *
5 وان كان ابن خمس سنين الى عشرين * فقيمة الذكر عشرون
مثقالا * والانثى عشرة * 6 وان كان من ابن شهر الى خمس
سنين * فقيمة الذكر خمسة مثاقيل فضة * والانثى ثلاثة *
7 وان كان من ابن ستين سنة فصاعدا * فقيمة الذكر خمسة
عشر مثقالا * والانثى عشرة *
8 وان كان مهينا من القيمة فليوقف بين يدي الامام ويقومه *
حسب ما تنال يد الناذر كذاك يقومه الامام *
9 وان كان بهيمة يصلح ان يقرب منها قربانا لله * فكل ما يجعل
من ذلك لله * يكون قدسا لله بعينه *
10 لا يبدله ويعيض جيدا برديء * ولا رديا بجيد * فان غير
بهيمة ببهيمة * فقد صار هو وبدله قدسا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

45 Sed recordabor teſtamenti primi cum eduxi eos de terra Ægypti in oculis gentium, vt eſſem eis in Deum, ego Dominus. 46 Hæc ſunt præcepta, & iudicia, & leges quas poſuit Dominus inter ſe, & inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moſis.

CAPVT XXVII.

1 ET locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: cum quis voto conſecrauerit animas Domino, iuxta æſtimationem tuam id faciet.
3 Erit autem æſtimatio tua, maſculi à viginti annis vſque ad ſexaginta annos; pretium verò æſtimationis tuæ, quinquaginta ſiclorum argenti iuxta ſiclum ſanctuarij. 4 Si verò fœmina fuerit, erit æſtimatio tua triginta ſiclorum. 5 Si autem à quinque annis vſque ad viginti annos, erit æſtimatio tua, maſculi viginti ſiclorum; & fœminæ decem ſiclorum. 6 Si autem ab vno menſe vſque ad quinque annos, erit æſtimatio tua, maſculi quinque ſiclorum argenti; & fœminæ, æſtimatio tua trium ſiclorum argenti.
7 Si verò a ſexaginta annis & ſupra; ſi maſculi, tum erit æſtimatio tua quindecim ſiclorum, fœminæ verò, decem ſiclorum. 8 Si verò pauperior fuerit æſtimatione tua, ſtare facietis eum coram ſacerdote, tum æſtimabit eum ſacerdos; iuxta id quod aſſequetur manus vouentis, æſtimabit eum ſacerdos.
9 Si autem animal fuerit de quo offertur munus Domino, quidquid ex eo dabit Domino, erit ſanctum,
10 Non mutabit illud, neque commutabit bonum pro malo, aut malum pro bono: Si autem commutando commutauerit animal animali, ipſum & commutatio eius erunt ſancta.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

11 Si verò animal eſt immundum de quo non
offerunt ſacrificium Domino, ſiſtent animal
coram ſacerdote: 12 Et præfiniet pretium
eius ſacerdos inter bonum & malum, & pro-
ut præfiniet pretium eius ſacerdos, ita fiet.
13 Quòd ſi redimendo redimat illud, addat
vnam ex quinque *partibus* ſuper pretium eius.
14 Et ſi quis conſecret domum ſuam conſe-
crationem Domino, præfiniat pretium eius
ſacerdos inter bonam ac malam: & quemad-
modum præfiniet pretium eius ſacerdos, ita fir-
mum manebit. 15 Et ſi is qui conſecrat, redimat
domum ſuam, addat quintam partem pecuniæ
pretij eius ſuper ipſam, & pertinebit ad eum.
16 Si verò ex agro hæreditatis ſuæ conſecret
quis Domino, erit pretium eius pro ratione ſe-
mentis eius. Spatium in quo ſeri poteſt corus
ordei, *æſtimabitur* quinquaginta ſiclis argen-
teis. 17 Et ſi ab anno reuerſionis conſecrauerit
agrum ſuum, iuxta pretium eius ita decernet.
18 At ſi poſt reuerſionem conſecrauerit agrum
ſuum, ſupputet ei ſacerdos pecuniam ſecun-
dum annos qui reſtant vſque ad annum reuer-
ſionis, & ſubtrahatur ex eius pretio. 19 Quòd ſi
redimendo redimere voluerit agrum is qui
conſecrat illum, addat quintam partem pecu-
niæ pretij eius ſuper ipſum, & erit eius. 20 At ſi
non redemerit agrum, eumque vendiderit alte-
ri viro, non redimetur amplius: 21 Sed erit ager,
cum exierit ad annum reuerſionis, ſacer Domi-
no: ſicut ager anathematis ſacerdoti cedet in
hæreditatem. 22 Si verò agrum emptitium,
non autem agrum hæreditarium conſecret
quis Domino, 23 Supputet ſacerdos pretium
eius vſque ad annum reuerſionis, dabitque
pretium eius in die illo conſecrationem Do-
mino. 24 In anno verò reuerſionis reuertetur
ager ad eum à quo eum emerat, ad eum *ſcilicet*
ad quem pertinet hæreditas terræ.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

11 *Quòd ſi fuerit animal immundum, aut ex
quo non offertur Deo ſacrificium, ſiſtatur coram
ſacerdote:* 12 *Æſtimabitque illud iuxta bonita-
tem eius, vel improbitatem ipſius, eritque ratum
prout æſtimauerit ſacerdos.* 13 *Et ſi voluerit re-
demptionem eius, addat ſuper æſtimationem illius
quintam partem.* 14 *Et quicunque conſecratio-
ne conſecrauerit domum ſuam Deo, æſtimet illam
ſacerdos ſecundùm bonitatem vel prauitatem eius:
& quanti æſtimauerit eam, ſic ratum erit.*
15 *Quòd ſi voluerit conſecrans redimere domum
ſuam, addat ſuper æſtimationem eius quintam
eius partem, & erit ipſius.*
16 *Et ſi quis ſacrauerit Deo partem agri poſſeſ-
ſionis ſuæ, ſit æſtimatio iuxta ſementem eius: quili-
bet locus in quo ſeminari poteſt corus ordei,* æſtima-
bitur *quinquaginta ſiclis argenti.*
17 *Et ſi conſecrauerit agrum ſuum ab anno re-
miſſionis, æſtimatio manens eſt in ſtatu ſuo.*
18 *Quòd ſi conſecrauit eum poſt annum remiſſio-
nis, numeret ei ſacerdos pecuniam iuxta annos reſi-
duos ad annum remiſſionis, detrahatque de valore
ipſius.* 19 *Et ſi voluerit qui conſecrauit agrum,
redimere illum, addat ſuper æſtimationem eius
quintam ipſius partem, & cedet ei.*
20 *Et niſi redemerit eum, vendideritque illum
ſacerdos alij viro, non redimetur vnquam.*
21 *Eritque cùm egredietur è manu ementis in
anno remiſſionis, ſacer Deo ſicut agri optione dele-
cti, fietque ſacerdotis.*
22 *Et ſi conſecrauerit Deo agrum aliquem quem
emit, non autem erat poſſeſſionis ſuæ:*
23 *Computet ei ſacerdos rigorem pretij, ab anno
ſuo vſque ad annum remiſſionis, tradatque illud
in ea die ſacratum Deo.*
24 *Redibitque ager in anno remiſſionis ad ven-
ditorem à quo emerat illum, ad quem pertinebat
proprietas terræ.*

11 وان كانت بهيمة نجسة * او ما لا يقرب منه قربان لله * فلتوقف
بين يدي الامام * 12 فيقومها على جودتها * او رداءتها
ويكون الاوجب كما قوم الامام * 13 وان شاء فكاكها * فليرد
على القيمة خمسها * 14 واي رجل اقدس بيته قدسا لله
فليقومه الامام على جودته او رداءته * وكما قومه كذلك يجب *
15 فان شاء المقدس فكاك منزله * فليرد على قيمته خمسها ويكون
له * 16 وان اقدس انسان لله شيا من ضيعة حوزه * فلتكن
القيمة على قدر بذره * كل مبذر كر من شعير بخمسين مثقال
فضة * 17 فان اقدس ضيعة من سنة الاطلاق * فالقيمة ثابتة
بحالها * 18 فان اقدسها بعد سنة الاطلاق * فليحسب له
الامام الدراهم على قدر السنين الباقيات الي سنة الاطلاق *
فينقص من قيمته * 19 وان شاء مقدس الضيعة ان يفتكها *
فليرد على القيمة خمسها فتجب له * 20 وان لم يفتكها *
وباعها الامام لرجل اخر * فلا تفك ابدا *
21 وتكون عند خروجها من يد المشتري في سنة الاطلاق
قدسا لله كضياع الصوافي * وتصير للامام *
22 وان اقدس لله من ضيعة اشتراها * وليست له بحوز *
23 فليحسب له الامام بقسط القيمة من سنته الي سنة الاطلاق *
فيدفعها في ذلك اليوم قدسا لله *
24 وترجع الضيعة في سنة الاطلاق للبايع الذي اشتراها منه
الذي له رقبة الارض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Si quodlibet animal fuerit immundum de quo non offertur munus Domino, ſiſtet animal illud coram ſacer-
dote. 12 Et æſtimabit illud ſacerdos inter bonum & inter malum, ſecundum æſtimationem tuam ô ſacer-
dos, ſic erit. 13 Si autem redimendo redemerit illud, addet quintam partem eius ſuper æſtimationem tuam.
14 Cum etiam quis ſanctificauerit domum ſuam ſanctam Domino, æſtimabit eam ſacerdos inter bonam &
inter malam: ſecundum quod æſtimauerit eam ſacerdos, ita ſtatuetur. 15 Si autem ſanctificans redemerit do-
mum ſuam, addet quintam partem argenti æſtimationis tuæ ſuper eam, & illius erit.
16 Si vero de agro poſſeſſionis ſuæ ſanctificauerit quis Domino, erit æſtimatio tua pro ratione ſeminis ſui; ſe-
men Cori hordei pro quinquaginta ſiclis argenti. 17 Si autem ab anno Iubilæi ſanctificauerit agrum
ſuum, ſecundum æſtimationem tuam ſtatuetur. 18 Quod ſi poſt iubilæum ſanctificauerit agrum ſuum,
computabit ei ſacerdos argentum pro ratione annorum reſiduorum vſque ad annum Iubilæi, & ſubducetur
de æſtimatione tua. 19 Et ſi redimendo redimat agrum qui ſanctificauit illum, addet quintam partem ar-
genti æſtimationis tuæ ſuper eum, & confirmabitur illi. 20 Si autem non redemerit agrum, ſed vendiderit
agrum homini alteri, non redimetur amplius. 21 Erit autem ager cum venerit dies iubilæi ſanctus Do-
mino; ſicut ager conſecratus ſacerdoti erit poſſeſſio eius. 22 Quod ſi agrum acquiſitionis ſuæ, qui non eſt
de agro poſſeſſionis ſuæ ſanctificauerit quis Domino. 23 Computabit ei ſacerdos numerum æſtimationis
tuæ vſque ad annum iubilæi, dabitque æſtimationem tuam in die illo ſanctam Domino. 24 In anno iubilæi
reuertetur ager ad eum à quo acquiſiuit eum, ad eum cuius erat poſſeſſio terræ.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible] 30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible Syriac subscription]

25 Totum autem pretium eius fiet per ſiclum ſanctuarij, viginti autem obolorum eſt ſiclus.
26 At verò primogenitum quod iure primogenituræ dicatur Domino ex pecoribus, ne conſecret illud homo: ſi bos fuerit aut agnus, Domini eſt.
27 At ſi fuerit animal immundum, redimatur pretio, addatque ſuper illud quintam partem: & niſi redimatur, vendatur pretio.
28 At verò omne anathema quod deuouerit quiſpiam Domino ex omnibus quæ habet, ſiue hominem, ſiue iumentum, ſiue agrum hæreditatis ſuæ, non vendetur, neque redimetur: omne anathema ſacroſanctum eſt Domino.
29 Nullum anathema quod dedicatum eſt ab homine, redimetur, ſed occidendo occidetur. 30 Omnis etiam decima terræ, tam de ſeminæ terræ, quam de fructibus arborum, Domini eſt, & ſacra eſt Domino.
31 Et ſi redimere quis voluerit *aliquid* ex decima ſua, addat ſuper illud quintam partem.
32 Et omnis decima boum & ouium, omniſque *animantis* quod tranſit ſub virga paſtoris, erit ſanctum Domino.
33 Non diſquirat inter bonum & malum, & inter malum & bonum, neue commutet illud: quòd ſi commutando commutauerit illud, tam hoc, quàm id cum quo commutatur, fiet ſanctum, nec redimetur.
34 Hæc ſunt præcepta quæ mandauit Dominus Moſi de filiis Iſrael in monte Sinai.

Continentur hoc in libro Sacerdotum qui tertius eſt in Lege, verſus bis mille quadringenti quinquaginta quatuor.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible] 27 [illegible]
28 [illegible] 29 [illegible]
30 [illegible] 31 [illegible]
32 [illegible] 33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible Samaritan subscription]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible]
26 [illegible] 27 [illegible]
28 [illegible] 29 [illegible]
30 [illegible] 31 [illegible]
32 [illegible] 33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible Samaritan subscription]

25 *Et omnis æſtimatio tua erit in ſiclis ſanctuarij: quilibet ſiclus, viginti oboli.*

26 *Primogenitum autem quod offertur Deo ex animantibus, non eſt opus vt conſecret eum quiſpiam, ſiue fuerit ex ouibus ſiue ex bobus.*

27 *Et ſi conſecrauerit vllum ex animantibus immundis, permutet illud cum valore ſuo, & addat ei quintam partem ipſius: & niſi redemerit illud, vendatur iuxta valorem eius.*

28 *Omne autem optione delectum quod conſtituet homo Deo ex omnibus quæ habet, ex ſeruo, & animantibus, & agro dominij ſui, non vendetur, neque redimetur: ſed erit ex præcipuis ſacrorum Deo.*

29 *Et omnis perditus, qui meretur interire ex hominibus, ne redimatur, ſed occiſione occidatur.*

30 *Et omnes decimæ terræ ex leguminibus eius, & ex fructibus arborum, ſunt Deo ſacræ.*

31 *Et ſi quis redemerit aliquid è decimis ſuis, addat ſuper illud quintam partem pretij eius.*

32 *Et ex omnibus decimis boum & ouium tranſeuntium ſub baculo, decimum ex ipſis erit ſacrum Deo.*

33 *Non inueſtigabit de malo vel de bono, nec permutabit illud. Et ſi permutauerit illud, fiet ipſum & id in quod permutatum eſt, ſacrum Deo: non redimetur.*

34 *Hæc ſunt præcepta quæ mandauit Deus per Muſam filijs Iſrail, in monte Sinai.*

Abſolutus eſt liber tertius cum laude Dei, eiuſque beneficio, ac munificentia.

Laus Deo Domino creaturarum.

25 وجميع قيمتك يكون بمثاقيل القدس * كل مثقال عشرون
دانقا * 26 واما بكر يبكر لله من البهائم * فلا يحتاج ان
يقدسه انسان * ان كان من الغنم او هو من البقر *
27 وان اقدس شيا من البهائم النجسة * فليفده بقيمته * ويرد عليها
خمسها * وان لم يفتكها * فليبع بقيمته *
28 واما كل صواف يجعله الانسان لله من جميع ما له * من عبد
وبهائم * وضيعة حوزه * فلا يباع ولا يفتك * بل يكون من خواص
الاقداس لله *
29 وكل متلف يستحق التلف من الناس * فلا يفدى * بل يقتل
قتلا *
30 وجميع اعشار الارض من حبها ومن ثمر الشجر * فهو لله
قدسا * 31 وان افتك انسان شيا من اعشاره * فليرد عليه خمس
ثمنه * 32 وجميع اعشار البقر والغنم ما يجوز منه تحت العصا *
فالعشر منه يكون قدسا لله *
33 لا يفحص عن جيد او ردي * ولا يعين * فان عين * فقد صار
هو وبدله قدسا لله * لا يفتك *
34 هذه الوصايا التي امر الله بها موسى لبني اسرائيل في
جبل سيناء *

* تم السفر الثالث بحمد الله ومنه وكرمه *
والحمد لله رب العالمين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Omnis autem æſtimatio tua erit iuxta ſiclum ſanctuarij: Siclus viginti obolorum erit. 26 Veruntamen
omne primogenitum quod offertur Domino de animalibus, nemo ſanctificabit illud, ſiue bouem, ſiue ouem;
Domini eſt. 27 Si autem de animalibus immundis, tum redimet ſecundum æſtimationem tuam, & addet
quintam partem ſuper illud: ſi verò non redemerit, vendetur ſecundum æſtimationem tuam.

28 Omne etiam anathema quod quis deuouet Domino ex omni quod ad ipſum pertinet, ex homine, & pecore, & ex agro poſſeſſionis ſuæ non vendet, neque redimet: Omne anathema ſanctum ſanctorum erit Domino.
29 Omne anathema quod deuotum fuerit ab homine, non redimetur; moriendo morietur.

30 Omnis decima terræ, de ſemine terræ, & de fructu arboris, Domini eſt: ſanctum eſt Domino.

31 Et ſi redimendo redemerit quis de decima ſua, quintam partem eius addet ſuper eam.

32 Omnis quoque decima boum, & ouium, cuiuſlibet tranſeuntis ſub virga, decimum erit Domino.

33 Non diſcernet inter bonum & malum, neque commutabit illud: Si verò commutando commutauerit illud; ipſum, & commutatio eius erunt ſancta: non redimetur.

34 Hæc ſunt præcepta quæ præcepit Dominus Moſi pro filiis Iſrael in monte Sinai.

Iſte liber tertius ſectionum eſt centum & triginta.

✠ ܟܬܒܐ ܪܒܝܥܝܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܣܦܪܐ ܕܡܢܝܢܐ ✠

✠ ܩܦܠܐܘܢ ✠ ܐ ✠

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
[illegible]

LIBER QVARTVS LEGIS
qui vocatur Liber Numeri.

CAPVT PRIMVM.

ET locutus eſt Dominus
cum Moſe in deſerto Si-
nai in tabernaculo tem-
poris, primo *die* menſis
ſecundi, anno ſecundo
ab egreſſu filiorum Iſrael
de terra Ægypti, dixit-
que ad eum: 2 Tolle ſum-
mam numeri capitum
vniuerſi cœtus filiorum Iſrael per familias ſuas,
iuxta domum patrum ſuorum, cum numero
nominum, omnem maſculum per capita ſua.
3 A filio viginti annorum & ſupra, omnem
egredientem ad militiam in Iſraele recenſebis eos
in militia ſua tu & Aharon frater tuus. 4 Vo-
biſcum autem erunt ſinguli viri ex *vnaquaque*
Tribu, quorum quiſque erit caput domus patris
ſui. 5 Hæc verò ſunt nomina virorum qui ſta-
bunt vobiſcum. De *tribu* Rubil, Eliſur filius Se-
daur. 6 De Simeon, Selamuel filius Sur-ſadai.
7 De Iuda Nahſon filius Aminadab. 8 De Iſa-
char, Nathaniel filius Suar. 9 De Zebolon, Eliab
filius Halum. 10 De filiis Ioſeph & Aphrem,
Eliſema filius Amihud. De Manaſſe, Gamaliel
filius Pharſur. 11 De Beniamen, Abidan filius
Gedeoni. 12 De Dan, Ahiazar filius Amiſadai.
13 De Aſir, Phagiel filius Achran. 14 De Gad,
Eliaſaph filius Rauel. 15 De Nephtali, Ahida
filius Ainan. 16 Hi præclariſſimi cœtus, ma-
gnates in Tribu domus patrum ſuorum, duces
ſunt millium Iſraelis.
17 Duxerunt ergo Moſes & Aharon viros iſtos
qui nominatim expreſſi ſunt.

VERSIO SAMARITANA.

ࠀ

[illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

ࠀ

[illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]

IN NOMINE DEI MISERICORDIS Clementiſſimi.

LIBER QVARTVS,

Nempe Liber Numeri.

CAPVT PRIMVM.

ET locutus eſt Deus ad
Muſam in deſerto Si-
nain, in tabernaculo præ-
ſentiæ, die prima menſis
ſecundi, anni ſecundi ab
exitu eorum è regione
Ægypti, dicens: 2 *Tolli-*
te ſummam filiorum Iſrail
in familias ſuas,& domos
patrum ſuorum,cum numero nominum cuiuſlibet
maſculi in capita ſua. 3 *A filio viginti annorum*
& deinceps, omnem qui egreditur ad exercitum
filiorum Iſrail,numerabis eos tu & Haron. 4 *Sit-*
que vobiſcum vir ex ſingulis tribubus,iſque vir ſit
princeps domus patris ſui. 5 *Et hæc ſunt nomina*
virorum qui aderunt vobiſcum: Ex Raubin, Eli-
ſur filius Sediaur. 6 *Et ex Simeon, Salumiail filius*
Suri-Saddai. 7 *Et ex Jehudha, Nahſun filius*
Amminadab. 8 *Et ex Iſſachar Nathanail filius*
Suar. 9 *Et ex Zabulon, Eliab filius Hilun.* 10 *Et*
ex filijs Joſeph, ex Ephraim quidem Eliſamaa
filius Ammihud: ex Manaſſe verò, Gamaliail
filius Phadaſur. 11 *Et ex Beniamin, Abidan*
filius Gedeoni. 12 *Et ex Dan, Ahiazar filius*
Ammi-ſaddai. 13 *Et ex Aſir, Fagaiail filius*
Achran. 14 *Et ex Gadh, Eliaſaph filius Dauail.*
15 *Et ex Nephtali, Ahiran filius Ainan.* 16 *Iſti*
ſunt nominatiſſimi cœtus, nobiliſſimi tribuum
patrum ſuorum, & ipſi ſunt capita millium filio-
rum Iſrail. 17 *Sumpſerunt ergo Muſa & Ha-*
ron hos viros quorum narrata ſunt nomina.

* بسم الله الرحمن الرحيم *

* السفر الرابع * وهو سفر العدد *

1 وكلم الله موسى في برية سينين في خباء المحضر في اليوم
الاول من الشهر الثاني من السنة الثانية لخروجهم من بلد
مصر قايلا * 2 ارفعوا جملة بني اسرايل لعشايرهم وبيوت
اباهم * باحصاء اسماء كل ذكر لجماجمهم *
3 من ابن عشرين سنة فصاعدا * كل من يخرج الي جيش بني
اسرايل تحصيهم انت وهرون * 4 وليكن معكم رجل
من كل سبط * وذلك الرجل هو ريس بيت ابيه *
5 وهذه اسماء الرجال الذين يقومون معكم * من راوبين
اليصور بن شذياور * 6 ومن شمعون شلوميايل بن صوري
شذاي * 7 ومن يهودا نحشون بن عميناداب * 8 ومن
يساخار نثنايل بن صوغار * 9 ومن زبولون الياب بن حيلون *
10 ومن بني يوسف فمن افرايم اليشاماع بن عميهود * ومن
منشا جمليايل بن فداصور * 11 ومن بنيامين ابيدان بن
جدعوني * 12 ومن دان احيعازر بن عمي شداي *
13 ومن اشير فجعيايل بن عكران * 14 ومن جاد الياساف بن
دعوايل * 15 ومن نفتالي احيران بن عينان *
16 هاولاء دعاة الجماعة اشراف اسباط اباهم * وهم روساء الوف
بني اسرايل * 17 فاخذ موسى وهارون هاولاء الرجال الذين
شرحت اسماوهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

LIBRI NVMERORVM EX PENTATEVCHO Samaritano translatio.

CAPVT PRIMVM.

ET locutus eſt Dominus Moſi in deſerto Sinai, in tabernaculo teſtimonij, in prima menſis ſecundi, anno
ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti, dicens. 2 Accipite ſummam Congregationis filio-
rum Iſrael ſecundum familias eorum, ſecundum domum Patrum eorum cum numero nominum, omnem
maſculum ſecundum capita eorum. 3 A viginti annis & ſupra, omnem exeuntem ad bellum in Iſrael: recen-
ſebis eos ſecundum turmas ſuas, tu, & Aaron. 4 Et vobiſcum erunt ſinguli per tribus; vir princeps do-
mus patrum ſuorum aderit. 5 Hæc autem ſunt nomina virorum qui adſiſtent vobis; pro Ruben, Eliſur
filius Sediur. 6 Pro Simeone, Salamiel filius Suriſadai. 7 Pro Iuda, Nahaſſon filius Aminadab.
8 Pro Iſſachar, Nathanael filius Suar. 9 Pro Zabulone, Eliab filius Helon. 10 Pro filiis Ioſeph, pro
Ephraimo, Eliſama filius Emiud: pro Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. 11 Pro Beniamin, Abidan filius
Gedeonis. 12 Pro Dan, Achiezer filius Amiſadai. 13 Pro Aſer, Phagaiel filius Ochran.
14 Pro Gad, Eliſaph filius Daguel. 15 Pro Nephtali, Ahira filius Aenan. 16 Hi fuerunt deputati à Con-
gregatione, principes tribuum patrum ſuorum, capita millium Iſrael erant ipſi. 17 Aſſumpſit autem Moſes
& Aaron homines iſtos qui de nomine euocati ſunt.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

18 Et congregauerunt vniuerſum cœtum primo *die* menſis ſecundi: numeratique fuerunt per familias ſuas, iuxta domum patrum ſuorum numero nominum, à filio viginti annorum & ſupra, per capita ſua,
19 Quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Numerauit autem eos in deſerto Sinai.
20 Fueruntque filij Rubil primogeniti Iſraelis iuxta generationes ſuas, per familias ſuas, perque domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, omnis maſculus per capita ſua, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele:
21 Numerus *inquam* eorum qui erant de tribu Rubil, fuit quadraginta ſex millium, & quingentorum.
22 Filij Simeon per generationes ſuas, perque familias ſuas, iuxta domos patrum ſuorum, & numerum nominum, omnis maſculus per capita ſua, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele:
23 Numerus *inquam* tribus Simeonis fuit quinquaginta nouem millium, & trecentorum.
24 Filij. Gad per generationes ſuas, perque familias ſuas, iuxta domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, omnis maſculus per capita ſua, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele:
25 Numerus *inquam* tribus Gad fuit quadraginta quinque millium, & ſexcentorum quinquaginta.
26 Filij Iuda per generationes ſuas, perque familias ſuas, iuxta domos patrum ſuorum, & numerum nominum, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele:
27 Numerus *inquam* tribus Iuda fuit ſeptuaginta quatuor millium & ſexingentorum.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

18 *Et congregauerunt totum cœtum in prima die, in menſe ſecundo: deſumptaque fuit geneologia eorum in ſtirpes eorum, & domum patrum ſuorum, cùm numero nominum, à filio viginti annorum & ſupra, per capita eorum.*

19 *Sicuti præceperat Deus Muſæ, numerauit eos in deſerto Sinain.*

20 *Fueruntque qui eo modo numerati ſunt, ex filijs Raubin primogeniti Iſrail,*

21 *Quadraginta ſex millia, & quingenti.*

22 *Et qui numerati ſunt eodem modo ex filijs Simeon,*

23 *Quinquaginta nouem millia, & trecenti.*

24 *Similiter ex filijs Gadh,*

25 *Quadraginta quinque millia, & ſexcenti quinquaginta.*

26 *Et numerati ſimiliter ex filijs Iehudha,*

27 *Septuaginta quatuor millia, & ſexcenti.*

18 وجوق ساير الجماعة في اليوم الاول في الشهر الثاني *
فتناسبوا لعشايرهم وبيت ابايهم باحصاء الاسماء من ابن عشرين
سنة فصاعدا لجماجمهم *

19 كما امر الله موسى عدهم في برية سينين *

20 فكان المعدودون كذلك من بني راوبين بكر اسرايل *

21 ستة واربعين الفا وخمسماية *

22 والمعدودون كذلك من بني سمعون *

23 تسعة وخمسون الفا وثلثماية *

24 كذلك من بني جاذ *

25 خمسة واربعون الفا وستماية وخمسون *

26 والمعدودون كذلك من بني يهودا *

27 اربعة وسبعون الفا وستماية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Aſſumpſit autem Moſes & Aaron homines iſtos qui de nomine euocati ſunt. 18 Omnem etiam Congregationem conuocauerunt prima menſis ſecundi, & natales ſuos profeſſi ſunt ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum ſuorum cum numero nominum, à viginti annis & ſupra, ſecundum capita ſua.
19 Sicut præceperat Dominus Moſi, ſic recenſuit eos in deſerto Sinai.
20 Fuerunt autem filij Ruben primogeniti Iſrael, per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum ſuorum cum numero nominum, per capita ſua, omnis maſculus à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum. 21 Recenſiti eorum de tribu Ruben, quadraginta ſex millia, & quingenti.
22 De filiis Simeon, per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, ſecundum domum Patrum ſuorum, recenſiti eorum cum numero nominum, ſecundum capita ſua, omnis maſculus à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum. 23 Recenſiti eorum de tribu Simeon, quinquaginta nouem millia, & trecenti.
24 De filiis Gad, per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, ſecundum domum Patrum ſuorum cum numero nominum, à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
25 Recenſiti eorum de tribu Gad, quadraginta quinque millia, & ſexcenti, & quinquaginta.
26 De filiis Iuda per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, ſecundum domum Patrum ſuorum cum numero nominum, à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum. 27 Recenſiti eorum de tribu Iuda, ſeptuaginta quatuor millia, & ſexcenti.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

[28] Filij Iſachar per generationes ſuas, perque
familias ſuas, & domos patrum ſuorum, iuxta
numerum nominum, à filio viginti annorum &
ſupra, omnis egrediens ad exercitum in Iſraele:
[29] Numerus *inquam* tribus Iſachar, fuit quin-
quaginta quatuor millium, & quadringento-
rum. [30] Filij Zebolon per generationes ſuas,
perque familias ſuas, domoſque patrum ſuo-
rum, & numerum nominum, à filio viginti an-
norum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in
Iſraele: [31] Numerus *inquam* tribus Zebolon,
fuit quinquaginta ſeptem millium, & quadrin-
gentorum. [32] Filij verò Ioſeph: filij Aphrem
per generationes ſuas, perque familias ſuas,
& domos patrum ſuorum, ac numerum no-
minum, à filio viginti annorum & ſupra, omnis
egrediens ad militiam in Iſraele: [33] Numerus
inquam tribus Aphrem, fuit quadraginta mil-
lium, & quingentorum.
[34] Filij Manaſſe per generationes ſuas, perque
familias ſuas, domos patrum ſuorum, & nume-
rum nominum, à filio viginti annorum & ſu-
pra, omnis egrediens ad militiam in Iſrae-
le: [35] Numerus *inquam* tribus Manaſſe, fuit
triginta duorum millium, & ducentorum.
[26] Filij Beniamen per generationes ſuas, per-
que familias ſuas, domos patrum ſuorum, ac nu-
merum nominum, à filio viginti annorum &
ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele:
[37] Numerus *inquam* tribus Beniamen, fuit
triginta quinque millium, & quadringento-
rum. [38] Filij Dan per generationes ſuas, per-
que familias ſuas, domos patrum ſuorum, &
numerum nominum, à filio viginti anno-
rum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in
Iſraele: [39] Numerus *inquam* tribus Dan, fuit
ſexaginta trium millium, & ſeptingentorum.

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

28 *Et numerati ſimiliter ex filiis Iſachar,*

29 *Quinquaginta quatuor millia, & quadringenti.*

30 *Et numerati ſimiliter de filiis Zabulon,*

31 *Quinquaginta ſeptem millia, & quadringenti.*

32 *Et numerati eodem modo ex filiis Ioſeph: ex Ephaim quidem,*

33 *Quadraginta millia, & quingenti.*

34 *Ex Manaſſe verò,*

35 *Triginta duo millia, & ducenti.*

36 *Et numerati ſimiliter ex filiis Beniamin,*

37 *Triginta quinque millia, & quadringenti.*

38 *Et numerati ſimiliter ex filiis Dan,*

39 *Sexaginta duo millia, & ſeptingenti.*

28 والمعدودون كذلك من بني يساخار *

29 أربعة وخمسون ألفا وأربع ماية *

30 والمعدودون كذلك من بني زبولون *

31 سبعة وخمسون ألفا وأربع ماية *

32 والمعدودون كذلك من بني يوسف * فمن افرايم *

33 أربعون ألفا وخمسماية *

34 ومن منشا *

35 اثنان وثلاثون ألفا ومايتان *

36 والمعدودون كذلك من بني بنيامين *

37 خمسة وثلاثون ألفا وأربع ماية *

38 والمعدودون كذلك من بني دان *

39 اثنان وستون ألفا وسبع ماية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 De filiis Iſſacar, generationes eorum ſecundum familias eorum, ſecundum domum patrum eorum, cum nu-
mero nominum à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
29 Recenſiti eorum de tribu Iſſacar, quinquaginta quatuor millia, & quadringenti.
30 De filiis Zabulon, generationes eorum, ſecundum familias eorum, ſecundum domum patrum eorum cum
numero nominum à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum. 31 Recenſiti eorum de tribu Zabu-
lon, quinquaginta ſeptem millia, & quadringenti. 32 De filiis Ioſeph: de filiis Ephraim, generationes eo-
rum, ſecundum familias eorum, ſecundum domum Patrum eorum cum numero nominum à viginti annis &
ſupra, omnis egrediens ad bellum. 33 Recenſiti eorum de tribu Ephraim, quadraginta millia, & quingenti.
34 De filiis Manaſſe, generationes eorum, ſecundum familias eorum, ſecundum domum patrum eorum
cum numero nominum à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
35 Recenſiti eorum de tribu Manaſſe, triginta duo millia, & ducenti 36 De filiis Benjamin, generationes
eorum ſecundum familias eorum, ſecundum domum patrum eorum cum numero nominum à viginti annis
& ſupra, omnis egrediens ad bellum. 37 Recenſiti eorum de tribu Benjamin, triginta quinque millia, & qua-
dringenti. 38 De filiis Dan, generationes eorum ſecundum familias eorum, ſecundum domum Patrum
ſuorum cum numero nominum à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
39 Recenſiti eorum de tribu Dan, ſexaginta duo millia, & ſeptingenti.

40 [illegible]

41 [illegible]

42 [illegible]

43 [illegible]

44 [illegible]

45 [illegible]

46 [illegible]

47 [illegible]

48 [illegible]

49 [illegible]

50 [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

40 Filij Aſir per generationes ſuas, perque familias ſuas, domos patrum ſuorum, & numerum nominum, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad militiam in Iſraele: 41 Numerus *inquam* tribus Aſir, quadraginta vnius millium, & quingentorum. 42 Filij verò Nephtali per generationes ſuas, perque familias ſuas, domos patrum ſuorum, & numerum nominum, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egrediens ad exercitum in Iſraele: 43 Numerus *inquam* tribus Nephtali fuit quinquaginta triũ millium, & quadringentorum. 44 Hi ſunt numeri quos numerauit Moſes & Aharon, & magnates Iſraelis, duodecim *videlicet* viri, ſinguli de domo patris ſui. 45 Fuerunt itaque omnes numeri filiorum Iſrael per domos patrum ſuorum, à filio viginti annorum & ſupra, omnis egredientis ad militiam in Iſraele: 46 Fuerunt *inquam* omnes numeri filiorum Iſrael, ſexcenta triginta millia, & quingenti quinquaginta. 47 Leuitæ verò & tribus patrum ſuorum, non fuerunt numerati inter eos. 48 Locutuſque eſt Dominus cum Moſe, & dixit ad eum: 49 Tribum Leui ne numeres, & cenſum eorum ne tollas inter filios Iſrael. 50 Sed præfice Leuitas tabernaculo teſtimonij, & omnibus vaſis eius, & rebus quibuſque quæ ſunt in eo. Ipſi portabunt tabernaculum & cuncta vaſa eius, ipſique miniſtrabunt ei, & circa tabernaculum erunt caſtrametantes.

51 Et cùm proficiſcetur tabernaculum, inclinabunt illud Leuitæ: cùmque caſtrametabitur tabernaculum, erigent illud Leuitæ: & extraneus qui acceſſerit ad illud, occidetur. 52 Caſtrametabuntur autem filij Iſrael, vnuſquiſque in agmine ſuo, & quiſque in turma ſua, per exercitus ſuos.

VERSIO SAMARITANA.

40 [illegible] 41 [illegible] 42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible] 46 [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] 49 [illegible] 50 [illegible] 51 [illegible] 52 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

40 [illegible] 41 [illegible] 42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible] 46 [illegible] 47 [illegible] 48 [illegible] 49 [illegible] 50 [illegible] 51 [illegible] 52 [illegible]

40 *Et numerati eo modo ex filijs Aſir,*

41 *Quadraginta vnum millia, & quingenti.*

42 *Et numerati ſic de filijs Nephtali.*

43 *Quinquaginta tria millia, & quadringenti.*

44 *Iſti ſunt recenſiti quos numerauit Muſa, & Haron, & Nobiles filiorum Iſrail, duodecim viri quorum quilibet erat nobiliſſimus in domo patrum ſuorum.*

45 *Et fuerunt ij quos numerauit ex ipſis, deſumpti per domum patrum ſuorum, à filio viginti annorum & ſupra, ex ijs qui egrediuntur in exercitibus ſuis:*

46 *Fuit inquam ſumma eorum ſexingenta millia, & tria millia, & quingenti quinquaginta.*

47 *At verò Leuitæ non fuerunt numerati cum ipſis in Tribum patrum ſuorum.*

48 *Præterea locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:*

49 *Verùm Tribum Liui ne numeres, neque tollas ſummam eorum inter filios Iſrail.*

50 *Et tu præfice Leuitas habitaculo teſtimonij, & vaſis eius, & omnibus quæ ipſius ſunt. Ipſi enim portabunt habitaculum, & omnia vaſa eius, & ipſi miniſtrabunt ei, & circa illud habitabunt.*

51 *Et in eius diſceſſu ipſi diſſoluent illud: & in eius quiete, figent illud. Et quicumque aduena acceſſerit ad illud, interficiatur.*

52 *Et caſtrametabuntur filij Iſrail qualibet Tribus in exercitu ſuo, in caſtris ſuis, per turmas ſuas.*

40 والمعدودون كذلك من بني اشير *

41 احد واربعون الفا وخمس ماية *

42 والمعدودون كذلك من بني نفتالي *

43 ثلاثة وخمسون الفا واربع ماية *

44 هاولاء المعدودون الذين عدهم موسي وهارون واشراف
بني اسرايل الاثنا عشر رجلا كل واحد منهم شريف في بيت
اباية *

45 وكان من عدة منهم منسوبا الي بيت اباية * من ابن عشرين
سنة فصاعدا * ممن يخرج في جيوشهم *

46 فذلك جملتهم ستماية الف وثلاثة الف وخمس ماية
وخمسون *

47 واما اللويانيون فلم يعدوا معهم لسبط ابايهم *

48 ثم كلم الله موسي قايلا *

49 اما سبط لوي فلا تعده * ولا ترفع جملتهم فيما بين
بني اسرايل *

50 وانت فوكل اللويانيين علي مسكن الشهادة وانيته
وجميع ماله * فهم يحملون المسكن وجميع انيته * وهم يخدمونه
وحواليه ينزلون *

51 وفي رحيله هم يفصلونه * وفي نزوله ينصبونه * والاجنبي
تقدم الي ذلك فليقتل *

52 وينزل بنو اسرايل كل سبط في عسكره في مركزه علي جيوشهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

40 De filiis Aſer per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, ſecundum domum Patrum ſuorum cum numero nominum, à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
41 Recenſiti eorum de tribu Aſer vnum & quadraginta millia, & quingenti.
42 De filiis Nephtali per generationes ſuas, ſecundum familias ſuas, rum, ſecundum domum patrum ſuorum cum numero nominum, à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum.
43 Recenſiti eorum de tribu Nephtali, quinquaginta tria millia, & quadringenti.
44 Hi ſunt recenſiti quos recenſuit Moſes, & Aaron, & principes Iſraelis: duodecim viri, vir vnus pro tribu vna, iuxta tribum domus patrum ſuorum fuerunt.
45 Fuerunt autem omnes recenſiti filiorum Iſrael per turmas ſuas à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad bellum in Iſrael.
46 Fuerunt igitur omnes recenſiti ſexcenta tria millia, & quingenti quinquaginta.
47 Leuitæ verò ſecundum tribum patrum ſuorum recenſiti non fuerunt inter eos.
48 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
49 Tribum Leui nullomodò recenſebis, neque ſummam eorum capies in medio filiorum Iſrael.
50 Tu autem conſtitue Leuitas ſuper tabernaculum teſtimonij, & ſuper omnia vaſa eius, & ſuper omne quod ad ipſum pertinet: Illi portabunt tabernaculum, & omnia vaſa eius, & ipſi miniſtrabunt illi, & circa tabernaculum caſtrametabuntur.
51 Cúmque deducendum erit tabernaculum, deſcendere facient illud Leuitæ; & cum requieſcet tabernaculum, erigent illud Leuitæ: alienigena autem accedens morietur.
52 Et caſtrametabuntur filij Iſrael vnuſquiſque ſecundum caſtra ſua, & vnuſquiſque iuxta latus ſuum per turmas ſuas.

53 [illegible]
54 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

53 Leuitæ verò erunt manentes circa taber-
naculum teſtimonij, ne accidat indignatio ad-
uerſus congregationem filiorum Iſrael. Excu-
babunt ergo Leuitæ in excubia tabernaculi te-
ſtimonij. 54 Et fecerunt filij Iſrael quemad-
modum præcepit Dominus Moſi, ſic *inquam*
fecerunt.

CAPVT II.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe &
cum Aharone, dixitque ad eos: 2 Vnuſ-
quiſque ex filiis Iſrael in agmine ſuo, in locis do-
mus patrum ſuorum caſtrametabitur: è re-
gione & circum tabernaculum temporis caſtra
figet. 3 Qui verò caſtra ponent primi ad
plagam Orientalem, erit turma caſtrorum
Iudæ per exercitum ſuum: & princeps filio-
rum Iudæ, Nahſon filius Aminadab. 4 Et nu-
merus exercitus eius, ſeptuaginta quatuor mil-
lia, & ſexcenti. 5 Qui autem caſtrametabun-
tur prope illum, erunt tribus Iſachar: & prin-
ceps filiorum Iſachar, Nathaniel filius Soar.
6 Et numerus exercitus eius, quinquaginta
quatuor millia, & quadringenti. 7 Et tribus
Zebolon: princeps autem filiorum Zebolon,
Eliab filius Halon. 8 Et numerus exercitus
eius, quinquaginta ſeptem millia, & quadrin-
genti. 9 Totus numerus caſtrorum Iudæ,
centum octoginta ſex millia, & quadringenti,
per exercitus ſuos: hi primò proficiſcentur.
10 Turma verò caſtrorum Rubil, ab Auſtro,
per exercitum ſuum: & princeps filiorum Ru-
bil, Eliſur filius Sedaur. 11 Et numerus exer-
citus eius quadraginta ſex millia, & quingenti.
12 Et qui iuxta eum caſtrametabuntur, erit
tribus Simeon: & princeps filiorum Simeon,
Selamuel filius Suri-Sadai.
13 Et numerus exercitus eius, quinquaginta
nouem millia, & trecenti.

VERSIO SAMARITANA.

53 [illegible]
54 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

53 [illegible]
54 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

53 *Et Leuitæ diuerſabuntur circa Habitaculum*
teſtimonij, ne ſit furor ſuper filios Jſrail. & cuſto-
diant Leuitæ quod admoniti ſunt circa hoc.
54 *Fecerunt igitur filij Jſrail quidquid præcepit*
Deus Muſæ & Haroni.

CAPVT II.

ET allocutus eſt Deus Muſam & Haronem
dicens: 2 *Vnaquæque Tribus in meta ſua*
ſub vexillis domorum patrum ſuorum caſtrame-
tabuntur filij Iſrail, è regione tabernaculi præſen-
tiæ & circa illud caſtrametabuntur.
3 *Et qui caſtrametabuntur ad Orientem, erunt*
caſtra exercitus filiorum Jehudha in turmas ſuas:
& princeps eorum Nahſun filius Amminadhab.
4 *Et numerus exercitus eius, ſeptuaginta qua-*
tuor millia, & ſexingenti. 5 *Et qui caſtrameta-*
buntur ad latus eius, tribus Jſſachar: & princeps
eorum Nathanail filius Suar, 6 *Et numerus*
exercitus eius, quinquaginta quatuor millia, &
quadringenti. 7 *Et ad latus eius, tribus Zabu-*
lon: & princeps eorum Eliab filius Hilun:
8 *Et numerus exercitus eius, quinquaginta ſeptem*
millia, & quadringenti.
9 *Atque hic eſt totus numerus exercitus Iehu-*
dha, centum millia, & octoginta millia, & ſex
millia, & quadringenti, in turmas ſuas. & ipſi
prius caſtra mouebunt. 10 *Meta exercitus*
Raubin, ad Meridiem, in turmas ſuas: & prin-
ceps eorum Eliſur filius Sediaur:
11 *Et numerus exercitus eius, quadraginta ſex*
millia, & quingenti.
12 *Et qui caſtrametabuntur ad latus ipſius,*
tribus Simeon: & princeps eorum Salumiail
filius Suri-ſaddai,
13 *Et numerus exercitus eius, quinquaginta*
nouem millia, & trecenti.

53 واللاويون ينزلون حوالي مسكن الشهادة * لئلا يكون
سخط على جماعة بني اسرائيل * ويحفظ اللاويون ما استحفظوه
من ذلك * 54 فصنع بنو اسرائيل بجميع ما امر الله به موسي
وهارون *

* الفصل الثاني *

1 وكلم الله موسي وهارون قائلا * 2 كل سبط في مركزه
بعلامات لبيوت آبائهم ينزل بنو اسرائيل حذاء خباء المحضر * وحواليه
ينزلون * 3 والنازلون في المشرق مركز عسكر بني يهودا لجيوشهم *
وسريفهم نحشون بن عمي ناداب * 4 وعدد جيشه اربعة
وسبعون الفا وستماية * 5 والنازلون الي جانبه سبط يساخار *
وسريفهم نثنايل بن صوغار * 6 وعدد جيشه اربعة وخمسون
الفا واربع ماية * 7 والي جانبه سبط زبولون * وسريفهم اليآب
بن حيلون *
8 وعدد جيشه سبعة وخمسون الفا واربع ماية *
9 فذلك جميع عدد عسكر يهودا * ماية الف وثمانون الفا وستة
الف واربع ماية لجيوشهم وهم اولا يرحلون * 10 مركز عسكر
راوبين في الجنوب لجيوشهم وسريفهم * اليصور بن شذياور *
11 وعدد جيشه ستة واربعون الفا وخمسماية *
12 والنازلون الي جانبه سبط شمعون * وسريفهم شلوميايل بن
صوري شداي *
13 وعدد جيشه تسعة وخمسون الفا وثلثماية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

53 Sed Leuitæ caſtrametabuntur circa tabernaculum teſtimonij, & non erit indignatio ſuper Congregatio-
nem filiorum Iſrael, & cuſtodiant Leuitæ cuſtodiam tabernaculi teſtimonij. 54 Feceruntque filij Iſrael
ſecundum omnia quæ præcepit Dominus Moſi, ſic fecerunt.

CAPVT II.

ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 2 Vnuſquiſque ſecundum vexilla ſua ſub ſignis
iuxta domum Patrum ſuorum caſtrametabitur; filij Iſrael ex aduerſo in circuitu tabernaculi teſtimonij
caſtrametabuntur. 3 Primùm autem caſtrametabitur ab oriente vexillum caſtri Iuda per turmas ſuas, prin-
cepſque filiorum Iuda erit Naaſſon filius Aminadab. 4 Et turmæ eius, & recenſiti eius, ſeptuaginta quatuor
millia, & ſexcenti. 5 Et caſtrametabitur iuxta eos tribus Iſſachar, princepſque filiorum Iſſachar, Nathanael
filius Sohar. 6 Turmæ autem eius, & recenſiti eius, quinquaginta quatuor millia, & quadringenti.
7 Et tribus Zabulon, Princeps autem filiorum Zabulon, Eliab filius Helon. 8 Et turmæ eius, & recenſiti
eius, quinquaginta ſeptem millia, & quadringenti. 9 Omnes recenſiti de caſtris Iuda, centum octoginta, &
ſex millia, & quadringenti, ſecundum turmas ſuas primùm proficiſcentur.
10 Vexillum caſtrorum Ruben ad meridiem erit per turmas ſuas: princeps autem filiorum Ruben, Eliſur
filius Sediur. 11 Et turmæ eius, & recenſiti eius, quadraginta ſex millia, & quingenti.
12 Caſtrametabitur autem iuxta eum tribus Simeon, princeps verò filiorum Simeon Salamiel filius Suriſadai.
13 Et turmæ eius, & recenſiti eius quinquaginta nouem millia, & trecenti.

14 Tribus quoque Gad: & princeps filiorum
Gad, erat Eliaſaph filius Rauel. 15 Et numerus
exercitus eius, quadraginta quinque millia, &
ſexcenti quinquaginta. 16 Totus numerus ca-
ſtrorum Rubil, centum quinquaginta vnum
millia, & quadringenti quinquaginta per exer-
citus ſuos, poſt primos proficiſcebantur. 17 Pro-
ficiſcebatur autem tabernaculum temporis,
exercitus *videlicet* Leuitarum, in medio caſtro-
rum: quemadmodum caſtrametabãtur, ita pro-
ficiſcebantur, vnuſquiſque cum turma ſua per
exercitus ſuos. 18 Turma verò caſtrorum
Aphrem, per exercitum ſuum, ab occidente *ca-
ſtrametabatur*: & princeps filiorum Aphrem,
Eliſema filius Amihud. 19 Et numerus exercitus
eius, quadraginta millia, & quingenti. 20 Porrò
qui caſtrametabantur prope hunc, erat tribus
Manaſſe: & princeps filiorum Manaſſe, Gama-
liel, filius Pharſur. 21 Et numerus exercitus eius,
triginta duo millia, & ducenti. 22 Et tribus Beni-
amen: princeps autem filiorum Beniamen,
Abidan filius Gedeoni. 23 Et numerus exer-
citus eius, triginta quinque millia, & qua-
dringenti. 24 Vniuerſus numerus caſtro-
rum Aphrem, centum & octo millia, & cen-
tum, per exercitus ſuos: poſt ſecundos profici-
ſcentur. 25 Turma verò caſtrorum Dan, ab
Aquilone per exercitus ſuos caſtrametabitur:
princeps autem filiorum Dan, Ahiazar filius
Amiſadai. 26 Et numerus exercitus eius ſexa-
ginta duo millia, & ſeptingenti. 27 Porrò qui
caſtrametabantur iuxta eum, erat tribus Aſir:
& princeps filiorum Aſir, Phagiel filius Achran.
28 Et numerus exercitus eius, quadraginta
vnum millia, & quingenti. 29 Tribus quo-
que Nephtali: & princeps filiorum Nephtali,
Ahida filius Ainan.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

14 *Et ad latus eius, Tribus Gad: & princeps eorum Eliaſaph filius Dauail.*
15 *Et numerus exercitus eius, quadraginta quinque millia, & ſexcenti quinquaginta.*
16 *Atque hic eſt vniuerſus exercitus Raubin, Centum millia, viginti vnum millia, & quadringenti quinquaginta, in turmas ſuas: proficiſcentur ſecundi poſt eos.* 17 *Et proficiſcetur tabernaculum præſentiæ, exercitus Leuitarum, in medio exercituum: & quomodo ipſi caſtrametabuntur, eodem modo proficiſcentur: vnaquæque ſecta in loco ſuo, & meta ſua.* 18 *Et caſtra exercitus Ephraim in turmas ſuas, ad Occidentem: & princeps eorum Eliſama filius Ammihudh.*
19 *Et numerus exercitus eius, quadraginta millia, & quingenti.*
20 *Et ad latus ipſius, Tribus Manaſſe: & princeps eorum Gamaliail filius Phadaſur.*
21 *Et numerus exercitus eius, triginta duo millia, & ducenti.* 22 *Et ad latus eius, Tribus Beniamin: & princeps eorum Abidhan filius Gedeoni.*
23 *Et numerus exercitus eius, triginta quinque millia, & quadringenti.*
24 *Atque iſte eſt totus exercitus Ephraim, centum millia, & octo millia, ac centum, in turmas ſuas: & proficiſcentur tertio loco.*
25 *Et meta exercitus Dan, ad Aquilonem, in turmas ſuas: & princeps eorum Ahiazar filius Ammi-ſaddai.*
26 *Et numerus exercitus eius, ſexaginta duo millia, & ſeptingenti.*
27 *Et ad latus eius, Tribus Aſir: & princeps eorum Fagaiail filius Achran.*
28 *Et numerus exercitus eius, quadraginta vnum millia, & quingenti.*
29 *Et ad latus eius, Tribus Nephtali: & princeps eorum, Ahiraa filius Ainan.*

14 والي جانبه سبط جاذ * وشريفهم الياساف بن دعوايل *
15 وعدد جيشه خمسة واربعون الفا وستماية وخمسون *
16 فذلك جميع عسكر راوبين * ماية الف واحد وخمسون الفا
واربع ماية وخمسون لجيوشهم * يرحلون ثانيهم * 17 ويرحل خباء
المحضر عسكر اللوانيين في وسط العساكر * وكما هم ينزلون كذلك
يرحلون * كل فريق في مكانه ومركزه *
18 ومركز عسكر افرايم لجيوشهم في المغرب * وشريفهم اليشاماع
بن عميهود *
19 وعدد جيشه اربعون الفا وخمس ماية *
20 والي جانبه سبط منشا وشريفهم جمليايل بن فداصور *
21 وعدد جيشه اثنان وثلاثون الفا ومايتان *
22 والي جانبه سبط بنيامين * وشريفهم ابيدان بن جدعوني *
23 وعدد جيشه خمسة وثلاثون الفا واربع ماية *
24 فذلك جميع عسكر افرايم * ماية الف وثمانية الف وماية
لجيوشهم * ويرحلون ثالثا *
25 ومركز عسكر دان في الشمال لجيوشهم * وشريفهم احيعازر
بن عمي شداي *
26 وعدد جيشه اثنان وستون الفا وسبع ماية *
27 والي جانبه سبط اشير * وشريفهم فجعايل بن عكران *
28 وعدد جيشه احد واربعون الفا وخمس ماية *
29 والي جانبه سبط نفتالي * وشريفهم احيراع بن عينان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Tribus quoque Gad, & princeps filiorum Gad, Eliſaph filius Daguel, 15 Et turmæ eius, & recenſiti eius,
quadraginta quinque millia, & ſexcenti quinquaginta. 16 Omnes recenſiti in caſtris Ruben, centum
& quinquaginta millia, & mille quadringenti quinquaginta: per turmas ſuas ſecundi proficiſcebantur.
17 Cum proficiſcetur tabernaculum teſtimonij, caſtrum Leuitarum erit in medio caſtrorum: ſicut caſtrametabuntur ita proficiſcentur, vnuſquiſque ad latus ſuum ſecundum vexilla ſua.
18 Vexillum caſtrorum Ephraim per turmas ſuas erit ad Occidentem, & princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Emiud, 19 Et turmæ eius, & recenſiti eius, quadraginta millia & quingenti.
20 Iuxta eum erit tribus Manaſſe, & princeps filiorum Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur.
21 Et turmæ eius, & recenſiti eius, triginta duo millia, & ducenti. 22 Tribus quoque Beniamin, & princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis. 23 Et turmæ eius, & recenſiti eius, triginta millia, &
quadringenti. 24 Omnes recenſiti in caſtris Ephraim, centum & octo millia & centum per turmas ſuas, & tertij proficiſcebantur. 25 Vexillum caſtrorum Dan ad ſeptentrionem erit per turmas ſuas, & Princeps filiorum Dan Achiezer filius Amiſadai. 26 Et turmæ eius, & recenſiti eius, ſexaginta duo millia, & ſeptingenti.
27 Caſtrametabitur autem iuxta eum tribus Aſer, & princeps filiorum Aſer, Phagaiel filius Ochran,
28 Et turmæ eius, & recenſiti eius, vnum & quadraginta millia, & quingenti.
29 Tribus quoque Nephtali, & princeps filiorum Nephtali, Ahira filius Ænan.

30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

30 Et numerus exercitus eius, quinquaginta tria millia, & quadringenti. 31 Vniuerſus numerus caſtrorum Dan, centum quinquaginta ſeptem millia, & ſexcenti: vltimi poſt turmas proficiſcentur. 32 Hi ſunt numeri filiorum Iſrael per domos patrum ſuorum, vniuerſi *inquam* numeri caſtrorum per exercitus ſuos, ſexcenta tria millia, & quingenti quinquaginta. 33 Leuitæ verò & tribus patrum eorum, non fuit numerata inter filios Iſrael, quemadmodũ præceperat Dominus Moſi. 34 Fecerunt itaque filij Iſrael quicquid mandauerat Dominus Moſi, ſic *inquam* fecerunt, & ſic proficiſcebantur per turmas ſuas, & ſic caſtrametabantur, vnuſquiſque in caſtris ſuis, pro domo patris ſui.

CAPVT III.

CÆterùm iſtæ ſunt generationes Aharonis & Moſis in die quo locutus eſt Dñs cum Moſe in monte Sinai. 2 Et hæc ſunt nomina filiorum Aharonis: Primogenitus eius, Nadab, & Abihu, & Eliazar, & Ithamar. 3 Et hæc ſunt nomina filiorum Aharonis ſacerdotis, qui vncti fuerant, & perfecerant manus ſuas ad ſacerdotium. 4 Mortui ſunt autem Nadab & Abihu coram Dño, cùm obtulerũt ignem peregrinũ corã Dño in deſerto Sinai, & filios non habuerunt: & ſacerdotio functi ſunt Eliazar & Ithamar filij Aharonis patris ſui. 5 Et locutus eſt Dñs cum Moſe, dixitque ad eum: 6 Admoue tribum Leui, & conſtitue eam coram Aharone ſacerdote, vt miniſtrent ei, 7 Cuſtodiantque cuſtodiã eius, & cuſtodiam vniuerſi cœtus coram Domino, ante tabernaculum temporis, vt exerceant miniſterium tabernaculi. 8 Præterea cuſtodient omnia vaſa tabernaculi temporis, & cuſtodiam filiorum Iſrael, vt obeant miniſterium tabernaculi. 9 Denique dabis ipſos Leuitas Aharoni & filiis eius: dono enim dati ſunt ei de medio filiorum Iſrael.

VERSIO SAMARITANA.

30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

30 *Et numerus exercitus eius, quinquaginta tria millia,& quadringenti.* 31 *Atque iſte eſt vniuerſus exercitus Dan, centum quinquaginta ſeptem millia, & ſexcenti: & proficiſcentur poſtremo loco, per turmas ſuas.* 32 *Hi ſunt recenſiti filiorum Iſrail in domos patrum ſuorum: ſumma numeri exercituum in turmas ſuas, ſexcenta millia, & tria millia, & quingenti quinquaginta.* 33 *Leuitæ autem non fuerunt numerati inter ſummam filiorum Iſrail, ſicuti præcepit Deus Muſæ.* 34 *Feceruntque filij Iſrail omnia quæ mandauit Deus Muſæ: eo modo diuerſati ſunt in caſtris ſuis, atque eo modo profecti ſunt: vnaquæque Tribus in familias ſuas, iuxta domos patrum ſuorum.*

CAPVT III.

ATque hæc eſt geneologia gentis Muſæ & Haronis quo tempore collocutus eſt Deus cum Muſa in deſerto Sinain. 2 *Et hæc ſunt nomina filiorum Haronis. Nadab primogenitus, & Abihu, & Elazar, & Ithamar.* 3 *Hæc ſunt nomina filiorum Haronis ſacerdotum vnctorum, quorum debitum expletum fuerat ad munus ſacerdotij.* 4 *Mortuique ſunt Nadab & Abihu in conſpectu Dei, eo quòd obtuliſſent ignem exterum coram Deo in deſerto Sinai, nec fuerunt eis filij: functique ſunt ſacerdotio Elazar & Ithamar in præſentia Haronis patris ſui.* 5 *Locutusque eſt Deus cum Muſa, dicens.* 6 *Admoue tribum Liui, & ſiſte illos ante Haronem ſacerdotem, vt famulentur ei,* 7 *Et cuſtodiant cuſtodiā eius, & cuſtodiam congregationis ante tabernaculum præſentiæ: & miniſtrent miniſterium Habitaculi,* 8 *Et cuſtodiant omnia vaſa tabernaculi præſentiæ, & cuſtodiam filiorum Iſail, & miniſtrent miniſterium habitaculi.* 9 *Et da Leuitas Haroni & filijs eius: addicti atque donati ſunt ei de filijs Iſrail.*

30 وعدد جيشه ثلاثة وخمسون الفا واربع مائة * 31 فذلك
جميع عسكر دان * مائة وسبعة وخمسون الفا وستمائة * ويرحلون
آخرا لجيوشهم * 32 هاولاء معدودو بني اسرايل لبيوت آبايهم *
جملة عدد العساكر لجيوشهم * ستمائة الف وثلاثة آلاف
وخمسمائة وخمسون * 33 واللاويون لم يحصوا في جملة بني
اسرايل كما امر الله موسى * 34 ثم صنع بنوا اسرايل جميع
ما امر الله موسى * كذاك نزلوا في مراكزهم * وكذاك رحلوا * كل
سبط لعشايرهم على بيوت آبايهم *

* الفصل الثالث *

1 وهذه نسبة قوم موسى وهارون في وقت خطاب الله لموسى
في برية سينين * 2 وهذه اسماء بني هارون * ناداب البكر *
وابيهو * والعازار * وايثامار * 3 هذه اسماء بني هارون الايمة
الممسوحين الذين كمل واجبهم للامامة * 4 ومات ناداب
وابيهو بين يدي الله بما قربا نارا غريبة بين يدي الله في برية
سيناي * ولم يكن لهما بنون * وام العازار وايثامار بحضرة هارون
ابيهما * 5 فكلم الله موسى قايلا * 6 قدم سبط لوي فقفهم
بين يدي هارون الامام فيخدموه * 7 ويحفظوا حفظه وحفظ
الجماعة بين يدي خباء المحضر * ويخدموا خدمة المسكن *
8 ويحفظوا جميع آنية خباء المحضر * وحفظ بني اسرايل *
ويخدموا خدمة المسكن * 9 وادفع اللاويين الي هارون
وبنيه * مسلمون معطون هم له من بني اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

30 Et turmæ eius,& recenſiti eius, quinquaginta tria millia, & quadringenti. 31 Omnes recenſiti caſtrorum Dan, centum quinquaginta ſeptem millia, & ſexcenti: poſtremi proficiſcebantur ſecundum vexilla ſua.
32 Iſti recenſiti ſunt de filiis Iſrael ſecundum domum patrum ſuorum: Omnes recenſiti caſtrorum iuxta turmas ſuas, ſexcenta tria millia, & quingenti quinquaginta. 33 Leuitæ autem recenſiti non fuerunt inter filios Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moſi. 34 Fecerunt autem filij Iſrael ſecundum omnia quæ præceperat Dominus Moſi: Sic caſtrametati ſunt ſecundum vexilla ſua, & ſic profecti ſunt, vnuſquiſque ſecundum familias ſuas, per domum Patrum ſuorum.

CAPVT III.

IStæ autem ſunt generationes Aaronis & Moſis in die quo locutus eſt Dominus Moſi in monte Sinai. 2 Hæc quoque ſunt nomina filiorum Aaronis, primogenitus Nadab, & Abiu, Eleazar & Ithamar. 3 Hæc ſunt nomina filiorum Aaronis ſacerdotum vnctorum, quorum conſecrauit manum vt ſacerdotio fungerentur.
4 Mortui autem ſunt Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum coram Domino in deſerto Sinai: filij autem non erant eis, ideo ſacerdotio functi ſunt Eleazar, & Ithamar coram Aarone patre ſuo. 5 Poſtea locutus eſt Dominus Moſi, dicens. 6 Appropinquare fac tribum leui, vt conſtituas eam coram Aarone ſacerdote, miniſtretque illi. 7 Et cuſtodiant cuſtodiam eius, & cuſtodiam omnis Congregationis coram tabernaculo teſtimonij, ad faciendum miniſterium tabernaculi. 8 Cuſtodient quoque omnia vaſa tabernaculi teſtimonij, & cuſtodiam filiorum Iſrael ad faciendum miniſterium tabernaculi. 9 Dabiſque leuitas Aaroni, & filiis eius: Dati ſunt, dati ſunt hi mihi de medio filiorum Iſrael.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

10 Aharoni verò & filiis eius præcipe vt cuſto-
diant ſacerdotiũ ſuum: & alienus qui acceſſerit,
interficiatur. 11 Locutus eſt etiam Dominus cũ
Moſe, & ait illi: 12 Ecce ego accepi Leuitas de
medio filiorum Iſrael pro omni primogenito
aperiente quamcunque vuluam de filiis Iſrael,
vt ſint mihi Leuitæ; 13 Nam meum eſt omne
primogenitum. In die qua interfeci omnia pri-
mogenita quæ erant in terra Ægypti, conſecra-
ui mihi omne primogenitum filiorum Iſrael. ab
homine vſque ad animantia mea erunt: ego
ſum Dominus. 14 Præterea locutus eſt Domi-
nus cum Moſe in monte Sinai, dixitque ad eum:
15 Recenſe filios Leui per familias ſuas, & domos
patrum ſuorum: omnem maſculum à filio men-
ſis & ſupra recenſebis. 16 Recenſuit itaque eos
Moſes iuxta verbum oris Domini, prout fuerat
ei mandatum. 17 Fuerunt autem hi filij Leui
per nomina ſua: Gerſon, & Cahath, & Merari.
18 Et hæc ſunt nomina filiorum Gerſon per fa-
milias ſuas: Lebni, & Semei. 19 Filij verò Ca-
hath iuxta familias ſuas, Amram, & Ieshar, &
Hebron, & Vziel. 20 Porrò filij Merari iuxta
familias ſuas, Mahli, & Muſi. Hæ ſunt familiæ
Leuitarum iuxta domos patrum ſuorum. 21 Ad
Gerſonem *pertinebat* familia Lebni, & familia
Semei. Hæ ſunt familiæ Gerſonis. 22 Et nume-
rus eorum, numerando omnem maſculum à
filio menſis & ſupra, ſeptem millia & quingenti.
23 Familia Gerſonis poſt tabernaculum caſtra-
metentur ab Occidente. 24 Et princeps domus
paternæ Gerſonis, Eliaſaph filius Eliab. 25 Et cu-
ſtodia filiorũ Gerſonis in tabernaculo temporis,
erit tabernaculum, & velum ianuæ eius, & ten-
torium eius, & tentorium oſtij tabernnculi
temporis: 26 Et vela atrij, & aulæum ianuæ
atrij quod imminet tabernaculo & altari per
ambitum: item ſuper funiculos eius, cunctaque
eius miniſteria *erit eorum cuſtodia.*

VERSO-SAMARITANA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

10 *Et committe curam Haroni & filijs eius cu-
ſtodiendi ſacerdotium ſuum: & quicumque adue-
na acceſſerit ad illud, occidatur.* 11 *Item locutus eſt
Deus cum Muſa, dicens:* 12 *Quoniam iam nobi-
litaui Leuitas inter filios Iſrail pro omni primo-
genito primi partus ex filijs Iſrail, ideo Leuitæ fient
mei.* 13 *Quemadmodum fuit meum omne primo-
genitum in die qua perdidi omne primogenitum in
regione Ægypti, ſanctificaui mihi omne primoge-
nitum inter filios Iſrail ab homine vſque ad pecus,
ita fient hi: ego Deus nobilitaui eos.* 14 *Etiam
locutus eſt Deus ad Muſam in deſerto Sinain, di-
cens:* 15 *Recenſe filios Liui in domum patrum ſuo-
rum, & familias ſuas: omnes maſculos à filio
vnius menſis & ſupra, numerabis.* 16 *Numerauit
igitur eos Muſa iuxta dictum Dei, quemadmo-
dum præcepit.* 17 *Et hi fuerunt filij Liui per nomina
ſua: Girſon, & Cahath, & Merari.* 18 *Et hæc
ſunt duo nomina filiorum Girſon: Lebni, & Se-
mei, iuxta familias vtriuſque.* 19 *Et filij Ca-
hath in familias ſuas, Amram, & Ieshar, & He-
brō, & Oziail.* 20 *Et duo filij Merari per familias
ſuas, Mahli, & Muſi. Hæ ſunt familiæ Leuita-
rum iuxta domum patrum eorum.* 21 *Girſoni, fa-
milia Lebni, & familia Semei. Iſtæ ſunt familiæ
eorum.* 22 *Numerus eorum, recenſendo omnem
maſculum à filio vnius menſis & ſupra, ſeptem
millia & quingenti.* 23 *Et familiæ eorum caſtra-
metabuntur retro Habitaculum ad Occidentem.*
24 *Et princeps eorum, Eliaſaph filius Lail.*
25 *Et cuſtodia eorum circa tabernaculum præ-
ſentiæ, erit Habitaculum, & tentorium, & teg-
men eius, & cortina ianuæ tabernaculi præ-
ſentiæ,* 26 *Et vela atrij, & velamen ianuæ
eius, quod eſt ſuper Habitaculum & altare per
circuitum, & funiculi eorum, & reliquum eo-
rum miniſterium.*

10 ووكل هارون وبنيه على ان يحفظوا امامتهم * واي اجنبي
تقدم اليها فليقتل * 11 ثم كلم الله موسي قايلا *
12 فاني قد شرفت اللاويين من بني اسرايل بدل كل بكر اول
بطن من بني اسرايل * فيصير اللاويون لي * 13 كما كان لي
كل بكر في يوم اهلاكي كل بكر في بلد مصر * اقدست لي كل
بكر فيما بين بني اسرايل من انسان الي بهيمة * كذاك يصير
هاولاء * انا الله شرفتهم *
14 ثم كلم الله موسي في برية سينين قايلا *
15 عد بني لوي لبيت اباهم وعشايرهم * كل ذكر من ابن
شهر فصاعدا تعدهم * 16 فعدهم موسي على قول الله كما
امر * 17 فهاولاء كانوا بنو لوي باسمايهم * جرشون * وقهات *
ومراري * 18 وهذان اسما ابني جرشون * لبني * وشمعي
لقبايلهما * 19 وبنو قهات لعشايرهم * عمرام * ويصهار * وحبرون *
وعزيايل * 20 وابنا مراري لعشايرهما * محلي * وموشي * هذه عشاير
اللاويين لبيت اباهم * 21 لجرشون عشيرة لبني * وعشاير
شمعي * هذه عشايرهم * 22 عددهم باحصاء كل ذكر من ابن
شهر فصاعدا * سبعة الف وخمس ماية * 23 وعشايرهم ينزلون
وراء المسكن في المغرب * 24 وشريفهم الياساف بن لايل *
25 وحفظهم من خباء المحضر * المسكن * والخباء * وغشاوه *
وستر باب خباء المحضر * 26 وقلوع السرادق * وستر بابه الذي
علي المسكن والمذبح مستديرا * واطنابها * وساير خدمتها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Aaronem autem & filios eius præficies, & cuſtodient ſacerdotium ſuum; nam alienigena qui acceſſerit
morietur. 11 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 12 Ego autem ecce accepi Leuitas de medio filiorum
Iſrael pro omni primogenito adaperiente vuluam inter filios Iſrael, redemptiones eorum erunt; eruntque mihi
Leuitæ. 13 Nam meus eſt omnis primogenitus: in die quo percuſſi omnem primogenitum in terra Ægypti
ſanctificaui mihi omnem primogenitum in Iſrael ab homine ad pecus; mei ſunt ait Dominus. 14 Et locutus
eſt Dominus Moſi in deſerto Sinai dicens. 15 Recenſe filios Leui ſecundum domum patrum ſuorum, ſecun-
dum familias ſuas; omnem maſculum à filio menſis & ſupra recenſebis eos. 16 Et recenſuit eos Moſes ſecun-
dum verbum Domini ſicut præceperat ei. 17 Iſti autem fuerunt filij Leui cum nominibus ſuis, Gerſon,
Caath, & Merari. 18 Hæc quoque ſunt nomina filiorum Gerſon ſecundum familias ſuas, Lobni & Semei.
19 Et filij Caath ſecundum familias ſuas, Amram, & Iſſaar, Hebron, & Oziel. 20 Filij verò Merari ſecundum
familias ſuas, Moholi, & Muſi: Iſtæ ſunt familiæ Leui ſecundum domum patrum ſuorum. 21 Gerſonis, fami-
lia Lobnitarum, & familia Semeitarum: iſtæ ſunt familiæ Gerſonitarum. 22 Recenſiti autem eorum iuxta
numerum omnium maſculorum à filio menſis & ſupra, recenſiti eorum ſeptem millia, & quingenti. 23 Fami-
lia Gerſonitarum poſt tabernaculum caſtrametabitur ad Occidentem. 24 Princeps autem domus patris
Gerſonitarum, Eliaſaph filius Lael. 25 Cuſtodia verò filiorum Gerſon in tabernaculo teſtimonij, ipſum taber-
naculum, & tentorium, & operimentum eius, & velamen portæ tabernaculi teſtimonij. 26 Et tapetes ocellati
atrij, & velamen portæ atrij quod eſt ſuper tabernaculum, & ſuper altare in circuitu, & omnes funes eius pro
omni miniſterio eius.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

27 Ad Cahath verò *pertinet* familia Amram, & familia Ieshar, & familia Hebron, & familia Vziel. Hæ ſunt familiæ Cahath. 28 Porrò numerus eorum, numerando omnem maſculum à filio menſis & ſupra, octo millia & ſex centi cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarij. 29 Igitur familia domus Cahath caſtra ponent prope margines tabernaculi ab Auſtro. 30 Princeps autem domus patrum familiæ Cahath, erat Eliſaphan filius Vziel. 31 Eorumque cuſtodia erit arca, & menſa, & candelabrum, & altare, & inſtrumenta ſanctuarij quibus miniſtrant, & velum ianuæ, cum vniuerſo eius miniſterio. 32 Princeps autem principum Leuitarum, Eliazar filius Aharonis ſacerdotis præfectus cuſtodientium cuſtodiam ſanctuarij. 33 Et ad Merari *pertinet* familia Mahli, & familia Muſi. Hæ ſunt familiæ Merari. 34 Numerus verò illorum, numerando omnem maſculum à filio menſis & ſupra, ſex millia & ducenti. 35 Caput autem domus patrum familiæ Merari, Suriel filius Abihel, ad imam partem tabernaculi caſtrametabuntur ab Aquilone. 36 Officium autem cuſtodiæ filiorum Merari, erunt aſſeres tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & fulcra eius, & omnia vaſa ipſius, cum vniuerſo ipſius miniſterio. 37 Item columnæ atrij per ambitum, & funes earum, & fulcra earum, earumque vela. 38 Porrò qui caſtrametabuntur ante tabernaculum ab Oriente, ante tabernaculum temporis, ad plagam Orientalem, erunt Moſes & Aharon atque filij eius, obſeruantes cuſtodiam ſanctuarij præter cuſtodiam filiorum Iſrael: & peregrinus qui acceſſerit, occidetur. 39 Omnes numeri Leuitarum quos recenſuit Moſes iuxta verbum oris Domini, omnis maſculus à filio menſis & ſupra, viginti duo millia.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

27 Cahath autem habet familiam Amram, & familiam Ieshar, & familiam Hebron, & familiam Oziail. Hæ ſunt familiæ eius.
28 Numerando omnem maſculum à filio menſis & deinceps, octo millia & ſexcenti, cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarij.
29 Et familiæ eorum caſtrametabuntur ad latus Habitaculi, ad Meridiem.
30 Et princeps domus gentis familiarum Cahath,
Eliſaphan filius Oziail. 31 Et cuſtodia eorum
erit arca, & menſa, & candelabrum, & altare, & vtenſilia ſanctuarij quibus vtuntur, & velum, & omne miniſterium eorum.
32 Et princeps principum Leuitarum, Elazar filius Haronis ſacerdotis præfectus obſeruantium
cuſtodias ſanctuarij. 33 Merari verò habet
familiam Mahli, & familiam Muſi. Hæ duæ ſunt
familiæ eius. 34 Numerus eorum, computando
omnem maſculum à filio menſis & ſupra, ſex millia
& ducenti. 35 Et princeps eorum Suri-ail filius
Abihail: & caſtrametabuntur ad latus habitaculi Septentrionale.
36 Et cura cuſtodiæ filiorum Merari, erunt tabulæ habitaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes illius, & omnia vaſa eius; atque miniſterium eius:
37 Et columnæ velorum atrij per gyrum, & baſes eorum, & pali eorum, & funes eorum.
38 Et caſtrametantes ante habitaculum, coram tabernaculo præſentiæ ad Orientem, erunt Muſa & Haron, & duo filij eius ſeruantes cuſtodiam habitaculi, & cuſtodiam filiorum Iſrail. Et quicunque aduena acceſſerit ad illud, interficiatur.
39 Itaque vniuerſus numerus Leuitarum quos numerauerunt Muſa & Haron ſecundùm dictum Dei in turmas ſuas, viginti duo millia.

27 ولقهات عشيرة عمرام * وعشيرة يصهار * وعشيرة حبرون *
وعشيرة عزيايل * هذه عشايرهم * 28 باحصاء كل ذكر من ابن
شهر فصاعدا * ثمانية الف وستماية * حافظوا حفظ القدس *
29 وعشايرهم ينزلون الى جانب المسكن في الجنوب *
30 وشريف بيت امة عشاير قهات اليصافان بن عزيايل *
31 وحفظهم الصندوق * والمايدة * والمنارة * والمذبح * واواني
القدس التي يستخدمون بها * والستر * وجميع خدمتهم *
32 وشريف اشراف اللاويين العازار بن هارون الامام * موكل
بحافظي حفاظ القدس * 33 ولمراري عشيرة المحلي * وعشيرة
موشي * هاتان عشيرتاه * 34 عددهم باحصاء كل ذكر من ابن
شهر فصاعدا ستة الف ومايتان * 35 وشريفهم صوريئيل
بن ابيحايل * وينزلون الى جانب المسكن الشمالي *
36 ووكالة حفظ بني مراري * الواح المسكن * وامهاجه *
وعمده * وقواعده * وكل انيته وخدمته *
37 وعمد السرادق مستديرا * وقواعدها * واوتادها *
واطنابها *
38 والنازلون بين يدي المسكن بين يدي خباء المحضر
في المشرق * موسى وهارون وابناه * حافظي حفظ المسكن
وحفظ بني اسرايل * واي اجنبي تقدم الى ذلك فليقتل *
39 فكذلك جميع عدد اللاويين الذين عدهم موسى
وهارون على قول الله بجيوشهم * اثنان وعشرون الفا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Caathi verò, familia Amramitarum, & familia Iſſaaritarum, & familia Hebronitarum, & familia Ozielitarum. Iſtæ ſunt familiæ Caathitarum. 28 Iuxta numerum omnium maſculorum à filio menſis & ſupra, octo
millia & ſexcenti cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarij. 29 Familia filiorum Caath caſtrametabitur ad latus ta-
bernaculi auſtrale. 30 Princeps autem domus patris familiæ Caathitarum, Eliaſaph filius Oziel.
31 Cuſtodia autem eorum erit, arca, & menſa, & candelabrum, & altaria, & vaſa ſanctuarij cum quibus miniſtrant; & velamen, & labrum, & baſis eius, & omne miniſterium eorum. 32 Princeps autem principum Leui-
tarum erit Eleazar filius Aaronis ſacerdotis: Præfectura cuſtodientium cuſtodiam ſanctuarij erit illius.
33 Merari quoque, familia Moholitarum, & familia Muſitarum, iſtæ ſunt familiæ Merari. 34 Recenſiti
autem eorum cum numero omnium maſculorum à menſe & ſupra, ſex millia & ducenti. 35 Princeps au-
tem domus patris familiæ Merari, Suriel filius Abiel: ad latus tabernaculi ſeptentrionale caſtrametabuntur.
36 Et præfectura cuſtodiæ filiorum Merari, aſſeres tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius,
& omnia vaſa eius, & omne miniſterium eius. 37 Et columnæ atrij in circuitu, & baſes earum, & paxilli earum,
& funes earum. 38 Caſtrametabuntur autem coram tabernaculo ad Orientem, ante, inquam, tabernaculum teſtimonij ad Orientem, Moſes, Aaron, & filij eius, cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarij pro cuſtodia filiorum Iſrael; extraneus verò qui acceſſerit, morietur.
39 Omnes recenſiti Leuitarum quos recenſuit Moſes iuxta verbum Domini, ſecundum familias ſuas, omnis maſculus à menſe & ſupra, viginti duo millia.

[illegible]

40 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,&
ait illi : Recenſe omnes primogenitos mares
filiorum Iſrael, à filio menſis & ſupra.
41 Et accipe numerum nominum eorum:offe-
reſque mihi Leuitas (ego ſum Dominus) pro
omnibus primogenitis filiorum Iſrael, & iu-
menta Leuitarum pro omnibus primogenitis
iumentorum filiorum Iſrael. 42 Recenſuit ita-
que Moſes quemadmodum præceperat ei Do-
minus, omnes primogenitos filiorum Iſrael.
43 Fueruntque omnes primogeniti mares iux-
ta numerum nominum, à filio menſis & ſupra,
numerus eorum *inquam* fuit viginti duo millia,
& ducenti ſeptuaginta tres. 44 Præterea lo-
cutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad
eum: 45 Offer Leuitas pro omnibus primoge-
nitis filiorum Iſrael: & iumenta Leuitarum pro
iumentis eorum, eruntque Leuitæ mihi: ego
ſum Dominus. 46 Ad redimendos autem du-
centos ſeptuaginta tres, quibus primogeniti
filiorum Iſrael excedunt Leuitas: 47 Accipe
quinos ſiclos ad ſingula capita, iuxta ſiclum ſan-
ctuarij: accipe viginti obolos in ſiclum. 48 Et
da pecuniam redemptionis eorum qui ſuper-
ſunt in ipſis, Aharoni & filiis eius. 49 Accepit
ergo Moſes pecuniam redemptionis ab iis qui
excedebant redemptionem Leuitarum,
50 A primogenitis filiorum Iſrael. Accepit au-
tem argenti mille trecentos & ſexaginta ſex
ſiclos iuxta ſiclum ſanctuarij. 51 Deditque Mo-
ſes pecuniam redemptionis Aharoni & filiis
eius iuxta verbum oris Domini, quemadmo-
dum præceperat Dominus Moſi.

CAPVT IIII.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe & cum
Aharone, dixitque ad eos: 2 Capite ſum-
mam filiorum Cahath de medio filiorum Leui,
per familias ſuas, perque domos patrũ ſuorum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

40 *Tum dixit Deus Muſa: Numera omnem primogenitum maſculum ex filijs Iſrail, à filio menſis & ſupra, & tolle numerum nominum eorum.* 41 *Et accipe mihi Leuitas quos nobilitaui, pro omni primogenito de filijs Iſrail: & iumenta eorum, pro omni primogenito ex iumentis filiorum Iſrail.*

42 *Numerauit ergo Muſa, ſicut præcepit ei Deus, omnem primogenitum in filijs Iſrail.*

43 *Fueruntque omnes primogeniti maſculi, recenſitis nominibus eorum hoc pacto, viginti duo millia, & ducenti ſeptuaginta tres.*

44 *Locutuſque eſt Deus cum Muſa, dicens:*

45 *Sume Leuitas pro omni primogenito ex filijs Iſrail, & iumenta Leuitarum pro iumentis eorum, fiantque mihi: ego Deus nobilitaui eos.*

46 *At vero pro ducentis ſeptuaginta tribus excedentibus Leuitas de primogenitis filiorum Iſrail,*

47 *Accipe quinque ſiclos per ſingula capita eorum argenteos, in ſiclo ſanctuarij: quilibet ſiclus viginti obolorum.*

48 *Et da argentum Haroni & filijs eius pro redemptione eorum qui excedunt illos.*

49 *Sumpſit igitur Muſa argentum redemptionis ab excedentibus redemptos Leuitarum.*

50 *A primogenitis filiorum Iſrail ſumpſit illud argentum, fuitque mille trecenti ſexaginta quinque ſicli, in ſiclo Sanctuarij.*

51 *Et dedit illud Haroni & filijs eius, iuxta ſermonem Dei, quemadmodum præceperat illi.*

CAPVT IIII.

ETiam allocutus eſt Deus Muſam & Haronem, dicens:

2 *Tollite ſummam filiorum Cahath ex filijs Liui in familias ſuas & domos patrum ſuorum,*

40 ثم قال الله لموسى * عدّ كل بكر ذكر من بني اسرائيل من
ابن شهر فصاعدا * وارفع احصاء اسمائهم * 41 وخذ لي
اللاويين الذين شرفتهم بدل كل بكر من بني اسرائيل * وبهائمهم
بدل كل بكر من بهائم بني اسرائيل * 42 فعدّ موسى كما امر
الله كل بكر في بني اسرائيل * 43 فكان كل بكر ذكر باحصاء
اسمائهم كذلك * اثنين وعشرين الفا ومائتين وثلاثة وسبعين *
44 فكلم الله موسى قائلا * 45 خذ اللاويين بدل كل بكر
من بني اسرائيل * وبهائم اللاويين بدل بهائمهم * فيصيروا لي *
انا الله شرفتهم * 46 واما فداء المائتين والثلاثة والسبعين
الزائدين على اللاويين من بكور بني اسرائيل *
47 فخذ خمسة مثاقيل لكل جمجمة منهم فضة بمثقال القدس * كل
مثقال عشرون دانقا * 48 وادفع الفضة الى هرون وبنيه
فداء الفاضلين عليهم *
49 فاخذ موسى فضة الفداء من الزائدين على معدي
اللاويين *
50 من بكور بني اسرائيل اخذ تلك الفضة * وهي الف
وثلثماية وخمسة وستون مثقالا بمثقال القدس *
51 ودفعها الى هرون وبنيه على قول الله كما امر *

* الفصل الرابع *

1 ثم كلم الله موسى وهرون قائلا * 2 ارفعا جملة بني
قهات من بني لوي بعشائرهم وبيوت آبائهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

40 Et locutus eſt Dominus Moſi, recenſe omnem primogenitum maſculum filiorum Iſrael à menſe & ſupra,
& accipe numerum nominum eorum. 41 Accipies autem Leuitas pro me, ego Dominus; pro omni primo-
genito inter filios Iſrael: Beſtias quoque Leuitarum pro omni primogenito beſtiarum filiorum Iſrael.
42 Et recenſuit Moſes ſicut præceperat ei Dominus omnem primogenitum inter filios Iſrael.
43 Fuerunt autem omnes primogeniti maſculi ſecundum numerum nominum à filio menſis & ſupra, iuxta
recenſionem eorum, viginti duo millia, & ducenti ſeptuaginta tres. 44 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
45 Sume Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum,
eruntque mei Leuitæ, ait Dominus. 46 Pro redemptionibus autem ducentorum, & ſeptuaginta trium qui
abundant ſuper Leuitas ex primogenitis filiorum Iſrael. 47 Accipies quinos ſiclos per capita; iuxta ſiclum
ſanctuarij accipies, ſiclum viginti obolorum. 48 Dabiſque argentum Aaroni & filiis eius, redemptionem
ſuperabundantium in eis. 49 Et accepit Moſes argentum redemptionis eorum ab his qui ſuperabundabant
ad redemptionem Leuitarum. 50 De primogenitis filiorum Iſrael accepit argentum, mille & trecentos
ſexaginta quinque iuxta ſiclum ſanctuarij. 51 Deditque Moſes argentum redemptionum Aaroni & filiis
eius, iuxta verbum Domini, ſicut præceperat Dominus Moſi.

CAPVT IIII.

ET locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 2 Sume ſummam filiorum Kaath de medio filiorum
Leui ſecundum familias ſuas per domum patrum ſuorum.

[illegible]

3 A filio triginta annorum & ſupra, vſque ad
filium quinquaginta annorum, omnium proce-
dentium ad militiam, vt exequantur opus in ta-
bernaculo temporis. 4 Hoc erit munus filiorum
Cahath, quod in tabernaculo temporis, *nempe*
in ſancto ſanctorum *obibunt*. 5 Et ingredietur
Aharon cum filiis ſuis quando proficiſcentur
caſtra, deponentque velum ianuæ protenſum,
eoque tegent arcam teſtimonij. 6 Et expan-
dent ſuper eam operimentum pellis cæruleæ, &
explicabunt pallium integrum flauoſericeum
deſuper, ponentque vectes eius. 7 Et ſuper men-
ſam facierum expandent pallium flauoſeri-
ceum, & ponent in ea phialas, & calices, & liba-
toria, & cochlearia libationis perforata: & pa-
nis iugiter ſit ſuper eam. 8 Pandentque ſuper
eam pannum coccineum, & operient eam te-
gumento pellium cærulearum, ponentque ve-
ctes eius. 9 Sument etiam pallium flauoſeri-
ceum, operientque candelabrum lucens, eiuſ-
que lucernas, & munctoria eius, & lances eius,
cunctaque vaſa olei quibus ei miniſtrant. 10 Et
obuoluent ipſum & omnia vaſa eius operimen-
to pellium cærulearum, imponentque vectibus
eius. 11 Et ſuper altare aureum expandent pan-
num integrum flauoſericeum, tegentque illud
operimento pellium cærulearum, & inducent
vectes eius. 12 Et accipientes omnia inſtru-
menta miniſterij quibus miniſtrant ſanctuario,
ponent ea in panno flauoſericeo, & operient
illa tegumento pellium cærulearum, ponent-
que ſuper vectes. 13 Et purgabunt altare, pan-
dentque ſuper illud pannum purpureum.
14 Ponentque cum eo cuncta vaſa quibus mi-
niſtrant ſuper illud: thuribula, & fiſcinulas, &
radulas, & cola, cunctaque vaſa altaris: & ex-
pandent ſuper illud operimentum pellium cæ-
rulearum, eiuſque vectes inducent.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 A filio triginta annorum & ſupra, vſque
ad filium quinquaginta annorum, omnis ingre-
dientis ad exercitum: vt faciat opus aliquod in
tabernaculo præſentiæ. 4 Et hoc eſt miniſterium
filiorum Cahath in tabernaculo præſentiæ, præci-
puo ſacrorum. 5 Ingredientur enim Haron &
filij eius ad diſceſſum exercitus, & parabunt velum
coopertum, & tegent ipſo arcam teſtimonij:
6 Et ponent ſuper illud pelles ſubnigras, & exten-
dent indumentum totum hyacinthinum ſuper il-
lud, & adaptabunt vectes eius. 7 Et ſuper men-
ſam propoſitam extendent veſtimentum hyacin-
thinum, & ponent ſuper illo pollubra, & phialas,
& cochlearia, & vaſa olei aſperſionis: & panis
perpetuus erit ſuper illa. 8 Et extendent ſuper eam
tincturam coccineam, & cooperient illam velami-
ne pellium ſubnigrarum, & aptabunt vectes eius.
9 Et ſumant operimentum hyacinthinum, te-
gantque illo candelabrum illuminationis, & cun-
cta vaſa eius, & forcipes eius, & thuribula eius, &
omnia vaſa vnguenti eius, quibus miniſtrant ei.
10 Et ponant ea cum omnibus vaſis eius in teg-
mine pellium ſubnigrarum, faciantque ea ſuper
vectibus. 11 Et ſuper altare aureum extendant
veſtem hyacinthi, & cooperiant illam velamine
pellium ſubnigrarum, & aptent vectes eius.
12 Et accipiant omnia vaſa miniſterij, quibus
miniſtrant in ſanctuario, ponantque illa in veſte
hyacinthina, & cooperiant ea tegmine pellium
ſubnigrarum, ponantque illa ſuper vectibus.
13 Et repurgent altare cineribus, & extendant
ſuper illud veſtimentum purpureum.
14 Et ponant ſuper illud omnia vaſa illius, qui-
bus miniſtrant ſuper ipſum: thuribula, & extra-
ctoria, & palas, & forcipes, & reliqua vaſa
altaris: & extendant ſuper illud velum pellium
nigrarum, aptentque vectes eius.

3 من ابن ثلاثين سنة فصاعدا الي ابن خمسين سنة كل من
يدخل الي الجيش * ليعمل صناعة في خباء المحضر * 4 وهذه
خدمة بني قهات في خباء المحضر خاص الاقداس * 5 ويدخل
هرون وبنوه عند رحيل العسكر فيهبون السجف المستور * ويغطون
به صندوق الشهادة * 6 ويجعلون عليه جلود دارش * ويبسطون
ثوبا جملته اسمانجون فوقه * ويصلحون اقوابه * 7 وعلي المائدة
الموجهة يبسطون ثوب اسمانجون * ويجعلون عليه القصاع والدروج
والملاعق ومداهن الرش * والخبز الدائم يكون عليها *
8 ويبسطون عليها صبغ قرمز * ويغطونها بغشاء جلود دارش *
ويصلحون اقوابها * 9 وليأخذوا ثوب اسمانجون فيغطوا به
منارة الاضاءة وسائر آنيتها ودوات كلبتيها ومجامرها وجميع آنية
دهنها التي يخدمونها بها * 10 ويجعلوها وجميع آنيتها في
غشاء جلود دارش * ويضعوا ذلك على الدهق * 11 وعلي
مذبح الذهب فليبسطوا ثوب اسمانجون * ويغطوه بغشاء جلود
دارش * ويصلحون اقوابه * 12 وياخذوا جميع آنية الخدمة
التي يخدمون بها في القدس * فيجعلوها في ثوب اسمانجون *
ويغطوها بغشاء جلود دارش * ويضعوها على الدهق *
13 ويرمدوا المذبح * ويبسطوا عليه ثوب ارجوان * 14 ويجعلوا
عليه جميع آنيته التي يخدمون عليه بها * المجامر والمناشل والمجارف
والكرانيب وسائر آنية المذبح * ويبسطوا عليه غشاء جلود دارش *
ويصلحوا دهوقه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 A filio triginta annorum & ſupra vſque ad quinquaginta, omnem euntem ad bellum, vt faciat opus in ta-
bernaculo teſtimonij. 4 Hoc eſt miniſterium filiorum Caath in tabernaculo teſtimonij, Sanctum Sancto-
rum. 5 Ingredietur autem Aaron & filij eius cum proficiſcentur caſtra, & deſcendere facient velum ope-
rimenti, & operient cum eo arcam teſtimonij. 6 Et ponent ſuper illud tegumenta pellium ianthinarum, ex-
tendentque ſuper illud veſtem totam hyacinthinam deſuper, ponent quoque vectes eius. 7 Et ſuper men-
ſam propoſitionum extendent veſtem hyacinthinam, ponentque ſuper eam catinos, & cochlearia, & emunda-
toria, & cyathos libationis: panis autem ſuper eam ſemper erit. 8 Extendent quoque ſuper ea operimentum,
veſtem coccineam; & tegent illam cum tegumento pellium ianthinarum, ponentque vectes eius. 9 Acci-
pient etiam veſtem hyacinthinam, & operient candelabrum luminaris, & lucernas eius, & emunctoria eius, &
ſuppoſitoria eius, & omnia vaſa olei cum quibus miniſtrant. 10 Ponentque illud, & omnia vaſa eius in tegu-
mento pellium ianthinarum, imponentque ſuper vectem. 11 Super quoque altare aureum extendent veſtem
hyacinthinam, & operient illud operimento pellium ianthinarum, ponentque vectes eius. 12 Poſtea ſument
omnia vaſa miniſterij cum quibus miniſtrant in ſanctuario, & ponent in veſtem hyacinthinam, & operient ea
cum operimento pellium ianthinarum, & imponent ſuper vectem. 13 Et remouebunt cineres ab altari, & ex-
tendent ſuper illud veſtem purpuream. 14 Ponentque ſuper eam omnia vaſa eius cum quibus miniſtrant ſuper
illud, thuribula, fuſcinulas, & phialas, & crateres, omnia vaſa altaris: & extendent ſuper illud tegumentum pel-
lium ianthinarum, & ponent vectes eius. Accipient quoque veſtem purpuream, & tegent labrum, & baſim eius,
& iniicient illud in operimentum pellium ianthinarum, & imponent ſuper vectem.

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

15 Cúmque finierint Aharon & filij eius te-
ctionem ſanctuarij, omniumque vaſorum ſan-
ctuarij, quando mouenda erunt caſtra, tunc in-
trabunt filij Cahath ad baiulandum, neque ta-
men attingant ſanctuarium, ne moriantur.
Hæc ſunt onera filiorum Cahath, quæ in taber-
naculo temporis *baiulabunt*. 16 Cura autem
Eliazar filij Aharonis ſacerdotis, erit de oleo
quod accendũt, & incenſo aromatico, & farina
perpetua, & oleo vnctionis. Curam habebit to-
tius tabernaculi, & omnium quæ in eo ſunt, &
ſanctuarij, eiuſque vaſorum. 17 Et locutus eſt
Dominus cum Moſe & cum Aharone, dixitque
ad eos: 18 Ne perdatis tribum familiæ Cahath
de medio Leuitarum; 19 Sed hoc facite eis, ac
viuãt, ne moriantur cùm introierint in Sancta
ſanctorum. Aharon & filij eius ingredientur,
& curam demandabunt vnicuique eorum offi-
cij ſui atque oneris ſui. 20 Et ne ingrediantur
ad videndum cùm tegetur ſanctuarium, ne mo-
riantur. 21 Loquutus eſt etiam Dominus cum
Moſe, & ait illi: 22 Sume quoque cenſum filio-
rum Gerſon per familias ſuas, & domos patrum
ſuorum. 23 A filio viginti annorum & ſupra,
vſque ad filium quinquaginta annorum recen-
ſebis eos, omnem accedentem ad pugnandum
in exercitu, & exequendum miniſterium in ta-
bernaculo temporis. 24 Hoc eſt officium fami-
liæ Gerſon in miniſtrando & baiulando. 25 Ba-
iulabunt cortinas tabernaculi, & tabernacu-
lum temporis, & velum ianuæ ipſius, & tegu-
mentum cæruleum quod eſt ſuper illud ſuper-
nè, & velum ianuæ tabernaculi temporis:
26 Et vela atrij, & tegumentum veſtibuli ia-
nuæ atrij, quod eſt ſuper tabernaculum & ſu-
per altare per ambitum: funes etiam eorum,
omniaque inſtrumenta miniſterij ipſorum, *de-
mum* quidquid facient & miniſtrabunt.

VERSO-SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

15 *Cúmque finierint Haron & filij eius contectio-*
nem ſanctuarij, & omnium vaſorum eius, ad diſ-
ceſſum exercitus: tunc ingredientur filij Cahath, &
portabunt ea: & ne tangant Sanctuarium, ne pe-
reant. Hac ratione geſtabunt filij Cahath taberna-
culum præſentiæ. 16 *Et cura Eleazari filij Haro-*
nis ſacerdotis erit de oleo accenſionis, & incenſo
gummi, & frumento perpetuo, & oleo vnctionis:
videlicet cura habitaculi, & omnium quæ in
illo ſunt, tam ſanctuarij, quàm vaſorum eius.
17 *Habuit quoque Deus cum Muſa & Haro-*
ne ſermonem huiuſmodi:
18 *Ne ſcindatis familias filiorum Cahath à Le-*
uitis: 19 *Sed adhibete erga illos hanc gratiam qua*
viuant, nec pereant accedendo ad præcipuum ſa-
crorum. Ingredietur Haron & filij eius, & præfi-
cient ſingulas ſectas ex ipſis minìſterio ſuo, & oneri
ſuo. 20 *Et ne intrent vt videant cùm tegetur*
ſanctuarium, ne pereant.
21 *Et locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:*
22 *Extrahe ſummam filiorum Girſon etiam,*
in domum patrum ſuorum, & familias ſuas,
23 *A filio triginta annorum & ſupra, vſque ad*
filium annorum quinquaginta numerabis eos:
omnem qui ingreditur ad exercitum in obſe-
quium tabernaculi præſentiæ.
24 *Et iſtud eſt miniſterium eorum quoad opus,*
& quoad onus.
25 *Geſtabunt cortinas habitaculi, & tabernacu-*
lum præſentiæ, eiuſque velum, & velum pellis
nigræ quod eſt ſuper illud deſuper, & tegumen-
tum tabernaculi præſentiæ,
26 *Et vela atrij, & cortinam ianuæ eius, quæ*
ſunt ſuper habitaculum & altare circumquaque,
& funiculos eorum, & reliqua inſtrumenta mi-
niſterij eorum: denique quicquid pertinet ad illa,
ipſi miniſtrabunt illud.

15 فاذا فرغ هرون وبنوه من تغطية القدس وجميع آنيته
عند رحيل العسكر * فبعد ذلك يدخل بنو قهات فيحملونها * ولا
يدنوا من القدس فيهلكون * هذه صفة حمل بني قهات لخباء
المحضر * 16 ووكالة العازار بن هرون الامام * على دهن
الاضاءة * وبخور الاصماغ * والبر الدائم * ودهن المسح * فذلك وكالة
المسكن وجميع ما فيه من القدس وآنيته *
17 ثم كلم الله موسى وهرون تكليما * 18 لا تقطعا عشائر
بني قهات من بين اللاويين * 19 بل اصنعا بهم هذه الخلة
التي يحيون بها ولا يهلكون بدنوهم الى خاص الاقداس * يدخل
هرون وبنوه * ويولونهم كل فريق منهم على خدمته وحمله *
20 ولا يدخلوا فينظروا عند تغطية القدس فيهلكون *
21 وكلم الله موسى قائلا *
22 ارفع جملة بني جرشون هم ايضا لبيت آبائهم وعشائرهم *
23 من ابن ثلاثين سنة فصاعدا الى ابن خمسين سنة تعدهم *
كل من يدخل للجيش لخدمة خباء المحضر *
24 وهذه خدمتهم عملا وحملا *
25 يحملون شقاق المسكن * وخباء المحضر * وغشاءه * وغشاء
الدارش الذي عليه من فوق * وستر خباء المحضر *
26 وقلوع السرادق * وستر بابه التي على المسكن والمذبح
مستديرة * واطنابها * وسائر آنية خدمتها * وكل ما يصلح لها هم
يخدمون فيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Cum autem perfecerit Aaron, & filij eius tegere ſanctuarium, & omnia vaſa ſanctuarij in promotione ca-
ſtrorum, tum poſtea venient filij Caath ad aſportandum; ſed non attingent ſanctuarium ne moriantur. Hæc
ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo teſtimonij. 16 Præfectura autem Eleazari filij Aaronis ſacerdo-
tis, oleum erit luminaris, & incenſum aromatum, & oblatio perpetua, & oleum vnctionis: cura totius taberna-
culi, & omnium quæ ſunt in eo, in ſanctuario, & in vaſis eius.
17 Et locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 18 Ne exterminetis tribum familiæ Caathitarum de
medio Leuitarum. 19 Hoc facite eis vt viuant, & non moriantur. Cum accedent ad Sancta Sanctorum,
Aaron, & filij eius ingredientur, & applicabunt vnumquemque eorum ad miniſterium ſuum, & onus ſuum.
20 Sed non ingredientur vt intueantur cum operitur ſanctuarium, ne moriantur. 21 Et locutus eſt Dominus
Moſi dicens. 22 Tolle ſummam filiorum Gerſon, etiam hos ſecundum domum Patrum ſuorum per fa-
milias ſuas. 23 A filio triginta annorum & ſupra vſque ad filium quinquaginta annorum recenſebis eos,
omnem euntem vt militet militiam, vt miniſtret miniſterium in tabernaculo teſtimonij. 24 Hoc erit opus
familiæ Gerſonitarum, ad miniſtrandum, & ad portandum. 25 Portabunt enim cortinas tabernaculi, &
tentorium teſtimonij, & operimentum eius, operimentum ianthinum quod eſt ſuper illud deſuper, & au-
læum portæ tabernaculi teſtimonij. 26 Et Tapetes ocellatos atrij, & aulæum oſtij, portæ atrij quæ eſt iuxta tabernaculum, & iuxta altare in circuitu, & funes eorum, & omnia vaſa miniſterij eorum, & quidquid erit
eis faciendum, facient.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

27 A verbo oris Aaronis & filiorum eius pen-
debit totum officium filiorum Gerſon quoad
vniuerſum onus eorum, totumque miniſterium
ipſorum: & præficietis eis cuſtodiam ſuper vni-
uerſum onus eorum. 28 Hoc eſt munus fami-
liæ filiorum Gerſon quod in tabernaculo tem-
poris *obibunt* : & cuſtodia eorum erit per
manum Ithamar filij Aharonis ſacerdotis.
29 Filios quoque Merari per familias ſuas, per-
que domos patrum ſuorum numerabis eos.
30 A filio triginta annorum & ſupra, vſque ad
filium quinquaginta annorum numerabis eos,
omnem accedentem ad pugnandum in exerci-
tu, & ad exercendum miniſterium in taberna-
culo temporis. 31 Hæc autem eſt cuſtodia one-
ris eorum & vniuerſi eorum miniſterij in taber-
naculo temporis. Aſſeres tabernaculi, & vectes
eius, & columnæ eius, & fulcra ipſius. 32 Præ-
terea columnæ atrij per circuitum, & fulcra ea-
rum, & paxilli earum, & funes earum, cum
omnibus inſtrumentis earum, & vniuerſo ipſa-
rum miniſterio: nominatim recenſete vaſa cu-
ſtodiæ oneris eorum. 33 Hoc eſt officium fami-
liæ filiorum Merari, & omne miniſterium ipſo-
rum in tabernaculo temporis, per manum Itha-
mar filij Aharonis ſacerdotis. 34 Numerauit
ergo Moſes & Aharon atque magnatés con-
gregationis filios Cahath per familias ſuas, per-
que domos patrum ſuorum, 35 A filio triginta
annorum & ſupra, vſque ad filium quinquagin-
ta annorum, omnem accedéntem ad exerci-
tum pro miniſterio tabernaculi temporis.
36 Fuitque numerus eorum per familias ſuas,
duo millia ſeptingenti quinquaginta.
37 Hi ſunt numeri familiæ Cahath, omnis mi-
niſtrantis in tabernaculo temporis, quos nu-
merauit Moſes & Aharon iuxta ſermonem
oris Domini, per manum Moſis.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

27 *Iuxta dictum Haronis & filiorum eius erit omne miniſterium filiorum Girſon quoad baiulationem eorum & cuncta opera ipſorum. & recenſete eis cuſtodiam omnium quæ portare debent.*

28 *Hoc eſt miniſterium familiarum filiorum Girſon in tabernaculo præſentiæ, & earum cuſtodia, per manum Ithamar filij Haronis ſacerdotis.*

29 *Et filios Merari per familias eorum, domoſque patrum eorum numerabis,*

30 *A filio triginta annorum & ſupra, ad filium quinquaginta annorum: omnem ingredientem in turmam ad obſequium tabernaculi præſentiæ.*

31 *Et hæc eſt cuſtodia oneris eorum, & omnium operum eorum in tabernaculo præſentiæ. Tabulæ habitaculi, & vectes eius, & columnæ eius, ac baſes eius,*

32 *Columnæque tentorij circumcirca, & baſes eius, ac pali eius, eiuſque funiculi, & omnia inſtrumenta ipſius, cunctaque opera eius. & recenſete nomina omnium vaſorum cuſtodiæ oneris eorum.*

33 *Hoc eſt munus filiorum Merari in tabernaculo præſentiæ per manum Ithamar filij Haronis ſacerdotis.*

34 *Numerauerunt igitur Muſa & Haron, principeſque congregationis, filios Cahath in familias eorum, in domum patrum eorum,*

35 *A filio triginta annorum & ſupra, ad filium quinquaginta annorum, omnem ingredientem ad turmam in obſequium tabernaculi præſentiæ.*

36 *Fuitque numerus eorum, duo millia & ſeptingenti quinquaginta.*

27 على قول هرون وبنيه * يكون جميع خدمة بني جرشون من حملهم وسائر عملهم * وعدّوا عليهم بحفظ جميع حملهم *

28 هذه خدمة عشائر بني جرشون في خباء المحضر * وحفظها على يد ايثامار بن هرون الامام *

29 وبني مراري لعشائرهم وبيوت اباىهم تعدّهم *

30 من ابن ثلاثين سنة فصاعدا الي ابن خمسين سنة * كل من يدخل للجيش للخدمة لخباء المحضر *

31 وهذا حفظ حملهم * وسائر عملهم في خباء المحضر * تخاخ المسكن * وامهاجه * واعمدته * وقواعده *

32 وعمد السرادق مستديرا * وقواعدها * واوتادها * واطنابها * وجميع انيتها * وسائر اعمالها * وعدّوا باسماء جميع انية حفظ حملهم *

33 هذه خدمة بني مراري في خباء المحضر على يد ايثامار بن هارون الامام *

34 فعدّ موسي وهرون واشراف الجماعة بني قهات * لعشائرهم لبيت اباىهم *

35 من ابن ثلاثين سنة فصاعدا الي ابن خمسين سنة * كل الداخل للجيش لخدمة خباء المحضر *

36 وكان عددهم الفين وسبع مائة وخمسين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Iuxta verbum Aaronis, & filiorum eius fiet omne miniſterium filiorum Gerſonis in omnibus oneribus
eorum, & in omni miniſterio eorum: committetis quoque ipſorum cuſtodiæ omne onus eorum.
28 Hoc erit miniſterium familiæ filiorum Gerſonis in tabernaculo teſtimonij, & cuſtodia eorum ſub manu
Ithamar filij Aaaronis ſacerdotis. 29 Filios Merari ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum
ſuorum recenſebis. 30 A triginta annis & ſupra vſque ad quinquaginta annos recenſebis eos, omnem euntem ad bellum, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij. 31 Hæc eſt autem functio oneris eorum in omni
miniſterio eorum in tabernaculo teſtimonij, aſſeres tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius.
32 Et columnæ atrij in circuitu, & baſes eius, & paxilli eius, & funes eius cum omnibus vaſis eius, & cum
omni miniſterio eorum: de nomine autem recenſebitis omnia vaſa functionis oneris eorum.
33 Hoc eſt miniſterium familiæ filiorum Merari, ſecundum omne miniſterium eorum in tabernaculo teſtimonij, ſub manu Ithamar filij Aaronis ſacerdotis.
34 Et recenſuit Moſes, & Aaron, & principes Congregationis filios Caathitarum ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum ſuorum. 35 A filio triginta annorum & ſupra, vſque ad filium quinquaginta an-
norum, omnem euntem ad bellum ad miniſtrandum in tabernaculo teſtimonij.
36 Et fuerunt recenſiti eorum ſecundum familias ſuas, mille ſeptingenti, & quinquaginta.
37 Hi fuerunt recenſiti familiæ Caathitarum, omnis ſeruiens in tabernaculo teſtimonij, quem recenſuit
Moſes & Aaron iuxta verbum Domini in manu Moſis.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

38 Porrò numerus filiorum Gerſon per familias
ſuas, & domos patrum ſuorum, 39 Ab eo qui
natus erat triginta annos & ſupra, vſque ad
eum qui annos quinquaginta natus erat, omnis
accedens ad exercitum, in miniſteriũ taberna-
culi temporis: 40 Fuit *inquam* numerus eorum
per familias ſuas, perque domos patrũ ſuorum,
duo millia ſexcenti triginta. 41 Iſti ſunt numeri
familiæ filiorũ Gerſon, omnis miniſtrãtis in ta-
bernaculo temporis, quos recenſuit Moſes &
Aharon ex ſermone oris Domini. 42 At verò
numerus familiæ filiorum Merari per familias
ſuas, & domos patrũ ſuorum, 43 A filio triginta
annorũ & ſupra, vſque ad filium quinquaginta
annorum, omnis procedentis ad exercitum, in
miniſterium tabernaculi temporis: 44 Nume-
rus *inquam* eorũ per familias ſuas, perque do-
mos patrum ſuorũ, fuit tria millia, & ducenti.
45 Hi ſunt numeri familiæ filiorũ Merari, quos
numerauit Moſes & Aharon iuxta verbum oris
Domini, per manum Moſis. 46 Omnis itaque
numerus quem numerauit Moſes & Aharon
cum magnatibus Iſraëlis de Leuitis per familias
ſuas, & domos patrũ ſuorum, 47 A filio viginti
annorũ & ſupra, vſque ad filium quinquaginta
annorũ: quicunque veniebat ad exercitũ ad pe-
ragendum opus circa miniſterium baiulationis
in tabernaculo temporis: 48 Numerus *inquam*
eorum fuit octo millia, quingenti & octo.
49 Ex ſententia oris Domini numerauit eos
per manum Moſis, vnumquenque ſuper offi-
cium ſuum, & ſuper onus ſuum. Numerauit
autem eos prout mandauerat Dominus Moſi.

CAPVT V.

LOcutus eſt etiam Dominus cum Moſe, &
ait illi: 2 Præcipe filiis Iſrael vt expellant
extra caſtra omnẽ leproſum, & omnem qui flu-
xum patitur, omnemque pollutũ in anima ſua.

VERSIO-SAMARITANA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

38 *Et numerauerunt filios Girſon ſimiliter:*

40 *Fuitque numerus eorum duo millia ſexcenti triginta.*

42 *Et numerauerunt filios Merari:*

44 *Fuitque numerus eorum tria millia, & ducenti.*

48 *Fuitque numerus Leuitarum hoc pacto, octo millia quingenti & octoginta.*

49 *Iuxta dictum Dei numerauit eos Muſa, vnamquamque ſectam ad opus ſuum, & onus ſuum, numerumque ſuum.*

CAPVT V.

ET allocutus eſt Deus Muſam, dicens:
2 *Præcipe filijs Iſrail vt expellant è caſtris omnem leproſum, & omnem fluxum patientem, & omnem pollutum mortuo.*

38 وعدوا بني جرشون كذلك *

40 فكان عددهم الفين وستماية وثلاثين *

42 وعدوا بني مراري *

44 فكان عددهم ثلاثة الاف وماييتين *

48 وكان عدد اللاويين كذلك ثمانية الاف وخمسماية وثمانين *

49 على قول الله عدهم موسي * كل فريق في عمله وحمله وعدده *

* الفصل الخامس *

1 وكلم الله موسي قايلا *

2 مر بني اسرايل بان ينفوا من العسكر كل ابرص * وكل ذايب * وكل نجس لميت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

38 Recenſiti autem filiorum Gerſonis ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum ſuorum. 39 A tri-
ginta annis & ſupra vſque ad quinquaginta annos, omnis exiens ad bellum ad miniſtrandum in tabernaculo
teſtimonij. 40 Fuerunt inquam recenſiti eorum ſecundum familias ſuas, ſecundum domum patrum ſuorum,
mille ſexcenti, & triginta. 41 Hi fuerunt recenſiti familiæ filiorum Gerſonis, omnis ſeruiens in tabernaculo
teſtimonij, quem recenſuit Moſes, & Aaron, iuxta verbum Domini. 42 Et recenſiti familiæ filiorum Me-
rari ſecundum familias ſuas, ſecundum domum Patrum ſuorum. 43 A triginta annis & ſupra vſque ad
quinquaginta annos, omnis exiens ad bellum ad miniſtrandum in tabernaculo teſtimonij.
44 Fuerunt igitur recenſiti eorum ſecundum familias ſuas, tria millia, & ducenti. 45 Hi fuerunt recen-
ſiti familiæ filiorum Merari quos recenſuit Moſes & Aaron, iuxta verbum Domini per manum Moſis.
46 Omnes recenſiti quos recenſuit Moſes, & Aaron, & principes Iſrael, de Leuitis ſecundum familias ſuas, ſe-
cundum domum patrum ſuorum. 47 A filio triginta annorum & ſupra, vſque ad filium quinquaginta an-
norum, omnis egrediens ad faciendum opus miniſterij, & opus oneris in tabernaculo teſtimonij.
48 Fuerunt inquam recenſiti eorum octo millia, & quingenti, & octoginta. 49 Iuxta verbum Domini recen-
ſuit eos in manu Moſis, vnumquemque iuxta miniſterium ſuum, & onus ſuum, & munus ſuum, ſicut præce-
perat Dominus Moſi.

CAPVT V.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Præcipe filiis Iſrael, vt emittant ex caſtris omnem leproſum,
& omnem fluentem, & omnem pollutum ſuper animam.

[illegible]

3 A maſculo vſque ad fœminam expelletis eos extra caſtra, & ne polluant caſtra veſtra, quoniam ego habito inter vos. 4 Et fecerunt ſic filij Iſrael, expuleruntque eos extra caſtra: & quemadmodum dixit Dominus Moſi, ita fecerunt filij Iſrael.

Lex de peccato.

5 Præterea locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 6 Dic filiis Iſrael, Vir ſiue mulier ſi commiſerint *aliquod* ex quibuſcunque peccatis hominum, & fecerint iniquitatem coram Domino: condemnetur anima eiuſmodi: 7 Et confiteantur peccata ſua quæ commiſerunt, & recidat peccatum eius in caput ſuum, & quintam partem ſuperaddat ei, reddatque illi ad quem pertinet peccatum. 8 Verùm ſi non ſit viro illi quiſquam conſanguineus, afferat vice peccati pro ſeipſo, peccatum quod offerri ſolet pro eo coram Dño: eritque ſacerdotis, excepto ariete expiationis per quem ſit expiatio pro illo. 9 Et omnis ſeparatio omnium ſacrorum quæ offerent filij Iſrael ſacerdoti, ipſius erunt. 10 Et cuiuſlibet viri ſancta, ipſius erunt: & quod quiſpiam dederit ſacerdoti, ipſius erit.

Lex de ſpiritu Zelotypiæ.

11 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum. 12 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis, Cuiuſcunq; viri vxor cùm deſipuerit, commiſeritque in eum ſcelus, 13 Et dormierit vir cum ea accubitu ſeminis, idque lateat oculos mariti eius, & occultum ſit ei, ipſa verò ſit immunda, & teſtis non adſit contra illam, & ipſa non ſit deprehenſa. 14 Inuadat autem maritum eius ſpiritus zelotypiæ, & zelo concitetur contra vxorem ſuam, ſiue ipſa contaminata fuerit, ſiue non fuerit contaminata: aut inuadat eum ſpiritus zelotypiæ, ac zelo concitetur aduerſus vxorem ſuã, tametſi non fuerit polluta:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

³ *A maſculo vſque ad fœminam: expellant autem eos extra caſtra, & ne polluant exercitum ſuum quem ego inhabito inter eos.*

⁴ *Feceruntque ſic filij Iſrail, expuleruntque illos extra caſtra: ſicuti præceperat Deus Muſæ, ita fecerunt filij Iſrail.*

⁵ *Item allocutus eſt Deus Muſam, dicens:*
⁶ *Dic filijs Iſrail: Quicunque vir ſeu mulier commiſerit aliquod ex peccatis hominum, ſolueritque aliquatenus pactum Dei, & deliquerit,*
⁷ *Ac poſtea confeſſus fuerit peccatum ſuum quod fecit: reſtituat damnum idem numero, & addat ſuper illud quintam eius partem, detque illud ei cui damnum intulit.*
⁸ *Et ſi non fuerit damnum patienti curator cui reſtituatur damnum, ſit damnum illud quod reſtituetur, Deo, nempè ſacerdoti, præter arietem veniæ per quem poſtulabitur venia pro ipſo.*
⁹ *Et omnem oblationem ex omnibus ſacris filiorum Iſrail, date ſacerdoti: ipſius erit.*
¹⁰ *Et cuiuſlibet viri res conſecratæ, ipſius ſunt: ſacerdoti dabit illas, eruntque ipſius.*
¹¹ *Item locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
¹² *Manda filijs Iſrail, & dic eis: Cuiuſcumque viri vxor errauerit, fraudemque commiſerit, eo quòd concubuerit cum illa vir concubitu generationis,*
¹³ *Et latuerit hoc maritum eius, ſeſeque cælauerit cùm eſſet polluta, & teſtis non ſit aduerſus eam, nec ipſa deprehenſa fuerit:*
¹⁴ *Et venerit in animum eius opinio zelotypiæ, zelaueritque eam, cùm ipſa* reuera *ſit immunda: vel tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ, zelaueritque vxorem ſuam, cùm ipſa non ſit immunda:*

3 من ذكر الى انثى * فلينفوهم الى خارج المعسكر * ولا ينجسوا
عسكرهم الذي انا ساكنه فيما بينهم * 4 فصنع كذاك بنو
اسرايل * ونفوهم الى خارج المعسكر * كما امر الله موسى كذاك
صنع بنو اسرايل *
5 ثم كلم الله موسى قايلا * 6 قل لبني اسرايل * اي
رجل او امراة يصنع شيا من خطايا الناس * فينكث نكثا
بعهد الله فياثم *
7 ثم يقر بخطيته التي صنعها * فليرد الظلامة براسها * ويزد
عليها خمسها * ويدفعها الى من ظلمه *
8 وان لم يكن للمظلوم ولي لترد الظلامة عليه فلتكن
الظلامة المردودة لله * وهي للامام سوى كبش الغفران * ويستغفر
به عنه * 9 وكل رفيعة من جميع اقداس بني اسرايل فللامام
ادفعوها * له تكون * 10 وكل امرى يكون امر اقداسه اليه *
الى الامام يدفعها فتكون له *
11 ثم كلم الله موسى قايلا *
12 مر بني اسرايل وقل لهم * اي رجل حادت زوجته فخانت
خيانة * بان ضاجعها رجل مضاجعة انسال *
13 وخفي ذلك عن زوجها * واستترت وهي نجسة * وشاهد ليس
عليها * وهي لم تضبط *
14 وخطر بباله راي غيرة * فغار عليها وهي نجسة * او
عبر عليه روح الغيرة * فغار على زوجته وهي غير نجسة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

³ A maſculo vſque ad fœminam emittetis; extra caſtra emittetis eos, vt non polluant caſtra eorum, quia
ego habito in medio veſtri. ⁴ Et fecerunt ſic filij Iſrael, & emiſerunt eos extra caſtra ſicut dixerat Domi-
nus Moſi, ita fecerunt filij Iſrael. ⁵ Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. ⁶ Loquere filiis Iſrael di-
cens: Vir aut mulier cum fecerint ex omnibus peccatis hominis ad præuaricandum præuaricationem in Do-
minum, & deliquerit anima illa. ⁷ Tum confitebuntur peccatum ſuum quod fecerunt, & reddet deli-
ctum ſuum in capite ſuo, & quintam partem eius addet ſuper illud, dabitque ei aduerſus quem deliquit.
⁸ Quod ſi non eſt viro propinquus cui reſtituatur delictum, delictum reſtitutum Domino ſacerdotis erit,
præter arietem expiationum cum quo propitiabitur pro eo.
⁹ Omnis quoque oblatio eleuationis inter omnes ſanctificationes filiorum Iſrael quam offerent ſacerdo-
ti, ipſius erit. ¹⁰ Et cuiuſque ſanctificationes, ipſius erunt: quicunque etiam dederit ſacerdoti, ipſius erit.
¹¹ Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. ¹² Loquere filiis Iſrael, diceſque eis. Cum cuiuſcunque viri vxor
declinauerit, & præuaricata fuerit aduerſus eum præuaricationem.
¹³ Et concubuerit homo cum ea concubitu ſeminis, abſconditumque fuerit ab oculis viri ſui, & occultum
fuerit: ipſa autem polluta eſt, & teſtis nullus eſt in eam, neque deprehenſa eſt.
¹⁴ Tranſiit tamen ſuper eum ſpiritus zelotypræ, & zelatur vxorem ſuam, ipſa verò polluta eſt: vel tranſiit ſu-
per eum ſpiritus zelotypiæ, & zelatur vxorem ſuam, ipſa tamen polluta non eſt.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

15 Afferat vir ille oblationem ſuam ad ſacer-
dotem vnam ex decem partibus modij farinæ
ordeaceæ: at non fundat ſuper eam oleum, nec
ponat ſuper eam thus, quoniam farina eſt zelo-
typiæ, farina eſt memoriæ commemorans pec-
catum. 16 Accedere faciat eam ſacerdos,
ſtetque coram Domino. 17 Accipiatque ſa-
cerdos aquam ſanctam in vaſe fictili, & de pul-
uere qui eſt ad radices altaris capiat ſacerdos, &
proiiciat in aquam. 18 Deinde ſtatuat ſacer-
dos mulierem coram Domino, & nudet caput
mulieris, ponatque ſuper manus eius farinam
memoriæ, farinam zelotypiæ, & in manu ſacer-
dotis ſint aquæ amaræ ſcrutatrices. 19 Et obte-
ſtetur ſacerdos mulierem, dicatque ad eam, Si
non dormiuit quiſquam tecum, neque deſi-
puiſti, neque te polluiſti *cum alio* præter mari-
tum tuum: immunis eſto ab his aquis amaris
ſcrutatricibus. 20 Verùm ſi deſipuiſti *cum alio*
præter maritum tuum, teque polluiſti, & dor-
miuit apud te vir alius quàm maritus tuus:
21 Obteſtetur ſacerdos mulierem cum exe-
crationibus maledictionum, dicatque ſacerdos
mulieri, Det te Dominus in maledictionem &
execrationem in medio populi tui, putreſcere
faciat Dominus femora tua, & intumeſcere
ventrem tuum: 22 Et ingrediantur aquæ iſtæ
ſcrutatrices in vterum tuum, inflentque viſce-
ra tua, & putreſcere faciant femora tua. dicat-
que mulier illa, Amen, amen. 23 Et ſcribat ſa-
cerdos maledictiones iſtas in libro, eaſque de-
leat aquis ſcrutatricibus: 24 Ac tum potum
præbeat mulieri aquas amaras ſcrutatrices: &
ingredientur in eam aquæ ſcrutatrices ad eam
perſcrutandam. 25 Et accipiat ſacerdos è ma-
manibus mulieris farinam zelotypiæ, ſeparet-
que farinam ante Dominum, & attollat eam
ad altare: 26 Attollatque ſacerdos de farina
memoriam eius, & efferat ad aram:

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

15 *Ducat talis vir vxorem ſuam ad ſacerdotem,
& ferat ſacrificium eius cum ipſa decimam par-
tem vaibæ de farina ordei: non effundet ſuper eam
oleum, nec ponet ſuper eam thus, quia eſt ſacri-
ficium zelotypiæ, in memoriam reducens delicta.*
16 *Et admouebit eam ſacerdos, ſiſtetque illam co-
ram Deo.* 17 *Et accipiet ſacerdos ex aqua ſan-
ctificata, in vaſis argillæ: & ex puluere qui erit in
pauimento habitaculi accipiet, iniicietque in
aquam.* 18 *Siſtatque eam ante Deum, & dete-
gat caput eius, ponatque ſuper manus eius ſacrifi-
cium memoriæ, ſacrificium zelotypiæ, & teneat
manu ſua aquam amaram maledicentem.*
19 *Et adiuret eam, & dicat illi: Si vir non concu-
buit tecum, nec declinaſti ad immunditiam alte-
rius quàm mariti tui, ſana eſto ab hac aqua ama-
ra maledicente.*
20 *At ſi declinaſti ad alium præter maritum
tuum, & polluta es cum eo, poſuitque alter præter
illum in te concubitum ſuum:*
21 *Adiurabit eam hac de re iureiurando ſtricto,
& dicet illi, faciat te Deus contumeliam & iura-
mentum inter populum tuum, per hoc quòd efficiet
Deus fœmur tuum decidens, & vterum tuum tu-
midum.* 22 *Nam cùm fuerit hæc aqua amara
maledicens in inteſtinis tuis, labefaciet vte-
rum, & cadere faciet fœmur: & dicet mulier,
Amen, amen.*
23 *Et ſcribet ſacerdos has maledictiones in libro,
& delebit eas aqua amara.*
24 *Et potabit eam aqua amara maledicente, &
vertetur in ipſa in amaritudinem.*
25 *Et accipiet de manu eius ſacrificium memo-
riæ, & mouebit illud coram Deo, admouebitque
illud ad altare.*
26 *Et accipiet pugillum ex ipſo, adolebitque
illud ſuper altare, & poſtea potabit eam aqua.*

15 فليات ذلك الرجل بزوجته الى الامام * ويات بقربانها معها
عشروية من دقيق الشعير * لا يصب عليها دهنا * ولا يجعل فوقها
لبانا * لانها قربان الغيرة يذكر بالذنوب * 16 فيقدمها الامام *
ويقفها بين يدي الله * 17 وياخذ الامام من الماء المقدس في
آنية خزف * ومن التراب الذي يكون في عرصة المسكن
ياخذ * ويلقي في الماء * 18 ويقفها بين يدي الله * ويكشف
راسها * ويجعل على يديها قربان الذكر قربان الغيرة * وليمسك
في يده الماء المر اللاعن * 19 ويحلفها ويقل لها * ان كان رجل
لم يضاجعك * ولم تحيدي الى نجاسة غير زوجك * فابري من هذا
الماء المر اللاعن * 20 وان كنت قد حدت الى غير
زوجك * وتنجست به * وجعل غيره فيك مضاجعة * 21 يحلفها
على ذلك بيمين الحرج ويقول لها * يجعلك الله مسبة ويمينا
بين قومك بما يجعل الله وركك ساقطة وبطنك وارما *
22 وذلك اذا صار هذا الماء المر اللاعن في امعايك * فيربي
البطن ويسقط الورك * وتقول المراة امين امين *
23 ويكتب الامام هذه اللعنات في كتاب * ويمحوه بالماء المر *
24 ويسقيها الماء المر اللاعن * فيستحيل فيها مرا *
25 وياخذ من يديها قربان الذكر * ويحركه بين يدي
الله * ويقدمه الى المذبح *
25 ويقبض منه * ويبخر على المذبح * وبعد ذلك يسقيها
الماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Tum adducet vir ille vxorem ſuam ad ſacerdotem, afferetque munus eius pro ea; decimam Epha farinæ
hordeaceæ: non effundet ſuper eam oleum, neque ponet ſuper eam thus, quia oblatio zelotypiæ eſt, oblatio
memorialis commemorans iniquitatem. 16 Et accedere faciet eam ſacerdos, ſiſtetque eam ante Dominum.
17 Poſtea accipiet ſacerdos aquas ſanctas in vaſe teſtaceo, & de puluere qui erit in pauimento tabernaculi acci-
piet ſacerdos, & ponet in aquam. 18 Et ſiſtet ſacerdos mulierem ante Dominũ, & denudabit caput mulieris, &
ponet ſuper volas eius oblationem memorialis, oblatio zelotypiæ hæc eſt: tunc in manu ſacerdotis erunt aquæ
amaræ maledictionem afferentes. 19 Et adiurabit eam ſacerdos, & dicet mulieri: ſi non concubuit vir tecum,
& ſi non declinaſti vt pollucreris ſub viro tuo, munda eſto ab aquis amaris iſtis maledictionem afferentibus.
20 Tu autem ſi declinaſti ſub viro tuo, & ſi polluta es, & dedit vir in te concubitum ſuum præter vi-
rum tuum. 21 (Adiurabit inquam ſacerdos mulierem adiuratione maledictionis, dicetque ſacerdos mulie-
ri) det te Dominus in execrationem, & in adiurationem in medio populi tui, dando femur tuum collapſum,
& ventrem tuum intumeſcentem. 22 Ingrediantur que aquæ iſtæ maledictionem afferentes in viſcera tua ad
inflandum ventrem, & ad deiiciendum femur; & dicet mulier, Amen, Amen. 23 Deinde ſcribet execra-
tiones iſtas ſacerdos in libro, & delebit in aquis amaris. 24 Et potabit mulierem aquis amaris maledictionem
afferentibus in amaritudinem. 25 Accipietque ſacerdos de manu mulieris oblationem zelotypiæ, & venti-
labit oblationem ante Dominum, & afferet eam ad altare. 26 Et eleuabit ſacerdos de oblatione memoriale
eius, & adolebit ſuper altare, & poſtea potabit mulierem aquis.

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

27 Ac tunc potandas præbeat aquas mulieri.
quòd ſi polluerit ſeſe, & commiſerit ſcelus contra maritum ſuum, ingreſſæque fuerint in eam aquæ ſcrutatrices, eamque perſcrutatæ fuerint, & inflatus fuerit vterus eius, & computruerint femora eius: erit mulier illa in maledictionem
in medio populi ſui. 28 At verò ſi non fuerit
polluta mulier illa, ſed munda eſt: innoxia erit,
parietque maſculum. 29 Hæc eſt lex zelotypiæ,
cùm deſipuerit mulier *cum alio* præter maritum ſuum, ſeſeque polluerit: 30 Aut cùm introierit in maritum ſpiritus zelotypiæ, & zelo fuerit æmulatus erga vxorem ſuam, & ſtatuerit vxorem coram Domino, & fecerit illi ſacerdos
hanc vniuerſam legem. 31 Eritque innocens
vir ille à peccato, mulier verò illa recipiet peccatum ſuum.

CAPVT VI.

Lex de Nazaræo.

Locutuſque eſt Dominus cum Moſe, &
dixit ad eum: 2 Loquere cum filiis Iſrael,
& dic eis, Vir ſiue mulier qui ſeparationem fecerit, & vouerit votum abſtinentiæ, ſeſeque
abdicauerit Domino: 3 A vino & à ſicera abſtinebit, acetum vini, & acetum ſiceræ non bibet, omnemque macerationem vuarum non bibet, & vuas recentes ac paſſas non comedet,
4 Cunctis diebus abſtinentiæ ſuæ. Quicquid conficitur ex vite vini, à vinaceis vſque ad aci-
nos, non comedet, 5 Cunctis diebus abſtinentiæ ſuæ. Et nouacula non tranſibit ſuper caput eius: donec expleantur dies quibus abſtinentiam vouit Domino, ſanctus erit. Et nutriet ca-
pillos capitis ſui, 6 Cunctis diebus quibus
abſtinentiam vouit Domino. Et ſuper animam mortui non ingredietur. 7 Et in patre ſuo ma-
treque ſua, & in fratre ſuo & ſorore ſua non polluet ſeſe in morte eorum: quia corona Dei ſui eſt ſuper caput eius.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

27 *Cúmque potauerit eam, ſi polluta fuerit, & commiſerit in maritum ſuum fraudem: mutabitur in ipſa in amaritudinem, intumeſcetque vterus eius, & cadet femur eius, fietque contumelia inter populum ſuum.* 28 *At ſi polluta non fuerit, ſed eſt pura, ſalua erit, & fœtum concipiet.*
29 *Iſta eſt lex zelotypiæ, ſi declinauerit mulier à marito ſuo, & polluta fuerit.* 30 *Vel ſi viro cuipiam venerit in mentem ſuſpicio zelotypiæ, zelaueritque mulierem ſuam: ſiſtat eam ante Deum, & faciat in ipſa ſacerdos quicquid eſt in hac lege:* 31 *Ad hoc vt innocens ſit vir à culpa, & illa mulier portet iniquitatem ſuam.*

CAPVT. VI.

ET allocutus eſt Deus Muſam, dicens: 2 *Præcipe filijs Jſrail, & dic eis: Quicunque vir aut mulier ſponte emiſerit votum abſtinentiæ vt abſtineat Domino ſuo,* 3 *A vino & ab eo quod inebriare poteſt, abſtinebit: ita vt omne vinum, & omne quod inebriat, non bibat: & omne quod fit per madefactionem vuarum, non bibat: & vuas recentes & ſiccas, non comedat:*
4 *Et longitudine dierum abſtinentiæ ſuæ, ex omnibus quæ fiunt ex vitibus vini, & ab acinis vſque ad vinaceam, non comedat.*
5 *Et longitudine dierum voti abſtinentiæ ſuæ non tranſibit nouacula ſuper caput eius: donec compleantur dies quibus abſtinentiam vouit Deo, erit ſanctus, & nutriet cæſariem comæ capitis ſui.*
6 *Et longitudine dierum abſtinentiæ ſuæ Deo, ad præſentiam mortui non ingredietur.*
7 *Adhuc & in patre ſuo, & matre ſua, & fratre ſuo, ac ſorore ſua non contaminabitur in morte eorum, quia abſtinentia Domini ſui ſuper ipſum eſt.*

27 فاذا سقاها * فان كانت قد تنجست وخانت زوجها خيانة *
استحال فيها مرا * فورم بطنها * وسقطت وركها * وصارت مسبة
فيما بين قومها * 28 وان لم تنجس بل هي طاهرة * بريت
وحملت حملا * 29 هذه شريعة الغيرة * في ان تحيد امراة
عن زوجها فتنجس * 30 او رجل يخطر بباله راي غيرة
فيغار على زوجته * فليقفها بين يدي الله * ويصنع بها الامام
جميع ما في هذه الشريعة * 31 حتى يبرا الرجل من الوزر *
وتلك الامراة تحمل وزرها *

* الفصل السادس *

1 وكلم الله موسى قايلا *
2 مر بني اسرايل وقل لهم * اي رجل او امراة سوع نذر
نسك ليتنسك لربه *
3 فمن الخمر والمسكر يتنسك * حتى كل خمر وكل مسكر لا يشربه *
وكل نقيع العنب لا يشربه * وعنبا رطبا ويابسا لا ياكل *
4 وطول ايام نسكه من كل ما يعمل من جفن الخمر * ومن
العرصن الى الزج لا ياكل *
5 وطول ايام نذر نسكه لا يمر حالق على راسه * الى ان تتم
الايام التي نسكها لله يكون مقدسا * ويربي فرع شعر راسه *
6 وطول ايام نسكه لله * الى حضرة ميت لا يدخل *
7 حتى ابيه وامه * واخيه واخته * لا يتنجس بهم في موتهم * لان
نسك ربه عليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Et bibendas dabit ei aquas. Continget autem ſi polluta eſt, & præuaricata fuerit præuaricationem in virum ſuum, vt ingrediantur aquæ in eam maledictionem afferentes in amaritudinem, intumeſcetque venter eius, & decidet femur eius, eritque mulier illa in execrationem in medio populi ſui. 28 Si verò polluta non eſt mulier illa, ſed munda eſt, & innocens erit, & procreabit liberos. 29 Hæc eſt lex zelotypiæ, & illius mulieris quæ declinauit ſub viro ſuo, & polluta fuit. 30 Vel viri ſuper quem tranſiuit ſpiritus zelans, & zelotypia motus eſt in vxorem ſuam, tum ſiſtet vxorem ante Dominum, & faciet ei ſacerdos iuxta omnem legem iſtam. 31 Et innocens erit maritus ab iniquitate, ſed mulier iſta portabit iniquitatem ſuam.

CAPVT VI.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: Vir aut mulier cum ſeparauerit ſe ad vouendum votum Nazaræi vt ſe conſecret Domino. 3 A vino & ſicera abſtinebit; acetum vini, & acetum ſiceræ non bibet, & omne expreſſum ex vuis non bibet; neque vuas virentes & ſiccas comedet.
4 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ex omni quod fit ex vite vini ab acinis vſque ad corticem non comedet.
5 Omnibus diebus voti Nazaræatus ſui nouacula non tranſibit ſuper caput eius: donec impleti fuerint dies quibus ſe conſecrauit Domino ſanctus erit nutriens cæſariem capilli capitis ſui. 6 Omnibus diebus conſecrationis ſuæ Domino ad animam mortui non ingredietur.
7 Pro patre ſuo, & pro matre ſua, & pro fratre ſuo, & pro ſorore ſua non contaminabit ſe cum morientur, quoniam conſecratio Dei ſui eſt ſuper caput eius.

[illegible]

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 Cũctis diebus abſtinẽtiæ ſuæ ſanctus eſt Dño.
9 Quòd ſi moriatur mortuus ſuper eum ſubitò,
polluetur caput abſtinentiæ eius: idcirco radet
caput ſuũ in die quo mundabitur, & quidem ad
diem ſeptimũ radet illud. 10 Die verò octauo
afferat duos turtures aut duos pullos columba-
rũ ad ſacerdotem, ad oſtiũ tabernaculi tempo-
ris. 11 Offeretque ſacerdos vnũ pro peccato, &
alterum in holocauſtum pacificum, & expiabit
eũ ſacerdos pro peccato quod cõmiſit in anima
mortui, & conſecrabit caput eius in eodem
illo die. 12 Et obſeruabit coram Dño abſtinen-
tiam dierum nazaræatus ſui: adducetque
agnum vnum anniculum pro oblatione: dies
verò priores irriti erunt, eo quòd polluta ſit
eius abſtinentia. 13 Hæc eſt lex Nazaræi. In die
quo expirabũt dies abſtinentiæ eius, adducent
eum ad oſtium tabernaculi temporis: 14 Offe-
retque ſacrificium ſuum Dño agnum vnum an-
niculum in quo nulla ſit macula, pro holocau-
ſto: & offeret ouiculam vnam anniculam in
qua non ſit macula, pro peccato: & arietem
vnum in quo nulla ſit macula, pro ſacrificio pa-
cifico: 15 Caniſtrũ quoque infermentatorum,
placentas ſimilaginis ſubactas oleo, & lagana
infermentata ſubacta oleo cum farina eorũ &
libatione eorum. 16 Offeratque illud ſacerdos
coram Dño, & offerat peccatũ eius, atque ho-
locauſtũ eius pacificũ. 17 Arietem verò faciat
pro ſacrificio pacifico Dño vltra caniſtrum
azymi, faciatque ſacerdos farinam eius, & liba-
tionem ipſius. 18 Radetque Nazaræus in oſtio
tabernaculi tẽporis caput nazaræatus ſui: tol-
letque pilos capitis nazaræatus ſui, & proiiciet
in ignem ſubiectũ ſacrificio pacifico. 19 Et ac-
cipiens ſacerdos armũ coctum ex ariete, & pla-
centam vnam infermentatam de caniſtro, &
laganũ vnum infermentatum, imponet mani-
bus Nazaræi poſtquã raſerit nazaræatũ ſuum.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 *Similiter omnibus diebus abſtinentiæ ſuæ ſanctus*
eſt Deo. 9 *Et ſi moriatur cum ipſo mortuus ali-*
quis ſubitò aut ex improuiſo, iam obtruncatum eſt
initium abſtinentiæ eius: quapropter radat caput
ſuum in die purificationis ſuæ & quidem die ſe-
ptima radet illud. 10 *Et in die octaua afferet*
duos turtures, aut duos pullos columbarum ad
ſacerdotem, ad oſtium tabernaculi præſentiæ.
11 *Quorum vnum faciet expiationem, alterum*
holocauſtum: veniamque rogabit pro eo, eo quòd
peccauerit in re mortui.
12 *Sanctificabitque caput ſuum in illa die, &*
abſtinebit Deo diebus abſtinentiæ ſuæ. Afferetque
agnũ filium eiuſdem anni in ſacrificium delicti:&
dies antecedentes ſubtrahentur, eo quòd truncata
ſit abſtinentia eius. 13 *Et iſta eſt lex abſtinentis:*
in die complementi dierum abſtinentiæ ſuæ, afferet
ea ad oſtium tabernaculi præſentiæ: 14 *Offeret-*
que ſacrificium ſuum Deo, agnum filium eiuſdem
anni integrum in oblationem, & agnam annicu-
lam integram in expiationem, & arietem inte-
grum in victimam pacis. 15 *Et caniſtrum azy-*
morum, placentarum azymarum ſubactarum
oleo,& laganorum azymorum vnctorum oleo,&
triticum ac temperamentum quæ cum ipſis ſunt.
16 *Offeretque ea ſacerdos coram Deo, facietque*
expiationem eius,atque holocauſtum ipſius. 17 *Et*
arietem faciet victimam pacis Deo vnà cum ca-
niſtro azymorum: deinde faciet triticum ac tem-
peramentum quæ cum ipſis ſunt. 18 *Radetque ab-*
ſtinens apud ianuam tabernaculi præſentiæ, capil-
los capitis ſui, accipietque illos & proiiciet eos ſu-
per ignem qui eſt ſub victima pacis.
19 *Sumetque ſacerdos brachium coctum de illo*
ariete,& placentam vnam, & laganum vnum de
azymis, ponetque ea ſuper vtraque vola abſti-
nentis poſt abraſionem crinium eius: mouebit-
que omnia motione ante Deum.

8 كذاك كل ايام نسكه مقدس هو لله * 9 فان مات معه ميت
بغتة او غفلة * فقد قطع اول نسكه * فليحلق راسه في يوم
طهره * وذلك اليوم السابع يحلقه * 10 وفي اليوم الثامن ياتي
بيمامتين * او فرخي حمام الى الامام * الى باب خباء المحضر *
11 يعمل احدهما ذكاة * والاخر صعدة * ويستغفر عنه مما اخطا
في امر ميت * 12 ويقدس راسه في ذلك اليوم * ويتنسك لله ايام
نسكه * وياتي بحمل ابن سنته لقربان الاثم * والايام المتقدمة
تسقط لما انقطع نسكه * 13 وهذه شريعة الناسك * في يوم كمال
ايام نسكه ياتي بها الى باب خباء المحضر *
14 فيقرب قربانه لله حملا ابن سنته صحيحا للصعدة * ورخلا
ابنة سنتها صحيحة للذكاة * وكبشا صحيحا لذبح السلامة *
15 وسل فطير جرادق فطير ملتوتة بدهن * ورقاق فطير
ممسوح بدهن * والبر والمزاج الذي معها * 16 فيقدمها
الامام بين يدي الله * ويصنع ذكاته وصعدته * 17 والكبش
يصنعه ذبح السلامة لله مع سلة الفطير * ثم يصنع البر والمزاج
اللذين معها * 18 ويحلق الناسك عند باب خباء المحضر
شعر راسه * وياخذه ويلقيه على النار التي تحت ذبح السلامة *
19 وياخذ الامام الذراع مطبوخة من ذلك الكبش * وجردقة
واحدة * ورقاقة واحدة من الفطير * ويصنع ذلك على كفي
الناسك بعد حلقة شعره * ويحرك الجميع تحريكا بين يدي
الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ſanctus erit Domino, 9 Si autem mortuus fuerit ſuper eum mortalis
de repente, de repente,& pollutum fuerit caput Nazaræatus eius, radet caput ſuum in die purificationis ſuæ; die
ſeptimo radet illud. 10 Die verò octauo afferet duos turtures, aut duos pullos columbarum ſacerdoti ad por-
tam tabernaculi teſtimonij. 11 Facietque ſacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & ex-
piabit eum de eo quod peccauit in animam ſuam, & ſanctificabit caput eius in die illo.
12 Et conſecrabit Domino dies Nazaræatus ſui, afferetque agnum anniculum pro delicto: Dies autem priores
irriti erunt, quoniam pollutus fuit Nazaræatus eius. 13 Hæc eſt autem lex Nazaræi eo die quo im-
pleti ſunt dies Nazaræatus eius, ſiſtet eum ad portam tabernaculi teſtimonij. 14 Et offeret mu-
nus ſuum Domino, agnum anniculum immaculatum vnum in holocauſtum,& agnam vnam anniculam im-
maculatam pro peccato,& arietem vnum immaculatum in hoſtiam pacificam. 15 Et caniſtrum azymorum,
ſimilam, placentarũ conſperſarum oleo,& lagana azyma inuncta oleo,& oblationem eorũ,& libamina eorum.
16 Quæ offeret ſacerdos ante Dominum,& faciet peccatum eius,& holocauſtum eius. 17 Arietem etiam fa-
ciet in ſacrificium pacificorum Domino cum caniſtro azymorum, facietque ſacerdos oblationem eius,& li-
bamen eius. 18 Poſtea radet Nazaræus ad portam tabernaculi teſtimonij caput Nazaræatus ſui, & accipiet cæ-
ſariem capitis Nazaræatus ſui, imponetque ſuper ignem qui eſt ſubter ſacrificium pacificorum. 19 Accipiet
etiam ſacerdos armum coctum de ariete, & placentam azymam vnam de caniſtro, & laganum azymum
vnum,& imponet ſuper volam Nazaræi poſtquam abraſus fuerit Nazaræatus eius.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 23 [illegible]
24 [illegible]
25 26 [illegible]
27 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

20 Et ſeparabit ea ſacerdos ſeparatione coram
Domino: ſacra erunt ſacerdoti vltra pectuſculum ſeparationis,& vltra armum ſeparationis:
ac tunc bibet nazaræus vinum. 21 Hæc eſt lex
nazaræi qui vouerit Dño oblationem pro nazaręatu ſuo,præter id quod poſſibile erit manibus eius: iuxta requiſita ad votum quod emiſerit, ſic faciet, ſecundùm legem nazaræatus ſui.

De benedictione.

22 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 23 Loquere cum Aharone & cum
filiis eius,& dic illis,Hoc pacto ſitis benedicentes filiis Iſrael,dicite eis: 24 Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: 25 Illuminet Dominus
vultum ſuum ſuper te, teque viuificet: 26 Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te, faciatque tibi pacem. 27 Ponent ergo nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

CAPVT VII.

Initiatio altaris.

FActum eſt autẽ vt quo die abſoluit Moſes erectionem tabernaculi, vngeret illud, & ſanctificaret illud vnà cum omnibus vaſis eius: necnon altare, cunctaque vaſa ipſius vngeret & conſecraret. 2 Et attulerunt magnates filio-
rum Iſrael, capita domorum patrum ſuorum, qui principes erant tribuum,qui præerant cenſibus: 3 Attulerunt *inquam* oblationes ſuas
coram Domino, ſex plauſtra inſtructa, & duodecim boues:plauſtrum in duos quoſque principes, & bouem in ſingulos, adduxeruntque ea ante tabernaculum. 4 Et dixit Dñs ad Moſen:
5 Accipe ab eis, ſintque ad miniſtrandum cultum tabernaculi temporis:eaque trade Leuitis, vnicuique pro ratione miniſterij ſui. 6 Accipiẽs
igitur Moſes boues ac plauſtra,tradidit ea Leuitis. 7 Duo plauſtra & quatuor boues dedit filiis
Gerſon,prout requirebatur miniſterio eorum.

VERSIO SAMARITANA.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 23 [illegible]
24 25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 23 [illegible]
24 25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

20 *Sintque ſacra Sacerdoti vnà cum pectore*
motionis & armo oblationis. Et poſt hæc bibet
abſtinens vinum. 21 *Hæc eſt lex eius qui vouerit*
ſe fore abſtinentem, necnon ſacrificij eius Deo pro
abſtinentia ſua, præter ea quæ inueniet manus
eius. Atque id, iuxta menſuram ſpatij abſtinentiæ
eius reſtringat illum ad legem abſtinentiæ.
22 *Præterea locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:*
23 *Manda Haroni & filijs eius, & dic eis: Sic*
benedicite filijs Iſrail, dicentes illis:
24 *Benedicat tibi Deus, & cuſtodiat te:*
25 *Et accendat ſplendorem vultus ſui ſuper te,*
& propitietur tibi: 26 *Et adducat propoſitum ſuum*
ad te, & faciat tibi pacem. 27 *Et recitabitis nomen*
meum ſuper filios Iſrail, & ego benedicam eis.

CAPVT VII.

CVmque fuiſſet dies qua finiuit Muſa erectionem Habitaculi, vnxit illud, & ſanctificauit
illud & cuncta vaſa eius, & altare omniaque vaſa illius, & vnxit ea, & ſanctificauit illa.
2 *Obtuleruntque nobiles filiorum Iſrail, principes*
domorum patrum ſuorum, tribuum, hi nempe quorum numerus præſens eſt.
3 *Attulerunt inquam ſacrificium ſuum Deo ſex*
currus tectos, & duodecim boues: currum vnum
in binos principes, & bouem vnum in ſigulos:
obtuleruntque ea ante habitaculum.
4 *Dixitque Deus Muſa ſermonem.*
5 *Accipe ea ab ipſis, vt ſint pro miniſterio ta-*
bernaculi præſentiæ, & da ea vnicuique ſectæ
Leuitarum iuxta miniſterium eorum.
6 *Accepit igitur Muſa currus & boues, de-*
ditque eos Leuitis.
7 *Duos currus ex ipſis, & quatuor boues, filiis*
Girſon, ſecundùm miniſterium eorum.

20 وليكن قدسا للامام مع قص التحريك وساق الرفعة *
وبعد ذلك يشرب الناسك خمرا * 21 هذه شريعة من نذر
ان يكون ناسكا * وقربانه لله عن نسكه * سوى ما تناله يده *
وليكن ذلك بمقدار مدة نسكه يضمه الى شريعة النسك *
22 ثم كلم الله موسى قايلا *
23 مر هرون وبنيه وقل لهم * كذا فبركوا بنى اسرايل مقولا لهم *
24 يبارك فيك الله * ويحفظك * 25 ويضي بنور وجهه عليك
ويرافك * 26 ويقبل بقصده اليك * ويصير لك السلام *
27 فيتلوا اسمي على بنى اسرايل * وانا ابارك عليهم *

* الفصل السابع *

1 ولما كان يوم فراغ موسى من نصب المسكن * مسحه *
وقدسه * وجميع آنيته * والمذبح * وجميع آنيته * ومسحها *
وقدسها * 2 وقرب اشراف بنى اسرايل روساء بيوت آبايهم
الاسباط * وهم الحاضرون عددهم *
3 فاتوا بقربانهم لله ست عجل مصببة * واثنى عشر ثورا * عجلة
لكل شريفين * وثور لكل واحد * فقدموها بين يدي المسكن *
4 فقال الله لموسى قولا * 5 خذها منهم * تكن لخدمة
خباء المحضر * وادفعها الى كل فريق من اللاويين حسب خدمتهم *
6 فاخذ موسى العجل والبقر * فدفعها الى اللاويين *
7 عجلتين منها واربع بقرات لبني جرشون حسب خدمتهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Et ventilabit ea ſacerdos ventilationem ante Dominum, ſanctum hoc eſt; ſacerdotis erit præter pectuſculum ventilationis, & præter armum eleuationis, & poſtea bibet Nazareus vinum. 21 Hæc eſt lex Nazaræi qui vouit munus ſuum Domino pro Nazaræatu ſuo, præter hoc quod aſſequetur manus eius: pro ratione voti quod vouit, ſic faciet ſecundum legem Nazaræatus ſui. 22 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
23 Loquere Aaroni, & filiis eius dicens: ſic benedicetis filiis Iſrael dicendo illis. 24 Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. 25 Lucere faciat Dominus faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui. 26 Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te, & ponat ſuper te pacem. 27 Ponentque nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

CAPVT VII.

FActumque eſt in die quo perfecit Moſes erectionem tabernaculi, vt vngeret illud, & ſanctificaret illud, & omnia vaſa eius; & altare, & omnia vaſa eius: Vnxit inquam ea, & ſanctificauit ea. 2 Tum obtulerunt principes Iſrael, capita domus patrum ſuorum, ipſi principes tribuum, ipſi præfecti ſuper recenſitos.
3 Et attulerunt munus ſuum corám Domino, ſex plauſtra concamerata, & duodecim boues: plauſtrum duo principes, & bouem vnus; & obtulerunt ea ante tabernaculum. 4 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.
5 Accipe ab illis vt inſeruiant miniſterio tabernaculi teſtimonij, dabiſque ea Leuitis, vnicuique pro ratione miniſterij ſui. 6 Et accepit Moſes plauſtra, & boues, deditque illa Leuitis.
7 Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filiis Gerſonis pro ratione miniſterij eorum.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

8 Et quatuor plauſtra cum octo bobus dedit
filiis Merari, pro neceſſitate miniſterij eorum,
per manum Ithamar filij Aharonis ſacerdotis.
9 Filiis verò Cahath nil dedit, quia miniſte-
rium ſanctuarij erat ipſis iniunctum, & hume-
ris propriis portabant. 10 Obtulerunt etiam
principes oblationem renouationis altaris: in
die qua vnxerunt illud, obtulerunt *inquam*
principes oblationes ſuas coram Domino.
11 Et ait Dominus ad Moſen, Singuli princi-
pes ſingulis diebus offerent oblationes ſuas ad
renouationem altaris. 12 Factumque eſt vt qui
obtulit in primo die oblationem ſuam, fuerit
Nahſon filius Aminadab princeps tribus do-
mus Iuda. 13 Eius oblatio fuit pollubrum
vnum argenteum, centum & triginta *ſiclorum*
pondo: & colum vnum argenteum ſeptuaginta
ſiclorum in ſiclo ſanctuarij: ambo plena farina
ſubacta oleo, in oblationem. 14 Et calix vnus
decem *ſiclorum* aureus, & plenus aromatibus.
15 Et iuuencus vnus filius bouis, & aries vnus,
& agnus vnus anniculus, in holocauſtum. 16 Et
hircus vnus caprarum, pro peccato. 17 Pro ſa-
crificio verò pacifico, iuuenci duo, & arietes
quinque, & hœdi quinque, & agni anniculi
quinque. Hæc eſt oblatio Nahſon filij Amina-
dab. 18 Et in die ſecundo obtulit princeps tri-
bus Iſachar Nathaniel filius Soar. 19 Eius obla-
tio fuit pollubrum vnum argenteum centum
ac triginta pondo: & colum vnum argenteum
ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarij: vtra-
que plena farina ſubacta oleo, in oblationem.
20 Et calix vnus decem *ſiclorum* aureus, &
plenus aromatibus. 21 Et iuuencus vnus
bouinus, & aries vnus, & agnus vnus anni-
culus, pro holocauſto: 22 Et hircus vnus ca-
prarum, pro peccato.

VERSIO-SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

8 *Et quatuor currus & octo boues, filijs Merari iuxta miniſterium eorum: & omnia quidem per manus Ithamar filij Haronis ſacerdotis.*

9 *Et filijs Cahath nihil dedit, quia miniſterium Sanctuarij ipſis incumbit, etenim portant illud ſuper humeros ſuos.*

10 *Cúmque obtuliſſent principes munus altaris in die vnctionis eius, obtuliſſentque ſacrificia ſua ante altare,*

11 *Dixit Deus Muſæ: Princeps vnus ſingulis diebus offeret ſacrificium ſuum, munus altari.*

12 *Fuitque qui obtulit prima die ſacrificium ſuum, Nahſun filius Amminadhab de tribu Iehuda.*

13 *Et fuit ſacrificium eius pollubrum ex argento ponderis centum triginta ſiclorum, & phiala argentea ponderis ſeptuaginta ſiclorum: vtraque plena ſimila ſubacta oleo, in donum.*

14 *Et capſella aurea ponderis decem ſiclorum plena thure:*

15 *Et taurus de bobus, & aries, & agnus filius anni ſui, in holocauſtum.*

16 *Et hædus de capris, in expiationem.*

17 *Et in victimam pacis, duæ vaccæ, & quinque arietes, & quinque hædi, & quinque agni filij vnius anni. Iſtud eſt ſacrificium Nahſun filij Amminadhab.*

18 *Et in die ſecunda obtulit ſacrificium ſuum Nathanail filius Suar princeps filiorum Iſſachar, ſimile prædicto.*

8 وأربع عجلات وثمان بقرات لبني مراري حسب خدمتهم *
والجميع على يد ايثامار بن هرون الامام *
9 ولبني قهات لم يدفع شيئا * لان خدمة القدس عليهم * انما
يحملونه على اكتافهم *
10 ولما قرب الاشراف دشن المذبح في يوم مسحه * وقدموا
قرابينهم بين يدي المذبح *
11 قال الله لموسى * شريف واحد في كل يوم يقرب قربانه دشنا
للمذبح *
12 فكان المقرب في اليوم الاول قربانه نحشون بن عميناداب من
سبط يهودا *
13 وكان قربانه قصعة من فضة وزنها ماية وثلاثون مثقالا *
وكريب فضة وزنه سبعون مثقالا * كلاهما مملوان سميذا ملتوتا
بدهن للهدية *
14 ودرجا من ذهب وزنه عشرة مثاقيل مملوا بخورا *
15 وثورا من البقر * وكبشا * وحملا ابن سنة للصعدة *
16 وعتودا من الماعز للذكاة *
17 ولذبح السلامة بقرتين * وخمسة اكبش * وخمسة عتدان *
وخمسة حملان بني سنة * هذا قربان نحشون بن عميناداب *
18 وفي اليوم الثاني قرب قربانه نثنائيل بن صوعار شريف
بني يساخار * مثل ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et quatuor plauſtra, & octo boues dedit filiis Merari pro ratione miniſterij eorum ſub manu Ithamar filij
Aaronis ſacerdotis. 9 Sed filiis Caath non dedit, quoniam miniſterium ſanctuarij ad eos pertinet; ſuper hu-
meros portabunt. 10 Et obtulerunt principes in dedicatione altaris eo die quo inunxit illud; obtulerunt
autem principes munus ſuum ante altare. 11 Dixitque Dominus Moſi, princeps vnus per diem, princeps
vnus per diem offerent munus ſuum pro dedicatione altaris.
12 Obtulit autem die primo munus ſuum Nahaſſon filius Aminadab pro tribu Iuda.
13 Munuſque eius fuit ſcutella argentea vna, centum & triginta pondus eius: Phiala vna argentea ſeptuagin-
ta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij; ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem.
14 Cochlear vnum decem aureorum plenum incenſo. 15 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus
vnus anniculus in holocauſtum. 16 Et hircus caprarum vnus pro peccato.
17 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc
eſt munus Naaſſon filij Aminadab. 18 Die ſecundo obtulit Nathanael filius Soar princeps Iſſachar.
19 Obtulit munus ſuum, ſcutellam argenteam vnam, centum & triginta pondus eius; phialam vnam argen-
team, ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ farina conſperſa oleo in oblationem.
20 Cochlear vnum decem aureorum plenum incenſo.
21 Vitulum vnum filium bouis, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocauſtum.
22 Et hircum caprarum vnum pro peccato.

[illegible]

23 Pro ſacrificio autem pacifico, boues duo, &
arietes quinque, & hædi quinque, & agni an-
niculi quinque. Hæc eſt oblatio Nathanielis
filij Soar. 24 Et in die tertio obtulit princeps
tribus Zebolon Eliab filius Halon. 25 Oblatio
eius fuit pollubrum vnum argenteum, cuius
pondus erat centum ac triginta *ſiclorum*: & co-
lum vnum argenteum ſeptuaginta ſiclorum in
ſiclo ſanctuarij: ambo plena farina ſubacta oleo,
pro dono. 26 Et calix vnus decem *ſiclorum* au-
reus, & plenus aromatibus. 27 Et iuuencus
vnus bouinus, & aries vnus, & agnus vnus an-
niculus, pro holocauſto. 28 Et hircus vnus ca-
prarum, pro peccato. 29 Pro ſacrificio autem
pacifico, iuuenci duo, & arietes quinque, &
hædi quinque, & agni anniculi quinque. Hæc
eſt oblatio Eliab filij Halon. 30 Et in die quar-
to obtulit princeps tribus Rubil Eliſur filius
Sedaur. 31 Oblatio eius fuit pollubrum vnum
argenteum centum ac triginta pondo: & co-
lum vnum ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſan-
ctuarij: vtraque plena farina ſubacta oleo,
pro munere.
32 Et calix vnus decem *ſiclorum* aureus, & ple-
nus aromatibus. 33 Et iuuencus vnus bubulus,
& aries vnus, & agnus vnus anniculus, pro ho-
locauſto. 34 Et hircus vnus caprarum pro pec-
cato. 35 Pro ſacrificio autem pacifico, iuuenci
duo, & arietes quinque, & hædi quinque, &
agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Eliſur
filij Sedaur. 36 Quinta verò die obtulit prin-
ceps tribus Simeon Selamuel filius Sur-ſadai.
37 Eius oblatio fuit pollubrum vnum argen-
teum centum ac triginta pondo: & colum
vnum argenteum ſeptuaginta ſiclorum in
ſiclo ſanctuarij: ambo plena farina ſubacta oleo,
pro munere. 38 Et calix vnus decem *ſiclorum*
aureus, & plenus aromatibus.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

24 *Et in die tertia obtulit Eliab filius Hilon princeps filiorum Zabulon, ſimile illi.*

24 وفي اليوم الثالث قرّب اليآب بن حيلون شريف بني زبولون* مثل ذلك *

30 *Et in die quarta obtulit Eliſur filius Sadiaur princeps filiorum Raubin vt illud.*

30 وفي اليوم الرابع قرّب اليصور بن شديأور شريف بني راوبين* مثل ذلك *

36 *Et in die quinta obtulit Salumiail filius Suri Saddai princeps filiorum Simeon, ſimile illi.*

36 وفي اليوم الخامس قرّب شلوميائل بن صوري شداي شريف بني شمعون* مثل ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Et pro ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hoc eſt munus Nathanaelis filij Soar. 24 Die tertia princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon.
25 Munus autem eius, ſcutella argentea vna, centum & triginta pondus eius, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem. 26 Cochlear vnum aureum decem ſiclorum plenum incenſo. 27 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum. 28 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 29 Et pro ſacrificio pacificorum, boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc eſt munus Eliab filij Helon. 30 Die quarta princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sediur. 31 Munus autem eius fuit ſcutella argentea vna, centum & triginta pondus eius, phiala vna argentea, ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem. 32 Cochlear vnum aureum decem ſiclorum plenum incenſo. 33 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum. 34 Hircus caprarum vnus pro peccato.
35 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque: hoc eſt munus Eliſur filij Sediur. 36 Die quinto princeps filiorum Simeonis, Salamiel filius Sariſadai.
37 Munus autem eius fuit, ſcutella argentea centum & triginta pondus eius; phiala vna argentea, ſeptuaginta ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem.
38 Cochlear vnum aureum decem ſiclorum plenum incenſo.

39 Et iuuencus vnus filius bouis,& aries vnus,
& agnus vnus anniculus,pro holocauſto. 40 Et
hircus vnus caprarum,pro peccato. 41 Pro ſa-
crificio autem pacifico,iuuenci duo , & arietes
quinque, & hædi quinque , & agni anniculi
quinque. Hæc eſt oblatio Selamuelis filij Sur-
ſadai. 42 Die ſexta obtulit princeps tribus Gad
Eliaſaph filius Rauelis. 43 Eius oblatio fuit pol-
lubrum vnum argenteum centum ac triginta
ſiclorum pondo:& colum vnum argenteum ſe-
ptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctarij : vtraque
plena farina ſubacta oleo,pro dono. 44 Et calix
vnus decem *ſiclorum* aureus,& plenus aromati-
bus. 45 Et iuuencus vnus filius bouis , & aries
vnus,& agnus vnus anniculus,pro holocauſto.
46 Et hircus vnus caprarũ,pro peccato. 47 Pro
ſacrificio autem pacifico, iuuenci duo , & arie-
tes quinque,& hædi quinque, & agni anniculi
quinque. Hæc eſt oblatio Eliaſaph filij Raue-
lis. 48 In die ſeptimo obtulit princeps tribus
Aphrem Eliſema filius Amihud. 49 Eius obla-
tio fuit pollubrum vnum argenteũ centum ac
triginta pondo:& colum vnum argenteum ſe-
ptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarij : vtraque
plena farina ſubacta oleo, pro oblatione. 50 Et
calix vnus decem *ſiclorum* aureus,&plenus aro-
matibus. 51 Et iuuencus vnus bubulus, & aries
vnus,& agnus vnus anniculus,pro holocauſto.
52 Et hircus vnus caprarũ , pro peccato. 53 Pro
ſacrificio autem pacifico,iuuenci duo , & arie-
tes quinque,& hædi quinque, & agni anniculi
quinque. Hoc eſt munus Eliſema filij Amihud.
54 Et in die octauo obtulit princeps tribus
Manaſſe Gamaliel filius Pharſur. 55 Eius
oblatio fuit pollubrum vnum argenteum cen-
tum ac triginta pondo : & colum vnum argen-
teum ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarij:
ambo plena farina ſubacta oleo, pro munere.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

40 *Et in die ſexta obtulit Eliaſaph filius Dauail princeps filiorum Gadh ſimile illi.*

40 وفي اليوم السادس قرب الياساف بن دعوايل شريف بني عاذ * مثل ذلك *

48 *Et in die ſeptima obtulit Eliſama filius Ammihud princeps filiorum Ephraim ſimile illi.*

48 وفي اليوم السابع قرب اليسماع بن عميهود شريف بني افرايم * مثل ذلك *

54 *Et in die octaua obtulit Gamaliail filius Fadaſur princeps filiorum Manaſſe vt illud.*

54 وفي اليوم الثامن قرب جمليايل بن فداصور شريف بني منشا * مثل ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

39 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum, 40 Et hircus caprarum
vnus pro peccato. 41 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni annicu-
li quinque. hoc eſt munus Salamiel filij Suriſadai. 42 Die ſexta princeps filiorum Gad, Eliſaph filius Duel.
43 Munus autem eius, ſcutella argentea vna; centum & triginta pondus eius, phiala vna argentea, ſeptuagin-
ta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem. 44 Cochlear vnum
aureum decem ſiclorũ plenum incenſo. 45 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holo-
cauſtum. 46 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 47 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes
quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque, hoc eſt munus Eliſaph filij Duel. 48 Die ſeptima princeps
filiorum Ephraim, Eliſama filius Amiud. 49 Munus autem eius, ſcutella argentea vna centum & triginta
pondus eius, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa
oleo in oblationem. 50 Cochlear vnum aureum decem ſiclorum plenum incenſo. 51 Vitulus vnus filius bouis,
aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum. 52 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 53 Et pro ſacri-
ficio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc eſt munus Eliſamæ
filij Amiud. 54 Die octaua princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur.
55 Munus autem eius fuit ſcutella argentea vna, centum & triginta quinque pondus eius; phiala vna ar-
gentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem.

[illegible]

[56] Et calix vnus decem *ſiclorum* aureus, & ple-
nus aromatibus. [57] Et iuuencus vnus filius
bouis, & aries vnus, & agnus vnus anniculus,
pro holocauſto. [58] Et hircus vnus caprarum
pro peccato. [59] Pro ſacrificio verò pacifico,
iuuenci duo, & arietes quinque, & hædi quin-
que, & agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio
Gamalielis filij Pharſur. [60] Et in die nono ob-
tulit princeps tribus Beniamen Abidan filius
Gedeoni. [61] Oblatio eius fuit pollubrum
vnum argenteum centum ac triginta ſiclorum:
& colum vnum argenteum ſeptuaginta ſiclo-
rum in ſiclo ſanctuarij : vtraque plena farina
ſubacta oleo, pro oblatione. [62] Et calix vnus
decem *ſiclorum* aureus, & plenus aromatibus.
[63] Et iuuencus vnus filius bouis, & aries vnus,
& agnus vnus anniculus, pro holocauſto.
[64] Et hircus vnus caprarum, pro peccato.
[65] Pro ſacrificio verò pacifico, duo iuuenci,
& arietes quinque, & hædi quinque, & agni
anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Abidan filij
Gedeoni. [66] Die verò decima obtulit prin-
ceps tribus Dan Ahiazar filius Amiſadai.
[67] Eius oblatio fuit pollubrum vnum argen-
teum centum ac triginta ſiclorum pondo: &
colum vnum argenteum ſeptuaginta ſiclo-
rum in ſiclo ſanctuarij : vtraque plena farina
ſubacta oleo, pro munere. [68] Et calix vnus
decem *ſiclorum* aureus, & plenus aromatibus.
[69] Et iuuencus vnus filius bouis, & aries vnus,
& agnus vnus anniculus, pro holocauſto.
[70] Et hircus vnus caprarum, pro peccato.
[71] Pro ſacrificio autem pacifico, iuuenci
duo, & arietes quinque, & agni anniculi quin-
que. Hæc eſt oblatio Ahiazar filii Amiſadai.
[72] Die vndecimo obtulit princeps tribus
Aſir Phagiel filius Achran.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

60 *Et in die nona obtulit Abidan filius Gedeoni princeps filiorum Beniamin ſimile illi.*

60 وفي اليوم التاسع قرب ابيدان بن جدعوني شريف بني بنيامين * مثل ذلك *

66 *Et in die decima obtulit Ahiazar filius Ammi-ſadai princeps filiorum Dan, vt illud.*

66 وفي اليوم العاشر قرب احيعازر بن عمي شداي شريف بني دان * مثل ذلك *

72 *Et in die vndecima obtulit Faghaiail filius Achran princeps filiorum Aſir, vt illud.*

72 وفي اليوم الاحد عشر قرب فجعيايل بن عكران شريف بني اشير * مثل ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

56 Cochlear vnum decem aureorum plenum incenſo. 57 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus
vnus anniculus in holocauſtum. 58 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 59 Et pro ſacrificio pacifico-
rum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque, hoc eſt munus Gamaliel filij Phaduſſur.
60 Die nona princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis. 61 Munus autem eius fuit ſcutella ar-
gentea vna, centum & triginta pondus eius; phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſan-
ctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem. 62 Cochlear vnum decem aureorum plenum
incenſo. 63 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum.
64 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 65 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque,
hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc eſt munus Abidan filij Gedeonis. 66 Die decima princeps filio-
rum Dan, Achiezer filius Amiſadæ. 67 Munus autem eius fuit, ſcutella argentea vna centum & triginta
pondus eius; phiala vna argentea, ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa
oleo in oblationem. 68 Cochlear vnum decem aureorum plenum incenſo.
69 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum.
70 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 71 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque,
hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc eſt munus Achiezer filij Amiſadæ.
72 Die vndecima princeps filiorum Aſer, Phagaiel filius Ochran.

73 [illegible]
74 [illegible]
75 [illegible]
76 [illegible] 77 [illegible]
78 [illegible]
79 [illegible]
80 [illegible]
81 [illegible]
82 [illegible]
83 [illegible]
84 [illegible]
85 [illegible]
86 [illegible]

73 Eius oblatio fuit pollubrum vnum argenteum centum ac triginta pondo: & colum vnum argenteum ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarij: ambo plena farina ſubacta oleo, pro munere. 74 Et calix vnus decem *ſiclorum* aureus, plenus aromatibus. 75 Et iuuencus vnus bubulus, & aries vnus, & agnus vnus anniculus, pro holocauſto. 76 Et hircus vnus caprarum, pro peccato. 77 Pro ſacrificio autem pacifico iuuenci duo, & arietes quinque, & hædi quinque, & agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Phagiel filij Achran. 78 Die verò duodecima obtulit princeps tribus Nephtali Ahida filius Ainan. 79 Eius oblatio fuit pollubrum vnum argenteum cuius pondus erat centum ac triginta ſiclorum: & colum vnum argenteum ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarij: vtraque plena farina ſubacta oleo, in oblationem. 80 Et calix vnus decem *ſiclorum* aureus, plenus aromatibus. 81 Et iuuencus vnus filius bouis, & aries vnus, & agnus vnus anniculus, pro holocauſto. 82 Et hircus vnus caprarum, pro peccato. 83 Pro ſacrificio verò pacifico, iuuenci duo, & arietes quinque, & hædi quinque, & agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Ahida filij Ainan. 84 Hoc eſt munus renouationis altaris in die quo fuit vnctum, *oblatum* à magnatibus Iſraelis: pollubra duodecim argentea, & cola duodecim argentea, & calices duodecim aurei.

85 Centum ac triginta erat pondus pollubri vnius argentei: & ſeptuaginta, coli vnius: totum argentum vaſorum, bis mille & quadringenti, iuxta ſiclum ſanctuarij.

86 Calices verò aurei, duodecim, pleni aromatibus: decem ſiclorum erat quilibet calix, in ſiclo ſanctuarij: totum aurum calicum, centum ac viginti.

VERSIO-SAMARITANA.

73 [illegible] 74 [illegible] 75 [illegible] 76 [illegible] 77 [illegible]

78 [illegible] 79 [illegible] 80 [illegible] 81 [illegible] 82 [illegible] 83 [illegible]

84 [illegible] 85 [illegible] 86 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

73 [illegible] 74 [illegible] 75 [illegible] 76 [illegible] 77 [illegible]

78 [illegible] 79 [illegible] 80 [illegible] 81 [illegible] 82 [illegible] 83 [illegible]

84 [illegible] 85 [illegible] 86 [illegible]

78 *Et in die duodecima obtulit Ahira filius Ainan princeps filiorum Nephtali vt illud.*

84 *Hæc eſt ſumma munerum altaris in die vnctionis eius*, oblatorum *à principibus filiorum Jſrail. ex pollubris argenteis, duodecim: & ex phialis argenteis, duodecim: & ex capſellis aureis, duodecim.*

85 *Omne pollubrum* conſtabat *ex centum triginta ſiclis argenti, & qualibet phiala ex ſeptuaginta. Itaque totum argentum vaſorum, duo millia ſiclorum, & quadringenti ſicli, in ſiclo ſanctuarij.*

86 *Et capſellæ aureæ duodecim, plenæ thuris: qualibet capſella ex ipſis* conſtabat *ex decem ſiclis, in ſiclo ſanctuarij. Itaque totum aurum capſellarum*, fuerunt *centum viginti ſicli.*

78 وفي اليوم الثاني عشر قرب احيراع بن عيان شريف بني نفتالي * مثل ذلك *

84 هذه جملة دشن المذبح في يوم مسحه من اشراف بني اسرايل * من قصاع الفضة اثنا عشر * ومن كرانيب الفضة اثنا عشر * ومن دروج الذهب اثنا عشر *

85 كل قصعة من مائة وثلاثين مثقال فضة * وكل كرنيب من سبعين * فذلك جميع فضة الانية الفي مثقال واربع مائة مثقال مثقال القدس *

86 ودروج الذهب الاثنا عشر المملوءة بخورا * كل درج منها من عشر مثاقيل مثقال القدس * فذلك جميع ذهب الدروج مائة وعشرين مثقالا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

73 Munus autem eius fuit ſcutella argentea vna, centum & triginta pondus eius, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem. 74 Cochlear vnum aureum ſiclorum decem plenum incenſo. 75 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum. 76 Et hircus caprarum vnus pro peccato. 77 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc eſt munus Phagaiel filius Ochran.
78 Die duodecima princeps filiorum Nephtali, Ahira filius Ænan.
79 Munus autem eius fuit ſcutella argentea vna, centum & triginta pondus eius, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij, ambæ plenæ ſimila conſperſa oleo in oblationem.
80 Cochlear vnum aureum decem ſiclorum plenum incenſo. 81 Vitulus vnus filius bouis, aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum. 82 Et hircus caprarum vnus pro peccato.
83 Et pro ſacrificio pacificorum boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque; hoc eſt munus Ahiræ filij Ænan. 84 Hæc fuit dedicatio altaris ex principibus Iſraelis in die quo vnctum eſt; ſcutellæ argenteæ duodecim, phialæ argenteæ duodecim, cochlearia aurea duodecim.
85 Centum & triginta ſiclorum, ſcutella vna argentea; & ſeptuaginta, phiala vna: omne argentum vaſorum duo millia, & quadringenti iuxta ſiclum ſanctuarij.
86 Cochlearia aurea duodecim plena incenſo. Vnumquodque cochlear decem iuxta ſiclum ſanctuarij: omne aurum Cochlearium centum & viginti.

87 Omnes verò iuuenci pro holocauſto, duo-
decim, & arietes duodecim, & agni anniculi
duodecim, cum eorum ſimilagine: & hirci ca-
prarum, duodecim pro peccato. 88 Omnes au-
tem iuuenci pro ſacrificio pacifico, viginti qua-
tuor, & arietes ſexaginta, & hædi ſexaginta,
& agni anniculi ſexaginta. Hæc eſt renouatio
altaris poſtquam fuit vnctum. 89 Cùmque in-
traſſet Moſes in tabernaculum temporis, audi-
uit vocem loquentem ſecum: è propitiatorio
quod eſt ſuper arcam teſtimonij, ex inter
duo Cherubim eſt eum allocuta.

CAPVT VIII.

De Lucerna.

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 2 Loquere cum Aharo-
ne, & dic illi, Cùm accenderis lucernam coram
facie candelabri, ſint ardentes ſeptem lucernæ.
3 Fecitque ſic Aharon ſeptem lucernas ante
faciem candelabri, & accendit lucernas eius
quemadmodum præcepit Dominus Moſi.
4 Atque hoc erat opus candelabri quod fuſu-
ra erat aurea: ab eius baſi vſque ad verticem
ipſius, fuſura erat, iuxta viſionem quam oſten-
derat Dominus Moſi. Hoc *inquam* eſt opus
candelabri.

Selectio Leuitarum.

5 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, & ait
illi: 6 Sume Leuitas de medio filiorum Iſrael, &
purifica eos. 7 Hoc modo fac illis, & purifica
eos, Sparge ſuper eos aquas peccati, & tranſire
faciant nouaculam ſuper totam carnem ſuam,
lauentque veſtimenta ſua, & ſeſe purificent.
8 Deinde ſumant iuuencum vnum filium bo-
uis, cum oblatione ſua, *nempe* pollubro vno ple-
no farina ſubacta oleo: & iuuencum alterum
filium bouis offer pro peccato. 9 Et accede-
re fac Leuitas ante tabernaculum temporis, &
congrega totum cœtum filiorum Iſrael.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

87 *Et omnes boues holocauſti duodecim, & hirci duodecim, & agni anniculi duodecim, & frumentum cum ipſis, & hædi duodecim in expiationem.*
88 *Et omnes boues victimarum pacis viginti quatuor, & ſexaginta arietes, & ſexaginta hædi, & ſexaginta agni filij vnius anni. Hoc fuit munus altaris poſtquam vnctum eſt.*
89 *Cúmque ingrederetur Muſa tabernaculum præſentiæ vt loqueretur, audiebat vocem illam colloquentem ſecum deſuper velo quod erat ſuper arcam teſtimonij, ex inter duo Cherubim, loquebaturque cum eo.*

CAPVT VIII.

Præterea locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:
2 *Præcipe Haroni, & dic ei: Cum aptaueris lucernas: ad eam partem ad quam reſpicit facies candelabri, accendes eas ſeptem.*
3 *Fecitque Haron ita, & aptauit lucernas candelabri ad eam partem in quam reſpicit facies eius, ſicuti præcepit Deus Muſæ.*
4 *Et hoc eſt artificium candelabri: ſolidum erat ex auro, imò etiam pedes eius & lilia eius ſolida: iuxta viſionem quam oſtendit Deus Muſæ, ita fabricauit illud.*
5 *Item locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
6 *Admoue Leuitas de filijs Iſrail, & munda eos: ſic autem age cum eis quoad mundationem ipſorum.*
7 *Sparge ſuper eos de aqua expiationis, & ducant nouaculam ſuper corpora ſua, lauentque veſtes ſuas, & mundentur.*
8 *Et offerant taurum de bobus, & cum ipſo frumentum ſimilæ ſubactæ oleo. Et taurum alterum de bobus accipe in expiationem.*
9 *Et accedere fac illos ante tentorium præſentiæ: & congrega cœtum filiorum Iſrail.*

87 وجميع بقر الصعدة اثنا عشر * والكباش اثنا عشر *
والحملان بنو سنة اثنا عشر * والبر معهم * والعتدان اثنا عشر
للذكاة * 88 وجميع بقر ذبائح السلامة اربع وعشرون * وستون
كبشا * وستون عتودا * وستون حملا بنو سنة * هذا دشن المذبح
بعد ما مسح * 89 وكان موسى اذا دخل خباء المحضر ليكلم
يسمع الصوت مخاطبة من فوق الغشاء الذي على صندوق
الشهادة من بين الكروبين فيخاطبه *

* الفصل الثامن *

1 ثم كلم الله موسى قائلا * 2 مر هارون وقل له * اذا
اسرجت السرج فالى ما يلي وجه المنارة تضي سبعها *
3 فصنع هارون كذاك واسرج سرج المنارة الى ما يلي وجهها
كما امر الله موسى * 4 وهذه صناعة المنارة * مصمتة من
ذهب * حتى ارجلها وسوسنها مصمتة * بالمنظر الذي اري الله
موسى كذاك صنعها *
5 ثم كلم الله موسى قائلا * 6 قدم اللاويين من بني
اسرائيل فطهرهم * وكذا فاصنع لهم من تطهيرهم *
7 انضح عليهم من ماء الذكاة * ويمروا بالموسى على ابدانهم *
ويغسلوا ثيابهم ويتطهروا *
8 ويقربوا ثورا من البقر * وبعه برسميذ ملتوت بدهن * وثورا اخر
من البقر خذه للذكاة * 9 وقدمهم بين يدي خباء المحضر *
وجوق جماعة بني اسرائيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

87 Omnes boues in holocauſtum, duodecim vituli, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & oblatio eorum; & hirci caprarum duodecim pro peccato. 88 Et omnes boues ſacrificij pacificorum, viginti quatuor vituli, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. hæc fuit dedicatio altaris poſtquam vnctum eſt. 89 Cum verò ingrediebatur Moſes in tabernaculum teſtimonij, vt loqueretur cum eo, tum audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, loquebaturque ad eum.

CAPVT VIII.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere Aaroni, diceſque ei, cum accendes lucernas ante faciem candelabri lucebunt ſeptem lucernæ. 3 Sicque fecit Aaron ante faciem candelabri, accendit lucernas eius ſicut præceperat Dominus Moſi. 4 Hæc autem erat factura candelabri, ductile erat ex auro; vſque ad haſtile ſuum, & flores ſuos ductile erat: Sicut exemplar quod oſtenderat Dominus Moſi, ſic fecit candelabrum. 5 Deinde locutus eſt Dominus Moſi dicens. 6 Accipe Leuitas de medio filiorum Iſrael, & purificabis eos. 7 Sic autem facies eis vt purifices eos: aſperge ſuper eos aquas expiationis, & tranſire faciant nouaculam ſuper omnem carnem ſuam, lauentque veſtimenta ſua, & mundi erunt. 8 Accipient etiam vitulum de armento, & oblationem eius ſimilam conſperſam oleo; & vitulum alterum de armento accipies pro peccato. 9 Et accedere facies Leuitas ante tabernaculum teſtimonij, & conuocabis omnem Congregationem filiorum Iſrael.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

[10] Et admoue Leuitas coram Domino componentque filij Iſrael manus ſuas ſuper Leuitas.
[11] Et ſeparabit Aharon Leuitas ſeparationem coram Domino ex parte filiorum Iſrael: eruntque ad obeundum miniſterium Domini.
[12] Et Leuitæ ponent manus ſuas ſuper caput iuuenci: & fac vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum Domino, vt indulgentia impetretur pro Leuitis.
[13] Et ſtatue Leuitas ante Aharonem & filios eius, vt ſeparet eos ſeparationem Domino.
[14] Et ſepara Leuitas è medio filiorum Iſrael, eruntque mei Leuitæ.
[15] Et poſt hæc ingredientur Leuitæ, ac miniſtrabunt in tabernaculo temporis. Itaque purifica eos, & ſepara eos ſeparationem coram Do-
mino. [16] Quoniam dono ſunt mihi donati de medio filiorum Iſrael, *idcirco* pro omni aperiente vuluam inter mares filiorũ Iſrael dedica-
ui eos mihi. [17] Quoniam mea ſunt omnia primogenita filiorum Iſrael, ab hominibus vſque ad iumenta: in die quo occidi omnia primogenita quæ erant in terra Ægypti, conſecraui eos
mihi. [18] Et obtuli Leuitas pro primogenitis
filiorum Iſrael. [19] Et dedi ipſos Leuitas dono Aharoni & filiis eius è medio filiorum Iſrael, ad obeundum miniſterium filiorum Iſrael in tabernaculo temporis, & ad expiandum pro filiis Iſrael, & ne contingat inter filios Iſrael mors repentina quum acceſſerint filij Iſrael ad ſanctua-
rium. [20] Fecerunt itaque Moſes & Aharon, atque vniuerſa congregatio filiorum Iſrael Leuitis quemadmodum præcepit Dominus Moſi de Leuitis, ſic inquam fecerunt eis filij Iſrael.
[21] Et purificauerunt ſeſe Leuitæ, & lauerunt veſtimenta ſua, ſeparauitque Aharon Leuitas ſeparationem coram Domino, & expiauit illos Aharon, & purificauit illos.

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

10 *Et approxima illos coram Deo, & imponent filij Jſrail manus ſuas ſuper eos.*

11 *Et circunducet eos Haron circunductione coram Deo de filijs Jſrail, eruntque miniſtrantes miniſterium Dei.*

12 *Et Leuitæ imponent manus ſuas capitibus vtriuſque tauri. Et fac vnum eorum expiationem, & alterum holocauſtum Deo, & veniam poſtula pro ipſis.*

13 *Et ſiſte eos ante Haronem & filios eius, & circunduc eos circunductione Deo.*

14 *Et ſepara illos à filijs Iſrail, & erunt mihi.*

15 *Et poſt hæc ingredientur Leuitæ ad ſeruiendum tabernaculo præſentiæ, cùm iam mundaueris eos, & circunduxeris illos.*

16 *Ipſi enim facti ſunt mihi ex filijs Jſrail pro omni primogenito aperiente vterum: ex filijs Iſrail accepi eos mihi.*

17 *Quemadmodum meum erat omne primogenitum ex filijs Jſrail ab homine ad iumentum (Atque id quidem, quia in die qua perdidi omne primogenitum in regione Ægypti, ſanctificaui eos mihi)*

18 *Sic accepi Leuitas pro eis, & conſtitui eos Haroni & filijs eius de medio filiorum Iſrail:*

19 *Vt exerceant miniſterium ſuum in tabernaculo præſentiæ, & veniam poſtulent pro eis, & non graſſetur in eis peſtis ſiquando ipſi acceſſerint ad ſanctuarium.*

20 *Fecerunt igitur Muſa & Haron in cœtu filiorum Iſrail Leuitis ſecundùm omnia quæ præcipit Deus de ipſis, ita fecerunt eis.*

21 *Et expiati ſunt, & lauerunt veſtimenta ſua, & circunduxit eos Haron circunductione in conſpectu Dei, veniamque poſtulauit pro eis, & mundauit illos.*

10 وقدمهم بين يدي الله * ويسند بنو اسرايل ايديهم عليهم *

11 ويرفعهم هارون رفعا بين يدي الله من بين بني اسرايل *
فيكونوا يخدمون خدمة الله *

12 واللاويون يسندون ايديهم على ارؤس الثورين * واصنع
احدهما ذكاة * والاخر صعيدة لله * واستغفر عنهم *

13 وقفهم بين يدي هرون وبنيه * وارفعهم رفعا لله *

14 وافرزهم من بني اسرايل * ويكونوا لي *

15 وبعد ذلك يدخل اللاويون ليخدموا خباء المحضر * وقد
طهرتهم ورفعتهم رفعا *

16 لانهم مجعولون لي من بني اسرايل * بدل كل بكر فاتح بطن
من بني اسرايل اخذتهم لي *

17 كما كان لي كل بكر مما بين بني اسرايل من انسان الى بهيمة *
وذلك اني في يوم اهلاكي كل بكر في بلد مصر اقدستهم لي *

18 كذاك اخذت اللاويين بدلهم * وجعلتهم لهارون وبنيه من
بين بني اسرايل *

19 ليخدموا خدمتهم في خباء المحضر * ويستغفروا عنهم * ولا
يحل بهم وباء اذا هم تقدموا للقدس *

20 فصنع موسى وهارون في جماعة بني اسرايل للاويين
كجميع ما امر الله به موسى في سببهم * كذاك صنعا بهم *

21 فتذكوا وغسلوا ثيابهم * ورفعهم هرون رفعا بين يدي الله *
واستغفر عنهم * وطهرهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Et accedere facies Leuitas ante Dominum, imponentque filij Iſrael manus ſuas ſuper Leuitas. 11 Et offe-
ret Aaron Leuitas ventilatione coram Domino de filiis Iſrael, vt poſſint operari miniſteria Domini.
12 Leuitæ autem imponent manus ſuas ſuper caput vitulorum, facieſque vnum pro peccato, & alterum ho-
locauſtum Domino ad expiandum Leuitas. 13 Siſteſque Leuitas coram Aarone, & coram filiis eius, & ven-
tilabis eos ventilationem Domino. 14 Separabiſque Leuitas de medio filiorum Iſrael, meique erunt Leui-
tæ. 15 Poſtea ingredientur Leuitæ ad faciendum miniſterium tabernaculi teſtimonij, purificabiſque eos, &
ventilabis eos ventilationem. 16 Quoniam dati ſunt, dati ſunt illi mihi de medio filiorum Iſrael; pro omni
primogenito aperiente vuluam inter filios Iſrael accepi illos mihi.
17 Meus eſt enim omnis primogenitus ex filiis Iſrael, ex hominibus, & ex beſtiis: à die quo percuſſi omnem pri-
mogenitum in terra Ægypti ſanctificaui illos mihi. 18 Et accepi Leuitas pro omni primogenito ex filiis Iſrael.
19 Dedique Leuitas donum Aaroni & filiis eius de medio filiorum Iſrael ad faciendum miniſterium filio-
rum Iſrael in tabernaculo teſtimonij, & ad expiandum filios Iſrael, vt non ſit inter filios Iſrael plaga cum acce-
dent filij Iſrael ad ſanctuarium. 20 Fecitque Moſes, & Aaron, & omnis congregatio filiorum Iſrael Leuitis
ſecundum omnia quæ præceperat Dominus Moſi de Leuitis, ſic fecerunt eis filij Iſrael.
21 Et purificauerunt ſe Leuitæ, & lauerunt veſtimenta ſua, & ventilauit Aaron eos ventilatione ante Do-
minum, & expiauit eos Aaron vt mundi eſſent.

22 [illegible]

23 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible] 26 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

[22] Et deinde ingreſſi ſunt Leuitæ ad obeun-
dum miniſterium ſuum in tabernaculo tempo-
ris coram Aharone & coram filiis eius: &
quemadmodum præcepit Dominus Moſi de
Leuitis, ita fecerunt eis filij Iſrael. [23] Et locu-
tus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
[24] Hæc erit lex Leuitis: A filio viginti quin-
que annorum & ſupra, veniet vt adſcribatur in
militiam, ad miniſterium tabernaculi tempo-
ris. [25] A filio autem quinquaginta annorum
reuertetur ab exercitu miniſterij, & amplius
non ſeruiet. [26] Sed ſeruiet fratribus ſuis in
obſeruanda cuſtodia, nullum autem opus fa-
ciet. Sic age cum Leuitis in obſeruationi-
bus eorum.

CAPVT IX.

De Paſchate.

ET loquutus eſt Dominus cum Moſe in
deſerto Sinai, anno ſecundo ab exitu filio-
rum Iſrael ex Ægypto, menſe primo, dixitque
ad eum: [2] Celebrent filij Iſrael Paſcha ſuo tem-
pore. [3] Quarta decima *die* menſis huius inter
veſperas celebrent illud in tempore ſuo: iuxta
omnia præcepta eius, & iuxta omnia ipſius iu-
dicia celebrent illud. [4] Itaque dixit Mo-
ſes ad filios Iſrael vt celebrarent Paſcha [5] In
quarta decima *die* menſis primi inter veſperas,
in deſerto Sinai. Quemadmodum præcepit
Dominus Moſi, ſic fecerunt filij Iſrael. [6] Ho-
mines verò quoſdam, qui polluti erant in anima
hominum, non admiſerunt ad celebrandum
Paſcha in die illa. [7] Dixeruntque ad eos viri
illi, Nos polluti ſumus in anima hominis, cur
prohibemur, nec offerimus oblationem Domi-
ni tempore ſuo inter filios Iſrael? [8] Ait illis Mo-
ſes, State in loco veſtro, & audiam quid præci-
piat Dominus de vobis. [9] Locutus eſt ergo
Dominus cum Moſe, & dixit ad eum:

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible] 24 [illegible]
25 [illegible] 26 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible] 5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible] 24 [illegible]
25 [illegible] 26 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible] 5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

22 *Et poſtea ingreſſi ſunt vt miniſtrarent taber-
naculo præſentiæ coram Harone & filijs eius: ſe-
cundum omnia quæ præcepit Deus Muſa de re
ipſorum, ſic fecerunt eis.*
23 *Etiam allocutus eſt Deus Muſam locutione:*
24 *Hæc eſt conſtitutio Leuitarum: A filio viginti
quinque annorum & deinceps, ingredietur in tur-
mam ad miniſterium tabernaculi præſentiæ:*
25 *Et à filio quinquaginta annorum reuertetur
ab ipſo, nec ſeruiet ei vnquam:* 26 *Sed ſeruient
ei fratres eius. Cuſtodiet quidem tabernaculum
præſentiæ, at miniſterio ſuo primo ne det operam.
Sic facito illis in cuſtodia eorum.*

CAPVT IX.

*ET ante hæc locutus eſt Deus cum Muſa in de-
ſerto Sinai anno ſecundo ab exitu eorum è terra
Ægypti, menſe primo, dicens:* 2 *Agant filij Iſrail
Paſcha tempore ſuo.* 3 *In die quarta decima ex hoc
menſe inter vtrunque occaſum agant illud tem-
pore ſuo: ſecundùm omnes ritus eius, & iudicia eius
agant illud.* 4 *Locutus eſt ergo Muſa cum filijs
Iſrail de faciendo Paſchate.* 5 *Et fecerunt illud
menſe primo, die quartadecima ex ipſo, inter
vtrumque occaſum, in deſerto Sinai: ſecundùm
omnia quæ mandauit Deus Muſæ, fecerunt filij
Iſrail.* 6 *Fuerunt autem nonnulli inter eos,
qui inquinati fuerant in mortuo ex hominibus,
vnde non licebat eis facere Paſcha in illa die. ac-
ceſſerunt igitur in ipſa die ante Muſam & Haro-
nem,* 7 *Dixeruntque: Nos immundi ſumus pro-
pter homines, ne prohibeamur offerre vt oblatio-
nem Dei tempore ſuo, inter filios Iſrail.*
8 *Dixit eis Muſa, Manete vt audiam quid
præcipiat Deus de vobis.* 9 *Locutuſque eſt Deus
cum Muſa, dicens:*

22 وبعد ذلك دخلوا ليخدموا خباء المحضر بين يدي هرون
وبنيه * كجميع ما امر الله موسي بسببهم كذاك صنعا بهم *
23 ثم كلم الله موسي تكليما * 24 هذا رسم اللاويين * من
ابن خمس وعشرين سنة فصاعدا يدخل للجيش لخدمة خباء
المحضر * 25 ومن ابن خمسين سنة يرجع عنه فلا يخدمه ابدا *
26 لكن يخدمه اخوته * فيحفظ خباء المحضر * واما خدمته
الاولى فلا يعانها * كذا فاصنع بهم في تحفظهم *

* الفصل التاسع *

1 وقبل ذلك كلم الله موسي في برية سيناي * في السنة الثانية
لخروجهم من ارض مصر * في الشهر الاول قايلا * 2 ليصنع بنو
اسرايل الفصح في وقته * 3 في اليوم الرابع عشر من هذا الشهر
بين العروبين فليصنعوه في وقته * كجميع رسومه واحكامه فليصنعوه *
4 فكلم موسي بني اسرايل في عمل الفصح * 5 فعملوه في الشهر
الاول في اليوم الرابع عشر منه بين العروبين في برية سيناي *
كجميع ما امر الله موسي صنع بنو اسرايل * 6 فكان فيهم اناس
تنجسوا بميت من الناس * فلم يحل لهم ان يصنعوا الفصح في
ذلك اليوم * فتقدموا فيه بين يدي موسي وهرون *
7 وقالوا نحن انجاس من الناس * فلا نمنع ان نقرب مثل
قربان الله في وقته فيما بين بني اسرايل *
8 قال لهم موسي * قفوا حتي اسمع ما يامر الله به فيكم *
9 فكلم الله موسي قايلا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Et poſtea ingreſſi ſunt Leuitæ vt facerent miniſterium ſuum in tabernaculo teſtimonij coram Aarone, &
coram filiis eius: ſicut præceperat Dominus Moſi de Leuitis, ſic fecerunt eis. 23 Et locutus eſt Dominus
Moſi dicens. 24 Hoc eſt quod de Leuitis, à viginti quinque annis & ſupra ingredietur ad militandam mi-
litiam in miniſterio tabernaculi teſtimonij. 25 Sed à quinquaginta annis reuertetur de militia miniſterij,
& non ſeruiet amplius. 26 Miniſtrabit autem fratribus ſuis in tabernaculo teſtimonij vt cuſtodiat cuſto-
diam, ſed miniſterium non faciet. Sic facies Leuitis in cuſtodiis eorum.

CAPVT IX.

ET locutus eſt Dominus Moſi in deſerto Sinai anno ſecundo egreſſus eorum de terra Ægypti, menſe pri-
mo, dicens. 2 Facient autem filij Iſrael Paſcha in tempore ſuo. 3 Decima quarta die, in menſe iſto,
inter duas veſperas facient illud in temporibus eius: ſecundum omnia præcepta eius, & ſecundum omnia iudi-
cia eius facietis illud. 4 Locutuſque eſt Dominus filijs Iſrael vt facerent Paſcha. 5 Et fecerunt Paſcha in
primo, in decima quarta die menſis, inter duas veſperas in deſerto Sinai: ſecundum omnia quæ præceperat
Dominus Moſi, ſic fecerunt filij Iſrael. 6 Affuerunt autem viri qui polluti erant ſuper animam hominis,
& non potuerant facere Paſcha in illo die, tunc acceſſerunt ante Moſen, & ante Aaronem in illo die.
7 Dixeruntque ad eum viri iſti, nos polluti ſumus ſuper animam mortui, quare reſecamur, vt non offe-
ramus munus Domino in temporibus ſuis in medio filiorum Iſrael. 8 Et dixit eis Moſes, ſubſiſtite, & au-
diam quid præceperit Dominus vobis. 9 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens.

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

10 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis: Vnuſ-
quiſque cùm fuerit contaminatus in anima, vel
in via eſt longinqua, aut in habitaculis veſtris:
celebret Paſcha Domino. 11 Quarta decima
menſis ſecundi, inter veſperas celebrent illud:
ſuper azymo & amaritudine comedant illud.
12 Nihil relinquant ex eo vſque mane, & os
non frangãt in eo: iuxta omnem ritum Paſcha-
tis celebrent illud. 13 Homo verò qui mundus
eſt, nec fuerit in via, & non celebrarit Paſcha in
tempore ſuo: pereat anima illa de populo ſuo,
eo quòd non obtulerit oblationem Domini
tempore ſuo: peccatum recipiet vir huiuſmodi.
14 Et cùm demoratus fuerit vobiſcum is qui ad
me conuertitur, feceritque Paſcha Domino:
iuxta præceptũ Paſchatis, & iuxta iudicia eius,
ita faciet. Lex eadem ſit vobis & ei qui conuer-
titur ad me, atque hoſpiti terræ. 15 Porrò quo
die erectum fuit tabernaculum, obtexit nubes
tabernaculum temporis & velum ianuæ teſti-
monij: & in eadem veſpera facta eſt ſuper taber-
naculum quaſi ſpecies ignis vſque ad matuti-
num. 16 Sic fiebat ſemper, & nubes tegebat
illud interdiu, & ſpecies ignis noctu. 17 Cúm-
que ſuſtolleretur nubes à tabernaculo, tũc pró-
ficiſcebantur filij Iſrael: & in loco in quo reſi-
debat nubes, ibi caſtrametabantur filij Iſrael.
18 Et quidem ad verbum oris Domini proficiſ-
cebantur filij Iſrael, & ad verbum oris Domini
caſtrametabantur: cunctis diebus quibus ma-
nebat nubes ſuper tabernaculum, reſidebant.
19 Cúmque moram faceret nubes ſuper taber-
naculum diebus multis, obſeruabant filij Iſrael
cuſtodiam Domini, nec proficiſcebantur.
20 Quandoque verò manebat nubes diebus nu-
meroſis ſuper tabernaculum. Ad verbum oris
Domini reſidebant in caſtris, & ad verbum
oris Domini proficiſcebantur.

VERSIO-SAMARITANA.

10 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

[10] *Præcipe filijs Iſrail, & dicito illis: Quicun-*
que homo fuerit immundus propter mortuum,
aut fuerit in itinere tam ex vobis, quàm ex proge-
niebus veſtris, faciat Paſcha Deo.
[11] *In menſe ſecundo in die quartadecima*
ipſius facient illud tempore ſuo: & cum azymis,
atque amaritudinibus comedent illud.
[12] *Et ne relinquant ex eo quidquam in craſti-*
num, & ne frangant ex eo os vllum, & iuxta cun-
ctos ritus Paſchatis agant illud.
[13] *Et quicumque vir fuerit mundus, nec fuerit*
in itinere, & abſtinuerit à celebrando Paſchate:
abſcindetur homo ille de medio gentis ſuæ, eo quòd
non obtulerit ſacrificium Deo tempore ſuo: iam
enim portauit talis homo iniquitatem ſuam.
[14] *Et ſi ingreſſus fuerit inter vos alienigena,*
faciat Paſcha Deo: ſecundùm cæremoniam Pa-
ſchatis & iudicium eius, ſic faciat: quandoqui-
dem eandem legem conuenit eſſe vobis, alienige-
næ, & indigenæ populi.
[15] *Et in die erectionis Habitaculi operuit nubes*
tabernaculum teſtimonij, & nocte erat ſuper
illud quaſi aſpectus ignis vſque mane.
[16] *Sic erat iugiter: Nubes operiebat illud die,*
& aſpectus ignis nocte. [17] *Et ſecundùm ele-*
uationem nubium è Tabernaculo, ita deinde pro-
ficiſcebantur filij Iſrail: & vbicunque quieſcebat
nubes, ibi diuerſabantur filij Iſrail.
[18] *Ad imperium Dei proficiſcebantur filij*
Iſrail, & ad iuſſum eius diuerſabantur. Nam
quanto temporis interuallo quieſcebat nubes ſuper
Habitaculum, tanto *manebant.*
[19] *At ſi perſiſtebat nubes ſuper Habitaculo multos*
dies, obſeruabant filij Iſrail excubias Dei, &
non diſcedebant. [20] *Et quandoque manebat*
nubes numeratis diebus ſuper Habitaculum: &
ipſi iuxta ſermonem Dei caſtra figebant, & iuxta
ſermonem illius proficiſcebantur.

10 مر بني اسرايل وقل لهم * اي انسان كان نجسا من ميت *
او في سفر * منكم او من اجيالكم * فليصنع فصحا لله *
11 في الشهر الثاني في اليوم الرابع عشر منه يصنعونه في وقته *
ومع فطير ومرار ياكلونه * 12 ولا يبقوا منه شيا الي الغداة *
ولا يكسروا منه عظما وكساير رسوم الفصح فليصنعوه *
13 واي رجل كان طاهرا * ولم يكن في سفر * وامتنع
ان يعمل الفصح * ينقطع ذلك الانسان من بين قومه * اذ لم يقرب
قربانا لله في وقته * فقد حمل ذلك الرجل وزره * 14 وان دخل
فيكم دخيل * فليصنع فصحا لله * كرسم الفصح وحكمه كذاك
يصنع * اذ شريعة واحدة يجب ان تكون لكم للدخيل وصريح
الامة * 15 وفي يوم نصب المسكن غطا الغمام على خباء
الشهادة * وفي الليل يكون عليه كمنظر نار الي الغداة *
16 كذاك يكون دايما * الغمام يغطيه نهارا * ومنظر النار
ليلا * 17 وعلي قدر ارتفاع الغمام عن الخباء * فبعد ذلك
يرحل بنو اسرايل * وفي اي موضع يسكن الغمام * ثم ينزل
بنو اسرايل * 18 عن امر الله يرحل بنو اسرايل * وعن امره
ينزلون * فهم طول مدة ما سكن الغمام على المسكن
مقيمون * 19 وان طال الغمام على المسكن اياما كثيرة *
فيحفظ بنو اسرايل حفظ الله * فلا يرحلوا *
20 وربما كان الغمام اياما محصاة على المسكن * فهم على
قول الله ينزلون * وعلي قوله يرحلون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[10] Loquere filiis Iſrael dicens, quicunque fuerit pollutus ſuper animam, aut in via longinqua à vobis, aut à
generationibus veſtris, faciet etiam paſcha Domino. [10] Menſe ſecundo decima quarta die inter duas
veſperas facient illud, cum azymis & amaritudinibus comedent illud. [12] Nihil reſiduum facient de eo vſque
ad mane, neque os confringent in eo: ſecundum omnia præcepta Paſchatis facient illud.
[13] Vir autem qui mundus erit, & in via non fuerit, & omittet facere Paſcha, exterminabitur anima illa de po-
pulis ſuis, quoniam munus Domini non obtulit in temporibus ſuis: peccatum ſuum portabit vir ille.
[14] Cum etiam commorabitur vobiſcum Peregrinus, feceritque Paſcha Domino, ſecundum præcepta Paſ-
chatis, & ſecundum iudicia eius, ſic faciet: præceptum vnum erit vobis, & peregrino, & indigenæ terræ.
[15] In die verò quo erectum eſt tabernaculum operuit nubes tabernaculum versùs tentorium teſtimonij; veſpere
autem erat ſuper tabernaculum ſicut ſpecies ignis vſque mane. [16] Sic fuit ſemper; nubes tegebat illud, & ſpe-
cies ignis nocte. [17] Vbi autem aſcendiſſet nubes à tabernaculo, poſt hæc proficiſcebantur filij Iſrael: in
loco verò in quo requieſcebat nubes, ibi caſtrametabantur filij Iſrael.
[18] Iuxta os Domini proficiſcebantur filij Iſrael, & iuxta os Domini, caſtrametabantur: omnibus diebus qui-
bus requieſcebat nubes ſuper tabernaculum caſtrametabantur. [19] Cum autem morabatur nubes ſuper
tabernaculum diebus multis, cuſtodiebant filij Iſrael cuſtodiam Domini, & non proficiſcebantur.
[20] Sed fiebat vt cum eſſet nubes diebus paucis ſuper tabernaculum, vt iuxta os Domini caſtrametarentur,
& iuxta os Domini proficiſcerentur.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

21 Aliquando etiam manebat nubes ſuper tabernaculum à veſpera vſque ad matutinum, & ſuſtollebatur nubes manè, ac proficiſcebantur: aut die ac nocte, *ac tum* ſuſtollebatur nubes, & proficiſcebantur: 22 Aut diebus, aut menſibus, aut de momento ad momentum: quamdiu protrahebat nubes moram ſuper tabernaculum, tamdiu morabantur filij Iſrael, nec proficiſcebantur: cum verò ſuſtollebatur nubes, proficiſcebantur. 23 Ad verbum oris Domini caſtrametabantur, & ad verbum oris Domini proficiſcebantur, & excubias Domini obſeruabant iuxta verbum oris Domini per manum Moſis.

CAPVT X.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 2 Fac tibi duas tubas argenteas, ductiles fac eas: & inſeruiant tibi ad conuocandum cœtum, & ad mouenda caſtra.
3 Clangent enim ijs, & recipiet ſeſe ad te vniuerſus cœtus ad oſtium tabernaculi temporis.
4 Et quidem ſi vna clanxerint, ſe recipient ad te magnates & capita millium Iſraelis. 5 Tuba verò canent, & proficiſcentur caſtra quæ ſita ſunt ad Orientem. 6 Canent etiam tuba ſecundò, & proficiſcentur caſtra quæ iacent ad Meridiem: tuba clangent in profectionibus ſuis. 7 Cùm autem congregabitis cœtum, clangite, & ne canatis. 8 Filij autem Aharonis ſacerdotis clangent tubis, eruntque vobis lex perpetua in poſteritates veſtras. 9 Et ſi adueniat bellum in terram veſtram, aduerſus aggreſſores qui vos aggredientur, canite tubis, & fiet veſtri memoria coram Dño Deo veſtro, & eruemini ab hoſtibus veſtris. 10 Item in die gaudiorum veſtrorũ, & initij menſium veſtrorum, & ſolennitatum veſtrarum clangite tubis ſuper holocauſta veſtra & ſuper ſacrificia veſtra pacifica, fientque vobis in memoriam apud Deum veſtrum: ego ſum Dñs Deus veſter.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

*21 Et aliquando erat nubes à veſpere vſque mane,
ac deinde eleuabatur in matutino,& proficiſceban-
tur: ſiuè diem ac noctem, ac deinde ſuſtollebatur, ac
proinde caſtra mouebant. 22 Siue duas dies, ſiue
menſem, ſiue annum: quoties durabat interuallum
nubis ſuper habitaculum, manebatque ſuper illud,
etiam filij Iſrail perſiſtentes erant nec diſcedebant:
cùm autem tollebatur, diſcedebant. 23 Itaque
ad dictum Dei caſtrametabantur, & ad dictum
eius diſcedebant, obſeruantes ſermonem quem
mandauerat obſeruari ab eis per manum Muſæ.*

CAPVT X.

*ET allocutus eſt Deus Muſam,dicens: 2 Confice
duas buccinas ex argento fuſiles, quæ erunt tibi
ad vocandum cœtum, & ad mouendos exercitus.
3 Et ſi canatur ambabus,conueniet ad te tota con-
gregatio ad oſtium tabernaculi præſentiæ. 4 Et ſi
canatur altera ex ipſis, congregabuntur ad te prin-
cipes, capita millium filiorum Iſrail. 5 Et flate fla-
tum varium, eoq; proficiſcentur exercitus diuer-
ſantes ad Orientem: 6 Et flate flatum varium ſe-
cunda vice, eoque proficiſcentur exercitus diuer-
ſantes ad Meridiem: iſtiuſmodi flatu flabunt ad
diſceſſum eorum. 7 In collectione autem turmæ,
flate ſimpliciter, & ne varietis cantum. 8 Et
filij Haronis ſacerdotes canent buccinis. ſitque id
vobis præceptum ſempiternum in fluxum genera-
tionum veſtrarum. 9 Cùmque ingreſſi fueritis ad
prælium in regione veſtra cum hoſte vobis infenſo,
permiſcete ſonitum tubarum: nam cùm cecineritis
tuba coram Deo Domino veſtro, adiuuabimini
contra inimicos veſtros. 10 Et in die lætitiæ veſtræ,
& feſtis veſtris, & principijs menſium veſtrorum,
clangite tubis ſuper holocauſta veſtra & ſacrificia
veſtra pacifica, eritque vobis ad memoriam in con-
ſpectu Dei Domini veſtri: ego Deus Dominus
veſter præcepi hoc.*

21 وربما كان الغمام من المساء الى الصباح ثم يرتفع بالغداة
فيرحلون * او نهارا وليلا ثم يرتفع فيرحلون * 22 او يومين *
او شهرا * او حولا * اذا طالت مدة الغمام على المسكن
فسكن عليه * فبنو اسرايل مقيمون غير راحلين * وفي ارتفاعه
يرحلون 23 كذلك على قول الله ينزلون * وعلى قوله يرحلون *
يحفظون ما استحفظهم من قوله بيد موسى *

* الفصل العشرون *

1 وكلم الله موسى قايلا * 2 اصنع بوقين من فضة مصمتين *
يكونان لك لدعوة الجماعة وترحيل العساكر * 3 وان ضرب
بهما اجتمع اليك كل الجماعة الى باب خباء المحضر * 4 وان ضرب
باحدهما اجتمع اليك الاشراف روساء الوف بني اسرايل *
5 وانفخوا نفخة مجلبة يرحل بها العساكر النازلة في المشرق *
6 وانفخوا نفخة مجلبة ثانية يرحل بها العساكر النازلة في
الجنوب * كذلك ينفخون نفخا لرحيلهم * 7 وفي تجويق الجوق
فانفخوا نفخا ولا تجلبوا * 8 وبنو هرون الايمة يضربون بالابواق *
وليكن ذلك لكم رسم الدهر على مر اجيالكم * 9 واذا دخلتم
الى حرب في بلدكم مع العدو المعادي لكم فجلبوا بالابواق * فاذا
بوقتم بين يدي الله ربكم تغاثون من اعدايكم * 10 وفي
يوم فرحكم واعيادكم وروس شهوركم فاضربوا بالابواق على
صعايدكم وذبايح سلاماتكم * فيكون لكم ذكرا بين يدي
الله ربكم * انا الله ربكم امرت بذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Fiebat etiã vt cum eſſet nubes à veſpera vſque mane,& aſcenderet nubes mane,vt proficiſcerentur;vel diem
& noctem,& aſcendebat nubes,tum proficiſcebantur. 22 Aut cum duos dies,aut menſem,aut dies protrahebat
nubes cõmorationem ſuper tabernaculũ,caſtrametabantur filij Iſrael,& non proficiſcebantur. 23 Iuxta os Dñi
caſtrametabantur,& iuxta os Domini proficiſcebantur:cuſtodias Domini cuſtodiebant iuxta os Domini ſub
manu Moſis.

CAPVT X.

ET locutus eſt Dñs Moſi dicens. 2 Fac tibi duas tubas argenteas,ductiles facies eas:eruntque tibi in cõuo-
cationem Congregationis,& ad promouenda caſtra. 3 Et clangetis cum eis,& cõuocabitur ad te omnis
Congregatio ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij. 4 Si autem in vnã clanxerint,tum cõuenient ad te principes,ca-
pita milliũ Iſrael. 5 Cum autem clangetis conciſum ſonum,proficiſcentur caſtra eorũ qui metati ſunt ad Orien-
tem. 6 Et cum clãgetis conciſum ſonũ ſecundò,tum proficiſcentur caſtra eorũ qui metati ſunt ad ſeptentrionẽ:
conciſum ſonũ clangent in profectionibus ſuis. 7 Sed cũ conuocabitis cõuocationem clangetis,verùm ſonum
non frangetis. 8 Filij autem Aaron ſacerdotes clangent cum tubis,eritque vobis in præceptũ perpetuum in ge-
nerationibus veſtris. 9 Cum verò exibitis ad bellũ in terra veſtra aduerſus hoſtem coarctantem vos,tũ conciſo
ſono clangetis cum tubis,& recordatio erit veſtri ante Dñm Deum veſtrum,& ſaluabimini ab inimicis veſtris.
10 In die quoque lætitiæ veſtræ,& in ſolẽnitatibus veſtris,& in capitibus menſiũ veſtrorũ clangetis cũ tubis ſu-
per holocauſta veſtra,& ſuper ſacrificia pacificorũ veſtrorũ,& erunt vobis in memoriale ante Dñm Deum ve-
ſtrum,ego Dñs Deus veſter. 10 Et locutus eſt Dñs Moſi dicens : Satis eſt vobis habitaſſe in monte iſto, reuerti-
mini,& proficiſcimini,& venite in montẽ Amorrhæorum,& ad omnes vicinos eius in campeſtria,in montes,&
in planiciem,ad meridiem,& ad littus maris. Terra Chananæorum,& libani vſque ad fluuiũ magnũ , fluuium
Euphratis:videte,dedi ante faciem veſtram terram illã. Ingredimini, & poſſidete terrã quã iuraui patribus ve-
ſtris, Abrahæ,Iſaaco,& Iacobo me daturũ ſemini eorũ poſt eos.

[illegible]

[11] Factum eſtautem anno ſecundo , decima
die menſis ſecundi, ſublata eſt nubes à taberna-
culo teſtimonij: [12] Et profecti ſunt filij Iſrael
per profectiones ſuas è deſerto Sinai, ſubſtitit-
que nubes in deſerto Pharan. [13] Profecti ſunt
autem primo loco iuxta verbum oris Domini,
internuntio Moſe, [14] Profecti ſunt *inquam*
primò turma caſtrorum filiorum Iuda, & exer-
citus eorum: dux autem exercitus erat Nahſon
filius Aminadab: [15] Et dux exercitus Tribus
filiorum Iſachar, Nathaniel filius Soar: [16] Et
dux exercitus Tribus filiorum Zebolon, Eliab
filius Halon. [17] Et depoſuerunt tabernacu-
lum, & profecti ſunt filij Gerſon & filij Merari
portitores tabernaculi. [18] Profecta eſt etiam
turma caſtrorum Rubil & exercitus eorum:
dux autem exercitus erat Eliſur filius Sedaur.
[19] Et dux exercitus Tribus filiorum Simeon,
Selamuel filius Surſadai. [20] Et dux exercitus
Tribus filiorum Gad, Eliaſaph filius Rauelis.
[21] Proficiſcebantur autem filij Cahath portito-
res tabernaculi, erigebantque tabernaculum
donec *iſti* venirent. [22] Deinde profecta eſt
turma caſtrorum Aphrem per exercitum
ſuum: princeps autem exercitus erat Eliſema
filius Amihud. [23] Et princeps exercitus Tri-
bus Manaſſe, Gamaliel filius Pharſur. [24] Et
princeps exercitus Tribus Beniamen, Abidan
filius Gedeoni. [25] Tum proficiſcebatur tur-
ma caſtrorum filiorum Dan, cogebatque
omnia agmina & copias eorum: dux autem
exercitus Tribus filiorum Dan erat Ahiazar
filius Amiſadai. [26] Et dux exercitus Tribus
Aſir, Phagiel filius Achram.
[27] Et dux exercitus Tribus Nephtali, Ahi-
da filius Ainan. [28] Hæ ſunt profectiones
filiorum Iſrael per exercitus ſuos.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

[11] *Cùmque fuiſſet menſis ſecundus anni ſecundi, in vigeſima die ex ipſo, eleuata eſt nubes de habitaculo teſtimonij.* [12] *Profectique ſunt filij Iſrail per diuerſoria ſua è deſerto Sinai, & quieuit nubes in deſerto Pharan.* [13] *Fuit autem primus diſceſſus eorum de mandato Dei per manum Muſa,* [14] *Vt diſceſſerit exercitus caſtrorum filiorum Ihudha in fronte per turmas ſuas: & ſuper turmis eius, Nahſon filius Amminadhab.* [15] *Et ſuper exercitu tribus Iſſachar, Nathanail filius Suar.* [16] *Et ſuper exercitu tribus Zabulon, Eliab filius Hilon.*
[17] *Deinde diſſolutum eſt habitaculum, profectique ſunt filij Girſon & filij Merari geſtantes illud.*
[18] *Poſtea diſceſſerunt caſtra exercitus Raubin per turmas ſuas: & ſuper exercitum eius, Eliſur filius Sedhiaur.* [19] *Et ſuper exercitum tribus Simeon, Salumiail filius Suri-Saddai.*
[20] *Et ſuper exercitum tribus Gad, Eliaſaph filius Dauail.*
[21] *Deinde caſtra mouerunt Cahathitæ geſtantes ſanctuarium: & iam erectum erat Habitaculum ad aduentum ipſorum.*
[22] *Poſtea diſceſſerunt caſtra exercitus Ephraim per turmas ſuas: & ſuper exercitum eius, Eliſamaas filius Ammihud.*
[23] *Et ſuper exercitu tribus Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſur.*
[24] *Et ſuper exercitu tribus Beniamin, Abidan filius Gedeoni.* [25] *Deinde profectus eſt exercitus Dan ad calcem omnium exercituum, per turmas ſuas: & ſuper exercitu eius, Ahiazar filius Ammi-Saddai.*
[26] *Et ſuper exercitu tribus Aſir, Phagaiail filius Achran.*
[27] *Et ſuper exercitu tribus Nephtali, Ahira filius Ainan.* [28] *Iſta ſunt diuerſoria filiorum Iſrail per turmas ſuas. Cúmque caſtra mouiſſent,*

11 ولما كان في الشهر الثاني من السنة الثانية في عشرين منه
ارتفع الغمام عن مسكن الشهادة * 12 فرحل بنو اسرائل
الي مراحلهم من برية سيناي * وسكن الغمام في برية فاران *
13 فكان اول رحلتهم عن امر الله بيد موسي 14 ان رحل عسكر
مركز بني يهودا علي المقدمة لجيوشهم * وعلي جيوشه نحشون
بن عميناداب * 15 وعلي جيش سبط يساخار نثنايل بن صوعار *
16 وعلي جيش سبط زبولون الياب بن حيلون *
17 ثم فصل المسكن * فرحل بنو جرشون وبنو مراري
حاملية * 18 ثم رحل مركز عسكر راوبين لجيوشهم * وعلي
جيشه اليصور بن شديئور * 19 وعلي جيش سبط شمعون
شلوميايل بن صوري شداي *
20 وعلي جيش سبط جاد الياساف بن دعوايل *
21 ثم رحل القهاتيون حاملي المقدس * وقد نصب المسكن
الي مجيئهم * 22 ثم رحل مركز عسكر افرايم لجيوشهم * وعلي
جيشه اليشاماع بن عميهود *
23 وعلي جيش سبط منشا جمليايل بن فداصور * 24 وعلي
جيش سبط بنيامين ابيدان بن جدعوني * 25 ثم رحل عسكر
دان علي ساقة ساير العساكر لجيوشهم * وعلي جيشه اخيعازر
بن عمي شداي * 26 وعلي جيش سبط اشير فجعايل بن
عكران * 27 وعلي جيش سبط نفتالي اخيراع بن عينان *
28 هذه مراحل بني اسرايل لجيوشهم * فلما رحلوا

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[11] Et factum eſt anno ſecundo, menſe ſecũdo, viceſima menſis vt aſcenderet nubes de tabernaculo teſtimonij.
[12] Itaque profecti ſunt filij Iſrael ſecundum profectiones ſuas de deſerto Sinai, & manſit nubes in deſerto Pharan. [13] Et profecti ſunt primi iuxta mandatum Domini per manum Moſis. [14] Profectum inquam eſt vexillum caſtrorum filiorum Iuda primum ſecundum turmas ſuas; & ſuper exercitum eius Naaſſon filius Aminadab. [15] Et ſuper exercitum tribus filiorum Iſſachar, Nathanael filius Soar. [16] Et ſuper exercitum filiorum Zabulon, Eliab filius Helon. [17] Poſtea depoſitum eſt tabernaculum, profectique filij Gerſon, & filij Merari portauerunt tabernaculum. [18] Tum profectum eſt vexillum filiorum Ruben per turmas ſuas, & ſuper exercitum eius Eliſur filius Sediur. [19] Et ſuper exercitum tribus filiorum Simeonis, Salamiel filius Suriſadai. [20] Et ſuper exercitum tribus filiorum Gad, Eliſaph filius Duel. [21] Tum profecti ſunt Caathitæ portantes ſanctuarium: ſtare autem fecerunt tabernaculum, donec ipſi aduenirent. [22] Deinde profectum eſt vexillum caſtrorum filiorum Ephraim per turmas ſuas; & ſuper exercitum eius Eliſama filius Emiud.
[23] Super exercitum vero tribus filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur.
[24] Et ſuper exercitum tribus filiorum Benjamin, Abidan filius Gedeonis. [25] Et profectum eſt vexillum caſtrorum filiorum Dan, colligens omnia caſtra per exercitus ſuos, & ſuper exercitum eius Achiezer filius Amiſadæ. [26] Et ſuper exercitum tribus filiorum Aſer, Phagaiel filius Ochran.
[27] Et ſuper exercitum tribus filiorum Nephtali, Achira filius Ænan.
[28] Hæ ſunt profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas cum proficiſcebantur.

29 ܘܐܡܪ ܡܘܫܐ ܠܚܘܒܒ ܒܪ ܪܥܘܐܝܠ ܡܕܝܢܝܐ ܚܡܘܗܝ
ܕܡܘܫܐ. ܫܩܠܝܢ ܚܢܢ ܠܐܬܪܐ ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܠܗ ܐܬܠ ܠܟܘܢ. ܬܐ
ܥܡܢ ܘܢܛܐܒ ܠܟ. ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܡܠܠ ܛܒܬܐ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ.
30 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܐܙܠ ܐܠܐ ܠܐܪܥܝ. ܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܝܠܝܕ ܐܢܐ.
31 ܐܡܪ ܠܗ ܡܘܫܐ. ܠܐ ܬܫܒܘܩܝܢ. ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ ܫܪܝܢ
ܒܡܕܒܪܐ. ܘܬܗܘܐ ܐܝܟ ܠܢ ܥܝܢܐ.
32 ܘܐܢ ܬܐܙܠ ܥܡܢ. ܡܢ ܗܘ ܛܒܬܐ ܕܢܛܐܒ ܠܢ ܡܪܝܐ. ܢܛܐܒ
ܠܟ. 33 ܘܫܩܠܘ ܡܢ ܛܘܪܗ ܕܡܪܝܐ. ܡܗܠܟܬ ܬܠܬܐ
ܝܘܡܝܢ. ܘܩܒܘܬܐ ܕܩܝܡܗ ܕܡܪܝܐ ܫܩܠܬ ܡܢ ܩܕܡܝܗܘܢ ܡܗܠܟܬ ܚܕ
ܝܘܡ. ܕܬܛܝܒ ܠܗܘܢ ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ.
34 ܘܥܢܢܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܪܝܫܗܘܢ ܒܐܝܡܡܐ. ܟܕ ܫܩܠܝܢ
ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ. 35 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܩܠܐ ܩܒܘܬܐ. ܐܡܪ ܡܘܫܐ.
ܩܘܡ ܡܪܝܐ. ܘܢܬܒܕܪܘܢ ܣܢܐܝܟ. ܘܢܥܪܩܘܢ ܒܥܠܕܒܒܝܟ ܡܢ
ܩܕܡܝܟ. 36 ܘܟܕ ܫܪܐ. ܐܡܪ. ܐܬܦܢܝ ܡܪܝܐ ܠܘܬ ܪܒܘܬܐ.
ܘܠܘܬ ܐܠܦܐ ܕܐܝܣܪܝܠ.

✠ ܩܦܠܐܘܢ ✠ ܝܐ ✠

1 ܘܟܕ ܪܛܢܘ ܗܘܘ ܥܡܐ. ܘܐܬܒܐܫ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܫܡܥ ܡܪܝܐ
ܘܐܬܚܡܬ ܪܘܓܙܗ. ܘܐܫܬܓܪܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܐܟܠܬ ܠܣܛܪܝܗ
ܕܡܫܪܝܬܐ. 2 ܘܩܥܘ ܥܡܐ ܠܘܬ ܡܘܫܐ. ܘܨܠܝ ܡܘܫܐ ܩܕܡ
ܡܪܝܐ. ܘܫܬܟܢܬ ܢܘܪܐ.
3 ܘܩܪܐ ܫܡܗ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܝܩܕܢܐ. ܡܛܠ ܕܐܫܬܓܪܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܗ
ܕܡܪܝܐ. 4 ܘܚܠܝܛܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܪܓܘ ܪܓܬܐ.
ܘܗܦܟܘ ܐܒܟܝܘ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܡܪܝܢ. ܡܢ ܢܣܒ ܠܢ
ܒܣܪܐ. 5 ܐܬܕܟܪܢ ܢܘܢܐ ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܝܢ ܒܡܨܪܝܢ. ܡܓܢ.
ܩܛܘܐ ܘܦܛܝܚܐ. ܘܟܪܬܐ. ܘܒܨܠܐ. ܘܬܘܡܐ.

[29] Et dixit Moſes ad Hobab filium Rauelis Medianitam ſocrum Moſis, Proficiſcimur ad regionem de qua dixit Dominus, Ipſam dabo vobis: veni nobiſcum, & bene tibi erit: nam Dominus locutus eſt bonum de Iſraele. [30] Reſpondit ei, Non vadam niſi ad terrã meam, vadam ad locum vbi ſum natus. [31] Ait illi Moſes, Ne deſeras nos: tu enim noſti habitationem noſtrã in deſerto, eriſque nobis *charus vt* oculi. [32] Et ſi abieris nobiſcũ, ex eo bono quod largiturus eſt nobis Dominus, largiemur tibi. [33] Itaque profecti ſunt de monte Domini itinere trium dierum, & arca fœderis Domini profecta eſt ante eos itinere diei vnius, vt præpararet eis manſionem. [34] Et nubes Domini ſuper ipſos erat interdiu quando proficiſcebantur è caſtris. [35] Factumque eſt vt cùm diſceſſiſſet arca, dixerit Moſes, Surge Domine, & confringantur oſores tui, & fugiant inimici tui à conſpectu tuo. [36] Cùm verò quieuiſſet, dixerit, Conuertere Domine ad myriades & ad millia Iſraelis.

CAPVT XI.

Cúmque murmuraſſent populus, diſplicuit coram Domino, audiuitque Dominus, & æſtuauit furor eius, & incenſus eſt in eis ignis Domini, deuorauitque ambientes caſtrorum extremitates. [2] Et clamauerunt populus ad Moſen, orauitque Moſes coram Domino, & ſedatus eſt ignis. [3] Vocauitque nomen loci illius Incendium, eo quòd incenſus eſſet in eos ignis Domini. [4] Plebs quippe promiſcua quæ erat inter eos, concupierunt concupiſcentiam, & denuo flere fecerunt filios Iſrael, dicentes: O quis paſcat nos carnibus! [5] Recordati ſumus piſcium quos comedebamus in Ægyptum gratis, & cucumerum, & peponum, & porrorum, & ceparum, & allij.

VERSIO SAMARITANA.

29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

29 [illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

29 *Dixit Muſa ad Hobab filium Rauail Me-*
dianitæ cognatum ſuum, Sanè profecturi ſumus ad
locum quem dixit Deus, Dabo vobis eum: veni no-
biſcum, benefaciemus tibi: nam Deus pollicitus eſt
ſtirpi Iſrail bonum. 30 *Reſpondit: Non ibo niſi ad*
terram meam & locum meum natalem. 31 *Dixit,*
Heus vir, ne deſeras nos: tu quidem noſti quòd
quamdiu manſimus in deſerto fueris nobis velut
oculi noſtri: 32 *Quòd ſi ieris nobiſcum, ex quo-*
cunque bono quod fecerit Deus erga nos, erga te
faciemus. 33 *Profecti ſunt igitur de monte Dei*
itinere trium dierum, & arca fœderis eius ibat an-
te eos itinere illarum trium dierum, vt ſeligeret
ipſis manſionem. 34 *Et verò nubes erat ſuper*
illis per diem quãdo proficiſcebantur è caſtris.
35 *Eratque conſuetudo vt diſcedente arca, dice-*
ret Muſa: Surge ô Domine, & diſſipabuntur
inimici tui, & fugient oſores tui à conſpectu tuo.
36 *Et vt diceret ea quieſcente: Conuerte ô Domi-*
ne, ſplendorem tuum ad myriades millium Iſrail.

CAPVT XI.

Erat autem populus quaſi intentus malo coram
Deo. Audiuitque Deus hoc, & inualuit furor
eius, & incenſus eſt ignis eius, combuſſitque in ex-
tremitate exercitus. 2 *Clamauitque populus*
ad Muſam: & deprecatus eſt Dominum ſuum,
& abſorptus eſt ignis.
3 *Et vocauit illum locum Incenſionem: eo quòd*
incenſus ſit in ipſis ignis Domini.
4 *Et turba promiſcua quæ erat inter eos, fla-*
grauit cupiditate quadam: reuerſique ſunt filij
Iſrail etiam cum ipſis, luxeruntque, & dixerunt:
Quis cibabit nos carne?
5 *Recordati enim ſumus piſcium quos edebamus*
in Ægypto gratis, & cucumerum, & peponum,
& porrorum, & ceparum, & alliorum.

19 قال موسي لحوباب بن رعوايل المديني حميه * انا راحلون
الي الموضع الذي قال الله اعطيكم اياه * فتعال معنا نحسن
اليك * فان الله قد وعد آل اسرايل خيرا * 30 قال لا امضي الا
الي ارضي ومولدي * 31 قال يا هذا لا تتركنا * فانك تعلم انك
في طول مقامنا في البرية كنت لنا كابصارنا * 32 فان سرت معنا
فاي خير يحسن الله به الينا نحسن اليك منه * 33 فرحلوا من
جبل الله مسافة ثلاثة ايام * وصندوق عهده يسير بين ايديهم
مسافة تلك الثلاثة الايام ليختار لهم مستقرا * 34 وغمامة عليهم
نهارا اذا رحلوا من العسكر * 35 وكان الرسم عند رحيل
الصندوق ان يقول موسي * قم يا رب تتبدد اعداوك * ويهرب
شانيوك من بين يديك * 36 وان يقول عند نزوله * رد يا رب
نورك الي ربوات الوف اسرايل *

* الفصل الحادي عشر *

1 وكان القوم كمتعنتي الشر بين يدي الله * فسمع الله ذلك واشتد
غضبه * واشتعلت ناره فاحرقت في طرف العسكر *
2 فصرخ القوم الي موسي * فدعا ربه * فغارت النار *
3 وسمي ذلك الموضع المشتعلة لما اشتعلت فيهم نار الرب *
4 واللفيف الذين فيما بينهم تشهوا شهوة * فرجع بنو اسرايل ايضا
معهم * فبكوا وقالوا من يطعمنا لحما *
5 فذكرنا السمك الذي كنا ناكله بمصر مجانا * والقثا * والبطيخ *
والكراث * والبصل * والثوم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

29 Et dixit Moſes Hobab filio Raguel Madianitæ ſocero Moſis: proficiſcimur nos ad locum de quo dixit Do-
minus, hunc dabo vobis. Veni nobiſcum, & benefaciemus tibi, quia Dominus locutus eſt bonum ſuper Iſrael.
30 Et reſpondit ei, non ibo, ſed ad terram meam, & ad cognationem meam ibo. 31 Dixit verò, ne quæſo dere-
linquas nos, nam ideo noſti caſtrametationes noſtras in deſerto, & fuiſti nobis pro oculis. 32 Fietque cum
ieris nobiſcum, & acciderit bonum illud quod benefaciet Dominus nobis, vt benefaciamus etiam tibi.
33 Et profecti ſunt à monte Domini viam trium dierum: arca autem fœderis Domini proficiſcebatur ante
illos viam trium dierum, vt exploraret eis requiem. 34 Et nubes Domini erat ſuper eos diu cum proficiſce-
bantur de caſtris. 35 Cum autem proficiſcebatur arca, dicebat Moſes: ſurge Domine, & diſpergantur inimi-
ci tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. 36 Cum verò quieſceret, dicebat: reuertere Domine, myriades
millium Iſrael.

CAPVT XI.

Poſtea fuit populus velut conquerens de malis in auribus Domini; & audiuit Dominus, & exarſit ira eius,
accenſuſque eſt in eos ignis Domini, & conſumpſit partem caſtrorum. 2 Et clamauit populus ad Moſen,
orauitque Moſes Dominum, & abſorptus eſt ignis. 3 Et vocauit nomen loci iſtius Tabhera, quoniam exar-
ſerat in eos ignis Domini. 4 Vulgus autem promiſcuum quod erat in medio eius concupiuit concupiſcen-
tiam, ſederuntque & fleuerunt etiam filij Iſrael, & dixerunt, quis nobis comedere faciet carnem.
5 Recordamur piſcium quos comedimus in Ægypto gratis, cucumerum, & peponum, & pororum, & ce-
parum, & alliorum.

6 Et nunc ecce languida eſt anima noſtra, & nihil ſuppetit præter manna quod eſt ob oculos noſtros.
7 Manna verò quaſi ſemen erat coriandri, candidum, & oculus (*nempe fulgor*) eius ſimilis oculo cryſtalli.
8 Et circumeuntes populus, colligebant illud, molebantque illud mola, & conterebant illud in mortario, & coquebant illud in olla, conficiebantque ex eo placentam cuius ſapor ſimilis erat ſapori *placentæ* ſubactæ oleo.
9 Et cùm deſcenderet ros ſuper caſtra noctu, deſcendebat ſuper eum manna.
10 Audiuit ergo Moſes populum flentem per familias ſuas, vnumquemque in oſtio tabernaculi ſui: & exarſit ira Domini, & in oculis quoque Moſis intoleranda res fuit.
11 Dixitque Moſes ad Dominum, Domine mi, quare malum intuliſti ſeruo tuo? & quare non inueni miſericordiam in oculis tuis, vt reieceris in me totum pondus populi huius?
12 Num ego concepi hunc vniuerſum populum? aut nunquid ego totum ipſum genui, vt dicas mihi, Geſtita eũ in ſinu tuo quemadmodum geſtitat nutritius infantem, ad terram pro qua iuraui patribus eorum?
13 Vnde mihi caro vt dem huic vniuerſo populo flenti ad me atque dicenti, Da nobis carnem vt mãducemus?
14 Non poſſum ferre ſolus hunc vniuerſum populum, quia grauior me eſt.
15 Si ita mecum agas, interfice me nece, ſi inueni miſericordiam in oculis tuis, & ne videam malum meum.
16 Et ait Dominus ad Moſen, Conuoca mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraelis quos tu noſti eſſe capita populi eiuſque ſcribas, & adduc eos ad tabernaculũ temporis, ſintque illic tecum parati:
17 Deſcendamque, & loquar tecum ibi, detrahamque de ſpiritu qui ſuper te eſt, & ponam ſuper eos, ferentque tecum onus populi huius, & non feres tu ſolus.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 *Et modò animæ noſtræ aridæ ſunt, cùm nihil habeamus, & quidem oculi noſtri ad Man ſint protenſi.*
7 *Erat autem Man veluti ſemen coriandri, & color eius velut color vnionum.*
8 *Vagabatur populus, colligebatque illud, & molebant ex eo mola, aut tundebant illud piſtillo, & coquebant ex eo in ollis, & faciebant ex eo placentas: eratque ſapor eius dulcedo cum ſuauitate.*
9 *Et ad deſcenſum roris ſuper caſtra noctu, deſcendebat Man ſuper eum.*
10 *Cúmque audiſſet Muſa populum lugentes per familias ſuas vnumquemque ad oſtium tentorij ſui, inualuit furor Dei valde, & diſplicuit id Muſæ:*
11 *Dixit Muſa: Quare tentaſti famulum tuum? & cur non inueni fortunam apud te, vt poſueris pondus totius populi huius ſuper me?*
12 *Num ego concepi eos, aut parturij eos, vt dixeris mihi: Duc eos ac ſi portares eos in ſinu, quemadmodum portat nutrix lactentem, ad regionem de qua iuraſti patribus eorum.*
13 *Vnde mihi caro vt dem huic populo flenti, ac dicenti: Da nobis carnem ad manducandum.*
14 *Non poſſum ego ſolus regere eos, ſed graue mihi eſt.*
15 *Quòd ſi me aſtringis ad hoc in pœnam, verte eam mihi in mortem, ſi reperi ſortem apud te, & non videam miſeriam meam.*
16 *Dixit Deus Muſæ: congrega mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus filiorum Iſrail, quos noueris eſſe ſeniores eorum ac principaliores eorum, & duc illos ad tabernaculum præſentiæ, maneantque ibi tecum donec reuelem colloquium meum.*
17 *Loquar enim tecum illic, & impertiar eis de ſplendore qui eſt ſuper vultu tuo, ponamque eum ſuper illos, & adiuuabunt te in gubernatione populi, & non reges eos tu ſolus.*

6 والآن فنفوسنا يابسة اذ ليس لنا شيء * وانما عيوننا الى
المن ممدودة * 7 وكان المن كبزر الكزبرة * ولونه كلون اللؤلؤ *
8 يطوف القوم فيلتقطونه * ويطحنون منه في الرحا * او يدقون
بالمدق * ويطبخون منه في البرام * ويصنعون منه ملالا * ويكون
طعمه حلاوة بدسم * 9 وعند نزول الطل على العسكر ليلا
ينزل المن عليه * 10 فلما سمع موسى القوم يبكون لعشائرهم
كل امرئ على باب خبائه * اشتد غضب الله جدا * وساء ذلك
موسى * 11 قال موسى لم ابليت عبدك * ولم لم اجد
حظا عندك * اذ صيرت كلفة جميع هؤلاء القوم علي *
12 هل انا حملتهم ام ولدتهم * اذ قلت لي سقهم كانك تحملهم
في حجرك كما تحمل الحاضن الرضيع * الى البلد الذي اقسمت
لآبائهم عليه * 13 من اين لي لحم لاعطاء هذا الجمع * اذ
يبكون فيقولون اعطنا لحما ناكله * 14 لست اطيق انا
وحدي ان اسوسهم * بل هو ثقيل علي * 15 وان كنت الزمتنيه
عقوبة فاجعلها اماتتي * ان وجدت حظا عندك * ولا ارى
بليتي * 16 فقال الله لموسى * اجمع لي سبعين رجلا من
شيوخ بني اسرائيل الذين تعلم انهم شيوخهم وعرفاؤهم * وخذهم
الى خباء المحضر يقفوا ثم معك حتى اجلي خطابي *
17 فاخاطبك هناك * وافيدهم من النور الذي على وجهك *
واجعله عليهم * فيعاونوك على سياسة القوم * ولا تسوسهم انت
وحدك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Nunc autem anima noſtra arida eſt, nihil præterquam ad manna oculus noſter. 7 Manna verò erat quaſi
ſemen coriandri, & aſpectus eius quaſi aſpectus Bdellij. 8 Perambulabat autem populus, & colligebat, mo-
lebatque cum molis, aut conterebat cum mortario, & coquebat in olla, faciebatque cum eo ſubcinericios; erat
autem ſapor eius ſicut ſapor lagani ex oleo. 9 Cum verò deſcendebat ros ſuper caſtra noctu, deſcendebat
manna ſuper eum. 10 Et audiuit Moſes populum flentem per familias ſuas, vnuſquiſque ad portam taber-
naculi ſui, exarſitque ira Domini valde, diſplicuit etiam oculis Moſis. 11 Dixitque Moſes Domino, quare
afflixiſti ſeruum tuum, & quare non inueni gratiam in oculis tuis, vt poneres onus omnis populi iſtius ſuper
me? 12 Egone concepi omnem populum iſtum? num ego genui eum quod dicis mihi, porta illum in ſinu
tuo ſicut portat alumnus lactentem, in terram quam iuraſti patribus eius? 13 Vnde mihi caro ad dandum
vniuerſo huic populo, nam plorant poſt me dicentes, da nobis carnem vt manducemus. 14 Non potero ego
ſolus portare vniuerſum populum iſtum, quia grauior me eſt. 15 Si autem ita facis mihi, occidendo me
quæſo occide: ſi quoque inueni gratiam in oculis tuis non videam afflictionem meam.
16 Et dixit Dominus Moſi, collige mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos noſti ſeniores eſſe populi,
& præfectos eius, ducéſque eos ad tabernaculum teſtimonij, & ſtabunt ibi tecum.
17 Et deſcendam, & loquar tecum ibi, ſeponamque de ſpiritu qui eſt ſuper te, & ponam ſuper eos, portabunt-
que tecum onus populi, vt non portes illud tu ſolus.

18 Dixit autem Moſes ad populum, Sanctifi-
camini cras vt comedatis carnem: fleuiſtis enim
coram Domino, atque dixiſtis, O quis paſcat
nos carnibus, nam melius erat nobis in Ægy-
pto: dabitque vobis Dominus carnem vt eda-
tis. 19 Non die vno comedetis eam, neque
duobus diebus, nec quinque diebus, neque de-
cem diebus, neque viginti diebus. 20 Vſque
ad menſem dierum comedetis eam, donec
exeat è naribus veſtris, fiatque vobis cruditas:
eo quòd ſpreueritis Dominum qui eſt inter
vos, & fleueritis coram Domino atque dixeri-
tis, Cur heu egreſſi ſumus ex Ægypto? 21 Di-
xitque Moſes coram Domino, Sexcenta millia
virorum peditum eſt populus inter quos ego
ſum, & tu dixiſti, Carnem dabo eis vt comedát
menſe dierum? 22 Si oues boueſque mactẽn-
tur illis, quid facient ipſis? & ſi omnes piſces ma-
ris capiantur eis, ad quem vſque gradum ſuffi-
cient illis? 23 Reſpondit Dominus Moſi, Ma-
nus Domini ſupplebit: modò videbis vtrum
eueniat ſermo meus an non. 24 Egreſſus itaque
Moſes retulit populo ſermones Domini: &
congregans ſeptuaginta viros de ſenioribus po-
puli, ſtatuit eos circa tabernaculum. 25 Deſcen-
ditque Dominus in nube, & locutus eſt cum
eo: & detrahens de ſpiritu qui erat ſuper eum,
poſuit ſuper ſeptuaginta viros ſeniores: cúm-
que requieuiſſet ſuper eos ſpiritus, prophetaue-
runt, & non perrexerũt. 26 Remãſerant autem
duo viri in caſtris, nomen vnius Eldad, & no-
men alterius Midad, requieuitque ſuper eos
ſpiritus, (nam iſti quoque ſcripti fuerant, at non
venerant ad tabernaculum,) & prophetaue-
runt in caſtris.
17 Et cucurrit adoleſcens, & indicauit Moſi,
dixitque ad eum, Eldad & Midad en prophe-
tant in caſtris.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 *Et dic populo: Præparamini in craſtinum vt
comedatis carnem. Pro eo quòd planxiſtis coram
Deo & dixiſtis: Quis cibabit nos carne? & quan-
to melior erat nobis Ægyptus? dabit vobis Deus
carnem quam comedatis.*
19 *Non vna die, nec duabus nec quinque, nec
decem nec viginti, ſed ad dies menſis:*
20 *Donec exeat è naribus veſtris, & fiat vobis in
ſqualorem, eo quòd deſpexeritis ſplendorem Dei
qui eſt inter vos, & fleueritis coram eo, & dixeritis:
Quare eduxit nos de Ægypto?*
21 *Dixit Muſa: Sexcenta millia peditum eſt po-
pulus inter quos ego ſum, & tu dixiſti: Equidem
dabo eis carnem ad edendum menſe.*
22 *Quis ſatisfaciat eis? num oues & boues iugu-
labuntur ipſis, & ſufficient eis? An omnes piſces
maris congregabuntur ipſis, & ſatisfacient eis;*
23 *Dixit Deus Muſæ: Num potentia Dei ab-
breuiata eſt? nunc videbis vtrum eueniat vobis
ſermo meus an non.*
24 *Et egreſſus eſt Muſa, & narrauit populo to-
tum ſermonem Dei, & collegit ſeptuaginta viros
ex ſenioribus eorum, & conſtituit eos circa taber-
naculum.* 25 *Et apparuit Angelus Dei in nu-
be, & allocutus eſt illum Deus, impertituſque eſt
de ſplendore qui erat ſuper eum, & poſuit illum
ſuper ſeptuaginta viros ſeniores. Cùmque quie-
uiſſet ſuper eis ille ſplendor, prophetarunt, & non
eguerunt iterationis.*
26 *Remanſerant autem duo viri in caſtris, no-
men vnius eorum Eldadh, & nomen ſecundi
Midadh, quieuitque ſuper eos prophetia: & am-
bo erant ex iis qui ſcripti fuerant, at non exierunt
ad tabernaculum, ſed prophetarunt in caſtris.*
27 *Accurrit ergo puer, nuntiauitque Muſæ,
ac dixit: Eldadh & Midadh ſunt prophetan-
tes in caſtris.*

18 وقل للقوم * استعدوا لغد حتى تاكلوا لحما * لاجل ما
بكيتم بين يدي الله وقلتم * من يطعمنا لحما * وما كان اصلح
مصر لنا * يعطيكم الله لحما تاكلونه * 19 لا يوم * ولا
اثنين * ولا خمسة * ولا عشرة * ولا عشرين * الا الى ايام شهر *
20 الى ان يخرج من انفكم ويصير لكم هرالا * لاجل ما زهدتم في
نور الله الذي فيما بينكم * وبكيتم بين يديه وقلتم * لم
اخرجنا من مصر * 21 قال موسى ستماية الف راجل القوم
الذين انا فيما بينهم * وانت قلت اني اعطيهم لحما ياكلونه
شهرا * 22 فمن اغنامهم * اغنم وبقر تذبح لهم فتكفيهم * او
جميع سمك البحر يحاش لهم فيقنعهم * 23 فقال الله لموسى * هل
قدرة الله تقصر * الان تنظر ايوافيكم كلامي ام لا * 24 فخرج
موسى واخبر القوم بجميع كلام الله * وجمع سبعين رجلا من
شيوخهم * ووقفهم حوالي الخباء *
25 فتجلى ملاك الله في الغمام * وخاطبه الله * وافاد من النور
الذي عليه * وجعل ذلك على السبعين رجلا الشيوخ * فلما
استقر عليهم ذلك النور تنبوا * ولم يحتاجوا الى عودة *
26 وبقي رجلان في المعسكر * اسم احدهما الداذ * واسم الثاني
ميداذ * فاستقرت عليهما النبوة * وهما من المكتوبين * لم يخرجا الى
الخباء بل تنبيا في المعسكر *
27 فاحضر غلام * فاخبر موسى وقال * الداذ وميداذ يتنبيان
في المعسكر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Ad populum autem dices, ſanctificate vos die craſtina, vt manducetis carnem, quoniam fleuiſtis in auri-
bus Domini, dicendo, quis faciet nos comedere carnem, nam bene nobis erat in Ægypto? dabit igitur Domi-
nus vobis carnem, & comedetis. 19 Non diem vnum comedetis, & non duos dies, & non quinque dies, &
non decem dies, neque viginti dies. 20 Vſque ad menſem dierum, donec exeat de naribus veſtris, ſitque vo-
bis in nauſeam, eo quod ſpreuiſtis Dominum qui eſt in medio veſtri, & fleuiſtis ante faciem eius, dicendo, qua-
re egreſſi ſumus ex Ægypto? 21 Dixit autem Moſes, ſexcenta millia peditum populus in cuius medio ego
ſum, tu verò dixiſti carnem dabo eis, & comedent menſem dierum. 22 Numquid oues, & boues iugulabun-
tur eis, vt ſufficiat illis: Si piſces omnes maris colligantur illis, ſufficient ne illis? 23 Reſponditque Dominus
Moſi, num manus Domini abbreuiata eſt? tu videbis an accidat tibi verbum meum, necne. 24 Egreſſuſque
eſt Moſes, & dixit populo verba Domini, & congregauit ſeptuaginta viros de ſenioribus populi, & ſtatuit eos
in circuitu tabernaculi. 25 Tum deſcendit Dominus in nube, locutuſque eſt illi, & ſeparauit de ſpiritu qui
erat ſuper eum, & dedit ſuper ſeptuaginta viros ſeniores: factumque eſt cum requieſceret ſuper eos ſpiritus
vt prophetarent, ſed non vltra addiderunt.
26 Et relicti ſunt duo viri in caſtris, nomen vnius Heldad, & nomen alterius Modad: requieuit quoque ſu-
per eos ſpiritus, ipſi enim erant inter deſcriptos; quanquam egreſſi non eſſent ad tabernaculum propheta-
runt in Caſtris. 27 Cucurritque puer, & nuntiauit Moſi, dicens: Eldad & Modad prophetant in caſtris,

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

28 Et reſpondens Huſa filius Nun miniſter
Moſis ab adoleſcentia ſua, dixit ad eum, Do-
mine mi Moſe, prohibe eos. 29 Ait illi Moſes,
Ne mihi zelum concitaueris: ô quis reddat vni-
uerſum populum Domini prophetas, quia *ſci-
licet* dederat Dominus ſpiritum ſuum ſuper
illos. 30 Deinde ingreſſus eſt Moſes in caſtra
ipſe atque ſeniores Iſraelis. 31 Et ventus pro-
fectus eſt à conſpectu Domini, & educens co-
turnices è mari, proiecit ſuper caſtra, itinere
diei hinc, & itinere diei illinc circum caſtra, &
ferè duobus cubitis ſuper faciem terræ.
32 Surrexitque populus tota die illa, totaque
nocte, & tota die ſequenti, & collegerunt co-
turnices: qui parum collegit, collegit decem
aceruos, & expanderunt ſibi expanſiones circa
caſtra. 33 Dum caro eſſet adhuc inter dentes
eorum, & nondũ tranſiſſet, inualuit furor Do-
mini ſuper populum, & percuſſit Dominus po-
pulum plaga admodum magna. 34 Vocauit-
que nomen loci illius Sepulchra concupiſcen-
tiæ, eo quòd ibi ſepeliſſent populum qui [illegible]a-
grauerat concupiſcentia. 35 De ſep[illegible]chris
concupiſcentiæ profecti ſunt populus ad Haſe-
roth, & manſerunt in Haſeroth.

CAPVT XII.

1 OBlocuta eſt autem Maria & Aharon
de Moſe ob cauſam mulieris Æthiopiſſæ
quam duxerat: nam vxorem Æthiopiſſam du-
xerat: 2 Et dicunt, Num cum Moſe tantùm
locutus eſt Dominus? en etiam nobiſcum lo-
cutus eſt. audiuitque Dominus.
3 Vir autem Moſes humillimus erat omnium
hominum qui erant ſuper terram.
4 Et ait Dominus ex improuiſo ad Moſen
& ad Aharonem & ad Mariam, Egredimini
vos tres ad tabernaculum temporis. & egreſſi
ſunt ipſi tres.

VERSIO-SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

[28] *Et reſpondit ei Iuſa filius Nun, famulus Muſæ, de diſcipulis eius, & ait: O Domine mi ô Muſa, cohibe vtrunque.* [29] *Dixit ei Muſa: Num æmularis mihi? vtinam tota gens Dei fierent prophetæ, ponendo de lumine ſuo & de prophetia ſua ſuper eos.* [30] *Cùmque ſe recepiſſet Muſa ad exercitum ipſe ac ſenes filiorum Jſrail,*

[31] *Flauit ventus de conſpectu Dei, tranſtulitque coturnices è mari, & proiecit eos ſuper caſtra itinere vnius diei ſic dextrorſum & ſiniſtrorſum circa illa, & eleuabantur à terra quaſi duobus cubitis.*

[32] *Et manſit populus reliqua die ac nocte ſua, & tota die craſtina, collegeruntque coturnices. minimus eorum collegit decem cumulos: & extenderunt eos ſibi extenſionem circa caſtra.*

[33] *Caro adhuc erat inter dentes eorum, antequam mandiſſent eam, & ecce inualuit furor Dei aduerſus eos, & percuſſit eos percuſſione magna valde.*

[34] *Vocauitque nomen illius loci, Sepulchra concupiſcentiæ, quia ſepelierunt in eis populum concupiſcentem: & profecti ſunt ex iis ad Haſiroth.*

CAPVT XII.

CVmque manſiſſent in illa, oblocuta eſt Maria & Haron in Muſam propter mulierem Æthyopiſſam cum qua coniugatus fuerat, quia ſeperauerat ſe ab ea. [2] *Et dixerunt: Sanè ſi de prophetia* agitur, *an fortè ipſum tantumodo allocutus eſt Deus? nonne allocutus eſt nos etiam? Et audiuit hoc Deus.* [3] *Erat autem Muſa uir humilis nimis, pluſquam omnes homines qui ſunt ſuper faciem terræ.*

[4] *Et ait Deus derepente Muſæ, & Haroni, & Mariæ: Egredimini vos tres ad tabernaculum præſentiæ. & egreſſi ſunt ipſi tres.*

28 فأجابه يوشع بن نون خادم موسى من تلاميذه وقال * يا سيدي
يا موسى احبسهما * 29 قال له موسى * هل تغار لي * ليت جميع
امة الله صاروا انبياء بان يجعل من نوره ونبوته عليهم *
30 فلما انضم موسى الى العسكر هو وشيوخ بني اسرايل *
31 هب ريح من عند الله * فقطعت سلوى من البحر * والقته على
العسكر مسير يوم كذا يمنة ويسرة حواليه * ارتفاعه من الارض
مثل ذراعين * 32 فاقام القوم باقي يومهم وليلتهم وطول نهار
غدهم * فجمعوا السلوى * اقلهم جمع عشرة انابير * فسطحوها لهم
سطحا حوالي العسكر * 33 اللحم بعد بين اسنانهم قبل ان
يمضغوه * اذا اشتد غضب الله عليهم * فضربهم ضربة عظيمة
جدا * 34 فسمي ذلك الموضع قبور الشهوة * لانهم دفنوا فيها
القوم المشتهين * ورحلوا منه الى حصيروت *

* الفصل الثاني عشر *

1 فلما اقاموا بها * تكلمت مريم وهرون في موسى بسبب
المراة الحبشية التي تزوجها * لانه كان قد اعتزل عنها * 2 فقالا
ان كان من اجل النبوة * افتراه وحده فقط خاطبه الله * اليس قد
خاطبنا ايضا * فسمع الله ذلك *
3 وكان موسى رجلا خاشعا جدا * اكثر من جميع الناس
الذين على وجه الارض *
4 فقال الله على عجلة لموسى وهرون ومريم * اخرجوا
ثلاثتكم الى خباء المحضر * فخرجوا ثلاثتهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[28] Et reſpondit Ioſue filius Nun miniſter Moſis ex electis eius, & dixit: Domine mi Moſes prohibe illos.
[29] Dixitque illi Moſes, num æmularis tu pro me? Et quis dabit vniuerſum populum prophetas eſſe, eo quod dederit Dominus ſpiritum ſuum ſuper eos. [30] Et recepit ſe Moſes in caſtra, ipſe, & ſeniores Iſrael.
[31] Tum ſpiritus profectus eſt à Domino, & tranſtulit coturnicem à mari, diffuditque in caſtra velut itinere diei hinc, & velut itinere diei illinc circum caſtra, & velut duos cubitos ſuper faciem terræ. [32] Et ſurrexit populus toto die iſto, & tota nocte, & toto die craſtino, & collegerunt coturnices: qui minimùm, collegit decem Coros, & mactatione mactauerunt eas circum caſtra. [33] Caro adhuc erat inter dentes eorum, antequam conciſa eſſet, & ira Domini exarſit in populum, & percuſſit Dominus populum plaga magna valde.
[34] Et vocatũm eſt nomen loci iſtius, ſepulchra concupiſcentiæ, quoniam ibi ſepelierunt populum concupiſcentem. [35] De ſepulchris concupiſcentiæ profectus eſt populus in Haſeroth, & manſerunt in Haſeroth.

CA VT XII.

ET locuta eſt Maria, & Aaron in Moſen propter vxorem Æthiopiſſam quam acceperat; nam vxorem Æthiopiſſam acceperat. [2] Et dixerunt, nunquid tantum per Moſen locutus eſt Dominus? nonne etiam per nos locutus eſt? & audiuit Dominus.
[3] Vir autem Moſes manſuetus erat valde præ omnibus hominibus qui erant ſuper faciem terræ.
[4] Dixitque Dominus repente Moſi, & Aaroni, & Mariæ: egredimini vos tres ad tabernaculum teſtimonij, & egreſſi ſunt illi tres.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

5 Deſcenditque Dominus in columna nubis,
ac ſtetit in oſtio tabernaculi temporis, & voca-
uit Aharonem & Mariam, egreſſique ſunt ipſi
duo. 6 Et ait illis Dominus, Audite nunc ſer-
mones meos. Si fiat prophetia veſtra, ego Do-
minus in viſione appareo vobis, & in ſomnio
loquor vobiſcum. 7 At non ſic ſeruus meus
Moſes, ſed in tota domo mea fidelis eſt.
8 Ab ore ad os loquor cum eo, per viſum &
non per figuram, & gloriam Domini vidit:
quare non veriti eſtis obloqui in ſeruum
meum Moſen?
9 Et excanduit ira Domini aduerſus eos,
& abiit. 10 Et nubes receſſit à tabernacu-
lo, & ecce Maria leproſa facta eſt veluti nix.
& conuerſus Aharon ad Mariam, vidit eam
leproſam factam eſſe.
11 Dixitque Aharon ad Moſen, Obſecro te
domine mi, ne reputes nobis peccatum quòd
ſtultè egerimus, quódque peccauerimus:
12 Et ne ſimus veluti mortuus qui egreſſus
eſt ex vtero matris ſuæ, cuius dimidia caro
corroſa eſt. 13 Clamauit itaque Moſes ad
Dominum, ac dixit, Quæſo Deus ſana illam.
14 Et ait Dominus ad Moſen, Si pater eius
ſputum expuiſſet in faciem eius, deceret eam
rubore ſuffundi ſeptem diebus. Sedeat ſeptem
diebus extra caſtra, ac tunc ingredietur.
15 Sedit ergo Maria extra caſtra ſeptem die-
bus: & populus non ſunt profecti donec re-
greſſa eſſet Maria.

CAPVT XIII.

ET tunc diſceſſerunt populus de Haſe-
roth, & caſtrametati ſunt in deſerto
Pharan.

VERSIO SAMARITANA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
1 [illegible]

5 *Apparuitque Angelus Dei in columna nubis, ſtetit ſuper oſtium tabernaculi, & clamauit: O Haron & ô Maria, & exierunt ambo ſimul.*
6 *Ait: Audite ſermonem meum: Si fuerit propheta alteruter veſtrum, ego Deus notificaui me illi per viſionem, aut allocutus ſum eum in ſomnio.*
7 *At non ſic ſeruo meo Muſæ, ſed apud totam gentem meam certum eſt*
8 *Me ſine medio colloqui cum eo, & viſiones non per ænigmata ac figuras Dei ipſi creatas, illum videre. Qua igitur veſtra mens eſt vt non timueritis loqui aduerſus ſeruum meum Muſam?*
9 *Et inualuit ira Dei in vtrunque, ſublatuſque eſt ſplendor eius.*
10 *Et ſtatim ac diſceſſit nubes de tabernaculo, ecce Mariam albam ſicut niuem. Cúmque conuerſus eſſet Haron ad Mariam, ecce erat leproſa.*
11 *Dixitque ad Muſam, O domine mi, ne conſtituas aduerſus nos peccatum pro eo quod inſipienter commiſimus atque peccauimus.*
12 *Et ne maneat hæc tanquam abortiuus qui exiit è ventre matris ſuæ dimidio corpore iam putrido.*
13 *Quare deprecatus eſt Muſa Dominum ſuum, dicens: Deus, ſana illam.*
14 *Ait illi Deus: Et ſi pater eius expuiſſet in faciem eius, nonne oporteret vt erubeſceret ab ipſo ſeptem diebus? maneat ſic extra caſtra, & poſtea recipiet ſe ad illa.*
15 *Manſit ergo Maria extra caſtra, nec diſceſſit populus vſque ad tempus reuerſionis eius.*

CAPVT XIII.

POſthac diſceſſit populus ex Haſiroth, & diuerſati ſunt in deſerto Pharan.

5 فتجلى ملاك الله بعمود غمام * قام على باب الخباء ونادى *
يا هرون ويا مريم * فخرجا كلاهما *
6 قال اسمعا كلامي * ان يكن بينكما انا الله تعرفت
به في رويا * او خاطبته في حلم *
7 فليس كذاك عبدي موسى * بل في جميع امتي محقق هو
8 اني بغير واسطة اخاطبه ورويا * لا باحاديث وصور الله
المخلوقة له يراها * فما بالكما لم تخافا ان تتكلما في عبدي
موسى * 9 فاشتد غضب الله عليهما * فارتفع نوره *
10 فلما زال الغمام عن الخباء * فاذا مريم بيضا كالثلج * فلما
التفت هرون الى مريم * فاذا هي برصا * 11 فقال لموسى يا
سيدي لا تجعل علينا خطية فيما جهلنا واخطانا *
12 ولا تبق هذه كسقط خرج من بطن امه * وقد تهرا نصف
جسمه *
13 فدعا موسى ربه قايلا * اللهم فاشفها *
14 فقال الله له * ولو ان اباها بصق في وجهها الم يجب ان
تستحي منه سبعة ايام * فلتقف كذاك في خارج العسكر * وبعد
ذلك تنضم اليه *
15 فوقفت مريم في خارج العسكر * ولم يرحل القوم الى حين
انضمامها *

* الفصل الثالث عشر *

1 وبعد ذلك رحل القوم من حصيروث ونزلوا في برية فاران *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Et deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit ad portam tabernaculi, & vocauit Aaronem & Mariam,
& egreſſi ſunt ambo. 6 Quibus dixit, audite nunc verba mea, ſi fuerit veſtrûm propheta Dñi, in viſione apparebo ei, & in ſomnio loquar cum illo. 7 Non ita de ſeruo meo Moſe, in omni domo mea fidelis eſt. 8 Os ad os
loquar illi; in viſione, & non in ænigmatibus, & ſimilitudinibus Dñm conſpiciet: quare igitur non timuiſtis loqui aduerſus ſeruum meum Moſen? 9 Et exarſit ira Dñi in eos, & abiit. 10 Nubeſque receſſit à tabernaculo, tum
ecce Maria leproſa erat ſicut nix, reſpexitque Aaron in Mariam, at ecce leproſa erat. 11 Dixitque Aaron Moſi,
obſecro Domine mi, ne quæſo ponas ſuper nos peccatum quod ſtultè egimus, & quod peccauimus. 12 Ne ſit
quæſo velut mortuus, cuius cum egreditur de matrice matris ſuæ iam conſumpta eſt dimidia pars carnis eius.
13 Et clamauit Moſes ad Dñm, dicens, Deus quæſo, ſana nunc illam. 14 Reſponditque Dñs Moſi, ſi pater eius expuendo expuiſſet in faciem eius, nonne ſeptem dies pudore confunderetur? concludatur ſeptem dies extra caſtra, & poſtea reuocabitur. 15 Et concluſa eſt Maria extra caſtra ſeptem diebus, populuſque profectus non eſt
donec reuocaretur Maria.

CAPVT XIII.

ET poſtea profectus eſt populus de Haſeroth, & caſtrametatus eſt in deſerto Pharan. Tum dixit Moſes filiis Iſrael: Veniſtis vſque ad montem Amorrhæorum quem Dñs Deus noſter dedit nobis. Vide, dedit Dñs Deus tuus ante faciem tuam terram: aſcende poſſide, ſicut locutus eſt Dñs Deus patrum tuorum; vade ne timeas, neque terrearis. Et acceſſerunt ad Moſen, & dixerunt, mittamus viros ante faciem noſtrã, vt perſcrutentur nobis terram, & referant nobis verbum, viam per qnam aſcendemus, & vrbes ad quas ibimus. Et placuit res iſta in oculis Moſis.

[illegible]

2 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 3 Mitte viros vt explorent ter-
ram Chanaan quam ego ſum daturus filiis
Iſrael. ſingulos viros è *qualibet* tribu patrum
ſuorum mitte, omnes præcipuos qui ſunt inter
eos. 4 Miſit ergo eos Moſes de deſerto Pharan
iuxta verbum oris Domini : omnes viri *illi*
principes erant Iſraelis.
5 Hæc autem nomina eorum : De tribu
Rubil, Semu filius Zachor.
6 De tribu Simeon, Saphat filius Hadi.
7 De tribu Iuda, Caleb filius Iophna.
8 De tribu Iſachar, Negael filius Ioſeph.
9 De tribu Aphrem, Hoſa filius Nun.
10 De tribu Beniamen, Phalti filius Daphu.
11 De tribu Zebolon, Gadiel filius Suri.
12 De tribu Ioſeph, tribu Manaſſe, Gadi filius
Suſi. 13 De tribu Dan, Gamaliel filius Gamli.
14 De tribu Aſir, Sathur filius Malchiel.
15 De tribu Nephtali, Nahbi filius Vophſi.
16 De tribu Gad, Guoiel filius Machir.
17 Hæc ſunt nomina virorum quos miſit
Moſes ad explorandam terram. appellauitque
Moſes Hoſa filium Nun, Ieſum.
18 Et miſit eos Moſes ad explorandam ter-
ram Chanaan, dixitque ad eos, Aſcendite hoc
pacto ad Auſtrum, & conſcendite montem.
19 Et conſiderate terram quid ea ſit, & popu-
lum in ea degentem num fortis ſit an debilis,
num exiguus ſit an copioſus.
20 Et qualis ſit terra quam incolunt, pinguis
ne ſit, num ſint in ea arbores an non.
21 Et forti eſtote animo, & accipite de fru-
ctibus terræ: dies autem *illi* dies erant præco-
cium vuarum. 22 Aſcenderunt itaque, & ex-
plorauerunt terram à deſerto Sin vſque ad
Rehob quæ eſt in ingreſſu ad Hamath.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[2] *Præterea locutus eſt Deus cum Muſa ſermonem:*
[3] *Mitte viros ad explorandam regionem Cha-*
naan quam ego daturus ſum filijs Iſrail: virum
vnum de tribu patrum ſuorum mittite eos, omnem
principem ex ipſis. [4] *Miſit itaque eos Muſa per*
deſertum Pharan iuxta dictum Dei: & erant
omnes viri principes filiorum Iſrail. [5] *Et hæc no-*
mina eorum. De tribu Raubin Samua filius Za-
cur. [6] *Et de tribu Simeon, Saphat filius Huri.*
[7] *Et de tribu Ihudha, Calib filius Jefonna:* [8] *Et de*
tribu Iſſachar, Ieghal filius Ioſeph. [9] *Et de tribu*
Ephraim, Hoſia filius Nun. [10] *Et de tribu Ben-*
iamin, Phalti filius Raſu. [11] *Et de tribu Zabulon,*
Gadiail filius Sudi: [12] *Et de tota tribu Ioſeph, de*
tribu Manaſſe, Gaddi filius Suſi. [13] *Et de tribu*
Dan, Amiail filius Gemalli: [14] *Et de tribu Aſir,*
Sethur filius Michail. [15] *Et de tribu Nephtali,*
Nabhi filius Vaphſi. [16] *Et de tribu Gad, Gauail*
filius Machi. [17] *Et hæc ſunt nomina virorum quos*
miſit Muſa ad explorandam regionem. & appel-
lauit Muſa Hoſiam filium Nun, Iohuſua.
[18] *Cumque miſiſſet eos Muſa ad explorandam*
regionem Chanaan, dixit eis: Aſcendite priùs ad
Meridiem, deinde aſcendite ad montem.
[19] *Et conſiderate regionem, & populum commo-*
rantem in illa vtrum ſit fortis an debilis, vtrum
paucus ſit an copioſus. [20] *Et qualiſnam ſit ter-*
ra quam ipſe inhabitat, vtrum bona ſit an mala:
& qualeſnam ſint vrbes in quibus ipſe habitat,
num ſuburbia an arces.
[21] *Qualitatem etiam terræ, pinguis ne ſit an*
macra: & vtrum ſint in ea arbores plantatæ
an non: & roboramini, & accipite de fructibus
eius, quippe hæc tempeſtas dies eſt primitiarum,
dies vuarum.
[22] *Aſcenderunt igitur, & explorarunt regio-*
nem à deſerto Sin ad Rehob, ad Hamat.

2 ثم كلم الله موسي تكليما * 3 ابعث رجال يروموا بلد
كنعان الذي انا معطيه لبني اسرايل * رجلا واحدا من سبط اباية
فابعثوه * كل شريف منهم * 4 فبعث بهم موسي في برية فاران علي
قول * الله وكلهم رجال روساء بني اسرايل * 5 وهذه اسماوهم * من
سبط راوبين شموع بن ركور * 6 ومن سبط شمعون شافاط بن
حوري * 7 ومن سبط يهودا كالب بن يفنا * 8 ومن سبط
يساخار يغال بن يوسف * 9 ومن سبط افرايم هوشيع بن نون *
10 ومن سبط بنيامين فلطي بن رافو * 11 ومن سبط زبولون
جدايل بن سودي * 12 ومن ساير سبط يوسف من سبط منشا
جدي بن سوسي * 13 ومن سبط دان عمايل بن جملي *
14 ومن سبط اشير ستور بن ميخايل * 15 ومن سبط نفتالي
نحبي بن وفسي * 16 ومن سبط جاد جاوايل بن ماخي * 17 وهذه
اسماء الرجال الذين بعث بهم موسي ليروموا البلد * وسمي موسي
هوشيع بن نون يهوشوع * 18 ولما بعث بهم موسي ليروموا بلد
كنعان * فقال لهم اصعدوا اولا الي الداروم * ثم اصعدوا الي الجبل
19 وانظروا الي البلدة والشعب المقيم بها اهو شديد ام مسترخ *
اقليل هو ام كثير * 20 وما الارض التي هو ساكنها اجيدة هي ام
ردية * وما القري التي هو ساكنها االرباض ام حصون * 21 وماهية
الارض اهي سمينة ام مهزولة * وهل فيها شجر معروش ام لا *
وتشددوا وخذوا من ثمرها * وهذا الفصل ايام بكور ايام العنب *
22 فصعدوا وراموا البلد من برية صين الي رحوب الي حماه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[2] Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. [3] Mitte viros, vt explorent terram Chanaan quam ego dedi
filiis Iſrael: vnumquemque virum pro tribu patrum ſuorum mittes, omnes principes inter eos.
[4] Miſitque eos Moſes de deſerto Pharan iuxta mandatum Domini; omnes viri illi capita erant filiorum Iſrael.
[5] Hæc autem ſunt nomina eorum, de tribu Ruben Samua filius Zecur. [6] De tribu Simeonis, Saphat
filius Huri. [7] De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. [8] De tribu Iſſachar, Igael filius Ioſeph. [9] De tribu
Ephraim, Ioſue filius Nun. [10] De tribu Beniamin, Phalti filius Raphu. [11] De tribu Zabulon, Gediel
filius Sodi. [12] De tribu Ioſeph, de tribu Manaſſe, Gaddi filius Suſi. [13] De tribu Dan, Amiel filius Gamali.
[14] De tribu Aſer, Sathur filius Michael. [15] De tribu Nephtali, Nahabi filius Vapſi. [16] De tribu Gad, Guel filius
Mechi. [17] Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moſes ad explorandum terram, vocauitque Moſes Ioſue
filium Num, Ioſue. [18] Miſit igitur eos ad explorandam terram Chanaan: Dixitque illis, aſcendite hâc per me-
ridiem, aſcendetis quoque in montem. [19] Et conſiderabitis terram quænam illa ſit, & populum habitantem
in ea, num fortis eſt an infirmus, num paucus an multus? [20] Et quænam terra eſt quam inhabitat, num bona
an mala: & quænam vrbes quas inhabitat, num in caſtris, an in munitionibus? [21] Et quænam terra, num pin-
guis an macra; an ſint in ea arbores, necne: Confortabimini autem, & decerpetis de fructu terræ: dies autem illi
erant dies primitiarum vuarum. [22] Iuerunt autem, & venerunt; & explorauerunt terram à deſerto Sin vſque
Rohob venientibus Hemath.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

23 Et aſcenderunt ad Auſtrum, & venerunt
vſque ad Hebron, ibique erant Ahiman, & Si-
ſai, & Tulmai filij gigantum. Hebron autem
exſtructa fuerat ſeptem annis ante Soan quæ
eſt in Ægypto. 24 Et venerunt vſque ad tor-
rentem botri, indeque decerpſerunt palmi-
tem ac botrum vnum vuarum, & portauerunt
eum vecte inter duos, & *acceperunt* de malo-
granatis & de ficubus. 25 Locum autem illum
vocauerunt torrentem botri, propter bo-
trum quem decerpſerunt inde filij Iſrael.
26 Et reuerſi ſunt ab exploratione terræ poſt
quadraginta dies. 27 Et venientes ad Moſen,
& ad Aharonem, atque vniuerſam congrega-
tionem filiorum Iſrael, ad deſertum Pharan ad
Rekem, reſponſum dederunt ei & vniuerſæ
congregationi, & oſtenderunt eis fructus ter-
ræ. 28 Et narrauerunt eis, ac dixerunt, Iui-
mus ad terram ad quam nos miſiſti, & quidem
fluit lacte & melle, & hi ſunt fructus eius.
29 Veruntamen fortis eſt populus qui terram
incolit, & vrbes munitæ ſunt & maximæ: quin
& filios gigantum vidimus ibi.
30 Amalec commoratur in terra Auſtrali, &
Hethæi, & Iebuſæi, & Amoræi commorantur
ſecus mare & ſecus Iordanem.
31 Compeſcuit autem Caleb populum à Mo-
ſe dicens, Aſcendamus omnino, & poſſidebi-
mus eam: nam pollemus viribus in eam.
32 Viri autem qui cum eo aſcenderant, dice-
bant, Non poſſumus aſcendere contra popu-
lum, quia fortior eſt nobis.
33 Et diuulgarunt famam terræ hi qui eam
explorauerant, filiis Iſrael, & aiunt illis, Ter-
ra per quam tranſiuimus, quamque explora-
uimus, terra deuorans habitatores ſuos eſt,
totuſque populus quem vidimus in ipſa, vi-
ri ſunt *proceræ* ſtaturæ.

VERSIO SAMARITANA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
33 [illegible]

23 *Et aſcenderunt priùs ad Meridiem, & vene-*
runt ad Hebri: ibique erant Ahiman, & Siſai,
& Tolmai filij gigantum. & verò Hebri ædificata
iam fuerat ante metropolim Ægypti ſeptem annis.
24 *Veneruntque ad vallem botri, & abſcide-*
runt inde palmitem ac botrum vuarum vnum,
& portauerunt eum vecte inter duos, & de ma-
lis punicis, & de ficubus. 25 *Et propterea vo-*
catus eſt ille locus, Vallis botri, propter botrum
quem abſciderunt illinc filij Iſrail.
26 *Et redierunt ab exploratione regionis poſt*
quadraginta dies. 27 *Et ambularunt, donec*
veniſſent ad Muſam & Haronem, totumque
cœtum filiorum Iſrail, ad deſertum Pharan in
Racim. Et retulerunt vtrique nuntium, totique
cœtui, & oſtenderunt eis fructus terræ.
28 *Et narrauerunt ipſi* cœtui, *& dixerunt:*
Iuimus ad regionem ad quam miſiſti nos, & verè
manat lacte & melle, & hi ſunt fructus eius.
29 *Attamen populi degentes in ea, fortes ſunt,*
& vrbes munitæ ac magnæ nimis, & vidimus ibi
quoque filios gigantum. 30 *Et Amalecitæ ha-*
bitant in regione meridionali: & Hethæi, & Ie-
buſæi, & Amoræi habitant in monte, & Cha-
nanæi commorantur ad mare & ad littus Iorda-
nis. 31 *Acquieſcere autem fecit Calib popu-*
lum ſermoni Muſæ, & ait: Imò aſcendemus
aſcenſione, & poſſidebimus illos, quoniam va-
lemus aduerſus eos.
32 *Homines verò qui abierant cum ipſo, dixe-*
runt: Non valemus aſcendere ad populnm, quia
fortiores nobis ſunt. 33 *Et euulgarunt exe-*
crationem de regione quam explorarunt, apud
filios Iſrail, ac dixerunt: Regio per quam tranſi-
uimus, eſt regio perdens incolas ſuos, & vniuer-
ſus populus quem vidimus in ipſa, ſunt magnæ
menſuræ.

23 فصعدوا اولا الي الداروم * وجاوا الي حبري * وثم احيمان
وشيشاي وتلماي بنو الجبابرة * وكانت حبري قد بنيت قبل مبير
مصر سبع سنين * 24 وجاوا الي وادي العنقود * وقطعوا من
ثم حبلة * وعنقود عنب واحدا * وحملوه بالدهق فيما بين اثنين *
ومن الرمان * ومن التين * 25 فلذلك سمي الموضع وادي
العنقود * بسبب العنقود الذي قطعه من ثم بنو اسرايل *
26 ورجعوا من روم البلد بعد اربعين يوما * 27 وساروا حتي
جاوا الي موسي وهرون وساير جماعة بني اسرايل الي برية فاران
الي رقيم * فاجابوهما بالخبر وساير الجماعة * واروهم ثمر الارض *
28 وقصوا عليه وقالوا * صرنا الي البلد الذي بعثت بنا اليه *
وحقا انه يفيض اللبن والعسل * وهذا ثمره * 29 خلا ان القوم
المقيمين به عزيزون * والقري حصينة عظيمة جدا * ورايناثم ايضا
اولاد الجبابرة * 30 والعمالقة مقيمون ببلد الداروم * والحيثيون
واليبوسيون والاموريون مقيمون في الجبل * والكنعانيون مقيمون
علي البحر * وعلي شاطي الاردن * 31 فاسكت كالب القوم
الي قول موسي وقال * بل نصعد صعودا ونحوزهم * فانا نطيقهم *
32 والقوم الذين مضوا معه قالوا * لا نطيق ان نصعد الي
القوم * لانهم اشد منا *
33 واخرجوا شناعة علي البلد الذي راموه الي بني اسرايل
وقالوا * البلد الذي مررنا فيه هو بلد يهلك اهله * وجميع القوم
الذين رايناهم فيه ذوو مساحة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Et aſcenderunt per meridiem, & venerunt vſque Hebron, & ibi Achiman, & Siſai, & Tolmai filij Anach.
Hebron autem ſeptem annis ædificata eſt ante Sohan Ægypti. 24 Et venerunt vſque ad torrentem Aeſchol,
& abſciderunt inde palmitem, & botrum vuarum vnum, quem cum vecte duo ferebant, & de malis puni-
cis, & de ficubus. 25 Locum illum vocauerunt torrentem Aeſchol propter botrum quem abſciderant
inde filij Iſrael. 26 Et reuerſi ſunt ab exploratione terræ poſt finem quadraginta dierum.
27 Iuerunt igitur, & venerunt ad Moſen, & Aaronem, & ad omnem Congregationem filiorum Iſrael in de-
ſertum Pharan in Cades, retuleruntque eis rem, & omni cætui, & oſtenderunt illis fructum terræ.
28 Narraueruntque ei, & dixerunt: venimus in terram ad quam miſiſti nos; hæc certè fluit lacte & melle:
En fructus eius. 29 Tantummodò fortis eſt populus qui habitat in terra, vrbes quoque ſunt munitæ,
& magnæ valde, filios etiam Anach vidimus ibi. 30 Amalech habitat in terra ad meridiem; Hethæi verò
& Heuæi, & Iebuſæi, & Amorrhæi habitant in monte, ſed Chananæi habitant iuxta mare, & ad latus Iorda-
nis. 31 Et compeſcuit Caleb populum aduerſum Moſen, dixitque ei, aſcendendo aſcendemus, & poſſidebi-
mus eam, quia præualendo præualebimus ei. 32 Sed viri qui aſcenderant cum eo, dixerunt: non poterimus
aſcendere ad populum iſtum, quoniam fortior eſt ille nobis. 33 Et euulgauerunt infamiam terræ quam ex-
plorauerant, filiis Iſrael dicendo: terra per quam tranſiuimus ad explorandam eam, terra eſt conſumens ha-
bitantes in ea, omniſque populus quem vidimus in medio eius, homines ſunt proceræ ſtaturæ.

34 Ibi quoque Vidimus gigantes filios gigan-
tum de gigantibus, fuimuſque in oculis eorum
quaſi locuſtæ, ſic inquam fuimus in oculis eo-
rum.

CAVT XIV.

ITaque vociferans vniuerſa congregatio,
extulerunt vocem ſuam cum fletu, & fleuit
populus nocte illa fletu magno. 2 Et murmurã-
tes in illo die aduerſus Moſen & aduerſus Aha-
ronem omnes filij Iſrael, dixerunt eis vniuerſa
turba, O vtinam mortui eſſemus per manum
Domini in terra Ægypti, vel certè in deſerto
iſto ô vtinam mortui eſſemus. 3 Quare intro-
ducit nos Dominus in terram hanc vt occum-
bamus gladio, & vxores noſtræ ac familiæ no-
ſtræ ſint prædæ? præſtantius erat nobis quando
morabamur in Ægypto. 4 Dixeruntque al-
ter ad fratrem ſuũ, Venite faciamus nobis du-
cem, & reuertamur in Ægyptum. 5 Corrue-
runt autem Moſes & Aharon ſuper facies ſuas
coram vniuerſo cœtu congregationis filiorum
Iſrael. 6 Et Ieſu filius Nun, nec non Caleb filius
Iophna *qui fuerant* de exploratoribus terræ, la-
cerauerunt veſtes ſuas. 7 Et dixerunt vniuerſæ
congregationi filiorum Iſrael, Terra per quam
tranſiuimus ad explorandam eam, optima ter-
ra eſt valde. 8 Si gratos nos habeat Dominus,
cùm introducet nos in terram iſtam, tùm dabit
nobis terram illã quæ fluit lacte & melle. 9 Mo-
dò contra Dñm ne rebelletis: vos verò ne for-
midetis populum terræ, quia panis noſter ſunt:
recedet enim robur eorum ab eis, & Dñs no-
biſcum eſt, ne formidetis eos. 10 Dixerunt au-
tem vniuerſa turba vt obruerent eos lapidibus.
Verùm gloria Dñi apparuit in nube in taberna-
culo temporis in cõſpectu omniũ filiorũ Iſrael.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

*34 Et vidimus ibi robuſtos filios gigantum ex for-
tiſsimis eorum, & facti ſumus in oculis noſtris
quaſi locuſtæ, & tales fuimus in oculis eorum.*

CAPVT XIV.

*ELeuauit ergo turba voces ſuas, & fleuerunt ea
nocte: 2 Et murmurauit de Muſa & de Ha-
rone congregatio filiorum Iſrail, & dixerunt eis: O
vtinam mortui eſſemus in regione Ægypti: O vti-
nam moriamur in iſto deſerto, 3 Potius quàm in-
troducat nos Deus in regionem illã, ne concidamur
gladio, & fiant vxores noſtræ viduæ, & infantes
noſtri præda: ſed certè melius eſt nobis redire in
Ægyptum. 4 Et dixerunt alter ad alterum:
Præficiamus principes noſtros, & reuertamur in
Ægyptum. 5 Et corruerunt Muſa & Haron
ſuper facies ſuas coram turma cœtus filiorũ Iſrail.
6 Iuſaa verò filius Nun, & Calib filius Ieſonna de
exploratoribus regionis, conſciderunt veſtimenta
ſua. 7 Et dixerunt cœtui filiorum Iſrail ſermo-
nem: Regio per quam tranſiuimus vt explorare-
mus eam, eſt regio bona valde valde. 8 Si fuerit
Deo placitum in nobis, introducet nos in eam, &
dabit illam nobis, regionem manantem lacte &
melle. 9 Verùm aduerſus Deum ne murmure-
tis, & ne timeatis habitatores regionis: nam cibus
noſter ſunt, & euaneſcet vmbra eorum ab ipſis, &
Deus nobiſcum eſt, ne ergo timeatis eos. 10 Pa-
rum verò abfuit quin totus populus peterent
vtrunque lapidibus. Tum apparuit ſplendor Dei
in tabernaculo præſentiæ omnibus filiis Iſrail.*

34 ورأينا ثم العلوج بني الجبابرة من علوجهم * فصرنا في
عيوننا كالجراد * وكذلك كنا في عيونهم *

* الفصل الرابع عشر *

1 فرفع الجماعة أصواتهم * وبكوا في تلك الليلة * 2 وتمرمر
على موسى وهارون جماعة بني اسرايل * وقالوا لهم يا ليتنا
متنا في بلد مصر * يا ليتنا متنا في هذا البر * 3 ولا يدخلنا الله
الى ذلك البلد * فنقطع بالسيف * ويصير نساونا أرامل * وأطفالنا
غنيمة * الا ان الاصلح لنا الرجوع الى مصر * 4 ثم قال بعضهم
لبعض * نولي روسا * ونرجع الى مصر * 5 فوقع موسى وهرون
على وجوههما بحضرة جوق جماعة بني اسرايل * 6 ويوشع
بن نون وكالب بن يفنا من رايمي البلد خرقا ثيابهما *
7 وقالا لجماعة بني اسرايل قولا * البلد الذي مررنا فيه لروية
بلد جيد جدا جدا * 8 ان كان لله مراد فينا ادخلناه ووهبه
لنا * بلد يفيض اللبن والعسل * 9 واما على الله فلا تتمرروا * ولا
تخافوا اهل البلد * فانهم طعامنا * وسيزول ظلهم عنهم * والله معنا *
فلا تخافوهم * 10 فكاد جميع الشعب ان يرجموهما بالحجارة * ثم
ظهر نور الله في خباء المحضر لجميع بني اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

34 Ibi quoque vidimus gigantes filios Enach de gigantibus, & fuimus in oculis noſtris ſicut locuſtæ, & ſic
fuimus in oculis eorum. Tum murmurauerũt filij Iſrael in tentoriis ſuis, & dixerunt: cum odiſſet nos Dominus,
eduxit nos de terra Ægypti vt daret nos in manum Amorrhæorum ad diſperdendum nos. Quò nos aſcendemus?
cum fratres noſtri liqueſcere fecerint cor noſtrum dicendo, populus maior eſt, & numeroſior nobis; vrbes ma-
gnæ ſunt, & munitæ vſque ad cælos, atque etiam filios Enach vidimus ibi. Et dixit Moſes filiis Iſrael, ne con-
ſternemini, neque timeatis ab iis, Dominus Deus veſter, qui incedit ante faciem veſtram, ipſe pugnabit pro vo-
bis ſecundum omnia quæ fecit vobiſcum in Ægypto in oculis veſtris & in deſerto. Nam vidiſti quod portat te
Dominus Deus tuus ſicut portat vir filium ſuum, per omnem viam quam iuiſtis vſque dum veniretis ad locum
iſtum: ſed propter rem iſtam non creditis Domino Deo veſtro qui incedit ante faciem veſtram per viam vt in-
quirat vobis locum pro caſtrametationibus veſtris, in igne per noctem ad illuminandum vos in via quam am-
bulatis, & in nube per diem.

CAPVT XIV.

ET leuauit omnis Congregatio, & dedit vocem ſuam, fleuitque populus nocte iſta. 2 Et murmuraue-
runt aduerſus Moſen, & aduerſus Aaronem omnes filij Iſrael, dixeruntque illis omnis Congregatio, vti-
nam mortui eſſemus in terra Ægypti, vel in hoc deſerto, vtinam mortui eſſemus. 3 Et quare Dominus in-
troduxit nos in terram iſtam vt concidamus gladio, vxores noſtræ, & paruuli noſtri ſint in prædam; nonne
melius eſſet nobis reuerti in Ægyptum? 4 Dixeruntque vnus ad alterum, ſtatuamus ducem, & reuerta-
mur in Ægyptum. 5 Tum ceciderunt Moſes & Aaron ſuper facies ſuas coram omni cœtu Congregationis
filiorum Iſrael. 6 Et Ioſue filius Nun, & Caleb filius Iephone ex exploratoribus terræ ruperunt veſtimenta
ſua. 7 Et dixerunt omni Congregationi filiorum Iſrael, hæc verba: Terra per quam tranſiuimus ad explo-
randum eam, bona eſt terra valde valde. 8 Si complacet in nobis Dominus introducet nos in terram iſtam,
& dabit illam nobis, terram fluentem lacte & melle. 9 Tantùm in Dominum ne rebelletis, neque timeatis
populum terræ, quia panis noſter ſunt: receſſit vmbra eorum ab eis, ſed Dominus nobiſcum eſt, ne timeatis
eos. 10 Loquebatur autem omnis Congregatio de iis obruendis lapidibus, tum gloria Domini apparuit
in tabernaculo teſtimonij omnibus filiis Iſrael.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

11 Dixitque Dominus ad Moſen, Vſquequo
ad iracundiam prouocabunt me populus iſte?
& vſquequo non credent mihi in omnibus
ſignis quæ feci inter eos. 12 Percutiam illos
mortalitate, & perdam eos, faciamque te in
gentem maiorem & robuſtiorem ipſis. 13 Ait
autem Moſes ad Dominum, Audient Ægyptij
de quorum medio eduxiſti in fortitudine tua
populum iſtum. 14 Dicentque habitatores
terræ huius, qui audierunt quòd tu Domine ſis
in medio huius populi, quòd oculo ad oculum
apparueris Domine, & nubes tua ſtet ſuper eos,
& in columna nubis præceſſeris eos interdiu,
& in columna ignis noctu: 15 Et cùm inter-
feceris populum iſtum quaſi hominem vnum,
dicent gentes quæ audierunt nomen tuum:
16 Quia non potuit Dominus introducere po-
pulum iſtum in terram pro qua iurauerat patri-
bus eorum, idcirco mactauit eos in deſerto.
17 Nunc ergo magnificetur fortitudo tua Do-
mine quemadmodum locutus es, ac dixiſti.
18 Domine, longus eſt ſpiritus tuus, & multa
bonitas tua, & remittens iniquitatem atque
peccatum, at iuſtificando non iuſtificans, viſi-
tans delicta patrum ſuper filios, & ſuper filios
filiorum, & ſuper tertiam & quartam genera-
tionem. 19 Dimitte ergo ſcelus populi hu-
ius ſecundùm multitudinem bonitatum tua-
rum, prout peperciſti eis ab Ægypto vſque mo-
dò. 20 Dixit Dominus ad Moſen, Peperci
eis iuxta verbum tuum.
21 Verumtamen viuo ego: impleta quidem
eſt gloria Domini vniuerſa terra.
22 At omnes viri qui uiderunt gloriam meam,
& ſigna quæ feci in Ægypto, & in deſerto, &
tentauerunt me en iam decem vicibus, nec
audierunt vocem meam:

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

11 *Et dixit Deus Muſæ : Vſquequo reſiſtent mihi populus iſte? & quouſque non credent in me poſt omnia miracula quæ patraui inter eos.*
12 *Merentur vt percutiam eos peſte, & conſumam eos, & conſtituam te in gentem maiorem & copioſiorem eis.*
13 *Ait Muſa ad Deum: Audient hoc Ægyptij, è quorum medio eduxiſti iſtos cum potentia tua.*
14 *Et dicent cum incolis huius regionis qui audierunt quòd te Deum* nempè *ſplendorem tuum inter populum hunc videant oculatim : & nubes tua conſideat ſuper eos : & in columna nubis gradiaris ante eos diu, & in columna ignis noctu.* 15 *Cùm ergo occideris eos omnes quaſi virum vnum, dicent omnes gentes quæ audierunt famam hanc tuam, ſermonem* huiuſmodi:
16 *Eo quòd non valuit Dominus introducere populum iſtum in regionem quam promiſerat eis, occidit eos in deſerto.*
17 *Et nunc appareat magnitudo potentiæ tuæ ô Domine, quemadmodum dixiſti mihi.* 18 *Tu enim es Deus diuturnæ patientiæ, abundans gratiis, condonans culpam & delictum, & iuſtificans & nequaquam iuſtificans : exigens ſcelera patrum à filiis & nepotibus & abnepotibus.* 19 *Remitte culpam huius populi multitudine gratiæ tuæ, & ea ratione qua tolerasti eos ab Ægypto vſque modò.*
20 *Dixit Deus ad illum, Iam remiſi eis accelerationem* pœnæ *ſicut petiſti.*
21 *Verumtamen per durationem meam ſempiternam, & per ſplendorem meum qui replet totam terram,*
22 *Omnes viri qui viderunt gloriam meam & ſigna mea quæ feci in Ægypto, & in deſerto, & tentauerunt me hac vice decima, & non ſuſceperunt præceptum meum:*

11 وقال الله لموسى الى كم يعصونى هاولاء القوم * والى كم لا
يومنون بى مع جميع الايات التى صنعتها فيما بينهم *
12 يستحقون ان اضربهم بالوباء واقرضهم * واجعلك امة اعظم
واكثر منهم * 13 قال موسى لله * فيسمع ذلك المصريون
الذين اصعدت هاولاء من بينهم بقدرتك *
14 فيقولون مع اهل هذا البلد الذين سمعوا انك الله نورك
فيما بين هاولاء القوم يروه عيانا بعين * وغمامك مقيم عليهم *
وبعمود غمام يسير بين ايديهم نهارا وبعمود نار ليلا *
15 فاذا قتلتهم اجمعين كرجل واحد * قال جميع الامم الذين
سمعوا اخبارك هذه قولا *
16 بما لم يطق الرب ان يدخل هاولاء القوم الى البلد الذى
وعدهم به قتلهم فى البر *
17 والان يتبين عظم قدرتك يا رب كما قلت لى *
18 انك الله طويل الامهال * كثير الفضل * غافر الذنب والجرم *
ويبرئ * ولا يبرئ مطالب بذنوب الاباء مع البنين * والثوالث *
والروابع * 19 اصفح ذنب هاولاء القوم بكثرة فضلك * وكما
احتملت لهم من مصر الى الان * 20 قال الله له * لقد صفحت
لهم المعاجلة كما سالت * 21 ولكن وبقائى الدائم ونورى
الذى يملا جميع الارض * 22 ان جميع الرجال الذين راوا
كرمى واياتى التى صنعتها فى مصر وفى البرية * وامتحنونى هذه
المرة العاشرة * ولم يقبلوا امرى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Et dixit Dominus Moſi, vſquequo contemnet me populus iſte, & vſquequo non credet mihi in omnibus
ſignis quæ feci in medio eius? 12 Percutiam eos peſte, & expellam eos; faciam verò te, & domum patris tui in
gentem maiorem & robuſtiorem iſta. 13 Dixitque Moſes Domino, at audiet Ægyptus: aſcendere enim
feciſti cum virtute tua populum iſtum de medio eius. 14 Dicentque habitatoribus terræ iſtius qui audie-
runt quod tu Domine es in medio populi iſtius, quod oculo in oculo conſpectus ſis Domine, nubeſque tua
ſtet ſuper eos, & in columna nubis incedas ante illos per diem, & in columna ignis per noctem.
15 Si occideris populum iſtum tanquam vnum hominem, dicent inquam gentes quæ audierunt famam tuam
in hunc modum. 16 Eo quod non potuit Dominus introducere populum iſtum in terram quam iurauit eis,
mactauit eos in deſerto. 17 Nunc autem magnificetur quæſo virtus Domini mei, ſicut locutus eſt dicens.
18 Dominus tardus eſt ad iram, & multus miſericordia & veritate, aufert iniquitatem, & præuaricatio-
nem, & peccatum, illi innocens eſt innocens, viſitat iniquitatem patrum ſuper filios, & ſuper tertiam &
quartam generationem. 19 Dimitte quæſo iniquitatem populi iſtius ſecundum magnitudinem miſeri-
cordiæ tuæ, ſicut condonaſti populo huic ab Ægypto & huc vſque.
20 Et reſpondit Dominus, dimiſi ſecundum verba tua. 21 Et certè viuo ego, repletque gloria Domini
vniuerſam terram. 22 Quoniam omnes homines qui viderunt gloriam meam, & ſigna mea quæ feci in Ægy-
pto, & in deſerto, & tentauerunt me iam decem vicibus, & non audierunt vocem meam.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

23 Si viderint terram quam iuramento ſum
pollicitus patribus eorum : omnes irritatores
mei non videbunt eam. 24 Seruus autem
meus Caleb, propterea quòd fuit ſpiritus meus
cum eo,& perfecit poſt me, illum introducam
in terram quam ingreſſus eſt,& ſemen eius poſ-
ſidebit illam, 25 Nec non Amalecitas, &
Chananæos degentes in monte. Cras conuer-
timini,& diſcedite ad ſolitudinem ad viam ma-
ris Suph. 26 Locutuſque eſt Dominus cum
Moſe & cum Aharone, & dixit ad eos.
27 Vſquequo cœtus iſte malus murmurabunt
coram me ? murmurationem quam murmu-
rant coram me filij Iſrael, audiui. 28 Dic eis,
Viuus ego ſum, ait Dominus, ſi non vt dixiſtis
coram me, ſic faciam vobis. 29 In ſolitudine
hac corruent cadauera veſtra cum toto nume-
ro veſtro totoque cenſu veſtro, à filio viginti
annorum & ſupra, eo quòd murmuraueritis
aduerſus me. 30 Non ingrediemini in terram
pro qua leuaueram manum meam vt colloca-
rem vos in ea præter Caleb filium Iophna, &
Ieſum filium Nun. 31 Familiæ verò veſtræ
quas dixiſtis in prædam futuras,& filij veſtri qui
ignorant hodie bonum ac malum, ipſi ingre-
dientur terram:& adducam eos, agnoſcentque
terram quam reſpuiſtis. 32 Et cadauera veſtra,
veſtra *inquam* corruent in iſta ſolitudine. 33 Fi-
lij autem veſtri erunt paſcentes in deſerto hoc
quadraginta annis, recipientque ſcortationem
veſtram, donec abſumantur cadauera veſtra in
iſto deſerto. 34 Iuxta numerum dierum quibus
exploraſtis terram, quadraginta *nempe* diebus,
diem pro anno recipietis iniquitatem veſtram,
nempe quadraginta annis : & ſcietis quòd quia
murmuraſtis coram me, 35 Ego Dominus dixi
me ita facturum vniuerſæ congregationi huic
peſſimæ *veſtrum* qui conueniſtis ante me:in iſta
ſolitudine cõſumentur, ibidemque morientur.

VERSIO-SAMARITANA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

23 *Non videbunt regionem de qua iuraui patribus*
eorum. & ſimiliter omnis qui contradixerit mihi,
non videbit eam. 24 *At verò ſeruum meum Ca-*
lib, pro eo quòd habuerit aliam ſententiam qua ſe-
ctatus eſt obedientiam meam, introducam omnino
in regionem ad quam iuit, & ſtirpi ſuæ relinquet
illam in hæreditatem. 25 *Et nunc Amalecitæ &*
Chananæi commorantur in prato, conuertimini er-
go cras, & proficiſcimini ad deſertū, ad viam ma-
ris rubri. 26 *Deinde allocutus eſt Deus Muſam,*
& Haronem ſermone huiuſmodi: 27 *Quouſque*
cōſeruabo hunc cœtum prauū, qui murmurare fecit
plebem meam cōtra me. Et iam audiui murmura-
tionem filiorum Iſrail quam murmurauerunt ad-
uerſum me. 28 *Sed dic eis: Per durationem meam*
æternam, ait Deus, faciam omnino vobis quemad-
modum dixiſtis in præſentia mea, 29 *Et in hoc de-*
ſerto decident corpora veſtrûm qui numerati ac
recenſiti eſtis à filio viginti annorum & ſupra,
ſicuti murmuraſtis de me. 30 *Et ſi vos ingrediemi-*
ni in regionem quam iuraui per mandatum meum
daturum me Ebrahimo, & Jſhac, & Iacobo, præ-
ter Calib filium Ieſonna, & Iuſaa filium Nun,
31 *Et infantes veſtros quos dixiſtis faciendos eſſe*
prædam. Eos enim introducam, vt cognoſcant re-
gionē quam deſpexiſtis. 32 *At verò corpora veſtra*
cadent in regione iſta. 33 *Et filÿ veſtri manebunt*
errantes in ſolitudine quadraginta annis, reiicient-
que errorem veſtrum in conſumptionem corpo-
rum veſtrorum in ipſa. 34 *Iuxta numerum die-*
rum quibus exploraſtis regionem quadraginta
diebus, anno pro qualibet die portabitis ſcelera
veſtra, integro ſpatio quadraginta annorum, &
cognoſcetis locum moleſtiæ meæ.
35 *Ego Deus dixi hoc, & faciam illud in vni-*
uerſo cœtu iſto prauo congregato aduerſum me:
In hoc deſerto conſumentur morte.

23 لا راوا البلد الذي اقسمت عليه لاباىهم * وكذلك كل من
عصاني لا يراه * 24 واما عبدي كالب فجرا ما كان له راي
اخر اتبع به طاعتي * لادخلنه الي البلد الذي صار اليه * ولنسله
يورثه * 25 والان فالعمالقة والكنعانيون مقيمون في المرج * فولوا
في غد وارحلوا الي البرية الي طريق بحر القلزم * 26 ثم كلم
الله موسي وهارون تكليما * 27 الي كم ابقي هذه الجماعة
الردية التي دمرت الامة علي * ولقد سمعت تدمر بني اسرايل
الذي تدمروه علي * 28 الا قل لهم * وبقاي الدايم يقول الله
لاصنعن بكم كما قلتم بحضرتي * 29 وفي هذا البر تقع
اجسادكم من معدود ومحصي منكم من ابن عشرين سنة
فصاعدا كما تدمرتم علي * 30 وان انتم دخلتم الي البلد
الذي اقسمت بامري ان اعطيه ابراهيم واسحاق ويعقوب * الا
كالب بن يفنا ويوشع بن نون * 31 واطفالكم الذين قلتم
انهم يصيرون غنيمة * فاني ادخلهم حتي يعرفوا البلد الذي
زهدتم فيه * 32 واما اجسادكم انتم فتقع في هذا البلد *
33 وبنوكم يقيمون تايهين في البر اربعين سنة * فيرمون
طغيانكم الي فناء اجسادكم فيه * 34 باحصاء الايام التي
رستم فيها البلد اربعين يوما لكل يوم سنة تحملون اوزاركم
تمام اربعين سنة * فتعرفون موضع اعناتي * 35 انا الله قلت
ذلك * واصنعه بجميع هذه الجماعة الردية المجتمعة علي * في هذا
البر يفنون بالموت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Si videant terram quam iuraui patribus eorum me daturum eis: Omnes enim contemptores mei non vi-
debunt eam. 24 Seruum autem meum Caleb, quoniam fuit ſpiritus alter cum eo, & obſecutus eſt mihi, in-
troducam in terram quam ingreſſus eſt, & ſemen eius poſſidebit eam. 25 Amalecita autem, & Cha-
nanæus habitat in valle: cras reuertimini, & proficiſcimini in deſertum per viam maris rubri. 26 Et locutus eſt
Dominus Moſi & Aaroni dicens. 27 Quouſque Congregationem iſtam malam quæ murmurat contra me?
murmura filiorum Iſrael quæ murmurauerunt contra me audiui. 28 Dic eis, viuo ego, dicit Dominus, niſi
quemadmodum locuti eſtis in auribus meis, ſic fecerim vobis. 29 In deſerto iſto cadent cadauera veſtra,
omneſque recenſiti veſtri ſecundum numerum veſtrum, a viginti annis & ſupra qui murmuraſtis aduerſus me.
30 Si vos ingrediamini in terram de qua leuaui manum meam vt habitare facerem vos in ea, præter Caleb
filium Iephone, & Ioſuam filium Nun. 31 Paruulos autem veſtros de quibus dixiſtis, in prædam erunt, intro-
ducam, & cognoſcent terram quam ſpreuiſtis. 32 Sed cadauera veſtra cadent in deſerto iſto.
33 Filij verò veſtri erunt paſtores in deſerto quadraginta annis, portabuntque fornicationes veſtras, donec
conſumantur corpora veſtra in deſerto. 34 Pro numero dierum quibus exploraſtis terram, quadraginta
diebus, dies quiſque erit pro anno: portabitis iniquitatem veſtram quadraginta annis, & cognoſcetis vltio-
nem meam. 35 Ego Dominus locutus ſum, niſi hoc fecerim omni Congregationi huic malæ conuenien-
tium aduerſum me, in deſerto iſto conſumentur, & ibi morientur.

[illegible]

36 Et viri quos miſerat Moſes ad exploran-
dam terram, reuerſique excitauerant aduerſus
eum murmur totius congregationis euulgan-
tes famam peſſimam de terra: 37 Viri *inquam*
illi qui euulgauerant infamiam de terra, mortui
ſunt morte ſubita coram Domino. 38 Ieſus
autem filius Nun, & Chaleb filius Iophna vixe-
runt ex viris illis qui abierant ad explorandam
terram. 39 Retulit ergo Moſes ſermones iſtos
ad omnes filios Iſrael: ſederuntque populus in
luctu magno. 40 Mane verò conſurgentes
aſcenderunt in cacumen montis, & dixerunt,
Ecce aſcendimus ad locum de quo dixit nobis
Dominus: nam peccauimus. 41 Et ait illis
Moſes, Quare tranſgreſſi eſtis verbum oris Do-
mini? propterea *rem propoſitam* non perduce-
tis ad extremum. 42 Ne aſcendatis, quia ne-
quaquam adeſt vobis Dominus, vt non conte-
ramini coram hoſtibus veſtris. 43 Nam Cha-
nanæi, & Amalecitæ ſunt illic ante vos, & cor-
ruetis gladio, eo quòd receſſeritis à veſtigiis
Domini, nec aderit vobis Dominus. 44 Atta-
men cœperunt aſcendere ad cacumen montis:
arca verò fœderis Domini & Moſes non receſ-
ſerunt de medio caſtrorum. 45 Deſcenderunt
autem Amalecitæ & Chananæi qui habitabant
in monte illo, & interfecerunt eos, & per-
ſecuti ſunt eos vſque ad Horma.

CAPVT XV.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 2 Loquere cum filiis
Iſrael, & dic eis, Cùm ingreſſi fueritis terrá ha-
bitationis veſtræ, quam ego ſum vobis daturus
in hæreditatem: 3 Offerte oblationem Domi-
no holocauſtum, aut ſacrificium: ſeparate vo-
tum aut ſeparationem: vel certè in ſolennita-
tibus veſtris: & facite odorem ſuffitus Domino
de bobus & de capris.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

36 Et viri quos miſerat Muſa ad explorandam
regionem, reuerſique fuerant, ac murmurare fe-
cerant contra eum turbam, & produxerant con-
tumeliam terræ: 37 Mortui ſunt ij viri nece
ſubita coram Deo. 38 Et Iuſaa filius Nun, &
Calib filius Ieſonna vixere ex ſumma virorum
qui abierant, & explorauerant regionem.
39 Cùmque locutus fuiſſet Muſa hunc ſermo-
nem ad congregationem filiorum Iſrail, contriſta-
tus eſt populus vehementer. 40 Et ſurgentes
ſummo mane, aſcenderunt ad verticem montis,
& dixerunt: Ecce nos aſcendimus ad locum ad
quem præcepit nobis Deus aſcendere, iam enim
peccauimus. 41 Dixit eis Muſa: Ne tranſgre-
diamini mandatum Dei, non enim proſpere ſuc-
cedet. 42 Ne aſcendatis, quia Deus non
eſt vobiſcum, vt ne proſternamini coram ini-
micis veſtris. 43 Quia Amalecitæ & Cha-
nanæi ſunt ibi ante vos, & concidemini gla-
dio, quoniam receſsiſtis ab obedientia Dei, & non
erit Deus auxilium veſtrum. 44 Pararunt
autem ſe, aſcenderuntque ad verticem montis: &
arca fœderis Dei, & Muſa perſtiterunt in medio
caſtrorum. 45 Deſcenderunt ergo Amalecitæ &
Chananæi degentes in eo monte, & percuſſerunt
illos, & contriuerunt eos ad Horma.

CAPVT XV.

Collocutus eſt etiam Deus cum Muſa, dicens:
2 Præcipe filiis Iſrail, & dic eis: Cùm in-
greſſi fueritis in regionem habitationis veſtræ,
quam ego daturus ſum vobis illic,
3 Et obtuleritis ſacrificium Deo holocauſtum
aut victimam gratuitam, ex voto aut dono,
in ſolennitatibus veſtris: & volueritis vt ſit ac-
ceptum placabile apud Deum, de bobus, vel de
ouibus:

36 والرجال الذين بعث بهم موسى ليروموا البلد * فرجعوا
ودمروا عليه الجماعة * واخرجوا شناعة الارض * 37 فمات
اوليك الرجال بالصدام بين يدي الله * 38 ويوشع بن نون *
وكالب بن يفنا عاشا من جملة الرجال الذين مضوا فراموا البلد *
39 ولما كلم موسى بهذا الكلام جماعة بني اسرايل حزن القوم
جدا * 40 وادلجوا في الغداة * فصعدوا الى راس الجبل *
وقالوا ها نحن صاعدون الى الموضع الذي امرنا الله بالصعود
اليه * فقد اخطانا * 41 قال لهم موسى * لا تتجاوزوا امر الله *
فانها لا تنجح * 42 فلا تصعدوا ان الله ليس معكم * ولا
تتصدموا بين يدي اعدايكم * 43 لان العمالقين
والكنعانيين ثم بين ايديكم * فتقطعون بالسيف لانكم
رجعتم عن طاعة الله * ولا يكون الله عونكم * 44 فاعتدوا
وصعدوا الى راس الجبل * وصندوق عهد الله وموسى لم
يزولا في وسط المعسكر * 45 فنزل العمالقة والكنعانيون المقيمون
في ذلك الجبل * فضربوهم وحطموهم الى حرما *

* الفصل الخامس عشر *

1 ثم خاطب الله موسى قايلا * 2 مر بني اسرايل وقل لهم *
اذا دخلتم الى بلد سكناكم الذي انا معطيكم هناك *
3 فقربتم قربانا لله صعيدة * او ذبح تسويغ * نذرا او تبرعا في
اعيادكم * واردتم ان يكون مقبولا مرضيا عند الله من البقر
او من الغنم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

36 Homines autem quos miſerat Moſes ad explorandam terram, & reuerſi fuerant, quique ad murmur concita-
uerant contra eum vniuerſam congregationem proferendo verba ignominioſa aduerſus terram. 37 Mortui
ſunt homines illi diffamatores terræ in plaga ante Dñm. 38 Sed Ioſue filius Nun, & Caleb filius Iephone vixe-
runt ex hominibus illis qui iuerant exploratum terram. 39 Locutuſque eſt Moſes verba hæc omnibus filiis
Iſrael, & luxit populus valde. 40 Surrexerunt tamen manè, & aſcenderũt in verticem mõtis, dicentes: Ecce nos
aſcendimus ad locum de quo dixit Dominus, quia peccauimus. Sed dixit Dñs Moſi, dic eis, ne aſcendatis, neque
prælíemini, nam ego non ſum in medio veſtri, vt non percutiamini coram inimicis veſtris. 41 Dixit ergo Moſes,
vt quid tranſgredimini mandatum Dñi? hoc proſperè non ſuccedet. 42 Ne aſcendatis, nam non eſt Dñs in me-
dio veſtri, vt non percutiamini coram inimicis veſtris. 43 Amalecita enim, & Chananæus ſunt ibi ante vos,
concidetiſque gladio: quoniam receſſiſtis à Dño, ideo non erit Dñs vobiſcum. 44 Audacter tamen conten-
derunt aſcendere in verticem montis; arca autem fœderis Domini & Moſes non mouerunt ſe de medio Ca-
ſtrorum. 45 Deſcendit autem Amalecita & Chananæus qui habitat in monte iſto obuiàm eis, & perſecuti ſunt
eos ſicut facta fuerant verba, & percuſſerunt eos, & contriuerunt eos vſque Horma, & reuerſi ſunt in Caſtra.

CAPVT XV.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Loquere filiis Iſrael, diceſque eis: cum veneritis in terram habi-
tationum veſtrarum quam ego dabo vobis. 3 Et feceritis ſacrificium ignitum Domino, holocauſtum,
aut ſacrificium vt ſoluatis vota; vel in ſpontaneis oblationibus, vel in ſolemnitatibus veſtris vt faciatis odorem
ſuauitatis Domino de bobus vel de ouibus.

[illegible]

4 Offerat autem is qui offeret oblationem ſuam Dño, farinæ ſimilaginis decimam partem ſubactam quarta parte heminæ olei. 5 Et vinum pro libatione, quartam partem heminæ offer ſuper holocauſtū, aut pro ſacrificio agni vnius,
6 Aut pro ariete vno. & facite oblationē ſimilaginis duas decimas ſubactas olei tertia parte heminæ. 7 Et vinum pro libamine tertiam partem heminæ offer in odorem ſuffitus Domino.
8 Quod ſi offeras filium bouis in holocauſtum pacificum Dño aut victimam, ad hoc vt ſepares votum vel pacificum Dño: 9 Offer ſuper filium bouis pro oblatione, ſimilaginis tres decimas ſubactas olei dimidia hemina. 10 Vinum quoque offer pro libamine dimidiā heminam, oblationem in odorem ſuffitus Dño. 11 Sic facite iuuenco vni, & arieti vni, aut agno vni ex ouibus vel ex capris. 12 Iuxta numerum quem facietis, ſecundùm eundem numerum facite vnicuique. 13 Omnes domeſtici Iſraelis faciant iſta ſic, offerantque oblationes ſuas in odorem ſuffitus Dño. 14 Et ſi commoretur vobiſcum is qui ad me conuertitur, aut inter vos in generationes veſtras, feceritque oblationem odoris ſuaueolentiæ Dño: quemadmodum facitis vos, ſic faciat. 15 Lex eadem ſit vobis & ei qui conuertitur ad me commoranti vobiſcum, lex perpetua in generationes veſtras: is qui conuertitur ad me, ſimilis erit vobis coram Domino.
16 Lex eadem & iudicium idem ſit vobis atque iis qui conuertuntur ad me commorantibus vobiſcum. 17 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 18 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis, Cùm ingreſſi fueritis terram ad quam ego ſum vos introducturus: 19 Quando comedetis de pane terræ, ſeparate ſeparationem Domino 20 De primitiis paſtarum veſtrarum: placentam ſeparate. iuxta ſeparationem areæ, ſic ſeparate eam.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

4 *Offerat dominus illius ſacrificij cum ipſo, Deo de frumento decimam ſimilæ ſubactam quarta parte heminæ olei, & vinum pro temperamento quartam partem heminæ.* 5 *Eleuetque illud cum holocauſto aut cum victima, pro agno vno.* 6 *Pro ariete verò offer ex frumento duas decimas ſimilæ ſubactas tertia parte heminæ olei:* 7 *Et vinum pro temperamento tertiam partem heminæ offeres, acceptum placabile apud Deum.* 8 *Et ſi feceris de bobus holocauſtum, aut victimam, aut donum voti aut pacis Deo:* 9 *Offer cum ipſo de frumento tres decimas ſimilæ ſubactas dimidia hemina olei.* 10 *Et vinum offer pro temperamento mediam heminam, acceptum placabile apud Deum.* 11 *Sic fiet cum omni boue, & cum omni ariete, & cum ſingulis agnis, aut capris.* 12 *Iuxta numerum eius quod offeretis ex ipſis, ſic facite cum vnoquoque ex numeratis.* 13 *Ita faciet quilibet indigena cùm obtulerit ſacrificium acceptum placabile apud Deum.* 14 *Et quicunque aduena ingreſſus fuerit vobiſcum, vel habitauerit inter vos in ſeriem progenierum veſtrarum, feceritque ſacrificium quod velit eſſe acceptum placabile apud Deum: quemadmodum facietis, ita faciat.* 15 *O turba, præceptum vnum erit vobis & peregrino alienigenæ, præceptum ſempiternum in ſeriem generationum veſtrarum. Quemadmodum peregrinus eſt ſicut vos coram Deo,* 16 *Ita lex, & iudicium idem erit vobis & peregrino alienigenæ inter vos.* 17 *Item locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:* 18 *Impera filiis Iſrail, & dicito illis: Cùm ingreſſi fueritis in regionem ad quam ego introducturus ſum vos:* 19 *Quando comedetis ex eius eſca, attollite eleuationem* 20 *Primæ maſſæ veſtræ: placentam attolletis eam in eleuationem: non ſecus ac eleuationem ſementis attolletis eam.*

4 فليقرب صاحب ذلك القربان معه لله من البر عشر سميذ
ملتوتا بربع قسط دهن * وخمرا للمزج ربع قسط * 5 يصعده
مع الصعيدة او مع الذبح للحمل الواحد * 6 وللكبش
فقرب من البر عشري سميذ ملتوتين بثلث قسط دهن *
7 وخمرا للمزج ثلث قسط تقربه مقبولا مرضيا عند الله *
8 وان صنعت من البقر صعيدة * او ذبحا * او تسويغ نذر او
سلامة لله * 9 فقرب معه من البر ثلاثة اعشار سميذ ملتوتة
بنصف قسط دهن * 10 وخمرا قربها للمزاج نصف قسط مقبولا
مرضيا عند الله * 11 كذا يصنع مع كل ثور * ومع كل كبش *
ومع كل راس من الحمل او من الماعز * 12 بحسب احصائكما
تقربون منها * كذاك اصنعوا مع كل واحد من المحصيات *
13 كذا يصنع كل صريحي اذا قرب قربانا مقبولا مرضيا عند الله *
14 واي دخيل دخل معكم * او سكن فيما بينكم على مر اجيالكم *
فعمل قربانا اراد ان يكون مقبولا مرضيا عند الله * فكما تصنعون
كذاك فليصنع * 15 يا ايها الجوق * رسم واحد يكون لكم وللغريب
الدخيل * رسم الدهر على مر اجيالكم * كما ان الغريب مثلكم
بين يدي الله * 16 كذاك شريعة وحكم واحد يكون لكم
وللغريب الدخيل فيما بينكم * 17 ثم كلم الله موسى قايلا *
18 مر بني اسرايل وقل لهم * اذا دخلتم الى البلد الذي انا
مدخلكم اليه * 19 فمتى ما اكلتم من طعامه * فارفعوا رفعة
20 اول عجينكم * جردقة ترفعوها رفعة * كرفعة البذار ترفعونها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Tum offeret offerens munus ſuum Domino, oblationem ſimilæ, decimam conſperſam cum quarta parte
Hin olei. 5 Vini quoque in libationem quartam partem Hin facies in holocauſtum, aut in ſacrificium pro
agno vno. 6 Vel pro ariete facies oblationem, ſimilæ duas decimas conſperſæ cum olei tertia parte Hin.
7 Vini verò in libationem tertiam Hin offeres odorem ſuauitatis Domino.
8 Cum autem facies de bobus holocauſtum, aut ſacrificium ad ſoluendum votum, aut pacifica Domino.
9 Tum offeret præter vitulum oblationem, ſimilæ tres decimas conſperſæ cum olei dimidio Hin.
10 Vini etiam offeres in libationem dimidium Hin, ſacrificium ignitum odoris ſuauis Domino.
11 Sic fiet boui vni, aut arieti vni, aut pecudi de agnis vel de capris. 12 Secundum numerum eorum quæ
facietis, ſic facietis vni pro numero eorum. 13 Omnis indigena faciet ſic iſta vt offerat ſacrificium ignitum
odoris ſuauis Domino. 14 Cum etiam peregrinatus fuerit vobiſcum peregrinus, aut qui eſt in medio veſtri
in generationibus veſtris, feceritque ſacrificium ignitum odoris ſuauis Domino, ſicut facitis ſic faciet.
15 O Congregatio, præceptum vnum erit vobis, & peregrino peregrinanti. Præceptum eſt æternum in generationibus veſtris: vt vobis, ita Peregrino erit coram Domino. 16 Lex vna, & iudicium vnum erit vobis,
& peregrino peregrinanti vobiſcum. 17 Præterea locutus eſt Dominus Moſi dicens. 18 Loquere filiis Iſrael,
dices autem eis, cum veneritis in terram in quam ego vos introduco. 19 Tum quando comedetis de pane terræ, offeretis oblationem eleuationis Domino. 20 Primitias conſperſionum veſtrarum placentam offeretis
oblationem eleuationis; iuxta oblationem eleuationis areæ, ita offeretis eam.

[illegible] 21

[illegible] 22

[illegible] 23

[illegible] 24

[illegible] 25

[illegible] 26

[illegible] 27

[illegible] 28

[illegible] 29

[illegible] 30

[illegible] 31

[illegible] 32

21 Primitias paſtarum veſtrarum date ſeparationem Domino, in generationes veſtras.
22 Quòd ſi obliuiſcamini, nec faciatis hæc omnia præcepta quæ locutus eſt Dominus cum Moſe:
23 Omnia *inquam* quæ mandauit Dominus ad vos per manum Moſis, à die quo mandauit Dominus ac deinceps in generationes veſtras:
24 Et quidem ſi à conſpectu oculorum congregationis factus eſt error, offerant vniuerſa congregatio iuuencum vnum filium bouis pro holocauſto, in odorem ſuffitus Domino, cum farina eius & libamine eius, modo ipſi debito: & hircum vnum caprarum pro peccato.
25 Veniamque precetur ſacerdos pro vniuerſa congregatione filiorum Iſrael, & condonabitur eis, quandoquidem error eſt, & ipſi attulerunt oblationes ſuas ſacrificium Domino, & pro peccato victimam Domino propter ignorantias ſuas.
26 Et condonabitur eis, *nempe* vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael, nec non iis qui conuertuntur ad me degentibus in Iſraële, quia totius eſt populi error.
27 Si verò anima vna peccet per errorem, offerat capram anniculam pro peccato.
28 Veniamque poſtulet ſacerdos pro anima quæ peccauit peccato erroris coram Domino: venia *inquam* poſtulabitur pro eo, & condonabitur ei.
29 Tam filiis Iſrael, quàm iis qui conuertuntur ad me degentibus apud me, lex eadem erit vobis quoad illum qui *aliquid* commiſerit per errorem.
30 Anima verò quæ *aliquid* fecerit manu ſuperba, tam ex vobis, quàm ex iis qui conuertuntur ad me: in conſpectu Domini quem blaſphemauit, pereat anima illa de populo ſuo.
31 Nam ſpreuit ſermones Domini, eiúſque præcepta irrita fecit: pereat *inquam* anima eiuſmodi, & ſcelus eius in ipſam.
32 Erant autem filij Iſrael in deſerto, & inuenerunt hominem quendam colligentem ligna die ſabbathi.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

21 *Ex prima maſſa veſtra facite Deo oblatio-*
nem in ſeriem generationum veſtrarum.
22 *Quod ſi erraueritis, & non executi fueritis iſta*
mandata quæ præcepit Deus Muſæ.
23 *Ex omnibus iis quæ mandauit Deus per ma-*
num Muſæ, à die qua cœpit præcipere & imposte-
rum ad generationes veſtras :
24 *Si fuerit error ab oculis cœtus, faciant vitu-*
lum ex bobus pro holocauſto, acceptum placa-
bilem Deo, & cum eo triticum & tempera-
mentum, vti conuenit: & hædum de capris in
expiationem.
25 *Et veniam poſtulabit ſacerdos pro congre-*
gatione filiorum Iſrail, & dimittetur eis, cùm
illud fuerit error, attulerintque holocauſtum
ſuum ſacrificium Deo, & expiationem ſuam
pro errore ſuo.
26 *Et dimittetur congregationi filiorum Iſrail, &*
peregrino alienigenæ inter eos, cùm tota turba ſit
in errore. 27 *Et ſi peccauerit homo vnus per*
errorem, offerat ouem filiam eiuſdem anni in ex-
piationem. 28 *Petetque veniam ſacerdos pro*
homine illo errante propter peccatum ſuum per
errorem, coram Deo: & remittetur ei, atque
condonabitur illi.
29 *Indigenæ ex filiis Iſrail, & peregrino alieni-*
genæ inter eos, lex eadem erit vobis quoad eum
qui peccauerit per errorem.
30 *Quicunque verò fecerit id manu elata, ſiue*
indigena, ſiue aduena, ipſe eſt abiiciens Domi-
num ſuum: ideo excindatur talis homo de medio
populi ſui. 31 *Eo quòd deſpexerit ſermonem*
Dei, & violauerit mandatum eius. Excindatur
inquam homo ille exciſione, & iniquitas eius ſu-
per ipſum. 32 *Cùmque manſiſſent filij Iſrail in*
deſerto, inuenerunt virum colligentem ligna in
die ſabbathi.

21 من اول عجينكم اجعلوا لله رفيعة على مر اجيالكم *
22 وان سهوتم * فلم تعملوا هذه الوصايا التي امر الله بها
موسى * 23 من جميع ما امر الله به على يد موسى منذ
يوم ابتداء بالامر وهلم الى اجيالكم * 24 فان كان السهو عن
عيون الجماعة * فليصنعوا ثورا من البقر صعيدة مقبولا مرضيا
لله * ومعه بر ومزاج كما يجب * وعتود من الماعز للذكاة *
25 ويستغفر الامام عن جماعة بني اسرائيل فيغفر لهم * اذ ذلك
سهو فاتوا بصعيدتهم قربانا لله * وذكاتهم على سهوهم *
26 فيغفر لجماعة بني اسرائيل * وللغريب الداخل فيما بينهم * اذ
جميع القوم على سهو * 27 وان اخطا انسان واحد سهوا *
فليقرب شاة ابنة سنتها للذكاة *
28 فيستغفر الامام عن ذلك الانسان الساهي على خطيه سهوا
بين يدي الله * فيغفر له ويصفح عنه *
29 الصريح من بني اسرائيل * والغريب الداخل فيما بينهم *
شريعة واحدة تكون لكم لمن يخطي سهوا *
30 واي انسان صنع ذلك بيد رفيعة من الصريح والداخل *
فهو قاذف ربه * ويقطع ذلك الانسان من بين قومه *
31 لما ازرى بكلام الله * وفسخ وصيته * فيقطع ذلك الانسان
انقطاعا * ووزره عليه *
32 ولما اقام بنو اسرائيل في البر * وجدوا رجلا يحطب حطبا في
يوم السبت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 De primitiis conſperſionum veſtrarum dabitis Domino oblationem eleuationis in generationibus ve-
ſtris. 22 Cumque erraueritis, & non feceritis omnia præcepta hæc quæ locutus eſt Dominus Moſi.
23 Omnia quæ præcepit Dominus vobis per manum Moſis à die quo præcepit Dominus & vltra in proge-
nies veſtras. 24 Cum inquam ab oculis Congregationis perpetratum quid fuerit per errorem, faciet omnis
Congregatio vitulum de bobus, vnum in holocauſtum in odorem ſuauitatis Domino; oblationemque eius, &
libationem eius ſecundum conſuetudinem, & hircum Caprarum vnum pro peccato.
25 Et expiabit ſacerdos omnem Congregationem filiorum Iſrael, & dimittetur eis, quoniam error eſt: Ipſi-
que adducent munus ſuum ſacrificium ignitum Domino, & hoſtiam ſuam pro peccato coram Domino pro
errore ſuo. 26 Et dimittetur vniuerſæ Congregationi filiorum Iſrael, & peregrino peregrinanti in medio
eorum: quia vniuerſo populo per errorem *id accidit.* 27 Si vero anima vna peccauerit per errorem, tum offe-
ret capram anniculam pro peccato. 28 Et expiabit ſacerdos animam illam quæ errauit peccando per erro-
rem coram Domino, exorabitque pro ea, & dimittetur ei. 29 Indigenæ de filiis Iſrael, & Peregrino pere-
grinanti in medio eorum lex vna erit vobis cum agent per errorem. 30 Anima autem quæ egerit cum ma-
nu excelſa, ſiue de indigenis, ſiue de Peregrinis, Dominum illa contumelia affecit: exterminabitur anima illa de
medio populorum ſuorum. 31 Eo quod verbum Domini contempſit, & præcepta eius irritauit, extermi-
nando exterminabis animam illam; iniquitas eius in ea. 32 Cum autem eſſent filij Iſrael in deſerto inuene-
runt hominem colligentem ligna in die ſabbati.

33 Obtulerunt ergo eum ij qui eum inuene-
rant colligentem ligna, ad Moſen & ad Aharo-
nem, & ad omnem cœtum. 34 Et clauſerunt
eum in carcere, eo quòd nondum declaratum
eſſet quid fieret de eo. 35 Dixitque Domi-
nus ad Moſen, Morte multetur *talis* homo, &
lapidibus obruant eum vniuerſa congregatio
extra caſtra. Itaque eduxerunt eum vniuerſa
congregatio extra caſtra, & obruerunt eum
lapidibus, & mortuus eſt, quemadmodum
præceperat Dominus Moſi.

Lex de fimbriis.

37 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 38 Loquere cum filiis Iſrael,
& dic eis vt faciant ſibi fimbrias ſuper oras ve-
ſtimentorum ſuorum in generationes ſuas,
ponantque in fimbriis extremitatum eorum
filum hyacinthinum. 39 Eruntque vobis
fimbriæ, vt videntes eas recordemini omnium
præceptorum Domini Dei veſtri, & faciatis
ea, nec ſeducamini poſt corda veſtra & poſt
cogitationes veſtras, poſt quas vos aberratis.
40 Et vt memineritis, & faciatis omnia man-
data mea, ſitiſque ſancti Deo veſtro. 41 Ego
ſum Dominus Deus veſter qui eduxi vos è ter-
ra Ægypti, vt eſſem vobis Deus: ego ſum
Dominus Deus veſter.

CAPVT XVI.

Locus diſsidij Corah totiuſque cœtus eius, quando diſſederunt à Domino, & deglutiuit eos terra, & quidam eorum combuſti fuerunt incendio ignis.

DIſſedit autem Corah filius Ieshar, filij
Cahath, filij Leui, & Dathan & Abiram
filij Eliab, & Auan filius Phelath, filij Rubil.
2 Et inſurrexerunt contra Moſen, vnà cum
aliis viris de filiis Iſrael, ducentis quinquaginta
capitibus cœtus, qui vocabantur ad tempus,
viris celebribus.

VERSIO-SAMARITANA.

HEBREO-SAMARITANVS.

31 *Obtuleruntque eum hi qui repererant illum*
colligentem ligna, Muſæ & Haroni & toti cœtui.
34 *Et poſuerunt eum in carcere, quia nondum*
explicatum fuerat eis quid fieret de ipſo.
35 *Dixit ergo Deus Muſæ: Occidatur vir*
occiſione, hoc eſt obruant eum lapidibus vniuerſa
congregatio extra caſtra.
36 *Quare eduxerunt eum extra caſtra, & obrue-*
runt eum lapidibus donec mortuus eſſet, ſicuti præ-
cepit Deus Muſæ. 37 *Dixitque Deus Muſæ*
ſermonem:
38 *Manda filiis Iſrail, & dic eis vt faciant ſibi*
tænias ſuper extremitatibus palliorum ſuorum
per ſeriem progenierum ſuarum, ponantque ſu-
per tænias extremitatum ligulam hyacinthinam.
39 *Eritque hoc vobis tæniæ patentes, vt videatis*
illas, & recordemini omnium mandatorum Dei,
& exequamini ea, & non ſtudeatis ſequi corda
veſtra, & oculos veſtros, poſt quos vos ſeduci-
mini. 40 *Vt recordemini huius rei ſemper,*
& faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti
Domino veſtro.
41 *Ego Deus Dominus veſter, qui eduxi vos,*
è regione Ægypti, vt eſſem vobis Deus. Ego
Deus Dominus veſter æternè manens.

CAPVT XVI.

ACceſſit autem Corach filius Ieshar filij
Cahath, filij Liui, & Dathan atque
Abiram filij Eliab, & Vn filius Phaleth, filij
Raubin,
2 *Et ſteterunt coram Muſa: itemque nonnulli*
ex filiis Jſrail, nempe *ducenti & quinquaginta,*
nobiliores cœtus, præclariores concilij, & fama ce-
leberrimi.

33 قدمه الذين وجدوه يحتطب حطبا الى موسى وهرون
وساير المحضر * 34 ووضعوه في الحبس لانه لم يفسر لهم ما
يصنع به * 35 فقال الله لموسى يقتل الرجل قتلا * وذلك ان
يرجموه بالحجارة جميع الجماعة في خارج المعسكر *
36 فاخرجوه خارج المعسكر * ورجموه بالحجارة حتى مات * كما امر
الله تعالى لموسى *
37 وقال الله لموسى قولا *
38 مر بني اسرائل وقل لهم ان يصنعوا لهم ذوابة على اكناف
ازرهم * على مر اجيالهم * ويجعلوا على ذوابة الكنف سلك
اسمانجون * 39 فيكون ذلك لكم ذوابة ظاهرة * لتروها
فتذكروا جميع وصايا الله وتعملوها * ولا تروموا اتباع
قلوبكم وعيونكم التي انتم طاغون وراها *
40 لكي تذكروا ذلك دايما وتعملوا جميع وصاياي *
فتكونوا مقدسين لربكم *
41 انا الله ربكم الذي اخرجتكم من بلد مصر لاكون
لكم الها * انا الله ربكم الدايم البقاء *

* الفصل السادس عشر *

1 وتقدم قورح بن يصهار بن قهات بن لوي * وداثان وابيرام
ابنا اليآب * واون بن فالت بنو راوبين *
2 فقاموا امام موسى * واناس من بني اسرائل خمسون ومايتان *
اشراف الجماعة * دعاة محضر * وذوو اسماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

33 Et adduxerunt eum qui inuenerant colligentem ligna, ad Moſen, & ad Aaronem, & ad vniuerſam Con-
gregationem. 34 Et poſuerunt eum in cuſtodia, quia non erat explicatum quid faciendum eſſet illi.
35 Et dixit Dominus Moſi, moriendo morietur homo ille, obruite eum lapidibus omnis Congregatio extra
caſtra. 36 Itaque eduxerunt eum omnis Congregatio extra caſtra, & obruerunt eum lapidibus, mortuuſ-
que eſt, ſicut præceperat Dominus Moſi. 37 Poſtea locutus eſt Dominus Moſi dicens.
38 Loquere filiis Iſrael, dicesque eis, vt faciant ſibi fimbrias ſuper alas veſtimentorum ſuorum in generationi-
bus ſuis, ponantque ſuper fimbriam alæ filum hyacinthinum. 39 Erunt autem vobis in fimbrias, videbitiſque
eas, & recordabimini omnium mandatorum Domini vt faciatis ea, & non inquiratis poſt cor veſtrum, & poſt
oculos veſtros poſt quos vos fornicamini. 40 Vt recordemini, & faciatis omnia mandata mea, ſanctique
ſitis Deo veſtro. 41 Ego Dominus Deus veſter qui eduxi vos de terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum,
ego Dominus Deus veſter.

CAPVT XVI.

ET accepit Core filius Iſaar, filius Caath, filius Leui, Dathan quoque, & Abiram filij Eliab, & On filius
Pheleth filius Ruben. 2 Et ſurrexerunt contra Moſen, viri etiam de filiis Iſrael ducenti & quinqua-
ginta, principes Congregationis deputati conuentus, homines nominis.

[3] Congregatique ſunt aduerſus Moſen & ad-
uerſus Aharonem, & dixerunt eis, Nonne ſat
vobis eſt quòd vniuerſa congregatio ſancti
ſint, & Dominus ſit inter eos, ſed vultis efferri
ſuper vniuerſam congregationem Domini?
[4] Quo audito Moſes, cecidit ſuper faciem
ſuam: [5] Et locutus eſt cum Corah, cumque
vniuerſa ipſius congregatione, dixitque ad eos,
Manè oſtendet Dominus quis ſit eius: & qui
ſanctus fuerit, accedet ad eum; & is qui electus
fuerit ab ipſo, accedet ad eum. [6] Sic facite,
Accipite vobis thuribula tu Corah & vniuerſa
congregatio tua. [7] Et ponite in ea ignem,
imponiteque iis aromata coram Domino cras:
& vir quem eliget ſibi Dominus, ipſe erit ſan-
ctus. Sufficiat vobis filij Leui. [8] Dixit etiam
Moſes ad Corah, Audite quoque filij Leui.
[9] Nonne ſufficit vobis quòd ſegregarit vos
Deus Iſrael ex tota congregatione filiorum
Iſrael, & admouerit vos ad ſe, vt fungeremini
miniſterio tabernaculi Domini, & vt ſtaretis
ante congregationem ad famulandum illis:
[10] Admouerit inquam te, omneſque fratres
tuos filios Leui tecum, ſed ambitis etiam ſa-
cerdotium? [11] Propterea tu & omnis cœtus
tuus conuenite coram Domino cras. Aharon
verò quid eſt, vt murmuretis in eum? [12] Miſit
autem Moſes ad vocandum Dathan & Abi-
ram filios Eliab: qui dixerunt, Non aſcende-
mus. [13] Nonne ſufficit vobis extraxiſſe nos è
terra fluente lacte & melle, vt occideretis nos
in deſerto, ſed etiam ſuberbè attollimini ſu-
per nos? [14] Et ad terram manantem
lacte & melle nos minimè introduxiſti, ne-
que dediſti nobis hæreditatem agrorum &
vinearum. Etiamſi oculos noſtros excæcaue-
ris, non aſcendemus.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 Seque turmatim collegerunt aduerſus Mu-
ſam & Haronem, atque dixerunt eis: Nonne ſa-
tis dominati eſtis, cum tota congregatio ſit ſan-
cta, & inter ipſos ſit ſplendor Dei? quare ergo do-
minamini vos duo turbæ Dei? 4 Audiuit autem
id Muſa, & cecidit ſuper faciem ſuam (quærens
reuelationem.) 5 Et locutus eſt ad Corah, omneſque
turmas eius, & ait illis: Cras notificabit Deus
quis eius ſit, & quiſnam ſit ſanctus, admouebitque
eum ad ſe: & quem elegerit, approximabit ſibi:
6 Facite rem, Accipite thuribula ô Corah &
omnes turmæ eius,
7 Et imponite illis ignem, & injcite in ea thus
coram Deo cras: & quemcumque virum elege-
rit Deus, ille ſanctus eſt. ſufficiat vobis hoc ô filij
Liui. 8 Etiam ait illis Muſa: Audite ô filij
Liui. 9 Num parum apud vos eſt quòd ſepa-
rauerit vos Deus Iſrail è congregatione veſtra,
& adiunxerit vos ſibi vt miniſtraretis miniſte-
rium habitaculi ſui, & ſtaretis ante cœtum vt
ſeruiretis eis?
10 Sic inquam te admouerit omneſque fratres
tuos filios Liui tecum, vt etiam propterea affe-
ctetis ſacerdotium
11 Tu & omnis turba tua congregati contra
Deum? & Haron quis eſt, vt muſſitetis contra
eum? 12 Deinde miſit Muſa ad vocandum
Dathan & Abiram ambos filios Eliab. Et di-
xerunt, Non veniemus ad te.
13 Num parua res eſt te abſtraxiſſe nos à regione
manante lacte & melle ad occidendum nos in de-
ſerto, vt exerceas in nos quoque dominium?
14 Et nondum introduxeris nos in patriam ma-
nantem lacte & melle, nec dederis nobis poſſeſſio-
nem, aut vineam? Etiamſi intentes illis homini-
bus euulſionem oculorum ſuorum, non veniemus
ad te.

3 فتجوقوا على موسى وهرون وقالوا لهما * ما حسبكما
رياسة * اذ الجماعة كلهم مقدسون * وفيما بينهم نور الله *
فما بالكما تتشرفان على جوق الله * 4 فسمع ذلك موسى *
ووقع على وجهه يلتمس الوحي * 5 فكلم قورح وكل جموعه
وقال لهم * غدا يعرف الله من هو له * ومن المقدس فيقربه اليه * ومن
يختار يقربه اليه * 6 اصنعوا خلة * خذوا مجامر يا قورح وكل
جموعه * 7 واجعلوا عليها نارا * والقوا فيها بخورا بين يدي
الله غدا * فاي رجل اختاره الله فهو المقدس * حسبكم ذلك
يا بني لوي * 8 ثم قال لهم موسى * اسمعوا يا بني لوي *
9 اقليل عندكم اذا فرزكم اله اسرايل من جماعتكم *
فقربكم اليه لتخدموا خدمة مسكنه * وتقفوا بين يدي
الجماعة تخدمونهم * 10 فكذاك قربك وساير اخوتك بني
لوي معك * حتى طلبتم الامامة ايضا 11 كذلك انت وكل
جمعك المجتمعون على الله * وهرون من هو حتى تتذمروا عليه *
12 ثم بعث موسى يدعوا بداثان وابيرام ابني الياب * فقالا
لا نصير اليك *
13 اقليل ان اصعدتنا من بلد يفيض اللبن والعسل لتقتلنا
في البر * حتى تترأس علينا ايضا ترأسا *
14 وايضا لم تدخلنا الى بلد يفيض لبنا وعسلا * ولا اعطيتنا
نخلة او كرما * فلو تهددت هاولايك القوم بقلع عيونهم لم
نصر اليك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Et congregauerunt ſe contra Moſen, & contra Aaronem, dixeruntque eis, ſufficiat vobis quod in vniuerſa
Congregatione omnes ſancti ſunt, & in medio eorum Dominus: quare ergo extollimini aduerſus Congrega-
tionem Domini? 4 Vt audiuit Moſes, cecidit in faciem ſuam, 5 Locutuſque eſt Coræo, & vniuerſæ
Congregationi eius, dicens: Manè, manifeſtabit Dominus qui ſui ſint, & ſanctum appropinquare faciet ad
ſe, quemque elegit ſibi appropinquare faciet ad ſe. 6 Hoc facite, accipite vobis thuribula, Core, & omnis
Congregatio eius. 7 Et date in illis ignem, & ponite ſuper illa incenſum coram Domino craſtina die, erit-
que vir ille quem elegit Dominus, ipſe ſanctus: ſufficiat hoc vobis filij Leui.
8 Et dixit Moſes ad Core, audite quæſo filij Leui. 9 Parum ne eſt præ vobis quod ſeparauit Deus Iſrael
vos de Congregatione Iſraelis, vt accedere vos faceret ad ſe ad faciendum miniſterium tabernaculi Domini,
vt ſtaretis ante Congregationem, & miniſtraretis ei. 10 Accedere quoque fecit te, & omnes fratres tuos filios
Leui tecum, quod petatis etiam ſacerdotium? 11 Ideo tu, & cuncta Congregatio tua conueniſtis contra
Dominum: Aaron enim quid eſt, quod murmuraſtis contra eum?
12 Et miſit Moſes vocatum Dathan & Abiram filios Eliab, qui dixerunt, non aſcendemus.
13 Parum ne eſt quod eduxiſti nos de terra fluente lac & mel, vt faceres nos mori in deſerto, quod principa-
tum tibi vendicas ſuper nos, etiam principem agendo? 14 Nunquid in terram fluentem lac & mel introdu-
xiſti nos? & dediſti nobis hæreditatem agri, aut vineæ? num oculos hominum iſtorum erues? non aſcen-
demus.

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

15 Ægrè admodum tulit *hoc* Moſes, & ait co-
ram Dño, Ne reſpicias ad oblationes eorum:
nam nec aſinum vllius ex ipſis tuli, nec vlli eo-
rum malum intuli. 16 Et dixit Moſes ad Corah,
Tu & vniuerſus cœtus tuus adeſte coram Dño:
tu *inquam* & ipſi, atque Aharon cras 17 Sumite
quiſque thuribulũ ſuum, & ponite in ea ignem,
poniteque in ea aromata, & offerte coram Do-
mino quilibet thuribulum ſuũ, ducenta quin-
quaginta thuribula, & tu, & Aharon quiſque
thuribulum ſuum. 18 Itaque ſumentes vnuſ-
quiſque thuribulum ſuum, poſuerunt in ea
ignem, & impoſuerunt aromata: ſteteruntque
Moſes & Aharon ante tabernaculum tempo-
ris: 19 Et congregauit ſuper eos Corah totam
congregationem ad oſtium tabernaculi tem-
poris. Et apparuit gloria Domini ſuper vniuer-
ſam congregationem. 20 Et locutus eſt Do-
minus cum Moſe & cum Aharone, dixitque
ad eos: 21 Recedite de medio cœtus huius, &
perdam eos vnica hora. 22 Procidentes autem
in facies ſuas, dixerunt, Fortiſſime Deus ſpi-
rituum vniuerſæ carnis, homo vnus cùm pec-
cauerit, aduerſus totum cœtum erit indigna-
tio? 23 Locutuſque eſt Dominus cum Moſe,
& dixit ad eum: 24 Loquere cum vniuerſa
congregatione, & dic eis, Recedite à confini-
bus tabernaculi Corah & Dathan & Abiram.
25 Surrexitque Moſes, & abiit ad Dathan &
Abiram, abieruntque poſt eum ſeniores Iſrae-
lis. 26 Et allocutus eſt vniuerſam congrega-
tionem, dixitque ad eos, Recedite à tabernacu-
lis hominum iſtorum peccatorum, & ne acce-
datis ad vllam rem quæ ad eos pertinet, ne per-
cutiamini in peccatis eorum. 27 Receſſerunt
igitur à tabernaculo Corah & Dathan & Abi-
ram. Dathan verò & Abiram egreſſi ſunt erecti
ad oſtium tentoriorum ſuorum, vnà cum vxo-
ribus ſuis, & liberis ſuis, & familia ſua.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible] 21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible] 21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible] 24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

15 Moleſtum fuit hoc Muſæ, & ait: Deus, ne
acceptes donum amborum, & oſtende per hoc quòd
ego neutrius aſinum angariauerim, nedum læſe-
rim quempiam eorum. 16 Poſtea dixit Muſa
ad Corah: Tu & turba tua adeſte coram Deo cum
Harone cras. 17 Et ſumat quilibet vir thuribulũ
ſuum, & proijcite ſuper ea thus, & offerte illa in cõ-
ſpectu Dei, ducenta ac quinquaginta thuribula:
& tu atque Haron, & vnuſquiſque ex illis offerat
thuribulum ſuum. 18 Accepit igitur vnuſquiſ-
que thuribulum ſuum, & poſuerunt in eis ignem,
& proiecerunt ſuper eum incenſum, & ſteterunt
ad oſtium tabernaculi præſentiæ, nec non Muſa,
atque Haron. 19 Et congregauit contra eos
Corah totum cœtum ad ianuam tabernaculi
præſentiæ: apparuitque ſplendor Dei omnibus.
20 Locutuſque eſt Deus cum Muſa & Haro-
ne locutionem: 21 Si ſecedatis è medio iſtius
congregationis, conſumam eos quaſi ictu oculi.
22 Et ceciderunt ambo in facies ſuas, & dixe-
runt: O potens, ô Deus ſpirituum omnis carnei,
anne vir vnus peccabit, & toti cœtui indignabe-
ris? 23 Et locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:
24 Præcipe congregationi, & dic eis: Recedite à
locis contiguis habitationi Corah & Dathan &
Abiram. 25 Surrexitque Muſa, & abijt ad
Dathan & Abiram, abieruntque cum illo ſenio-
res filiorum Iſrail. 26 Et locutus eſt ad cœtum,
& ait illis: Recedite à tentoriis iſtorum homi-
num peruerſorum, & ne tangatis quicquam ex
iis quæ ipſorum ſunt, ne abſumamini in omnibus
peccatis eorum. 27 Itaque receſſerunt à locis
contiguis habitaculo Corah & Dathan & Abi-
ram. & ipſi quoque ambo exierunt, ſteteruntque
ad ianuas tentoriorum ſuorum, & vxores vtriuſ-
que, & filij atque infantes eorum, vt viderent
quid futurum eſſet.

15 فاشتد ذلك على موسي فقال * اللهم لا تقبل هديتهما * ودل
به على اني لم استخر لاحدهما حمارا * فضلا عن ان اسي الي
احدهما * 16 ثم قال موسي لقورح * انت وجموعك احضروا بين
يدي الله مع هرون غدا * 17 وليأخذ كل رجل مجمره * والقوا
عليها بخورا * وقدموها بين يدي الله خمسين ومايتي مجمرة *
وانت وهرون * وكل واحد منهم يقدم مجمرته * 18 فاخذ كل
واحد مجمرته * وجعلوا فيها نارا * والقوا عليها بخورا * ووقفوا علي
باب خباء المحضر * وموسي وهارون * 19 وجوق عليهم قورح
جميع الجماعة الي باب خباء المحضر * فظهر نور الله لجميعهم *
20 وكلم الله موسي وهرون تكليما * 21 ان انفردتم من
بين هذه الجماعة افنيتهم كطرفة * 22 فوقعا علي اوجههما
وقالا * يا قادر يا اله ارواح كل بشري * ارجل واحد يخطي وعلي
سائر الجماعة تسخط * 23 فكلم الله موسي قايلا *
24 مر الجماعة وقل لهم * ارتفعوا عن حوالي مسكن قورح
وداثان وابيرام * 25 فقام موسي ومضي الي داثان وابيرام *
ومضي معه شيوخ بني اسرايل * 26 فكلم الجماعة وقال
لهم * اجتنبوا اخبية هاولاء القوم الظالمين * ولا تدنوا بشي مما
هو لهم * كي لا تتسافوا بجميع خطاياهم *
27 فارتفعوا عن حوالي مسكن قورح وداثان وابيرام * وهما
خرجا ايضا وانتصبا علي ابواب خيمهما * ونساوهما وبنوهما واطفالهما
ليروا ما يكون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Et iratus eſt Moſes valde, dixitque Domino, ne reſpicias ad oblationem eorum, nihil deſiderabile ab iis
accepi, neque malum quid feci vni ex iis. 16 Et dixit Moſes ad Core, Tu, & omnis Congregatio tua eſtote
coram Domino, tu, & ipſi, & Aaron craſtina die. 17 Accipite quoque vnuſquiſque thuribulum ſuum, &
ponite ſuper illa incenſum: afferetis igitur ante Dominum vnuſquiſque thuribulum ſuum, ducenta & quin-
quaginta thuribula: Tu autem, & Aaron, vterque thuribulum ſuum. 18 Et acceperunt vnuſquiſque thuri-
bulum ſuum, & dederunt in eis ignem, & poſuerunt ſuper ea incenſum, & ſteterunt ad portam tabernaculi te-
ſtimonij: Moſes quoque & Aaron. 19 Et congregauit contra eos Core omnem Congregationem ad por-
tam tabernaculi teſtimonij, tum apparuit gloria Domini omni Congregationi.
20 Et locutus eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 21 Separate vos de medio Congregationis iſtius, vt
conſumam illos in momento. 22 Et ceciderunt in facies ſuas, dixeruntque, fortiſſime Deus ſpirituum omnis
carnis, vir vnus peccauit, & contra omnem congregationem iraſceris.
23 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 24 Loquere Congregationi dicens, diſcedite à circuitu taberna-
culi Core, Dathan, & Abiram. 25 Tum ſurrexit Moſes, & abiit ad Dathan & Abiram, & iuerunt poſt eum ſe-
niores Iſrael. 26 Et locutus eſt Congregationi dicens, recedite quæſo à tabernaculis virorum peſſimorum
iſtorum, neque attingite quicquam quod ipſorum eſt, ne conſumamini propter omnia peccata eorum. 27 Et
receſſerunt à tabernaculis Core, Dathan & Abiram, è circuitu; ſed Dathan & Abiram egreſſi ſunt conſiſten-
tes ad portam tabernaculorum ſuorum, vxores quoque eorum, & filij eorum, & paruuli eorum.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

28 Et ait Moſes, In hoc ſcietis quòd Domi-
nus miſerit me ad facienda cuncta hæc opera,
non autem ex mente mea. 29 Si iuxta mor-
tem cæterorum hominum moriantur iſti, &
iuſſus idem ac cæteris hominibus iubeatur in
eos, nequaquam Dominus miſit me. 30 At
ſi rem nouam creauerit Dominus, aperiatque
terra os ſuum, & deglutiat eos, eos *inquam*, &
omnia quæ ad ipſos pertinent, & viui ruant
ad inferos: ſcietis quòd irritarint homines iſti
Dominum. 31 Cùmque finem feciſſet Moſes
dicendi hos omnes ſermones, aperta eſt terra
quæ ſub ipſis erat: 32 Aperuitque terra os
ſuum, & deglutiuit eos, eos *inquam*, ipſorum-
que domos, omneſque homines qui cum Co-
rah erant, & vniuerſam poſſeſſionem eorum.
33 Et deſcenderunt ipſi cum rebus omnibus
ad eos pertinentibus viui in inferos, & oper-
ta eſt terra ſuper eos, & interierunt de medio
congregationis. 34 Omnes autem filij Iſrael
qui circum illos erant, fugerunt à clamore
eorum, ac dixerunt, Ne fortè deglutiat nos ter-
ra. 35 Præterea egreſſus eſt ignis à conſpectu
Domini, deuorauitque ducentos quinqua-
ginta viros qui offerebant tymiamata.
36 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 37 Dic ad Eliazar filium Aha-
ronis ſacerdotis, Tolle thuribula de medio
combuſtorum, & ignem abijce procul. Nam
ſanctificata ſunt 38 Thuribula ſceleſtorum
horum per animas ipſorum, & fac ea lami-
nas tenues in linimentum altaris: nam ob-
tulerunt ea coram Domino, & conſecrata
ſunt: eruntque in ſignum inter filios Iſrael.
39 Accepit itaque Eliazar ſacerdos thuribu-
la ænea quæ obtulerant combuſti, & exte-
nuauit ea in laminas pro altari,

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

28 *Ait autem Muſa: Per hoc ſcietis quòd Deus*
miſerit me ad facienda omnia hæc opera, & non
fuerit hoc ex arbitratu meo.
29 *Si moriantur iſti ſecundùm mortem omnium*
hominum, & eadem ab his ratio exigatur quæ
exigitur ab illis, Deus non miſit me:
30 *Sin autem nouum quid creauerit Deus, ita vt*
aperiat terra os ſuum, & deglutiat eos, &
omnia bona eorum, deſcendantque viui ad pul-
uerem: ſcietis hos rebelles eſſe Deo.
31 *Factumque eſt vt ceſſante illo dicere huiuſ-*
modi ſermonem, diſcinderetur terra quæ ſub eis
erat, 32 *Aperiretque os ſuum, atque degluti-*
ret eos, ac domos eorum, & omnem hominem
pertinentem ad Corah, omnemque ſupellectilem,
33 *Deſcenderintque ipſi, & omnia bona ſua,*
viui in puluerem, & cooperta ſit ſuper eos ter-
ra, & perierint ex tota turba.
34 *Et omnes filij Iſrail qui erant circa illos,*
fugerunt præ vehementia vocis eorum, dicentes:
Ne deglutiat nos terra.
35 *Et ignis egreſſus eſt à Deo, & combuſſit*
ducentos & quinquaginta viros offerentes in-
cenſum.
36 *Et allocutus eſt Deus Muſam, dicens:*
37 *Manda Eleazaro filio Haronis ſacerdoti,*
vt tollat thuribula de medio combuſtorum, &
ſpargat ignem illuc, quoniam ſanctificata ſunt.
38 *At verò thuribula eorum qui peccarunt in*
animas ſuas, facient ea laminas tenues in tegumen
altaris: nam quandoquidem obtulerunt ea co-
ram Deo, iam ſanctificata ſunt: fientque ſignum
filijs Iſrail.
39 *Accepit ergo Eleazar ſacerdos thuribula*
ænea quæ obtulerant combuſti, & attenuarunt
illa in laminas pro altari.

28 فقال موسى * بهذه تعلمون أن الله بعثني لأعمل جميع
هذه الأعمال * وليس ذلك من تلقاء نفسي *
29 إن مات هؤلاء كموت كل الناس وطولبوا كمطالبتهم * فليس
الله بعثني *
30 وإن خلق الله خلقا بأن تفتح الأرض فاها فتبلعهم وجميع
مالهم فينزلون أحياء إلى الثرى * علمتم أن هؤلاء قد عصوا الله *
31 فكان عند فراغه من قول هذا الكلام أن انشقت الأرض
التي تحتهم * 32 وفتحت فاها فابتلعتهم وبيوتهم * وكل إنسان
لقورح * وجميع السرح * 33 فنزلوا هم وجميع مالهم أحياء إلى
الثرى * وتغطت عليهم الأرض * وبادوا من جميع الجوق *
34 وجميع بني إسرائيل الذين حواليهم هربوا من شدة صوتهم *
قالوا كيلا تبتلعنا الأرض * 35 ونار خرجت من عند الله *
فأحرقت المائتين والخمسين رجلا مقربي البخور *
36 وكلم الله موسى قائلا *
37 مر العازار بن هرون الإمام * بأن يرفع المجامر من بين
يدي المحرقين * ويذري النار هناك * لأنها قد تقدست *
38 وأما مجامر أولئك الخاطئين على نفوسهم * فيصنعوها
صفائح رقاقا غشاء للمذبح * فإنهم لما قدموها بين يدي الله
قد تقدست * وتصير علامة لبني إسرائيل *
39 فأخذ العازار الإمام المجامر النحاس التي قدمها المحرقون *
فرققوها صفائح للمذبح *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Et dixit Moſes, in hoc cognoſcetis quod Dominus miſit me, vt facerem hæc omnia opera, quia non ex
corde meo. 29 Si quemadmodum moriuntur omnes homines moriuntur iſti, & viſitatione omnium ho-
minum viſitetur ſuper illos, Dominus non miſit me. 30 Sed ſi creationem creauerit Dominus, & aperuerit
terra os ſuum, & abſorpſerit eos, & omnia quæ ad ipſos pertinent, deſcenderintque viuentes in infernum,
tunc cognoſcetis quod viri illi contempſerunt Dominum. 31 Factumque eſt cum abſoluit loqui omnia
verba iſta, & diſrupta eſt terra quæ erat ſubter eos. 32 Aperuitque terra os ſuum, & abſorpſit eos, & do-
mos eorum, & omnem hominem qui pertinebat ad Coré, & omnem ſubſtantiam.
33 Et deſcenderunt illi, & omnia quæ erant ipſorum viui in infernum, & operuit eos terra, & perierunt de
medio Congregationis. 34 Omnis autem Iſrael qui erat circum illos fugit ad vocem eorum; dicebant
enim ne forte abſorbeat nos terra. 35 Ignis quoque egreſſus eſt à Domino, & conſumpſit ducentos & quin-
quaginta viros offerentes incenſum. 36 Poſtea locutus eſt Dominus Moſi dicens.
37 Dic Eleazaro filio Aaronis ſacerdotis vt tollat thuribula de medio combuſtionis, & ignem expellat vltra,
quia ſanctificata ſunt. 38 Thuribula peccatorum iſtorum in animas ſuas; ideo facietis ex eis laminas ductiles,
opertorium altari, quia obtulerunt ea coram Domino, & ſanctificata ſunt, eruntque in ſignum filiis Iſrael.
39 Et accepit Eleazar filius Aaronis ſacerdotis thuribula ænea quæ obtulerant combuſti, & diduxit ea in
opertorium altaris.

[illegible]

40 In monumentum filiis Iſraël, vt ne acce-
dat vllus peregrinus qui non fuerit de ſemine
Aharonis, ad ponendum incenſum aromatum
coram Domino, neue ſit veluti Corah & velut
vniuerſus cœtus eius quos aperiens terra os
ſuum deglutiuit, quemadmodum dixerat Do-
minus per manum Moſis. 41 Et murmura-
uerunt vniuerſa congregatio filiorum Iſraël
poſtera die contra Moſen & contra Aharo-
nem, & dixerunt eis, Vos interfeciſtis popu-
lum Domini. 42 Cùmque congregatus fuiſ-
ſet totus cœtus aduerſus Moſen & aduerſus
Aharonem, conuerſi ad tabernaculum tem-
poris, viderunt opertum illud fuiſſe nube, &
apparuiſſe gloriam Domini. 43 Venitque
Moſes & Aharon ante tabernaculum temporis.
44 Et locutus eſt Dominus cum Moſe & cum
Aharone, dixitque ad eos: 45 Recedite de
medio cœtus huius, perdamque eos vnica ho-
ra: prociderunt autem in facies ſuas.
46 Dixitque Moſes ad Aharonem, Sume thu-
ribulum, & pone in illud ignem, poneque in il-
lud incenſum, & defer citò ad caſtra, & veniam
poſtula pro eis: nam egreſſus eſt furor à con-
ſpectu Domini, & iam cœpit mors ſubita in
populo. 47 Sumpſit itaque Aharon prout
dixit ei Moſes, & cucurrit in mediam congre-
gationem: videnſque cœpiſſe iam mortem ſu-
bitam in populo, poſuit incenſum, & veniam
poſtulauit pro populo. 48 Stetitque inter
mortuos & viuos, & cohibita eſt mors ſubita.
49 Fuerunt autem qui obierunt morte ſubita,
quatuordecim millia & ſeptingenti, præter eos
qui mortui fuerant in diſſidio Corah. 50 Re-
uerſuſque eſt Aharon ad Moſen ad oſtium ta-
bernaculi temporis, & cohibita eſt mors ſubita.

CAPVT XVII.

Præterea locutus eſt Dominus cum Moſe, & dixit ad eum:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

40 *In memoriam filiis Iſrail, vt ne accedat quiſ-
piam alienus ex his qui non fuerint de ſtirpe Ha-
ronis, ad adolendum thus coram Deo, & ne ſit ve-
luti Corah & turmæ eius, quemadmodum miſit
Deus per manum Muſæ.*
41 *Et murmurauit cœtus filiorum Iſrail altera
die de Muſa & Harone, dicentes: Vos occidiſtis
homines de gente Dei.* 42 *Cùmque congregati
fuiſſent aduerſus vtrumque, verterunt ſe ad taber-
naculum præſentiæ, & ecce ſplendor Dei iam ap-
paruerat in nube.* 43 *Acceſſerunt autem Muſa
& Haron ante tabernaculum præſentiæ.*
44 *Locutuſque eſt Deus ad Muſam & Haro-
nem, dicens:* 45 *Si receſſeritis de medio turbæ
huius, conſumam eos quaſi ictu oculi. corruerunt
autem ambo in facies ſuas.*
46 *Dixitque Muſa ad Haronem: Accipe thuri-
bulum, & pone ſuper illud ignem deſuper altare*
deſumprum, *& inijce thus, & fer illud feſtinus
ad cœtum, & veniam poſtula pro eis: nam ira iam
prodijt à conſpectu Dei, & iam cœpit in eis mors
ſubita.* 47 *Sumpſit ergo illud Haron, vt dixit
Muſa, & accurrit ad medium turmæ, & ecce
peſtis iam cœperat in eis: quare adoleuit incenſum,
veniamque precatus eſt eis.*
48 *Stetitque inter viuentes & mortuos, & ſu-
blata eſt peſtis.*
49 *Fuit autem numerus eorum qui mortui ſunt
ea peſte, quatuordecim millium & ſeptingen-
torum, præter eos qui mortui ſunt ob cauſam
Corah.* 50 *Et reuerſus eſt Haron ad Muſam,
ad oſtium tabernaculi præſentiæ, cùm iam reſtri-
cta eſſet peſtis.*

CAPVT XVII.

LOcutuſque eſt Deus cum Muſa, dicens:

40 ذكرا لبني اسرايل * لكي لا يتقدم رجل اجنبي ممن ليس
هو من نسل هرون ليبخر بخورا بين يدي الله * ولا يكون
كقورح وجموعه * كما نزل الله على يد موسى فيه *
41 وتذمرت جماعة بني اسرايل من غد على موسى وهارون
قايلين * انتما قتلتما خلقا من امة الله *
42 ولما تحوقوا عليهما التفتوا الي خباء المحضر * فاذا بنور الله قد
ظهر في الغمام * 43 فتقدم موسى وهرون بين يدي خباء
المحضر * 44 وكلم الله موسى وهرون قايلا *
45 ان ارتفعتما من بين هذه الجماعة افنيتهم كطرفة * فوقعا على
وجوههما * 46 وقال موسى لهرون * خذ المجمرة * واجعل عليها
نارا من فوق المذبح * والق بخورا * واذهب به مسرعا الي الجماعة *
واستغفر لهم * فان السخط قد خرج من بين يدي الله * وقد
بدا بهم الصدم * 47 فاخذ ذلك هرون كما قال موسى * واحضر
الي وسط الجوق * فاذا الوبا قد ابتدا بهم * فبخر البخور *
واستغفر لهم *
48 ووقف بين الاحياء الموتى * فارتفع الوبا *
49 فكان عدد من مات بذلك الوباء اربعة عشر الفا وسبعماية *
سوى من مات بسبب قورح * 50 ورجع هرون الي موسى
الي باب خباء المحضر * وقد انحبس الوبا *
* الفصل السابع عشر *
1 وكلم الله موسى قايلا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

40 Memoriale filiis Iſrael, vt non accedat vir alienigena qui non eſt de ſemine Aaronis ad adolendum incen-
ſum coram Domino, ne ſit ſicut Core, & ſicut Congregatio eius, quemadmodum locutus eſt Dominus ipſi
per manum Moſis. 41 Et murmurauerunt omnis Congregatio filiorum Iſrael poſtridie aduerſus Moſen
& aduerſus Aaronem dicentes, vos occidiſtis populum Domini. 42 Sed factum eſt cum congregaretur Con-
gregatio in Moſen & in Aaronem vt aſpicerent ad tabernaculum teſtimonij, at ecce operiebat illud nubes, ap-
paruitque gloria Domini. 43 Tunc venit Moſes, & Aaron ante tabernaculum teſtimonij.
44 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens. 45 Tollite vos de medio congregationis iſtius, & conſumam eos
in momento, cecideruntque ſuper facies ſuas. 46 Et dixit Moſes Aaroni, accipe thuribulum, & pone ſuper
illud ignem de altari, pone quoque incenſum, atque ito confeſtim ad Congregationem, & expia illam; nam
egreſſa eſt indignatio à facie Domini, incipit plaga. 47 Et accepit Aaron ſicut locutus fuerat Moſes, & cu-
currit in medium Congregationis, at ecce inceperat plaga in populum, poſuitque incenſum, & expiauit
populum. 48 Et ſtetit inter mortuos, & inter viuentes; & cohibita eſt plaga.
49 Mortui autem ſunt per plagam quatuordecim millia, & ſeptingenti, præter eos qui mortui ſunt propter
verbum Core. 50 .Poſtea reuerſus eſt Aaron ad Moſen ad portam tabernaculi teſtimonij, ceſſauitque plaga.

CAPVT XVII.

ET locutus eſt Dominus Moſi dicens.

[illegible]

2 Loquere cum filiis Iſrael, & accipe ab eis
ſingulas virgas per domos patrum, à cunctis
ſcilicet magnatibus eorum per domos patrum
ſuorum, duodecim virgas: & cuiuſque nomen
ſcribe ſuper virgam ipſius.
3 Nomen verò Aharonis ſcribe ſuper vir-
gam Leui : nam ſingulæ virgæ ad domum
patrum eorum *pertinent*.
4 Et pone eas in tabernaculo temporis coram
teſtimonio, vbi conuenire vos *conſueui*. 5 Fiet-
que vt vir qui mihi gratus erit, germinet eius
virga: & amouebo à me murmurationem filio-
rum Iſrael qua murmurant aduerſum vos.
6 Dixit *hæc* igitur Moſes filiis Iſrael, dederunt-
que ei cuncti magnates eorum ſingulas virgas
pro *quolibet* principe, iuxta cunctas familias
ſuas, duodecim virgas: & virga Aharonis *erat*
inter virgas eorum. 7 Et poſuit Moſes vir-
gas coram Domino intra tabernaculum tem-
poris teſtimonij. 8 Poſtero autem die in-
greſſus eſt Moſes in tabernaculum teſtimo-
nij, viditque germinaſſe virgam Aharonis,
domus *videlicet* Leui, & produxiſſe folia,
& concreuiſſe in amygdala. 9 Protulitque
Moſes cunctas virgas è tabernaculo temporis
ad omnes filios Iſrael: quas cum vidiſſent, ac-
ceperunt vnuſquiſque virgam ſuam.
10 Ait autem Dominus ad Moſen, Reſti-
tue virgam Aharonis ante teſtimonium, vt re-
ſeruetur in ſignum pro filiis irritatoribus, vt
ceſſet murmur eorum à me, & non moriantur.
11 Fecit itaque Moſes quemadmodum præce-
pit ei Dominus, ſic fecit. 12 Et dixerunt filij
Iſrael ad Moſen, Ecce conſumpti ſumus, interi-
uimus, & actum eſt de nobis omnibus:
13 Et *quandoquidem* quiſquis acceſſerit ad ta-
bernaculum Domini, morietur, ecce nos quo-
que proximi ſumus conſumptioni.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[2] *Præcipe filiis Iſrail, & accipe ab eis baculum per ſingulas domos patris, à principibus eorum per domos patrum ſuorum, eruntque ij duodecim baculi: & ſcribe nomen cuiuſlibet viri ſuper baculo ſuo:* [3] *Et nomen Haronis ſcribe ſuper baculo Liui. Nam accipies baculum vnum pro qualibet domo patrum eorum.*
[4] *Et relinque eos in tabernaculo præſentiæ coram teſtimonio apud quod tibi adſum illic.*
[5] *Et vir quem elegero, germinabit baculus: vt mitigem à me muſſitationem filiorum Iſrail qui muſſitant aduerſum vos.*
[6] *Locutus eſt igitur Muſa ad filios Iſrail, & dederunt ei omnes principes eorum baculum ab vnoquoque principe per domos patrum ſuorum, duodecim baculos: & baculus Haronis inter eos.*
[7] *Poſuitque eos Muſa coram Deo in tabernaculo teſtimonij.*
[8] *Et cùm fuiſſet altera dies, introiuit Muſa in tabernaculum teſtimonij, & ecce germinauerat baculus Haronis qui erat pro domo Liui, & emiſerat frondes, & produxerat flores, & concreuerat in amygdalas.*
[9] *Deinde eduxit Muſa cunctos baculos è conſpectu Dei ad omnes filios Iſrail: & inſpexit vnuſquiſque baculum ſuum, ſumpſitque illum.*
[10] *Tum dixit Deus Muſæ: Repone baculum Haronis ante teſtimonium, ſitque conſeruatio ſigni rebellibus, ceſſetque murmuratio eorum de me, & non pereant.*
[11] *Fecitque Muſa quod præcepit ei Deus quoad hoc.* [12] *Deinde dixerunt filij Iſrail ad Muſam: Ecce mortui iam ſunt quidam ex nobis, & perierunt alij: omnes ergo peribimus.*
[13] *Et quandoquidem quiſquis accedit ad habitaculum Dei, perit: igitur nos conſumendi ac morituri ſumus.*

2 مر بني اسرايل * وخذ منهم عصي لكل بيت اب من اشرافهم *
لبيوت اباهم * يكون ذلك اثني عشر عصا * واكتب كل رجل
على عصاه * 3 واسم هرون فاكتبه على عصا لوي *
لانك انما تاخذ عصا واحدة لجملة بيوت اباهم * 4 ودعها
في خباء المحضر بين يدي الشهادة التي احضرك عندها هنالك *
5 فالرجل الذي اختاره يفرع عصاه * حتى اهدي عني تذمر
بني اسرايل الذين هم متذمرون عليكم *
6 فكلم موسي بني اسرايل * فدفع اليه كل اشرافهم عصا من
كل شريف لبيوت اباهم * اثني عشر عصا * وعصي هارون فيما
بينهم * 7 فوضعها موسي بين يدي الله في خباء الشهادة *
8 فلما كان من غد دخل موسي في خباء الشهادة * فاذا قد
فرعت عصي هرون التي هي لبيت لوي * فاخرجت فروعا *
ونورت نوارا * وعقدت لوزا *
9 ثم اخرج موسي جميع العصي من بين يدي الله الي جميع
بني اسرايل * فنظر كل واحد الي عصاه فاخذها *
10 ثم قال الله لموسي * رد عصا هرون بين يدي الشهادة * تكن
حفظا علامة لذوي الخلف * فيفني تذمرهم عني * ولا يهلكوا *
11 فصنع موسي بما امر الله من ذلك *
12 ثم قال بنو اسرايل لموسي * هوذا قد توفي منا * وباد منا * فكلنا
هالكون * 13 واذا كان كل من تقدم الي مسكن الله يهلك
فها نحن فانون متوفون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[2] Loquere filiis Iſrael, & accipe ab iis virgam, virgam ſecundum domum patris, ab omnibus principibus eorum ſecundum domum Patrum ſuorum duodecim virgas: vniuſcuiuſque nomen ſcribes ſuper virgam ſuam.
[3] Nomen quoque Aaronis ſcribes ſuper virgam Leui; nam virga vna erit pro capite domus patrum ſuorum.
[4] Poſtea pones eas in tabernaculo teſtimonij coram teſtimonio quò te conueniam. [5] Fietque vt viri illius quem elegero virga floreat, atque ita quieſcere faciam à me murmura filiorum Iſrael quæ obmurmurant in vos.
[6] Locutuſque eſt Moſes filijs Iſrael, & dederunt ei omnes principes eorum, vnuſquiſque princeps virgam ſecundum domum Patrum ſuorum, duodecim virgas; virga autem Aaronis erat in medio virgarum eorum.
[7] Et poſuit Moſes virgas coram Domino in tabernaculo teſtimonij.
[8] Poſtridie autem venit Moſes ad tabernaculum teſtimonij, at ecce floruerat virga Aaronis pro domo Leui, & protulerat germen, & effloruerat flores, & tulerat amygdalas maturas.
[9] Et produxit Moſes omnes virgas à conſpectu Domini ad omnes filios Iſrael, & viderunt, & acceperunt quiſque virgam ſuam. [10] Tum dixit Dominus Moſi, Repone virgam Aaronis coram teſtimonio ad cuſtodiam in ſignum filiis rebellionis, vt ceſſare facias murmura eorum à me, & non moriantur.
[11] Et fecit Moſes ſicut præceperat Dominus ei, ſic fecit. [12] Dixeruntque filij Iſrael Moſi hæc verba, ecce expiramus, perimus, omnes nos perimus. [13] Quicunque accedendo acceſſerit ad tabernaculum Domini morietur, nunquid conſumimur vt expiremus?

[illegible: Syriac text, Numbers XVIII, verses 1–10]

CAPVT XVIII.

DIxit etiam Dominus ad Aharonem, Tu
& filij tui, & familia tua tecum ferte ini-
quitatem ſanctuarij: tu quoque & filij tui tecũ
ferte culpam ſacerdotij veſtri. 2 Et fratres
quoque tuos, tribum Leui, tribum patris tui
aſſumes tecum, vt conſocientur tibi, mini-
ſtrentque tibi: & tu ac filij tui tecum eritis co-
ram tabernaculo temporis teſtimonij. 3 Et cu-
ſtodiant cuſtodiam tuam, & cuſtodiam totius
tabernaculi; verùm vaſa ſanctuarij & vaſa alta-
ris ne tangant, vt ne moriantur cùm ipſi tùm
vos. 4 Conſociabuntur inquam tibi, & cuſto-
dient cuſtodiam tabernaculi temporis, totiuſ-
que miniſterij tabernaculi, & alienus non acce-
det ad vos. 5 Itaque cuſtodite cuſtodiam ſan-
ctuarij & cuſtodiam altaris, vt amplius nulla ſit
indignatio contra filios Iſrael. 6 Et ego ecce
promoui fratres veſtros Leuitas de medio filio-
rum Iſrael (dono *enim* dediti ſunt Domino)
ad obeundum miniſterium tabernaculi tempo-
ris. 7 Tu verò & filij tui tecum cuſtodite ſa-
cerdotium veſtrum, cunctoſque ritus altaris: &
intra velum ianuæ fungimini miniſterio, mu-
nere *ſcilicet* quod dedi ſacerdotio veſtro: & alie-
nus qui acceſſerit, occidatur. 8 Dixit etiam
Dominus ad Aharonem, Ecce ego dedi tibi cu-
ſtodiam ſeparationum mearum, & omnia ſan-
cta filiorum Iſrael tibi dedi ob vnctionem, tibi
inquam & filiis tuis tecum, lege perpetua.
9 Horum autem ſanctitas ſanctificabitur ab
igne: Omnis eorum oblatio, & omnis eorum
farina, omniaque peccata eorum, & cuncta il-
lorum ſacrificia quæ mihi offerent, ſancta ſan-
ctorum erunt tibi & filiis tuis. 10 In ſancto ſan-
ctorum comedetis illud, quilibet maſculus co-
medet illud, ſanctum erit tibi.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible: Samaritan text, verses 1–10]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible: Samaritan text, verses 1–10]

CAPVT XVIII.

Alt autem Deus Haroni: Tu & duo filij tui, ac familia patris tui tecum portabitis culpam ſanctuarij: & tu, ac duo filij tui tecum portabunt crimen ſacerdotij veſtri.
2 Et fratres quoque tuos tribum Liui, tribum patris tui admoue ad te, & adiungantur tibi, & miniſtrent tibi: tu verò, ac duo filij tui tecum ſoli eritis ante tabernaculum teſtimonij.
3 Et obſeruent cuſtodiam tuam, & cuſtodiam totius tabernaculi: ſed non accedant ad inſtrumenta ſanctuarij & altaris, ne moriantur ipſi & vos.
4 Et adiuncti tibi obſeruabunt cuſtodiam tabernaculi præſentiæ, & omne miniſterium eius: & alienigena non accedet ad vos.
5 Et obſeruent cuſtodiam ſanctuarij, & cuſtodiam altaris: & non erit amplius ira ſuper filios Jſrail.
6 Ego ſiquidem accepi fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrail, & feci eos donum vobis Deo, vt miniſtrent miniſterium tabernaculi
præſentiæ. 7 Et tu ac filij tui tecum cuſtodietis ſacerdotium veſtrum in omnibus rebus altaris, & intra velum ſeruietis illi. Jam enim conſtitui ſacerdotium veſtrum miniſterium dono datum: & quicunque aduena acceſſerit ad illud, interficiatur. 8 Item allocutus eſt Deus Haronem, & ait: Equidem dedi tibi obſeruationem eleuationum mearum, ex omnibus ſacris filiorum Jſrail dedi eam tibi ad vnctionem, & filiis tuis, conſtitutione ſempiterna. 9 Hoc erit tuum ex præcipuis ſacrorum: Poſt ſublatum holocauſtum ex omnibus ſacrificiis eorum, & tritico eorum, & expiatione eorum, & ſacrificio delicti: quod afferent mihi, erit ex præcipuis ſacrorum tibi & filiis tuis. 10 Et in præcipuo loco puritatis comedes illud, omnis maſculus comedet ex eo: ſic erit tibi ſacrum.

* الفصل الثامن عشر *

1 فقال الله لهرون * انت وابناك وال ابيك معك تحملون وزر
المقدس * وانت وابناك معك تحملان وزر امامتكم *
2 وايضا اخوتك سبط لوي سبط ابيك قدمهم اليك فينضافوا
اليك ويخدموك * وانت وابناك معك فقط بين يدي خباء الشهادة *
3 ويحفظوا حفظك وحفظ كل المضرب * لكن لا يتقدموا الى
آلة القدس والمذبح ليلا يموتوا هم وانتم * 4 والمنضافون اليك
يحفظون حفظ خباء المحضر وجميع خدمته * واجنبي لا يتقدم
اليكم * 5 وليحفظوا حفظ المقدس * وحفظ المذبح * ولا
يكون زيادة سخط على بني اسرايل * 6 فاني انما اخذت
اخوتكم اللاويين من بين بني اسرايل * وجعلتهم هبة لكم
لله ليخدموا خدمة خباء المحضر * 7 وانت وبنوك معك
تحفظون امامتكم لجميع امور المذبح * وداخل السجف
فتخدمونه * فقد جعلت امامتكم خدمة موهوبة * وال
اجنبي تقدم اليها فليقتل * 8 ثم كلم الله هرون فقال * اني
قد اعطيتك حفظ رفايعي * من جميع اقداس بني اسرايل
اعطيتك اياها مسحا وبنيك رسم الدهر * 9 هذا يكون
لك من خواص الاقداس * من بعد المحرق من جميع قرابينهم وبرهم
وذكاتهم وقربان الاثم * الذي ياتوني به فهو من خواص الاقداس
لك ولبنيك * 10 وبخاص الطهر تاكله * كل ذكر ياكل منه *
كذاك يكون لك قدسا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XVIII.

ET dixit Dominus Aaroni, tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem ſanctuarij: Tu quoque & filij tui tecum portabitis iniquitatem ſacerdotij veſtri. 2 Atque etiam fratres tuos, tribum Leui, tribum Patris tui accedere fac ad te, adhæreantque tibi vt miniſtrent tibi: Tu verò, & filij tui tecum eritis coram tabernaculo teſtimonij, 3 Et cuſtodient cuſtodiam tuam, & cuſtodiam omnis tabernaculi: tantùm ad vaſa ſancta, & ad altare non accedent, vt non moriantur, & hi, & vos. 4 Adiungenturque tibi, & cuſtodient cuſtodiam tabernaculi teſtimonij ſecundum omne miniſterium tabernaculi: alienigena autem non accedet ad vos. 5 Cuſtodietis igitur cuſtodiam ſanctitatis, & cuſtodiam altaris, & non erit amplius indignatio ſuper filios Iſrael. 6 Ego autem, ecce accepi fratres tuos Leuitas de medio filiorum Iſrael: vobis dono dati ſunt à Domino ad faciendum miniſterium tabernaculi teſtimonij. 7 Tu verò, & filij tui tecum cuſtodietis ſacerdotium veſtrum ſecundum omne negotium altaris, & id quod eſt intra velum; præſtabitiſque miniſterium iſtud; nam dono dedi ſacerdotium veſtrum: Alienigena autem qui acceſſerit, morietur. 8 Et locutus eſt Dominus Aaroni; Ego autem, ecce dedi tibi cuſtodiam oblationum eleuatarum mearum ex omnibus ſanctificationibus filiorum Iſrael: tibi dedi illas propter vnctionem, filiiſque tuis in præceptum æternum. 9 Hoc erit tuum de ſanctitatibus ſanctitatum ex igne: omne munus eorum, ſiue in omni oblatione eorum, ſiue in omni ſacrificio pro peccato eorum, ſiue in omni ſacrificio pro delicto eorum, quibus ſe reos confitentur mihi: ſanctum ſanctorum hoc erit tibi, & filiis tuis. 10 In ſancto ſanctorum manducabis illud, omnis maſculus comedet illud, ſanctum erit tibi.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

11 Hæc igitur eſt ſeparatio donorum veſtro-
rum. Omnes etiam ſeparationes filiorum Iſrael
tibi conceſſi & filiis ac filiabus tuis tecum, lege
perpetua: quicunque mundus fuerit in domo
tua, comedet illud. 12 Omnem pinguedinem
olei, omnemque adipem frumenti & vini, nec-
non primitias eorum quas tribuent Domino,
tibi conceſſi. 13 Primitia omnis quæ eſt in ter-
ra ipſorum, quam afferent Domino, tua erit:
& quicunque mundus fuerit in domo tua, co-
medet eam. 14 Omne etiam anathema in
Iſraele tuum erit. 15 Omne denique aperiens
vuluam ex omni carne, quod offerent Domi-
no, ſiue ex hominibus fuerit ſiue ex animanti-
bus, tuum erit. Veruntamen redimendo re-
dimes primogenita hominum, & primogenita
animantis immundi redimes.
16 Eius autem redemptionem à filio men-
ſis & ſupra redimes pretio argenti, *nempe*
quinque ſiclis in ſiclo ſanctuarij: viginti verò
obolorum eſt ſiclus. 17 At verò primogeni-
ta boum, & primogenita caprarum, & primo-
genita agnorum ne redimas, quia ſancta ſunt:
ſed ſanguinem eorum ſparge ſuper altare, &
adipem illorum eleua in oblationem ad altare
pro odore ſuffitus Domino. 18 Caro autem
eorum tua ſit, ſicut pectuſculum ſeparationis,
& ſicut armus dexter, tua ſit.
19 Omnem ſeparationem ſacrorum quæ ſe-
parant filij Iſrael Domino, dedi tibi & filiis ac
filiabus tuis tecum, lege perpetua, fœdus eſt
ſalis perpetuum coram Domino tibi & filiis
tuis tecum.
20 Et dixit Dominus ad Aharonem, In terra
eorum nihil poſſidebis, & pars non erit tibi in-
ter eos: ſed pars tua & poſſeſſio tua inter filios
Iſrael, erunt ſeparationes Domini eiuſque
ſacra.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[11] *Hæc etiam tibi erunt: oblationes muneris eorum ex omnibus agitatis filiorum Iſrail, tibi conſtitui & filiis tuis & filiabus tuis tecum, præcepto ſempiterno: & omnis purus in domo tua comedet ea.*

[12] *Et optima quæque olei, & muſti, & frumenti, primitias quas conſtituunt Deo, iam feci tuas:*

[13] *Et primogenita omnium quæ habent in ruribus ſuis, quæ offerunt Deo, erunt tua: & omnis mundus in domicilio tuo comedet illa.*

[14] *Et omnia ſpontanea quæ ſunt in Iſrailitis, erunt tua.*

[15] *Et omnis primus fœtus ex omni carneo, quem offerent Deo ex homine & pecore, erit tuus. Conuenit tamen vt redimas primogenitos hominum, & primogenita pecoris immundi.*

[16] *Et quidem redemptio hominum à filio vnius menſis pro valore eius, ſunt quinque ſicli argenti in ſiclo ſanctuarij, qui eſt viginti obolorum.*

[17] *At verò primogenita boum, & ouium, & caprarum ne redimas, quoniam ſancta ſunt: ſparge ſanguinem eorum ſuper altare, & adole adipem illorum ſacrificium acceptum placabile apud Deum,*

[18] *Et caro eorum erit tua: ſicut pectus agitationis & armus dexter, tua erit.*

[19] *Et omnes eleuationes ſacrorum quas eleuabunt filij Iſrail Deo, tibi dedi & filiis tuis ac filiabus tuis tecum, præcepto ſempiterno: pactum durationis ſaculi eſt Deo, & ſtirpi tuæ poſt te.*

[20] *Dixit quoque illi Deus, In ruribus eorum nil poſſideas, & ne ſit tibi portio inter eos. Ego enim factus ſum portio tua & hæreditas tua inter filios Iſrael.*

11 وهذه لك * رفايع عطيتهم من جميع محركات بني اسرايل
لك جعلتها ولبنيك ولبناتك معك رسم الدهر * وكل طاهر في
منزلك ياكلها * 12 وجميع اجود الدهن والعصير والبر *
اوايلها التي يجعلونها لله قد جعلتها لك *
13 وبكور كلما في رباضهم التي ياتون بها لله تكون لك *
وكل طاهر في منزلك ياكله *
14 وكل صواف في الاسرايلية تكون لك *
15 وكل اول بطن من كل بشر الذي يقدمونه لله من
انسان وبهيمة يكون لك * لكن يجب ان تفدي بكور
الناس وبكور البهيمة النجسة *
16 وفداء الناس من ابن شهر بقيمته خمسة مثاقيل فضة
بمثقال القدس * وهو عشرون دانقا *
17 واما بكور البقر والضان والماعز فلا تفدها * فانها
مقدسة * رش دمها على المذبح * وقتر شحمها قربانا مقبولا
مرضيا عند الله * 18 ولحمها يكون لك * كقص التحريك
والساق اليمنى يكون لك * 19 وساير رفايع الاقداس التي
يرفعها بنو اسرايل لله * جعلتها لك ولبنيك ولبناتك معك رسم
الدهر * عهد ثبات الدهر هو لله ولنسلك من بعدك *
20 ثم قال الله له * في رباضهم لا تنحل * ولا يكن لك
قسم فيما بينهم * فاني قد صرت قسمك ونحلتك فيما بين بني
اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[11] Hoc autem erit tuum, eleuatio doni eorum in omni ſacrificio ventilationis filiorum Iſraël: tibi dedi illa, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum in præceptum æternum: omnis mundus in domo tua veſcetur illis.

[12] Omnem pinguedinem olei, omnemque pinguedinem muſti & frumenti, primitias eorum quas dabunt Domino tibi dedi [13] Primitiæ omnium quæ ſunt in terra eorum quas offerent Domino, tuæ erunt: omnis mundus in domo tua veſcetur illis. [14] Omne anathema in filiis Iſrael, tuum erit.

[15] Omne adaperiens vuluam in omni carne quod offerent Domino de homine & de beſtiis tuum erit; tantum redimendo redimes primogenitum hominis; primogenitum quoque beſtiæ immundæ redimes.

[16] Redemptionem autem eius à filio vnius menſis redimes iuxta æſtimationem tuam, argento quinque ſiclorum ſecundum ſiclum ſanctuarij, viginti obolorum ille eſt.

[17] Verùm primogenitum bouis, vel primogenitum ouis, aut primogenitum capræ non redimes: ſancta ſunt. ſanguinem eorum fundes ſuper altare, & pinguedinem eorum adolebis: ſacrificium eſt ignitum, odor ſuauitatis Domino. [18] Caro verò eorum tua erit, ſicut pectuſculum ventilationis, & ſicut armus dexter, tua erit.

[19] Omnis oblatio ſanctificationum quam eleuabunt filij Iſrael Domino dedi tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum in præceptum æternum. fœdus ſalis eſt æternum coram Domino tibi & ſemini tuo tecum.

[20] Et dixit Dominus Aaroni: In terra eorum nihil poſſidebis, neque pars erit tibi in medio eorum: ego pars tua, & poſſeſſio tua in medio filiorum Iſrael.

[illegible]

21 Filiis verò Leui ecce dedi cunctas decimas
filiorum Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio
eorum, eo quòd ipſi fungantur miniſterio ta-
bernaculi temporis. 22 Et ampliùs non ac-
cedent filij Iſrael ad tabernaculum temporis,
ne recipiant peccatum, & moriantur. 23 At
exequentur Leuitæ miniſterium tabernaculi
temporis, & ipſi ferent iniquitatem ſuam, lege
ſempiterna in generationes ſuas: & inter filios
Iſrael nullam obtinebunt hæreditatem. 24 De-
cimas quas ſeparant filij Iſrael Domino, dedi
Leuitis hæreditatem: propterea dixi eis quòd
inter filios Iſrael nullam obtinebunt hæredita-
tem. 25 Præterea locutus eſt Dñs cum Moſe,
dixitque ad eum: 26 Loquere cum Leuitis, &
dic eis, Quando accipietis à filiis Iſrael decimas
quas dedi vobis ab ipſis hæreditatem, ſeparate
ex eis ſeparationem Dño, decimam *videlicet* ex
decimis. 27 Et reputabitur vobis ſeparatio ve-
ſtra quaſi frumentum areæ, & quaſi ſeparatio
torcularis. 28 Pari modo ſeparate vos etiam
ſeparationem Dño ex omnibus decimis ve-
ſtris quas accipietis à filiis Iſrael, & date ex
eis ſeparationem Domini Aharoni ſacerdoti &
filiis eius. 29 In cunctis donis veſtris ſeparate
omnem ſeparationem Domino ex pinguiori
quaque re, *nempe* ſanctitatem eius ex ipſa.
30 Dixit etiam ad eos, Cùm ſeparaueritis pin-
guedinem eius ex ipſa, reputabitur Leuitis
quaſi prouentus areæ, & quaſi prouentus tor-
cularis. 31 Et comedite eam quolibet in loco
vos ac domeſtici veſtri, quoniam hæc eſt mer-
ces veſtra pro miniſterio veſtro quod in taber-
naculo temporis *exercetis*. 32 Nec recipietis
propter eam peccatum, vbi ſeparaueritis pin-
guedinem eius ex ipſa: & ſacra filiorum Iſrael
ne contaminetis, ne moriamini.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

21 *Filijs verò Liui iam conſtitui omnem decimam ſtirpis Jſrail in poſſeſſionem pro miniſterio eorum quo miniſtrant tabernaculo præſentiæ.*
22 *Et ne accedant vltra filij Jſrail ad tabernaculum præſentiæ, & portent ſcelus, ac pereant.*
23 *At ſeruient Leuitæ ſoli tabernaculo præſentiæ, & ipſi portabunt culpam illius, præceptum ſempiternum in ſeriem generationum eorum. & inter filios Iſrail ne poſſideant poſſeſſionem:*
24 *Quia decimas filiorum Iſrail quas offerent Deo oblationem, ſtatui ſtirpi Leuiticæ in poſſeſſionem: nam iccirco dixi ei: Jnter filios Jſrail ne poſſideatis poſſeſſionem.*
25 *Et locutus eſt Deus cum Muſa, dicens:*
26 *Præcipe etiam Leuitis, & dic eis: Cùm acceperitis à filijs Jſrail decimas quas conſtitui vobis ab eis quaſi poſſeſſionem veſtram, offerte ex eis oblationem Deo, decimam ex decima.*
27 *Siquidem cenſebuntur vobis oblationes veſtræ ſicuti frumentum filijs Iſrail ex ſeminibus, & ſicuti muſtum ex torcularibus.*
28 *Similiter offeretis vos etiam oblationem Deo, à filijs Jſrail, & date oblationem Dei ex ipſa, Haroni ſacerdoti.*
29 *Sit autem quod offeretis Deo ex omnibus donis veſtris, optimum & præcipuum ex ipſis.*
30 *Et dic illis: Cùm obtuleritis optimum ex ipſo, reliquum fiet veſtrum ò Leuitæ ſicuti fruges filiorum Jſrail de ſeminibus, & muſtum:*
31 *Et licebit vobis comedere illud in omni loco, vobis & domeſticis veſtris: quia merces veſtra eſt pro miniſterio veſtro* quod impenditis *tabernaculo præſentiæ*
32 *Et ne portetis propter illud iniquitatem, cùm obtuleritis optimum ex eo. Et ſacra filiorum Iſrail ne prophanetis, & ne pereatis.*

21 ولبني لوي قد جعلت كل عشر من آل اسرايل نحلة بدل
خدمتهم التي يخدمون خباء المحضر * 22 ولا يتقدم ايضا بنو
اسرايل الي خباء المحضر * فيحملوا وزرا ويهلكون *
23 ويخدم اللوانيون وحدهم خباء المحضر * وهم يحملون وزن * رسم
الدهر على مر اجيالهم * وفيما بين بني اسرايل لا ينحلوا نحلة *
24 فان اعشار بني اسرايل التي يرفعوها لله رفعة جعلتها
للوانية نحلة * فلذالك قلت له * فيما بين بني اسرايل لا ينحلوا
نحلة * 25 وكلم الله موسي قايلا *
26 ومر اللوانيين وقل لهم * اذا تاخذون من بني اسرايل
الاعشار التي جعلتها لكم منهم كنحلتكم * فارفعوا منها رفعة
لله عشرا من العشر * 27 وذلك ان تحسب لكم رفايعكم
كالبر لبني اسرايل من البدار * وكالسلافة من المعاصر *
28 كذاك ترفعون انتم ايضا رفعة لله من بني اسرايل * واعطوا
رفعة الله منها لهرون الامام * 29 وليكن ما ترفعونه لله
من جميع عطاياكم اجودها واحصها منها *
30 وقل لهم * اذا رفعتم اجوده منه صار الباقي لكم يا لوانيون
كغلة بني اسرايل من البدار والعصير *
31 وجاز لكم ان تاكلوه في كل موضع انتم واهلوكم * لانه
اجرتكم بدل خدمتكم خباء المحضر *
32 ولا تحملوا بسببه وزرا عند رفعكم اجوده منه * واقداس
بني اسرايل لا تبذلوا * ولا تهلكوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Filiis autem Leui ecce dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio eorum quod præſtant, in
miniſterio tabernaculi teſtimonij. 22 Itaque non appropinquabunt amplius filij Iſrael tabernaculo teſtimo-
nij vt ferant peccatum quo moriantur. 23 Facietque Leui ipſe miniſterium tabernaculi teſtimonij, ipſique
portabunt peccata eorum. Præceptum eſt æternum in generationibus veſtris, & in medio filiorum Iſrael, non
poſſidebunt hæreditatem. 24 Quia decimas filiorum Iſrael quas eleuabunt Domino in oblationem, dedi
Leuitis in poſſeſſionem: Ideo dixi illis quod in medio filiorum Iſrael non poſſidebunt hæreditatem.
25 Inſuper locutus eſt Dominus Moſi dicens. 26 Leuitis autem loquêris, & dices illis: Cum accipietis de
filiis Iſrael decimas quas dedi vobis ab eis pro hæreditate veſtra, tunc tolletis ex illis oblationem eleuationis
Domino, decimas de decimis. 27 Et reputabitur vobis eleuatio veſtra ſicut frumentum ex area, & ſicut
plenitudo de torculari. 28 Sic etiam eleuabitis vos eleuationem Domini de omnibus decimis veſtris quas acci-
pietis de filiis Iſrael, dabitiſque ex iis eleuationem Domini, Aaroni ſacerdoti. 29 De omnibus donis veſtris
eleuabitis omnem eleuationem Domini, ex omni pinguedine eius ſanctificationem eius ex ipſo.
30 Dicesque illis, cum eleuabitis pinguedinem eius ex eo, hoc reputabitur Leuitis tanquam prouentus areæ,
& tanquam prouentus torcularis. 31 Et comedetis illud in omni loco, vos, & domus veſtræ, quia merces
hæc eſt vobis pro miniſterio veſtro in tabernaculo teſtimonij.
32 Tunc non portabitis propter hoc peccatum cum eleuabitis pinguedinem eius ex eo: Sanctificationes
igitur filiorum Iſrael non prophanabitis, & non moriemini.

[illegible]

CAPVT XIX.

De ſacrificiis pacificis, & purificatione.

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe
& cum Aharone, dixitque ad eos: 2 Hæc
eſt ſeparatio & lex quam præcepit Dominus
dicens, Dicito filiis Iſrael, afferantque tibi vac-
cam rubram perfectam, in qua nullum ſit vi-
tium, ſuper quam non fuit impoſitum iugum.
3 Et date eam Eliazar ſacerdoti, educatque
eam extra caſtra, & mactet illam in præſentia
ſua. 4 Tollatque Eliazar de ſanguine eius di-
gito ſuo, & ſpargat contra faciem tabernaculi
temporis de ſanguine eius ſeptem vicibus.
5 Et amburat vaccam in præſentia ſua, & pel-
lem eius, & ſanguinem eius, & carnem eius
vnâ cum ipſius fimo comburat. 6 Et accipiat
ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum, atque
tincturam coccineam, proiiciatque in rogum
vaccæ. 7 Deinde lauet ſacerdos veſtimenta
ſua, abluatque carnem ſuam aquis, ac tunc re-
grediatur ad caſtra, ſitque pollutus ſacerdos
vſque ad veſperam. 8 Et is qui comburet
vaccam, eluat veſtimenta ſua, lauetque car-
nem ſuam aquis, ſitque immundus vſque ad
veſperam. 9 Et colligat vir qui mundus eſt,
cinerem vaccæ, eumque proiiciat extra caſtra
in locum mundum, & reſeruetur vniuerſæ
congregationi filiorum Iſrael in cuſtodiam
pro aquis ſparſoriis, quoniam peccatum eſt.
10 Eluat etiam veſtimenta ſua is qui colliget
cinerem vaccæ, ſitque immundus vſque ad
veſperam. Sitque *hoc* filiis Iſrael & iis qui con-
uertuntur ad me commorantibus inter eos,
lex perpetua. 11 Et is qui tetigerit mortuum
cuiuſlibet animæ humanæ, erit immundus ſe-
ptem diebus.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XIX.

ET allocutus eſt Deus Muſam locutione.
2 *Hoc eſt præceptum legis, quam præcepit*
Deus. Manda filiis Iſrail, vt afferant tibi vac-
cam flauam integram in qua non ſit vitium, ex
iis ſuper quas non cecidit iugum:

3 *Et date illam Eleazaro ſacerdoti, qui educet*
eam extra caſtra, & mactabit illam in conſpectu
ſuo. 4 *Sumetque ex ſanguine ipſius digito ſuo,*
aſpergetque contra faciem tabernaculi præſentiæ ex
ipſo ſeptem vicibus.
5 *Et mandabit comburi eam in conſpectu ſuo, co-*
rium eius cum carne ipſius, & ſanguinem eius,
ac ventrem eius.
6 *Poſtea accipiet lignum cedrinum, & hyſſo-*
pum, & tincturam cocci, proÿcietque illa in me-
dium incendium eius.

7 *Et lauabit veſtimenta ſua è regione ſacer-*
dotis, & lauabit corpus ſuum aqua, & poſtea
ingredietur in caſtra, & immundus erit vſque
ad noctem.
8 *Et comburens eam, lauabit veſtes ſuas aqua,*
abluetque corpus ſuum aqua, & polluetur vſque
ad occaſum.
9 *Colligetque vir mundus cinerem vaccæ, & po-*
net illum extra caſtra in loco mundo. Et erit cœtui
filiorum Iſrail in cuſtodiam pro aqua aſperſionis,
eſtque expiatio.
10 *Et lauabit collector cineris eius veſtimenta*
ſua, pollueturque vſque ad noctem. Et erit filiis
Iſrail, & peregrino alienigenæ inter eos, præceptum
ſempiternum.
11 *Et qui tetigerit mortuum ex omnibus ani-*
mabus hominum, immundus ſit ſeptem diebus.

* الفصل التاسع عشر *

1 وكلم الله موسى تكليما * 2 هذا رسم الشريعة التي امر
الله بها * مر بني اسرايل بان ياتوك ببقرة صفرا صحيحة * ما ليس
فيها عيب * مما لم يقع عليها نير * 3 وادفعوها الى العازار
الامام * يخرجها الى خارج المعسكر * ويذبحها بحضرته *
4 وياخذ من دمها باصبعه * وينضح مقابل وجه خباء المحضر
منه سبع مرات * 5 ويامر باحراقها بحضرته * جلدها مع
لحمها ودمها وفرثها *
6 ثم ياخذ عود ارز * وصعتر * وصبغ قرمز * فيلقي ذلك في وسط
حريقها *
7 ويغسل ثيابه حذاء الامام * ويرحض بدنه بالماء * وبعد ذلك
يدخل الى المعسكر * وينجس الى الليل *
8 ومحرقها يغسل ثيابه بالماء * ويرحض بدنه بالماء * وينجس
الى الغروب *
9 ويجمع رجل طاهر رماد البقرة * ويضعه في خارج المعسكر في
موضع طاهر * ويكون لجماعة بني اسرايل محفوظة لماء
النضح * وهي ذكاة *
10 ويغسل الجامع رمادها ثيابه * وينجس الى الليل * ويكون
لبني اسرايل وللغريب الدخيل فيما بينهم رسم الدهر *
11 ومن دنا ميت من جميع انفس الناس * فلينجس سبعة
ايام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT XIX.

LOcutuſque eſt Dominus Moſi & Aaroni dicens. 2 Hoc eſt præceptum legis quam præcepit Domi-
nus dicens, dic filiis Iſrael vt adducant ad te vitulam rufam immaculatam in qua non eſt macula, & ſuper
quam non aſcenderit iugum. 3 Tradetiſque illam Eleazaro ſacerdoti, educetque illam extra caſtra, & macta-
bitur ante illum. 4 Accipietque Eleazar ſacerdos de ſanguine eius cum digito ſuo, & aſperget contra faciem
tabernaculi teſtimonij de ſanguine eius ſeptem vicibus. 5 Et comburi curabit vitulam in oculis ſuis, pellem
eius, & carnem eius; ſanguinem quoque eius cum ſtercore eius comburet. 6 Accipietque ſacerdos lignum ce-
drinum, & hyſſopum, & filum coccineum, & proijciet in medium combuſtionis vitulæ. 7 Et lauabit veſti-
menta ſua ſacerdos, & abluet carnem ſuam in aqua, & poſtea ingredietur in caſtra, immunduſque erit ſacer-
dos vſque ad veſperam. 8 Qui etiam combuſſerit eam lauabit veſtimenta ſua in aqua, & abluet carnem
ſuam in aqua, immunduſque erit vſque ad veſperam. 9 Colliget autem vir mundus cinerem vaccæ, & reponet
extra caſtra in loco puro: Eritque Congregationi filiorum Iſrael in cuſtodiam pro aquis ſeparationis, ſacrifi-
cium hoc eſt pro peccato. 10 Lauabit etiam qui collegit cinerem vaccæ veſtimenta ſua, immunduſque erit
vſque ad veſperam: Eritque filiis Iſrael, & peregrino peregrinanti in medio eorum in præceptum æternum.
11 Qui etiam tetigerit cadauer cuiuſcunque animæ hominis, immundus erit ſeptem diebus.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

[12] Quapropter aſpergat ſuper ſe in die tertio & in die ſeptimo, & mundabitur: ſin autem aſpergat ſuper ſe in die tertio & in die ſeptimo, non mundabitur. [13] Quicunque enim tetigerit mortuum cuiuſlibet animæ hominis qui mortuus fuerit, nec aſperſerit ſe, tabernaculum Domini polluit: pereat anima eiuſmodi ex Iſraele. Nam quia aquis aſperſoriis minimè ſe aſperſit, adhuc erit immundus, & immunditia eius in ipſo *manebit*. [14] Hæc eſt lex hominis quando morietur in tentorio, Quicunque ingredietur tentorium, & quicunque in tentorio eſt, erit immundus ſeptem diebus. [15] Omne quoque vas quod fuerit apertum, nec fuerit illitum, erit immundum. [16] Et quicunque tetigerit ſuper faciem campi cæſum gladio, aut *aliter* mortuum, aut os humanum, aut ſepulchrum, erit immundus ſeptem diebus. [17] Quare accipient pro eo qui immundus eſt de puluere incendij peccati, ponentque ſuper ipſum *puluerem* aquas viuas in vaſe. [18] Capietque hyſſopum, intingetque in aquas vir qui mundus fuerit, & ſparget ſuper tentorium, & ſuper vaſa, & ſuper omnes animas quæ illic erant, necnon ſuper omnem eum qui tetigit os, aut occiſum, aut mortuum, aut ſepulchrum. [19] Sparget itaque mundus ſuper immundũ in die tertio, & in die ſeptimo: & poſtquã aſperſerit eum in die ſeptimo, lauabit veſtimẽta ſua, abluetque ſe aquis, & mundabitur ad veſperam. [20] Vir autem qui fuerit pollutus, nec aſperſus fuerit, pereat anima illa de medio congregationis ſuæ, eo quòd ſanctuarium Domini polluerit: aquas ſparſorias non aſperſit ſuper ſe, immundus eſto. [21] Erit *hoc* igitur vobis ſtatutum perpetuum. Et is qui ſparſerit aquas ſparſorias, lauabit veſtimenta ſua: & qui tetigerit aquas ſparſorias, erit immundus vſque ad veſperam.

VERSIO-SAMARITANA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

12 *Et ipſe expiabit ſe ab eo in die tertio & ſepti-*
mo, & mundabitur. Et niſi expiauerit ſe in illis
duobus diebus, *non mundabitur.*
13 *Et qui tetigerit mortuum ex animabus homi-*
num qui moriuntur, nec expiatus fuerit, iam fœ-
dauit habitaculum Dei, ſi ingrediatur illud: &
abſcindetur homo ille de medio turbæ, cùm non
aſperſa ſit ſuper eum aqua aſperſionis. & propterea
ipſe immundus eſt, & immunditia eius erit ſuper
eum ſemper. 14 *Et verò iſta eſt lex: Quicun-*
que homo mortuus fuerit in tentorio, quidquid
eſt in illo & omnis qui ingreſſus fuerit illud, pol-
luetur ſeptem diebus.
15 *Et omne vas apertum non habens operculum*
alligatum, eſt immundum.
16 *Et omnis qui tetigerit ſuper faciem campi*
occiſum gladio, aut mortuum, aut os humanum,
aut ſepulchrum, polluetur ſeptem diebus.
17 *Et ſumatur ei de cinere incendy vaccæ, in-*
fundaturque ſuper illum aqua fontis in vas.
18 *Et accipiat homo mundus pàrum hyſſopi, &*
intingat illud in aquam illam, & ſpargat ex ea
ſuper tentorium, & ſuper omnia vaſa, & animas
quæ erant in ipſo, & ſuper eum qui tetigit os, aut
homicidium, aut mortuum, aut ſepulchrum.
19 *Similiter ſparget mundus ſuper immundum*
die tertia & ſeptima. Cùmque expiauerit eum die
ſeptima, lauabit veſtimenta ſua, & lauabit ſe
aqua, & mundabitur in veſpera.
20 *Et quicunque vir inquinatus eſt hoc modo,*
& non expiauit ſe, abſcindatur talis homo de me-
dio turbæ, eo quòd fœdauerit ſanctuarium Dei:
cùm ingreſſus fuerit in illud, & non aſperſa ſit
ſuper eum aqua aſperſionis: eſt enim immundus.
21 *Et erit id vobis præceptum ſempiternum. Et*
qui ſparſit aquam aſperſionis, lauabit veſtimen-
ta ſua: & qui tetigit aquam aſperſionis, pollua-
tur vſque ad noctem.

12 وهو يتذكى منه في اليوم الثالث والسابع فيطهر * وان لم
يتذك فيهما فلا يطهر * 13 ومن دنا بميت من نفوس الناس
الذين يموتون ولا يتذكى * فقد نجس مسكن الله ان يدخله *
وينقطع ذلك الانسان من بين الجوق * اذ لم يرش عليه ماء النضح
فهو نجس لذلك * ونجاسته عليه ابدا * 14 وهذه الشريعة * اي
انسان مات في خباء * فكل ما فيه * وكل من دخل اليه ينجس
سبعة ايام * 15 وكل اناء مفتوح ليس عليه صمام مقيد * فهو
نجس * 16 وكل من دنا على وجه الصحراء بقتيل سيف * او
ميت * او عظم انسان * او قبر * ينجس سبعة ايام *
17 وليوخذ له من رماد حريق البقرة * ويصب عليه ماء نبع في
اناء * 18 وياخذ رجل طاهر شيئا من صعتر * ويغمسه في ذلك
الماء * وينضح منه على الخباء * وعلى جميع الانية والنفوس التي
كانت فيه * وعلى الداني بالعظم * او بالقتيل * او الميت * او القبر *
19 كذاك ينضح الطاهر على النجس في اليوم الثالث والسابع *
فاذا ذكاه في اليوم السابع غسل ثيابه * وارتحض بالماء * وطهر في
العشاء *
20 واي رجل نجس كذاك * ولم يتذك * فيقطع ذلك الانسان
من بين الجوق * لما نجس مقدس الله * اذ دخله ولم ينضح
عليه ماء النضح * فهو نجس *
21 ويكون لكم هذا رسم الدهر * وناضح ماء النضح يغسل ثيابه *
ومن لامس ماء النضح ينجس الي الليل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Iſte purificabit ſe cum eo die tertio, & die ſeptimo, & mundabitur: Quod ſi non purificauerit ſe die tertio,
neque die ſeptimo mundabitur. 13 Quicunque tetigerit cadauer animæ hominis qui mortuus fuerit, &
non purificauerit ſe, tabernaculum Domini contaminauit: exterminabitur anima illa ex Iſrael, quoniam aqua
ſeparationis aſperſa non eſt ſuper eum: immundus erit, adhuc immunditia eius eſt in eo.
14 Hæc autem eſt lex hominis qui mortuus fuerit in tabernaculo: quicunque ingredietur tabernaculum, &
quicunque eſt in tabernaculo immundus erit ſeptem diebus. 15 Omne quoque vas apertum ſuper quo
neque eſt operculum, neque linteus, immundum erit. 16 Quicunque etiam tetigerit ſuper ſuperficiem
agri occiſum gladio, aut mortuum, aut oſſa hominis, aut ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus. 17 Su-
ment autem pro immundo de puluere combuſtionis pro peccato, ponentque ſuper eum aquas viuas in vaſe.
18 Et accipiet hyſſopum, & immerget in aquam vir mundus, aſpergetque ſuper tabernaculum, & ſuper vaſa,
& ſuper animas quæ fuerint ibi, & ſuper eum qui tetigerit oſſa, aut occiſum, aut mortuum, aut ſepulchrum.
19 Et aſperget mundus ſuper immundum die tertio, & die ſeptimo, & expiabit eum die ſeptimo; poſtea la-
uabit veſtimenta ſua, & abluet ſe aqua, munduſque erit in veſpera. 20 Vir autem qui immundus fuerit, &
non purificauerit ſe, exterminabitur anima illa de medio Congregationis, quoniam ſanctuarium Domini
contaminauit: aqua ſeparationis aſperſa non eſt ſuper eum, immundus eſt. 21 Eritque vobis in præce-
ptum æternum· Qui autem aſperſerit aquas ſeparationis lauabit veſtimenta ſua: & qui tetigerit aquas
ſeparationis, immundus erit vſque ad veſperam.

21 [illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

21 Et omne quod tetigerit immundus, erit
immundum: & anima quæ tetigerit eum, erit
immunda vſque ad veſperam.

CAPVT XX.

De Petra aquarum.

ET venerunt filij Iſrael, vniuerſa *ſcilicet*
congregatio ad deſertum Sin, menſe pri-
mo, manſitque populus in Recem: & mortua
eſt ibi Maria, ibidemque ſepulta. 2 Non erant
autem aquæ populo vt biberet. quare congre-
gati ſunt populus aduerſus Moſen & aduerſus
Aharonem: 3 Et iurgati ſunt populus cum
Moſe & cum Aharone, & dixerunt ad eos, O
vtinam mortui eſſemus morte fratrum noſtro-
rum coram Domino. 4 Quare adduxiſtis cœ-
tum Domini ad deſertum iſtud, vt ibi morere-
mur nos & iumenta noſtra? 5 Et quare aſcen-
dere nos feciſtis ex Ægypto, & adduxiſtis nos
ad locum iſtum peſſimum qui nec locus eſt ſe-
minis, nec vitium, nec ficuum, nec granato-
rum: imò nec aquæ ſunt in eo ad bibendum?
6 Venerunt itaque Moſes & Aharon à con-
ſpectu congregationis ad oſtium tabernaculi
temporis, & prociderunt in facies ſuas, & ap-
paruit ſuper eos gloria Domini. 7 Locutus eſt
etiam Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
8 Sume tibi virgam, & congrega cœtum tu
& Aharon frater tuus, & loquere ſuper petram,
in conſpectu eorum, & dabit aquas ſuas: &
educ eis aquas de petra, & pota cœtum, eorum-
que iumenta. 9 Sumpſit ergo Moſes vir-
gam à conſpectu Domini, quemadmodum
præcepit ei. 10 Et congregans Moſes &
Aharon totum cœtum ad petram, dixit eis:
Audite modò irritatores, Ex hac petra edu-
cemus vobis aquas?

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

22 *Et quicquid tetigerit immundus, contaminabitur: & ſi quis homo tetigerit eum, immundus ſit vſque ad noctem.*

CAPVT XX.

DEinde venerunt filij Iſrail omnes ad deſertum Sin menſe primo, & permanſit populus in Racim, & mortua eſt ibi Maria, & ſepulta eſt.
2 *Et non erat aqua turbæ, congregatique ſunt aduerſus Muſam & Haronem.*
3 *Cùmque rixatus eſſet populus cum Muſa, dixerunt: O vtinam mortui eſſemus morte fratrum noſtrorum in conſpectu Dei.*
4 *Et cur duxiſtis vos duo turbam Dei in hoc deſertum, vt in eo moreremur nos & iumenta noſtra?*
5 *Et cur extraxiſtis nos ab Ægypto, & duxiſtis nos in hunc locum peſſimum, locum in quo non eſt ſemen, nec vites, nec ficus, nec mala punica, imò ne aqua quidem ad bibendum eſt in eo?*
6 *Itaque venerunt Muſa & Haron fugientes à conſpectu turbæ ad oſtium tabernaculi præſentiæ, & ceciderе in facies ſuas: apparuitque ſplendor Dei ambobus.*
7 *Tum locutus eſt Deus cum Muſa locutione:*
8 *Sume baculum, & congrega cœtum tu & Haron frater tuus, & dicite ambo ad petram in præſentia eorum vt exeat aqua eius, & exibunt ipſis aquæ ex petra, & adaquabunt eos & iumenta eorum.*
9 *Accepitque Muſa baculum à conſpectu Dei ſicut præceperat ei:*
10 *Et congregauit Muſa & Haron turbam ante conſpectum petræ, dixitque eis: Audite, ô rebelles, Ex hac rupe ſaxea educemus vobis aquam.*

22 وكل ما لامسه النجس ينجس * فان كان انسان دنا به
فلينجس الى الليل *

* الفصل العشرون *

1 ثم جاء بنو اسرايل اجمعون الى برية صين في الشهر الاول *
واقام القوم في رقيم * وماتت هناك مريم ودفنت *
2 ولم يكن ماء للجماعة * فتجوقوا على موسى وهرون *
3 ولما خاصم القوم موسى قالوا * يا ليتنا توفينا بوفاة اخوتنا بين
يدي الله *
4 ولم جيتما بجوق الله الى هذه البرية نموت فيها نحن وبهايمنا *
5 ولم اصعدتمونا من مصر * فجيتم بنا الى هذا الموضع
الردي * موضع لا زرع فيه * ولا جفن * ولا تين * ولا رمان * حتى
ماء للشرب ليس فيه *
6 فاقبل موسى وهارون هاربين من بين يدي الجوق الى باب
خباء المحضر * فوقعا على اوجههما * فظهر نور الله لهما *
7 ثم كلم الله موسى تكليما *
8 خذ العصا * وجوق الجماعة انت وهرون اخوك * وقولا للصخر
بحضورهم ان يخرج ماوه * فتخرج لهم المياه من الصخر * وتسقيهم
وبهايمهم *
9 فاخذ موسى العصا من بين يدي الله كما امره *
10 وجوق موسى وهرون القوم الى حضرة الصخر * فقال لهم
اسمعوا يا عصاة * من هذا الصخر الحجر نخرج لكم ماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Omne etiam quod tetigerit immundus, immundum erit: anima quoque quæ tetigerit ipſum, immunda erit vſque ad veſperam.

CAPVT XX.

POſtea venerunt filij Iſrael, omnis Congregatio in deſertum Sin, in menſe primo, manſitque populus in Cades. Mortua autem ibi eſt Maria, & ibi ſepulta. 2 Porrò non fuerunt aquæ Congregationi, ideo conuenerunt aduerſus Moſen, & aduerſus Aaronem. 3 Iurgatuſque eſt populus cum Moſe, & dixerunt in hæc verba; At vtinam expiraſſemus cum expirauerunt fratres noſtri coram Domino.
4 Et quare venire feciſtis Congregationem Domini in deſertum iſtud vt ibi moriamur, nos, & iumenta noſtra? 5 Et quare aſcendere nos feciſti de Ægypto, ad introducendum nos in locum malum iſtum, non locum ſeminis, ficuum, & vinearum, & malogranatorum; ne aquæ quidem ſunt ad bibendum.
6 Tunc exiit Moſes & Aaron à conſpectu Congregationis ad portam tabernaculi teſtimonij, & ceciderunt ſuper facies ſuas, apparuitque gloria Domini ſuper eos. 7 Locutuſque eſt Dominus Moſi dicens.
8 Accipe virgam, & congrega congregationem, tu, & Aaron frater tuus; & loquimini Petræ in oculis eorum, & dabit aquas ſuas, educeſque illis aquas de petra, & potabis Congregationem, & jumenta eorum.
9 Tunc accepit Moſes virgam à conſpectu Domini ſicut præceperat ei. 10 Congregauerunt igitur Moſes & Aaron Congregationem ad conſpectum Petræ, & dixit eis: Audite nunc rebelles, num de Petra iſta educemus vobis aquas?

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

11 Eleuauitque Moſes manum ſuam, & percuſſit petram virga ſua duabus vicibus, & effluxerunt aquæ multæ, biberuntque populus vniuerſus & iumenta eorum.
12 Et ait Dominus ad Moſen & ad Aharonem, Eo quòd non credideritis in me, vt me ſanctificaretis coram filiis Iſrael, propterea non introducetis congregationem iſtam in terram quam dedi eis.
13 Hæ ſunt aquæ contentionis pro quibus contenderunt filij Iſrael coram Domino, & ſanctificatus eſt in eis.
14 Præterea miſit Moſes nuntios ex Recem ad regem Edom *hiſce mandatis*, Sic ait frater tuus Iſrael, Tu noſti cunctum laborem qui contigit nobis.
15 Deſcenderunt patres noſtri in Ægyptum, & manſimus in Ægypto diebus multis, & vexarunt nos Ægyptij, patreſque noſtros.
16 Orauimus autem coram Domino, audiuitque vocem noſtram, & mittens Angelum, eduxit nos ex Ægypto: & ecce ſumus in Recem vrbe quæ eſt in extremitate limitum tuorum.
17 Nunc tranſire liceat per terram tuam: non tranſibimus per vllum agrum aut vineam, neque bibemus ex aquis puteorum: ſed per viam regiam ibimus, & non declinabimus ad dexteram neque ad ſiniſtram, donec tranſierimus fines tuos.
18 Reſpondit ei Edom, Ne tranſeas per limites meos, ne cum gladio egrediar in occurſum tuum.
19 Dixerunt ad eum filij Iſrael, Per ſemitam aſcendemus, & ſi ex aquis tuis biberimus nos & iumenta noſtra, dabimus pretium illarum, noſtris tantumodo pedibus tranſibimus.

VERSIO-SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

11 *Leuauitque manum ſuam, & percuſſit pe-*
tram baculo ſuo duabus vicibus, & exyt aqua
copioſa, bibitque ex ea cœtus, & iumenta eorum.
12 *Dixit autem Deus Muſæ & Haroni:*
Quemadmodum non feciſtis eos credere in me,
nec ſanctificaſtis me coram filiis Jſrail, ſic non
introducetis hanc turbam ad regionem pro qua
iuraui eis. 13 *Ea eſt aqua contentionis,*
cuius cauſa contenderunt filij Iſrail cum am-
bobus Apoſtolis Domini ſui, & magnificatus eſt
in eis. 14 *Item legauit Muſa nuntios de Racim*
ad regem Adum, dicens: *Sic ait frater tuus Iſrail:*
Tu noſti omnia accidentia quæ euenerunt nobis,
15 *Et quod patres noſtri deſcenderint in Ægy-*
ptum, & manſerimus in Ægypto longo interual-
lo, læſerintque Ægyptij nos & patres noſtros, 16 *Et*
inuocauerimus Deum, audieritque vocem no-
ſtram, miſeritque nuntium, & eduxerit nos ex
Ægypto. Et ecce ſumus in ciuitate Racim, in ex-
tremitate terminorum tuorum: 17 *Volumus tran-*
ſire per regionem tuam, & non digrediemur ad
rus, neque vineam, nec bibemus aquam ciſternæ,
ſed ambulabimus in via publica, non declinantes
dextrorſum, neque ſiniſtrorſum, quouſque tranſea-
mus terminos tuos. 18 *Dixit ei Rubeus: Ne tran-*
ſeas per terminos meos, ne exeam cum gladio in oc-
curſum tuum. 19 *Dixerunt ad eum filij Iſrail:*
Aſcendemus per viam apertam, & ſi biberimus
tibi aquam nos & armenta noſtra, dabimus pre-
tium eius tibi. Et nullum nobis *eſt negotium, ſed*
tranſibimus tantùm.

11 فرفع يده * وضرب الصخر بعصاه مرتين * فخرج ماء كثير
شربت منه الجماعة وبهائمهم * 12 فقال الله لموسى وهرون *
كما لم تؤمناهم بي وتقدساني بحضرة بني اسرائيل * كذلك لا
تدخلان هذا الجوق الى البلد الذي اقسمت عليه لهم *
13 ذلك ماء الخصومة الذي خاصم بنو اسرائيل رسولي ربهم
بسببه * فتعظم فيهم * 14 ثم بعث موسى رسلا من رقيم الى
ملك ادوم * كذا قال اخوك اسرائيل * انت عالم بجميع المصائب
التي نالتنا * 15 وان اباءنا نزلوا مصر * فاقمنا بمصر مدة
طويلة * فاساء المصريون بنا وبآبائنا * 16 فدعونا الله * فسمع
صوتنا * وبعث برسول * واخرجنا من مصر * وها نحن في قرية رقيم
في طرف تخمك * 17 نريد ان نجوز في بلدك * ولسنا نميل الى
ضيعة ولا كرم * ولا نشرب ماء صهريج * لكننا نسير في طريق
الجادة * لا نميل يمنة ولا يسرة * الى ان نجوز تخمك *
18 قال له الاحمري * لا تمر في تخمي كيلا اخرج بالسيف
تلقاءك * 19 قال له بنو اسرائيل * نصعد في المحجة * وان
شربنا لك ماء نحن وماشيتنا دفعنا ثمنه اليك * وليس امر الا ان
نجوز فقط *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Et extollens Moſes manum ſuam percuſſit petram cum virga ſua duabus vicibus, & egreſſæ ſunt aquæ
multæ, bibitque Congregatio, & iumenta eorum. 12 Dixit inſuper Dominus Moſi & Aaroni, eo quod non
crediſtis mihi vt ſanctificaretis me in oculis filiorum Iſrael, ideo non introducetis Congregationem iſtam in
terram quam dedi eis. 13 Iſtæ ſunt aquæ contentionis pro quibus contenderunt filij Iſrael cum Domino, &
ſanctificatus eſt in eis. Tunc dixit Moſes, Deſpota Domine, tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam,
& manum tuam fortem. Quis enim Deus in cœlis, & in terra qui fecerit ſecundum opera tua, & ſecundum vir-
tutes tuas? Tranſeam quæſo, & videam terram illam bonam quæ eſt trans Iordanem, montem illum bonum, at-
que Libanum. Sed dixit Dominus Moſi ſufficiat tibi, ne addas loqui mihi amplius de hac re. Aſcende ad verti-
cem collis, & attolle oculos tuos, ad Occidentem, ad Aquilonem, ad Meridiem, & Orientem, & contemplare
oculis tuis; non enim tranſibis Iordanem iſtum. Præcipe etiam Ioſuæ filio Nun, & conforta eum, & corrobora
eum; nam ipſe tranſibit ante populum iſtum: ipſe quoque diuidet iis in hæreditatem terram quam videbis.
Locutus eſt præterea Dominus Moſi dicens; Sufficiat vobis circuire montem iſtum, conuertite vos ad Septen-
trionem. Populo verò præcipe dicens: Vos tranſitis per fines fratrum veſtrorum filiorum Eſau habitantium in
Seir; formidabunt autem vos, ideo cuſtodietis vos plurimùm. Ne conſeratis cum eis prælium; non enim tra-
dam vobis de terra eorum in hæreditatem, ne veſtigium quidem plantæ pedis, quoniam in hæreditatem Eſau
tradidi montem Seir. Cibum emetis ab eis argento vt comedatis, aquas etiam emetis ab iis argento vt bibatis.
14 Poſtea miſit Moſes nuntios de Cades ad regem Edom: Sic dicit frater tuus Iſrael, tu cognouiſti omnem la-
borem qui apprehendit nos. 15 Deſcenderunt enim Patres noſtri in Ægyptum, & habitauimus in Ægypto
multis diebus, & malè tractauerunt nos Ægyptij, & Patres noſtros. 16 Clamauimuſque ad Dominum, &
exaudiuit vocem noſtram, miſſoque Angelo eduxit nos de Ægypto: At ecce nos ſumus in Cades ciuitate quæ
eſt ad extremitatem finium tuorum, 17 Tranſeamus, quæſumus, per terram tuam: Non tranſibimus per
agrum, & vineam, neque bibemus aquas puteorum: viam regiam ibimus, non deflectemus ad dexteram
aut ſiniſtram donec prætererierimus fines tuos. 18 Reſpondit verò illi Edom, non tranſibis per me, ne cum
gladio egrediar obuiàm tibi, 19 Iterum dixerunt ei filij Iſrael, per viam tritam aſcendemus: Quod ſi de
aquis tuis biberimus, ego, & pecora mea, dabo pretium earum: tantùm ne ſit aliquid pedibus meis, tranſeam.

[illegible]

20 Ait illis Edom, Non tranſibitis. egreſſu-
ſque eſt Edom in occurſum eorum cum popu-
lo magno, & manu robuſta.
21 Noluit ergo Edom permittere filiis Iſrael
vt tranſirent per fines ſuos : quare deflexit
Iſrael ab ipſo. 22 Et profecti ex Recem, ve-
nerunt filij Iſrael, totus *videlicet* cœtus ad
montem Hor.

Obitus Aharonis.

23 Dixitque Dominus ad Moſen & ad Aha-
ronem in monte Hor, in finibus terræ Edom:
24 Colligat ſe Aharon ad populum ſuum:
non enim ingredietur in terram quam dedi
filiis Iſrael, eo quòd exacerbaſtis verbum oris
mei ad aquas contentionis, neque ſanctificaſtis
me in aquis in præſentia eorum. 25 Duc Aha-
ronem & Eliazar filium eius, & aſcendere fac
eos ad montem Hor. 26 Et exue Aharonem
veſtibus ſuis, eaſque indue Eliazar filium eius:
Aharon verò colligetur, & morietur illic.
27 Fecit itaque Moſes quemadmodum præ-
cepit ei Dominus, & aſcenderunt in montem
Hor, vidente tota congregatione. 28 Et exuit
Moſes Aharonem veſtibus eius, & induit eas
Eliazar filium eius: & mortuus eſt illic Aharon
in monte Hor, & deſcendit Moſes atque Elia-
zar de monte. 29 Videntes autem totus cœ-
tus mortuum eſſe Aharonem, fleuerunt Aha-
ronem triginta diebus omnes Iſraelitæ.

CAPVT XXI.

AVdiens autem Chananæus rex Godar
qui habitabat ad Auſtrum, quòd veniſ-
ſet Iſrael per viam exploratorum, pugnauit
cum Iſraele, & abduxit ex eis captiuitatem.
2 Et vouit Iſrael votum Domino, ac dixit, Si
tradens tradideris populum iſtum in manus
meas, deuouebo ciuitates eorum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[20] *Ait: Ne tranſeas hoc pacto. Et exiit Adum obuiam eis magno cum populo, & manu forti.*
[21] *Cùmque renuiſſet Adum permittere Iſraelitis vt tranſirent per fines ſuos, declinarunt ab eo.*
[22] *Et profecti ſunt de Racim, & venit cœtus eorum in montem Hor.*
[23] *Dixitque Deus Muſæ & Haroni in monte Hor, apud terminos regionis Adum, hunc ſermonem.*
[24] *Congregetur Haron ad gentem ſuam: non enim intrabit regionem quam dedi filiis Iſrail, ſicuti dixi quando contradixiſtis præcepto meo in aqua contentionis.*
[25] *Accipe Haronem & Eleazarum filium eius, & duc vtrumque ad montem Hor,*
[26] *Et exue Haronem veſtibus ſuis, & indue eis Eleazarum filium eius: & Haron colligetur, ac morietur ibi.*
[27] *Fecitque Muſa ſicuti præcepit ei Deus. Aſcenderuntque ad montem Hor in præſentia turbæ.*
[28] *Et detraxit Muſa veſtes Haronis, & veſtiuit eis Eleazarum filium eius: & mortuus eſt Haron ibi in vertice montis, deſcenditque Muſa, & Eleazar de monte.*
[29] *Cumque vidiſſet turba Haronem mortuum eſſe, fleuit eum triginta diebus tota ſtirps Iſrail.*

CAPVT XXI.

DEinde audiuit Chananæus rex Arad habitans in meridie, filios Iſrail iam veniſſe ad iter Atharim, pugnauitque contra eos, & captiuitatem duxit ab eis.
[2] *Vouerunt autem Iſraelitæ votum Deo, & dixerunt: Si tradideris hunc populum in manum meam, faciam vrbes eius* vota *ſpontanea.*

20 قال لا تجز كذلك * وخرج ادوم تلقاهم بشعب عظيم ويد
شديدة * 21 فلما ابى ادوم ان يترك الاسرائيليين يجوزون في
تخمه مالوا عنه * 22 فرحلوا من رقيم وجات جماعتهم الى
جبل هور * 23 فقال الله لموسى وهرون في جبل هور عند
تخم بلد ادوم قولا * 24 ينضم هرون الى قومه * لانه لا
يدخل البلد الذي اعطيته بني اسرايل * كما قلت حين
خالفتما امري في ماء الخصومة * 25 خذ هرون والعازار
ابنه * واصعدهما الى جبل هور * 26 واشلح هرون ثيابه * والبسها
العازار ابنه * وهرون ينضم ويموت هناك *
27 فصنع موسى كما امر الله * فصعدوا الى جبل هور
بحضن الجماعة *
28 وشلح موسى ثياب هرون * والبسها العازار ابنه * ومات
هرون هناك في راس الجبل * ونزل موسى والعازار من
الجبل *
29 فلما رات الجماعة ان هرون قد مات * بكى عليه ثلاثين يوما
جميع ال اسرايل *

* الفصل الحادي والعشرون *

1 ثم سمع الكنعاني ملك عراد المقيم في الداروم * بان بني
اسرايل قد جاوا طريق اثاريم * فحاربهم وسبي منهم سبيا *
2 فنذر الاسرايلية نذرا لله وقالوا * ان اسلمت هاولاء القوم في
يدي جعلت قراهم صوافي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[20] Sed reſpondit, non tranſibis; egreſſuſque eſt Edom in occurſum eius cum populo graui, & cum manu forti. [21] Renuit igitur Edom dare Iſraeli tranſitum per fines ſuos, ideo declinauit Iſrael ab eo.
[22] Profectique ſunt de Cades, & venerunt filij Iſrael, omnis Congregatio in Hor montem. [23] Locutus eſt autem Dominus Moſi & Aaroni in monte Hor iuxta fines terræ Edom in hunc modum.
[24] Colligetur Aaron ad populum ſuum; non enim ingredietur terram quam dedi filiis Iſrael, quoniam rebelles fuiſtis ori meo ad aquas contentionis. [25] Accipe Aaronem, & Eleazarum filium eius, & aſcendere fac eos in Hor montem. [26] Et exue Aaronem veſtibus ſuis, induas verò iis Eleazarum filium eius: Aaron enim colligetur, & morietur ibi. [27] Fecit autem Moſes ſicut præceperat Dominus, fecitque eum aſcendere in Hor montem in oculis omnis Congregationis. [28] Poſtea exuit Moſes Aaronem veſtibus ſuis, & induit eis Eleazarum filium eius, mortuuſque eſt ibi Aaron in vertice montis; tum deſcendit Moſes, & Eleazar de monte. [29] Videns autem omnis Congregatio quod expiraſſet Aaron, fleuerunt Aaronem triginta diebus tota domus Iſrael.

CAPVT XXI.

AVdiens autem Chananæus rex Arad habitans ad meridiem, quod veniebat Iſrael per viam Atharim, pugnauit aduerſus Iſraelem, abduxitque ab eo captiuos.
[2] Tunc vouit Iſrael votum Domino, dicens, ſi tradendo tradiderit populum hunc in manum meam, tum anathematizabo vrbes eorum.

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

3 Audiuitque Dominus vocem Iſraelis, tradi-
ditque Chananæos in manibus eorum : & ne-
cauerunt eos, & anathematizauerunt eos vnà
cum ciuitatibus eorum, & vocauerunt nomen
loci illius Horma.

De ſerpente æneo.

4 Et profecti ſunt de monte Hor per viam
maris Suph vt circuirent terram Edom, & tæ-
dio affecta eſt anima populi in via. 5 Et mur-
murauerunt populus contra Deum & contra
Moſen, ac dixerunt, Cur aſcendere nos feciſti
ex Ægypto, vt moreremur in deſerto? nam nec
panis eſt nec aqua, & anima noſtra faſtidiuit pa-
nem paruum. 6 Miſit igitur Dominus ſuper
populum ſerpentes immanes, & momorde-
runt populum : & mortui ſunt populus mul-
tus ex Iſraele. 7 Et venerunt populus ad
Moſen, & dixerunt ei, Peccauimus eo quòd
murmurauerimus contra Dominum & con-
tra te, ora coram Domino vt amoueat à nobis
ſerpentes: orauitque Moſes pro populo. 8 Et
dixit Dominus ad Moſen, Fac tibi ſerpentem
immanem æneum, & pone illum in ſignum: &
quicunque morſus fuerit à ſerpente, aſpiciat
eum, ac viuet. 9 Fecit itaque Moſes ſerpentem
æneum, poſuitque in ſignum: cùmque morde-
ret ſerpens aliquem, intuebatur ſerpentem
æneum, & viuebat. 10 Deinde profecti ſunt
filij Iſrael, & caſtra fixerunt in Oboth. 11 Et
ſoluentes ex Oboth, caſtra fixerunt ad fon-
tem Hebræorum, in deſerto quod eſt è regio-
ne Moab ab Oriente, ab orienrali plaga ſolis.
12 Indeque profecti, caſtra poſuerunt in
valle Zedar. 13 Inde quoque profecti, ca-
ſtrametati ſunt ad alteram ripam Arnon, in
deſerto quod excurrit ex finibus Amoræo-
rum : quoniam Arnon limes eſt Moabitarum
inter Moabitas, & inter Amoræos.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 Exaudiuitque Deus preces familiæ Iſrail, &
tradidit in manus eorum Chananæum: fecerunt-
que eos & vrbes eorum vota ſpontanea. & voca-
tus eſt locus ille, Horma.
4 Deinde profecti ſunt è monte Hor per viam
Maris Rubri, vt perluſtrarent regionem Adum,
& tæduit animas eorum in itinere.
5 Et locuti ſunt de Deo & de Muſa, atque
dixerunt: Quare extraxiſti nos ex Ægypto, vt
moreremur in deſerto, cum non ſit nobis panis
nec aqua, & iam nauſearint animæ noſtræ ci-
bum leuem? 6 Miſit ergo Deus in populum
ſerpentes vrentes, qui momorderunt eos: & mor-
tua eſt ex eis turba multa.
7 Veneruntque ad Muſam, atque dixerunt:
Jam peccauimus obloquentes in Deum & in te.
Precare Deum vt transferat à nobis ſerpen-
tes. Orauitque pro eis Muſa.
8 Et dixit ei Deus: Fac ſerpentem ignitum,
& attolle eum ſuper vexillum: & omnis mor-
ſus qui conuertetur ad eum pœnitens, ſuper-
ſtes erit.
9 Fecit ergo Muſa ſerpentem ex ære, poſuit-
que illum ſuper vexillum: & fiebat vt quicunque
vir quem mordebat ſerpens, & conuertebatur
pœnitens ad illum, maneret viuus.
10 Deinde profecti ſunt filij Jſrail inde, &
diuerſati ſunt in Oboth.
11 Et diſceſſerunt ex Oboth, & quieuerunt in
ſolitudinibus duarum riparum, in deſerto quod
eſt è regione Moab, ex parte ortus ſolis.
12 Et profecti ſunt illinc, & commorati ſunt in
valle Zered.
13 Et profecti ſunt inde, diuerſatique ſunt in
Arnon quæ eſt in ſolitudine, quæque eſt extra
terminos Amoræorum, quia Arnon eſt terminus
inter Moab & Amoræos.

3 فسمع الله دعاء آل اسرايل * واسلم في ايديهم الكنعاني *
فجعلوهم وقراهم صوافي * وسمي ذلك الموضع حرما *
4 ثم رحلوا من جبل هور طريق بحر القلزم * ليستديروا ببلد
ادوم * فضجرت نفوسهم في الطريق *
5 فتكلموا في الله وفي موسي وقالوا * لم اصعدتنا من مصر
لنموت في البرية * اذ ليس لنا خبز ولا ماء * وقد سيمت نفوسنا
الطعام الخفيف *
6 فبعث الله في القوم حيات محرقة لسعتهم * فمات منهم قوم
كثيرون *
7 فجاوا الي موسي فقالوا * قد اخطانا اذ تكلمنا في الله
وفيك * ادع الله ان يزيل عنا الحيات * فدعا لهم موسي *
8 فقال الله له * اصنع محرقا * وارفعه علي علم * فكل
ملسوع يلتفت اليه تايبا يبقي *
9 فصنع موسي ثعبانا من نحاس * وجعله علي علم * فكان
اي انسان لدغه ثعبان والتفت الي ذلك * بقي حيا *
10 ثم رحل بنو اسرايل من ثم * ونزلوا في اوبوت *
11 ورحلوا من اوبوت * وحطوا في بلاقع الجرفين في البر الذي
يحصن مواب من مشرق الشمس *
12 ورحلوا من ثم * ونزلوا في وادي زرد * 13 ورحلوا من ثم *
ونزلوا في ارنون الذي في البرية * الخارج عن تخم الاموريين * لان
ارنون هو الحد بين مواب والاموريين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Et exaudiuit Dominus vocem Iſraelis, tradiditque Chananæum in manum eius; ideo anathematizauit
eos, & vrbes eorum, vocauitque nomen iſtius loci Horma. 4 Poſthæc profecti ſunt de Hor monte viam
maris rubri vt circumirent terram Edom; tunc anguſtiata eſt anima populi in via. 5 Locutuſque eſt popu-
lus in Deum, & in Moſen, quare eduxiſti nos de Ægypto vt moreremur in deſerto? non enim eſt nobis panis,
nec aqua, tædetque animam noſtram panis iſtius leuiſſimi. 6 Tunc immiſit Dominus in populum ſerpen-
tes ignitos, qui momorderunt populum, mortuuſque eſt populus multus ex Iſraele. 7 Tunc venit populus
ad Moſen, & dixerunt; peccauimus, nam locuti ſumus in Dominum, & in te; intercede ad Dominum vt aufe-
rat à nobis ſerpentes, interceſſitque Moſes pro populo. 8 Et dixit Dominus Moſi, fac tibi ſerpentem, &
pone illum ſuper vexillum: fietque vt omnis morſus qui conſpexerit eum, viuat. 9 Fecit igitur Moſes ſer-
pentem æneum, & poſuit eum ſuper vexillum. Fiebat autem ſi momordiſſet ſerpens aliquem, & intueretur in
ſerpentem æneum vt viueret. 10 Poſt hæc profecti ſunt filij Iſrael, & caſtrametati ſunt in Oboth. 11 Profecti-
que ex Oboth caſtrametati ſunt in cumulis haabarim, in deſerto quod eſt è conſpectu Moab ad orientem ſolem.
Tum dixit Dominus Moſi, ne hoſtiliter agas cum Moab, neque prælieris cum eo: non enim dedi tibi de terra
eius in hæreditatem, ſed filiis Loth dedi Ar in poſſeſſionem. 12 Inde profecti caſtrametati ſunt in valle Zared.
Et locutus eſt Dñs Moſi, dicens; Tu tranſi hodie Ar terminum Moab, vt accedas è regione filiorum Ammon:
ne hoſtiliter agas cum eis, neque prælieris cum eis, quoniam non dedi de terra filiorum Ammon tibi in hæredi-
tatem. 13 Et profecti ſunt de valle Zared, & caſtrametati ſunt trans Arnon qui eſt ſecundùm deſertum, ſeſe
extendens ad fines Amorrhæorum. Arnon enim terminus eſt Moab, inter Moab & inter Amorrhæos.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

[illegible]

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

14 Propterea dicitur in libro bellorum Do-
mini, Flamma in turbine, & in valle Arnon.
15 Et inſtaurauit valles quæ ſe flectebant ad
habitationem Ad, & innitebantur terminis
Moabitarum. 16 Et illic eſt puteus, ille *ſcilicet*
puteus de quo dixit Dominus ad Moſen, Con-
grega mihi populum, & dabo eis aquas.

Canticum de puteo.

17 Tunc cecinit Iſrael canticum iſtud, Aſcen-
de puteus, canite ei: 18 Puteus quem fode-
runt magnates, & excauauerunt principes po-
puli, & baculis ſuis indicauerunt. Et de ſolitu-
dine deriuatus eſt ad Mathne.
19 De Mathne autem ad Nahlaiel, & de
Nahlaiel ad Bemoth.
20 De Bemoth verò vallis quæ eſt in agro
Moab, ad verticem collis qui cernitur è regio-
ne Aſimon. 21 Et miſit Iſrael nuntios ad
Sihon regem Amoræorum, dixitque ad eum:
22 Tranſibo per terram tuam, & non declina-
bimus per agrum aut vineam, nec bibemus ex
aquis puteorum, ſed via regis incedemus, do-
nec tranſierimus terminos tuos.
23 At non permiſit Sihon Iſraeli vt pertran-
ſiret fines ſuos: quin congregauit Sihon totum
exercitum ſuum, & egreſſus eſt in occurſum
Iſraeli ad deſertum, & venit in Iahos, & pu-
gnauit contra Iſraelem.
24 Et percuſſit eum Iſrael acie gladij, &
poſſederunt terram eius ab Arnon vſque ad
Iaboc, vſque ad filios Amon: fortes enim
erant limites filiorum Amon.

VERSIO SAMARITANA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

14 *Et propterea dicitur in libro præliorum Dei: Ex voraginibus, Mare rubrum: & ex torrentibus, Arnon:* 15 *Et oſtium fluuiorum cuius flexus eſt ad ædificium Aar, & incumbit terminis Moab.* 16 *Et profecti ſunt inde ad Puteum, illum nempe puteum de quo dixit Deus Muſæ: Conuoca turbam, vt dem eis aquam.*

17 *Tunc compoſuerunt filij Iſrail hæc carmina, & dixerunt: Aſcende o puteus, reſpondete alternatim de eo,* 18 *Et puteus quem foderunt Principes, atque excauarunt: nobiliores populi ſignauerunt eum baculis ſuis. Deinde profecti ſunt ab eo deſerto ad locum conceſſionis.* 19 *Et à loco conceſſionis ad vallem. Et ab ea valle ad locum templorum.*

20 *Et exinde ad vallem quæ eſt in regione Moab, apud verticem arcis quæ ſupereminet ſuperficiei campi.*

21 *Poſt hæc miſerunt Iſrailitæ nuntios ad Sihon regem Amoræorum, dicentes:*

22 *Volo tranſire per regionem tuam, & non declinabimus ad rus nec ad vineam, neque bibemus aquam ciſternæ, ſed in publica via gradiemur, donec pertranſeamus fines tuos.*

23 *At non permiſit Sihon filijs Iſrail tranſire per fines ſuos, ſed conuocauit totam gentem ſuam, egreſſuſque eſt in occurſum eorum ad deſertum, quouſque veniret ad Iahas, & prælium committeret cum eis.*

24 *Trucidauit autem eum progenies Iſrail acie gladij: & poſſederunt regionem eius ab Arnon ad Iaboc, ad filios Ammon, ſiquidem horum limes difficilis erat ipſis.*

14 ولذلك يقال في كتاب ملاحم الله * من الدرادير القلزم *
ومن الاودية فارنون * 15 ومصب الاودية الذي ميله الي
عمان عار * واسند الي تخم ماب *
16 ورحلوا من ثم الي البير * وهي البير التي قال الله لموسي
عنها * اجمع القوم حتي اعطيهم ماء * 17 حينئذ انشا اسرايل
هذه الانشاء فقالوا * اصعدي يا بير * تجاوبوا لها *
18 وبير حفرها الروساء وكراها * نبل القوم رسموها بعوكازتهم *
ثم رحلوا من تلك البرية * الي ذات العطاء * 19 ومن ذات
العطاء الي الوادي * ومن ذلك الوادي الي ذات الكنايس *
20 ومن ثم الي الوادي الذي في بلد ماب عند راس
القلعة المطلة علي وجه السماوة *
21 ثم بعث الاسرايلية برسل الي سيحون ملك الاموريين قايلين *
22 اريد ان اجوز في بلدك * ولسنا نميل الي ضيعة ولا كرم *
ولا نشرب ماء صهريج * بل في طريق الجادة نسير الي ان نجوز في
تخمك * 23 فلم يدع سيحون بني اسرايل يجوزون في تخمه *
فجمع جميع قومه * وخرج للقايهم الي البرية * حتي وافي يهص
محاربهم *
24 فقتله آل اسرايل بحد السيف * وحازوا بلده من ارنون الي
يبوق الي بني عمون * اذ كان تخمهم شديدا عليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Ideo dictum eſt in libro bellorum Domini; ad Vaheb in mari rubro, & ad torrentes Arnon.
15 Qui poſſidere fecit eos, quique inclinauit ad habitandam vrbem, & innixus eſt finibus Moab.
16 Et inde in puteum: ille eſt puteus vbi Dominus dixit Moſi, congrega mihi populum, vt dem illis aquas.
17 Tunc cecinit Iſrael canticum iſtud, aſcende puteus, canite illi.
18 Puteus, foderunt eum principes, foderunt eum duces populi cum legiſlatore, & cum baculis ſuis. E deſerto in Mathana,
19 Et de Mathana in Nahaleel; & de Nahaleel in Bamoth.
20 Et de Bamoth in vallem quæ eſt in agro Moab, ad verticem collis qui reſpicit verſus ſolitudinem. Tum dixit Dominus Moſi, Surgite, proficiſcimini, & tranſite vallem Arnon. Vide, tradidi in manum tuam Sihon regem Heſebon Amorrhæum, & terram eius. Incipe poſſidere, atque infer illi bellum: incipe hac die dare pauorem tuum, & terrorem tuum ſuper faciem populorum qui ſunt ſub toto cælo, qui audientes famam tuam contremiſcent, & à facie tua vt parturientes dolore conſternabuntur.
21 Miſit igitur Iſrael nuntios ad Sihon regem Amorrhæum verbis pacificis dicentes.
22 Tranſeam per terram tuam, per viam regiam ibimus, non declinabo ad dexteram aut ad ſiniſtram, non diuertam in agrum, aut in vineam. Cibum argento vendes mihi, vt comedam; & aquas argento dabis mihi vt bibam; tantùm tranſeam pedibus meis, ſicut fecerunt mihi filij Eſau habitantes in Seir, & Moabitæ habitantes in Ar.
23 Sed non tradidit Sihon Iſraeli tranſitum per fines ſuos. Tum dixit Dominus Moſi: Vide, cœpi tradere ante faciem tuam Sihon, & terram eius: Incipe poſſidere vt poſſideas terram eius. Collegit itaque Sihon omnem populum ſuum, & egreſſus eſt in occurſum Iſraeli in deſertum, venitque Iaſſam, & pugnauit contra Iſraelem.
24 Sed percuſſit eum Iſrael, & filios eius, & omnem populum eius in ore gladij, poſſederuntque terram eius ab Arnon vſque Iaboc, vſque ad filios Ammon; muniti enim erant fines Ammon.

[illegible]

25 Et occupauit Iſrael has omnes ciuitates, &
habitauit Iſrael in omnibus ciuitatibus Amo-
ræorum, in Heſbon, & in cunctis pagis eius.
26 Nam Heſbon vrbs erat Sihonis regis Amo-
ræorum. & iſte pugnauerat contra regem
Moab primum, & occupauerat vniuerſam ter-
ram eius, à terminis ipſius vſque ad Arnon.
27 Propterea ferunt in prouerbiis, Ingredimini
Heſbon, vt ædificetur & inſtauretur vrbs
Sihon. 28 Ignis enim egreſſus fuerat ex He-
ſbon, & flamma ex oppido Sihon, & deuoraue-
rat Ad Moabitarum, & cultores excelſorum Ar-
non. 29 Væ tibi Arnon, væ tibi Moab, perijſti
popule Chomos dans filios tuos in arrham, &
filias tuas in prædam Sihoni regi Amoræorum.
30 Agri verò Heſbon perierunt vſque ad Ri-
bon, & deſolati ſunt vſque ad Nebah quæ
eſt in deſerto. 31 Habitauit itaque Iſrael in
terra Amoræorum. 32 Miſitque Moſes ad ex-
plorandum Iazir: & ſubiugatis oppidis eius, pe-
remit Amoræos qui erant illic. 33 Et reuerſi
aſcenderunt in terram Mathnin: egreſſuſque
eſt Og rex Mathnin in occurſum eorum, ipſe
& vniuerſus populus eius ad prælium in Ardei.
34 Et dixit Dominus ad Moſen, Ne formides
eum: nam in manus tuas tradam eum, & vni-
uerſum populum eius, totamque terram ipſius;
fac autem ei quemadmodum feciſti Sihoni re-
gi Amoræorum qui habitabat in Heſbon.
35 Itaque interfecerunt eum, & filios eius, &
vniuerſum populum eius, nec reliquerunt ei
ſuperſtitem, poſſederuntque terram eius.

CAPVT XXII.

1 DEinde profecti ſunt filij Iſrael, & ca-
ſtrametati in Arboth Moab, quæ eſt
ſecus Iordanem Iericho.

VERSIO-SAMARITANA:

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

[25] *Ceperuntque omnes hos pagos, & habitauerunt in omnibus pagis Amoræorum, in Haſbon, & in ſuburbanis eius:* [26] *Nam Haſbon eſt thronus Sihon regis Amoræorum: & iſte pugnarat cum rege Moab primo, ceperatque vniuerſam regionem eius è manu ipſius vſque ad Arnon.*
[27] *Et idcircò dicunt qui prouerbio vtuntur: Ingredimini ad Haſbon, vt ædificetur & aptetur ciuitas Sihon.* [28] *Nam ignis egreſſus eſt ex Haſbon, & flamma è ciuitate Sihon, deuorauitque Aar Moab, & dominos templorum Arnon.*
[29] *Væ tibi ò Moab: quomodo perijſti ò popule Camos: iam reddidit filios eius mancipia, & filias eius prædam Sihoni regi Amoræorum.*
[30] *Et perijt veſtigium eorum ab Haſbon vſque ad Dibon, & vaſtatus eſt vſque ad Nophah quæ eſt prope Midaba.* [31] *Cùmque commoratus eſſet Iſrail in regione Amoræorum,* [32] *Miſit Muſa homines ad explorandum Jaazir: & expugnauerunt caſtella eius, & exciderunt Amoræum qui erat in eis.* [33] *Deinde reuerſi ſunt, & aſcenderunt per viam Bathniæ. egreſſuſque eſt Og rex Bathniæ in occurſum eorum, ipſe & totus populus eius ad bellum, in Adraat.* [34] *Dixit autem Deus ad Muſam: Ne timeas illum, quia ego traditurus ſum eum in manum tuam, & vniuerſam gentem ipſius, ac regionem eius, fac itaque illi ſicuti feciſti Sihoni regi Amoræorum habitanti in Haſbon.*
[35] *Interfecerunt ergo eum, & filios eius, cunctamque gentem ipſius, ita vt non remanſerit ei profuga: & poſſederunt regionem eius.*

CAPVT XXII.

Poſtea profecti ſunt, & diuerſati ſunt in deſerto Moab quod eſt ſecus Iordanem Riha.

25 واخذوا جميع هذه القرى * فسكنوا في جميع قرى
الاموريين * في حشبون ورساديقها * 26 وذلك ان حشبون هي
مبر سيحون ملك الاموريين * وهو كان حارب ملك ماب الاول *
فاخذ جميع بلده من يده الي ارنون * 27 ولذلك يقول
المتمثلون * ادخلوا الي حشبون حتى تبنا وتهيا قرية سيحون *
28 لان نارا خرجت من حشبون * ولهب من قرية سيحون *
فاكلت عار ماب واصحاب بيع ارنون * 29 فويلك يا ماب *
كيف بدت يا شعب كموش * لقد جعل بنيه اساري * وبناته سبيا
لسيحون ملك الاموريين * 30 وزال سيماهم من حشبون الي
ديبون * وتوحش الي نوفح التي عند ميدبا * 31 ولما اقام
اسرايل في بلد الاموريين * 32 بعث موسى بقوم يروسون
يعزير * ففتحوا رساديقها * وقرضوا الاموريين الذين فيها *
33 ثم ولوا وصعدوا في طريق البثنية * فخرج عوج ملك
البثنية للقايهم هو وجميع قومه للحرب الي اذرعات *
34 فقال الله لموسى * لا تخفه فاني مسلمه بيدك * وجميع
قومه وبلده * فاصنع به كما صنعت بسيحون ملك الاموريين
المقيم في حشبون *
35 فقتلوه وبنيه وجميع قومه * حتى لم يبق له شريد * وحازوا
بلده *

* الفصل الثاني والعشرون *

1 ثم رحلوا * فنزلوا في بيداء ماب التي على اردن ريحا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[25] Cepit etiam Iſrael omnes vrbes iſtas, & habitauit Iſrael in omnibus vrbibus Amorrhæi, in Heſebon, & in omnibus vicis eius. [26] Heſebon enim erat ciuitas Sihon regis Amorrhæi; ipſe autem pugnauerat in regem Moab antea, & acceperat omnem terram eius de manu eius vſque Arnon.
[27] Ideo dicebant prouerbio loquentes, veni Heſebon, ædificetur, & conſtruatur ciuitas Sihon.
[28] Ignis enim egreſſus eſt de Heſebon, flamma de ciuitate Sihon, conſumpſit vſque Moab, dominos excelſorum Arnon. [29] Væ tibi Moab, periiſti popule Chamos, dedit filios ſuos in fugam, & filias ſuas in captiuitatem regi Amorrhæo Sihon. [30] Iaculati enim ſumus in eos ruinam ab Heſebon vſque Dibon, & poſuimus in prædam Nophe, ignem ſuper Medaba. [31] Habitauit itaque Iſrael in vrbibus Amorrhæi.
[32] Poſtea miſit Moſes exploratum Iazer, & ceperunt villas eius, expuleruntque Amorrhæum qui erat ibi.
[33] Deinde conuerſi aſcenderunt viam Baſan, & egreſſus eſt Og rex Baſan in occurſum eorum, ipſe, & omnis populus eius ad prælium in Edrai. [34] Tunc dixit Dominus Moſi, ne reformides eum, nam in manum tuam tradidi illum, & omnem populum eius, & terram eius; facieſque illi ſicut feciſti Sihon regi Amorrhæo qui habitabat in Heſebon. [35] Percuſſerunt igitur eum, & omnem populum eius donec non relinqueretur ei ſuperſtes, & poſſederunt terram eius.

CAPVT XXII.

Poſtea profecti ſunt filij Iſrael, & caſtrametati ſunt in planicie Moab trans Iordanem Iericho.

[illegible]

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

Prophetia Belaam.

2 Vidit autem Balac filius Zephor quicquid fe-
cerat Iſrael Amoræis. 3 Et metuerunt Moabi-
tæ à conſpectu populi valdè, quia multus erat
admodum: & contriſtati ſunt Moabitæ propter
filios Iſrael. 4 Dixitque Moab ſenioribus
Median, Nunc depaſcent cœtus iſte omnes
qui circum nos ſunt, quemadmodum depaſcit
bos viridia campi. Balac autem erat filius Se-
phor regis Moabitarum in eo tempore. 5 Mi-
ſitque nuntios ad Belaam filium Beor interpre-
tem qui ſecus flumen *habitabat*, in terram filio-
rum Amon, vt aduocarent eum, & dicerent ei,
En populus *quidam* egreſſus eſt ex Ægypto, &
operuit ſuperficiem terræ, & ecce caſtrametan-
tur è regione mei. 6 Igitur veni maledic mihi
populum iſtum, quia potentior me eſt: fortè
poterimus interficere *aliquot* ex ipſo, & perdere
eum de terra; noui enim quòd is cui tu benedi-
xeris, ſit benedictus, & is cui tu maledixeris, ſit
maledictus. 7 Abierunt itaque ſeniores Moab
& ſeniores Median, diuinationes ſuas manibus
ſuis *portantes*: & adeuntes Belaam, retulerunt ei
verba Balac. 8 Reſpondit autem eis, Manete
hîc in nocte iſta, & reddam vobis reſponſum
quale mihi dixerit Dominus. Manſerunt ergo
magnates Moab apud Belaam. 9 Venitque
Deus ad Belaam, & dixit ad eum, Qui ſunt viri
qui apud te ſunt? 10 Ait Belaam ad Deum, Ba-
lac filius Sephor regis Moab miſit cauſa mei, &
dixit mihi: 11 En populus *quidam* egreſſus eſt
ex Ægypto, & operuit ſuperficiem terræ: nunc
veni maledicito eum mihi, fortè valebo dimi-
care cum eo, & perdere eum. 12 Ait Deus ad
Belaam, Ne abeas cum eis, neue maledicas po-
pulo, quia eſt benedictus. 13 Surgens itaque
Belaam manè, dixit ad magnates Balac, ite in
terram veſtram: non enim vult Dominus per-
mittere mihi vt vadam vobiſcum.

VERSIO SAMARITANA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

2 Cùmque vidiſſet Balac filius Sephor quod
fecerat Jſrail Amoræo, 3 Expauerunt Moa-
bitæ à conſpectu populi valdè, quòd eſſent mul-
ti: eorumque tædio affecti ſunt. 4 Quare dixit
ſenioribus Median: Nunc carpet iſta turba
quicquid circa nos eſt ſicuti carpit bos herbam
campi. Et Balac filius Sephor erat rex eorum
eo tempore. 5 Miſitque nuntios ad Balaam
filium Beor, ad Phatur quæ eſt ſecus Eufratem,
regionem gentis ſuæ, vt vocarent eum. & ait
illi: Jſte populus qui exijt ex Ægypto, iam
operuit dorſum terræ, & ſedet ex aduerſo
mihi: 6 Et nunc veni, & maledic eum
mihi, cùm ſit maior me, ſi fortè poſſim pu-
gnare cum eo, & expellere illum è regione mea.
Scio enim quòd is cui benedixeris, benedictus eſt,
& cui maledixeris, maledicitur.
7 Abierunt ergo ſeniores Moab & Median
cum augurijs ſecum delatis, donec perueniſſent
ad Balaam: nuntiaueruntque ei ſermonem Ba-
lac. 8 Dixit eis: Pernoctate hîc nocte iſta, &
dabo vobis reſponſum, quemadmodum dicet mi-
hi Deus. Manſerunt itaque principes Moab
apud Balaam. 9 Venitque mandatum Dei
ad Balaam, & ait illi interrogans vt iudex:
Quinam ſunt hi homines qui ſunt apud te?
10 Ait: Balac filius Sephor rex Moab miſit eos
ad me, vt dicerent nomine ipſius,
11 Quòd qui egreſſi ſunt ex Ægypto, iam ope-
ruerunt dorſum terræ: veni modo, & conuicia-
re mihi illos, vt fortè poſſim dimicare cum illis,
& eijcere eos.
12 Dixit ei: Ne vadas cum iſtis, & ne maledi-
cas populo, quia benedictus eſt.
13 Surrexit ergo manè, & dixit principibus Ba-
lac: Ite in patriam veſtram, quia Deus interdixit
mihi ne abirem vobiſcum.

2 ولما راى بالاق بن صفور ما صنع اسرايل بالاموري *
3 حذر الماييون من قبل القوم جدا اذ هم كثيرون * وضجروا
منهم * 4 وقال لشيوخ مديان * الان سيلحس هذا الجوق
كلما حوالينا كلحس الثور خضر الصحرا * وبالاق بن صفور ملكهم
في ذلك الوقت * 5 فبعث رسلا الي بلعام بن بعور * الي فاثور
التي على الفرات بلد قومه ليدعوا به * وقال له * هذا الشعب
الذي خرج من مصر قد غطي ظهر الارض * وهو جالس
مقابلي * 6 فالان تعال فالعنه لي * اذ هو اعظم مني *
فلعلي استطيع ان احاربه واطرده من بلدي * لاني اعلم
ان من تبارك عليه مبارك * ومن تلعنه يلعن * 7 فمضي
شيوخ ماب ومديان بفالات معهم * حتي وافوا بلعام * فاخبروه
بكلام بالاق * 8 قال لهم * بيتوا ههنا الليلة ارد عليكم جوابا
كما يقول الله لي * فاقام روساء ماب عند بلعام *
9 فوافي امر الله بلعام * وقال له مفتتحا * من هولاء القوم الذين
عندك * 10 قال * ان بالاق بن صفور ملك ماب بعث بهم
الي يقولون عنه *
11 ان الذين خرجوا من مصر قد غطوا ظهر الارض * فالان
تعال وسبهم لي * لعلي استطيع ان احاربهم فاطردهم *
12 قال له * لا تمض مع هاولاء * ولا تلعن الشعب * فانه مبارك *
13 فقام بالغداة * وقال لروساء بالاق * امضوا الي بلدكم *
لان الله نهاني عن ان امضي معكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

2 Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Iſrael Amorrhæo, 3 Timuit Moab valde à facie
populi, quoniam multus erat, & tædio affectus eſt propter filios Iſrael. 4 Dixit igitur Moab ſenioribus Ma-
dian: Nunc lambet Congregatio iſta quidquid eſt circa nos ſicut lambit bos gramen agri. Balac autem filius Se-
phor rex erat Moab in tempore illo. 5 Ideo miſit Nuntios ad Balaam filium Beor Phaturam quæ eſt iuxta flu-
uium in terra filiorum Hammon vt vocarent eum, dicendo: En populus egreſſus eſt ex Ægypto, at ecce ope-
rit ſuperficiem terræ, ipſeque habitat è regione mei. 6 Nunc autem veni quæſo, maledic mihi populo huic.
nam ille fortior me eſt. fortaſſe potero percutere illum, & expellam eum de terra: Cognoui enim quod cui be-
nedixeris, benedictus eſt, & cui maledixeris, maledictus eſt. 7 Iuerunt ergo ſeniores Moab, & ſeniores Ma-
dian; diuinationis verò eorum pretium erat in manu eorum. & venerunt ad Balaam, dixeruntque illi verba
Balac. 8 Dixit autem eis, pernoctate hîc hac nocte, & referam vobis rem ſicut loquetur Dominus mihi: man-
ſerunt igitur principes Moab cum Balaam. 9 Poſtea venit Deus ad Balaam, dixitque, qui ſunt viri iſti apud te?
10 Reſponditque Balaam Deo: Balac filius Sephor rex Moab miſit ad me. 11 Ecce populus egreſſus eſt de
Ægypto, & operuit ſuperficiem terræ: Nunc autem veni, maledic mihi illi, fortaſſe potero pugnare cum eo, &
expellam eum. 12 Et dixit Deus Balaamo, non ibis cum eis, neque maledices populo, huic, nam benedictus eſt.
13 Surrexit igitur Balaam mane, dixitque principibus Balac, abite in terram veſtram, nam renuit Dominus
concedere mihi vt eam vobiſcum.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

14 Quare ſurgentes magnates Moab, vene-
runt ad Balac, & inquiunt ei, Noluit Belaam
venire nobiſcum. 15 Reuerſus eſt autem ite-
rum Balac, & miſit legatos maiores & honora-
tiores iſtis. 16 Qui cùm adiiſſent Belaam, dixe-
runt ei, Sic ait Balac filius Sephor, Ne cuncte-
ris venire ad me.
17 Nam honoribus decorabo te maximis, &
quicquid dixeris mihi faciam, & veni maledic
mihi populum iſtum.
18 Reſpondit Belaam, dixitque legatis Balac,
Si dederit mihi Balac plenam domum argen-
to aut auro, non potero præterire verbum
oris Domini Dei mei de vlla re parua, neque
magna. 19 Nunc igitur manete vos etiam
hîc in nocte iſta, & ſciam quid addat Do-
minus loqui mecum. 20 Venit autem Deus
noctu ad Belaam, dixitque ad eum, Quan-
doquidem ad vocandum te venerunt viri
iſti, ſurge vade cum eis: duntaxat ſermonem
quem dixero tibi, ipſum exequere.
21 Surrexit itaque Belaam manè, ſtrauitque
aſinam ſuam, abiitque cum magnatibus Moab.
22 Et excanduit ira Dei in ipſum eo quòd
abiiſſet: ſtetitque Angelus Domini in via, vt
eſſet ei aduerſarius. ipſe verò inſidebat aſino
ſuo, & duo iuuenes eius erant cum eo.
23 Videns autem aſina angelum Domini ſtan-
tem in via, & gladium ſuum diſtrictum manu
ſua tenentem, declinauit aſina de via, iuitque
in agrum: & verberauit Belaam aſinam, vt re-
duceret eam in viam.
24 Stetit autem Angelus Domini in ſemita
vineæ vbi ſepes erat hinc & ſepes illinc.
25 Videnſque aſina Angelum Domini, com-
preſſit ſe ad parietem, preſſitque pedem Be-
laam ad parietem: at ille rurſus verbera-
uit eam.

VERSIO-SAMARITANA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

14 *Itaque ſurrexerunt principes Moab, & venerunt ad Balac, & dixerunt: Renuit Balaam venire nobiſcum.*
15 *Et iterauit Balac denuo, miſitque principes honeſtiores & maiores illis.*
16 *Veneruntque ad Balaam, & dixerunt ei: Sic ait Balac filius Sephor: Quare cunctaris venire ad*
me? 17 *Ego enim honorabo te valde, & quicquid dixeris mihi, agam: & veni maledic mihi hunc populum.*
18 *Reſpondit Balaam ducibus Balac, & ait illis: Etiamſi dederit mihi Balac plenam domum ſuam argento & auro, non potero tranſgredi præceptum Dei Domini mei, & facere quid paruum aut magnum.*
19 *Et nunc manete etiam vos hic nocte iſta, vt videam quid reſpondeat Deus allocutioni meæ hac*
de re. 20 *Venit igitur præceptum Dei ad Balaam noctu, & dixit ei: Si homines iſti venerunt ad vocandum te, ſurge, & vade cum ipſis: ſed rem quam dicam tibi, fac tantùm.*
21 *Surrexitque manè, & ſtrauit aſinam ſuam, abijtque cum principibus Balac.*
22 *Et inualuit ira Dei, eo quòd abijſſet ex auiditate: ſtetitque Angelus Dei in via, vt auerteret eum ab ea re: ipſe verò inſidebat aſinæ ſuæ, habebatque ſecum duos pueros ſuos.*
23 *Cùmque vidiſſet aſina Angelum Dei ſtantem in via, & gladium eius euaginatum in manu eius, declinauit à via, & abijt per agros. Verberauit autem eam Balaam, vt reduceret illam ad*
viam. 24 *Iterum ſtetit Angelus Domini in calle vinearum, & erat ibi paries dextrorſum, & paries ſiniſtrorſum.*
25 *Cùmque vidiſſet eum, compreſſit ſe ad parietem, & preſſit pedem Balaam ad parietem: quare adiecit verberare eam.*

14 فقام روساء ماب وجاوا الي بالاق وقالوا * قد ابي بلعام ان
يجي معنا * 15 وعاود بالاق ايضا بعث روساء اجل واعظم
من اوليك * 16 فجاوا الي بلعام وقالوا له * كذا قال بالاق بن
صفور * لم تمتنع من المصير الي * 17 فاني ساكرمك جدا *
وكل ما تقول لي اصنعه * وتعال فالعن لي هاولاء القوم *
18 فاجاب بلعام قواد بالاق وقال لهم * لو اعطاني بالاق مل بيته
فضة وذهبا لم استطع ان اجاوز امر الله ربي فاعمل صغيرة
او كبيرة * 19 والان اقيموا ايضا انتم هنا الليلة * حتي
انظر ما يعاود الله خطابي به * 20 فوافي امر الله بلعام ليلا
وقال له * ان كان هاولاء القوم جاوا ليدعوك فقم فامض معهم *
لكن الامر الذي اقوله لك اصنعه فقط * 21 فقام بالغداة
واسرج اتانه * ومضي مع روساء بالاق * 22 ثم اشتد غضب
الله لمضيه طامعا * فوقف ملاك الله في الطريق ليحيده عن ذلك *
وهو راكب علي اتانه * ومعه غلاماه *
23 ولما رات الاتان ملاك الله قايما في الطريق * وسيفه مصلت
بيده * مالت عن الطريق * وسارت في الضياع فضربها * بلعام
ليردها الي الطريق *
24 ثم وقف ملاك الله في زقاق الكروم * وهناك جدار يمنة
وجدار يسرة *
25 فلما راته ازدحمت مع الحايط * فضغطت رجل بلعام الي
الحايط * فزاد في ضربها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Et ſurrexerunt Principes Moab, & venerunt ad Balac, dixeruntque: renuit Balaam venire nobiſcum.
15 Et addidit iterum Balac mittere principes plures, & honoratiores iſtis. 16 Qui venerunt ad Balaam,
& dixerunt illi; Sic dicit Balac filius Sephor, ne quæſo cuncteris venire ad me. 17 Nam honorando honorabo te plurimùm, & quidquid dixeris mihi faciam: Veni ergo quæſo maledic mihi populo huic.
18 Reſpondit verò Balaam, & dixit ſeruis Balac: Si daret mihi Balac plenam domum ſuam argento, aut auro,
non potero tranſgredi verbum Domini Dei mei faciendo rem paruam, aut magnam. 19 Nunc igitur manete quæſo hìc vos etiam hac nocte, & cognoſcam quid iterum mihi dicet Dominus.
20 Tunc venit Angelus Domini ad Balaam noctu, & dixit ei: Si ad vocandum te venerunt viri illi, ſurge, ito
cum illis, ſed tantummodò verbum quod dixero tibi illud facies. 21 Surrexit igitur Balaam mane, & ſtrauit aſinam ſuam, & iuit cum principibus Moab. 22 Sed exarſit ira Domini, eo quod abiret; ſtetitque Angelus Domini in via vt aduerſaretur illi: ipſe autem inſidebat aſinæ ſuæ, & duo pueri eius erant cum eo.
23 Vidit autem aſina Angelum Domini ſtantem in via, & gladium exertum in manu eius, ideo declinauit aſina de via & gradiebatur per agrum: ſed percutiebat Balaam aſinam vt reflecteret eam in viam.
24 Tum ſtetit Angelus Domini in ſemita vinearum, maceria erat hinc, & maceria illinc.
25 Videns autem aſina Angelum Domini compreſſit ſe ad parietem, compreſſit quoque pedem Balaam ad parietem, qui iterum percuſſit eam.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

26 Iterum quoque angelus Domini tranſiens
ſtetit in loco anguſto, vbi non erat via decli-
nandi ad dexteram neque ad ſiniſtram.
27 Et cùm vidiſſet aſina angelum Domini,
ſuccubuit ſub Belaam : & ira percitus Be-
laam, percuſſit aſinam fuſti. 28 Aperuitque
Dominus os aſinæ, & dixit ad Belaam, Quid
feci tibi quòd me percuſſeris iam tribus vici-
bus? 29 Reſpondit Belaam aſinæ, Quia illu-
ſiſti mihi: & ſi haberem gladium in manibus
meis, modò te occiderem.
30 Ait aſina ad Belaam, Annon ego ſum
aſina tua cui tu inſidere conſueuiſti à pueri-
tia tua vſque ad hodiernum diem ? num feci
vnquam tibi tale quicquam? Ait illi, Minimè.
31 Retexit autem Dominus oculos Belaam,
& vidit angelum Domini ſtantem in via, &
gladium ſuum diſtrictum manu ſua tenen-
tem : & genuflectens adorauit ſuper faciem
ſuam. 32 Et dixit ad eum Angelus Domi-
ni, Cur verberaſti aſinam tuam iam tribus
vicibus ? en ego egreſſus ſum vt eſſem tibi
aduerſarius, eo quòd direxeris viam con-
tra me.
33 Et videns me aſina, deflexit à me iam tri-
bus vicibus: & niſi deflexiſſet à me, nunc te oc-
cidiſſem, ipſam verò ſeruaſſem.
34 Dixit Belaam ad Angelum Domini, Pec-
caui: ignorabam quòd tu ſtares aduerſum me in
via: nunc ſi ingratum eſt in oculo tuo, reuertar.
35 Ait angelus Domini ad Belaam, Vade
cum viris, duntaxat ſermonem quem dixero
tibi, ipſum facito. Abiit ergo Belaam cum
magnatibus Balac.
36 Audiens autem Balac veniſſe Belaam,
egreſſus eſt in occurſum eius ad vrbem Moab
quæ eſt in finibus Arnon, in extremis finibus.

VERSIO SAMARITANA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

26 *Item reuerſus eſt Angelus Dei, & tranſiit ac ſtetit in loco in quo non erat via declinandi à ſe dextrorſum aut ſiniſtrorſum.*

27 *Cùmque vidiſſet eum* aſina*, corruit ſub Balaam: & inualuit furor eius, verberauitque illam fuſte:*

28 *Aperuit autem Deus os eius, & ait ad Balaam. Quid feci tibi, vt verberares me hac vice tertia?*

29 *Dixit: Quia in cœno me volutaſti: & ſi fuiſſet in manu mea gladius, iam occidiſſem te.*

30 *Ait: Nonne aſina tua ſum, quam conſcendiſti à quo fui vſque ad hanc diem? num conſueui ſic agere tecum? Ait: Non.*

31 *Tum detexit Deus viſum Balaam, & vidit Angelum ſtantem in itinere, & gladium eius euaginatum in manu eius: procidit ergo coram illo adorans.*

32 *Ait autem illi: Cur verberaſti aſinam tuam tribus vicibus, cum ego exierim vt diuerterem te? Et quidem occluſa eſt via coram me,*

33 *Ita vt viderit me aſina, & declinarit à me hac tertia vice: & niſi declinaſſet à me, interfeciſſem te nunc, & ſeruaſſem illam.*

34 *Dixit ei: Iam peccaui, & neſciebam te ſtare aduerſum me in itinere: & nunc ſi diſplicet tibi diſceſſus meus, reuertar.*

35 *Ait illi: Vade cum turba, & ſermonem quem dicam tibi, profer tantumodò. Abijtque cum illis.*

36 *Cùm verò audiſſet Balac aduentum Balaam, egreſſus eſt in occurſum eius ad ciuitatem Moab, ad terminos Arnon quæ eſt in limitibus ipſius* Balac.

26 ثم عاود ملاك الله فجاز ووقف في موضع ما ليس طريق
يمال عنه اليه يمنة او يسرة *

27 فلما راته ربضت تحت بلعام * فاشتد غضبه * فضربها
بالعصا * 28 ففتح الله فاها * فقالت لبلعام * ماذا صنعت بك
اذ ضربتني هذه المرة الثالثة *

29 قال لانك تراوغتني * ولو كان في يدي سيف لكنت قد
قتلتك *

30 قالت الست اتانك التي ركبتني مذ كنت الى اليوم *
هل عودتك ان اصنع بك كذا * قال لا *

31 ثم كشف الله عن بصر بلعام * فراى الملاك واقفا في
الطريق وسيفه مصلت بيده * فخر بين يديه ساجدا *

32 فقال له لم ضربت اتانك ثلاث دفعات * وانا خرجت ان
احيدك * ان تورطت الطريق حذائي * 33 حتى راتني الاتان
فمالت عني هذه الدفعة الثالثة * ولو لم تمل عني لقتلتك الان
وابقيتها *

34 قال له * قد اخطات * ولم اعلم انك واقف تلقائي في
الطريق * والان فان ساءك مضيي رجعت *

35 قال امض مع القوم * والقول الذي اقوله لك قله فقط *
فمضى معهم *

36 فلما سمع بالاق بمجي بلعام خرج تلقاءه الى قرية ماب
على تخم ارنون التي في طرفه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

26 Sed angelus Domini denuò tranſiuit, & ſtetit in loco anguſtiæ, in quo non erat via ad declinandum ad dexteram, aut ſiniſtram. 27 Videns verò aſina Angelum Domini ſuccubuit ſub Balaamo; tunc exarſit ira Balaami, & percuſſit aſinam virga. 28 Et aperuit Dominus os aſinæ, dixitque Balaamo, quid feci tibi, quod percuſſiſti me his tribus vicibus? 29 Reſpondit verò Balaam aſinæ, quia illuſiſti mihi: vtinam eſſet gladius in manu mea, certè nunc occiderem te. 30 Dixit autem aſina Balaamo, Nonne ego ſum aſina tua, cui inſediſti ex quo tu es vſque in hunc diem? num conſueſcendo conſueui facere tibi ſic? reſponditque, non.
31 Et reuelauit Dominus oculos Balaam, viditque Angelum Domini ſtantem in via, exertumque gladium in manu eius; Tunc inclinauit ſe, & poſtrauit ſe in faciem ſuam. 32 Et dixit ei Angelus Domini, quare percuſſiſti aſinam tuam iam tribus vicibus? ecce ego egreſſus ſum vt aduerſarer tibi, diſplicet enim mihi iter tuum.
33 Vidit autem me aſina iſta, & declinauit à facie mea, certè nunc etiam te interfeciſſem, illam autem viuam conſeruaſſem. 34 Reſpondit verò Balaam Angelo Domini, peccaui, quia non cognoui quod tu ſtares obuiam mihi in via: nunc autem ſi mala res eſt in oculis tuis, reuertar.
35 Dixit autem Angelus Domini Balaamo, abi cum hominibus illis: Verumtamen verbum quod dixero tibi, hoc ſollicitus eſto loqui. Abiuit igitur Balaam cum principibus Balac.
36 Audiens autem Balac quod veniebat Balaam, egreſſus eſt in occurſum eius ad ciuitatem Moab quæ eſt iuxta fines Arnon in extremitate finium.

37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

37 Dixitque Balac ad Belaam, Iam miſi pro te
vt te acceſſerem, quomodo non veniſti ad me?
num fortè putabas non ſatis mihi virium eſſe
ad honorandum te? 38 Reſpondit Belaam ad
Balac, Ecce veni ad te, num autem vllatenus
potero quicquam dicere? nonniſi eum ſermonem quem poſuerit Deus in ore meo, dicam.
39 Et abiit Belaam cum Balac, introduxitque
eum in vrbem Haſeroth. 40 Et mactans Ba-
lac boues & oues, miſit ad Belaam & ad ma-
gnates qui cum eo erant. 41 Mane autem fa-
cto, duxit Balac Belaamum, & aſcendere fecit
eum ad Bemoth Baal, & vidit inde extremitatem populi.

CAPVT XXIII.

Dixitque Belaam ad Balac, Extrue mihi
hìc ſeptem aras, & para mihi hìc ſeptem
boues & ſeptem arietes. 2 Fecitque Balac
quemadmodum dixerat ei Belaam: extulitque
Balac & Belaam boues & arietes ad aras.
3 Et ait Belaam ad Balac, Sta hìc apud ſacrificia
tua, & ego vadam, ſi fortè occurrat Dominus
in occurſum meum: & ſermonem quem oſtenderit mihi, indicabo tibi: & abiit ſincerè.
4 Apparuit ergo Deus Belaamo, dixitque ad
eum *Belaam*, Septem aras paraui, & extuli bo-
ues atque arietes ad aras. 5 Poſuitque Domi-
nus verbum in ore Belaam, & ait ad illum, Vade
ad Balac, & ſic loquere. 6 Venit ergo ad eum
ſtãtem prope ſacrificia ſua, cum omnibus prin-
cipibus Moab. 7 Et aſſumens prouerbium
ſuum, dixit, De Aram duxit me Balac rex Moa-
bitarum, de montibus Orientis: & dixit mihi,
Veni maledic mihi Iacobum, & veni perde
mihi Iſraelem. 8 Cur maledicam ei cui non
maledixit Deus? & cur perdam eum quem non
perdidit Dominus?

VERSIO-SAMARITANA.

37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

37 *Dixit autem Balac ad Balaam: Nonne miſi*
ad te altera vice ante iſtam ad accerſendum te, & non veniſti ad me? An putas quòd non valeam honorare te? 38 *Ait: Et nunc cùm iam venerim ad te, num putas quòd poſſim dicere quicquam niſi quod ſuggeret mihi Deus?*
39 *Abieruntque ambo ſimul, donec venirent ad ciuitatem Hoſoth:*
40 *Iugulauitque boues & oues, & miſit eas ad Balaam, & ad principes qui cum eo erant.*
41 *Cùmque fuiſſet mane, duxit Balac Balaam, & aſſumpſit eum ad quædam templa dei ſui, viditque inde partem populi.*

CAPVT XXIII.

ET ait: Conſtrue mihi hîc ſeptem altaria, & præpara mihi hîc ſeptem vitulos, & ſeptem arietes. 2 *Fecitque hoc, & obtulere ambo bouem & arietem ſuper quolibet altari.* 3 *Deinde ait illi: Mane apud ſacrificium tuum, & ego ibo, vt forte adueniat mihi præceptum Dei: & quemcunque ſermonem ſignificauerit mihi, nuntiabo tibi: abyt- que tranquillè.* 4 *Cùmque adueniſſet illi mandatum Dei, dixit: O Domine, equidem conſtruxi ſeptem altaria, & obtuli arietem & bouem ſuper quolibet altari.* 5 *Et ſignificauit ei Deus ſermonem, & ait: Reuertere ad Balac, & dicito ſic.* 6 *Reuerſuſque eſt ad illum, & ecce ſtabat prope ſacrificium ſuum, ipſe atque omnes principes Moab.* 7 *Protulitque prouerbium ſuum, & ait: De Aram adduxit me Balac rex Moab, de montibus orientis, dicens: Veni, & maledic mihi Iacob, & conuiciare mihi ſtirpem Iſrail.*
8 *Quomodo conuiciabor quem non conuiciatus eſt Deus? & quomodo detraham cui non detraxit Deus.*

فقال بالاق لبلعام * ألم أرسل اليك من قبل هذه ادعوك 37
ولم تصر الي * اتراني لست اقدر علي اكرامك * 38 قال * والآن
اذ قد صرت اليك اتراني استطيع ان اقول شيا الا ما يلقنيه الله *
39 ومضا جميعا الي ان جاا الي قرية حوصوث *
40 وذبح بقرا وغنما * وبعث بذلك الي بلعام * والي الروساء
الذين معه * 41 فلما كان بالغداة اخذ بالاق بلعام * فاصعده
الي بعض بيع معبوده * فنظر من ثم بعض القوم *

* الفصل الثالث والعشرون *

1 فقال * ابن لي ههنا سبعة مذابح * واعد لي ههنا سبعة
ثيران * وسبعة اكبش * 2 فصنع ذلك * وقربا ثورا وكبشا
علي كل مذبح * 3 ثم قال له * قف عند قربانك * وامضي انا
فلعلي يوافيني امر الله * واي قول لقنيه اخبرتك به * ومضي
في هدوء * 4 فلما وافاه امر الله قال * يا رب اني قد نصبت
سبعة مذابح * وقربت كبشا وثورا علي كل مذبح *
5 فلقنه الله كلاما فقال * ارجع الي بالاق * وقل كذا *
6 فرجع اليه * فاذا به واقفا عند قربانه هو وجميع روساء
ماب *
7 فضرب مثله وقال * من ارام سيرني بالاق ملك
ماب * من جبال المشرق * قايلا تعال فالعن لي يعقوب *
وذم لي آل اسرايل *
8 كما ما اسب من لم يسبه الله * وما اذم من لم يذمه الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

37 Et dixit Balac Balaamo, nonne mittendo miſeram ad te vt accerſerem te? quare non veniſti ad me? num
certè poſſum te honorare? 38 Reſpondit autem Balaam ipſi Balac: En veni ad te nunc, Nunquid potero
loqui quicquam? Verbum quod poſuerit Deus in ore meo, illud ſollicitus ero loqui. 39 Et perrexit Balaam
cum Balac, & introduxit eum in ciuitatem platearum. 40 Tum ſacrificauit Balac boues, & oues, & miſit
Balaamo, & principibus qui erant cum eo. 41 Factóque mane accepit Balac Balaamum, & aſcendere fecit
eum excelſa Baal, vt videret inde extremam partem populi.

CAPVT XXIII.

POſthæc dixit Balaam ad Balac, fac mihi hîc ſeptem altaria; para mihi quoque hîc ſeptem vitulos, & ſeptem
arietes. 2 Et fecit Balaac ſicut locutus fuerat Balaam; impoſueruntque Balac & Balaam vitulum & arie-
tem ſuper altare, 3 Tum dixit Balaam ad Balac, ſubſiſte iuxta holocauſta tua, abibo autem; fortaſſe occurret
Deus obuiàm mihi, & verbum quod oſtenderit mihi, renuntiabo tibi. Abiit igitur in colliculum. 4 Et inuenit
Angelus Domini Balaamun, dixitque illi; ſeptem altaria diſpoſui, & impoſui vitulum, & arietem ſuper altare.
5 Tum poſuit Angelus Domini verbum in ore Balaami, poſtea dixit, reuertere ad Balac, ſicque loquêris.
6 Itaque reuerſus eſt ad eum: En autem ſtabat iuxta holocauſta ſua, ipſe, & omnes principes Moab.
7 Aſſumpſit autem parabolam ſuam, & dixit: Ex Meſopotamia accerſiuit me Balac rex Moab, de montibus
Orientis: Veni, maledic mihi Iacobo; At veni deteſtare Iſraelem. 8 Cur maledicam cui non maledixit
Deus? Et cur deteſtabor non deteſtante Domino?

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

9 Nam de cacumine montium vidi eum, &
de collibus intuitus ſum eum: en populus eſt
ſeorſum habitans, & inter populos non com-
putatur. 10 Quis poteſt numerare ſummam
Iacobi, & numerum quartæ partis Iſraelis? mo-
riatur anima mea morte rectorum inter eos, ſit-
que finis meus illorum ſimilis. 11 Ait Balac
ad Belaam, Quid feciſti mihi? ad maledicendos
inimicos meos acceſſiui te, & ecce benedicens
benedicis eis. 12 Reſpondit Belaam, ac dixit,
Id quod ponit Dominus in ore meo, illud idem
ſeruo ad loquendum. 13 Dixit ad eum Balac,
Veni mecum ad alium locum, vt eum inde aſpi-
cias: attamen poſtremam eius partem videbis,
totum verò non videbis, & maledic eum mihi
inde. 14 Duxit itaque eum ad agrum ſpecula-
rum, ad verticem collis, & extructis ſeptem
aris, extulit boues & arietes ſuper aras. 15 Et
dixit Belaam ad Balac, Sta hìc prope ſacrificia
tua, & ego pergam eò vſque. 16 Apparuit er-
go Dominus Belaamo, & poſuit verbum in
ore eius, & dixit ad eum, Vade ad Balac, & ita
dicas ei. 17 Venitque ad eum dum ſtaret pro-
pe ſacrificia ſua, & principes Moab cum ipſo.
Dixitque ad eum Balac, Quid ait Dominus?
18 Et extulit prouerbium ſuum, ac dixit, Surge
Balac, & audi, & auſculta teſtimonium meum
fili Sephor. 19 Deus non eſt homo vt mentia-
tur, neque filius hominis vt conſulat. ipſe
dicit, ac facit: & verbum eius permanet in ſæ-
cula. 20 En ad benedicendum adductus
ſum, & benedictionem haud reuocabo.
21 Non video iniquitatem in Iacob, nec aſpi-
cio fraudem in Iſraele: Dominus Deus eius
cum ipſo eſt, & gloria regis eius in ipſo.
22 Deus qui eduxit eos ex Ægypto, robore
& altitudine ſua.

VERSIO SAMARITANA.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

9 Et ego video illum de ſummitatibus montium,
& percipio illum è collibus quòd ſit populus qui ha-
bitabit ſeorſim, nec numerabitur cum cæteris genti-
bus. 10 O quis numeret ſtirpem Iacob, & com-
putet generationem Iſrail? Rogo te vt moriatur
anima mea morte iuſtorum, & ſit finis meus ſimi-
lis ipſorum. 11 Dixit illi Balac: Quid feciſti mihi?
vocaui te vt conuitiareris inimicos meos, & ecce
tu benedicis eis. 12 Reſpondit ei, ac dixit illi:
Nonne quod ſignificat mihi Deus ſeruabo, & di-
cam? 13 Ait: Veni mecum ad alium locum ex
quo videbis eum, verùm videbis partem ipſius, non
totum: ſi fortè poſſis imprecari illi. 14 Duxit-
que eum ad caſtellum excelſum, ſuper verticem
arcis: & ædificauit ibi ſeptem altaria, obtulitque
bouem & arietem ſuper vnoquoque altari.
15 Et ait illi: Sta hîc apud ſacrificium tuum,
& ego obuius ibo iſtac.
16 Venit ergo mandatum Dei ad Balaam,
& ſignificauit ei ſermonem, & ait: Reuertere
ad Balac, & dicito ſic.
17 Venit ergo ad eum ſtantem apud ſacrificium
ſuum, & principes Moab cum illo. Ait: Quid
inquit Deus?
18 Protulitque parabolam ſuam, & dixit: Sur-
ge ô Balac & audi, atque auſculta ſermonem
meum ô fili Sephor. 19 Non eſt Potentiſſimus ſicut
homines vt mentiatur, neque ſicut filij Adam vt
pœniteat ſe. Num dicit, & non operatur? aut pro-
fert ſermonem, & non ſubſiſtit loco?
20 Non niſi benedictionibus quas accepi, benedi-
cam illis, & non reuocabo eas.
21 Eo quòd non viderit fraudem in ſtirpe Iacob,
neque dolum in progenie Iſrail, ideo Deus Do-
minus eorum cum ipſis eſt, & amicitia Regis pro
ipſis eſt. 22 Potens, qui eduxit eos ex Ægypto,
tanquam vigilantiſſimus rhinoceros protegit eos:

9 وانا اراه من روس الجبال * والحظه من البقاع * انه شعب
سيسكن فرادي * ولا يحسب مع ساير الامم * 10 يا من
يعد نسل يعقوب * ويحصي ذرية اسرايل * اسالك ان تموت نفسي
موت المستقيمين * وتكون اخرتي مثلهم * 11 قال له بالاق *
ماذا صنعت بي * دعوتك لتسب اعداي * فاذا بك تبارك فيهم *
12 فاجابه وقال له * الان ما يلقنيه الله احفظه واقوله *
13 قال * تعال معي الي موضع اخر تنظر منه * لكنك تنظر
بعضه لا كله * فلعلك تستطيع ان تسبه * 14 فاخذه الي الصيعة
المشرفة على راس القلعة * فبني هناك سبعة مذابح * وقرب
ثورا وكبشا على كل مذبح * 15 وقال له * قف ههنا عند
قربانك * وانا التقي من ههنا * 16 فوافي امر الله بلعام * ولقنه
كلاما فقال * ارجع الي بالاق وقل كذا * 17 فجاء اليه وهو
واقف عند قربانه * ورؤساء ماب معه * قال ماذا قال الله *
18 فضرب مثله وقال * قم يا بالاق * واسمع وانصت لقولي يا ابن
صفور * 19 ليس القادر كالناس فيكذب * ولا كبني
ادم فيندم * اتراه يقول ولا يفعل * او يتكلم كلاما ولا يقوم
مقامه *
20 الان بركات قد قبلتها فابارك فيهم * ولا اردها *
21 مما لم ينظر غلا في ال يعقوب * ولا دغلا في اسرايل * فالله ربهم
معهم * وصحابة الملك لهم *
22 القادر المخرج لهم من مصر كارق الريم مانع عنهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Nam de vertice petrarum videbo illum, & de collibus contemplabor illum: Iſte populus ſolitarius habita-
bit, & inter gentes non reputabit ſe. 10 Quis numerabit puluerem Iacob, & numerabit ſobolem Iſrae-
lis? moriatur anima mea morte iuſtorum, ſitque nouiſſimum meum ſicut ipſe. 11 Tunc dixit Balac Ba-
laamo, quid feciſti mihi? vt malediceres inimicis meis accepi te; at ecce benedixiſti benedicendo.
12 Reſpondit autem, & dixit; nonne quod poſuerit Dominus in ore meo hoc ſollicitus ero dicere? 13 Dixit-
que ei Balac, veni quæſo mecum in locum alterum; videbis eum inde, tantummodò extremam partem eius
vidiſti, nec totum vidiſti, & inde mihi maledic illi. 14 Aſſumpſit igitur eum in agrum ſpeculatorum ad
verticem Phaſga, & ædificauit ſeptem altaria, impoſuitque vitulum, & arietem ſuper altare. 15 Et dixit ad
Balac, ſubſiſte iuxta holocauſta tua, ego verò occurram illuc. 16 Sed vocauit Angelus Domini Balaamum,
poſuitque verbum in ore eius, dixitque, reuertere ad Balac, ſicque loquaris. 17 Venit igitur ad eum, at
ecce ſtabat iuxta holocauſta ſua, principeſque Moab erant cum illo: Et dixit ei Balac, quid locutus eſt Domi-
nus? 18 Tunc aſſumpſit parabolam ſuam, & dixit: ſurge Balac, & audi, auſculta teſtimonium meum fili
Sephor. 19 Non eſt homo Deus vt mentiatur, & filius hominis vt pœniteat ipſum. Ipſe dixit, & non faciet?
loquetur, & non præſtabit illud? 20 Ecce ad benedicendum aſſumptus ſum, benedicam & non auertam il-
lam. 21 Non aſpexi iniquitatem in Iacob, neque vidi præuaricationem in Iſrael: Dominus Deus eius eſt
cum eo, & clangor regis in eo. 22 Deus eduxit eos ex Ægypto, ſicut robur vnicornis eſt ei.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

23 Non enim eſt omen contra Iacob, neque
diuinatio contra Iſraelem. In ſimili tempore di-
cetur Iacobo & Iſraeli quid operetur Deus.
24 En populus vt leo conſurgit, & veluti leo
ſeſe attollit: non dormiet donec comedat præ-
dam, & ſanguinem occiſorum bibat. 25 Dixit
autem Balac ad Belaam, Ne maledicas ei male-
dictionibus, nec benedictionibus benedicas ei.
26 Reſpondit Belaam, & ait ad Balac, Nonne
dixi tibi quòd quicquid dixerit mihi Dominus,
illud idem facturus eſſem? 27 Et dixit Balac
ad Belaam, Veni ducam te ad alium locum,
fortè placebit in oculis Domini, & inde male-
dic eum mihi. 28 Duxit ergo Balac Belaamum
ad verticem Peor qui cernitur ex aduerſo Aſi-
mon. 29 Et ait Belaam ad Balac, Extrue mihi
hîc ſeptem aras, & para mihi hîc ſeptem boues
& ſeptem arietes. 30 Fecitque Balac quemad-
modum dixerat ei Belaam, & eleuauit boues
& arietes ſuper aras.

CAPVT XXIV.

VIdens autem Belaam quòd gratum eſſet in
oculis Domini benedicere Iſraeli, non
abiit vt cæteris vicibus ad ſciendum omen, ſed
vertit ad deſertum faciem ſuam. 2 Et eleuans
Belaam oculos ſuos, vidit Iſraelem habitantem
per tribus ſuas. Et factus eſt ſuper eum ſpiritus
Dei, 3 Extulitque prouerbium ſuum, ac di-
xit, Dic Belaam fili Beor, dic vir cuius detectus
eſt oculus. 4 Dic qui audiſti eloquium Dei,
& viſionem Dei vidiſti cùm eſſes deiectus
apertos tamen oculos haberes. 5 Quàm pul-
chrum eſt habitaculum tuum Iacob: & taber-
nacula tua Iſrael, 6 Veluti fluuij decurren-
tes, & vt paradiſi ſuper flumen, & ſicut tento-
rium quod plantauit Dominus, & ſicut cedri
ſecus aquas.

VERSIO-SAMARITANA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

23 *Nec eſt auſpicium quod officiat progeniei Iacob, nec ars pythonica quæ valeat in ſtirpem Iſrail. Et quidem dicetur eis quid fecerit Potens tantùm.* 24 *Et ipſe populus eſt qui vt leæna conſurgit, & vt leo erigitur, & non cubabit donec comedat prædam, & bibat ſanguinem proſtratorum.* 25 *Dixit ei Balac: Cùm non maledicas ei maledictione, ne benedicas ei benedictione.* 26 *Reſpondit ei, dicens: Nonne dixi tibi, quòd quicquid dicet Deus faciam?* 27 *Ait: Veni ducam te ad alium locum, vtrum forte facilis reddatur à Deo maledictio eius, & maledices illum mihi inde:* 28 *Duxitque eum ad ſummitatem collis qui reſpicit faciem ſolitudinis.* 29 *Ait: Ædifica mihi ſeptem altaria, & para mihi ſeptem boues, & ſeptem arietes.* 30 *Fecitque ſicut dixit ei, & obtulerunt ambo bouem & arietem ſuper* quolibet *altari.*

CAPVT XXIV.

CVm autem vidiſſet Balaam præſtantius eſſe apud Deum benedicere Iſrailitas, non abijt vt duabus primis vicibus ad quærenda omina, ſed conuertit faciem ſuam ad deſertum eorum. 2 *Cùmque extendiſſet aciem ſuam, & vidiſſet eos habitantes ſecundùm ordinem tribuum ſuarum, deſcendit ſuper eum prophetia Dei.* 3 *Protulitque prouerbium ſuum, & ait: dic ô Balaam fili Beor, & dic ô vir acuti obtutus.* 4 *Et dic ô auditor ſermonum Potentis, & videns viſiones Satisfactoris, qui dormit & habet oculum apertum.* 5 *Quàm bona tentoria tua ô ſtirps Iacob, & habitacula veſtra ô progenies Iſrail.* 6 *Sunt enim veluti valles protenſa, & velut viridaria ſecus flumen, & vt tentoria quæ fixit Deus, & quaſi cedri ſecus aquam.*

23 ولا طيرة تحيك في آل يعقوب * ولا قسامة تؤثر في آل اسرايل *
وانما يقال لهم ما صنع القادر فقط * 24 وهو شعب كاللبوة
يقوم * وكاسد يرتفع ولا يضطجع الي ان ياكل الفريسة * ويشرب دم
الصرعي * 25 قال له بالاق * اذ لا تسبه سبا فلا تبارك عليه
بركة * 26 فاجابه قايلا * الم اقل لكم ان كلما يقوله الله
فاصنعه * 27 قال * تعال اخذك الي موضع اخر * فلعله ان
يسهل من عند الله سبه * فتسبه لي من هناك * 28 فاخذه
الي راس الرابية المطلعة على وجه السماوة * 29 قال ابن
لي سبعة مذابح * واعد لي سبعة ثيران * وسبعة اكبش *
30 فصنع كما قال له * وقربا ثورا وكبشا على المذبح *

* الفصل الرابع والعشرون *

1 فلما راى بلعام ان الاصلح عند الله تبريك الاسرايلية * لم
يمض كالمرتين الاولتين في طلب الفالات * واقبل بوجهه الي برهم *
2 فلما مد بصره وراهم نازلين على نظام اسباطهم * حلت
عليه نبوة الله * 3 فضرب مثله وقال * قل يا بلعام بن
بعورا * وقل ايها الرجل الحديد البصر *
4 وقل يا سامع اقوال القادر * وناظر مناظر الكافي * وهو نايم *
وهو مفتوح العين * 5 ما اجود اخبيتك يا نسل يعقوب * ومنازلكم
يا آل اسرايل *
6 فهي كاودية ممدودة * وكجنات على نهر * وكمضارب ضربها
الله * وكارز على ماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Non eſt enim augurium in Iacob, neque diuinatio in Iſrael. Sicut hoc tempore dicetur Iacob & Iſraeli,
quid fecit Deus? 24 En populus ſicut catulus leonis exurget, & ſicut leo extollet ſe; non cubabit donec deuorauerit prædam, & ſanguinem occiſorum biberit. 25 Dixit autem Balac Balaamo, etiam maledicendo ne
maledicas illi, atque etiam benedicendo ne benedicas illi. 26 Reſpondit verò Balaam, & dixit ad Balac,
nonne dixi tibi in hunc modum; omne verbum quod loquetur Dominus, illud faciam? 27 Tum dixit Balac
Balaamo, ito quæſo, ducam te in locum alium: fortaſſe rectum erit in oculis Dei, vt mihi maledicas illi inde.
28 Et duxit Balac Balaamum ad verticem Phogor qui reſpicit verſus ſolitudinem. 29 Dixitque Balaam ad
Balac, ædifica mihi hîc ſeptem altaria, & præpara mihi hîc ſeptem vitulos, & ſeptem arietes.
30 Fecitque Balac vt dixerat Balaam, & impoſuit vitulum, & arietem ſuper altare.

CAPVT XXIV.

VIdens autem Balaam quod placeret Domino vt benediceret Iſraeli, non iuit vt antea ſolebat in occurſum auguriorum, ſed poſuit verſus deſertum faciem ſuam. 2 Suſtulitque Balaam oculos ſuos,
& vidit Iſraelem habitantem per tribus ſuas, fuitque ſuper eum ſpiritus Dei. 3 Tunc aſſumens parabolam
ſuam dixit: dicit Balaam filius Beor, dicit inquam, homo apertos oculos habens. 4 Qui viſionem omnipotentis vidit, qui cadit oculos diſcoopertus. 5 Quàm bona ſunt tabernacula tua Iacob, & habitacula tua Iſrael.
6 Sicut valles nemoroſæ, ſicut horti iuxta fluuium, ſicut tabernacula quæ tetendit Dominus, ſicut cedri
iuxta aquas.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible] 15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

7 Egredietur vir de filiis eiūs,& ſemen eius in
aquis multis, & extolletur præ Agag rege, &
exaltabitur regnum 8 Dei qui eduxit eos ex
Ægypto robore & altitudine ſua. Deuorabit
populus eius hoſtes ſuos, & oſſa eorum confringet, & dorſa eorum concidet. 9 Cubauit
& dormiuit vt leo, & vt catulus leonis, & quis
excitet eum? benedicentes tibi, benedicti erunt,
& maledicentes tibi, maledicti. 10 Excanduit autem ira Balac aduerſus Belaam, & comploſis manibus ait Balac ad Belaam, Ad maledicendos hoſtes meos vocaui te, & ecce tu benedicendo benedicis eis iam tribus vicibus.
11 Nunc egredere, vade tibi in patriam tuam:
dixeram me honoribus te affecturum, ſed ecce
priuauit te Dominus honore. 12 Reſpondit
Belaam, dixitque ad Balac, Ecce legatis quoque
tuis quos ad me miſeras, dixeram: 13 Etiamſi
dederit mihi Balac plenam domum ſuam argento vel auro, non potero tranſgredi verbum oris Domini, & facere ex corde meo bonum aut malum: ſed quod mihi dixerit Dominus,
illud idem loquar. 14 Nunc en pergo àd terram meā, ſed veni vt conſiliū dem tibi quid facturus ſit populus iſte populo tuo in fine dierū.
15 Proferens itaque prouerbium ſuum, ait, Dic Belaam fili Beor, dic vir cuius patens eſt oculus. 16 Dic qui audiſti ſermonem Dei, & nouiſti mentem Altiſſimi, & viſionem Dei vidiſti cùm eſſes deiectus & apertos haberes oculos.
17 Vidi eum, ſed non iamdiu: & inſpexi eum, ſed non eſt proximus. Orietur ſtella ex Iacob, & ſurget princeps ex Iſrael, & perdet gigantes Moab, & ſubiugabit omnes filios Seth.
18 Eritque Adum hæreditas eius: & Seir poſſeſſio inimicorum eius, ipſius erit: & Iſrael uires acquiret.

VERSIO SAMARITANA.

7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

7 *Profluit aqua è rotis eius, & planta eius in*
aqua copioſa, & exaltabitur pluſquam Agag rex
eius, & extolletur regnum eius. 8 *Potens qui*
eduxit eos ex Ægypto, quaſi vigilantiſſimus rhi-
noceros arcet ab eis: ipſe comedet inimicos ſuos ex
gentibus, & oſſa eorum comedet: & ſagittæ
eius tabe conficient eos. 9 *Et cùm cubuerit*
atque iacuerit, eſt veluti leo aut veluti leæna: quis
eſt qui ſuſcitet eum? Benedicens tibi benedictus eſt,
& maledicens tibi, maledictus.
10 *Inualuit autem ira Balac aduerſus Ba-*
laam, impegitque volas ſuas præ indignatione,
& ait illi: Vocaui te vt malediceres hoſtibus meis,
& ecce benedixiſti eis hac tertia vice.
11 *Et nunc vade in locum tuum. Decreueram*
quidem honorare te, ſed priuauit te Deus honore.
12 *Dixit ei: Nonne dixi nuntiis tuis quos miſiſti*
ad me: 13 *Etiamſi dederit mihi Balac plenam do-*
mum ſuam argento vel auro, non potero præterire
mandatum Dei, & facere bonum vel malum ex
ſententia mea, ſed dicam quod dicet Deus tantum?
14 *Et modò ecce ego abeo ad gentem meam, veni*
vt notificem tibi quid facturus ſit populus iſte po-
pulo tuo in fine dierum.
15 *Protulit ergo prouerbium ſuum, & ait: Dic*
ô Balaam fili Beor, & dic ô vir acuti obtutus.
16 *Dic ô auditor ſermonum Potentis, & ſciens*
ſcientiam Altiſſimi, & videns viſiones Satisfacto-
ris, qui dormiens eſt & habet oculum apertum.
17 *Video rem, & non eſt exiſtens modo: & aſpi-*
cio illam, & non eſt propinqua. nam emittetur
ſtella de ſtirpe Iacob, ſurgetque virga ex progenie
Iſrail, & debilitabit regiones Moab, & concu-
tiet omnes filios Seth.
18 *Et erit Adum conſumptus, & eodem modo*
Seir, omneſque inimici eius: Iſrail verò creſcet
in robore.

7 يهطل الماء من دواليه * وغرسه في ماء غزير * ويرتفع من اغاغ
ملكه * وتتسامى مملكته * 8 القادر المخرج لهم من مصر كارق الريم
مانع عنهم * فهو ياكل اعداءه من الامم * وعظامهم يعرق * وسهامه
تدنفهم * 9 واذا جثا وربض فهو كالاسد او كلبوة * من ذا يثيره *
المبارك فيك مبارك * ولاعنك ملعون * 10 فاشتد غضب بالاق
على بلعام * وصفق كفيه حردا وقال له * انما دعوتك لتسب
اعدائي * فاذا قد باركت فيهم هذه المرة الثالثة * 11 فالان
انصرف الى موضعك * لقد كنت عزمت ان اكرمك * فمنعك
الله من الكرامة * 12 قال له الم اقل لرسلك الذين بعثت بهم الي *
13 لو اعطاني بالاق ملء بيته فضة او ذهبا * لم استطع ان اتجاوز
امر الله * فاعمل جيدة او ردية من رايي * انما اقول الذي يقوله
الله فقط * 14 والان ها انا منصرف الى قومي * تعال حتى اعرفك
ما يصنع هولاء القوم بقومك في اخر الايام * 15 فضرب مثله وقال *
قل يا بلعام بن بعور * وقل يايها الرجل الحديد البصر * 16 قل
يا سامع اقوال القادر * وعارف معرفة العالي * وناظر مناظر الكافي *
وهو نايم * وهو مفتوح العين * 17 ارى امرا وليس هو موجودا *
الان * والمحه وهو غير قريب * ان يطلق كوكب من ال يعقوب *
ويقوم قضيب من ال اسرايل * فيوهن جهات * ماب ويزلزل
ساير بني شيث *
18 وسيكون ادوم منقرضا * وكذلك سعير وساير اعدايه *
واسرايل يزداد ايدا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen eius in aquas multas; extolleturque præ Gog rex eius, & exaltabitur re-
gnum eius. 8 Deus eduxit eum ex Ægypto, ſicut robur Vnicornis eſt illi: comedet gentes hoſtes ſuos, &
oſſa eorum exoſſabit, & ſagittis ſuis transfiget. 9 Incuruans ſe accubuit vt Leo, & ſicut catulus Leonis, quis
ſuſcitabit illum? Benedicentes tibi benedicti erunt, & maledicentes tibi, maledicti erunt.
10 Tunc exarſit ira Balac in Balaam, & plauſit manibus: Dixitque Balac Balaamo: ad maledicendum inimi-
cis meis vocaui te, at ecce benedixiſti benedicendo iam tribus vicibus. 11 Nunc autem fuge in locum
tuum, dixeram honorando honorabo te, ſed ecce priuauit te Dominus gloria.
12 Reſpondit verò Balaam ad Balac: Nonne etiam legatis quos miſiſti mihi dixeram in hunc modum?
13 Si daret mihi Balac plenam domum ſuam argento, aut auro, non potero tranſgredi verbum Domini ad
faciendum bonum aut malum de corde meo; quod dixerit mihi Dominus, hoc dicam. 14 Nunc ergo abeo
ad populum meum. Veni, & prædicam tibi quid facturus ſit populus iſte populo tuo in nouiſſimo dierum.
15 Aſſumpſit itaque parabolam ſuam, & dixit, dicit Balaam filius Beor, dicit inquam, homo oculos apertos
habens. 16 Dicit audiens eloquia Dei, & ſciens ſcientiam excelſi; qui viſionem omnipotentis vidit, qui cadit
oculos diſcoopertus. 17 Videbo illum, ſed non modo; contemplabor illum, ſed non prope. Orietur ſtella
ex Iacob, & ſurget virga ex Iſraele, & transfiget ſtultos Moab, ſed exaltabit omnes filios Seth.
18 Erit etiam Edom poſſeſſa, eritque poſſeſſa Eſau ab inimicis ſuis Iſrael; autem faciet fortiter.

19 ܘܢܚܘܬ ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܘܢܘܒܕ ܠܐܢܫܐ ܕܡܫܬܘܙܒ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܀
20 ܘܚܙܐ ܠܥܡܠܝܩ ܘܐܪܝܡ ܡܬܠܗ ܘܐܡܪ ܪܫ ܥܡܡܐ
ܥܡܠܝܩ ܘܚܪܬܗ ܠܐܒܕܢ ܠܥܠܡܝܢ ܀
21 ܘܚܙܐ ܠܩܝܢܝܐ ܘܐܪܝܡ ܡܬܠܗ ܘܐܡܪ ܚܣܝܢ ܡܘܬܒܟ
ܘܣܝܡ ܒܫܘܥܐ ܩܢܟ ܀ 22 ܐܢ ܢܗܘܐ ܠܒܥܘܪܐ ܩܝܢ
ܥܕܡܐ ܠܐܬܘܪ ܢܫܒܘܢܟ ܀ 23 ܘܐܪܝܡ ܡܬܠܗ ܘܐܡܪ ܘܝ
ܡܢܘ ܢܚܐ ܀ ܡܐ ܕܣܐܡ ܗܠܝܢ ܐܠܗܐ ܀
24 ܘܠܓܝܘܢܐ ܢܦܩܘܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܟܬܝܐ ܘܢܫܥܒܕܘܢ ܠܐܬܘܪ
ܘܢܫܥܒܕܘܢ ܠܥܒܪܝܐ ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܢܐܒܕܘܢ ܠܥܠܡܝܢ ܀
25 ܘܩܡ ܒܠܥܡ ܘܗܦܟ ܐܙܠ ܠܐܬܪܗ ܘܐܦ ܒܠܩ ܐܙܠ
ܠܐܘܪܚܗ ܀

܀ ܫܩܠܐ ܀ ܟܗ ܀

1 ܘܝܬܒ ܐܝܣܪܝܠ ܒܫܛܝܡ ܘܫܪܝ ܥܡܐ ܠܡܙܢܝܘ ܥܡ ܒܢܬ
ܡܘܐܒ ܀ 2 ܘܩܪܝ ܠܥܡܐ ܠܕܒܚܝ ܐܠܗܝܗܝܢ ܘܐܟܠ
ܥܡܐ ܘܣܓܕܘ ܠܐܠܗܝܗܝܢ ܀ 3 ܘܐܫܬܡܠܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܒܥܠ
ܦܥܘܪ ܘܐܬܚܡܬ ܪܘܓܙܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܀
4 ܘܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ ܕܒܪ ܠܟܠܗܘܢ ܪܝܫܝ ܥܡܐ ܘܦܪܣܐ
ܐܢܘܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܠܘܩܒܠ ܫܡܫܐ ܘܢܗܦܘܟ ܚܡܬܐ ܕܪܘܓܙܗ
ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܀ 5 ܘܐܡܪ ܡܘܫܐ ܠܕܝܢܐ ܕܐܝܣܪܝܠ
ܩܛܘܠܘ ܐܢܫ ܓܒܪܘܗܝ ܐܝܠܝܢ ܕܐܫܬܡܠܝܘ ܠܒܥܠܦܥܘܪ ܀
6 ܘܗܐ ܓܒܪܐ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܬܐ ܘܩܪܒ ܠܘܬ ܐܚܘܗܝ
ܘܥܠ ܠܘܬ ܡܕܝܢܝܬܐ ܩܕܡ ܡܘܫܐ ܘܩܕܡ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ
ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܒܟܝܢ ܗܘܘ ܒܬܪܥ ܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܀
7 ܘܚܙܐ ܦܝܢܚܣ ܒܪ ܐܠܥܙܪ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܟܗܢܐ ܘܩܡ
ܡܢ ܓܘ ܟܢܘܫܬܐ ܘܢܣܒ ܪܘܡܚܐ ܒܐܝܕܗ ܀

19 Deſcendet autem ex Iacob, & perdet eum
qui euadet ex vrbe. 20 Deinde vidit Amalec,
& proferens prouerbium ſuum, ait, Caput po-
pulorum Amalec, ac finis eius peribit in æter-
num. 21 Vidit etiam Cinæos, & protulit prouer-
bium ſuum, & ait, Munitum eſt domicilium
tuum, & poſitus in rupe nidus tuus. 22 Etiam-
ſi ad ſpicilegium (*id eſt extremam ruinam*) fuerit
Cin, vſque ad Aſſur captiuum te ducent.
23 Protulit quoque prouerbium ſuum & ait,
Heu quis viuet cum iſta Deus intulerit? 24 Et
legiones egredientur è terra Chithæorum, &
ſubiugabunt Aſſur, & ſubijcient Hæbræos, &
ipſi demum peribunt in æternum. 25 Surre-
xitque Belaam, & reuerſus abiit in patriam
ſuam, & Balac quoque perrexit ad viam ſuam.

CAPVT XXV.

1 Commoratus eſt autem Iſrael in Setim,
cœpitque populus fornicari cum filia-
bus Moab. 2 Et inuitauerunt illæ populum
ad ſacrificia deorum ſuorum: & comederunt
populus, & adorauerunt deos earum. 3 Et ple-
nè adhæſit Iſrael Beel-Pheor. Et incenſus eſt
furor Domini in filios Iſrael. 4 Dixitque Do-
minus ad Moſen, Duc omnes principes populi,
eoſque palam expone coram Domino in con-
ſpectu ſolis, & auertetur ira furoris eius à filiis
Iſrael. 5 Dixitque Moſes iudicibus Iſraelis,
Trucidate quiſque viros ſuos, eos qui adhæſe-
rũt Beel-Pheor. 6 Ecce autem vir de filiis Iſrael
veniens acceſſit ante fratres ſuos, & ingreſſus
eſt ad Medianitidem *quandam* in præſentia
Moſis, & in præſentia totius cœtus filiorum
Iſrael, qui flebant ad oſtium tabernaculi tem-
poris. 7 Viditque eum Phinehes filius Elia-
zar filij Aharonis ſacerdotis, & ſurgens è me-
dio cœtu, ſumpſit haſtam manu ſua.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

19 *Et qui dominabitur de ſtirpe Iacob, perdet*
profugam è ciuitatibus. 20 *Deinde vidit Ama-*
lec, & protulit parabolam ſuam, & ait: Princi-
pium gentis Amalec & finis eius, in interitum.
21 *Deinde vidit Cinæos, tulitq́; prouerbium ſuum;*
& ait: Erit habitatio tua ſolida, & fiet in petra cu-
bile tuum. 22 *Et quando fuerit tempus expellendi*
Cinæos à vobis, captiuabunt ex eis Muſolæi.
(i. Aſſyrij.) 23 *Item protulit parabolam ſuam,*
& dixit: Væ illi qui viuet quando faciet id Po-
tens. 24 *Et qui ſe ſurripient è portu Cypri, ve-*
xabunt Muſolæos, & Hebræos: & ipſi quoque
erunt in interitum.
25 *Deinde ſurrexit Balaam, & abiit rediens ad*
locum ſuum: & Balac etiam abijt ad ſemitam
ſuam.

CAPVT XXV.

Commorati ſunt etiam Iſrailitæ in Settin, &
cœpit populus ſcortari cum filiabus Moab.
2 *Quæ vocauerunt populum ad ſacrificia deo-*
rum ſuorum, comederuntque ex illis, & adoraue-
runt eos.
3 *Adhæſitque progenies Iſrail Pheor idolo: &*
inualuit furor Dei in illos.
4 *Dixitque Deus ad Muſam: Sume tecum*
principes populi, & crucifige eos Deo ex aduerſo
ſolis, & amouebitur vis furoris eius à ſtirpe Iſrail.
5 *Dixitque Muſa ad iudices eorum: Interficiat*
vnuſquiſque vir eos qui in parte ſua reperiuntur
ex adhærentibus Pheor idolo. 6 *Et ecce vir de*
filijs Iſrail venit, adduxitque inter eos mulierem
Medianitidem, in præſentia Muſæ & congrega-
tionis eorum, ipſis lugentibus apud oſtium taber-
naculi præſentiæ. 7 *Quod cùm vidiſſet Phinhas*
filius Elazar, filij Haron ſacerdotis, ſurrexit de
medio congregationis, ſumpſitque lanceam ma-
nu ſua.

19 والذي يستولي من آل يعقوب يبيد الشريد من القرى *
20 ثم رأى عماليق * فضرب مثله وقال * أول أمة عماليق
وآخرها الى الابادة * 21 ثم رأى القينيين * فضرب مثله وقال *
سيكون مسكنك صلبا * ويصير في الصخر وكرك *
22 واذا يكون وقت لنفي القينيين منكم * يسبي منهم
الموصليون * 23 ثم ضرب مثله فقال * ويل لمن يحيى اذا
صنعه القادر * 24 والدارعين من فرضة قبرس تعذب
الموصليين والعبريين * وهم أيضا الى الابادة * 25 ثم قام بلعام *
فمضى راجعا الى موضعه * وبالاق أيضا مضى الى سبيله *

* الفصل الخامس والعشرون *

1 ثم أقام الاسرائيلية في شطين * وبدأ القوم في أن يزنوا ببنات
مآب * 2 فدعون القوم الى ذبائح معبوداتهن * فأكلوا منها *
وسجدوا لها * 3 فلازم آل اسرائيل فعور الصنم * واشتد
غضب الله عليهم * 4 فقال الله لموسى * خذ معك رؤساء
القوم * واصلبهم لله حذاء الشمس * ترجع حدة غضبه عن آل
اسرائيل * 5 فقال موسى لحكامهم * ليقتل كل رجل من في
ناحيته من ملازمي فعور الصنم * 6 واذا رجل من بني
اسرائيل قد أقبل * وقدم الى ما بينهم امرأة مدينية بحضرة موسى
وجماعتهم * وهم يبكون عند باب خباء المحضر *
7 فلما رأى فنحاس بن العازار بن هرون الامام * قام من وسط
الجماعة * واخذ رمحا في يده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Et deſcendet de Iacob qui perdet reſiduum de ciuitate. 20 Videns quoque Amalec, aſſumpſit parabo-
lam ſuam, & dixit; initium gentium Amalec, & nouiſſimum eius donec perdatur. 21 Videns quoque Ci-
næum aſſumpſit parabolam ſuam, & dixit, fortis eſt habitatio tua, pone etiam in petra nidum tuum.
22 Etiamſi fuerit in combuſtionem nidus, diſcedet ex Aſſur incola tuus. 23 Item aſſumpſit parabolam ſuam,
& dixit, Eheu, quis ſubſiſtet cum deſolabitur eum Deus. 24 Exibunt de manu Cethim, affligent Aſſur,
affligent etiam Hebrum, atque etiam ipſum donec pereat. 25 Poſtea ſurrexit Balaam, & abiuit, reuerſuſ-
que eſt in locum ſuum, atque etiam Balac abiuit viam ſuam.

CAPVT XXV.

Cvm autem moraretur Iſrael in Setim, tum cœpit populus fornicari cum filiabus Moab. 2 Vocaue-
runtque populum ad ſacrificia deorum ſuorum; & comedit populus, & adorauerunt Deos earum.
3 Et conſecrati ſunt ex filiis Iſrael ipſi Beelphegor, exarſitque ira Domini aduerſus Iſraelem. 4 Ideo dixit
Dominus Moſi, dic vt occidant viros conſecratos Beelphegor, & auertetur furor iræ Domini ab Iſraele.
5 Dixit igitur Moſes iudicibus Iſrael, occidite vnuſquiſque viros ſuos conſecratos Beelphegor.
6 Ecce autem quidam ex filiis Iſrael venit, & adduxit ad fratres ſuos Madianitidem ante oculos Moſis, & an-
te oculos vniuerſæ Congregationis filiorum Iſrael: ipſi autem flebant ad portam tabernaculi teſtimonij.
7 Vt vidit Phinees filius Eleazari, filij Aaronis ſacerdotis, & ſurrexit de medio Congregationis, & accepit
lanceam in manu ſua.

8 Et ingreſſus poſt virum Iſraelitam in cubiculum, confodit ambos, virum *ſcilicet* Iſraelitam, & mulierem per vterum eius in cubiculo, & cohibita eſt mors ſubita ab Iſraele.

9 Fuerunt autem qui obierunt morte ſubita, viginti quatuor millia. 10 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:

11 Phinehes filius Eliazar filij Aharonis ſacerdotis auertit furorem meum à filiis Iſrael, & zelatus eſt zelũ meum inter eos, nec perdidi filios Iſrael zelo meo. 12 Propterea dixi, Ecce do ei fœdus pacis. 13 Eritque ipſius & filiorum eius poſt ipſum fœdus ſacerdotij in æternum, eo quòd zelatus fuerit pro Deo ſuo, veniamque impetrauerit filiis Iſrael. 14 Nomen autem viri Iſraelitæ occiſi, qui occiſus fuerat cum Medianitide, erat Zamri filius Salu principis familiarum tribus Simeon. 15 Nomen verò mulieris Medianitidis, Choſbi filia Sur: & princeps gentis familiæ ipſius *mulieris* in Median erat iſte. 16 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 17 Affige Medianitas, & trucida eos. 18 Nam ipſi vos affligunt fraude ſua qua deceperunt vos in negotio Peor, & in negotio Choſbi filiæ principis Median ſororis eorum, quæ occiſa fuit in die cladis ſubitæ pro negotio Peor.

CAPVT XXVI.

FActum eſt autem poſt mortalitatem ſubitam, vt diceret Dominus ad Moſen & ad Eliazar filium Aharonis ſacerdotis: 2 Capite ſupputationem totius cœtus filiorum Iſrael à filio viginti annorum & ſupra, per familias eorum, omnem procedentem ad militiam in Iſraele. 3 Loquuti ſunt ergo Moſes & Eliazar ſacerdos cum eis in Arboth Moab quæ eſt ſecus Iordanem Iericho.

VERSIO-SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 *Et ingreſſus eſt poſt illum in fornicem, & con-
fodit vtrunque, virum ac mulierem in ventre
ipſius* mulieris: *& repreſſa eſt peſtis à filiis Iſrail.*
9 *Fuit autem numerus eorum qui mortui ſunt
peſte, viginti quatuor millia.*
10 *Et locutus eſt Deus ad Muſam, dicens:*
11 *Quia Finhas filius Eleazar filij Haron ſa-
cerdotis auertit excandeſcentiam meam à filiis
Iſrail zelo ſuo erga me inter eos, ita vt non con-
ſumpſerim illos ſupplicio meo:*
12 *Propterea dic eis me daturum illi fœdus
meum in pacem,* 13 *Quod erit ipſi & ſtirpi eius
poſt illum, fœdus ſacerdotij ſempiterni, pro eo
quòd zelauerit pro Domino ſuo, & expiauerit
filios Iſrail.* 14 *Erat autem nomen viri Iſrai-
litæ interfecti qui occiſus eſt cum Medianitide,
Zamri filius Salu, princeps familiæ ſuæ, de tribu
Simeon.* 15 *Et nomen mulieris Medianitidis
interfectæ, Chozbi filia Sur, & ipſe erat princeps
familiæ inter gentem ſuam in Median.*
16 *Et allocutus eſt Deus Muſam, dicens:*
17 *Obſide Medianitas, vt occidatis eos,*
18 *Quia hoſtes ſunt vobis propter dolum quo
deceperunt vos per Pheor, & per Chozbi filiam
principis Median ſororis ſuæ occiſæ in die peſtis
propter Pheor.*

CAPVT XXVI.

*CVm verò tranſacta eſſet peſtis, dixit Deus ad
Muſam ſermonem, & ad Eleazarum filium
Haronis ſacerdotis:* 2 *Tollite ſummam cœtus
filiorum Iſrail à filio viginti annorum & ſu-
pra in familias ſuas, omnem egredientem ad tur-
mas eorum.* 3 *Præcepit ergo Muſa Eleaza-
ro ſacerdoti numerationem eorum in deſerto
Moab ſuper Iordane Riha*

8 ودخل وراه الى القبة * فطعنهما الرجل والامراة في بطنها *
فانحبس الوبآء عن بني اسرايل * 9 فكان عدد من مات
بالوبآء اربعة وعشرون الفا * 10 وكلم الله موسي قايلا *
11 ان فنحاس بن العازار بن هرون الامام * رد حميتي عن
بني اسرايل بغيرته لي فيما بينهم حتى لم افنهم بعقابي *
12 فلذلك قل لهم اني معطيه عهدي سلاما * 13 يكون له
ولنسله بعده * عهد امامة الدهر * بدل ما غار لربه * وكفر عن
بني اسرايل * 14 وكان اسم الرجل الاسرايلي المقتول الذي
قتل مع المدينية زمري بن سالو شريف بيت ابايه للشمعوني *
15 واسم المراة المدينية المقتولة كزبي بنت صور * وهو رييس
اهل بيت من امته بمدين * 16 وكلم الله موسي قايلا *
17 حاصر المدينيين حتى تقتلوهم * 18 لانهم اعداء لكم
باغتيالهم الذي اغتالوكم به بسبب فعور وبسبب كزبي بنت
شريف مديان اختهم المقتولة في يوم الوبآء بسبب فعور *

* الفصل السادس والعشرون *

1 ولما كان بعد الوبآء * قال الله لموسي تكلما * وللعازار
بن هرون الامام *
2 ارفعا جملة جماعة بني اسرايل من ابن عشرين سنة
فصاعدا لبيوت ابايهم * كل من يخرج في جيوشهم *
3 فامر موسي العازار الامام باحصايهم في بيدا ماب على
اردن ريحا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar, & transfixit ambos, virum Iſraelitam, & mulierem per
pudenda eius, cohibitáque eſt plaga à filiis Iſrael. 9 Mortuique ſunt ex plaga viginti quatuor millia.
10 Poſtea dixit Dominus Moſi in hæc verba, 11 Phinees filius Eleazari filij Aaronis ſacerdotis auertit fu-
rorem meum à filijs Iſrael, quum zelatus eſt zelum meum in medio eorum, vt non conſumerem filios Iſraël in
zelo meo. 12 Ideo dic, ecce do illi fœdus meum pacis. 13 Vt ſit illi, & ſemini eius poſt eum fœdus ſacer-
dotij perpetuum, eo quod zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit filios Iſrael. 14 Nomen autem viri Iſraelitæ per-
cuſſi, qui percuſſus eſt cum Madianitide erat Zamri filius Salu, princeps familiæ Simeonitarum.
15 Nomen verò mulieris percuſſæ Madianitidis erat Cozbith filia Sur: Dux erat ille populorum domus
paternæ in Madian. 16 Et locutus eſt Dominus Moſi dicens, 17 Premite Madianitas vt percutiatis eos.
18 Nam illi facti ſunt vobis hoſtes fraudibus ſuis quas machinati ſunt aduerſus vos iuxta verbum Peor, &
iuxta verbum Chozbi filiæ principis Madian ſororis eorum, percuſſæ in die plagæ propter negotium Peor.

CAPVT XXVI.

FActum eſt autem poſt plagam vt loqueretur Dominus Moſi, & Eleazaro filio Aaronis ſacerdotis dicens.
2 Tollite ſummam vniuerſæ Congregationis filiorum Iſrael à filio viginti annorum & ſupra, per do-
mos patrum ſuorum, omnium egredientium ad bellum in Iſraele. 3 Locutus eſt igitur Moſes, & Eleazar
ſacerdos cum illis in planicie Moab, iuxta Iordanem Iericho, dicendo.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

4 Et numerauit eos Moſes à filio viginti an-
norum & ſupra, quemadmodum præceperat
Dominus Moſi. Itaque filij Iſrael egreſſi è ter-
ra *Ægypti*, 5 Sunt Rubil primogenitus Iſrae-
lis: filij verò Rubil, Henoch, *à quo* familia He-
nochitarum: Phalu, *vnde* familia Phaluitarum:
6 Heſron, *à quo* familia Heſronitarum: Char-
mi, *à quo* familia Charmitarum. 7 Hæ ſunt
familiæ Rubil: fuitque numerus eorum qua-
draginta tria millia, & ſeptingenti triginta.
8 Porrò filij Phalu, Eliab. 9 Et filij Eliab,
Nebuel, & Dathan, & Abiram inſigniores cœ-
tus, qui diſſederant aduerſus Moſen & aduerſus
Aharonem in congregatione Corah. Diſſede-
rant enim à Domino, 10 Aperuitque terra os
ſuum, & deglutiuit eos vnà cum Corah in
morte congregationis, cùm deuorauit ignis
ducentos quinquaginta viros, factique ſunt
exemplum. 11 Filij autem Corah non ſunt
mortui. 12 Filij Simeon per familias ſuas, Ia-
muel, *à quo* familia Iamuelitarum: Iamni, *à quo*
familia Iamnitarum: Iachin, *à quo* familia Ia-
chinitarum:
13 Zarah, *à quo* familia Zarahitarum: Saul
à quo familia Saulitarum.
14 Iſtæ ſunt familiæ Simeon, viginti duo mil-
lia & ducenti. 15 Filij Gad per familias ſuas,
Sephion, *à quo* familia Sephionitarum: Hagi,
à quo familia Hagitarum: Suni, *vnde* familia
Sunitarum: 16 Ozni *vnde* familia Oznita-
rum: Adi, *vnde* familia Aditarum:
17 Arudi, vnde familia Aruditarum: Adil,
vnde familia Adilitarum.
18 Iſtæ ſunt familiæ filiorum Gad iuxta nu-
merum ſuum, quadraginta millia & quin-
genti. 19 Filij Iuda, Ir & Onan: mortui
ſunt autem Ir & Onan in terra Chanaan.

VERSIO-SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

4 *A filio viginti annorum & ſupra, quemad-*
modum præceperat Deus Muſæ, & filiis Iſrail
egredientibus è regione Ægypti.
5 *Fuitque ex Raubin primogenito Jſrail fami-*
lia Enochitarum, & familia Phaluitarum,
6 *Et familia Heſronitarum, & familia Carmi-*
tarum.
7 *Et fuit Numerus harum familiarum Rau-*
bin, quadraginta tria millia, & ſeptingenti
triginta.
8 *Et filius Phallu, Eliab.* 9 *Et filij Eliab, Na-*
muail, & Dathan, & Abiram. Hi duo ſunt
Dathan, & Abiram conuocatores cœtus,
qui irruerant contra Muſam & Haronem in
congregatione Corah, fuitque illud in conſpectu
Dei. 10 *Aperuitque terra os ſuum, & deglu-*
tiuit vtrunque cum Corah, in tempore mortis
Congregationis illius: deuorauitque ignis ducen-
tos quinquaginta viros, & facti ſunt ſignum.
11 *Et filij Corah non ſunt mortui.*
12 *Et filij Simeon in familias ſuas, familiæ Na-*
mualitarum, & familiæ Jaminitarum, & fa-
miliæ Jachinitarum,
13 *Et familiæ Zarahitarum, & familiæ Sauli-*
tarum.
14 *Fuitque numerus familiarum Simeonis præ-*
dictarum, viginti duo millia, ac ducenti.
15 *Et filij Gad in familias ſuas, familiæ Se-*
phonitarum, & familiæ Haggitarum, & fa-
miliæ Sunitarum,
16 *Et familiæ Oznitarum, & familiæ Iritarum,*
17 *Et familiæ Aroditarum, & familiæ Arai-*
litarum.
18 *Fuitque numerus familiarum Gad iſta-*
rum, quadraginta millia, & quingenti.
19 *Et filij Jhuda, primò Iir, & Onan, &*
mortui ſunt ambo in regione Chanaan.

4 من ابن عشرين سنة فصاعدا * كما كان امر الله موسى وبني
اسرايل الخارجين من بلد مصر * 5 فكان من راوبين بكر
اسرايل عشيرة الحنوخيين * وعشيرة الفلويين * 6 وعشيرة
الحصرونيين * وعشيرة الكرميين * 7 فكان عدد عشاير
راوبين هذه * ثلاثة واربعين الفا وسبع ماية وثلاثين *
8 وابن فلو الياب * 9 وبنو الياب نموايل وداثان وابيرام * هما
داثان وابيرام داعيا الجماعة الذين تلفقوا على موسى وهرون
في جماعة قورح * وكان ذلك بين يدي الله *
10 ففتحت الارض فاها * فابتلعتهما مع قورح في وقت موت تلك
الجماعة * واكلت النار الخمسين ومايتي رجل * فصاروا علما *
11 وبنو قورح لم يموتوا *
12 وبنو شمعون لعشايرهم عشاير النمواليين * وعشاير الياميين *
وعشاير الياخيين * 13 وعشاير الزرحيين * وعشاير الشاوليين *
14 فكان عدد عشاير شمعون هذه * اثنين وعشرين الفا
ومايتين *
15 وبنو جاد لعشايرهم عشاير الصفونيين * وعشاير الحجيين *
وعشاير الشونيين *
16 وعشاير الازنيين * وعشاير العيريين *
17 وعشاير الاروديين * وعشاير الارايليين *
18 وكان عدد عشاير جاد هذه * اربعين الفا وخمسماية *
19 وابنا يهوذا اولا عير واونان * وماتا في بلد كنعان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 A filio viginti annorum & ſupra, ſicut præcepit Dominus Moſi: Filij autem Iſrael qui egreſſi ſunt ex Ægy-
pto. 5 Ruben primogenitus Iſrael: filij verò Ruben, Henoch, familia Henocitarum: De Phallu, familia
Phalluitarum. 6 De Heſron, familia Heſronitarum: De Charmi, familia Charmitarum.
7 Iſtæ ſunt familiæ Rubenitarum. Fuerunt autem recenſiti eorum quadraginta tria millia, & ſeptingenti, &
triginta. 8 Filij Phallu, Eliab, 9 Et filij Eliab, Namuel, Dathan, & Abirom: hic eſt Dathan, & Abirom
deputati congregationis qui conuenerunt aduerſus Moſen & Aaronem in Congregatione Core, cum con-
gregauerunt ſe aduerſus Dominum. 10 Et aperuit terra os ſuum, abſorpſitque eos terra, cum mortua eſt
Congregatio, & deuorauit ignis ducentos & quinquaginta viros, qui facti ſunt in ſignum.
11 Sed filij Core mortui non ſunt. 12 Filij Simeonis per familias ſuas: De Namuel, familia Namuelita-
rum: De Iamin, familia Iaminitarum: De Iacin, familia Iacinitarum,
3 De Zare, familia Zareitarum: De Saul, familia Saulitarum. 14 Iſtæ ſunt familiæ Simeonitarum, viginti
duo millia, & ducenti. 15 Filij Gad per familias ſuas: De Sephon, familia Sephonitarum: De Agi, familia
Agitarum: De Suni, familia Sunitarum. 16 De Azni familia Aznitarum: De Adi, familia Aditarum.
17 De Arodi, familia Aroditarum: De Aruli, familia Arulitarum. 18 Iſtæ ſunt familiæ Gad iuxta recen-
ſionem eorum, quadraginta millia, & quingenti. 19 Filij Iuda, Her, & Onan, ſed mortuus eſt Her, &
Onan in terra Chanaan.

[illegible]

10 Fueruntque filij Iuda per familias ſuas, Sela,
vnde familia Selaitarum: Phares, *vnde* familia
Phareſitarum: Zarah, *vnde* familia Zarahita-
rum. 21 Fueruntque filij Phares, Heſron,
vnde familia Heſronitarum: Hamul, *vnde* fa-
milia Hamulitarum. 22 Iſtæ ſunt familiæ
filiorum Iuda iuxta numerum ſuum, ſeptua-
ginta ſex millia & quingenti.
23 Filij Iſachar per familias ſuas Tola *à quo* fa-
milia Tolaitarum: Phua *à quo* familia Phuita-
rum: 24 Iaſub, *vnde* familia Iaſubitarum:
Semron, *vnde* familia Semronitarum.
25 Iſtæ ſunt familiæ Iſachar iuxta numerum
ſuum, ſexaginta quatuor millia & trecenti.
26 Filij Zebolon per familias ſuas, Sedar,
vnde familia Sedaritarum: Alun, *vnde* familia
Alunitarum: Nahlael, *vnde* familia Nahlaeli-
tarum. 27 Iſtæ ſunt familiæ Zebolon iuxta
cenſum ſuum, ſexaginta millia & quingenti.
28 Filij Ioſeph per familias ſuas, Manaſſe &
Aphrem. 29 Filij verò Manaſſe, Machir, *à*
quo familia Machiritarum. Machir autem ge-
nuit Gelaad, & à Gelaad familia Gelaaditarum.
30 Porrò hi ſunt filij Gelaad, Iazir, *vnde* fa-
milia Iaziritarum: Halac *vnde* familia Halaci-
tarum: 31 Aſdael, *vnde* familia Aſdaelitarum:
Sechim, *vnde* familia Sechimitarum:
32 Semida, *vnde* familia Semidaitarum:
Hophar, *vnde* familia Hopharitarum.
33 Salphead verò filius Hophar non habuit
filias, ſed filios: & nomina filiarum Salphe-
had, Mahla, & Ioa, & Hagla, & Melcha, &
Terſa. 34 Hæ ſunt familiæ Manaſſis, & nu-
merus eorum quinquaginta duo millia & ſe-
ptingenti. 35 Filij Aphrem per familias ſuas,
Sutelah, *à quo* familia Sutelahitarum: Bochar,
à quo familia Bocharitarum: Tohan *à quo* fa-
milia Tohanitarum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[20] *Deinde facti ſunt filij Jhuda in familias ſuas, familia Silanitarum, & familia Phareſitarum, & familia Zarehitarum.*
[21] *Et filij Phares, familia Heſronitarum, & familia Hamulitarum.*
[22] *Fuitque numerus familiarum Jhuda iſtarum, ſeptuaginta ſex millia, & quingenti.*
[23] *Filij Iſſachar in familias ſuas, familia Tulaitarum, & familia Phuitarum,*
[24] *Et familia Jaſubitarum, & familia Semronitarum.* [25] *Fuitque numerus familiarum Jſſachar iſtarum, ſexaginta quatuor millia, & trecenti.*
[26] *Filij Zabulon in familias ſuas, familia Sareditarum, & familia Ailunitarum, & familia Iahlailitarum.*
[27] *Fuitque numerus familiarum Zabulon dictarum, ſexaginta millia, & quingenti.*
[28] *Et duo filij Joſeph per familias ſuas, Manaſſe, & Ephraim.*
[29] *Filij verò Manaſſe ſunt familia Machiritarum, & familia Galaaditarum de Galaad filio Machir, filij Manaſſe.*
[30] *Et filij Galaad, familia Iazeritarum, & familia Helcitarum,*
[31] *Et familia Aſeriailitarum, & familia Sechemitarum,*
[32] *Et familia Semidaitarum, & familia Hepheritarum.*
[33] *Porrò Salfahad filius Hiphar non habuit filios, ſed habuit filias: & nomina earum Mahla, & Noa, & Hagla, & Melca, & Terſa.*
[34] *Fuitque numerus harum familiarum Manaſſe, quinquaginta duo millia, & ſeptingenti.*
[35] *Et filij Ephraim in familias ſuas, familia Sutalahitarum, & familia Bachritarum, & familia Tahanitarum.*

20 ثم صار بنو يهودا لعشائرهم عشائر الشيلانيين * وعشائر
الفرصيين * وعشائر الزرحيين * 21 وبنو فارص عشائر
الحصرونيين * وعشائر الحاموليين * 22 فكان عدد عشائر
يهودا هذه * ستة وسبعين الفا وخمس ماية * 23 بنو يساخار
لعشائرهم عشائر التولاعيين * وعشائر الفويين * 24 وعشائر
الياشوبيين * وعشائر الشمرونيين * 25 فكان عدد عشائر
يساخار هذه * اربعة وستين الفا وثلثماية *
26 بنو زبولون لعشائرهم عشائر السرديين * وعشائر الايلونيين *
وعشائر الحلايليين *
27 فكان عدد عشائر زبولون هذه * ستين الفا وخمسماية *
28 وابنا يوسف لعشائرهم منشا وافرايم *
29 فبنو منشا عشائر الماخيريين * وعشائر الجلعاديين من
جلعاد بن ماخير بن منشا *
30 وبنو جلعاد عشائر الايعزريين * وعشائر الحلقيين *
31 وعشائر الاسريائيليين * وعشائر الشخميين *
32 وعشائر الشمداعيين * وعشائر الحفريين *
33 وصلفحاد بن حفر لم يكن له بنون * بل كان له بنات *
واسماهن محلا * ونوعا * وحجلا * وملكا * وترصا *
34 فكان عدد عشائر منشا * هذه اثنين وخمسين الفا وسبع
ماية * 35 وبنو افرايم لعشائرهم عشائر الشوتلحيين * وعشائر
البخريين * وعشائر التاحنيين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[20] Fuerunt autem filij Iuda iuxta familias ſuas: De Sala, familia Salnitarum: De Phares, familia Phareſitarum: De Zare, familia Zareitarum. [21] Fuerunt quoque filij Phares: De Heſron, familia Heſronitarum: Ex Hamuel, familia Hamuelitarum. [22] Iſtæ ſunt familiæ Iuda iuxta recenſionem eorum, ſeptuaginta & ſex millia, & quingenti. [23] Filij Iſſachar per familias ſuas: De Thola, familia Tholaitarum: De Phua familia Phuitarum. [24] De Ioſub, familia Ioſubitarum: De Samron, familia Samronitarum. [25] Iſtæ ſunt familiæ Iſſachar iuxta recenſionem eorum, ſexaginta quatuor millia, & trecenti. [26] Filij Zabulon per familias ſuas: De Sared, familia Sareditarum: De Alon, familia Alonitarum: De Iahalel, familia Iahalelitarum. [27] Iſtæ ſunt familiæ Zabulon iuxta recenſionem eorum, ſexaginta millia, & quingenti [28] Filij Ioſeph per familias ſuas, Manaſſe & Ephraim. [29] Filij Manaſſe: De Machir, familia Machiritarum. Machir autem genuit Galaad de quo familia Galaaditarum. [30] Iſti ſunt filij Galaad; Aeazer, familia Aeazeritarum: De Helec, familia Helecitarum. [31] Et Aſroel, familia Aſroelitarum: Et Sichem, familia Sichemitarum. [32] Et Semida, familia Semidarum: Et Hepher, familia Hepheritarum. [33] Salphaad autem filius fuit Hepher: non fuerunt illi filij, ſed filiæ. Nomen verò filiarum Salphaad, Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Therſa. [34] Iſtæ ſunt familiæ Manaſſe iuxta recenſionem eorum, quinquaginta duo millia, & ſeptingenti. [35] Hi autem ſunt filij Ephraim per familias ſuas: De Suthala, familia Suthalitharum: De Bacher, familia Bacheritarum: De Taham, familia Thahamitarum.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

36 Hi verò ſunt filij Sutelah, Adan, *vnde* fami-
lia Adanitarum. 37 Iſtæ ſunt familiæ filio-
rum Aphrem iuxta numerum ſuum, triginta
duo millia & quingenti. Hi ſunt filij Ioſeph
per familias ſuas. 38 Filij Beniamen per fa-
milias ſuas, Bala, *à quo* familia Balaitarum:
Aſbel, *vnde* familia Aſbelitarum: Ahiram,
vnde familia Ahiramitarum: 39 Sopham, *vnde*
familia Sophamitarum. 40 Fuerunt autem fi-
lij Bala, Hophim *vnde* familia Hophimitarum:
Ador & Naaman: *ab illo fuit* familia Adorita-
rum, à Naaman familia Naamanitarum. 41 Hi
ſunt filij Beniamen iuxta numerum ſuum, qua-
draginta quinque millia & ſexcenti. 42 Filij
Dan per familias ſuas, Soham, *à quo* familia So-
hamitarum. Iſtæ ſunt familiæ Dan iuxta fami-
lias ſuas. 43 Omnes familiæ Soham iuxta nu-
merum ſuum, ſexaginta millia & quadringen-
ti. 44 Filij Aſir per familias ſuas, Iemna, *à quo*
familia Iemnitarum: Ieſua *à quo* familia Ieſuai-
tarum: Iaſui, *à quo* familia Iaſuitarum: Beria,
à quo familia Beriaitarum. 45 Filij autem
Beria, Heber, *à quo* familia Heberitarum: Mal-
chiel, à quo familia Malchielitarum.
46 Nomen verò filiæ Aſir, Sarah.
47 Iſtæ ſunt familiæ filiorum Aſir iuxta nu-
merum ſuum, quinquaginta tria millia &
quadringenti. 48 Filij Nephtali per fami-
lias ſuas, Nahſael, *vnde* familia Nahſaelita-
rum: Guni *vnde* familia Gunitarum:
49 Iaſar *vnde* familia Iaſaritarum: Salim, *vnde*
familia Salimitarum. 50 Iſtæ ſunt familiæ
filiorum Nephtali ſecundùm familias ſuas: &
numerus eorum, quadraginta quinque millia
& quadringenti. 51 Omnes itaque cenſus
filiorum Iſrael, ſexcenta millia, mille, & ſe-
ptingenti triginta.

VERSIO-SAMARITANA.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]

36 *Et familiæ Iranitarum ex Iran filio Suta-*
lah. 37 *Fuitque numerus familiarum filiorum*
Ephraim prædictarum, triginta duo millia, &
quingenti. Hi ſunt filij Ioſeph in familias ſuas
38 *Filij verò Beniamin, & familiæ eorum, ſunt*
familiæ Balaitarum, & familiæ Aſbilitarum,
& familiæ Ahiramitarum.
39 *Et familiæ Suphamitarum, & familiæ Hu-*
phamitarum,
40 *Et familiæ Areditarum, & familiæ Nae-*
manitarum ex Bale.
41 *Fuitque numerus familiarum Beniamin*
prædictarum quadraginta quinque millia, &
ſexcenti.
42 *Et filij Dan in familias ſuas, familiæ Suha-*
mitæ, & familiæ quæ deſcenderunt ex eis.
43 *Fuitque numerus earum, ſexaginta quatuor*
millia, & quadringenti.
44 *Et filij Aſir per familias ſuas, familiæ Iem-*
nitarum, & familiæ Iaſuitarum, & familiæ
Berytarum,
45 *Et familiæ Heberitarum, & familiæ Mel-*
cailitarum ex Beriaa.
46 *Et erat nomen filiæ Aſir, Sareh.*
47 *Fuitque numerus familiarum Aſir prædi-*
ctarum, quinquaginta tria millia, & qua-
dringenti.
48 *Et filij Nephtali in familias ſuas, familiæ*
Iahſailitarum, & familiæ Gunitarum,
49 *Et familiæ Ieſeritarum, & familiæ Sali-*
mitarum.
50 *Fuitque numerus familiarum Nephtali*
iſtarum, quadraginta quinque millia, & qua-
dringenti.
51 *Hæc igitur eſt ſumma numeri filiorum Iſrail,*
ſexcenta millia, & mille viri, ſeptingenti
triginta.

36 وعشاير العيرانيين من عيران بن شوتالح * 37 فكان عدد
عشاير بني افرايم هذه * اثنين وثلاثين الفا وخمسماية *
هاولاء اولاد يوسف لعشايرهم * 38 وبنو بنيامين وعشايرهم
عشاير البلعيين * وعشاير الاشبليين * وعشاير الاحيراميين *
39 وعشاير الشوفاميين * وعشاير الحوفاميين * 40 وعشاير
الارديين * وعشاير النعمانيين من بالع * 41 فكان عدد
عشاير بنيامين هذه * خمسة واربعين الفا وستماية *
42 وبنو دان لعشايرهم عشاير الشوحاني * وما تعشر منها *
43 فكان عدد ذلك اربعة وستين الفا واربع ماية *
44 وبنو اشير لعشايرهم عشاير اليمنيين * وعشاير اليشويين *
45 وعشاير البريعيين * وعشاير الحبريين * وعشاير الملكايليين
من بريعا *
46 وكان اسم ابنة اشير سارح *
47 فكان عدد عشاير اشير هذه * ثلاثة وخمسين الفا واربع
ماية *
48 وبنو نفتالي لعشايرهم عشاير الحصايليين * وعشاير الجونيين *
49 وعشاير اليصريين * وعشاير الشليميين *
50 فكان عدد عشاير نفتالي هذه * خمسة واربعون الفا واربع
ماية *
51 فذلك جملة عدد بني اسرايل * ستماية الف والف واحد
وسبع ماية وثلاثون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

36 Hi ſunt filij Suthalæ: De Eden, familia Edenitarum. 37 Iſtæ ſunt familiæ filiorum Ephraim iuxta recenſionem eorum, triginta duo millia, & quingenti. Iſti ſunt filij Ioſeph iuxta familias ſuas.
38 Filij Beniamin per familias ſuas: De Bale, familia Baleitarum: De Aſbal, familia Aſbalitarum: De Achiram, familia Achiramitarum. 39 De Supham, familia Suphamitarum: De Hupham, familia Huphamitarum.
40 De Adar, familia Adaritarum: De Noeman, familia Noemanitarum. 41 Iſti ſunt filij Beniamin iuxta familias ſuas, ſecundum recenſionem eorum, quadraginta quinque millia, & ſexcenti.
42 Iſti ſunt filij Dan per familias ſuas. De Suham, familia Suhamitarum. Iſtæ ſunt familiæ Dan iuxta familias ſuas. 43 Omnes familiæ Suhamitarum, & recenſiti eorum, ſexaginta quatuor millia, & quadringenti.
44 Filij Aſer per familias ſuas. De Iemna, familia Iemnitarum: De Ieſua, familia Ieſuatarum: De Baria, familia Bariatarum. 45 De Heber, familia Heberitarum: De Melchiel, familia Melchielitarum.
46 Nomen autem filiæ Aſer fuit Sara. 47 Iſtæ ſunt familiæ filiorum Aſer iuxta recenſionem eorum, quinquaginta tria millia, & quadringenti. 48 Filij Nephtali per familias ſuas. De Iehaſel familia Iehaſelitarum: De Guni, familia Gunitarum.
49 De Ieſer, familia Ieſeritarum: De Salom, familia Salomitarum. 50 Iſtæ ſunt familiæ Nephtali iuxta familias, & recenſionem eorum, quadraginta quinque millia, & quadringenti.
51 Iſti ſunt recenſiti filiorum Iſrael, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti, & triginta.

52 [illegible] 53 [illegible]

54 [illegible]

55 [illegible]

56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

62 [illegible]

63 [illegible]

64 [illegible]

65 [illegible]

52 Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dixitque ad eum: 53 Iſtis diſtribuatur terra in hæreditatem iuxta numerum nominum. 54 Pluribus multiplicabis hæreditatem, & paucioribus diminues hæreditatem: quiſque iuxta numerum ſuum accipiet hæreditatem ſuam.
55 Veruntamen ſorte diuidatur terra, & iuxta nominum tribuum patrum ſuorum hæreditatem accipiant. 56 Per ſortes diuidatur hæreditas inter multos & paucos. 57 Verùm hi ſunt numeri Leuitarum per familias ſuas. Gerſon *à quo* familia Gerſonitarum: Cahath, *à quo* familia Cahathitarum: Merari, *à quo* familia Meraritarum. 58 Iſtæ ſunt familiæ Leuitarum. familia Lebnitarum, familia Hebronitarum, familia Mahlitarum, familia Muſitarum, familia Corahitarum. Cahath verò genuit Amram. 59 Et nomen vxoris Amram, Iochabar filia Leui, quæ nata eſt ipſi Leui in Ægypto, peperitque ipſi Amramo Aharonem, & Moſen, & Mariam ſororem eorum. 60 Natique ſunt Aharoni Nadab, & Abihu, & Eliazar, & Ithamar. 61 Mortui ſunt autem Nadab & Abihu cùm obtulerunt ignem exterum coram Domino. 62 Fuit autem numerus eorum, viginti tria millia, omnis *videlicet* maſculus à filio menſis & ſupra. non enim numerati fuerant inter filios Iſrael, quia non data fuerat eis hæreditas inter filios Iſrael. 63 Iſti ſunt numeri *deſcripti* per Moſen & Eliazar ſacerdotem, qui numerauerant filios Iſrael in Araboth Moab quæ eſt ſecus Iordanem Iericho.
64 Et inter iſtos nullus fuit ex eo numero quo Moſes & Aharon ſacerdos recenſuerant filios Iſrael in deſerto Sinai. 65 Nam dixerat eis Dominus, Nece interficientur in deſerto, nec remanebit ex eis quiſquam, niſi Caleb filius Iophna, & Ieſus filius Nun.

VERSIO-SAMARITANA.

52 [illegible] 53 [illegible] 54 [illegible] 55 [illegible] 56 [illegible]

57 [illegible] 58 [illegible] 59 [illegible] 60 [illegible] 61 [illegible] 62 [illegible]

63 [illegible] 64 [illegible] 65 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

52 [illegible] 53 [illegible] 54 [illegible] 55 [illegible] 56 [illegible]

57 [illegible] 58 [illegible] 59 [illegible] 60 [illegible] 61 [illegible] 62 [illegible]

63 [illegible] 64 [illegible] 65 [illegible]

52 *Et allocutus eſt Deus Muſam, dicens:*
53 *His oportet vt diuidatur terra in poſſeſſionem*
ſecundùm numerum nominum eorum. 54 *Et*
quidem multis multiplicabis poſſeſſionem eorum,
& paucis minorabis illam, cuilibet tribui iuxta
numerum ſuum tribuetur poſſeſſio. 55 *Sed ta-*
men diuidetur terra ſortibus per nomina tribuum
patrum eorum. 56 *Et iuxta ſortem eorum di-*
uidetur poſſeſſio eorum inter multos, & paucos.
57 *Et hi ſunt numeri Liui per cognationes ſuas:*
familiæ Gerſonitarum, & familiæ Cahathitarum,
& familiæ Meraritarum. 58 *Et reliquæ familiæ*
eorum ſunt familiæ Lebnitarum, & familiæ He-
bronitarum, & familiæ Mahlitarum, & familiæ
Muſitarum, & familiæ Corahitarum. Genuit-
que Cahath Amramum. 59 *Eratque nomen vxo-*
ris Amram, Jochabad filia Liui, quæ nata eſt ipſi
Liui in Ægypto. Genuit ergo Amramo Haro-
nem, & Muſam, & Mariam ſororem vtriuſque.
60 *Et nati ſunt Haroni Nadhab, & Abihu, &*
Elazar, & Jthamar. 61 *Et mortui ſunt*
Nadhab & Abihu, quando obtulerunt ignem
exterum in conſpectu Dei. 62 *Fuitque numerus*
eorum, viginti tria millia, omnium videlicet
maſculorum à filio vnius menſis & ſupra, qui
non fuere numerati inter ſummam filiorum Jſrail,
cùm non data fuerit ipſis poſſeſſio in medio eorum.
63 *Hi ſunt qui numerati ſunt à Muſa, & Ela-*
zaro ſacerdote, qui numerauere filios Jſrail in
campeſtribus Moab ſecus Jordanem Ieriha.
64 *Et non fuit inter eos vllus ex iis qui recenſiti*
fuerant à Muſa & Harone ſacerdote, quando
recenſuerunt ambo filios Jſrail in deſerto Sinai:
65 *Quia Deus condemnauerat eos vt moreren-*
tur in ſolitudine. & non remanſit ex eis quiſ-
piam, niſi Calib filius Ieſonna, & Juſaa filius
Nun.

52 وكلم الله موسى قايلا * 53 لهاولاء يجب ان تقسم
الارض نحلة باحصاء اسمايهم * 54 فللكثير تكثر نحلته *
وللقليل تقللها * كل سبط على قدر عدده يعطى نحلته *
55 لكن يقسم البلد بسهم باسماء اسباط ابايهم * 56 وعلى
قدر السهم تقسم نحلتهم بين كثير وقليل * 57 وهذه اعداد
لوى لعشايرهم * عشاير الجرسونيين * وعشاير القهاتيين * وعشاير
المراريين * 58 وساير عشايرهم * عشاير اللبنيين * وعشاير
الحبرونيين * وعشاير المحليين * وعشاير الموشيين * وعشاير
القرحيين * واولد قهات عمرام * 59 وكان اسم امراة عمرام
يوحابد ابنة لوى التي ولدت للوى بمصر * فولدت لعمرام هرون *
وموسى * ومريم اختهما * 60 وولد لهرون ناداب * وابيهو *
والعازار * وايثامار * 61 ومات ناداب وابيهو لما قربا نارا غريبة
بين يدى الله * 62 فكان عددهم ثلاثة وعشرين الفا * كل
ذكر من ابن شهر فصاعدا * لم يعدوا في جملة بنى اسرايل * اذ
لم يعطوا نحلة في وسطهم *
63 هاولاء معدودو موسى والعازار الامام * اللذان عدا
بنى اسرايل في بيدا ماب على اردن يريحا *
64 ولم يكن فيهم رجل من معدودى موسى وهرون
الامام * اذ عدا بنى اسرايل في برية سينا *
65 لان الله حكم عليهم بان يموتوا في البرية * ولم يبق منهم
رجل الا كاليب بن يفنا * ويوشع بن نون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

52 Poſt hæc locutus eſt Dominus Moſi dicens. 53 Iſtis diuidetur terra in hæreditatem ſecundum numerum
nominum. 54 Iis qui plures ſunt, multiplicabis hæreditatem eorum; & iis qui pauciores ſunt, minues hæredi-
tatem eorum: vnicuique pro ratione recenſitorum ſuorum dabitur hæreditas ſua. 55 Attamen ſorte diui-
detur terra: Iuxta nomina tribuum patrum ſuorum hæreditatem ſortientur. 56 Secundum ſortem diuide-
tur hæreditas inter multos & paucos. 57 Iſti ſunt autem recenſiti Leuitarum per familias eorum. De Gerſo-
ne, familia Gerſonitarum: De Caath, familia Caathitarum: De Merari, familia Meraritarum. 58 Iſtæ ſunt
familiæ filiorum Leui, familia Lobnitarum, & familia Hebronitarum, & familia Mahalitarum, & familia Co-
reitarum, & familia Muſitarum. Caath autem genuit Amram. 59 Nomen autem vxoris Amram erat Io-
chabed filia Leui, quę nata eſt ipſi Leui in Ægypto; genuit verò ipſi Amram Aaronem, & Moſen, & Mariam
ſororem eorum. 60 Natus eſt quoque Aaroni Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. 61 Sed mortui ſunt Na-
dab & Abiu cum offerrent ignem alienum coram Domino. 62 Fuerunt autem recenſiti eorum, viginti tria
millia, omnes maſculi à filio vnius menſis & ſupra: Non enim recenſiti ſunt in medio filiorum Iſrael, eo quod non
eſt data illis hæreditas inter filios Iſrael. 63 Hi ſunt recenſiti à Moſe, & Eleazaro ſacerdote, qui recenſue-
runt filios Iſrael in valle Moab iuxta Iordanem Ierícho. 64 Inter iſtos autem nullus fuit de recenſitis à Moſe,
& Aarone ſacerdote qui recenſuerunt filios Iſrael in deſerto Sinai.
65 Dixerat enim de eis Dominus, moriendo morientur in deſerto, neque ſupererit quiſquam ex illis præter
Caleb filium Iephone, & Ioſuam filium Nun.

ܩܦܠܐܘܢ ܀ ܟܙ ܀

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

CAPVT XXVII.

Locus de Salphehad.

ACceſſerunt autem filiæ Salphehad filij Hophar, filij Gelaad, filij Machir, filij Manaſſe, de tribu Manaſſe filij Ioſeph: & hæc ſunt nomina filiarum eius, Mahla, & Ioa, & Hagla, & Melcha, & Terſa:
2 Steteruntque coram Moſe, & coram Eliazar ſacerdote, & coram magnatibus, & coram vniuerſo cœtu, ad oſtium tabernaculi temporis, & dixerunt:
3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit inter congregationem illam quæ inſurrexit aduerſus Dominum, congregationem *ſcilicet* Corah. Quia ergo in peccatis ſuis mortuus eſt, & liberos non habuit,
4 Cur deleatur nomen patris noſtri de medio cognationis ſuæ eo quòd filium non habuerit? Da nobis hæreditatem inter fratres patris noſtri.
5 Retulit ergo Moſes cauſam illarum ad Dominum.
6 Et dixit Dominus ad Moſen:
7 Rectè dixerunt filiæ Salphehad, da illis poſſeſſionem & hæreditatem inter fratres patris earum, & ſubſtitue eis hæreditatem patris earum.
8 Dic præterea filiis Iſrael, Cùm quiſpiam mortuus fuerit, nec habuerit filium, date hæreditatem ipſius filiæ eius.
9 Quòd ſi filiam non habuerit, date ipſius hæreditatem fratribus eius.
10 Si verò non habeat fratres, date eius hæreditatem patruis eius.
11 Quòd ſi patruos non habeat, date hæreditatem ipſius ei qui propinquior eſt illi de cognatione ſua, & is hæres eius erit. Sitque hoc filiis Iſrael lex iudicij, quemadmodum præcepit Dominus Moſi.
12 Dixit etiam Dominus ad Moſen, Aſcende in montem iſtum Hebræorum, & aſpice terram Chanaan quam daturus ſum filiis Iſrael.

VERSIO-SAMARITANA.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible] 7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible] 7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

CAPVT XXVII.

POſthæc acceſſerunt filiæ Salphehad filij Hiſar,
filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe de
familiis Manaſſe filii Ioſeph, quarum nomina
ſunt Mahla, & Noa, & Hagla, & Melca,
& Terſa.
2 *Steteruntque coram Muſa & Elazar ſa-*
cerdote, & principibus, & reliquo cœtu prope ia-
nuam tabernaculi preſentiæ, dicentes: 3 *Sanè*
pater noſter mortuus eſt in deſerto, at ipſe non
fuit in numero congregationis eorum qui conue-
nerant contra Deum cum Corah: & quidem in
peccato ſuo mortuus eſt, & non reliquit filios:
4 *At quare delebitur nomen patris noſtri de co-*
gnatione ſua quòd non ſit illi filius? Da igitur
nobis poſſeſſionem inter patruos noſtros.
5 *Detulitque Muſa iudicium earum ad Deum*
6 *Dixitque Deus Muſæ ſermonem:*
7 *Verum quidem eſt quod dixêre filiæ Salphe-*
had, da illis poſſeſſionem hæreditatis inter pa-
truos earum, & transfer hæreditatem patris ea-
rum ad illas.
8 *Et præcipe filiis Iſrail, & dic eis: Quicunque*
vir mortuus fuerit non habens filium, transferte
hæreditatem eius ad filias ipſius.
9 *Quòdſi non fuerit ei filia, date hæredita-*
tem eius fratribus eius.
10 *Quòdſi nec fratres habuerit, date illam pa-*
truis eius.
11 *Quòdſi non fuerint ei patrui, date illam co-*
gnato ſuo ſibi proximiori de familia ſua, vt hæ-
reditet eam. & ſit hoc filiis Iſrail præceptum iudicij,
quemadmodum præcepit Deus Muſæ.
12 *Interim dixit Deus ad Muſam: Aſcende ad*
montem Abarin iſtum, & intuere regionem
Chanaan quam ego daturus ſum filiis Iſrail:

* الفصل السابع والعشرون *

1 ثم تقدم بنات صلفحاد بن حفر * بن جلعاد * بن ماخير *
بن منشا من عشاير منشي بن يوسف * اللاي اسماهن محلا *
ونوعا * وحجلا * وملكا * وترصا * 2 فقمن بين يدي موسي
والعازار الامام والاشراف وساير الجماعة عند باب خباء المحضر
قايلات * 3 ان ابانا مات في البرية * وهو لم يكن في جملة
الجماعة الذين تجمعوا علي الله مع قورح * وانه بخطيته مات *
ولم يخلف بنين * 4 ولم ينقص اسم ابينا من بين عشيرته *
اذ ليس له ابن * فاعطنا نحلة فيما بين اعمامنا * 5 فرفع موسي
حكمهن الي الله * 6 فقال الله لموسي تكليما *
7 لنعم ما قالت بنات صلفحاد * اعطهن حوز نحلة فيما بين
اعمامهن * وانقل نحلة ابيهن لهن *
8 ومر بني اسرايل وقل لهم * ايما رجل مات وليس له ابن *
فانقلوا نحلته لابنته *
9 فان لم تكن له ابنة * فاعطوا نحلته لاخوته *
10 فان لم يكن له اخوة * فاعطوها لاعمامه *
11 فان لم يكن له اعمام * فاعطوها لنسيبه الاقرب اليه
من عشيرته فيحوزها * وليكن ذلك لبني اسرايل رسم حكم *
كما امر الله موسي *
12 ولما قال الله لموسي اصعد الي جبل العبرين هذا * وانظر
بلد كنعان الذي انا معطيه لبني اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT XXVII.

ACceſſerunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, de famila Manaſſe
filij Ioſeph. Hæc verò ſunt nomina filiarum eius, Maala, & Noa, Hegla, Melcha, & Terſa.
2 Stiterunt igitur ſe coram Moſe & Eleazaro ſacerdote, & coram principibus, & vniuerſa Congregatione
ad portam tabernaculi teſtimonij dicentes. 3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec tamen ipſe fuit in
Congregatione eorum qui conuenerunt aduerſus Dominum in conuentu Core, ſed in peccato ſuo mortuus
eſt pater noſter, neque filij fuerunt ei. 4 Quare excidetur nomen patris noſtri de medio familiæ ſuæ, eo
quod non fuit illi filius? Date nobis poſſeſſionem hæreditatis in medio fratrum patris noſtri. 5 Detulit autem
Moſes cauſam illarum ante Dominum 6 Reſponditque Dominus Moſi dicens. 7 Rem iuſtam filiæ Sal-
phaad locutæ ſunt: Dando dabis illis poſſeſſionem hæreditatis in medio fratrum patris earum, & tranſire facies
hæreditatem patris earum ad eas. 8 Ad filios quoque Iſrael loqueris dicens: Cum quis mortuus fuerit, &
filius non fuerit ei, tunc dabitis hæreditatem eius filiæ ſuæ.
9 Si verò non fuerit ei filia, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus eius. 10 Quod ſi non fuerint ei fratres, tum
dabitis hæreditatem eius fratribus patris eius. 11 Quod ſi non fuerint fratres patri eius, tum dabitis hæreditatem
eius propinquo eius, qui proximè accedit ad eum ex familia ipſius, & ſuccedet ei. Eritque hoc filiis Iſrael in
legem iudicij ſicut præcepit Dominus Moſi. 12 Poſtea locutus eſt Dominus Moſi, dicens: Aſcende in mon-
tem iſtum Abarim, & conſpice terram quam dedi filiis Iſrael.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

13 Aſpice illam, & colligere tu quoque ad
populum tuum, quemadmodum collectus eſt
Aharon frater tuus. 14 Eo quòd exacerbaſtis
verbum oris mei in deſerto Sin, in contentio-
ne cœtus, & non ſanctificaſtis me in aquis in
conſpectu eorum. Eæ ſunt aquæ contentionis
Recem in deſerto Sin. 15 Locutuſque eſt Mo-
ſes coram Domino, & ait: 16 Præficiat Do-
minus Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, virum
vnum ſuper congregationem, 17 Qui egredia-
tur ante eos, quique ingrediatur ante eos: qui-
que educat eos, & introducat illos, vt non ſit
cœtus Dñi velut oues quæ paſtorẽ non habent.
18 Ait autem Dominus ad Moſen, Duc tibi
Ieſum filium Nun, virum in quo ſpiritus adeſt,
& pone manum tuam ſuper eum: 19 Et ſtatue
illum ante Eliazar ſacerdotem, & ante vni-
uerſum cœtum, & præfice eum in præſentia il-
lorum. 20 Da quoque de gloria tua ſuper
eum, vt obediant ei vniuerſus cœtus filiorum
Iſrael. 21 Et ante Eliazar ſacerdotem ſtabit,
qui petet pro eo legem interrogationis coram
Domino. Ad verbum oris eius erunt egredien-
tes, & ad verbum oris eius erunt ingredientes,
tam ipſe, quàm omnes filii Iſrael cum ipſo, &
vniuerſus cœtus. 22 Fecitque Moſes quem-
admodum præcepit ei Dominus, duxitque Ie-
ſum, & ſtatuit eum coram Eliazar ſacerdote,
& coram vniuerſa congregatione. 23 Poſuit-
que manum ſuam ſuper eum, & præfecit illum,
quemadmodum locutus fuerat Dominus per
manum Moſis.

CAPVT XXVIII.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 2 Præcipe filiis Iſrael,
& dic eis, Sacrificia mea, & panem ſacrificio-
rum meorum, & odorem ſuffitus cuſtodiant,
& offerant mihi temporibus ſuis.

VERSIO SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

1 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

1 [illegible]

13 *Et cùm intuitus fueris eam, colligere ad gentem tuam tu quoque, ſicuti collectus eſt Haron frater tuus:*

14 *Quemadmodum contradixiſtis mandato meo in deſerto Sin ad altercationem populi, & non ſanctificaſtis me in ea aqua coram illis. & propterea appellata eſt aqua altercationis Racim in deſerto Sin.* 15 *Ait Muſa in conſpectu Dei:*

16 *Si velis hoc ô Domine, ô Deus ſpirituum omnium hominum, ſubſtitue virum ſuper turbam,*

17 *Qui exeat ante eos, & ingrediatur ante illos, & introducat atque educat eos, ne maneant veluti oues quæ non habent paſtorem.*

18 *Dixit Deus ad Muſam: Aſſume Juſaa filium Nun, eſt enim vir in quo eſt virtus, & impone manum tuam ſuper eum,*

19 *Et ſiſte illum coram Elazaro ſacerdote, & vniuerſo cœtu, & præcipe illi coram eis.*

20 *Et pone ſuper eum ex ſplendore tuo, vt audiat illum congregatio filiorum Iſrail.*

21 *Sitque aſſiſtentia eius coram Elazaro ſacerdote, vt petat in negotiis eius qualitatem declarationum in conſpectu Dei, & ingrediantur ex iuſſu Dei, & egrediantur, tam ipſe, quàm filij Jſrail, & vniuerſa turba.*

22 *Fecit ergo Muſa quod mandauit illi Deus, ſumpſitque Juſaa, & ſtatuit eum ante Elazarum ſacerdotem, & totam congregationem.*

23 *Impoſuitque manus ſuas ſuper eum, præcepitque ei, prout dixerat illi Deus.*

CAPVT XXVIII.

ALlocutuſque eſt Deus Muſam, dicens: 2 *Jmpera filiis Iſrail, & dic eis: Sacrificium meum, perpetuum meum, acceptum meum, & placabile meum obſeruate, vt offeratis illud mihi tempore ſuo.*

13 فاذا رايته فانضم الي قومك انت ايضا * كما انضم هرون
اخوك * 14 كما خالفتما امري في برية صين عند خصومة
الجماعة * فلم تقدساني بذلك الماء بحضرتهم * ولذلك سمي ماء
خصومة رقيم في برية صين *
15 قال موسى بين يدي الله *
16 ان شئت ذلك يا رب يا اله الارواح من كل البشر * فاستخلف
رجلا على الجماعة * 17 يخرج بين يديهم * ويدخل بين يديهم *
ويدخلهم * ويخرجهم * لئلا يبقوا كغنم ليس لهم راع *
18 فقال الله لموسى * خذ يوشع بن نون * فانه رجل فيه فضل *
واسند يدك عليه *
19 وقفه بين يدي العازار الامام وساير الجماعة * ومن بحضرتهم *
20 واجعل عليه من بهائك * لكي يقبل منه جماعة بني اسرايل *
21 وليكن وقوفه بين يدي العازار الامام * حتى يسل في
حوائجه بهية الانوار بين يدي الله * ويدخلوا عن امر الله
ويخرجوا * هو وبنو اسرايل وساير الجماعة *
22 فعمل موسى بما امر الله به * فاخذ يوشع * ووقفه بين يدي
العازار الامام وساير الجماعة *
23 واسند يديه عليه * واوصاه كما قال الله له *

* الفصل الثامن والعشرون *

1 وكلم الله موسى قايلا * 2 مر بني اسرايل وقل لهم * قرباني
دايمي مقبولي مرضي احفظوه * لتقربوه لي في وقته *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Videbis igitur illam, & colligeris ad populum tuum tu quoque, ſicut collectus eſt Aaron frater tuus 14 Quia
rebellaſtis contra verba mea in deſerto Sin, in contradictione Congregationis ad me ſanctificandum in aquis
ante oculos eorum: Hæ ſunt aquæ contradictionis in Kades deſerti Sin. 15 Dixit verò Moſes Dño in hunc modum.
16 Conſtituat Dñs Deus ſpirituum omnis carnis virum ſuper Congregationem. 17 Qui egrediatur ante
eos, & qui ingrediatur ante eos; qui etiam educat eos, & introducat eos, vt non ſit Congregatio Dñi ſicut oues
quibus non eſt paſtor. 18 Et dixit Dñs Moſi: aſſume tibi Ioſuam filium Nun, virum cui ineſt ſpiritus, poneſque
manum tuam ſuper eum. 19 Siſteſque illum coram Eleazaro ſacerdote, & coram vniuerſa Congregatione; &
dabis illi mandata ante oculos illorum. 20 Pones quoque de gloria tua ſuper eum, & propterea audient illum
vniuerſa Congregatio filiorum Iſrael. 21 Coram etiam Eleazaro ſacerdote ſiſtet ſe, vt interroget illum de iudicio
Vrim ante Dñm: iuxta verbum eius egredietur, & iuxta verbum eius ingredietur, ipſe, & omnes filij Iſrael
cum eo, & vniuerſa Congregatio. 22 Et fecit Moſes ſicut præceperat illi Dñs. Accepit itaque Ioſuan, & ſtitit
illum ante Eleazarum ſacerdotem, & ante vniuerſam Congregationem. 23 Et impoſuit manum ſuam ſuper illum,
deditque illi mandata, ſicut locutus fuerat Dñs per manum Moſis. Poſtea dixit illi, oculi tui viderunt quid
fecerit Dñs duobus regibus iſtis; ſic faciet Dñs omnibus regnis per quæ tranſis: ne timeas eos quoniam Dominus
Deus veſter pugnat pro vobis.

CAPVT XXVIII.

LOcutus eſt præterea Dominus Moſi dicens. 2 Præcipe filiis Iſrael, dices autem eis: Munera mea, panem
meum pro ſacrificio ignito in odorem ſuauitatis meæ ſoliciti eritis offerre mihi in temporibus ſuis.

[illegible]

³ Et dic eis, Hoc eſt ſacrificium quod offeretis
Domino: Agnos anniculos in quibus nulla ſit
macula duos indies pro holocauſto pacifico,
iugiter. ⁴ Agnum vnum offer in matuti-
no, & agnum alterum offer inter veſperas.
⁵ Vnam ex decem *partibus* modij ſimilaginis
pro oblatione, ſubactæ in olei expreſſi quarta
parte heminæ. ⁶ Holocauſtum pacificum iu-
ge, quod factum eſt in monte Sinai in odorem
ſuffitus, ſacrificium Domino. ⁷ Eius autem
libatio, *nempè* vini quarta pars heminæ pró
agno vno, in ſanctuario libabitur libatio *vini*
veteris, coram Domino.
⁸ Agnum verò alterum fac inter veſperas:
iuxta ſacrificium matutinum, & iuxta liba-
men eius, fac oblationem in odorem ſuffitus
Domino. ⁹ Die verò ſabbathi agnos duos
anniculos in quibus nullum ſit vitium, & duas
decimas ſimilaginis oblationis, ſubactæ oleo,
vnà cum ipſius libamine. ¹⁰ Holocauſtum
pacificum ſabbathi, *fiet* in ſabbatho, vltra holo-
cauſtum pacificum iuge, & libamen eius.
¹¹ Initio quoque menſium veſtrorum offer-
te holocauſta pacifica Domino, iuuencos
bouinos duos, & arietem vnum, & agnos
anniculos ſeptem, in quibus nullum ſit vitium.
¹² Et tres decimas ſimilaginis oblationis, ſu-
bactæ oleo, pro iuuenco vno: & duas decimas
ſimilaginis ſubactæ oleo, pro ariete vno.
¹³ Et decimam vnam ſimilaginis, quæ pro
oblatione eſt, ſubactæ oleo, pro agno vno:
holocauſtum pacificum in odorem ſuffitus
Domino. ¹⁴ Eorum autem libamen vinum,
media pars heminæ erit pro iuuenco, & tertia
pars heminæ erit pro ariete, & quarta pars
heminæ pro agno. Hoc eſt holocauſtum pa-
cificum initij menſium anni.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 *Et indica eis quòd placabile illud quod offeretis, erunt duo agni filij vnius anni; ſingulis diebus ſacrificium ſempiternum:*
4 *Vnum eorum mane, & alterum inter vtrunque occaſum.*
5 *Et decimam partem Vaibæ ſimilæ ex tritico, ſubactæ quarta parte Keſti ex oleo molito.*
6 *Holocauſtum ſempiternum, quale factum fuit in deſerto Sinai, acceptum placabile apud Deum.*
7 *Et cum eo temperamentum, quartam partam Keſti pro quolibet agno, vt ſparſione ſpargatur in ſanctuario ex vino veteri, Deo.*
8 *Cúmque feceritis agnum ſecundum inter vtrunque occaſum, iuxta oblationem matutinam ac temperamentum illius fac illum, ſacrificium acceptum placabile apud Deum.*
9 *Et in die ſabbathi duos agnos anniculos integros, & cum eis duas decimas triticeæ ſimilæ ſubactæ oleo, & temperamentum eius.*
10 *Iſtud eſt ſacrificium cuiuſlibet ſabbathi, cum ſacrificio perpetuo & temperamento eius.*
11 *Et in principiis menſium veſtrorum, ſacrificium holocauſti Deo erunt duo vituli ex bobus, & aries, & ſeptem agni anniculi integri.*
12 *Et tres decimæ ſimilæ ex frumento, ſubactæ oleo pro quolibet vitulo, & duæ decimæ pro ariete*
13 *Et decima cuilibet agno. Talis erit oblatio accepta placabilis Deo.*
14 *Et temperamentum eorum erit media pars Keſti vnicuique boui, & tertia pars Keſti arieti, & quarta pars Keſti agno. Hoc eſt ſacrificium ſingulorum menſium per menſes anni.*

3 وبين لهم ان المرضي الذي تقربونه حملان ابنا سنة في كل يوم * قربان دائم *
4 احدهما بالغداة * والاخر بين العروبين *
5 وعشر ويبة سميد من البر ملتوت بربع قسط من دهن مطحون *
6 صعيدة دائمة * كما صنعت في برية سيناء * مقبولة مرضية عند الله *
7 ومعه من المزاج ربع قسط لكل حمل * يرش في القدس رشا من عتيقة لله *
8 واذا صنعت الحمل الثاني بين العروبين * فكصعيدة الغداة ومزاجها اصنعه * قربانا مقبولا مرضيا عند الله *
9 وفي يوم السبت حملان ابنا سنة صحيحان * ومعهما عشران من البر سميدا ملتوتا بدهن * ومزاجه *
10 ذلك قربان سبت بسبت * مع القربان الدائم ومزاجه *
11 وفي رووس شهوركم قربان صعيدة لله ثوران من البقر * وكبش * وسبعة حملان ابنا سنة اصحاء *
12 وثلاثة اعشار من البر سميدا ملتوتا بدهن لكل ثور * وعشران للكبش *
13 وعشر لكل حمل * كذاك الصعيدة المقبولة المرضية لله *
14 ومزاجها نصف قسط لكل ثور * وثلث قسط للكبش * وربع قسط للحمل * هذا قربان شهر بشهر لشهور السنة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Dices etiam illis; hoc eſt ſacrificium ignitum quod offeretis Domino, agnos anniculos immaculatos, duos
per diem in holocauſtum iuge. 4 Agnum vnum facies mane, & agnum ſecundum facies inter veſperas.
5 Decimam quoque Epha farinæ in oblationem conſperſæ oleo cum quarta parte Hin.
6 Holocauſtum eſt iuge quod factum eſt in monte Sinai in odorem ſuauitatis, ſacrificium ignitum Domino.
7 Libamen autem eius, quartam partem Hin pro agno vno: in ſanctuario liba libamen Siceram Domino.
8 Alterum verò agnum facies inter veſperas; iuxta oblationem matutinam & iuxta libamen eius facies:
Sacrificium eſt ignitum in odorem ſuauitatis Domino.
9 Die verò Sabbati duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilæ in oblationem conſperſæ
oleo, & libamen eius. 10 Holocauſtum eſt vniuſcuiuſque Sabbati præter holocauſtum iuge, & libamina
eius. 11 In principiis quoque menſium veſtrorum offeretis holocauſtum Domino vitulos ex armentis
duos, & arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos.
12 Et tres decimas ſimilæ in oblationem conſperſæ oleo pro vno vitulo, & duas decimas ſimilæ in oblatio-
nem conſperſæ oleo pro ariete vno. 13 Et ſingulas decimas ſimilæ in oblationem conſperſæ oleo pro ſin-
gulis agnis. Holocauſtum eſt odoris ſuauitatis, ſacrificium ignitum Domino.
14 Libamina autem eorum, dimidium Hin vini pro vitulo vno, & tertia pars Hin pro ariete, & quarta pars
Hin vini pro agno vno. Hoc eſt holocauſtum ſingulorum menſium per menſes anni.

[illegible]

15 Et hircus vnus caprarum pro peccato, Do-
mino præter holocauſtum pacificum fiet ſem-
per vnà cum libamine ſuo. 16 In quartade-
cima menſis primi Paſcha eſt Domino. 17 Et
in decimaquinta eiuſdem menſis, ſolennitas:
ſeptem diebus azymum comedetur. 18 Dies
primus celebris erit ac ſanctus, & vllum opus
ſeruile ne feceritis. 19 Et offerte oblationes,
holocauſta pacifica Domino, iuuencos filios
bouis duos, & arietem vnum, & agnos annicu-
los ſeptem: tales vt nulla ſit in iis macula erunt
vobis. 20 Et eorum oblationem, *nempè* ſimi-
laginis ſubactæ oleo tres decimas pro iuuenco,
& duas decimas pro ariete facietis, 21 Et de-
cimam vnam pro agno vno: ſic facite ſeptem
agnis. 22 Denique hædum vnum pro pec-
cato ad expiandum pro vobis. 23 Præter ho-
locauſtum pacificum matutinum, holocau-
ſtum pacificum ſemper facietis. 24 Hæc eri-
tis facientes per ſingulos dies, ſeptem diebus.
oblatio panis in odorem ſuffitus Domino, præ-
ter holocauſtum Domino iugiter fiet vnâ cum
libamine ſuo. 25 Dies autem ſeptimus ce-
lebris ac ſanctus erit vobis, & omne opus ſer-
uile non facietis. 26 Dies etiam primitiuo-
rum, quando offeretis farinam ex noua *ſegete*
Domino in hebdomadibus veſtris, celebris &
ſanctus erit vobis: & omne opus ſeruile non fa-
cietis. 27 Et offerte holocauſta pacifica in
odorem ſuffitus Domino, iuuencos filios bouis
duos, & arietem vnum, & agnos anniculos
ſeptem: 28 Et eorum oblationem, *nempe*
ſimilaginis ſubactæ oleo tres decimas pro iu-
uenco vno, & duas decimas pro ariete vno,
29 Et decimam vnam pro agno vno: ſic *facie-
tis* ſeptem illis agnis. 30 Præterea hædum
vnum caprarum, vt venia poſtuletur pro
vobis,

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

15 *Et hædus ex capris in expiationem Deo, qui cum ſacrificio ſempiterno offeretur ſimul cum libamine ſuo.*
16 *Et in menſe primo, in die decima quarta ex ipſo, Phaſe erit Deo.*
17 *Et in die quintadecima ex ipſo, ſolennitas eſt ſeptem diebus, in quibus comedetur azymum.*
18 *In prima die ex eis, nomen ſanctum eſt: omne opus lucri ne faciatis.*
19 *Et offerte ſacrificium holocauſtum Deo duos vitulos ex bobus, & arietem, & ſeptem agnos filios vnius anni integros.*
20 *Et cum eis ex tritico ſimilam ſubactam oleo, tres decimas cuilibet boui, & duas decimas arieti,*
21 *Et decimam ſingulis agnis ex ſeptem:*
22 *Et hædum in expiationem, vt venia vobis impetretur.*
23 *Præter ſacrificium matutinum, ſacrificium ſempiternum ſecundum, offeretis hæc.*
24 *Et eis ſimilia offerte quolibet die ex ſeptem diebus, ſacrificium acceptum, gratum Deo, ſimul cum ſacrificio ſempiterno, eiuſque temperamento.*
25 *Et in die ſeptima, nomen ſanctum erit vobis: omne opus lucri ne faciatis.*
26 *Et in die primitiarum, cum offeretis triticum nouum Deo poſt hebdomadas veſtras, nomen ſanctum erit vobis: omne opus lucri ne faciatis.*
27 *Et offerte oblationem acceptam placabilem Deo, duos vitulos de bobus, & arietem, & ſeptem agnos anniculos.*
28 *Et cum ipſis ex tritico ſimilam ſubactam oleo, tres decimas cuilibet vitulo, & duas decimas arieti,*
29 *Et decimam ſingulis agnis ex ſeptem:*
30 *Et hædum ex capris, vt venia poſtuletur pro vobis.*

15 وعتود من الماعز ذكاة لله * ومع قربان الدايم يقرب ذلك
وسراجه * 16 وفي الشهر الاول في اليوم الرابع عشر منه
فصح لله * 17 وفي اليوم الخامس عشر منه حج سبعة ايام *
يوكل فيها فطير * 18 في اليوم الاول منها اسم مقدس * كل
صناعة مكسب لا تعملوا * 19 وقربوا قربانا صعيدة لله ريين
من البقر * وكبشا * وسبعة حملان بني سنة صحاحا *
20 ومعها من البر سميدا ملتوتا بدهن * ثلاثة اعشار لكل
ثور وعشران للكبش *
21 وعشر لكل حمل من السبعة *
22 وعتود للذكاة ليستغفر عنكم *
23 ما خلا قربان الغداة قربان الدايم الثاني تقربون هذه *
24 ومثلها قربوا في كل يوم من السبعة الايام قربانا مقبولا مرضيا
لله * مع قربان الدايم وسراجه *
25 وفي اليوم السابع اسم مقدس يكون لكم * كل صنعة مكسب
لا تصنعوا * 26 وفي يوم البكور في تقريبكم برا جديدا لله
بعد اسابيعكم * اسم مقدس يكون لكم * كل صناعة مكسب
لا تصنعوا * 27 وقربوا صعيدة مقبولة مرضية لله ريين من
البقر * وكبشا * وسبعة حملان بني سنة * 28 ومعها من البر سميدا
ملتوتا بدهن * ثلاثة اعشار لكل ريت * وعشران للكبش *
29 وعشر لكل حمل من السبعة *
30 وعتود من الماعز ليستغفر عنكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Hircum verò de capris vnum pro peccato præter holocauſtum iuge Domino facient, & libamina eorum.
16 In menſe primo, decima quarta die menſis paſcha erit Domino. 17 Decima quinta autem die menſis
iſtius feſtum erit; ſeptem diebus azyma comedetis. 18 Die primo conuocatio erit ſancta; nullum opus ſerui-
le facietis. 19 Sed offeretis ſacrificium ignitum holocauſtum Domino vitulos de armentis duos, & arie-
tem vnum, & ſeptem agnos anniculos. Immaculata hæc erunt vobis. 20 Oblationem autem eorum, ſimi-
læ conſperſæ oleo tres decimas pro vitulo, duas verò decimas pro ariete facietis.
21 Et ſingulas decimas agno vni pro ſeptem agnis iſtis. 22 Hircum quoque de capris vnum pro peccato ad
expiandum vos. 23 Præter holocauſtum matutinum quod eſt in holocauſtum iuge, facietis iſta.
24 Sic facietis per ſingulos dies ſeptem dierum: panis eſt ſacrificij igniti in odorem ſuauitatis Domino. Præ-
ter holocauſtum iuge, & libamina eorum fient iſta 25 Die autem ſeptimo conuocatio ſancta erit vobis;
nullum opus ſeruile facietis. 26 In die primitiarum cum offeretis oblationem nouam Domino in hebdo-
madibus veſtris conuocatio ſancta erit vobis; nullum opus ſeruile facietis.
27 Sed offeretis holocauſtum ſacrificium ignitum in odorem ſuauitatis Domino, vitulos de armentis duos,
& arietem vnum, agnos anniculos ſeptem: Immaculata hæc erunt vobis.
28 Et oblationem eorum, ſimilæ conſperſæ oleo tres decimas pro vitulo vno, & duas decimas pro ariete vno.
29 Et ſingulas decimas agno vni pro ſeptem agnis iſtis. 30 Hircum quoque de capris vnum pro peccato
ad expiandum vos.

31 Præter holocauſtum pacificum ſempiter-
num eiuſque farinam eritis facientes, in qui-
bus nullum ſit vitium, vnâ cum eorum liba-
tione.

CAPVT XXIX.

IN prima autem *die* menſis ſeptimi, celebris
& ſanctus *dies* erit vobis: & omne opus ſer-
uitutis ne feceritis, dies clangoris erit vobis.
2 Et facite holocauſta pacifica in odorem ſuf-
fitus Domino, iuuencum vnum filium bouis,
& arietem vnum, & agnos anniculos ſeptem in
quibus nullum ſit vitium. 3 Et eorum obla-
tio erit ſimila ſubacta oleo, tres decimæ pro
boue vno, & duæ decimæ pro ariete vno,
4 Et decima vna pro agno vno, eodemque
modo ſeptem agnis. 5 Et hircum vnum capra-
rum pro peccato, vt expietur pro vobis.
6 Præter holocauſtum pacificum initij men-
ſis, eiuſque libamen, holocauſtum pacificum
ſempiternum, & eorum farinam atque libamen
iuxta ritum eorum, in odorem ſuffitus, ſacrifi-
cia Domino. 7 Et in *die* decima menſis huius
ſeptimi, celebris & ſanctus *dies* erit vobis: &
omne opus ſeruitutis ne feceritis. 8 Et offer-
te holocauſta pacifica Domino in odorem
ſuffitus, iuuencum vnum filium bouis, & arie-
tem vnum, & agnos anniculos ſeptem, in qui-
bus nullum ſit vitium. 9 Et eorum oblatio erit
ſimila ſubacta oleo, tres decimæ *cuilibet* iuuen-
co, & duæ decimæ *cuilibet* arieti,
10 Et decima vna agno vni, ſic ſeptem agnis.
11 Et hircum vnum caprarum pro peccato, præ-
ter holocauſtum expiationis, holocauſtum pa-
cificum ſempiternum, eorumque farinam &
libamen. 12 In *die* quoque decima quinta
menſis huius ſeptimi, celebris ac ſanctus *dies*
erit vobis, & omne opus ſeruile non facietis:
agetis autem feſtum Domino ſeptem diebus.

VERSIO-SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[31] *Vltra ſacrificium ſempiternum & frumentum eius offeretis hæc, quæ quidem integra erunt vobis, cum temperamento eorum.*

CAPVT XXIX.

ET in die primo menſis ſeptimi, nomen ſanctum erit vobis: & omne opus lucri ne faciatis, & dies clangoris ſit vobis.
[2] *Et offerte holocauſtum acceptum, gratum Deo, vitulum vnum, & arietem, ac ſeptem agnos anniculos integros.*
[3] *Et cum eis de tritico ſimilam ſubactam oleo, tres decimas pro vitulo, & duas decimas pro ariete,* [4] *Et decimam pro quolibet agno ex ſeptem:*
[5] *Et hædum ex capris, vt venia petatur pro vobis:* [6] *Vltra ſacrificium menſtruum, ac frumentum eius, & ſacrificium ſempiternum, & triticum eius, ac temperamentum eorum ſecundùm morem: accepta, placabilia, oblata Deo.*
[7] *Et in decimo ex ipſo, nomen ſanctum ſit vobis: & eſurire facite voſmetipſos: & omne opus ne faciatis:*
[8] *Et offerte holocauſtum Deo acceptum placabile, vitulum vnum, atque arietem, & ſeptem agnos anniculos integros.*
[9] *Et cum eis ex tritico ſimilam ſubactam oleo, tres decimas pro vitulo, & duas decimas pro ariete,*
[10] *Et decimam pro vnoquoque agno ex ſeptem:*
[11] *Et hædum ex capris in expiationem, præter expiationem indulgentiæ, & ſacrificium ſempiternum, ac frumentum vtriuſque, eorumque temperamentum.*
[12] *Et in die quintadecima ex ipſo, ſit vobis nomen ſanctum: & omne opus lucri ne faciatis: & celebrate ſolennitatem Deo ſeptem diebus:*

31 ما خلا القربان الدائم وبره تقربوا ذلك * وصحاحا فلتكن
لكم * ومزاجها *

* الفصل التاسع والعشرون *

1 وفي اليوم الاول من الشهر السابع اسم مقدس يكون لكم *
وكل صناعة مكسب لا تصنعوا * ويوم جلبة فليكن لكم *
2 وقربوا صعيدة مقبولة مرضية لله ثورا واحدا * وكبشا * وسبعة
حملان بني سنة صحاحا * 3 ومعها من البر سميذ ملتوت
بدهن * ثلاثة اعشار للثور * وعشران للكبش * 4 وعشر لكل
حمل من السبعة * 5 وعتود من الماعز ليستغفر عنكم *
6 ما خلا قربان الشهر وبره * والقربان الدائم وبره * ومزاجها
كالسبيل * مقبولة مرضية مقربة لله *
7 وفي العاشر منه اسم مقدس فليكن لكم * واجيعوا نفوسكم *
وكل عمل لا تعملوا *
8 وقربوا صعيدة لله مقبولة مرضية ثورا واحدا * وكبشا * وسبعة
حملان بني سنة صحاحا *
9 ومعها من البر سميذا ملتوتا بدهن * ثلاثة اعشار للثور *
وعشران للكبش * 10 وعشر لكل حمل من السبعة *
11 وعتود من الماعز للذكاة * ما خلا ذكاة الغفران * وقربان الدائم *
وبرها * ومزاجها * 12 وفي اليوم الخامس عشر منه فليكن
لكم اسم مقدس * وكل صناعة مكسب لا تعملوا * وحجوا حجا لله
سبعة ايام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[31] Præter holocauſtum iuge, & oblationem eius, facietis, (hæc immaculata erunt vobis) & libamina eius.

CAPVT XXIX.

IN menſe autem ſeptimo, in prima menſis conuocatio ſancta erit vobis: nullum opus ſeruile facietis, dies
clangoris erit vobis. [2] Sed facietis holocauſtum in odorem ſuauitatis Domino, vitulum filium bouis
vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos. [3] Et oblationem eorum, ſimilæ conſperſæ
oleo tres decimas pro vitulo, & duas decimas pro ariete. [4] Et ſingulas decimas agno vni pro ſeptem agnis.
[5] Hircum quoque de capris vnum pro peccato ad expiandum vos. [6] Præter holocauſtum Neomeniæ,
& oblationem eius, & holocauſtum iuge, oblationemque eius, & libamina eius iuxta conſuetudinem eorum;
in odorem ſuauitatis ſacrificium eſt ignitum Domino. [7] Decima quoque menſis ſeptimi iſtius conuoca-
tio ſancta erit vobis; tum affligetis animas veſtras, nullumque opus facietis. [8] Sed offeretis holocauſtum Do-
mino in odorem ſuauitatis, vitulum de armentis vnum, & arietem vnum, agnos anniculos ſeptem: hæc im-
maculata erunt vobis. [9] Et oblationem eorum, ſimilæ conſperſæ oleo tres decimas pro vitulo, & duas de-
cimas pro ariete vno. [10] Et ſingulas decimas agno vni pro ſeptem agnis.
[11] Hircum quoque de capris vnum pro peccato præter ſacrificium pro peccato expiationum, & holocau-
ſtum iuge, & oblationem eius, & libamina eius. [12] Decimâ verò quintâ die menſis ſeptimi huius con-
uocatio ſancta erit erit vobis: nullum opus ſeruile facietis, ſed feſtum celebrabitis Domino ſeptem diebus.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

13 Et offerte holocauſta pacifica, ſacrificium
odoris ſuffitus Dño, iuuencos filios bouis tre-
decim, & arietes duos, & agnos anniculos qua-
tuordecim, in quibus nullæ ſint maculæ. 14 Et
oblatio eorum ſimila ſubacta oleo, tres decimæ
iuuenco vni, eodemque modo tredecim iu-
uencis: & duæ decimæ arieti vni, itidemque
duobus arietibus: 15 Et decima vna agno vni,
pariterque quatuordecim agnis. 16 Et hircum
vnum caprarum pro peccato, præter holocau-
ſtum pacificum, eiuſque farinam & libamen.
17 Et in die ſecundo iuuencos bouinos duo-
decim, & arietes duos, & agnos anniculos qua-
tuordecim, in quibus nullum ſit vitium. 18 Præ-
terea farinam & libamen iuuencorum & arie-
tum & agnorum, iuxta numerum ſuum & pro
ritu ſuo. 19 Et hircum vnum caprarum pro
peccato, præter holocauſtum pacificum ſem-
piternum, eiuſque farinam & libamen. 20 Die
tertio boues vndecim in quibus nulla ſit macu-
la. 21 Necnon farinam atque libamen boum &
arietum & agnorum iuxta numerum & ritum
eorum. 22 Et hircum vnum caprarum pro pec-
catis, præter holocauſtum pacificum iuge, eiuſ-
que farinam & libamen. 23 Die quarto boues
decem, & arietes duos, & agnos anniculos qua-
tuordecim, in quibus nulla ſit macula. 24 Et
farinam ac libamen boum & arietum & agno-
rum, iuxta numerum & ritum eorum.
25 Et hircum vnum caprarum pro peccato,
præter holocauſtum pacificum ſempiternum,
eiuſque farinam & libamen.
26 Die quinto iuuencos nouem, & arietes
duos, & agnos anniculos quatuordecim, in
quibus nullum ſit vitium. 27 Et farinam ac
libamen iuuencorum & arietum & agnorum,
pro numero & ritu eorum.

VERSIO-SAMARITANA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[13] *Et offerte ſacrificium acceptum placabile*
apud Deum, tredecim vitulos de bobus, & duos
arietes, & quatuordecim agnos filios vnius anni
integros. [14] *Et cum ipſis ex frumento ſimilam*
ſubactam oleo, tres decimas vnicuique ex trede-
cim vitulis, & duas decimas cuilibet ex duo-
bus arietibus, [15] *Et decimam vnam vni-*
cuique agno ex quatuordecim:
[16] *Et hædum ex capris in expiationem, præter*
ſacrificium ſempiternum: & frumentum eius, ac
temperamentum ipſius.
[17] *Et in die ſecundo duodecim vitulos, & duos*
arietes, & quatuordecim agnos anniculos integros.
[18] *Et triticum eorum, atque temperamentum*
eorum, pro vitulis, & duobus arietibus, atque
agnis, iuxta numerum eorum, de more:
[19] *Et hædum pro expiatione, vltra ſacrificium*
perpetuum: & triticum eius, & temperamentum
ipſius. [20] *Et in die tertio vndecim vitulos,*
& duos arietes, & quatuordecim agnos annicu-
los integros.
[21] *Et triticum eorum, atque temperamentum*
eorum pro vitulis, & duobus arietibus, atque
agnis, iuxta numerum eorum, de more:
[22] *Et hædum pro expiatione, vltra ſacrificium*
perpetuum: & triticum eius, & temperamen-
tum ipſius. [23] *Et in die quarto decem vitulos,*
& duos arietes, & quatuordecim agnos anniculos
integros. [24] *Frumentum eorum, ac tempera-*
mentum eorum, pro vitulis, & duobus arietibus,
& agnis, iuxta numerum eorum, de more:
[25] *Et hædum ex capris in expiationem, præter ſa-*
crificium ſempiternum: & triticum, ac tempera-
mentum eius. [26] *Et in die quinto nouem vitulos,*
& duos arietes, & quatuordecim agnos anniculos
integros. [27] *Et triticum atque temperamentum*
eorum pro vitulis, & duobus arietibus, atque agnis
iuxta numerum eorum, de more:

13 وقربوا قربانا مقبولا مرضيا عند الله ثلاثة عشر رتا من البقر *
وكبشين * واربعة عشر حملان بني سنة صحاحا * 14 ومعها
من البر سميد ملتوت بدهن * ثلاثة اعشار لكل رت من الثلاثة
عشر * وعشران لكل كبش من الكبشين * 15 وعشر لكل حمل
من الاربعة عشر * 16 وعتود من الماعز للذكاة * سوى القربان
الدائم * وبره ومزاجه * 17 وفي اليوم الثاني اثنا عشر رتا *
وكبشان * واربعة عشر حملا بنو سنة صحاح * 18 وبرها
ومزاجها للرتوت وللكبشين والحملان باحصائها على السبيل *
19 وعتود للذكاة * سوى القربان الدائم * وبره ومزاجه *
20 وفي اليوم الثالث احد عشر رتا * وكبشان * واربعة عشر
حملا بنو سنة صحاح * 21 وبرها ومزاجها للرتوت وللكبشين
والحملان باحصائها على السبيل * 22 وعتود للذكاة * سوى
القربان الدائم * وبره ومزاجه * 23 وفي اليوم الرابع عشرة رتوت *
وكبشان * واربعة عشر حملا بنو سنة صحاح *
24 برها ومزاجها للرتوت والكبشين والحملان باحصائها على
السبيل * 25 وعتود من الماعز للذكاة * سوى القربان الدائم *
وبره ومزاجه *
26 وفي اليوم الخامس تسعة رتوت * وكبشان * واربعة عشر حملا
بنو سنة صحاح *
27 وبرها ومزاجها للرتوت والكبشين والحملان باحصائها على
السبيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[13] Offeretis etiam holocauſtum ſacrificium ignitum in odorem ſuauitatis Domino vitulos filios bouis trede-
cim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim: hæc immaculata erunt vobis. [14] Et oblationem eorum,
ſimilæ conſperſæ oleo tres decimas vnicuique vitulo in tredecim vitulos, & duas decimas vnicuique arieti in
duos arietes. [15] Et ſingulas decimas vnicuique agno in quatuordecim agnos, & libamina eorum.
[16] Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter holocauſtum iuge, & oblationem eius, & libamina
eius. [17] Die autem ſecundo, vitulos filios bouis duodecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim
immaculatos. [18] Et oblationem eorum, & libamina eorum, vitulis arietibus, & agnis iuxta numerum eo-
rum pro conſuetudine. [19] Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter holocauſtum iuge, & obla-
tionem eius, & libamina eius. [20] Die verò tertia, vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos quatuor-
decim immaculatos. [21] Et oblationem eorum, & libamina eorum, vitulis, arietibus, & agnis iuxta nume-
rum eorum pro conſuetudine. [22] Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter ſacrificium iuge,
& oblationem eius, & libamina eius. [23] Et die quarta, vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos qua-
tuordecim immaculatos. [24] Et oblationem eorum, & libamina eorum, vitulis, arietibus & agnis iuxta nu-
merum eorum pro conſuetudine. [25] Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter holocauſtum iuge,
& oblationem eius, & libamina eius. [26] Et die quinta, vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos qua-
tuordecim immaculatos. [27] Et oblationem eorum & libamina eorum, vitulis, arietibus, & agnis, iuxta
numerum eorum pro conſuetudine.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

28 Et hircum vnum caprarum pro peccato,
præter holocauſtum pacificum ſempiternum,
eiuſque farinam & libamen. 29 Die ſexto iu-
uencos octo, & arietes duos, & agnos annicu-
los quatuordecim, in quibus nulla ſit macula.
30 Et farinam atque libamen iuuencorum &
arietum atque agnorum, pro eorum numero
& ritu. 31 Et hircum vnum caprarum pro pec-
cato, præter holocauſtum pacificum perpe-
tuum, eiuſque farinam & libamen. 32 Die ſe-
ptimo iuuencos ſeptem, & arietes duos, &
agnos anniculos quatuordecim, in quibus nul-
la ſit macula. 33 Et farinam atque libamen iu-
uencorum & arietum & agnorum, pro nume-
ro ac ritu eorum. 34 Et hircum vnum ca-
prarum pro peccato, præter holocauſtum paci-
ficum ſempiternum, eiuſque farinam & liba-
men. 35 Octauo demum die congregamini,
& vllum opus ſeruile ne faciatis. 36 Sed of-
ferte holocauſta pacifica, ſacrificium in odo-
rem ſuffitus Domino, iuuencum vnum boui-
num, & arietem vnum, & agnos anniculos
quatuor, in quibus nullum ſit vitium. 37 Et
farinam ac libamen iuuencorum & arietum
atque agnorum, iuxta eorum numerum ac ri-
tum. 38 Et hircum vnum caprarum pro
peccato, præter holocauſtum pacificum ſem-
piternum, eiuſque farinam & libamen.
39 Hæc facite Domino in ſolennitatibus ve-
ſtris, præter vota veſtra, & præter ſeparationes
veſtras, & holocauſta veſtra pacifica, & fari-
nam, libamina, & oblationes veſtras.

CAPVT XXX.

REtulitque Moſes filiis Iſrael omnia quæ
præceperat Dominus Moſi. 2 Et locu-
tus eſt Moſes cum principibus tribuum filio-
rum Iſrael, dixitque ad eos, Hic eſt ſermo quem
præcepit mihi Dominus.

VERSIO SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

2

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

2

1 [illegible]
2 [illegible]

28 *Et hædum in expiationem vltra ſacrificium*
ſempiternum, & frumentum eius, & vinum eius
temperatum. 29 *Et in die ſexto, octo vitulos, &*
duos arietes, & quatuordecim agnos anniculos in-
tegros. 30 *Et triticum eorum, ac temperiem*
eorum pro vitulis & duobus arietibus & agnis,
iuxta numerum eorum, de more:
31 *Et hædum in expiationem, præter holocau-*
ſtum ſempiternum, frumentum eius, & tempe-
ramentum ipſius.
32 *Et in die ſeptimo, ſeptem vitulos, & duos arie-*
tes, & quatuordecim agnos anniculos integros.
33 *Et frumentum eorum, ac temperamentum*
eorum pro vitulis & duobus arietibus atque
agnis, iuxta numerum eorum, de more:
34 *Et hædum in expiationem, præter ſacrifi-*
cium ſempiternum, & triticum eius, ac tempera-
mentum ipſius.
35 *Et in die octauo ſit vobis mora in ſanctuario:*
& omne opus lucri ne faciatis.
36 *Et offerte holocauſtum, ſacrificium acceptum*
gratum Deo, vitulum vnum, & arietem, & ſe-
ptem agnos anniculos integros.
37 *Cum tritico eorum, ac temperamento eorum*
pro vitulo & ariete atque agnis, iuxta numerum
eorum, de more:
38 *Et hædum in expiationem, vltra ſacrificium*
ſempiternum, & triticum eius, ac temperiem ipſius.
39 *Hoc eſt quod offeretis Deo in feſtis veſtris, vl-*
tra vota veſtra, & conceſſiones veſtras, ex holo-
cauſtis, & muneribus, & temperamento, &
victima, & pacifico.

CAPVT XXX.

Dixitque Muſa filiis Iſrail quidquid præcepit
ei Deus. 2 *Et locutus eſt Muſa cum prin-*
cipibus tribuum filiorum Jſrail, dicens: Hoc eſt
præceptum quod mandauit Deus.

28 وعتود للذكاة سوى قربان الدائم * وبره ومزاجه *
29 وفي اليوم السادس ثمانية ثيران * وكبشان * واربعة عشر حملا
بنو سنة صحاح * 30 وبرها ومزاجها للثيران والكبشين
والحملان باحصائها على السبيل * 31 وعتود للذكاة سوى
صعدة الدائمة برها ومزاجها * 32 وفي اليوم السابع سبعة
ثيران * وكبشان * واربعة عشر حملا بنو سنة صحاح *
33 وبرها ومزاجها للثيران والكبشين والحملان باحصائها على
سبيلها *
34 وعتود للذكاة سوى قربان الدائم * وبره ومزاجه *
35 وفي اليوم الثامن فليكن لكم مكث في القدس * وكل
صناعة مكسب لا تعملوا * 36 وقربوا صعدة قربانا مقبولا
مرضيا لله ثورا واحدا * وكبشا * وسبعة حملان بني سنة صحاحا *
37 وبرها ومزاجها للثور والكبش والحملان باحتسابها على
السبيل *
38 وعتود للذكاة سوى قربان الدائم * وبره ومزاجه *
39 هذا ما تقربون لله في اعيادكم ما خلا نذوركم
وتبرعكم من صواعد * وهدايا * ومزاج * وذبح * وسلامة *

* الفصل الثلثون *

1 فقال موسى لبني اسرائيل جميع ما امر الله به *
2 ثم كلم موسى رؤساء الاسباط الذين لبني اسرائيل قائلا * هذا
الامر الذي امر الله به *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter ſacrificium iuge, & oblationem eius, & libamina eius.
29 Et die ſexta, vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos. 30 Et oblationem
eorum, & libamina eorum, vitulis, arietibus, & agnis, iuxta numerum eorum pro conſuetudine.
31 Hircum quoque de capris vnum pro peccato præter ſacrificium iuge, & oblationem eius, & libamina eius.
32 Et die ſeptima, vitulos ſeptem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos,
33 Et oblationem eorum, & libamina eorum, vitulis, arietibus, & agnis, iuxta numerum eorum pro conſue-
tudine. 34 Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter holocauſtum iuge, & oblationem eius, &
libamina eius. 35 Die autem octauo ſolemnitas erit vobis; nullum opus ſeruile facietis. 36 Sed offeretis holo-
cauſtum ſacrificium ignitum in odorem ſuauitatis Domino; vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos
ſeptem immaculatos. 37 Et oblationem eorum, & libamina eorum, vitulo, arieti, & agnis, iuxta numerum
eorum pro conſuetudine. 38 Hircum quoque de capris vnum pro peccato, præter holocauſtum iuge, &
oblationem eius, & libamina eius. 39 Hæc facietis Domino in ſolemnitatibus veſtris præter vota veſtra, &
ſpontanea veſtra in holocauſtis veſtris, & in oblationibus veſtris, & in libaminibus veſtris, & in pacificis veſtris.

CAPVT XXX.

PRæterea locutus eſt Moſes filiis Iſrael, ſecundum omnia quæ præceperat Dominus Moſi.
2 Dixitque Moſes capitibus tribuum filiorum Iſrael, in hunc modum. Hoc eſt verbum quod præcepit
Dominus.

[illegible]

3 Cùm vouerit vir aliquis, votum Domino,
& aſſeuerarit iuramento, & obligatione con-
ſtrinxerit animam ſuam, ne irritum faciat
verbum ſuum, *ſed* iuxta id quod egreſſum eſt
ex eius ore, faciat. 4 Cùm autem vouerit
mulier votum Domino, & obligatione aſtrin-
xerit animam ſuam in pueritia ſua, domi pa-
tris ſui: 5 Audiat autem pater eius votum
& vinculum quo animam ſuam obligauit,
ſileatque ei pater eius: rata erunt omnia vota
& vincula quibus animam ſuam obſtrinxit.
6 Quòd ſi irrita faciat ea pater ipſius in die
qua audit omnia vota cunctaque vincula qui-
bus obligauit ſe ipſam, non erunt rata: & Do-
minus parcet ei, quòd irrita fecerit ea pater
illius. 7 Si verò fuerit marito dum ſuper ſe
habet vota ſua, aut prolationem labiorum ſuo-
rum qua ſe ipſa aſtrinxit: 8 Audiat au-
tem maritus eius quacunque audierit die, &
taceat: rata erunt omnia vota, & vincula qui-
bus ſe ipſam aſtrinxit, ſubſiſtent. 9 Verùm ſi
qua die audiuit maritus eius, infirmauit illa, ir-
rita erunt vota & prolationes labiorum eius,
quibus ſe ipſam obſtrinxit: & Dn̄s parcet ei.
10 Votũ verò viduæ & repudiatæ, & omne quo
ſe ipſam adſtringit, ratum erit ſuper eam. 11 At
ſi domi mariti ſui votum emiſerit, aut vinculo
aliquo ſeipſam obligauerit cum iuramento:
12 Audiatque maritus eius, ac taceat, nec infir-
met ea: ſubſiſtent omnia vota, & omnia vincu-
la quibus ſe ipſam obſtrinxit, ſubſiſtent. 13 Sed
ſi planè infirmauerit ea, & prohibuerit eam in
die quo audiuit: quæcunque egreſſa ſunt è la-
biis eius quoad vota & obligationes quibus
ſe ipſam obſtrinxit, haud firma erunt, eo quòd
maritus eius irrita fecerit ea: & Dn̄s parcet illi.
14 Omnia vota, omniaque iuramenta obli-
gationum quæ animam lædunt, maritus eius
confirmabit, & maritus eius infirmabit.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 Quicunque vir vouerit votum Deo, aut iurauerit iuſiurandum vt aſtringat ſeſe aliqua obligatione, ne abroget ſermonem ſuum, ſed exequatur quod proceſſit ex ore ſuo.
4 Et quæcunque mulier vouerit votum Deo, aut obligauerit ſe aliqua obligatione in domo patris ſui, in ſtatu adoleſcentiæ ſuæ:
5 Audieritque pater eius votum ipſius atque obligationem ipſius qua aſtrinxit ſeſe, & continuerit ſe ab ea: iam confirmata ſunt cuncta vota illius, atque omnis obligatio qua ſeipſam conſtrinxit.
6 Quòd ſi increpauit illam pater eius die qua id audiuit: omnia vota atque obligationes ipſius quibus ſe ipſam conſtrinxit, irrita ſunt: & Deus dimittet ei, cùm pater eius illam increpauerit.
7 Et ſi fiat viro dum eius vota aut prolatio labiorum eius qua ſeipſam obligauerat, ſunt ſuper eam:
8 Audieritque maritus eius, quacunque demum die id audierit, continueritque ſe ab illa: firma iam reddita ſunt vota ipſius, atque obligationes quibus ſeſe aſtrinxerat, firmatæ ſunt.
9 Quòd ſi increpauerit eam maritus eius die qua audiuit, iam irritum factum eſt votum ipſius quod ſibi ipſa impoſuerat, atque prolatio labiorum eius qua ſe obligauerat: & Deus propitiabitur illi.
10 Votum verò viduæ & repudiatæ, & omne quo ſe conſtrinxerit, validum eſt.
11 Et ſi vouerat in domo mariti ſui, aut obligauerat ſe cum iuramento aliqua obligatione:
12 Audiuitq́ id maritus eius, & continuit ſe ab ea, nec increpauit eam: iam confirmata ſunt vota eius, & omnis obligatio qua ſeſe aſtrinxerat.
13 Quòd ſi irrita fecit hæc in die qua audiuit illa, quidquid exiuit è labiis eius ex obligationibus & votis quibus ſeipſa obligarat, eſt inualidum: & quandoquidem irrita fecit ea maritus eius, Deus condonabit illi.
14 Et ſimiliter omne votum & omne iuſiurandum quo ſe obligat affligendi ſeipſam, maritus eius confirmabit illud, & maritus eius annullabit illud.

3 أي رجل نذر نذرا لله * أو حلف يمينا ليعقد عقدا على نفسه *
فلا يبذل قوله * بل يعمل بما خرج من فيه * 4 فأية امرأة
نذرت نذرا لله * أو عقدت عقدا في بيت أبيها في حال صباها *
5 فسمع أبوها نذرها وعقدها الذي عقدته على نفسها *
فأمسك عنها * فقد ثبت جميع نذورها * وكل عقد عقدته على
نفسها * 6 وإن نهرها أبوها في يوم سماعه ذلك * فكل نذورها
وعقدها الذي عقدته على نفسها غير ثابت * والله يغفر لها
إذا انتهرها أبوها * 7 وإن صارت لرجل ونذورها عليها *
أو لفظ شفتيها الذي عقدته على نفسها * 8 فسمع بعلها
في أي يوم سمع ذلك * فأمسك عنها * فقد ثبتت نذورها
وعقودها التي عقدتها على نفسها ثبتت * 9 وإن انتهرها
زوجها في يوم سماعه * فقد فسخ نذرها الذي جعلته عليها *
ولفظ شفتيها الذي عقدت على نفسها * والله يصفح عنها *
10 ونذر الأرملة والمطلقة * وجميع ما عقدته على نفسها *
فثابت عليها * 11 وإن كانت نذرت في بيت بعلها * أو عقدت
يمين عقدا * 12 فسمع ذلك بعلها وأمسك عنها ولم ينهرها *
فقد ثبتت نذورها * وكل عقد عقدته على نفسها * 13 وإن
فسخ ذلك في يوم سماعه به * فكل ما خرج من شفتيها من عقود
ونذور على نفسها فغير ثابت * ولما فسخها بعلها فالله يغفر لها *
14 وكذاك كل نذر وكل يمين تعقد لعذاب النفس * فبعلها
يثبت ذلك * وبعلها يبطله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Homo cum vouerit votum Domino, aut iurauerit iuramento ſe ligaturum vinculum ſuper animam ſuam,
non prophanabit verba ſua: ſecundum omnia quæ egreſſa ſunt ex ore eius faciet. 4 Mulier quoque cum vo-
uerit votum Domino, & ſe ligauerit vinculo in domo patris ſui in pueritia ſua. 5 Audieritque pater eius vo-
ta eius, & vincula eius quibus adſtrinxit animam ſuam, & ſiluerit pater eius, tum ſtabilia erunt omnia vota eius,
& vincula eius quibus adſtrinxit animam ſuam confirmabuntur. 6 Si autem irritando irritauerit pater eius
illud in die quo audiuit; omnia vota eius, & vincula eius quibus adſtrinxit animam ſuam non confirmabuntur:
Dominus parcet illi, nam irritauit pater eius illud. 7 Quod ſi nupſerit viro, & votorum rea fuerit, aut protulerit
labiis ſuis quo adſtrinxerit animam ſuam. 8 Audierit autem Maritus eius; in die quo audiuerit, & tacuerit,
ſtabilia erunt vota eius, & vincula eius quibus aſtrinxit animam ſuam confirmabuntur. 9 Si verò in die quo
audiuit Maritus eius abnuerit illud, tum irritabit vota eius quorum rea fuerit, aut quod prolatum eſt labiis eius
quo adſtrinxit animam ſuam, parcetque illi Dominus. 10 Votum autem viduæ, & repudiatæ, omne quo ad-
ſtrinxerit animam ſuam ſtabile erit illi. 11 Quod ſi in domo mariti ſui vouerit, aut adſtrinxerit vinculo animam
ſuam cum iuramento. 12 Audierit autem maritus eius, & ſiluerit, non irritabit illud, ſed ſtabilia erunt omnia
vota eius; omnia quoque vincula eius quibus adſtrinxit animam ſuam confirmabuntur. 13 Si autem irritando
irritauerit illa vir eius in die quo audiuerit, nulla quæ egreſſa ſunt ex labiis eius in votis eius, & in vinculo animæ
eius confirmabuntur: Vir eius irritauit ea, ideo Dominus parcet illi. 14 Omne votum, & omne iuramentum
aſtringens ad afflictionem animæ, vir eius confirmabit illud, & vir eius irritabit illud.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

15 Quòd ſi planè taceat maritus eius de die in
diem, ſubſiſtent omnia vota omneſque obliga-
tiones quibus animam ſuam deuinxit, eo quòd
tacuerit maritus eius in die quo audiuit. 16 Sin
autem irrita penitus faciat ea poſtquã audierit,
ipſe recipiet peccatum eius. 17 Hæ ſunt leges
quas mandauit Dominus Moſi inter virum &
vxorem eius, & inter patrem ac filiam eius
dum adhuc puella eſt in domo patris ſui.

CAPVT XXXI.

Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe,
dixitque ad eum: 2 Vlciſcar vindictam
filiorum Iſrael de Medianitis, & tunc colligeris
ad populum tuum. 3 Ait igitur Moſes ad po-
pulum, Inſtruite viros ex vobis ad prælium, vt
procedant aduerſus Medianitas, ſumantque
vltionem Domini de Medianitis. 4 Millenos
ex vnaquaque tribu, ex omnibus tribubus filio-
rum Iſrael mittite ad prælium. 5 Quare delecti
fuerunt è tribubus filiorum Iſrael milleni ex
vnaquaque tribu, duodecim *videlicet* millia
armati ad bellum. 6 Miſitque eos Moſes mille
ex ſingulis tribubus, nempe duodecim millia,
armatos, eos *inquam* & Phinehes filium Elia-
zar ſacerdotis ad prælium, & vaſa ſancta nec-
non buccinæ clangoris erant in manu eius.
7 Bellum itaque commiſerunt cum Median,
quemadmodum præceperat Dominus Moſi, &
trucidarunt omnem maſculum. 8 Reges quo-
que Median interfecerunt cum occiſis eorum,
nempe Aui, & Recem, & Sur, & Hur, & Reba,
quinque reges Medianitas: & Belaam filium
Beor interfecerunt gladio. 9 Et captiuas du-
xerunt filij Iſrael mulieres Medianitarum, at-
que liberos eorum: & omnia iumenta eorum,
omnemque eorum poſſeſſionem, & omnes eo-
rum opes diripuerunt. 10 Omnes autem ciui-
tates habitationis eorum, omneſque eorum
planities igne combuſſerunt.

VERSIO-SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

15 *At ſi contineat ſe ab illa de die in diem, iam*
confirmauit omnia vota ipſius : & obligationes
quas illa ſibi impoſuit, ipſe confirmauit: quando-
quidem retraxit ſe ab ea in die qua id audiuit.
16 *Sin autem irritum fecit illud poſtquam id*
audiuit, iam portauit crimen eius.
17 *Hæc ſunt præcepta quæ mandauit Deus*
Muſæ inter virum & vxorem eius ſemper, &
inter patrem ac filiam eius tempore pueritiæ ſuæ,
dum adhuc eſt in domo ipſius.

CAPVT XXXI.

LOcutuſque eſt Deus cum Muſa, dicens:
2 *Vlciſcere vltionem filiorum Iſrail à*
Medianitis, & poſtea aggregaberis genti tuæ.
3 *Ait Muſa populo ſuo : Ciete ex vobis viros*
ad bellum, vt pugnent contra Median, & ſumant
vindictam Dei ab ipſis :
4 *Mille ex vnaquaque tribu de tribubus filio-*
rum Iſrail, mittetis ad bellum.
5 *Igitur ſegregati fuerunt è millibus ſtirpis Iſrail,*
mille ex qualibet tribu: factique ſunt duodecim
millia accincti ad prælium.
6 *Miſitque eos Muſa, & Finhas filium Ela-*
zar filij Haronis ſacerdotis ad prælium, & is vaſa
ſanctuarij, & tubas clangoris manu ſua geſta-
bat. 7 *Pugnauerunt ergo contra Median,*
ſicuti præceperat Deus Muſæ, & occiderunt
omnem virum. 8 *Et interfecerunt quinque*
reges Median cum interfectis eorum, nempe
Aui, & Racem, & Sur, & Hur, & Rabee: quin
& Balaam filium Beor interfecerunt gladio.
9 *Et captiuas duxerunt filij Iſrail mulieres*
Median, & infantes eorum: & cuncta iumen-
ta eorum, & armenta eorum, & ſuppellectilem
eorum deprædati ſunt :
10 *Et omnes vrbes eorum, cum habitaculis*
eorum, & arcibus eorum, exuſſerunt igni.

15 وان امسك عنها من يوم الي يوم * فقد ثبت جميع نذورها *
وعقودها التي عليها ثبتها * لما امسك عنها في يوم سماعه بذلك *
16 فان فسخ ذلك بعد ما سمع به * فقد حمل وزرها *
17 هذه الرسوم التي امر الله بها موسى * فيما بين الرجل
وزوجته دائما * وفيما بين الاب وابنته * في حال صباها * وهي
في منزله *

* الفصل الحادي والثلثون *

1 وكلم الله موسى قائلا * 2 انتقم نقمة بني اسرائيل من
المدينيين * وبعد ذلك تنضم الي قومك * 3 فقال موسى
لقومه * جردوا منكم رجالا للجيش يغزون الي مدين * ليحلوا
نقمة الله بهم * 4 الفا من كل سبط من اسباط بني اسرائيل
تبعثون بهم للغزو * 5 فانماز من الوف آل اسرائيل الف من
كل سبط * فصاروا اثني عشر الفا مجردين للغزو *
6 فبعث بهم موسى وبفنحاس بن العازار بن هرون الامام
للغزو * وآنية القدس * وابواق التجليب بيده * 7 فغزوا مدين
كما امر الله موسى * وقتلوا كل رجل * 8 وقتلوا خمسة
املاك مدين مع قتلاهم * وهم اوي * وراقم * وصور * وحور *
ورابع * وايضا بلعام بن باعور قتلوه بالسيف *
9 فسبى بنو اسرائيل نساء مدين * واطفالهم * وجميع بهائمهم *
ومواشيهم * واثاثهم غنموه * 10 وجميع قراهم مع مساكنهم
وقصورهم احرقوها بالنار *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Si verò ſilendo ſiluerit vir eius de die in diem, tum confirmabit omnia vota eius, vel omnia vincula eius
quæ ſunt ſuper eam; confirmabit illa, quia ſiluit eo die quo audiuit. 16 Quod ſi irritando irritauerit ea
poſtquam intellexerit, feret iniquitatem ſuam. 17 Hæc ſunt præcepta quæ præcepit Dominus Moſi inter
virum & vxorem eius, inter patrem & filiam eius dum eſt in pueritia ſua, & in domo patris ſui.

CAPVT XXXI.

POſtea locutus eſt Dominus Moſi dicens. 2 Vindicando vindicabis filios Iſrael de Madianitis, & po-
ſtea colligêris ad populum tuum. 3 Et locutus eſt Moſes populo dicens: Expedite de vobis viros ad
militiam qui ſtent aduerſus Madian vt ſumant vltionem Domini de Madian.
4 De vnaquaque tribu mille ex omnibus tribubus Iſrael mittetis ad bellum. 5 Et traditi ſunt de millibus
Iſrael mille per tribum, duodecim millia expeditorum ad bellum. 6 Et miſit eos Moſes millenos per tribum
ad bellum, eos, & Phinees filium Eleazari ſacerdotis ad bellum; vaſa autem ſancta, & tubæ clangoris erant in
manu eius. 7 Pugnauerunt igitur aduerſus Madian ſicut præceperat Dominus Moſi, & occiderunt omnem
maſculum. 8 Reges quoque Madian occiderunt cum cæſis eorum, Eui, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe,
quinque reges Madian; Balaam etiam filium Beor occiderunt gladio.
9 Et captiuas abduxerunt filij Iſrael mulieres Madian, & paruulos eorum, & omnia iumenta eorum, &
omnia pecora eorum, & omnem ſubſtantiam eorum deprædati ſunt. 10 Omnes quoque vrbes eorum cum
habitationibus eorum, & omnes arces eorum igne combuſſerunt.

[illegible]

11 Et abducta vniuerſa præda tam hominum
quàm iumentorum, 12 Adduxerunt eam ad
Moſen, & ad Eliazar ſacerdotem, & ad vniuer-
ſum cœtum filiorum Iſrael, captiuos *inquam* &
prædam atque ſpolia, ad Araboth Moab quæ
eſt ſecus Iordanem Iericho. 13 Et egreſſus eſt
Moſes & Eliazar ſacerdos, omneſque magnates
congregationis in occurſum eorum extra ca-
ſtra. 14 Et iratus eſt Moſes aduerſus impera-
tores exercitus, nempe tribunos & centuriones
qui venerant è prælio belli: 15 Dixitque ad eos
Moſes, Cur ſeruaſtis omnes mulieres, 16 Cùm
ipſæ fuerint ſcandalo filiis Iſrael iuxta ver-
bum Belaam, ita vt rebellarent, & ſcelus per-
petrarent contra Dominum in negotio Peor,
fieretque mors ſubita in cœtu Dñi. 17 Nunc
interficite omnes pueros maſculos, & omnem
mulierem quę nouit concubitum maſculorum,
interficite. 18 Omnem autem pubem mulie-
rum quæ non norunt maris concubitum, ſer-
uate vobis viuam. 19 Vos verò manete extra ca-
ſtra ſeptem diebus: ſuper omnem qui occidit
animam, & omnem qui tetigit occiſum, ſpar-
gite in die tertio & in die ſeptimo. Tam vos,
quàm captiuos veſtros, 20 Et omne indumen-
tum, & quodcunque vas pelliceum, & omne
vas pileum, omneque vas ligneum, aſpergite.
21 Et ait Eliazar ſacerdos ad viros bellicos qui
venerant è prælio, Hoc eſt præceptum legis
quod mandauit Dñs Moſi. 22 Veruntamen au-
rum, & argentũ, & æs, & ferrum, & ſtannum, &
plumbũ, 23 Et quicquid ingreditur fornacem:
traducite per ignem, & mundabitur: & aquam
aſperſionis ſpargite ſuper illud. Quicquid au-
tem non tranſit per ignem, immergite in aquas.
24 Et abluite veſtimenta veſtra in die ſeptimo,
& mundabimini, ac tunc ingredimini in caſtra.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

11 *Et acceperunt omnem prædam & ſpolia tam hominum, quàm iumentorum,* 12 *Et venerunt ad Muſam & Elazar ſacerdotem, & cœtum filiorum Iſrail cum captiuitate & ſpoliis & præda, ad caſtra in deſertum Moab quod eſt ſecus Iordanem Riha.*
13 *Et egreſſi ſunt Muſa & Elazar ſacerdos, ac principes populi in occurſum eorum extra caſtra.*
14 *Iratuſque eſt Muſa contra præfectos exercitus, capita millenorum, & capita centenorum.*
15 *Et ait illis Muſa: Annon ſeruaſtis omnem fœminam?* 16 *Nonne ipſæ fuerunt ſeductrices filiorum Iſrail ſuadente Balaam, ita vt commiſerint præuaricationem in Deum propter Pheor, & graſſata ſit peſtis in congregatione Dei.*
17 *Ergo interficite omnem maſculum ex infantibus, & omnem mulierem quæ agnouit accubitum viri.*
18 *Omnes verò puellas mulierum quæ non nouerunt accubitum virorum, ſeruate vobis.*
19 *Et vos commoramini extra caſtra ſeptem diebus, omnis qui occidit animam, & omnis qui tetigit occiſum, & expientur in die tertio & in die ſeptimo: Vos ac prædam veſtram,*
20 *Omnemque veſtem, ac vaſa coriacea, & confectum ex pilis caprarum, & vaſa lignea, expiate illa?* 21 *Dixit etiam Elazar ſacerdos hominibus bellatoribus venientibus ex prælio: Iſtud eſt mandatum legis quam præcepit Deus Muſæ.*
22 *Aurum quidem & argentum, & aes, ac ferrum, atque plumbum, ac ſtannum,*
23 *Et omne quod poteſt tranſire per ignem: traducite illud in ignem, & purgabitur: & expietur etiam aqua aſperſionis. Et omne quod non ingreditur in ignem, traducite per aquam.*
24 *Et lauate veſtimenta veſtra die ſeptima, & mundamini, & poſtea ingrediemini ad copias.*

11 واخذوا جميع السلب والفي من الناس والبهايم * 12 وجاوا
الي موسي والعازار الامام وجماعة بني اسرايل بالسبي والفي
والنهب الي المعسكر الي بيدا ماب التي علي اردن ريحا *
13 فخرج موسي والعازار الامام واشراف الجماعة للقايهم الي
خارج المعسكر * 14 وسخط موسي علي الموكلين بالجيش
روسا الالاف * وروسا المين * 15 وقال لهم موسي * هل ابقيتم
كل انثي * 16 أليس هن كن مطغيات لبني اسرايل بقول
بلعام حتي اوقعوا نكثا بالله بسبب فغور * فحل الوبا
بجماعة الله * 17 فالان اقتلوا كل ذكر من الاطفال * وكل
امراة عرفت مضاجعة الرجل * 18 وساير اطفال النسا
اللواتي لم يعرفن مضاجعة الرجال استبقوهن لكم * 19 وانتم
فانزلوا في خارج المعسكر سبعة ايام كل من قتل نفسا * وكل من دنا
بقتيل * وليتذكوا في اليوم الثالث وفي اليوم السابع * انتم وسبيكم *
20 وكل ثوب * وانية من جلود * ومعمول من المرعزي * وانية خشب
ذكوه * 21 ثم قال العازار الامام للرجال الغزاة الجايين من الحرب *
هذا رسم الشريعة التي امر الله بها موسي * 22 اما الذهب *
والفضة * والنحاس * والحديد * والقلعي * والاسرب * 23 فكل
شي يمكن ان يدخل منه النار اجيزوه في النار فيطهر *
وليذك ايضا بما النضح * وكل ما لا يدخل في النار اجيزوه في
الما * 24 واغسلوا ثيابكم في اليوم السابع واطهروا *
وبعد ذلك تدخلون الي العسكر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Ceperuntque omnia ſpolia, & omnem prædam tam de hominibus quam de iumentis, 12 Et adduxerunt ad Moſen, & ad Eleazarum ſacerdotem, & ad vniuerſam congregationem filiorum Iſrael, captiuos, & prædam, & ſpolia in caſtra ad vallem Moab, quæ eſt iuxta Iordanem Iericho. 13 Egreſſuſq; eſt Moſes, & Eleazar ſacerdos, & omnes principes congregationis in occurſum eorum extra caſtra. 14 Iratuſque eſt Moſes in Præfectos exercitus Chiliarchos, & Centuriones reuertentes de militia belli. 15 Dixitque eis Moſes, quare conſeruaſtis omnes fœminas? 16 Illæ, illæ fuerunt filiis Iſrael per verbum Balaam in occaſionem præuaricationis aduerſus Dñm in cauſa Phogor, vnde facta eſt plaga in Congregationem Dñi. 17 Nunc autem occidite omnem maſculum inter paruulos; omnem quoque mulierem quæ cognouit virum concubitu maſculi occidite. 18 Omnes verò paruulas ex mulieribus quæ non cognouerunt concubitum maſculi conſeruate vobis. 19 Vos autem caſtrametamini extra caſtra ſeptem diebus: Quicunque occiderit animam, & quicunque tetigerit cadauer expiabitis vos die tertio, & die ſeptima, vos, & captiuitas veſtra. 20 Omne quoque veſtimentũ, & omnia vaſa pellicea, omne etiam opus ex capris, & omnia vaſa lignea expiabitis. 21 Poſtea dixit Moſes Eleazaro ſacerdoti, dic viris militiæ qui iuerunt ad bellum, hoc eſt præceptum legis quam præcepit Dñs. 22 Sanè aurum, & argentũ, & æs, & ferrũ, & ſtannum, & plumbũ. 23 Rem omnem quæ ingreditur ignem tranſire facietis per ignem, & mundabitur: nihilo tamen minus per aquas ſeparationis expiabitur. Sed quidquid non ingreditur ignem, trãſire facietis per aquas. 24 Lauabitis etiam veſtimenta veſtra die ſeptimo vt mũdemini, & poſtea ingrediemini caſtra. Dixit igitur Eleazar ſacerdos viris militiæ qui iuerant ad bellũ, hoc eſt præceptum legis quam præcepit Dñs Moſi. Sanè aurũ, & argentũ, & æs, & ferrum, & ſtannũ & plumbũ: Rem omnem quæ ingreditur ignem, trãſire facietis per ignem, & mundabitur; nihilo tamen minus in aquis ſeparationis expiabitur. Sed quidquid non ingreditur ignem, tranſire facietis per aquas. Lauabitis etiam veſtimenta veſtra die ſeptimo, & mundi eritis, & poſtea ingrediemini caſtra:

[illegible]

[25] Locutuſque eſt Dominus cum Moſe, &
dixit ad eum: [26] Cape cenſum ſpoliorum &
prædæ tam hominum quàm iumentorum, tu
& Eliazar ſacerdos & principes patrum con-
gregationis. [27] Et diuidite ſpolia inter viros
bellatores qui egreſſi ſunt in prælium, & inter
totum cœtum. [28] Et ſeparate vectigal Domi-
no à viris belligeris qui egreſſi ſunt in prælium,
& ab vniuerſa congregatione, *nempe* animam
vnã ex quinquaginta, tam ex hominibus, quàm
ex bobus, & aſinis, & ouibus. [29] [30] Et ex por-
tione eorũ tolle vnum ex quinquaginta, tam ex
hominibus, quàm bobus, & aſinis, & ouibus,
omnique iumento: & da ea Leuitis qui cuſto-
diunt cuſtodiam tabernaculi Domini. [31] Fecit
itaque Moſes & Eliazar ſacerdos quemadmo-
dum præcepit Dñs Moſi. [32] Fuerunt autem
ſpolia & præda quam diripuerunt populus &
exercitus, ouium ſexcenta ſeptuaginta quin-
que millia: [33] Et boum, ſeptuaginta duo mil-
lia: [34] Et aſinorum, ſexaginta vnum millia.
[35] Animæ verò hominum ex mulieribus quæ
non nouerãt concubitum marium, omnes ani-
mæ fuerunt triginta duo millia. [36] Fuit autem
portio, pro parte eorum qui proceſſerunt ad
bellum, ouium trecenta triginta ſeptem millia
& quingentæ. [37] Et fuit vectigal pro Dño, de
ouibus ſex millia ſeptingentæ quinquaginta:
[38] De bobus autem triginta ſex millibus, ve-
ctigal Domini fuerunt ſeptingenti & viginti.
[39] Et de aſinis triginta millibus & quingentis,
vectigal Domini fuerunt ſexcenti ac decem.
[40] Et de animabus hominum ſexdecim milli-
bus, vectigal Domini fuerunt trecentæ ac vi-
ginti animæ. [41] Deditque Moſes vectigal ſe-
parationis Domini Eliazar ſacerdoti, quemad-
dum præceperat Dominus Moſi,

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

25 *Deinde dixit Deus Muſæ ſermonem.* 26 *Tolle*
ſummam rerum quæ ſunt in præda, hominum &
iumentorum, tu & Elazar ſacerdos, & principes
congregationis. 27 *Et diuide illas inter eos qui*
exierunt ad prælium , & inter totum cœtum.
28 *Et tolle vectigal Deo à bellatoribus qui exie-*
runt ad pugnam, caput vnum ex quingenteſimo
quoque tam ex hominibus, quàm bobus, & aſinis,
& ouibus. 29 *Accipite ea ex ſorte eorum in obla-*
tionem Deo , & tollite illa ad Elazar ſacerdotem.
30 *Et accipite de ſorte filiorum Iſrail vnum ex*
quinquaginta tam ex hominibus, quàm bobus, &
aſinis, atque ouibus, & reliquis iumentis: & tolle
hæc ad Leuitas cuſtodientes cuſtodiam habitaculi
Dei. 31 *Fecerunt itaque Muſa & Elazar ſacer-*
dos ſicuti præcepit Deus Muſæ. 32 *Fueruntque*
ſpolia, ſumma prædæ quam deprædati ſunt homi-
nes prælij, numerus quidem ouium ex illis ſpoliis,
ſexcenta millia & ſeptuaginta quinque millia:
33 *Et numerus boum, ſeptuaginta duo millia:*
34 *Et numerus aſinorum, ſexaginta & vnum*
millia. 35 *Ex hominibus verò, nempe mulieri-*
bus quæ non nouerunt accubitum virorum, tri-
ginta duo millia. 36 *Horum ergo pars dimidia,*
hoc eſt ſors eorum qui exierunt ad bellum, fuit
quoad numerum quidem ouium, trecenta millia,
& triginta ſeptem millia, & quingentæ.
37 *Quare numerus vectigalis Dei ex ouibus fuit*
ſexcentorum & ſeptuaginta quinque capitum.
38 *Et quandoquidem boues erant triginta ſex*
millia, igitur vectigal eorum Deo fuerunt ſeptua-
ginta duo. 39 *Et quoniam aſini erant triginta*
millia & quingenti, ideo vectigal eorum Deo fue-
runt ſexaginta & vnus. 40 *Et ſiquidem homi-*
nes erant ſexdecim millia, itaque vectigal eorum
Deo fuerunt triginta duo capita. 41 *Suſtulit er-*
go Muſa vectigal quod pro Deo ſublatum erat, ad
Elazar ſacerdotem , ſicuti præceperat ei Deus.

25 ثم قال الله لموسي تكليما * 26 ارفع جملة ما في السبي من
الناس والبهايم * انت والعازار الامام * ورؤساء الجماعة * 27 واقسم
ذلك بين اهل الحرب الخارجين للغزو * وبين ساير الجماعة *
28 وارفع مكسا لله من اهل الحرب الذين خرجوا للغزو * راسا
واحدا من كل خمس ماية من الناس * والبقر * والحمير * والغنم *
29 خذوا ذلك من قسمهم رفعة لله * وارفعوا ذلك الي العازار
الامام * 30 وخذوا من قسم بني اسرايل واحدا من خمسين من
الناس * والبقر * والحمير * والغنم * وساير البهايم * وارفع ذلك
الي اللاويين حافظي حفظ مسكن الله * 31 فصنع موسي
والعازار الامام كما امر الله موسي * 32 فكان النفل جملة الغنيمة
التي غنمها قوم الغزو * عدد الغنم منه ستماية الف وخمسة
وسبعون الفا * 33 وعدد البقر اثنان وسبعون الفا * 34 وعدد
الحمير احد وستون الفا * 35 ومن الناس من النساء اللواتي لم
يعرفن مضاجعة الرجال اثنان وثلاثون الفا * 36 فكان نصف
ذلك وهو نصيب الذين خرجوا للغزو * عدد الغنم منه ثلثماية
الف وسبعة وثلاثين الفا وخمس ماية * 37 فكان عدد المكس
لله من الغنم ستماية وخمسة وسبعين راسا * 38 واذ البقر ستة
وثلاثون الفا * فمكسها لله اثنان وسبعون * 39 واذ الحمير ثلاثون
الفا وخمس ماية * فمكسها لله واحد وستون * 40 واذ الناس ستة
عشر الفا * فمكسها لله اثنان وثلاثون راسا * 41 فرفع موسي
المكس المرفوع لله الي العازار الامام * كما امر الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Deinde locutus eſt Dominus Moſi dicens. 26 Tolle ſummam ſpoliorũ captiuitatis tam de hominibus quàm
de beſtiis, tu, & Eleazar ſacerdos, & capita quoque patrum Congregationis. 27 Poſtea bipartieris prædam inter
bellatores qui egreſſi ſunt ad bellum, & inter vniuerſam Congregationem. 28 Demes quoque partem Dño de
viris militiæ qui egreſſi ſunt ad bellum, animam vnam de quingentis, de hominibus, & de bobus, & de aſinis, &
de pecudibus, de omnibus beſtiis. 29 De media parte eorum ſumes, & dabis Eleazaro ſacerdoti eleuationem
Domino. 30 De media quoque parte filiorum Iſrael ſumes portionem vnam ex quinquaginta, de homini-
bus, & de bobus, & de aſinis, & de pecudibus, de omnibus beſtiis: Dabiſque illa Leuitis cuſtodientibus cuſto-
diam tabernaculi Domini. 31 Et fecit Moſes, & Eleazar ſacerdos ſicut præceperat Dominus Moſi. 32 Fuit au-
tem præda, reſiduum deprædationis quam deprædati ſunt populus militiæ, pecudum ſexcenta & ſeptuaginta
millia. 33 Boum verò ſeptuaginta duo millia. 34 Aſinorum autem vnum & ſexaginta millia. 35 Et anima-
rum hominis de mulieribus quæ non cognouerant concubitum maſculi, omnium animarum triginta duo mil-
lia. 36 Fuit igitur dimidium, portio eorum qui egreſſi fuerant ad bellum, numerus pecudum, trecenta, & triginta
ſeptem millia, & quingentæ. 37 Portio autem Domini de pecudibus, ſexcentæ, & ſeptuaginta quinque.
38 Boum verò, triginta ſex millia; & portio ex iis pro Domino, ſeptuaginta duo. 39 Et aſinorum, triginta
millia, & quingenti; & portio ex iis pro Domino, vnus & ſexaginta: 40 Animarum denique hominis, ſexde-
cim millia; & portio ex iis pro Domino, triginta duæ animæ. 41 Dedit autem Moſes portionem oblationis
Domini Eleazaro ſacerdoti, ſicut præceperat Dominus Moſi.

[illegible]

42 Ex portione filiorum Iſrael quam partitus
fuerat inter eos Moſes, à viris qui proceſſerant
ad bellum. 43 Fuit autem portio congregatio-
nis, de ouibus trecenta triginta ſeptem millia
& quingentæ: 44 Boum verò triginta ſex mil-
lia: 45 Et aſinorum triginta millia & quingen-
ta: 46 Et animarum hominum ſexdecim mil-
lia. 47 Et accepit Moſes ex portione filiorum
Iſrael vnum ex quinquaginta tam ex homini-
bus quàm ex iumentis, deditque ea Leuitis cu-
ſtodientibus cuſtodiam tabernaculi Domini,
quemadmodum præceperat Dominus Moſi.
48 Acceſſerunt autem ad Moſen viri qui præ-
fecti erant ſuper millia exercitus, *nempe* tribuni
& centuriones: 49 Et dixerunt ad Moſen, Ser-
ui tui recenſuerunt viros exercitus, belligeros
qui nobiſcum ſunt, & non deſideratur è nobis
vir vllus. 50 Et attulimus oblationem Domini
quæ quiſque reperit vaſa aurea, periſcelides, &
dextralia, & annulos, & inaures, atque mure-
nulas, vt veniam poſtularemus pro animabus
noſtris coram Domino. 51 Accepit itaque
Moſes & Eliazar ſacerdos aurum ab eis, omnia
ſcilicet vaſa fabrefacta. 52 Fuitque totum au-
rum ſeparationis quam ſeparauerant Domino,
ſexdecim millia ſeptingenta quinquaginta
ſiclorum, *oblatum* à tribunis & centurionibus.
53 Viri autem exercitus rapuerunt vnuſquiſ-
que ſibi. 54 Accipiens igitur Moſes & Eliazar
ſacerdos aurum à tribunis & à centurionibus,
intulerunt illud in tabernaculum, in moni-
mentum filiorum Iſrael coram Domino.

CAPVT XXXII.

ITaque armenta maxima fuerunt filiis Ru-
bil & filiis Gad, atque copioſiſſima: &
videntes Iazir & terram Gelaad eſſe locum
commodum receptaculo armentorum,

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

42 *Numerus autem partis filiorum Iſrail, quam*
diuiſit Muſa à viris bellatoribus,
43 *Fuit ex ouibus trecenta millia, & triginta*
ſeptem millia & quingentæ: 44 *Et ex bobus*
triginta ſex millia: 45 *Et ex aſinis triginta mil-*
lia & quingenti: 46 *Et ex hominibus ſexde-*
cim millia. 47 *Accepitque Muſa ex his, vnum*
de quinquaginta, tam ex hominibus, quàm iu-
mentis, deditque ea Leuitis cuſtodientibus cuſto-
diam habitaculi Dei, vti mandauerat illi.
48 *Deinde acceſſerunt ad Muſam præpoſiti mil-*
lium exercitus, principes millenorum, & principes
centenorum, 49 *Et dixerunt ei: Famuli qui-*
dem tui ſumpſerunt ſummam militum qui fuere
nobiſcum, & non defuit ex nobis vir.
50 *Et iam attulimus ſacrificium Deo, quilibet*
noſtrum quod reperit, vaſa auri de brachialibus,
armillis, inauribus, murenulis, & cingulis auro di-
ſcriminatis, vt veniam poſtules pro animabus no-
ſtris coram Deo. 51 *Acceperunt igitur Muſa*
& Elazar ſacerdos aurum ab ipſis, omnia vaſa
aurificio opere elaborata.
52 *Fuitque ſumma auri oblationis, quod obtule-*
runt Deo, ſexdecim millia & ſeptingenti quinqua-
ginta ſicli, à ducibus millenorum, & ducibus cen-
tenorum. 53 *Cæteri autem milites, quod quiſque*
deprædatus eſt, ſibi retinuere.
54 *Cùmque accepiſſent Muſa & Elazar ſacer-*
dos aurum à ducibus millenorum & à ducibus
ducentorum, tulerunt illud ad tabernaculum præ-
ſentiæ, in memoriam filiorum Iſrail in conſpe-
ctu Dei.

CAPVT XXXII.

ET armenta multa erant filiis Raubin & filiis Gadh, magna nimis. Videruntque regionem Iazir & regionem Galaad, & ecce erat in vtraque locus pro armentis.

42 وعدد قسم بني اسرايل الذي قسمه موسي من القوم الغزاة *
43 كان ذلك من الغنم ثلثماية الف وسبعة وثلاثين الفا وخمس
ماية * 44 ومن البقر ستة وثلاثين الفا * 45 ومن الحمير
ثلاثين الفا وخمس ماية * 46 ومن الناس ستة عشر الفا *
47 فاخذ موسي من ذلك واحدا من الخمسين من الناس والبهايم *
ودفعه الي اللاويين حافظي حفظ مسكن الله * كما امر *
48 ثم تقدم الي موسي الموكلون بالوف الجيش * روساء الالوف
وروساء الميين * 49 فقالوا له * ان عبدك رفعوا جملة اهل
الحرب الذين معنا * فلم يفقد منا رجل * 50 وقد قربنا قربانا
لله كل رجل ما وجد * انية ذهب من دملج * وسوار * وحلقة * وتركي *
وحقاب ليستغفر عن نفوسنا بين يدي الله * 51 فقبض موسي
والعازار الامام الذهب منهم * كل اية مصوغة * 52 فكان جملة
ذهب الرفعة الذي رفعوه لله ستة عشر الفا وسبع ماية
وخمسين مثقالا * من روساء الالوف وروساء الميين *
53 واما ساير اهل الحرب فما غنم واحد منهم كان له *
54 ولما اخذ موسي والعازار الامام الذهب من روساء الالوف
وروساء الميين * اتيا به الي خباء المحضر * ذكرا لبني اسرايل بين
يدي الله *

* الفصل الثاني والثلثون *

1 وماشية كثيرة كانت لبني راوبين وبني جاد عظيمة جدا * فراوا
بلد يعزير وبلد جلعاد * فاذا بهما موضع ماشية *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

42 Porro de media parte filiorum Iſrael quam bipertitus eſt Moſes de viris qui militauerant, 43 Dimidia, inquam, pars illa fuit pro Congregatione, pecudum trecenta, & triginta ſeptem millia, & quingentæ.
44 Boum autem triginta ſex millia. 45 Et aſinorum triginta millia, & quingenti: 46 Animarum hominis
ſexdecim millia. 47 Accepit itaque Moſes de media parte filiorum Iſrael partem vnam de quinquaginta,
tam de hominibus quàm de beſtiis, & dedit illa Leuitis cuſtodientibus cuſtodiam tabernaculi Domini, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. 48 Tum acceſſerunt ad Moſen qui præfecti erant millibus exercitus,
Chiliarchæ, & Centuriones, 49 Dixeruntque Moſi: ſerui tui tulerunt ſummam militum qui ſunt in manu
noſtra, & ne vnus quidem ex iis deſideratus fuit. 50 Ideo obtulimus munus Domino, vnuſquiſque quod inuenit, vaſa aurea, periſcelides, & armillas, annulum, torquem, & cingulum ad expiandas animas noſtras coram Domino. 51 Accepit autem Moſes & Eleazar ſacerdos aurum ab iis, omnia vaſa elaborata.
52 Fuitque aurum oblationis quam dempſerunt pro Domino, ſexdecim millia, & ſeptingenti quinquaginta
ſicli de Chiliarchis, & Centurionibus. 53 Milites deprædati fuerant vnuſquiſque ſibi. 54 Accepit igitur
Moſes & Eleazar ſacerdos aurum iſtud de Chiliarchis & Centurionibus, & attulerunt illud in tabernaculum teſtimonij, in memoriale filiis Iſrael coram Domino.

CAPVT XXXII.

PEcora autem multa erant filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe, copioſa valde: Et viderunt terram Iazer, & terram Galaad, at ecce locus, locus erat pecorum.

² Venerunt filij Rubil & filij Gad, dixeruntque
ad Moſen & ad Eliazar ſacerdotem, & ad ma-
gnates congregationis: ³ Atroth, & Ribon,
& Iazir, & Nemra, & Nobu, & Heſbon, &
Elala, & Seba, & Baon, ⁴ Terra quam de-
ſtruxit Dominus coram filiis Iſrael, terra eſt
commoda receptaculo armentorum, & ſerui
tui habent armenta. ⁵ Et ſubiunxerunt, Si in-
uenimus fauorem apud te, detur terra iſta ſer-
uis tuis in hæreditatem, & ne tranſire nos facias
Iordanem. ⁶ Ait Moſes ad filios Rubil & ad
filios Gad, Fratres veſtri egredientur ad bellum,
& vos ſedebitis hic? ⁷ Cur frangitis animos
fratrum veſtrorum filiorum Iſrael, quominùs
tranſeant ad terram quam dedit eis Dominus?
⁸ Sic fecerunt patres veſtri quando miſi eos de
Recem ſuperba ad explorandam terram.
⁹ Et aſcendentes vſque ad torrentem Botri,
conſiderauerunt terram, & fregerunt animos
filiorum Iſrael, quominùs ingrederentur in
terram quam dedit eis Dominus. ¹⁰ Et exarſit
ira Domini aduerſus eos eodem die, iurauitque,
ac dixit: ¹¹ Non videbunt viri qui aſcenderunt
ex Ægypto, ab eo qui natus eſt annos viginti &
ſupra, terram pro qua iuraui Abrahæ Iſahac &
Iacobo, eo quòd non plenè ſint me ſecuti:
¹² Præter Caleb filium Iophana Cenezæum,
& Ieſum filium Nun, qui plenè ſecuti ſunt Do-
minum. ¹³ Et excanduit ira Domini aduer-
ſus Iſraelem, & vagari fecit eos per deſertum
quadraginta annis, quouſque conſumeretur
tota generatio virorum qui malum commi-
ſerant coram Domino.
¹⁴ Et ecce ſurrexiſtis etiam vos hodie loco
patrum veſtrorum, alumni virorum peccato-
rum, vt augeretis ampliùs furorem Domini
contra Iſraelem.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

2 *Et venerunt filij Gadh & filij Raubin, dixeruntque Muſæ & Elazar ſacerdoti, & principibus populi,*

3 *Sanè Ataroth, & Dibon, & Jazir, & Nemra, & Heſbon, & Elaala, & Sebam, & Nebo, & Baon,*

4 *Regio quam expugnauit Deus ante filios Iſrail, eſt regio apta armentis: & ſerui tui habent armenta.* 5 *Si ergo inuenimus fortunam apud te, detur nobis hæc regio in poſſeſſionem, & ne facias nos tranſire Iordanem.*

6 *Ait illis: Num fratres veſtri ibunt ad bellum, & vos ſedebitis hìc?*

7 *Et cur terretis corda filiorum Iſrail quin abeant in regionem ad quam præcepit Deus vt abirent?*

8 *Jta fecerunt patres veſtri quando miſi eos de Racim-Barnee vt explorarent regionem.*

9 *Peruenerunt enim ad vallem botri, videruntque illam, & terruerunt corda filiorum Iſrail, quo minùs ingrederentur in regionem quam dedit eis Deus.* 10 *Jnualuitque ira Dei in illo tempore, & iurauit dicens:*

11 *Certè non videbunt viri qui aſcenderunt ex Ægypto, à filio viginti annorum & ſupra, regionem quam iuraui me daturum Ebrahim, Jſhac, & Iacobo, eo quòd non ſequuti ſint obedientiam meam:* 12 *Niſi Calib filius Jefonna Cenezæus, & Iuſaa filius Nun: hi enim duo adhæſerunt obedientiæ Dei.*

13 *Cùmque inualuiſſet furor eius in illos, errare fecit eos in deſerto quadraginta annos, vſquedum conſumpta eſſet tota generatio quæ commiſerat malum in conſpectu eius.*

14 *Et ecce vos ſurrexiſtis vice patrum veſtrorum conformati documento hominum peccatorum, vt adaugeretis adhuc vehementiam iræ Dei aduerſus filios Iſrail.*

2 فجاء بنو جاذ وبنوا راوبين * وقالوا لموسى والعازار الامام
واشراف الجماعة * 3 ان عطاروث * وديبون * ويعزير * ونمراء *
وحشبون * والعالا * وشبام * ونبو * وبعون * 4 البلد الذي
فتحه الله بين ايدي بني اسرايل هو بلد يصلح للماشية * ولعبيدك
ماشية * 5 فان وجدنا حظا عندك يدفع الينا هذا البلد
نحلة * ولا تعبرنا الاردن * 6 قال لهم * هل اخوتكم يمضون
الى الحرب * وانتم تجلسون هاهنا * 7 ولم تجبنون قلوب بني
اسرايل من المصير الى البلد الذي امر الله بالمصير اليه *
8 كذلك صنع اباوكم حين بعثت بهم من رقيم برنيع ليروموا
البلد * 9 فبلغوا الى وادي العنقود * وراوه وجبنوا قلوب
بني اسرايل من ان يدخلوا الى البلد الذي اعطاهم الله *
10 فاشتد غضب الله في ذلك الوقت * واقسم قايلا *
11 ان لا يرى الرجال الذين صعدوا من مصر من ابن عشرين
سنة فصاعدا البلد الذي اقسمت ان اعطيه ابراهيم * واسحاق *
ويعقوب * اذ لم يتبعوا طاعتي *
12 الا كالب بن يفنا القنزي * ويوشع بن نون * فانهما اتبعا
طاعة الله *
13 ولما اشتد غضبه عليهم تيههم في البرية اربعين سنة * الى ان
فني جميع الجيل الذي فعل الشر بين يديه *
14 وها انتم قد قمتم مقام ابايكم على تعليم الناس الخاطيين
لتزيدوا ايضا في شدة غضب الله على بني اسرايل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

2 Ideo venerunt filij Gad, & filij Ruben, & dimidia tribus Manaſſe, & locuti ſunt Moſi, & Eleazaro ſacerdoti, & principibus Congregationis, dicentes. 3 Atharoth, & Dibon, & Iazer, & Namra, & Heſebon, & Eleale, & Sebama, & Nebo, & Boan. 4 Terra iſta quam percuſſit Dominus in conſpectu Congregationis Iſrael, terra eſt pecorum; ſeruis autem tuis ſunt pecora. 5 Dixerunt præterea, ſi inuenimus gratiam in oculis tuis, detur terra iſta ſeruis tuis in poſſeſſionem, & ne facias nos tranſire Iordanem. 6 Reſpondit autem Moſes filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe: Nunquid fratres veſtri ibunt ad bellum, & vos hîc ſedebitis?
7 Et quare frangitis cor filiorum Iſrael, ne tranſeant in terram quam dedit illis Dominus?
8 Sic fecerunt Patres veſtri cum miſi eos de Cades Barne, ad contemplandam terram, 9 Aſcenderunt enim vſque ad vallem Eſchol, & viderunt terram, poſtea ruperunt cor filiorum Iſrael, ne ingrederentur terram quam dedit eis Dominus. 10 Ideo exarſit ira Domini in illa die, & iurauit, dicens. 11 Si videant viri illi qui aſcenderunt ex Ægypto à filio viginti annorum & ſupra, terram de qua iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob; non enim perfectè ſecuti ſunt me. 12 Præter Caleb filium Iephone, Cenæum, & Iehoſuam filium Nun: nam perfectè ſecuti ſunt Dominum. 13 Ideo exarſit ira Domini in Iſraelem, & circumagitauit eos per deſertum quadraginta annis, donec conſumeretur omnis iſta generatio quæ malum fecerat in oculis Domini.
14 Ecce tamen inſurrexiſtis pro patribus veſtris, progenies hominum peccatorum, vt augeretis adhuc furorem iræ Domini ſuper Iſraelem.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 Et ſi auertamini iterum à Domino, iterum
quoque vagari vos faciet in deſerto, & infere-
tis deſtructionem vniuerſo huic populo. 16 Et
accedentes ad eum dixerunt, Caulas ouium
ædificabimus hîc armentis noſtris, & ciuitates
pubi noſtræ: 17 Nos autem armati ibimus
ante filios Iſrael, donec introducamus eos in
regionem ſuam: pubes verò noſtra manebit in
ciuitatibus munitis, *vt tuti ſint* à conſpectu in-
colarum terræ. 18 Non reuertemur ad domos
noſtras, donec obtineant filii Iſrael quiſque hæ-
reditatem ſuam. 19 Nec quicquam poſſidebi-
mus cum eis ab altera Iordanis ripa & vltra:
quandoquidem recepimus hæreditatem no-
ſtram à ripa Iordanis Orientali.
20 Ait illis Moſes, Si feceritis rem iſtam, &
armati coram Domino ad prælium 21 Tran-
ſieritis vos omnes Iordanem accincti coram
Domino ad bellum, quoad abſumat hoſtes
ſuos à conſpectu ſuo,
22 Et ſubigatur terra coram Domino: tunc
reuertemini, & eritis innoxij apud Dominum
& apud Iſraelem, eritque vobis terra iſta in hæ-
reditatem coram Domino. 23 Si verò non ſic
feceritis, peccabitis in Dominum, & ſcitote
quòd peccata veſtra aſſequentur vos. 24 Ex-
truite vobis ciuitates pro pube veſtra, & ſepta
pro pecoribus veſtris, quodque egreſſum eſt
ex ore veſtro, facite. 25 Reſponderunt filij
Rubil & filij Gad Moſi, Serui tui facient quem-
admodum Dominus noſter iubet.
26 Pubes noſtra, & vxores noſtræ, liberi
noſtri, & armenta noſtra, necnon cuncta iu-
menta noſtra manebunt in ciuitatibus Gelaad:
27 Serui autem tui tranſibunt armati cum
exercitu coram Domino ad pugnam, quem-
admodum dominus noſter dixit.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

15 *Quoniam ſi regrediamini ab obedientia ipſius,*
addet relinquere eos in deſerto: & perdetis hunc po-
pulum, etiamſi contrahantur à vobis.
16 *Acceſſerunt autem ad eum, & dixerunt: Nos*
ædificabimus caulas hic armentis noſtris, & vrbes
infantibus noſtris: 17 *Et exibimus ad bellum*
impigri ante filios Iſrail, donec perducamus eos ad
locum eorum: & morabuntur infantes noſtri in
vrbibus munitis à facie habitatorum regionis.
18 *Non reuertemur ad domos noſtras, quouſque*
poſſideat vnaquæque tribus ex filiis Iſrail hæredi-
tatem ſuam. 19 *Nos enim non poſſidebimus*
cum eis quidquam à tranſitu Iordanis vſque illuc,
cùm iam acceperimus poſſeſſionem noſtram à
tranſitu Iordanis Orientem verſus.
20 *Ait illis Muſa: Si feceritis hanc rem, voſ-*
que accinxeritis in conſpectu Dei cum exercitu,
21 *Tranſieritque omnis accinctus ex vobis*
Iordanem ante eum, donec conſumat inimicos
ſuos in conſpectu ſuo:
22 *Cùm expugnata fuerit regio ante eos, ac*
poſtea reuerſi fueritis, eritis innocentes apud
Deum & apud Iſrailitas, & erit hæc regio poſſeſ-
ſio veſtra in conſpectu eius.
23 *At niſi feceritis ſic, iam peccaſtis in Deum: &*
fatemini peccata veſtra quando adueniet vobis
ſupplicium. 24 *Itaque ædificate vobis vrbes pro*
infantibus veſtris, & caulas pro ouibus veſtris,
& quod exiit ex ore veſtro, facite.
25 *Dixerunt ei: Serui tui facient quod præcipit*
eis dominus noſter.
26 *Infantes noſtri, & mulieres noſtræ, & ar-*
menta noſtra, & omnia iumenta noſtra commo-
rabuntur in regione Giares:
27 *Et ex ſeruis tuis tranſibit omnis accinctus ad*
exercitum in conſpectu Dei ad bellum, ſicut ait
dominus noſter.

15 لانكم ان رجعتم عن طاعته زاد في تركهم في البرية *
فتهلكون هاولاء القوم * اذا امسكوا عنكم * 16 فتقدموا
اليه وقالوا * انا نبني حظاير لمواشينا هاهنا * وقري لاطفالنا *
17 ونتجرد مسرعين بين يدي بني اسرايل الي ان نوصلهم
الي مكانهم * فتقيم اطفالنا في قري حصينة من قبل اهل البلد *
18 لا نرجع الي بيوتنا الي ان يحوز كل سبط من بني اسرايل نحلته *
19 لانا لا نحوز معهم شيا من عبر الاردن الي هناك * اذا قبضنا
نحلتنا من عبر الاردن شرقيا *
20 قال لهم موسي * ان صنعتم هذا الامر * وتجردتم بين يدي
الله في الجيش * 21 وعبر كل تجرد فيكم الاردن بين
يديه * الي ان يقرض اعداه بين يديه *
22 فاذا فتح البلد بين ايديهم * فبعد ذلك ترجعون * تكونوا
برآء عند الله وعند الاسرايلية * ويكن هذا البلد حوزا
لكم بين يديه * 23 وان لم تصنعوا كذاك فقد اخطاتم لله *
فاعترفوا بخطاياكم اذا نالتكم عقوبة * 24 وابنوا لكم
قري لاطفالكم * وحظاير لاغنامكم * وما خرج من فمكم
تصنعوه * 25 قالوا له * عبيدك يصنعون بما يامرهم سيدنا *
26 اطفالنا * ونساونا * ومواشينا * وساير بهايمنا يقيمون في بلد
الجرش *
27 وعبيدك يعبر منهم كل تجرد للجيش بين يدي الله للحرب * كما
قال سيدنا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Cum auerteritis vos ab eo, iterum adhuc deſeret eum in deſerto, & perdetis vniuerſum populum iſtum.
16 Sed acceſſerunt ad eum & dixerunt; caulas pecudibus ædificabimus hîc, & vrbes paruulis noſtris.
17 Nos autem accingemus feſtinantes ante faciem filiorum Iſrael, donec introduxerimus eos in locum
ſuum; ſed manebunt paruuli noſtri in vrbibus munitionis propter incolas terræ.
18 Non reuertemur in domos noſtras donec poſſederint filij Iſrael vnuſquiſque poſſeſſionem ſuam.
19 Non enim hæreditabimus cum eis trans Iordanem & vltra; quoniam euênit hæreditas noſtra nobis cis Ior-
danem ad Orientem. 20 Reſponditque eis Moſes, Si feceritis rem hanc, ſi accinxeritis vos ante faciem
Domini ad bellum. 21 Et tranſierit omnis expeditus ex vobis Iordanem ante Dominum donec expuleritis
inimicos ſuos à facie ſua. 22 Subiectáque fuerit terra ante Dominum, poſtea verò reuertamini, tum innocentes
declarabimini à Domino, & ab Iſraele, eritque terra iſta vobis in poſſeſſionem coram Domino.
23 Si autem non feceritis ita; ecce peccabitis in Dominum, & cognoſcetis peccatum veſtrum quod appre-
hendet vos. 24 Ædificate vobis vrbes pro paruulis veſtris, & caulas pro pecudibus veſtris: Quod igitur
egreſſum eſt ex ore veſtro facietis. 25 Dixerunt autem filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe
Moſi in hunc modum: ſerui tui facient ſicut Dominus meus præcepit. 26 Paruuli noſtri, & vxores noſtræ,
& pecora noſtra, & iumenta noſtra erunt hîc in vrbibus Galaad, 27 Serui verò tui tranſibunt, omnis expe-
ditus ad bellum, ante Dominum ad pugnam, ſicut Dominus meus locutus eſt.

18 Et mandatum de iis omnibus reliquit Elia-
zar ſacerdoti, & Ieſu filio Nun, atque principi-
bus tribuum patrum filiorum Iſrael: 29 Dixit-
que ad eos Moſes, Si tranſierint filij Rubil & filij
Gad vobiſcum Iordanem inſtructi coram Do-
mino ad pugnam, & ſubiecta fuerit terra in
conſpectu veſtro: dabitis eis terram Gelaad in
hæreditatem. 30 Si verò non tranſierint vo-
biſcum armati, hæreditate capient vobiſcum
terram Chanaan. 31 Reſponderunt filij Rubil &
filij Gad, & dixerunt ad Moſen, Quemadmo-
dum dixit Dñs ſeruis ſuis, ita faciemus. 32 Nos
tranſibimus accincti coram Dño ad pugnam
in terram Chanaan, & noſtræ poſſeſſio hæredi-
tatis erit cis Iordanem. 33 Igitur dedit Moſes
filijs Rubil & filiis Gad, & dimidiæ tribui Ma-
naſſe filij Ioſeph, regnum Sihon regs Amoræo-
rum, & regnum Og regis Mathnin, terram
vniuerſam, eiuſque ciuitates, cũ terminis eius,
nec non oppida terræ illi adiacentia. 34 Ædifi-
cauerunt itaque filij Gad Ribon, & Atroth, &
Aduir, 35 Et Atroth-Sopham, & Iazir, & Ia-
begha, 36 Et Beth-nemra, & Beth-haran ciuita-
tes munitas, & ſepta gregum. 37 Filij verò Rubil
ædificauerunt Heſbon, & Elala, & Curiathim,
& Iaboc, 38 Et Nobu, & Baalmon, quæ iam
nomen obtinebant, itemque Sebma: & voca-
uerunt nomina earum iuxta nomina ciuitatum
quas extruxerunt. 39 Abierunt etiam filij Ma-
chir filij Manaſſe in Geleaad, & obſederunt
eam, & peremerunt Amoræos qui erant in ea.
40 Deditque Moſes Gelaad ipſi Machir filio
Manaſſe, & habitauit in ea. 41 Et Iair filius
Manaſſe abiit, & ſubiugauit oppidula earum,
& vocauit ea Oppidula Iair, vſque in hodier-
num diem. 42 Nechah etiam abiit, & ſubiu-
gauit Cith eiuſque oppidula, & vocauit eam
ex nomine ſuo Nechah.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 *Commendauit ergo eos Muſa hac de re Elazaro ſacerdoti, & Juſaa filio Nun, & principibus patrum congregationis filiorum Iſrail,*
29 *Et ait: Si tranſierint vobiſcum Iordanem omnes viri accincti ad prælium in conſpectu Dei, donec expugnetur regio ante vos, date illis regionem Giares in poſſeſſionem.*
30 *Quòd ſi non tranſierint accincti vobiſcum, hæreditent inter vos in regione Chanaan.*
31 *Reſponderunt ei, & dixerunt ſimul: Quod præcepit Deus famulis tuis, facturi ſumus.*
32 *Et nos quidem tranſibimus expediti coram Deo ad regionem Chanaan, vt acquiramus dominium poſſeſſionis noſtræ à tranſitu Iordanis.*
33 *Dedit ergo Muſa filiis Gadh, & filiis Raubin, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Joſeph, regionem regni Sihon regis Amoræorum, & regionem regni Og regis Bathniæ, omnem terram cum vrbibus eius quæ erant intra terminos ipſius circunquaque.*
34 *Itaque ædificauerunt filij Gadh Dibon, & Ataroth, & Aruir,* 35 *Et Atroth-Sophan, & Iazir, & Jegbaha,* 36 *Et Beth-Nemra, & Beth-Haron vrbem munitam: & caulas pecorum.* 37 *Et filij Raubin ædificauerunt Heſbon & Elala, & Cariathaim,*
38 *Et Nebo, & Baal-Maon, mutatis earum nominibus, & Sebma. Atque id quidem quia nominarunt ciuitates quas fabricauerant, prout voluerunt.* 39 *Deinde abierunt filij Machr filij Manaſſe in Giares, & expugnarunt eam, eieceruntque Amoræum qui erat in illa.*
40 *Et dedit Muſa Giares, Machir filio Manaſſe, habitauitque in illa.*
41 *Abijtque Jair filius Manaſſe, & expugnauit caſtella eius, appellauitque ea Caſtella Jair.*
42 *Et abijt Nobah, & expugnauit Canath & ſuburbia eius, & vocauit ea Nobah iuxta nomen ſuum.*

28 فامر لهم موسي بذلك العازار الامام * ويوشع بن نون * وروسا
اباء جماعة بني اسرايل * 29 وقال ان عبروا معكم
الاردن كل رجل مجرد للحرب بين يدي الله حتي يفتح البلد
بين ايديكم * فاعطوهم بلد جرش حوزا * 30 وان لم
يعبروا مجردين معكم * فليحوزوا فيما بينكم في بلد
كنعان * 31 فاجابوه وقالوا جميعا * ما امر الله به عبيدك فانا
صانعوه * 32 فنحن نعبر مجردين بين يدي الله الي بلد
كنعان * حتي يحصل لنا حوز نحلتنا من عبر الاردن *
33 فاعطي موسي بني جاذ * وبني راوبين * ونصف سبط منشا
بن يوسف * بلد مملكة سيحون ملك الاموريين * وبلد مملكة عوج
ملك البثنية * كل الارض مع قراها التي علي تخومها مستديرة *
34 فبني بنو جاذ ديبون * وعطاروث * وعروعير *
35 وعطروث شوفان * ويعزير * ويجبها * 36 وبيت نمرا * وبيت
هارون قرية حصينة * وحظاير غنم * 37 وبنو راوبين بنوا
حشبون * والعالا * وقرياثايم * 38 ونبوا * وباعل معون مقولة
اسماهن * وسبما * وذلك انهم سموا القري التي بنوا بما شاوا *
39 ثم مضي بنو ماخير بن منشا الي جرش ففتحوها * وطردوا
الاموريين الذي فيها * 40 واعطي موسي الجرش لماخير
بن منشا * فسكن فيها * 41 ومضي يائير بن منشا * وفتح
سوادهن * وسماه سواد يائير * 42 ومضي نوبح * وفتح قنات
ورساتيقها * وسماها نوبح علي اسمه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Et præcepit de eis Moſes Eleazaro ſacerdoti, & Ioſuæ filio Nun, & capitibus Patrum tribuum filiorum
Iſrael. 29 Dixitque Moſes illis: Si tranſeant filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe vobiſcum
Iordanem omnis expeditus ad bellum ante Dominum, ſubiiciaturque terra in conſpectu veſtro, tunc dabitis
illis terram Galaad in poſſeſſionem. 30 Si verò non tranſierint expediti vobiſcum, tunc poſſeſſio illis dabitur in
medio veſtri in terra Chanaan. 31 Reſponderuntque filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe dicentes; quod locutus eſt Dominus ſeruis tuis, ſic faciemus. 32 Nos tranſibimus expediti ante Dominum in terram Chanaan, vt nobis rata ſit poſſeſſio hæreditatis noſtræ cis Iordanem.
33 Dedit itaque illis Moſes, filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph, regnum Sihon
regis Amorhæi, & regnum Og regis Baſan, terram cum vrbibus ſuis, cum finibus vrbium terræ per circuitum.
34 Ædificauerunt autem filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer. 35 Et Atroth-ſaphim, & Iazer, & Iegbaha.
36 Et Bethnemera, & Betharen, vrbes munitas, caulas quoque pecudibus. 37 Filij verò Ruben ædificauerunt Heſebon, & Elealam, & Cariathaim. 38 Et Nebo, & Baalmon verſis nominibus, & Sebama. Appellauerūtque nominibus nomina vrbium quas ædificauerunt. 39 Iuerunt autem filij Machir filij Manaſſe in Galaad, ceperuntque eam, & expulerunt Amorrhæum qui erat in ea. 40 Ideo dedit Moſes Galaad ipſi
Machir filio Manaſſe, & habitauit in ea 41 Iair quoque filius Manaſſe iuit, & cepit vicos eorum, & vocauit
illos vicos Iair. 42 Nobe etiam iuit, & cepit Canath cum oppidulis ſuis, vocauitque eam Nobe de nomine ſuo.

[illegible]

1–14 [illegible]

CAPVT XXXIII.

Profectiones filiorum Iſrael.

Iſtæ ſunt profectiones filiorum Iſrael qui
egreſſi ſunt è terra Ægypti iuxta exercitus
ſuos per manum Moſis & Aharonis. 2 Et ſcri-
pſit Moſes egreſſus eorum & profectiones eo-
rum ex verbo oris Domini. Et hi ſunt egreſſus
eorum & profectiones eorum. 3 Itaque profe-
cti ſunt de Reamſis decimo quinto menſis pri-
mi poſt paſcha: Egreſſi autem ſunt filij Iſrael
per manum Domini in præſentia omnium
Ægyptiorum, 4 Dum Ægyptij ſepelirent
primogenitos quos interfecerat inter eos Do-
minus: quin & in deos eorum exercuit Domi-
nus iudicium. 5 Et profecti ſunt filij Iſrael
de Reamſis, & caſtrametati ſunt in Sochoth.
6 Et profecti de Sochoth, caſtra fixerunt in
Otham quæ eſt in extremitatibus deſerti.
7 Et profecti de Otham, caſtrametati ſunt ad
oſtia foſſæ quæ eſt è regione Baalſephon, &
caſtra poſuerunt ante Magdol.
8 Et ſoluentes ab oſtiis foſſæ, abierunt per
medium mare ad deſertum: & procedentes
itinere trium dierum per deſertum Otham, ca-
ſtrametati ſunt in Morath. 9 Et profecti de
Morath venerunt ad Olim. Porrò in Olim
erant duodecim fontes aquarum, & ſeptua-
ginta palmæ, ibique caſtra poſuerunt.
10 Et profecti de Olim, caſtrametati ſunt ſe-
cus mare Suph. 11 Et diſcedentes è mari
Suph, caſtra fixerunt in deſerto Sin.
12 Et profecti è deſerto Sin, caſtrametati ſunt
in Raphca. 13 Et profecti de Raphca,
caſtra fixerunt in Alus.
14 Et profecti de Alus, caſtrametati ſunt in
Rephidin: & non erant ibi aquæ populo ad
bibendum.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

1–14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

1–14 [illegible]

CAPVT XXXIII.

ATque hæ ſunt manſiones filiorum Iſrail quando egreſſi ſunt de regione Ægypti in turmas ſuas per manum Muſæ & Haronis.
2 *Scripſit enim Muſa exitum eorum in manſiones ſuas, iuxta ſermonem Dei: & iſtæ ſunt manſiones eorum ab exitu eorum.*
3 *Profecti ſunt ex Ain-ſemes menſe primo, die quintadecima ipſius, hoc eſt poſtera die Phaſe: exierunt autem filij Jſrail manu excelſa coram omnibus Ægyptiis,*
4 *Dum hi ſepelirent quos interfecerat Deus in ipſis ex primogenitis: fecitque iudicia in deos eorum.*
5 *Et profecti ſunt ex Ain-ſemes, & diuerſati ſunt in Socoth.*
6 *Et profecti ſunt inde, & caſtrametati ſunt in Itham, in extremitate ſolitudinis.*
7 *Et diſceſſerunt illinc, & commorati ſunt in faucibus Hiroth, quæ eſt ex aduerſo Baal-ſefon, & caſtrametati ſunt ante Magdol.*
8 *Et profecti ſunt inde, tranſieruntque per medium mare ad deſertum. Poſtea ambularunt itinere trium dierum per deſertum Jtham, diuerſatique ſunt in Marira.*
9 *Et diſceſſerunt ex ea, veneruntque ad Ilim: erant autem in illa duodecim fontes aquæ, & ſeptuaginta palmæ, commoratique ſunt ibi.*
10 *Et profecti ſunt ex ea, & diuerſati ſunt ad mare rubrum.*
11 *Et diſceſſerunt illinc, commoratique ſunt in deſerto Sin.*
12 *Et diſceſſerunt ex eo, & caſtrametati ſunt in Doſca.*
13 *Et profecti inde, diuerſati ſunt in Alus.*
14 *Et diſceſſerunt ex ea, & commorati ſunt in Raſidim: & non erat ibi aqua populo, vt biberent.*

* الفصل الثالث والثلثون *

1 وهذه مراحل بني اسرائيل اذ خرجوا من بلد مصر على
جيوشهم بيد موسى وهرون * 2 فكتب موسى خروجهم الي
مراحلهم على قول الله * وهذه مراحلهم لخروجهم *
3 رحلوا من عين شمس في الشهر الاول * في اليوم الخامس عشر
منه * وذلك غد الفصح * خرج بنو اسرائيل بيد رفيعة بحضرة
جميع المصريين * 4 وهم يدفنون الذين قتلهم الله فيهم من
الابكار * وصنع احكاما بمعبوداتهم *
5 ورحلوا من عين شمس * ونزلوا في سكوت *
6 ورحلوا من ثم * ونزلوا في طرف البرية *
7 ورحلوا من ثم * ونزلوا في فوهة حيروث التي بحضرة باعل
صفون * ونزلوا بين يدي مجدول *
8 ورحلوا من ثم * وعبروا في وسط البحر الي البرية * ثم ساروا
مسافة ثلاثة ايام في برية ايثام * ونزلوا في المريرة *
9 ورحلوا منها * وجاؤوا الي ايليم * وكان فيها اثنا عشر عين
ماء وسبعون نخلة * فنزلوا هناك *
10 ورحلوا منها * ونزلوا على بحر القلزم *
11 ورحلوا من ثم * ونزلوا في برية سين *
12 ورحلوا منها * ونزلوا في دفقا *
13 ورحلوا منها * ونزلوا في الوش * 14 ورحلوا منها * ونزلوا
في رفيديم * ولم يكن ثم ماء للقوم يشربونه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXIII.

ISta ſunt itinera filiorum Iſrael ex quo egreſſi ſunt de terra Ægypti per turmas ſuas, in manu Moſis & Aaro-
nis. 2 Scripſit enim Moſes egreſſiones eorum ſecundum itinera eorum iuxta verbum Domini: hæc ſunt
autem itinera eorum iuxta egreſſiones eorum. 3 Profecti ſunt igitur de Rameſſes menſe primo, decimo
quinto die menſis primi: Poſtridie Paſchatis egreſſi ſunt filij Iſrael cum manu excelſa, in oculis omnium Ægy-
ptiorum. 4 Ægyptij autem ſepeliebant quos percuſſerat Dominus ex iis, omnes primogenitos: In Deos
etiam eorum fecerat Dominus iudicia. 5 Deinde profecti ſunt filij Iſrael de Rameſſes, & caſtrametati ſunt in
Sucoth. 6 Et profecti ſunt de Sucoth, & caſtrametati ſunt in Etham qui eſt in extremitate deſerti.
7 Poſtea profecti ſunt ex Etham, & manſerunt iuxta Phihahiroth qui eſt è regione Baalſephon, & caſtra-
metati ſunt ante Magdal. 8 Profecti ſunt autem de Phihahiroth, & tranſierunt per medium maris in deſer-
tum, iueruntque iter trium dierum per deſertum Etham, & caſtrametati ſunt in Mara.
9 Profectique ſunt ex Mara, & venerunt in Elim: In Elim autem erant duodecim fontes aquarum, & ſeptua-
ginta palmæ, ibique caſtrametati ſunt. 10 Et profecti ſunt ex Elim, & caſtrametati ſunt iuxta mare ru-
brum. 11 Deinde profecti ſunt è mari rubro, & caſtrametati ſunt in deſerto Sin.
12 Profectique de deſerto Sin, caſtrametati ſunt in Daphca. 13 Poſtea profecti ſunt de Daphca, & caſtra-
metati ſunt in Elis. 14 Et profecti ex Elis caſtrametati ſunt in Raphidim: Non erant autem ibi aquæ po-
pulo ad bibendum.

[illegible]

15 Et profecti de Rephidin, caſtrametati ſunt
in deſerto Sinai. 16 Et profecti è deſerto Si-
nai, caſtra fixerunt in ſepulchris flagrantium
concupiſcentia. 17 Et profecti de ſepul-
chris flagrantium concupiſcentia, caſtrametati
ſunt in Haſroth. 18 Et profecti de Haſroth,
caſtrametati ſunt in Rethma. 19 Et profecti de
Rethma, caſtrametati ſunt in Remon-Pares.
20 Et profecti de Remon-Pares, caſtrametati
ſunt in Lebna. 21 De Lebna proficiſcentes,
caſtra poſuerunt in Reſa. 22 Profecti de Reſa,
caſtrametati ſunt in Cahlath. 23 De Cahlath
proficiſcentes, caſtra fixerunt in monte So-
phar. 24 Et proficiſcentes de monte Sophar
caſtrametati ſunt in Hadda. 25 Et profecti de
Hadda, caſtra poſuerunt in Machaloth.
26 De Machaloth profecti, caſtrametati ſunt
in Tohath. 27 Et proficiſcentes de Tohath,
caſtrametati ſunt in Tarah. 28 De Tarah
ſoluentes, caſtra fixerunt in Methca. 29 Et de
Methca ſoluentes, caſtra mouerunt in Haſmo-
na. 30 Et profecti de Haſmona, caſtra poſue-
runt in Maſroth. 31 De Maſroth proficiſcen-
tes, caſtrametati ſunt in Bene-Iacan. 32 Profecti
de Bene-Iacan, caſtra poſuerunt in Hor-gad-
gad. 33 Et proficiſcentes de Hor-gadgad, ca-
ſtrametati ſunt in Iatbath. 34 Et profecti de
Iatbath, caſtrametati ſunt in Achrona.
35 De Achrona ſoluentes, caſtra fixerunt in
Iſinu-gabar. 36 De Iſinu-gabar profecti, ca-
ſtrametati ſunt in deſerto Sin, quæ eſt Cades.
37 Et ſoluentes de Cades, caſtra mouerunt ad
montem Hor qui eſt in finibus terræ Adum.
38 Aſcendit autem Aharon ſacerdos iuxta
verbum oris Domini ad montem Hor, &
mortuus eſt ibi anno quadrageſimo ab egreſſu
filiorum Iſrael ex Ægypto, menſe primo, pri-
ma *die* menſis.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

15 *Et profecti ſunt ex ea, atque diuerſati in de-*
ſerto Sinai. 16 *Et diſceſſerunt ex eo, atque ca-*
ſtrametati ſunt in ſepulchris concupiſcentium.
17 *Et profecti ex eis, morati ſunt in Haſiroth.*
18 *Et diſceſſerunt illinc, & manſerunt in Reth-*
ma. 19 *Et diſceſſerunt inde, commoratique ſunt*
in Remmon-Phares.
20 *Et profecti ſunt ex ea, diuerſatique in Lebna.*
21 *Et diſcedentes ex ea, caſtrametati ſunt in*
Reſſa. 22 *Et profecti ex ea, manſerunt in Ca-*
hilatha. 23 *Et diſcedentes ex ea, commorati*
ſunt in monte Sapher.
24 *Et profecti inde, caſtrametati ſunt in Hara-*
dha. 25 *Et profecti ex ea, manſerunt in Ma-*
chiloth. 26 *Et diſceſſerunt ex ea, atque manſe-*
runt in Tahath.
27 *Profectique ex ea, diuerſati ſunt in Tareh.*
28 *Et diſcedentes ex ea, commorati ſunt in*
Methca. 29 *Et profecti ſunt ex ea, manſe-*
runtque in Haſmuna.
30 *Et ex ea caſtra mouentes, diuerſati ſunt in*
Moſiroth.
31 *Inde profecti, manſerunt in Bani-Iaacan.*
32 *Et diſcedentes ex ea, commorati ſunt in Hor-*
Gadgad.
33 *Profectique ſunt ex ea, atque diuerſati in Iet-*
bath. 34 *Et diſcedentes ex ea, manſerunt in*
Abrona.
35 *Et profecti ex ea, commorati ſunt in Aſion-*
Gaber.
36 *Et profecti ſunt ex ea, diuerſatique ſunt in*
deſerto Sin, hoc eſt Racim.
37 *Et profecti ex eo, manſerunt in monte Hor,*
in ora regionis Adum.
38 *Aſcenditque Haron ſacerdos ad montem*
Hor, & mortuus eſt ibi iuſſu Dei, anno quadra-
geſimo ab exitu filiorum Iſrail de regione Ægy-
pti, die prima menſis quinti:

15 ورحلوا منها * ونزلوا في برية سينا * 16 ورحلوا منها *
ونزلوا في مقابر المشتهين * 17 ورحلوا منها * ونزلوا في حصيروت *
18 ورحلوا منها * ونزلوا في رتما * 19 ورحلوا من ثم * ونزلوا
في رمون فارص * 20 ورحلوا منها * ونزلوا في لبنا *
21 ورحلوا منها * ونزلوا في رسا * 22 ورحلوا منها * ونزلوا في
قهلاتا * 23 ورحلوا منها * ونزلوا في جبل سافر *
24 ورحلوا منها * ونزلوا في حرادا * 25 ورحلوا منها * ونزلوا
في مقهلوت * 26 ورحلوا منها * ونزلوا في تاحت *
27 ورحلوا منها * ونزلوا في تارح * 28 ورحلوا منها * ونزلوا
في متقا * 29 ورحلوا منها * ونزلوا في حشمونا *
30 ورحلوا منها * ونزلوا في موسيروت * 31 ورحلوا منها *
ونزلوا في بني يعقان *
32 ورحلوا منها * ونزلوا في حور الجدجاد *
33 ورحلوا منها * ونزلوا في يطبات *
34 ورحلوا منها * ونزلوا في عبرونا *
35 ورحلوا منها * ونزلوا في عصيون جابر *
36 ورحلوا منها * ونزلوا في برية سين * هي رقيم *
37 ورحلوا منها * ونزلوا في جبل هور * في طرف بلد ادوم *
38 فصعد هرون الامام الى جبل هور * فمات ثم بامر الله في
سنة اربعين لخروج بني اسرايل من بلد مصر * في اليوم الاول
من الشهر الخامس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Et profecti ſunt de Raphidim, & caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. 16 Item profecti ſunt de deſerto
Sinai, & caſtrametati ſunt in ſepulchris concupiſcentiæ. 17 Inſuper profecti ſunt de ſepulchris concupiſcen-
tiæ, & caſtrametati ſunt in Haſeroth. 18 Præterea profecti ſunt de Haſeroth, & caſtrametati ſunt in Rethma.
19 Profectique de Rethma, caſtrametati ſunt in Remmon Phares. 20 Profecti verò de Remmon Phares,
caſtrametati ſunt in Lebona. 21 Profecti autem de Lebona, caſtrametati ſunt in Reſſa. 22 Deinde profe-
cti de Reſſa, caſtrametati ſunt in Celatha. 23 Et profecti ſunt de Celatha, & caſtrametati ſunt in monte Se-
pher. 24 Et profecti ſunt de monte Sepher, & caſtrametati ſunt in Harada. 25 Profecti quoque de Hara-
da, caſtrametati ſunt in Maceloth. 26 Profectique de Maceloth, caſtrametati ſunt in Thahath. 27 Profecti
item de Thahath, caſtrametati ſunt in Thare. 28 Profecti etiam de Thare, caſtrametati ſunt in Metheca.
29 Et profecti ſunt de Metheca, & caſtrametati ſunt in Heſmona. 30 Et profecti de Heſmona, caſtrame-
tati ſunt in Maſiroth. 31 Deinde profecti ſunt de Maſiroth, & caſtrametati ſunt in Benejaacan.
32 Profecti quoque de Benejaacan, caſtrametati ſunt in monte Gadgada. 33 Profecti etiam de monte Gad-
gada, caſtrametati ſunt in Ietebata. 34 Et profecti de Ietebata, caſtrametati ſunt in Hebrona. 35 Poſtea pro-
fecti de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſiongaber. 36 Profectique de Aſiongaber caſtrametati ſunt in deſerto
Sin, hæc eſt Cades. 37 Deinde profecti de Cades, caſtrametati ſunt in monte Hor, ad extremitatem terræ
Edom. 38 Aſcendit autem Aaron ſacerdos in montem Hor iuxta verbum Domini, ibique mortuus eſt, anno
quadrageſimo exitus filiorum Iſrael de terra Ægypti, in menſe quinto, in prima menſis.

39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]

39 Aharon verò ſacerdos natus erat centum
ac viginti tres annos, quando mortuus eſt in
monte Hor. 40 Et audiuit Chananæus rex
Godar, qui habitabat in plaga meridionali ter-
ræ Chanaan, aduentum filiorum Iſrael.
41 Et profecti ſunt de monte Hor, & caſtra
poſuerunt in Salmona. 42 De Salmona profe-
cti, caſtrametati ſunt in Phinon. 43 Et pro-
ficiſcentes de Phinon, caſtra poſuerunt in
Oboth. 44 De Oboth ſoluentes, caſtrameta-
ti ſunt ad fontem Hebræorum. 45 Et profecti
ſunt de fonte Hebræorum, & caſtra poſuerunt
in Ribon-Gad. 46 Et profecti de Ribon-Gad,
caſtrametati ſunt in Baalmon-Deblathim.
47 Et profecti de Baalmon-Deblathim, caſtra
fixerunt in monte Hebræorum qui eſt è regio-
ne Nobu. 48 Et profecti de monte Hebræo-
rum, caſtra fixerunt in Arboth Moab ſecus
Iordanem Iericho. 49 Poſuerunt autem ca-
ſtra ſecus Iordanem à Beth-Aſimon vſque ad
Obal-Setim quæ eſt in Arboth-Moab. 50 Et
ait Dominus ad Moſen in Arboth-Moab quæ
eſt ſecus Iordanem Iericho: 51 Loquere cum
filiis Iſrael, & dic eis, Vos tranſituri eſtis Iorda-
nem, *vt introeatis* in terram Chanaan,
52 Igitur perdetis omnes incolas terræ à con-
ſpectu veſtro, & perdetis omnes cultus, cun-
ctaque ſimulachra fuſilium eorum perdetis, &
omnia excelſa eorum eradicabitis.
53 Et hæreditate poſſidebitis terram, & ha-
bitabitis in ea: vobis enim dedi terram illam
vt eam heræditario poſſideatis.
54 Terram autem poſſidete per ſortes fami-
liarum veſtrarum: multis augete hæreditatem,
& paucis imminuite hæreditatem. vnaquæque
tribuum patrum veſtrorum, quæ ſibi contin-
get ſortem poſſidebunt.

VERSIO SAMARITANA.

39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]

39 *Habebat autem centum viginti tres annos quando mortuus eſt illic.*

40 *Accidit etiam fama quam audiuit illic Chananæus Rex Arad, ille nimirum qui Meridiem occupat in regione Chanaan, veniſſe ſcilicet filios Iſrail.*

41 *Profectique ſunt inde, & caſtrametati in Salmona.*

42 *Et diſcedentes ex ea, manſerunt in Phunon.*

43 *Et profecti ex ea, commorati ſunt in Oboth.*

44 *Et ex ea profecti, caſtrametati ſunt in Ai tranſitu, in regione Moab.*

45 *Et profecti ex ea, manſerunt in Dibon-Gadh.*

46 *Et diſcedentes ex ea, diuerſati ſunt in Almon Deblathaima.*

47 *Profectique ex ea, commorati ſunt in montibus Abarin coram Nebo.*

48 *Et diſceſſerunt illinc, & caſtrametati ſunt in ſolitudine Moab, ſecus Jordanem Riha.*

49 *Diuerſatique ſunt ſecus Iordanem à Betheſimoth vſque ad pratum Settin, eaque eſt ſolitudo Moab.*

50 *Locutuſque eſt Deus ad Muſam in ſolitudine Moab prope Jordanem Riha, dicens:*

51 *Præcipe filiis Iſrail, & dic eis: Vos tranſituri eſtis Jordanem ad regionem Chanaan.*

52 *Conſumite omnes habitatores regionis è conſpectu veſtro, & perdite omnia opera eorum elaborata, & ſimulachra fuſilium eorum, & templa eorum deſtruite.*

53 *Et cum conſumpſeritis eos, habitate in regione: iam enim dedi vobis illam.*

54 *Et diuidite eam ſortibus in familias veſtras: multis multiplicate poſſeſſionem, & minuite eam paucis. Et qualis cuicunque locus ſorte prodierit, is eius ſit: & iuxta tribus patrum veſtrorum diuidite illam.*

39 وكان له مائة وثلاث وعشرون سنة لما مات هناك *

40 ثم كان حبر ما سمع هناك الكنعاني ملك عراد * وهو ساكن
الداروم في بلد كنعان * مجي بني اسرائل *

41 ورحلوا منها * ونزلوا في صلمونا *

42 ورحلوا منها * ونزلوا في فونون *

43 ورحلوا منها * ونزلوا في ابوث *

44 ورحلوا منها * ونزلوا في عي المجاز * في بلد ماب *

45 ورحلوا منها * ونزلوا في ديبون جاذ *

46 ورحلوا منها * ونزلوا في علمون دبلاثايما *

47 ورحلوا منها * ونزلوا في جبال عبرين * بين يدي نبو *

48 ورحلوا منها * ونزلوا في بيدا ماب * على اردن ريحا *

49 فنزلوا على الاردن من بيت يسموت الي مرج سطين *
وذلك بيدا ماب *

50 وكلم الله موسي في بيدا ماب * على اردن ريحا قايلا *

51 مر بني اسرائل وقل لهم * انكم جايزون الاردن الي بلد
كنعان * 52 فاقرضوا جميع اهل البلد من بين ايديكم *
وابيدوا جميع مزخرفاتهم * واصنام مسبوكاتهم * وبيعهم تنقضوها *

53 واذا قرضتموهم فاسكنوا البلد * فاني قد اعطيتكم اياه *

54 وتوزعوه باسهم لعشايركم * للكثير كثروا نحلته * واقلوها
للقليل * ومن خرج له السهم في اي موضع كان * فليكن له *
وعلي اسباط ابايكم توزعوه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

39 Aaron autem natus erat annos centum & viginti tres cum mortuus eſt in monte Hor. 40 Tunc au-
diuit Chananæus rex Arad,(ipſe autem habitabat ad meridiem in terra Chanaan) venire filios Iſrael.
41 Et profecti ſunt de monte Hor, & caſtrametati ſunt in Salmona. 42 Et profecti ſunt de Salmona, & ca-
ſtrametati ſunt in Phinan. 43 Rurſus profecti ſunt de Phinan, & caſtrametati ſunt in Oboth. 44 Profe-
ctique ex Oboth, caſtrametati ſunt in Ieabarim ad fines Moab. 45 Deinde profecti de Iim, caſtrame-
tati ſunt in Dibongad. 46 Profecti quoque de Dibongad, caſtrametati ſunt in Helmon-deblathima.
47 Et profecti ſunt de Helmon-deblathima, & caſtrametati ſunt in montibus Abarim è regione Nebo.
48 Profecti inſuper de montibus Abarim, caſtrametati ſunt in valle Moab iuxta Iordanem Iericho.
49 Et caſtrametati ſunt prope Iordanem à Betheſimoth vſque ad Abelſatim in valle Moab. 50 Locutus au-
tem eſt Dominus Moſi in valle Moab iuxta Iordanem Iericho, dicens: 51 Loquere filiis Iſrael, dices autem
eis: Cum vos tranſieritis Iordanem in terram Chanaan, 52 Tum expelletis omnes incolas terræ à facie ve-
ſtra, deſtruetis quoque omnes ſpeculas eorum, omnia etiam idola eorum conflatilia perdetis, & omnia excelſa
eorum vaſtabitis. 53 Poſſidebitis igitur terram, & habitabitis in ea; vobis enim dedi terram illam vt poſ-
ſideatis eam. 54 Poſſeſſionem autem terræ inibitis per ſortem ſecundum familias veſtras: pluribus augebis
hæreditatem eorum, paucioribus verò minues hæreditatem eorum; locus qui cuique euenerit ſorte, illius erit.
Per tribus patrum veſtrorum hæreditatem capietis.

55 [illegible]
56 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

55 Quòd ſi non perdideritis incolas illius ter-
ræ à conſpectu veſtro, qui remanebunt ex ipſis
erunt claui in oculis veſtris, & lanceæ in tempo-
ribus veſtris, & angent vos in terra quam inha-
bitabitis. 56 Et vt decreueram facere illis,
vobis faciam.

CAPVT XXXIV.

ET locutus eſt Dominus cum Moſe, dixit-
que ad eum: 2 Præcipe filiis Iſrael, &
dic eis, Vos ingreſſuri eſtis in terram Chanaan.
Hæc eſt terra quæ diuidetur vobis in hæredita-
tem, terra Chanaan cum limitibus ſuis. 3 Erit
autem vobis latus Auſtrale à deſerto Sin, prope
terminum Adum. 4 Eritque vobis terminus
Meridionalis à Suph mari ſalſo ab Oriente, &
circuibit terminus veſter à Meridie ad accliui-
tatem Sepharuim, & tranſibit vſque ad Sin,
eruntque exitus eius à Meridie ad Recem ſu-
perbam, & egredietur ſuper Haſor-Edar, pene-
trabitque ad Aſmon: 5 Et flectetur terminus ab
Aſmon ad torrentem Ægypti, & erunt exi-
tus eius vſque ad mare. 6 Terminus verò ma-
ritimus (*ideſt Occiduus,*) erit vobis mare ma-
gnum eiuſque limes: is erit vobis terminus ma-
ritimus. 7 Hic autem erit vobis limes Septen-
trionalis: à mari magno limites aſſignabitis vo-
bis uſque ad montem Hor, 8 Et à monte Hor
circunſcribetis limites vſque ad ingreſſum
Hamath, & excurret terminus ad Sedad, 9 Et
exibit terminus ad Zephron, excurretque ad
Haſor-Ainan. Hic erit vobis limes Septen-
trionalis. 10 Aſſignabitis etiam vobis limi-
tem Orientalem ab Haſor-Ainan ad Sopham,
11 Deſcendetque limes de Sopham ad De-
blath ab Orientali parte In, & deſcendet limes,
& innitetur lateri maris Cenarath ab Oriente,

VERSIO SAMARITANA.

55 [illegible]
56 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

55 [illegible]
56 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

55 *Quod ſi non conſumpſeritis incolas regionis à*
conſpectu veſtro , fient hi quos ſeruabitis ex eis,
quaſi acus in oculis veſtris , & velut ſtyli in
lateribus veſtris, coarctantes vos in regione in qua
commoraturi eſtis.
56 *Et fiet , quemadmodum propoſueram agere*
cum illis , agam vobiſcum.

CAPVT XXXIV.

LOcutus eſt etiam Deus cum Muſa , dicens:
2 *Manda filiis Jſrail, & dicito illis: Quia*
vos ingreſſuri eſtis in terram Chanaan , hi ſunt
termini regionis quam habebitis in poſſeßionem.
3 *Jncipiet ergo vobis terminus Meridionalis*
à deſerto Sin, ad latus Adum, eritque ab ora la-
cus mortui Orientali.
4 *Tum flectetur vobis Meridies vſque ad duos*
ſcorpiones, & tranſibit vſque ad Sin, eritque exi-
tus eius ad Auſtrum Racim-Barne, egredieturque
vſque ad Refah , procedetque ad Mazel:
5 *Et flectetur à Mazel vſque ad vallem Ala-*
ris , eritque exitus eius ad mare.
6 *Terminus autem Occidentalis erit vobis ma-*
re magnum , & fines eius.
7 *Et iſte erit vobis terminus Septentrionalis:*
A mari magno terminos ponetis vſque ad mon-
tem Hor,
8 *Et ab eo vſque ad Hamat, eritque exitus eius*
ad Sadad,
9 *Egredieturque ad Zefron, & perueniet ad ar-*
cem Inan. 10 *Et conſtituetis vobis terminum*
Orientalem ab arce Jnan ad Phamia , & tendet à
Phamia ad Dafna ex parte Orientali fontis , &
deſcendet pergetque ad latus maris Geneſar ad
Orientem. 11 *Deſcendetque ad Jordanem , &*
erit exitus eius ad lacum mortuum. Hi erunt
vobis termini regionis circuncirca.

55 وان لم تقرضوا اهل البلد من بين يديكم * فيصير من
تبقونه منهم كابر في عيونكم * وكمسال في جنوبكم * يضايقونكم
في البلد الذي انتم مقيمون فيه * 56 فيكون مثل ما
قصدت ان اصنعه بهم اصنعه بكم *

* الفصل الرابع والثلثون *

1 وكلم الله موسي قايلا * 2 مر بني اسرايل وقل لهم *
انكم داخلون الي ارض كنعان * فهذه حدود البلد الذي
يحصل لكم نحلة * 3 فيبتدي لكم الحد الجنوبي من برية سين
الي جانب ادوم * فيكون من طرف البحيرة الميتة الشرقي *
4 ثم يستدير لكم الجنوب الي عقربين * ويعبر الي صين * فيكون
خروجه الي جنوب رقيم برنع * ويخرج الي رفح * ويصير الي مازل *
5 ويستدير من مازل الي وادي العريش * ويكون خروجه الي
البحر * 6 والحد الغربي يكون لكم البحر الكبير وتخمه *
7 وهذا يكون لكم الحد الشمالي * من البحر الكبير تحدون الي
جبل هور * 8 ومنه الي حماة * فيكون خروجه الي صداد *
9 ويخرج الي زفرون * وينتهي الي حصار عينان *
10 وتحدون لكم الحد الشرقي * من حصار عينان الي فامية *
وينحدر من فامية الي دفنه من شرقي العين * وينحدر ويضرب
الي جانب بحر جنسر شرقا *
11 وينزل الي الاردن * ويكون خروجه الي البحيرة الميتة *
هذه تكون لكم حدود البلد مستديرة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

55 Si verò non expuleritis habitatores terræ à facie veſtra tum continget vt quos eorum reliqueritis , ſint in
aculeos oculis veſtris, & in iacula lateribus veſtris, affligantque vos ſuper terram in qua vos habitabitis.
56 Euenietque, vt quemadmodum cogitaui facere illis, faciam vobis.

CAPVT XXXIV.

LOcutus eſt præterea Dominus Moſi, dicens. 2 Præcipe filiis Iſrael, dices autem eis : Cum vos ingreſſi
fueritis in terra Chanaan (illa eſt terra quæ cadet vobis in hæreditatem , terra Chanaan ſecundum fines
ſuos.) 3 Tum erit vobis plaga meridiana à deſerto Sin iuxta latera Edom ; erit inquam vobis terminus
meridianus ab extremo maris ſalſi vſque in Orientem. 4 Circumibit igitur vobis terminus à meridie in
aſcenſum Acrabim, & tranſitum Senna; eritque exitus eius à meridie in Cadeſbarne, & egredietur verſus vi-
cum Adar, tranſibitque per Aſemona. 5 Circumibit præterea terminus ab Aſemona in fluuium Ægypti, &
exitus eius erit verſus Occidentem. 6 Terminus autem Occidentis erit vobis mare magnum ; terminus
iſte erit vobis terminus Occidentis.
7 Hic etiam erit vobis terminus ſeptemtrionalis; à mari magno deſignabitis vobis montem Hor.
8 Atque à monte Hor deſcribetis viam Emath ; eruntque exitus eius , fines Serada. 9 Et egredietur
terminus verſus Zephron, eritque exitus eius, oppidum Ænan. Hic erit vobis terminus ſeptemtrionalis.
10 Deſignabitis etiam vobis terminum Orientis ab oppido Ænan vſque Sephama. 11 Deſcendetque ter-
minus à Sephama vſque Reblam ab Oriente Ain : deſcendet inquam terminus iſte, & pertinget ad latus ma-
ris Cenereth verſus Orientem.

12 Pergetque limes ad Iordanem, & erunt egreſſus eius ad mare Salſum. Hæc erit vobis terra cum finibus ſuis per circuitum.

13 Præcepit itaque Moſes filijs Iſrael, & dixit ad eos, Hæc eſt terra quam ſortibus diuidetis, quam iuſſit Dominus dari nouem tribubus & dimidiæ tribui.

14 Nam acceperant tribus filiorum Rubil per familias ſuas, & tribus filiorum Gad per familias ſuas, atque dimidia tribus Manaſſe, acceperant *inquam* hæreditatem ſuam.

15 Duæ tribus & dimidia tribus acceperant hæreditatem ſuam cis Iordanem Iericho, ab anteriori parte, ab Oriente.

16 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe, & dixit ad eum:

17 Hæc ſunt nomina virorum qui hæredes inſtituent vos terræ, Eliazar ſacerdos, & Ieſus filius Nun.

18 Singulos quoque principes ab vnaquaque tribu ſumite, vt diuidant vobis terram.

19 Hæc verò ſunt nomina principum virorum. De tribu Iuda, Caleb filius Iophana.

20 De tribu Simeon, Selamuel filius Amihud.

21 De tribu Beniamin, Eldad filius Caſlon.

22 De tribu Dan, Baci filius Iagli.

23 De tribu Ioſeph, de tribu Manaſſe, Nahlael filius Ephod.

24 De tribu Aphrem, Cemuel filius Sephtan.
25 De tribu Zebolon, Eliſaphan filius Pharnach.

26 De tribu Iſachar, Phetael filius Aſur.

27 De tribu Aſir, Ahihud filius Salomi.

28 De tribu Nephtali, Phedael filius Amihud.
29 Hos præfecit Dominus vt hæredes inſtituerent filios Iſrael in terra Chanaan.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 *Deſcendetque ad Jordanem, & erit exitus eius ad lacum mortuum. Hi erunt vobis termini regionis circuncirca.*
13 *Præcepitque Muſa filiis Iſrail ex dicto Dei: Iſta eſt regio terminis circunſcripta, quam diuidetis ſortibus, ſicuti mandauit Deus vt daretur nouem tribubus, ac dimidiæ:*
14 *Cùm tribus Raubin, & tribus Gadh, atque dimidia tribus Manaſſe, iam acceperint pro domibus patrum ſuorum.*
15 *Hæ duæ tribus ac dimidia acceperunt poſſeſſionem ſuam à ripa Jordanis-Riha orientali.*
16 *Item allocutus eſt Deus Muſam ſermone huiuſmodi:*
17 *Iſta ſunt nomina virorum qui diuident vobis regionem: Elazar ſacerdos, & Iuſa filius Nun.*
18 *Et principem ab vnaquaque tribu accipite, vt diuidat regionem.*
19 *Atque hæc ſunt nomina eorum: Ex tribu Iudha, Calib filius Jefonna:*
20 *Et de tribu Simeon, Samuail filius Amihudh.*
21 *Et ex tribu Beniamin, Elidad filius Keſlon.*
22 *Et de tribu Dan, Bocci filius Jagli.*
23 *Et ex filiis Joſeph, de tribu Manaſſe, Hannail filius Iſod.*
24 *Et de tribu Ephraim, Camuail filius Seſtan.*
25 *Et de tribu Zabulon, Eliſafan filius Fernach.*
26 *Et de tribu Iſſachar, Phaletiail filius Azzan.*
27 *Et de tribu Aſir, Ahihud filius Salomi.*
28 *Et de tribu Neſtali, Phedahail filius Ammihud.*
29 *Hi ſunt quibus præcepit Deus vt diuiderent filiis Iſrail regionem Chanaan.*

12 وينزل الى الاردن * ويكون خروجه الى البحيرة الميتة *
هذه تكون لكم حدود البلد مستديرة *
13 فامر موسى بني اسرائيل عن قول الله * هذا البلد المحدود
توزعوه بسهام كما امر الله ان يعطي لتسعة اسباط ونصف *
14 اذ كان سبط راوبين * وسبط جاذ * ونصف سبط منشا قد
اخذوا لبيوت آبائهم *
15 هذان السبطان والنصف اخذوا نحلتهم من عبر اردن
ريحا الشرقي * 16 ثم كلم الله موسى تكليما *
17 هذه اسماء الرجال الذين يقسمون لكم البلد * العازار الامام *
ويوسع بن نون * 18 وشريفا من كل سبط خذوه لقسم البلد *
19 وهذه اسماؤهم * من سبط يهوذا كالب بن يفنا *
20 ومن سبط شمعون شموائل بن عميهود *
21 ومن سبط بنيامين الداد بن كسلون *
22 ومن سبط دان بقي بن يعلي *
23 ومن بني يوسف من سبط منشا حنائل بن ايفود *
24 ومن سبط افرايم قموائل بن شفطان *
25 ومن سبط زبولون اليصافان بن فرناخ *
26 ومن سبط يساخار فلطيائل بن عزان *
27 ومن سبط اشير احيهود بن شلومي *
28 ومن سبط نفتالي فدهائل بن عميهود * 29 هاؤلاء الذين
امر الله ان يقسموا لبني اسرائيل بلد كنعان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Deſcendet præterea terminus iſte in Iordanem, & erit exitus eius mare ſalſum. Hæc erit vobis terra
iuxta terminos ſuos in circuitu. 13 Deinde præcepit Moſes filiis Iſrael dicens: hæc eſt terra quam ſorte poſ-
ſidebitis, quam præcepit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. 14 Quoniam acceperunt tribus
filiorum Ruben per domos patrum ſuorum, & tribus filiorum Gad per domos Patrum ſuorum, & dimidia tri-
bus Manaſſe, acceperunt hæreditatem ſuam. 15 Duæ tribus, & dimidia tribus acceperunt hæreditatem
ſuam cis Iordanem Iericho ad Orientem. 16 Dixit etiam Dominus Moſi in hunc modum.
17 Iſta ſunt nomina virorum qui diuident vobis terram in hæreditatem, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun.
18 Principem etiam vnum, principem vnum de vnaquaque tribu accipietis ad vobis diuidendam terram.
19 Hæc ſunt autem nomina virorum illorum: de tribu Iuda, Caleb filius Iephone.
20 De tribu filiorum Simeonis, Samuel filius Ammiud. 21 De tribu Benjamin, Aldad filius Chaſelon.
22 De tribu Dan, princeps Bachi filius Iegli. 23 Filiis Ioſeph; de tribu filiorum Manaſſe, princeps Hanael
filius Ephod. 24 Et de tribu filiorum Ephraim, princeps Camuel filius Sephtan.
25 Et de tribu filiorum Zabulon, princeps Eliſaphan filius Pharnac.
26 Et de tribu filiorum Iſſachar, princeps Phalatiel filius Ozan,
27 Et de tribu filiorum Aſer, princeps Ahiod filius Salmi. 28 Et de tribu filiorum Nephtali, princeps Phe-
dael filius Ammiud. 29 Iſti ſunt quibus præcepit Dominus vt diuiderent hæreditatem filiis Iſrael in terra
Chanaan.

܀ ܩܦܠܐܘܢ ܀ ܠܗ ܀

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXV.

PRæterea locutus eſt Dominus cum Moſe
in Arboth-Moab quæ eſt ſecus Iordanem
Iericho, dixitque ad eum: 2 Præcipe filiis
Iſrael vt dent Leuitis de hæreditate poſſeſſio-
nis ſuæ oppida ad habitandum, & agros oppi-
dorum qui circum ea ſunt, dent Leuitis.
3 Eruntque eis oppida ad habitandum: agri
autem eorum *oppidorum* erunt pro iumentis
eorum, & armentis eorum, cunctiſque eorum
animantibus. 4 Porrò agri oppidorum
quos dabitis Leuitis, à muro oppidi forinſecus
mille cubitis circunquaque *porrigentur*.
5 Dimetire quoque foris extra oppidum ad
latus Orientale, duo millia cubitorum, & ad la-
tus Auſtrale duo millia cubitorum, & ad latus
Occidentale duo millia cubitorum, & ad latus
Septentrionale duo millia cubitorum, oppido
medium locum tenente. Hæc erit vobis oppi-
dorum extenſio. 6 Et de oppidis quæ dabitis
Leuitis, ſex oppida refugij erunt vobis, vt illuc
effugere poſſit homicida qui proximum ſuum
inuitus occiderit. Et iis adiicite quadraginta
duo oppida. 7 Ita vt oppida omnia quæ
dabitis Leuitis, ſint quadraginta octo oppida,
vnâ cum ſpatiis eorum. 8 Et oppida quæ
dabitis ex hæreditate filiorum Iſrael, à pluribus
plura dabitis, & à paucioribus pauca: quiſque
pro ratione hæreditatis quam poſſidet, dabit
Leuitis de oppidis ſuis. 9 Locutus eſt etiam
Dominus cum Moſe, dixitque ad eum:
10 Loquere cum filiis Iſrael, & dic eis:
11 Cùm tranſieritis Iordanem ad terram
Chanaan, parate vobis oppida ad refugium,
quæ vobis ad hoc inſeruient, vt eò confugiat
homicida qui interfecerit animam per erro-
rem.

VERSIO-SAMARITANA.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT XXXV.

ET allocutus eſt Deus Muſam in campeſtribus Moab ad Iordanem Riha, dicens:

2 *Manda filiis Iſrail vt dent Leuitis de poſſeſſione hæreditatis ſuæ ciuitates quas inhabitent, & plateas earum quæ ſunt circa illas dabitis eis.*

3 *Eruntque ciuitates loca habitationis pro ipſis, & plateæ earum pro iumentis illorum, & armentis eorum, cunctiſque animantibus eorum.*

4 *Et plateæ ciuitatum quas dabitis Leuitis extra murum vrbis, erunt mille cubiti per circuitum.*

5 *Præterea dimetimini extra ciuitatem ad partem orientalem, duo millia cubitorum: & ad partem meridionalem, duo millia cubitorum: & ad partem occidentalem, duo millia cubitorum: & ad partem ſeptentrionalem, duo millia cubitorum: eritque ciuitas in medio eorum: illud verò* ſpatium *erit eis pro plateis ciuitatum.*

6 *Et ex vrbibus quas dabitis Leuitis, ſex erunt vrbes confugij, quas ſeparabitis, vt fugiat ad eas homicida. & adiungite illis quadraginta duas vrbes:*

7 *Fientque omnes vrbes quas dabitis eis, quadraginta octo vrbes, cum plateis earum.*

8 *Hæ igitur ſunt vrbes quas dabitis eis de poſſeſſione filiorum Iſrail. Et qui multum accepit, det multum: & qui accepit parum, det parum, ita vt det vnuſquiſque iuxta poſſeſſionem ſuam.*

9 *Locutuſque eſt Deus cum Muſa, dicens:*

10 *Præcipe filiis Jſrail, & dic eis: Cùm vos tranſieritis Jordanem ad regionem Chanaan,*

11 *Nominate has vobis vrbes refugij, vt fugiat ad eas omnis homicida qui occiderit animam per errorem.*

* الفصل الخامس والثلثون *

1 وكلم الله موسي في بيدا ماب * علے اردن ريحا قايلا *

2 مر بنے اسرايل ان يعطوا للّيوانيين من نحلة حوزهم قرے يسكنوها * وافنية لها حوالَيها تعطوهم اياها *

3 فتكون القرے مواضع سكني لهم * وافنيتها لبهايمهم وسرحهم * وساير حيوانهم * 4 وافنية القرے التي تعطونها اللّيوانيين من خارج حايط القرية * الف ذراع مستديرا *

5 ثم امسحوا من خارج القرية الي المشرق الفي ذراع * والي جهة الجنوب الفي ذراع * والي جهة المغرب الفي ذراع * والي جهة الشمال الفي ذراع * والقرية في وسطها * فذلك يكون لهم افنية القرے *

6 والقري التي تعطونها اللّيوانيين * منها ست قري الحمي * التي تعزلونها ليهرب اليها القاتل * واضيفوا اليها اثنين واربعين قرية *

7 فتصير جميع القري التي تعطوهم ثماني واربعين قرية وافنيتها *

8 فهذه القرے التي تعطوهم من حوز بنے اسرايل * فمن احد كثيرا فكثروا * ومن احد قليلا فقللوا * وليعط كل رجل علے قدر نحلته *

9 وكلم الله موسي قايلا * 10 مر بنے اسرايل وقل لهم * اذا انتم جزتم الاردن الي بلد كنعان * 11 فسموا لكم ذلك قرے حمي * يهرب اليها كل قاتل قتل نفسا سهوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXV.

PRæterea locutus eſt Dominus Moſi in valle Moab iuxta Iordanem Iericho, dicens. 2 Præcipe filiis Iſrael
vt tradant Leuitis de hæreditate poſſeſſionis ſuæ vrbes ad habitandum: Suburbana quoque vrbibus cir-
cum ipſas dabitis Leuitis. 3 Vrbes autem illæ erunt eis in habitationem; ſuburbana verò earum erunt pro
iumentis, & pro ſubſtantia eorum, & pro omnibus beſtiis eorum.
4 Et ſuburbana vrbium quas dabitis Leuitis, erunt à muro ciuitatis extrinſecus, mille cubitorum per cir-
cuitum. 5 Dimetiemini igitur extra vrbem à plaga Orientali duo millia cubitorum, & à plaga meridiana
duo millia cubitorum, & à plaga occidentali duo millia cubitorum, & à plaga ſeptentrionali duo millia cubito-
rum; vrbs autem erit in medio. Hæc erunt vobis ſuburbana vrbium. 6 De vrbibus autem quas dabitis Le-
uitis ſex erunt refugij, quas dabitis vt fugiat illuc homicida: Dabitis etiam præter has quadraginta duas vrbes.
7 Vrbes omnes quas dabitis Leuitis quadraginta & octo vrbes erunt, ipſas & ſuburbana earum.
8 Quod ad vrbes quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſrael, ab eo qui plures habet, plures accipietis; ab eo
verò qui pauciores, diminuetis. Vnuſquiſque pro ratione poſſeſſionis ſuæ quam poſſidet dabit de vrbibus ſuis
Leuitis. 9 Deinde locutus eſt Dominus Moſi dicens,
10 Loquere filiis Iſrael, dices autem eis: Cum tranſieritis Iordanem in terram Chanaan.
11 Tum conſtituetis vobis ciuitates: ciuitates refugij erunt vobis, quò fugiet homicida qui percuſſit ani-
mam per errorem.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

12 Et erunt vobis eiuſmodi oppida aſylum ab vlciſcente vindictam ſanguinis : & non interficietur homicida, donec ſtet coram cœtu in iudicio. 13 De oppidis autem quæ dabitis, ſex oppida refugij erunt vobis. 14 Tria oppida date trans Iordanem, & tria oppida date in terra Chanaan. Oppida refugij erunt
15 Filijs Iſrael, & ei qui conuertetur ad me, atque iis qui commorantur inter vos. Et erunt vobis ſex oppida iſta in locum refugij, ut ad ea confugiat quicunque animam interfecerit per errorem. 16 Quòd ſi inſtrumento ferreo percuſſit eum vt moreretur, & *reuera* mortuus eſt, homicida eſt: nece interficiatur homicida ille.
17 Et ſi lapide manu *iacto* feriat eum adhoc vt moriatur, & quidem moriatur, morte multetur homicida ille. 18 Aut inſtrumento ligneo manu *arrepto* percutiat eum vt moriatur, & moriatur, homicida eſt: morte plectatur homicida ille. 19 Vltor ipſe vindictæ ſanguinis interficiet homicidam, quandocunque offenderit eum. 20 Et ſi odio percuſſerit eum, aut fraudulenter *aliquid* iecerit in eum, & moriatur, homicida eſt. 21 Ex inimicitia percuſſit eum manu ſua vt moreretur, & mortuus eſt, homicida eſt: morte multetur. vltor ipſe vindictæ ſanguinis interficiet homicidam, quandocunque offenderit eum. 22 Si verò ſubitò abſque inimicitia percuſſerit eum, aut iecerit in eum quodcunque inſtrumentum ſine dolo. 23 Aut quemcunque lapidem necis *inferendæ capacem*, ipſo non vidente, iecerit in eum ac mortuus fuerit, nec tamen fuerit inimicus eius, neque malum eius intenderet:
24 Iudicet congregatio inter homicidam, & vindicem vltionis ſanguinis ſuper cauſis huiuſmodi.

VERSIO SAMARITANA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

12 *Eiuſmodi enim vrbes defendent eum à protectore, & non occidetur, donec ſtet coram cœtu, & iudicent illum in ea re.*
13 *Et ex vrbibus quas ſegregabitis ad vrbes confugij,*
14 *Sint vobis tres à tranſitu Iordanis, & tres in regione Chanaan:*
15 *Vt ſint vrbes confugij filiis Iſrail, & peregrino aduenæ inter vos, fugiatque ad illas quicunque occiderit animam inaduertenter.*

16 *Verùm ſi percuſſerit eum inſtrumentis ferreis, occideritque illum, eſt homicida dignus nece.*
17 *Et ſi percuſſerit eum lapide pugillari talis menſuræ vt per illum mori poſſet, interfeceritque eum, eſt homicida dignus occiſione.*
18 *Vel percuſſerit eum inſtrumento ligneo pugillari, talis menſuræ vt per illud mori poſſet, & occiderit eum, eſt homicida nece dignus.*
19 *Et protector ſanguinis ipſe interficiet eum (cùm inciderit in illum) iuſtè.*
20 *Et ſi impulerit eum per odium, aut proiecerit ſuper eum aliquid conſultò, & occiderit eum:*

21 *Aut percuſſerit eum manu ſua ex inimicitia, & interfecerit eum, homicida eſt dignus occiſione: & protector ſanguinis interficiet eum (cùm offenderit illum) iuſtè.*
22 *Quòd ſi impulerit eum ex improuiſo abſque odio, vel proiecerit in eum inſtrumentum aliquod non conſultò,*
23 *Vel cadere fecerit ſuper illum qualemcunque lapidem inſcius, & mortuus fuerit, tamen ipſe in hoc non eſt inimicus eius, nec volens malum illius:*
24 *Iudicet congregatio inter occiſorem & inter protectorem ſanguinis, in huiuſcemodi cauſis.*

12 فيكون تلك القرى تحميه من الولي * ولا يقتل حتى
يقوم بين يدي الجماعة * فيحكموا عليه بذلك *
13 والقرى التي تعزلونها قرى حمى *
14 فلتكن لكم ثلاث منها من عبر الاردن * وثلاث منها في
بلد كنعان *
15 تكون قرى حمى لبني اسرايل والغريب الداخل فيما
بينكم * يهرب اليها كل من قتل نفسا سهوا *
16 واما ان كان ضربه بالة حديد فقتله * فهو قاتل يستحق
القتل * 17 وان ضربه بحجر مقبوض بمقدار ما يموت به
فقتله * فهو قاتل يستحق القتل *
18 او ضربه بالة خشب مقبوض بمقدار ما يموت به فقتله *
فهو قاتل يستحق القتل *
19 وولي الدم هو يقتله اذا صادفه * بحق *
20 وان دفعه بشناة * او طرح عليه شيا بتعمد فقتله *
21 او ضربه بيده بعداوة فقتله * فهو قاتل يستحق القتل * وولي
الدم يقتله اذا فاجاه * بحق *
22 وان دفعه بغتة بلا بغضة * او طرح عليه الة بغير
تعمد *
23 او اوقع عليه اي حجر كان بلا علم فمات * وهو في ذلك
ليس بعدو له * ولا طالب شره * 24 فلتحكم الجماعة بين
القاتل وبين ولي الدم بهذه الاحكام *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Erunt autem vobis vrbes illæ in refugium à propinquo, vt non moriatur homicida donec ſtiterit ſe in conſpectum Congregationis ad iudicium. 13 Vrbeſque quas dabitis, ſex vrbes erunt refugij vobis.
14 Tres vrbes dabitis cis Iordanem, tres quoque vrbes dabitis in terra Chanaan: Vrbes refugij erunt.
15 Filiis Iſrael, & peregrino, & inquilino in medio eorum erunt ſex illæ vrbes in refugium, vt illuc fugiat qui-
cunque percuſſerit animam per errorem. 16 Quod ſi cum inſtrumento ferreo percuſſerit eum, & mortuus
fuerit, homicida eſt: morte morietur homicida. 17 Si verò lapide ex manu quo moriatur, percuſſerit eum,
morietur etiam; homicida eſt: morte morietur homicida. 18 Si quoque inſtrumento ligneo ex manu quo
moriatur percuſſerit eum, morietur etiam; homicida eſt: morte morietur homicida.
19 Vindex ſanguinis ipſe interficiet homicidam: cum occurrerit ei, ipſe interficiet eum.
20 Quod ſi per odium impulerit eum, aut ipſe immiſerit quodcunque aduerſus eum ex induſtria, & mor-
tuus fuerit. 21 Aut per inimicitiam percuſſerit eum manu ſua, & mortuus fuerit, morte morietur per-
cuſſor; homicida eſt: vindex ſanguinis interficiet homicidam cum occurrerit ei.
22 Si verò derepente ſine immicitia impulerit eum, aut immiſerit aduerſus illum quodcunque vas ſine pro-
poſito. 23 Aut quemuis lapidem quo moriatur quem non viderat, cecideritque ſuper eum & moriatur,
ipſe autem non erat illi inimicus, neque quærebat illi malè facere. 24 Tunc iudicabunt Congregatio inter
percuſſorem, & inter vindicem ſanguinis iuxta iudicia iſta.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

25 Liberetque congregatio homicidam à vindice vltionis ſanguinis, & remittat eum congregatio ad ciuitatem refugij, ad quam confugerat : & manebit in ea quoad moriatur ſummus ſacerdos qui vnctus eſt oleo ſanctitatis.

26 Quòd ſi egrediatur homicida extra limitem ciuitatis refugij, ad quam perfugerat,

27 Reperiatque illum vindex vltionis ſanguinis extra limites ciuitatis refugij, & interficiat vindex vltionis ſanguinis homicidam : nulla erit in eum actio.

28 Propterea in ciuitate refugij commoretur, donec moriatur ſummus ſacerdos : & cùm mortuus fuerit ſummus ſacerdos, reuertetur homicida in terram hæreditatis ſuæ.

29 Sint autem vobis hæc legi ſempiternæ ad generationes veſtras, in cunctis locis habitationis veſtræ.

30 Quicunque interfecerit animam, ad depoſitionem teſtium interficiatur talis homicida: at teſtis vnus non teſtificabitur aduerſus animam vt moriatur.

31 Et ne recipiatis munus pro anima homicidæ qui reus eſt mortis, ſed morte plectatur.

32 Neue receperitis munus, quatenus fugere ſibi liceat ad *aliquam* ciuitatem refugij, & abiens commoretur in terra *illa* quoad moriatur ſacerdos magnus.

33 Et ne polluatis terram in qua vos habitatis. nam ſanguis terram polluit, & terra in qua ſanguis effuſus eſt, non expiabitur niſi effundatur in ea ſanguis eius qui illum effudit.

34 Ne igitur contaminetis terram in qua vos degitis, quam ego inhabito : ego enim ſum Dominus qui habito inter filios Iſrael.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

25 *Et liberet hunc occiſorem ab hoc protectore, & remittat eum ad vrbem confugij ſui ad quam aufugerat, & maneat in illa vſque ad tempus mortis ſacerdotis magni qui vnctus eſt oleo ſanctitatis.* 26 *Et ſi ipſe egrediatur extra terminum vrbis confugij ſui ad quam fugerat,*

27 *Inueniatque illum protector extra terminum vrbis refugij ſui, atque interficiat eum: non habebit ius vindictæ.*

28 *Sedeat ergo in vrbe refugij ſui, quouſque moriatur ſacerdos magnus, & poſtea reuertetur in terram poſſeſſionis ſuæ.*

29 *Et ſint vobis hæc præcepta iudicij per decurſum generationum veſtrarum in omnibus habitationibus veſtris.*

30 *Omnis qui occiderit animam conſultò, ad dictum duorum teſtium interficite eum; at verò teſtis vnus non teſtificabitur contra eum, vt occidatur.*

31 *Et ne accipiatis multam pro anima homicidæ qui dignus eſt nece, ſed occiſione occidatur.*

32 *Et ne accipiatis etiam ab eo multam, & fugere faciatis eum ad aliquam ex vrbibus confugij, vt reuertatur & habitet in regione poſt mortem ſacerdotis.*

33 *Et ne coinquinetis regionem in qua eſtis, quia ſanguis coinquinat eam; & non remittetur illi* homicidæ *ſanguis quem fudit, niſi per ſanguinem effundentis illum.*

34 *Et ne contaminetis regionem in qua commoramini, in qua ſplendor meus habitat: ego enim ſum Deus, cuius ſplendor habitans eſt inter filios Iſrail.*

25 ويخلص هذا القاتل من هذا الولي * ويرده الي قرية حماه
التي هرب اليها * ويقيم فيها الي حين موت الامام الكبير الذي
مسح بدهن القدس *

26 وان هو خرج عن حد قرية حماه التي هرب اليها *

27 فوجده الولي خارج حد قرية حماه فقتله * فلا ثار له *

28 فليجلس في قرية حماه الي ان يموت الامام الكبير * وبعد
ذلك يرجع الي ارض حوزه *

29 فلتكن هذه لكم رسوم حكم على مر احيالكم * في
جميع مساكنكم *

30 كل من قتل نفسا عامدا * فبقول شاهدين فاقتلوه * فاما
شاهد واحد فلا يشهد عليه فيقتل *

31 ولا تاخذوا دية عن نفس قاتل يجب عليه القتل * بل قتلا
يقتل *

32 ولا تاخذوا منه ايضا دية فتهربوه الي بعض قرى الحمى *
فيعود فيسكن البلد بعد موت الامام *

33 ولا تدنسوا البلد الذي انتم فيه * لان الدم يدنسه *
ولا يغفر له الدم الذي سفكه الا بدم سافكه *

34 ولا تنجسوا البلد الذي انتم مقيمون به الذي
نوري ساكن فيه * فاني الله نوري ساكن فيما بين بني
اسرائيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Liberabuntque Congregatio percuſſorem de manu vindicis ſanguinis, & reuerti facient eum Congregatio ad vrbem refugij ſui quò fugerat, & in ea habitabit vſque ad mortem ſacerdotis magni qui vnctus eſt oleo ſancto. 26 Si autem egrediendo egreſſus fuerit homicida fines vrbis refugij ſui ad quam confugerat.

27 Deprehenderitque eum vindex ſanguinis extra fines vrbis refugij ſui, occideritque vindex ſanguinis homicidam, ſanguinis non erit reus. 28 Nam in ciuitate refugij ſui habitabit, donec moriatur ſacerdos magnus; poſtquam autem mortuus fuerit ſacerdos magnus, reuertetur homicida in terram poſſeſſionis ſuæ.

29 Hæc autem erunt vobis in legem iudicij in generationibus veſtris per omnes habitationes veſtras.

30 Quicunque percutiet animam, in ore teſtium occidetur homicida ille; nec teſtis vnus teſtabitur in animam vt moriatur. 31 Neque accipietis pretium redemptionis pro anima homicidæ qui reus eſt mortis, ſed morte morietur. 32 Neque accipietis pretium vt quis fugiat in vrbem refugij ſui, quo reuertatur ad habitandum in terra cum mortuus fuerit ſacerdos magnus.

33 Vt non contaminetis terram in qua habitatis: ſanguis enim iſte contaminat terram; neque terræ fiet expiatio propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effudit.

34 Non polluetis igitur terram in qua habitatis, quia ego habito in medio eius: Ego enim ſum Dominus habitans in medio filiorum Iſrael.

CAPVT XXXVI.

ACceſſerunt autem capita patrum familiæ
filiorũ Gelaad filij Machir, filij Manaſſe,
de familia Manaſſe filij Ioſeph, & locuti ſunt
coram Moſe, & coram Eliazar ſacerdote, &
coram magnatibus congregationis, capitibus
patrum filiorum Iſrael: 2 Et dixerunt, Domi-
no noſtro præcepit Dominus vt per ſortes da-
retur filiis Iſrael terra in hæreditatem: & do-
mino noſtro iuſſum eſt à Domino vt hæredita-
tem Salphehad fratris noſtri daret filiabus eius.
3 Quòd ſi fiant alicui de tribubus filiorum
Iſrael vxores, minuetur hæreditas earum ab ea-
rum patris hæreditate, & adjicietur hæreditati
illarum tribuum quibus fient *vxores*, atque ita
de ſorte hæreditatis noſtræ diminuetur.
4 Cùmque aduenerit annus reuerſionis filiis
Iſrael, accedet hæreditas earum ad hæredi-
tatem tribuum quibuſcum matrimonium ini-
bunt, & de hæreditate tribus patris earum, ipſa-
rum hæreditas detrahetur. 5 Præcepit itaque
Moſes filiis Iſrael ex verbo oris Domini, &
dixit, Rectè loquitur tribus filiorum Ioſeph.
6 Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus de
filiabus Salphehad, dicens, Cuicunque libuerit
in oculis earum, nubant: verùm tribui familiæ
patris ſui nubant. 7 Et *ſic* non deuoluetur hæ-
reditas filiorum Iſrael à tribu ad tribum aliam,
ſed quilibet ex filiis Iſrael hæreditati tribus pa-
tris ſui hærebit. 8 Et quæcunque filia hæredi-
tatem poſſederit in tribu filiorum Iſrael, alicui
ex tribu domus patris ſui nubat, vt poſſideat
quiſque filiorum Iſrael hæreditatem patris ſui,
9 Et non prouoluatur hæreditas à tribu ad
tribum aliam, ſed vnuſquiſque de tribubus
filiorum Iſrael hæreditati ſuæ adhæreat.
10 Quemadmodum ergo præcepit Domi-
nus Moſi, ita fecerunt filiæ Salphehad.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

CAPVT XXXVI.

ET acceſſerunt principes patrum familiarum filiorum Gelaad filij Machir, filij Manaſſe de familiis filiorum Ioſeph, & dixerunt coram Muſa, & principibus patrum filiorum Iſrail:
2 *Deus mandauit domino noſtro vt regionem per ſortes daret in poſſeſſionem filijs Iſrail. & iuſſum quoque tibi fuit vt dares poſſeſſionem Salphehad fratris noſtri filiabus eius.*
3 *Timemus ergo ne fiant vxores cuipiam ex tribubus filiorum Iſrail, & deficiat poſſeſſio earum ex poſſeſſione patrum noſtrorum, & adiungatur ſorti eius tribus ex qua nubent, fiatque ſors poſſeſſionis noſtræ manca.*
4 *Vel ſaltem cum aduenerit Remiſſio filiis Iſrail, manebit omnino pars earum adiecta portioni tribus ex qua nubent, & dempta ex portione noſtra.*
5 *Præcepit igitur Muſa filiis Iſrail ex ſermone Dei, & ait illis: Rectum eſt quod dixit tribus filiorum Ioſeph.*
6 *Et hoc eſt quod mandauit Deus in cauſa filiarum Salphehad. Nubant ei qui placuerit ipſis, ſed oportet ut ſit ex tribu patrum earum:*
7 *Ne vagetur hæc poſſeſſio inter filios Iſrail à tribu ad tribum, ſed adhæreat vnaquæque tribus eorum poſſeſſioni patrum ſuorum.*
8 *Et ſimile eſto iudicium cuiuſlibet filiæ quæ hæreditabit poſſeſſionem ab aliqua tribu filiorum Iſrail. Fiat enim alicui ex familia tribus patrum ſuorum coniux, vt hæreditet qualibet tribus ex eis poſſeſſionem patrum ſuorum,*
9 *Et non vagetur vlla poſſeſſio, quæcunque illa fuerit, ab una tribu ad tribum aliam, ſed adhæreat vnaquæque tribus ex filiis Iſrail poſſeſſioni ſuæ.*
10 *Fecerunt ergo filiæ Salphehad quod præcepit Deus Muſæ.*

* الفصل السادس والثلثون *

1 ثم تقدم رؤساء آباء عشيرة بني جلعاد بن ماخير بن منشا
من عشائر بني يوسف * فقالوا بين يدي موسى ورؤساء آباء
بني اسرائيل * 2 ان الله امر سيدنا ان يعطي البلد نحلة
بسهام بني اسرائيل * وامرت ايضا بان تدفع نحلة صلفحاد اخينا
الى بناته * 3 فنخاف ان يصرن نساء لواحد من اسباط بني
اسرائيل * فتنقص نحلتهن من نحلة آبائنا * وتزيد على حصة السبط
الذي يتزوجن منه * فيكون سهم نحلتنا منقوصا *
4 ولو حتى يوافي الاطلاق بني اسرائيل * لبقيت حصتهن مزيدة
على حصة السبط الذي يتزوجن منه * وناقصة من حصتنا *
5 فامر موسى بني اسرائيل عن قول الله وقال لهم * نعم ما قال
سبط ولد يوسف * 6 وهذا ما امر الله به في حكم بنات
صلفحاد * يتزوجن بمن حسن عندهن * لكن يجب ان يكون
من عشيرة سبط ابيهن *
7 حتى لا تدور هذه النحلة لبني اسرائيل من سبط الى سبط *
بل يلزم كل سبط منهم نحلة آبائه *
8 وكذلك حكم كل بنت ترث نحلة من اسباط بني اسرائيل *
فلتكن لاحد عشيرة سبط آبائها زوجة * لكي يرث كل سبط منهم
نحلة آبائه * 9 ولا تدور اية نحلة كانت من سبط الى سبط
آخر * بل يلزم كل سبط من بني اسرائيل نحلته *
10 فصنع بنات صلفحاد مما امر الله به موسى *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXXVI.

ACceſſerunt autem principes Patrum familiæ filiorum Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, de familiis filiorum Ioſeph, locutique ſunt in conſpectu Moſis, & in conſpectu principum, capitum patrũ filiorum Iſrael.
2 Et dixerunt, Domino meo præcepit Dominus vt ſorte daret terram in hæreditatem filiis Iſrael; at Dominus meus præcepit per Dominum dare poſſeſſionem Salphaad fratris noſtri filiabus eius.
3 Itaque nubentibus illis alicui de filiis tribuum filiorum Iſrael, tunc auferetur hæreditas earum de hæreditate patrum noſtrorum, & addetur hæreditati tribus cui nupſerint, & de ſorte hæreditatis noſtræ minuetur.
4 Quumque aduenerit iubilæus filiis Iſrael, tunc addetur hæreditas earum hæreditati tribus cui nupſerint, & de hæreditate tribus Patrum noſtrorum minuetur hæreditas earum.
5 Præcepit igitur Moſes filiis Iſrael iuxta ſermonem Domini, dicens: Rectè tribus filiorum Ioſeph locuta eſt.
6 Hæc eſt res quam præcepit Dominus filiabus Salphaad, dicens: Vt placitum fuerit in oculis earum ſint in vxores; verumtamen familiæ tribus patris ſui ſint in vxores.
7 Vt non circumagatur hæreditas filiorum Iſrael de tribu in tribum: vnuſquiſque enim filiorum Iſrael hæreditati patrum ſuorum adhærebunt.
8 Omnis ideo filia poſſidens hæreditatem de tribubus filiorum Iſrael, alicui de familia tribus patris ſui erit in vxorem, vt poſſideant filij Iſrael ſinguli hæreditatem Patrum ſuorum.
9 Et non circumagatur hæreditas de tribu in tribum aliam, ſed vnuſquiſque ex tribubus filiorum Iſrael hæreditati ſuæ adhæreant.
10 Sicut præcepit Dominus Moſi, ſic fecerunt filiæ Salphaad.

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

[illegible]

11 Nupſeruntque Mahla, & Terſa, & Hagla, & Melcha, & Ioa filiæ Salphehad filiis patruorum ſuorum.

12 *Videlicet* familiis filiorum Manaſſe filij Ioſeph nupſerunt, & acceſſit hæreditas earum ad tribum familiæ patris ſui.

13 Hæc ſunt præcepta & leges atque iudicia quæ præcepit Dominus per Moſen ſuper filios Iſrael in Arboth-Moab quæ eſt ſecus Iordanem Iericho.

Continentur hoc in libro Numerorum, qui locum in Lege quartum occupat, verſus ter mille quingenti ac viginti vnus.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

[illegible]

11 *Et factæ ſunt Mahla, & Terſa, & Hagla, & Melca, & Noa filiæ Salphehad, vxores filiis patruorum ſuorum,*

12 *Qui erat ex familia filiorum Manaſſe filij Ioſeph: manſitque poſſeſsio earum in familia tribus patris ſui.*

13 *Iſta ſunt præcepta & iudicia quæ mandauit Deus Muſæ in deſerto Moab prope Iordanem Riha.*

Finis libri quarti, libri videlicet Numeri filiorum Iſrail.

Laus Deo perennis & ſempiterna.

11 فصارت محلا * وترصا * وحغلا * وملكا * ونوعا بنات
صلفحاد ازواجا لبني اعمامهن *
12 الذين من عشيرة بني منشا بن يوسف * فبقيت نحلتهن
في عشيرة سبط ابيهن *
13 هذه الوصايا والاحكام التي امر الله بها موسي في بيدا
ماب * على اردن ريحا *

* تم السفر الرابع * وهو سفر عدد بني اسرايل *
* والحمد لله دايما ابدا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Nupſerunt itaque Maala, & Noa, Egla, Melcha, & Terſa filiæ Salphaad filiis patruorum ſuorum.

12 Iis qui erant de familia filiorum Manaſſis filij Ioſeph fuerunt in vxores, pertinuitque hæreditas earum ad tribum de familia patris earum.

13 Hæc ſunt mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus per manum Moſis filiis Iſrael in valle Moab iuxta Iordanem Iericho.

Iſte Liber quartus, ſectionum eſt centum & octodecim.

[illegible]

REPETITIO LEGIS,

LIBER QVINTVS LEGIS.

CAPVT PRIMVM

HI autem ſunt ſermones quos dixit Moſes ad vniuerſum Iſraelem cis Iordanem, in deſerto, in Araba, è regione Suph, inter Pharan & Beth-tophel, & Libanum, & Haſroth, & Dizahab, [2] Itinere vndecim dierum ab Horib verſus montem Seir, & vſque ad Recem ſuperbam. [3] Et factum eſt anno quadrageſimo, menſe vndecimo, primo die menſis, vt loqueretur Moſes cum filiis Iſrael omnia quæ præceperat ei Dn̄s de ipſis: [4] Poſtquam interfecerunt Sihon regem Amoræorum qui habitabat in Heſbon, & Og regem Mathnin qui habitabat in Aſtaroth & in Ardei: [5] Cis Iordanem in terra Moab, cœpit Moſes explanare legem iſtam, ac dicere: [6] Dominus Deus noſter dixit nobis in Horib, Sat ſuperque manſiſtis in monte iſto: [7] Conuertimini, & diſcedentes ingredimini ad montem Amoræorum & ad omnia *loca* illi circuniacentia, ad Araba, & ad montem, & ad vallem, & ad Meridiem, & ad oras maritimas, terram Chananæorum, & Libanum, vſque ad fluuium magnum, fluuium Euphratem. [8] Videte quòd dederim ante vos terram, ingredimini, & poſſidete terram quam iurauit Dominus patribus veſtris Abrahæ Iſahac & Iacobo daturum ſe eis & ſemini eorum poſt eos. [9] Et dixi vobis in eodem illo tempore, Non poſſum ego ſolus vos ſuſtinere.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

IN NOMINE DEI MISERICORDIS
& clementiſſimi.

Liber quintus, nempe Liber Repetitionis.

CAPVT PRIMVM

HÆc ſunt colloquia qui-
bus allocutus eſt Muſa
filios Iſrail trans Iorda-
nem, in deſerto horrido,
è regione maris rubri, in-
ter Pharan, & inter
Tophel, & Laban, &
Haſiroth, & Di-dahab,
2 *Itinere vndecim die-*
rum ab Horib, per viam montis Seir ad Racim-
Barni. 3 *Cùm igitur fuiſſet in anno quadrage-*
ſimo, in prima menſis vndecimi, allocutus eſt Mu-
ſa filios Iſrail de his quæ præceperat ei Deus ad
ipſos, 4 *Poſt expugnatam ab eo regionem Sihon*
regis Amoræorum commorantis in Heſbon, &
Og regis Bathniæ commorantis in Aſtaroth, in
Adreath: 5 *Trans Iordanem, in regione Moab,*
exorſus eſt Moſes declarationem huius Legis, di-
cens: 6 *Deus Dominus noſter dixit nobis in*
Horib: Sufficit vobis mora quam feciſtis *in hoc*
deſerto, 7 *Reuertimini, & diſcedite, atque in-*
gredimini ad montem Amoræi, omneſque vicinos
eius, in vallem, & montem, & planitiem, & Me-
ridiem, & oram maritimam, regionem Chana-
næorum, & Libanum, vſque ad flumen magnum
flumen Euphratem. 8 *Et videte quòd iam po-*
ſuerim regionem inter manus veſtras, aſcendite
& poſſidete eam, prout iurauit Deus patribus ve-
ſtris Ebrahimo Iſahac & Iacobo ſe daturum eam
ipſis & ſtirpi eorum poſt ipſos.
9 *Et dixi vobis in illo tempore: Non valeo*
ſolus ſuſtinere vos.

* بسم الله الرحمن الرحيم *

* السفر الخامس * وهو سفر الاستثناء *

* الفصل الاول *

1 هذه المخاطبات التي كلم بها موسي بني اسرايل في عبر
الاردن * في البرية البيداء * مقابل القلزم * بين فاران * وبين توفل *
ولابان * وحصيروث * وذي الذهب * 2 مسافة احد عشر يوما
من حوريب * علي طريق جبل سعير الي رقيم برنيع *
3 فلما كان في سنة اربعين * في الاول من الشهر الحادي عشر *
كلم موسي بني اسرايل بما امر الله به اليهم * 4 بعد
فتحه لبلد سيحون ملك الاموريين المقيم بحسبون * وعوج ملك
البثنية المقيم في عشتاروث في اذرعات * 5 في عبر الاردن في
بلد ماب امعن موسي في بيان هذه الشريعة قايلا *
6 الله ربنا قال لنا في حوريب * حسبكم المقام في هذا البر *
7 ولّوا * وارحلوا * وادخلوا الي جبل الاموريين * وجميع
جيرانه * في الغور * والجبل * والسهل * والداروم * وساحل
البحر * بلد الكنعانيين * ولبنان * الي النهر الكبير نهر
الفرات *
8 وانظروا اني قد جعلت البلد بين ايديكم * اصعدوا
وحوزوه كما اقسم الله لابايكم ابراهيم واسحاق ويعقوب ان
يعطيهم اياه ونسلهم بعدهم * 9 وقلت لكم في ذلك الوقت
لا استطيع وحدي ان احتملكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

DEVTERONOMII EX PENTATEVCHO
Samaritano Tranſlatio.

CAPVT PRIMVM

HÆc ſunt verba quæ locutus eſt Moſes vniuerſo Iſraeli trans Iordanem in deſerto, in planicie oppoſita
mari rubro, inter Pharan, & inter Thophel, & Laban, & Haſeroth, & auri fodinas.
2 Vndecim dies ſunt ab Horeb per viam montis Seir vſque Cades Barne. 3 Factumque eſt in anno qua-
drageſimo, vndecimo menſe, in prima menſis, vt loqueretur Moſes filiis Iſrael ſecundum omnia quæ præcepe-
rat ei Dominus ad eos. 4 Poſtquam percuſſit Sihon regem Amorrhæorum qui habitabat in Heſebon, &
Og regem Baſan qui habitabat in Aſtaroth in Edrai. 5 Trans Iordanem, in terra Moab cœpit Moſes expli-
care legem hanc, dicens, 6 Dominus Deus noſter locutus eſt nobis in Horeb in hunc modum; Sufficiat vobis
habitaſſe in monte iſto. 7 Reuertimini, & proficiſcimini, & ite in montem Amorrhæorum, & in omnem
viciniam eius; in ſolitudinem, in montem, & in planitiem; ad meridiem, & ad littus maris in terram Chanaan,
& Libani, vſque ad fluuium magnum, fluuium Euphraten. 8 Videte, tradidi in conſpectu veſtro terram
quam iuraui Patribus veſtris, Abraham, Iſaac & Iacob, me daturum ſemini eorum poſt eos.
9 Locutus ſum etiam vobis in illo tempore, dicens: Non potero ſolus ferre vos.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

10 Dominus Deus veſter vos multiplicauit,&
reddidit vos hodie numeroſos quaſi ſtellas quæ
in cælo ſunt. 11 (Dominus Deus patrum
veſtrorum augeat vos pari numero mille vici-
bus, & benedicat vobis, quemadmodum dixit
vobis.) 12 Quo igitur pacto valeam ego ſu-
ſtinere ſolus moleſtiam veſtram, & pondus ve-
ſtrum, & lites veſtras ? 13 Eligite vobis viros
ſapientes, atque prudentes, & notos tribubus
veſtris, & conſtituam eos præpoſitos veſtros.
14 Et reſpondiſtis, ac dixiſtis mihi, Optimus
eſt ſermo quem faciendum dixiſti. 15 Et duxi
principes tribuum veſtrarum, viros ſapientes,&
probatos, & conſtitui eos principes ſuper vos,
tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,
& decuriones, & Scribas pro tribubus veſtris.
16 Præcepi etiam iudicibus veſtris in eo tem-
pore, & dixi eis, Audite *cauſas* inter fratres
veſtros, & iuſtitiam decernite inter virum &
fratrem eius, atque hoſpitem eius. 17 Ne
venerimini vultum *vllius* in iudicio : paruum
æquè ac magnum audite : ne formidetis à
conſpectu viri *cuiuſpiam*, quia iudicium Dei eſt.
Negotium verò quod vos difficultate ſupera-
bit, referte ad me, & audiam illud. 18 Et præ-
cepi vobis eodem tempore res omnes quas age-
re debebatis. 19 Profecti itaque de Horib, am-
bulauimus per totum illud deſertum vaſtum
& horrendum quod vidiſtis in terra montis
Amoræorum, quemadmodum præceperat no-
bis Dn̄s Deus noſter, & venimus vſque ad Re-
cem ſuperbam. 20 Et dixi vobis, Veniſtis vſque
ad montem Amoræorum quem Dn̄s Deus
noſter dedit nobis: 21 Videte quòd dederit Do-
minus Deus veſter in conſpectu veſtro terram,
aſcendite & poſſidete terram, quemadmo-
dum dixit vobis Dominus Deus patrum ve-
ſtrorum : ne formidetis, neque terreamini.

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

10 *Cùm Deus Dominus veſter vos multiplicauerit; ecce enim vos hodie adæquatis ſtellas cæli numero.* 11 *Precorque Deum, Deum patrum veſtrorum, vt augeat vos quales eſtis, mille vicibus, & benedicat vobis ſicut pollicitus eſt vobis.* 12 *Quonam pacto feram ſolus pondus veſtrum, & hiſtorias veſtras, & lites veſtras?* 13 *Adducite viros ſapientes, intelligentes, notos apud tribus veſtras, vt ſtatuam eos principes ſuper vos.* 14 *Reſpondiſtis mihi, & dixiſtis: Quàm conſentaneum eſt vt fiat res iſta cuius mentionem feciſti:* 15 *Tuli ergò de tribubus veſtris ſapientes notos, & conſtitui eos principes ſuper vos, principes millenorum, & principes centenorum, & principes quinquagenorum, & principes denorum, & præfectos ſuper tribus veſtras.* 16 *Et præcepi iudicibus veſtris in illo tempore, & dixi eis: Audite quod fuerit inter fratres veſtros, & iudicate cum iuſtitia inter virum & fratrem ſuum, & hoſpitem ſuum.* 17 *Ne agnoſcatis vultus in iudicio, & audite puſillum quomodo audietis magnum, & ne timeatis quenquam, quia iudicium Dei eſt. Quodcunque verò negotium difficile vobis fuerit, referte ad me, vt conſiderem illud.* 18 *Monui etiam vos in eo tempore de rebus omnibus quas oportet vt faciatis.* 19 *Deinde profecti ſumus de Horib, & perreximus ad illam ſolitudinem maximam & horrendam quam vidiſtis ſecus viam montis Amoræorum, prout mandauerat nobis Deus Dominus noſter, donec veniſſemus ad Racim-Barni:* 20 *Et dixi vobis: Iam deueniſtis ad montem Amoræi quem Deus Dominus noſter daturus eſt nobis.*
21 *Animaduerte, iam poſuit Deus Dominus tuus regionem inter manus tuas, aſcende & poſſide eam vt pollicitus eſt eam tibi Deus patrum tuorum: ne timeas, neque expaueſcas.*

10 إذ الله ربكم كثركم * فهوذا أنتم اليوم ككواكب السماء
كثرة * 11 وأسل الله اله آبائكم أن يزيد فيكم مثلكم
ألف مرة * ويبارك فيكم كما وعدكم * 12 كيف أحمل وحدي
ثقلكم وقصصكم وخصامكم * 13 ايتوا برجال حكماء
فهماء معروفين لأسباطكم * أصيرهم رؤساء عليكم * 14 فأجبتموني
وقلتم * ما أصلح أن يعمل الأمر الذي ذكرته * 15 فأخذت من
أسباطكم حكماء معروفين * فجعلتهم رؤساء عليكم * رؤساء
آلاف * ورؤساء مئين * ورؤساء خمسين * ورؤساء عشرات * وعرفاء
على أسباطكم * 16 وأمرت حكامكم في ذلك الوقت وقلت
لهم * اسمعوا ما بين اخوتكم * واحكموا بالعدل بين الرجل وأخيه
وضيفه * 17 لا تثبتوا الوجوه في الحكم * واسمعوا من الصغير
كسماعكم من الكبير * ولا تحذروا أحدا * فإن الحكم لله *
وأي أمر صعب عليكم * فارفعوه إلي حتى أنظر فيه *
18 وأوصيتكم في ذلك الوقت بجميع الأمور التي يجب أن
تعملوها *
19 ثم رحلنا من حوريب * وسرنا إلى تلك البرية العظيمة المخوفة
التي رأيتموها على طريق جبل الأموريين * كما أمر الله ربنا * حتى
جئنا إلى رقيم برنيع *
20 وقلت لكم * قد جئتم إلى جبل الأموري الذي الله ربنا
معطيناه * 21 أنظر قد جعل الله ربك البلد بين يديك *
اصعد فحزه كما وعدك الله به إله آبائك * لا تخف * ولا تذعر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Dominus Deus veſter multiplicauit vos. Ecce enim eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli præ multitudine.
11 Dominus Deus patrum veſtrorum adijciat ſuper vos, quemadmodum eſtis mille vicibus, & benedicat vobis ſicut locutus eſt vobis.
12 Quomodo feram ſolus negotia veſtra, onus veſtrum, & lites veſtras?
13 Date vobis viros ſapientes, & intelligentes, & ſcientes è tribubus veſtris; & ponam eos in capita veſtra.
14 Reſpondiſtis autem mihi, & dixiſtis; bona res eſt quam dixiſti faciendam eſſe.
15 Tunc ſumpſi capita tribuum veſtrarum viros ſapientes, & ſcientes, & conſtitui illos capita ſuper vos; Chiliarchos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decuriones, & Præfectos per tribus veſtras.
16 Præcepi quoque iudicibus veſtris in tempore illo, dicens: Audite inter fratres veſtros, vt iuſtè iudicetis inter virum & inter fratrem eius, atque inter peregrinum eius.
17 Non agnoſcetis faciem in iudicio: ſicut paruum, ſic magnum audietis. Non formidabitis faciem cuiuſquam, nam iudicium Dei hoc eſt: cauſam autem quæ difficultate vos ſuperabit, ad me deferetis, & illam audiam.
18 Præcepi præterea vobis in tempore illo omnia quæ facturi eratis.
19 Poſtea profecti ſumus ex Horeb, & perambulauimus omne hoc deſertum magnum, & formidabile quod vidiſtis, per viam montis Amorrhæi, ſicut præceperat nobis Dominus Deus noſter, & venimus vſque Cades Barne.
20 Tum dixi vobis; venimus vſque in montem Amorrhæi quem Dominus Deus noſter tradidit nobis.
21 Vide, dedit Dominus Deus tuus in conſpectu tuo terram hanc: Aſcende, poſſide, ſicut locutus eſt Dominus Deus patrum tuorum. Ito, ne timeas, neque paueas.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

22 Vos autem acceſſiſtis ad me omnes, & di-
xiſtis, Mittamus viros, & explorent nobis ter-
ram, dentque nobis reſponſum, & indicent
nobis viam per quam eundum ſit nobis, & ciui-
tates quas ingredi debeamus. 23 Et gratus fuit
ſermo in oculis meis, & accepi ex vobis duode-
cim viros, ſingulos viros ex *vnaquaque* tribu.
24 Qui conuerſi conſcenderunt montem, &
aſcenderunt vſque ad torrentem Botri, & ex-
plorauerunt terram. 25 Et ſumentes manibus
ſuis de fructibus terræ, attulerunt ad nos, & re-
ſponſum dederunt nobis dicentes, Bona eſt ad-
modum terra quam dat nobis Dominus Deus
noſter. 26 At noluiſtis aſcendere, ſed exaſpe-
raſtis verbum oris Domini Dei noſtri, 27 Et
murmurantes de tabernaculis veſtris dixiſtis,
Quia odit nos Dominus, eduxit nos de terra
Ægypti vt traderet nos in manum Amoræo-
rum, & perderet nos. 28 Quò aſcendemus
nos? fratres noſtri fregerunt cor noſtrum, &
dixerunt nobis, Populus ille maior & excelſior
ac fortior nobis eſt, & ciuitates maximæ ſunt,
& vallatæ vſque ad cælum, quin & filios gi-
gantum vidimus illic. 29 Et dixi vobis, Ne ti-
meatis, neque formidetis eos. 30 Dominus
Deus veſter incedit ante vos, & ipſe pugnabit
pro vobis, iuxta omnia quæ fecit vobiſcum, in
Ægypto, vobis ſpectantibus,
31 Et in deſerto; vidiſtis enim quòd nutrierit vos Dominus Deus veſter, ſicut nutrit vir filium ſuum, in tota terra per quam iuiſtis, donec veniretis in locum iſtum.
32 Et ne per hunc quidem ſermonem credebatis in Dominum Deum veſtrum,
33 Qui incedebat ante vos in via, vt præpararet vobis locum in quo caſtra figeretis. Igne noctu indicauit vobis viam per quam incederetis, & nube interdiu.

VERSIO-SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

21 *Acceſſerunt autem ad me multi ex vobis, & dixerunt: Mittamus viros ante nos qui explorent nobis regionem, & reddant nobis reſponſum de via per quam aſcendamus, & vrbibus ad quas ingrediamur.*
23 *Pergratum fuit hoc mihi, & tuli ex vobis duodecim viros, è ſingulis tribubus vnum.*
24 *Qui conuerſi aſcenderunt in montem, & deuenerunt ad vallem botri, eamque explorauerunt.*
25 *Et ſumpſerunt ſecum de fructibus regionis, & attulerunt eos ad nos, & reddiderunt nobis reſponſum, ac dixerunt: Sanè regio quam Deus daturus eſt nobis, optima eſt.*
26 *Nihilominus noluiſtis aſcendere ad eam, & contradixiſtis præcepto Dei Domini veſtri,*
27 *Et turmatim coaceruati in tentoriis veſtris, dixiſtis: Ex odio Dei erga nos eduxit nos è regione Ægypti, vt proderet nos in manus Amoræorum, vt abſumant nos.*
28 *Quònam aſcenſuri ſumus? ſiquidem fratres noſtri liquefecerunt corda noſtra dicendo quòd populus ille copioſior & excelſior ſit nobis, & quòd vrbes eorum magnæ ſint atque munitæ, cælum attingentes: quinetiam filios gigantum vidimus ibi.*
29 *Dixi vobis: Ne formidetis eos, neque metuatis illos.*
30 *Deus Dominus veſter cuius lumen graditur ante vos, ipſe pugnabit pro vobis, quemadmodum fecit in Ægypto in præſentia veſtra,*
31 *Et quemadmodum vidiſtis in ſolitudine, ex eo quòd Deus Dominus veſter portauerit vos vt portat vir natum ſuum pietate motus, in quacunque via per quam iterfeciſtis, donec veniretis ad hunc locum.*
32 *Et per res huiuſmodi nonne credetis in Deum Dominum veſtrum,*
33 *Cuius lumen graditur ante vos per viam, vt præparet vobis locum pro habitatione veſtra: & quidem per ignem noctu, vt oſtendat vobis iter per quod ambuletis, & per nubem interdiu?*

22 فتقدم الي كثير منكم فقالوا * نبعث برجال بين ايدينا
يرومون لنا البلد * ويردون علينا جوابا عن الطريق الذي
نصعد فيه * والقرى التي ندخل اليها *
23 فحسن ذلك عندي * فاخذت منكم اثني عشر رجلا *
من كل سبط واحدا * 24 فولوا وصعدوا الي الجبل * وجاوا
الي وادي العنقود * وجسوه *
25 واخذوا معهم من ثمر البلد * واحدروا به الينا * وردوا علينا
جوابا وقالوا * ان البلد الذي الله معطيناه جيد *
26 فلم تشاوا الصعود اليه * وخالفتم امر الله ربكم *
27 وتكدستم في اخبيتكم وقلتم * من شناة الله ايانا
اخرجنا من بلد مصر ليسلمنا في يدي الاموريين فيفنونا *
28 الي اين نحن صاعدون * واخوتنا اذابوا قلوبنا بقولهم ان القوم
اكثر وارفع منا * وان قراهم كبار وحصينة * تداني السماء *
حتى بني الجبابرة رايناهم ثم * 29 فقلت لكم * لا تهابوهم * ولا تخافوهم *
30 الله ربكم السائر بين ايديكم هو يحارب عنكم *
كما صنع بمصر بحضرتكم * 31 وكما رايتم في البر من ان
الله ربكم حملكم كما يحمل المرء ولده اشفاقا * في كل طريق
سرتم فيها * الي ان جيتم الي هذا الموضع * 32 وفي هذا الامر
افلا تومنون بالله ربكم * 33 السائرون امامكم في
الطريق ليصلح لكم مكانا لنزولكم * وبالنار ليلا ليريكم الطريق
الذي تسلكونه * وبالغمام نهارا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Et acceſſiſtis ad me vos omnes, & dixiſtis: Mittamus viros ante nos, & explorent nobis terram, & referant nobis negotium; iter per quod aſcendemus ad eam, vrbes quoque ad quas veniemus.
23 Cum autem res placeret oculis meis, accepi ex vobis duodecim viros, virum vnum pro tribu.
24 Qui expediti aſcenderunt in montem, & venerunt vſque ad vallem Botri, vt explorarent eam.
25 Et acceperunt in manibus ſuis de fructu terræ, quem attulerunt nobis, retuleruntque nobis verbum, dicentes: Bona eſt terra quam Dominus Deus noſter dedit nobis.
26 At noluiſtis aſcendere, ſed rebellaſtis in verbum Domini Dei veſtri.
27 Et murmuraſtis in tabernaculis veſtris, & dixiſtis, odio noſtri Dominus eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manum Amorrhæi ad nos exterminandum.
28 Quo nos aſcendemus, cum fratres noſtri diſſoluerint cor noſtrum, dicentes, populus maior eſt, & numeroſior nobis; vrbes quoque magnæ ſunt, & munitæ vſque ad cœlos, atque etiam filios Ænacim vidimus ibi?
29 Tum dixi vobis, ne formidetis, neque terreamini ab iis.
30 Dominus Deus veſter qui incedit ante faciem veſtram, ipſe pugnabit pro vobis ſecundum omnia quæ fecit vobiſcum in Ægypto in oculis veſtris.
31 Et in deſerto vbi vidiſti quod portauit te Dominus Deus veſter, non ſecus ac portat vir filium ſuum per omnem viam quam iuiſtis, vſque dum veniretis in locum iſtum.
32 Propterea tamen non crediſtis in Dominum Deum veſtrum.
33 Qui incedebat ante faciem veſtram in via, vt exploraret vobis locum pro Caſtrametationibus veſtris, in igne noctu ad illuminandum vos in via per quam inceſſuri eratis, & in nube interdiu.

34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible] 41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]

[34] Audiuit autem Dominus vocem verborum
veſtrorum, & iratus iurauit, ac dixit: [35] Non
videbit vllus hominum iſtorum, generationis
huius peſſimæ, terram bonam quam iuraui me
daturum patribus eorum. [36] Nonniſi Caleb
filius Iophana videbit illam, & ipſi dabo terram
quam perambulauit, & filiis eius, eo quòd per-
fectè ſecutus ſit Dominum. [37] Quin & mihi
iratus eſt Dominus cauſa veſtri, & dixit ad me,
Et ne tu quidem ingredieris illuc;
[38] Sed Ieſus filius Nun qui ſtat coram te, is
ingredietur illuc: ipſum corrobora, quoniam
ipſe hæredem eius *terræ* inſtituet Iſraelem.
[39] Et pubes veſtra quam dixiſtis prædæ futu-
ram, & filij veſtri qui ignorant hodie bonum
& malum, ipſi ingredientur illuc, ipſis dabo
illam, ipſique eam poſſidebunt. [40] Vos au-
tem conuerſi proficiſcimini ad deſertum, ad
viam maris Suph. [41] Et reſpondentes dixiſtis
mihi, Peccauimus coram Domino Deo no-
ſtro, nos aſcendemus & pugnabimus prout
iuſſit Dominus Deus noſter. & armaſtis vos
vnuſquiſque inſtrumentis ſuis bellicis, & mu-
tuò vos concitaſtis ad aſcendendum in mon-
tem. [42] Et dixit mihi Dominus, Dic eis, Ne
aſcendatis, & ne pugnetis, quia non ſum vobi-
ſcum, ne fortè conteramini ante hoſtes veſtros.
[43] Et dixi vobis, & non audiſtis, ſed exacerba-
ſtis verbum oris Domini, & auſi eſtis, & con-
ſcendiſtis montem. [44] Et egreſſi Amoræi
qui habitabant in monte illo ad occurſum ve-
ſtrum, perſequuti ſunt vos velut apes fumo ir-
ritatæ, & expulerunt vos è Soir vſque ad Hor-
ma. [45] Et ſedentes ploraſtis coram Domi-
no, & non exaudiuit Dominus vocem ve-
ſtram, nec auſcultauit vos.
[46] Et ſediſtis in Recem diebus multis, ſecun-
dùm dies *videlicet* quibus *ibi* ſediſtis.

VERSIO-SAMARITANA.

34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible] 39 [illegible] 40 [illegible] 41 [illegible]

42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible] 46 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible] 39 [illegible] 40 [illegible] 41 [illegible]

42 [illegible] 43 [illegible] 44 [illegible] 45 [illegible] 46 [illegible]

[34] *Audiuit autem Deus ſermonem veſtrum,&
iratus eſt vobis, & iurauit dicens: [35] Non eſt
viſurus vllus ex his hominibus, hac generatione
mala, regionem quam iuraui me daturum patri-
bus eorum, [36] Excepto Calib filio Iephonna: is
enim videbit eam, & ipſi dabo regionem per quam
ambulauit, ac filiis eius, eo quòd ſectatus ſit obe-
dientiam Dei. [37] Et mihi etiam iratus eſt Deus
ob eius rei cauſam quæ contigit quando receſſiſtis,
& ait: Etiam tu non ingredieris in eam; [38] Sed
Iuſaa filius Nun qui adſtat coram te, ipſe ingre-
dietur eam: ipſum ergo robora, quoniam ipſe hære-
ditate diuidet eam inter filios Jſrail.*
[39] *Et infantes veſtri quos arbitrati eſtis fore præ-
dam, & filij veſtri qui hodie neſciunt bonum vel
malum, ipſi ingredientur eam, & ipſis dabo illam,
& poſſidebunt eam. [40] Vos autem reuertimini,
& proficiſcimini per ſolitudinem ad viam maris
rubri. [41] Et reſpondiſtis mihi, dicentes: Jam
peccauimus in Deum, nos aſcendemus, & op-
pugnabimus incolas eius, ſicut mandauit nobis
Deus Dominus noſter: & accinxit ſe quilibet ve-
ſtrum inſtrumentis ſuis bellicis, & feſtini aſcen-
diſtis ad montem.*
[42] *Et dixit mihi Deus: Dic eis, Ne aſcendatis,
neque oppugnetis eos: ego enim non ſum vobiſcum,
ne fortè profligemini ante inimicos veſtros. [43] Et
retuli vobis hoc, at non acquieuiſtis, ſed contradi-
xiſtis Deo, & audacter conſcendiſtis montem.*
[44] *Et egreſſi Amorai habitantes in illa regione
ad occurſum veſtrum, perſecuti ſunt vos non ſe-
cus ac pungunt apes, & contriuerunt vos in Seir
vſque ad Horma.*
[45] *Et reuerſi eſtis lugentes coram Domino: ſed
non audiuit vocem veſtram, nec reſpondit vobis.*
[46] *Itaque manſiſtis in Racim longo interuallo
ſimili cæteris quibus eratis commorati.*

34 فَسَمِعَ اللّٰهُ كَلَامَكُمْ * فَسَخِطَ عَلَيْكُمْ وَاَقْسَمَ قَايِلًا *
35 لَا رَاٰى رَجُلٌ مِنْ هٰؤُلَاءِ اَلنَّاسِ هٰذَا اَلْجِيلِ اَلرَّدِيِّ اَلْبَلَدَ
اَلَّذِي اَقْسَمْتُ اَنْ اُعْطِيَهُ لِاٰبَايِكُمْ * 36 سِوَى كَالِبَ بْنِ
يِفُنَّا * فَاِنَّهُ يَرَاهُ * وَلَهُ اُعْطِي اَلْبَلَدَ اَلَّذِي سَلَكَهُ وَلِبَنِيهِ * لِمَا اَتْبَعَ
طَاعَةَ اللّٰهِ * 37 وَعَلَيَّ اَيْضًا سَخِطَ اللّٰهُ بِسَبَبِ مَا حَدَثَ اِذْ
تَاَخَّرْتُمْ فَقَالَ * اَيْضًا اَنْتَ لَا تَدْخُلُهَا * 38 بَلْ يُوشَعُ بْنُ نُونٍ
اَلْقَايِمُ بَيْنَ يَدَيْكَ هُوَ يَدْخُلُهَا * فَشَدِّدْهُ فَاِنَّهُ يُوَرِّثُهَا لِبَنِي اِسْرَايِلَ *
39 وَاَطْفَالُكُمُ اَلَّذِينَ تَوَهَّمْتُمْ اَنَّهُمْ يَكُونُونَ غَنِيمَةً * وَبَنُوكُمْ
اَلَّذِينَ هُمُ اَلْيَوْمَ لَا يَعْرِفُونَ خَيْرًا وَلَا شَرًّا * هُمْ يَدْخُلُونَهَا * وَاُعْطِيهِمْ
اِيَّاهَا فَيَحُوزُونَهَا * 40 وَاَمَّا اَنْتُمْ فَوَلُّوا وَارْحَلُوا فِي اَلْبَرِّ اِلَى
طَرِيقِ بَحْرِ اَلْقُلْزُمِ * 41 فَاَجَبْتُمُونِي بِاَنْ قُلْتُمْ * قَدْ اَخْطَانَا لِلّٰهِ *
نَحْنُ نَصْعَدُ فَنُحَارِبُ اَهْلَهَا كَمَا اَمَرَنَا اللّٰهُ رَبُّنَا * فَتَقَلَّدَ كُلُّ وَاحِدٍ
مِنْكُمْ اٰلَةَ حَرْبِهِ * وَبَادَرْتُمْ لِتَصْعَدُوا فِي اَلْجَبَلِ *
42 فَقَالَ اللّٰهُ لِي * قُلْ لَهُمْ * لَا تَصْعَدُوا * وَلَا تُحَارِبُوهُمْ * فَاِنِّي
لَسْتُ مَعَكُمْ * لِيَلَّا تَنْهَزِمُوا بَيْنَ اَيْدِي اَعْدَايِكُمْ *
43 فَقُلْتُ لَكُمْ ذٰلِكَ * وَلَمْ تَقْبَلُوا * بَلْ خَالَفْتُمُ اللّٰهَ * وَتَوَقَّحْتُمْ فِي
صُعُودِ اَلْجَبَلِ * 44 فَخَرَجَ اَلْاَمُورِيُّونَ اَلْمُقِيمُونَ فِي ذٰلِكَ اَلْبَلَدِ
لِلِقَايِكُمْ * فَكَبَسُوكُمْ كَمَا تَلْسَعُ اَلنَّحْلُ * وَحَطَمُوكُمْ فِي سَعِيرَ
اِلَى حُرْمَا *
45 فَرَجَعْتُمْ بَاكِينَ بَيْنَ اَيْدِي اللّٰهِ * فَلَمْ يَسْمَعْ صَوْتَكُمْ * وَلَا
اَجَابَكُمْ * 46 فَاَقَمْتُمْ فِي رَقِيمَ مُدَّةً طَوِيلَةً شَبِيهَةً بِسَايِرِ مَا اَقَمْتُمْ *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[34] Audiuit autem Dominus verba veſtra, iratuſque eſt, & iurauit, dicens. [35] Si viderit quiſpiam ex homini-
bus iſtis, generatio iſta mala, terram bonam quam iuraui Patribus veſtris. [36] Præter Caleb filium Iephone:
Ipſe videbit eam, ipſique, & filiis eius dabo terram quam calcauit, eo quod plenè ſecutus eſt Dominum.
[37] Etiam contra me iratus eſt Dominus propter vos, dicens: neque tu ingredieris illuc. [38] Ioſue filius Nun
qui ſtat coram te, ipſe ingredietur illuc: ipſum corrobora, ipſe enim diſtribuet eam Iſraeli in hæreditatem.
[39] Paruuli verò veſtri de quibus dixiſtis, in prædam erunt, & filij veſtri ingredientur illuc, ipſiſque tradam
eam, & hæreditabunt eam. [40] Vos itaque reuertimini, & proficiſcimini in deſertum per viam maris rubri.
[41] Reſpondiſtis autem, & dixiſtis mihi: Peccauimus Domino Deo noſtro, nos aſcendemus, & pugnabimus
iuxta omnia quæ præcepit nobis Dominus Deus noſter; & accinxiſtis ſinguli inſtrumenta ſua bellica, & congre-
gauiſtis vos vt aſcenderetis in montem. [42] Tum dixit Dominus mihi, dic eis; non aſcendetis, neque pugnabitis;
quoniam non ſum in medio veſtri, vt non percutiamini coram inimicis veſtris. [43] Hæc autem locutus ſum
vobis, at non audiuiſtis, ſed rebelles fuiſtis in verbum Domini Dei veſtri, ſuperbiaque tumentes aſcendiſtis in
montem. [44] Et egreſſus eſt Amalecita, & Chananæus habitans in monte iſto obuiàm vobis, & perſecuti
ſunt vos non ſecus quàm faciunt apes, percuſſeruntque vos in Seir vſque Horma.
[45] Poſtea ſediſtis, & fleuiſtis coram Domino, ſed non audiuit Dominus vocem veſtram, neque attendit vo-
bis. [46] Itaque manſiſtis in Cades diebus multis, iuxta dies quibus manſeratis.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT II.

DEinde conuerſi, profecti ſumus in deſertum ad viam maris Suph, quemadmodum dixerat mihi Dominus, & circuiuimus montem Soir diebus multis. 2 Et dixit ad me Dominus: 3 A multo iam tempore circumitis montem iſtum, reuertimini ad Aquilonem.
4 Et populo præcipe, & dic eis, Vos tranſituri eſtis per limitem fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Soir, & timebunt à vobis. Cauete diligenter, 5 Et ne concitemini aduerſus eos, quoniam nullam dabo vobis hæreditatem de terra eorum, ne veſtigium quidem plantæ pedis, eo quòd hæreditatem ipſi Eſau dederim montem Soir. 6 Frumentum emite ab eis pecunia, vt comedatis: quin & aquam emite ab eis pecunia, vt bibatis.
7 Dominus enim Deus veſter benedixit vobis in omni opere manuum veſtrarum, & nouit regere vos in iſta ſolitudine quadraginta annis: Dominus Deus veſter vobiſcum eſt, & nil defuit vobis. 8 Itaque tranſeuntes prope fratres noſtros filios Eſau habitantes in Soir, & ſecus viam Araba, ſecus Ilath, & ſecus Iſinu-Gaber, deflexim us, & traſiuimus per deſertum verſus viam Moab.
9 Et dixit mihi Dominus, Ne premas Moabitas, neue laceſſas eos prælio: non enim daturus ſum tibi de terra eorum hæreditatem, quoniam filiis Lot dedi eam in hæreditatem.
10 Amnæ (*hoc eſt indigenæ*) olim habitabant in ea, populus magnus & multus, atque procerus vt gigantes.
11 Gigantes ſunt, & cenſentur ipſi quoque inter gigantes: & Moabitæ vocant eos Amnas.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

CAPVT II.

DEinde verſi, profecti ſumus per regionem via
maris rubri quemadmodum iuſſerat mihi
Dominus, & circumuagati ſumus ad Seir lon-
go interuallo.
2 *Tum allocutus eſt me Deus dicens:*
3 *Sufficit vobis circuire hunc montem, deflectite*
ab eo ſiniſtram verſus.
4 *Et præcipe populo tuo, & dic eis: Vos tranſi-*
turi eſtis per terminos fratrum veſtrorum filiorum
Eſau habitantium in Seir, & metuent vos. At
cauete plurimum 5 *Ab iis prouocandis: non enim*
daturus ſum vobis de regione eorum quicquam,
nedum veſtigium pedis, quandoquidem montem
Seir iam dedi Eſau hæreditatem.
6 *Sed emite ab eis commeatum pretio vt edatis,*
& aquam vt bibatis.
7 *Nam Deus Dominus tuus benedixit tibi in*
omnibus operibus tuis, & benefecit tibi in itinere
tuo per hanc ſolitudinem maximam. Et ecce qua-
draginta ſunt anni in quibus Dominus Deus
tuus tecum fuit, & non defuit tibi res vlla.
8 *Itaque tranſiuimus fratres noſtros filios Eſau*
habitantes in Seir à via ſolitudinis, & Ila, &
Aſion-Gaber, deflexímus, & profecti ſumus per
viam deſerti Sinai.
9 *Dixitque Deus ad me: Ne obſideas Moabi-*
tas, & ne prouoces eos, quia nullam daturus ſum
vobis ex eorum regione poſſeſſionem, cùm filiis Lot
dederim Ar hæreditatem.
10 *Et verò Formidabiles habitauerant in ea an-*
te ipſos, populus multus, & altus vt gigantes.
11 *Et quidem ipſi reputantur magnanimi qua-*
ſi gigantes, & Moabitæ vocant eos Formida-
biles.

* الفصل الثاني *

1 ثم ولينا ورحلنا في البلد طريق بحر القلزم كما امرني الله *
واستدرنا الي سعير مدة طويلة *
2 ثم كلمني الله قايلا *
3 حسبكم من الاحاطة بهذا الجبل * ولّوا عنه شمالا *
4 ومر قومك وقل لهم * انكم جايزون في تخم اخوتكم
بني العيص المقيمين بسعير * فسيخافونكم * فاحذروا جدا
5 من ان تتحرشوا بهم * فاني لست معطيكم من بلدهم
شيا ولو وطي قدم * لان جبل سعير قد اعطيته للعيص
وراثة *
6 بل اشتروا منهم طعاما بثمن فكلوه * وماء فاشربوه *
7 لان الله ربك قد بارك لك في جميع اعمالك * واحسن اليك
عند مسيرك في هذا البر العظيم * فهذه اربعون سنة الله ربك
معك فيها * فلم يعوزك شيا *
8 فجزنا اخوتنا بني العيص المقيمين بسعير من طريق البيداء
وايلة وعصيون جابر * ولّينا ورحلنا طريق برية سيناء *
9 فقال الله لي * لا تحاصر المابيين * ولا تتحرش بهم *
فاني لا اعطيكم من بلدهم حوزا * اذ لبني لوط جعلت
عارا وراثة * 10 وكان المهيبون اقام بها قبلهم * شعب كبير
رفيع كالجبارين * 11 وهم يحسبون شجعانا كالجبارين * والمابيون
يسمونهم المهيبين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

CAPVT II.

REuertentes autem profecti ſumus in deſertum per viam maris rubri, ſicut locutus fuerat mihi Domi-
nus, & circuiuimus montem Seir diebus multis. 2 Tum locutus eſt mihi Dominus in hunc modum.
3 Sufficiat vobis circuire montem iſtum, conuertite vos ad Septentrionem. 4 Populo verò præcipe di-
cens: Vos tranſitis per fines fratrum veſtrorum filiorum Eſau habitantium in Seir; formidabunt autem vos,
ideo cuſtodietis vos plurimùm. 5 Ne conſeratis cum eis prælium; non enim tradam vobis de terra eorum
in hæreditatem, ne veſtigium quidem plantæ pedis; quoniam in hæreditatem Eſau tradidi montem Seir.
6 Cibum emetis ab iis argento vt comedatis; aquas etiam emetis ab ijs argento vt bibatis.
7 Nam Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum, cognouit iter tuum per de-
ſertum hoc magnum: his quadraginta annis Dominus Deus tuus fuit tecum, nulla re indiguiſti. Miſiſti
quoque nuntios ad regem Edom, dicturos; Tranſibo per terram tuam, neque declinabo ad agrum, neque
ad vineam, neque etiam bibemus aquas puteorum; viam regiam ibimus: Non diuertemus ad dexteram
aut ad ſiniſtram, donec tranſierimus fines tuos. Sed reſpondit, non tranſibis per me, ne cum gladio egrediar
obuiàm tibi. 8 Ideo præteriuimus fratres noſtros filios Eſau habitantes in Seir à via campeſtri, ab Elith,
& ab Aſion-Gaber; & conuerſi tranſiuimus per viam deſerti Moab.
9 Dixit etiam mihi Dominus, ne hoſtiliter agas cum Moab, neque prælieris cum eo: non enim dabo tibi de
terra eius in poſſeſſionem, eo quod filiis Loth dederim Ar in poſſeſſionem. 10 Æmim antea habitabant in
ea, populus, magnus, & copioſus, & procerus ſicut Enacim. 11 Moabitæ autem vocant eos Æmim.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 In Soir verò habitabant olim Horæi:at filij
Eſau poſſederunt eos,& perdiderunt eos à con-
ſpectu ſuo , & habitauerunt in terra eorum,
quemadmodum fecit Iſrael terræ hæreditatis
ſuæ quam dedit eis Dominus.
13 Itaque ſurgite, traiicite torrentem Zared,
& traiecimus torrentem Zared.
14 Porrò dies quibus ambulauimus à Recem
ſuperba donec traiiceremus torrentem Zared,
fuerunt triginta octo anni , quoad conſumpta
eſſet tota generatio virorum bellicoſorum de
medio exercitus , quemadmodum iuerauerat
eis Dominus. 15 Quin & manus Domini fuit
in eos ad perdendos illos de medio exercitus,
donec planè interirent.
16 Cùmque omnes viri belligeri finem fe-
ciſſent moriendi de medio populi,
17 Allocutus eſt me Dominus, & dixit mihi:
18 Tu hodie penetraturus es vſque ad limitem
Moab & Ad, 19 Et accedes è regione filio-
rum Amon : ne premas eos , neue laceſſas eos,
quia nullam do tibi hæreditatem de terra filio-
rum Amon: filiis enim Lot eam dedi hæredita-
tem. 20 Terra gigantum cenſetur etiam
ipſa: gigantes habitauerunt olim in ea, & Amo-
nitæ vocant eos Zamzemin,
21 Populus magnus & multus, atque proce-
rus vt gigantes. Perdidit autem eos Dominus
à conſpectu eorum, & poſſederunt eos , & oc-
cuparunt terram eorum ,
22 Quemadmodum fecerunt filij Eſau habi-
tantes in Soir, qui perdiderunt Horæos à con-
ſpectu ſuo , & poſſederunt eos , & occupaue-
runt terram eorum vſque in hodiernum diem.
23 Auæos quoque habitantes in Haſrim
vſque ad Aza, & Cappadoces qui egreſſi ſunt
è Cappadocia , perdiderunt , & habitauerunt
in terra eorum.

VERSIO SAMARITANA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

12 *At verò in Seir habitarunt Horæi ante filios Eſau, donec venientes ſuccidiſſent eos, & conſumpſiſſent illos à conſpectu ſuo, & locum eorum occupaſſent, quemadmodum fecit gens Iſraelitica nonnullis in poſſeſſionibus quas dedit ei Deus.*

13 *Nunc ſurgite, & tranſite torrentem Zared. Itaque tranſiuimus eum.*

14 *Fuit autem ſumma dierum à diſceſſu noſtro de Racim-Barni, vſque ad tempus quo tranſiuimus torrentem Zared, triginta octo anni, donec periyſſent omnes homines bellatores de caſtris, quemadmodum iurauerat Deus in ipſos:*

15 *Et plaga à Deo immiſſa fuit in eos ad interitum eorum, donec confecti eſſent.*

16 *Cùmque interyſſent omnes de medio populi,*

17 *Dixit Deus ad me ſermonem eiuſmodi:*

18 *Tu traiecturus es populum ad limites Moab, nempe Ar,*

19 *Et acceſſurus ad filios Ammon: ne coarctes eos, & ne prouoces illos, quia nullam dabo tibi de regione eorum poſſeſſionem, cùm filijs Lot dederim eam in poſſeſſionem.*

20 *Et hæc etiam reputatur de regionibus gigantum, quoniam gigantes habitauerunt in ea ante illos: & Ammonitæ vocant eos Magnanimos.*

21 *Populus magnus, & altus velut gigantes, quos conſumpſit Deus à conſpectu eorum, ita vt ſuccidèrint eos, & occupauerint locum eorum,*

22 *Quemadmodum fecerunt filij Eſau habitantes in Seir quando conſumpſit Horæos à conſpectu eorum, & perdiderunt eos, & ſucceſſerunt in locum eorum vſque ad hunc diem.*

23 *Auæos quoque habitantes in Rephah vſque ad Gazam, & Demiatæos egredientes è Demiat exciderunt, & occuparunt locum eorum.*

12 وأما في سعير فاقام الحوريون قبل بني عيساو * حتى أتوا
فقرضوهم * وافنوهم من بين ايديهم * واقاموا في مكانهم * كما صنع آل
اسرايل ببعض حوز الذي اعطاه الله *
13 الآن قوموا فاعبروا وادي زرد * فعبرناه *
14 وكانت جملة الايام منذ سرنا من رقيم برنيع الى ان عبرنا
وادي زرد ثماني وثلاثين سنة * الى ان فني جميع القوم
المحاربين من المعسكر * كما اقسم الله عليهم *
15 وآفة من عند الله حلت بهم لاهلاكهم * الى ان فنوا *
16 فلما فني جميعهم من بين الامة *
17 قال الله لي تكليما *
18 انت جائز اليوم تخم ماب الذي هو عار *
19 فتقرب من بني عمون * فلا تخاصرهم * ولا تحرش بهم *
فاني * لا اعطيك من بلدهم حوزا * اذ لبني لوط جعلته حوزا *
20 وهي تحسب ايضا من بلد الجبارين * لان الجبابرة اقاموا
بها قبلهم والعمانيون يسمونهم ذوي الهمم *
21 شعب كبير رفيع كالجبارين * ابعدهم الله من بين ايديهم *
فقرضوهم وجلسوا مكانهم *
22 كما صنع بنو العيص المقيمون في سعير * اذ ابعد الحوريين من
بين ايديهم * فقرضوهم واقاموا مكانهم الى هذا اليوم *
23 والعويون المقيمون برفح الى غزة * والدمياطيون الخارجون
من دمياط * قرضوهم واقاموا مكانهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 In Seir verò habitabant antea Choræi; ſed filij Eſau expulerunt eos, & exterminauit eos Dominus à facie
eorum. Expulerunt igitur eos, & habitauerunt in loco eorum, ſicut fecit Iſrael in terra hæreditatis ſuæ quam
dedit iis Dominus. 13 Nunc autem ſurgite, proficiſcimini, & tranſite torrentem Zared, & tranſiuimus
torrentem Zared. 14 Dies autem quibus ambulauimus à Cades Barne vſque quo tranſiremus torrentem
Zared, triginta & octo anni fuere, donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de medio caſtrorum ſicut iurauerat iis Dominus. 15 Manus etiam Domini fuit in eos, vt contererentur in medio Caſtrorum donec conſumeret eos. 16 Factum eſt autem poſtquam morte conſumpti ſunt omnes viri bellatores
de medio caſtrorum populi: 17 Vt Dominus loqueretur mihi in hæc verba. 18 Tu tranſibis hodie Ar
finem Moab. 19 Et accedes è regione filiorum Ammon: Ne hoſtiliter agas cum eis, neque prælieris cum eis;
non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon in hæreditatem; eo quod filiis Loth illam dederim in hæreditatem. 20 Terra Raphaim etiam ipſa reputabatur: Raphaim prius habitabant in ea, quos Ammonitæ vocabant Zamzumim. 21 Populus erat magnus, copioſus, & robuſtus ſicut Ænacim: Exterminauit autem
eos Dominus à facie eorum, ideo expulerunt eos, & habitauerunt in loco ipſorum.
22 Sicut fecit filiis Eſau habitantibus in Seir, exterminando Choræos à facie eorum: ijs autem expulſis habitauerunt in loco eorum vſque in hunc diem. 23 Heuæos quoque habitantes in Haſerim vſque Gaza Cappadoces egreſſi de Cappadocia exterminauerunt, & habitauerunt in loco ipſorum.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

24 Surgite,proficiſcimini,& traijcite torren-
tem Arnon : Vide quòd tradiderim in manus
tuas Sihon regem Heſbon Amoræum, eiuſque
terram: incipe vaſtare eum, & laceſſe eum præ-
lio. 25 Hodie incipiam immittere pauorem
tuum & formidinem tuam ſuper faciem popu-
lorum qui ſub cælo ſunt, vt audientes famam
tuam, contremiſcant & timeant à conſpectu
tuo. 26 Quare miſi nuntios à deſerto Car-
moth ad Sihon regem Heſbon cum verbis pa-
cificis,vt dicerent ad eum: 27 Tranſibimus per
terram tuam, viæ ſemper inſiſtentes, nec dex-
trorſum aut ſiniſtrorſum deflectentes. 28 Fru-
mentum pecunia vendite nobis, vt comeda-
mus:& aquam pecunia vendite nobis,vt biba-
mus;tantumodo pedibus noſtris tranſibimus,
29 Quemadmodum fecerunt nobis filij Eſau ha-
bitantes in Soir, & Moabitæ degentes in Ad:
donec traiiciamus Iordanem, ad terram quam
tradit nobis Dominus Deus noſter. 30 Noluit
autem Sihon rex Heſbon concedere nobis
tranſitum per limites ſuos: nam durum reddi-
derat Dominus Deus veſter ſpiritum eius, &
corroborauerat cor eius, vt eum traderet in
manus veſtras,vt hodie *eum poſſidetis*. 31 Et dixit
mihi Dominus, Vide quòd cœperim tradere
in manus tuas Sihon & terram eius, incipe eum
vaſtare, & terram eius poſſidere. 32 Itaque
egreſſus eſt Sihon in occurſum noſtrum, ipſe
& vniuerſus populus eius ad bellum in Iahas.
33 Et tradidit eum Dominus Deus noſter an-
te nos, & trucidauimus eum, & filios eius,cun-
ctumque populum ipſius: 34 Et ſubiugauimus
eodem tempore cũctas ciuitates eius, & omnes
eius ciuitates funditus perdidimus, mulieres ac
pubem,& neminem reliquimus ex eis ſuperſti-
tem. 35 Solùm iumenta diripuimus nobis, &
prædam ciuitatum quas ſubiugaueramus.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

24 *Surgite, diſcedite, & tranſite torrentem Ar-*
non. Aduerte quòd iam tradiderim in manus
tuas Sihon regem Haſban Amoræum, & regio-
nem ipſius. Incipe ergo excindere eum, & pro-
uoca eum ad certamen. 25 *Ab hac die inci-*
piam immittere pauorem tuum & terrorem
tuum in corda populorum qui ſunt ſub cælo, ita vt
cùm ipſi audierint famam tuam, paueant & con-
tremiſcant à conſpectu tuo. 26 *Itaque miſi legatos*
de ſolitudine Cadimoth ad Sihon regem Haſban
pacificis hiſce verbis. 27 *Tranſibo per regionem*
tuam, via publica incedam, non declinabo dex-
trorſum neque ſiniſtrorſum. 28 *Commeatum ſup-*
peditabis pretio, & comedam eum, & aquam ven-
des mihi pretio, & bibam illam, & tranſibo pede
meo tantum, 29 *Prout egerunt mecum ex parte*
filij Eſau commorantes in Seir, & Moabitæ de-
gentes in Ar: donec tranſiero Iordanem ad regio-
nem quam Deus Dominus noſter daturus eſt no-
bis. 30 *At denegauit nobis Sihon rex Haſban tran-*
ſitum per regionem ſuam, quia Deus Dominus
tuus difficilem reddiderat ſpiritum eius, & robora-
uerat cor eius, quatenus traderet eum in manum
tuam, vt vides hodie. 31 *Et dixit Deus ad me:*
Vide iam cœpi tradere Sihon & regionem eius in
manum tuam: aggredere ergo perditionem eius, &
poſside regionem ipſius. 32 *Egreſſus eſt igitur Sihon*
obuiam nobis, ipſe & cunctus populus eius ad præ-
lium in Iahas. 33 *Et tradidit eum Deus Dominus*
noſter in manus noſtras, & occidimus eum & filios
eius, & vniuerſum populum ipſius.
34 *Et expugnauimus cunctas vrbes eius in illo*
tempore, & perdidimus ex omnibus vrbibus pu-
bem, & mulieres, atque infantes, nec reliquimus
profugam.
35 *Et deprædati ſumus cuncta iumenta & ſpo-*
lia vrbium quas expugnaueramus.

24 فقوموا * فارحلوا * واعبروا وادي ارنون * انظر اني قد اسلمت
في يديك سيحون ملك حسبان الاموري وبلده * فابدا بقرضه *
وتحرش لمحاربته * 25 من هذا اليوم ابتدي بايقاع فزعك
وخوفك في قلوب الامم الذين تحت السماء * فاذا هم سمعوا
بخبرك زجروا وارتعدوا من بين يديك *
26 فبعثت برسل من برية قديموت الي سيحون ملك حسبان
بالسلام والكلام * 27 اعبر في بلدك * في الطريق الجادة اسير *
لا اميل يمنه ولا يسره *
28 طعاما تميرني بثمن فاكله * وماء تبيعني بثمن فاشربه * واعبر
برجلي فقط * 29 كما صنع بي بعض ذلك بنو العيص المقيمون
بسعير * والمابيون المقيمون بعار * الي ان اعبر الاردن الي البلد
الذي الله ربنا معطيناه *
30 فلم يشا سيحون ملك حسبان اجازتنا في بلده * لان الله
ربك صعب روحه * وايد قلبه * لكي يسلمه في يدك * كما تري اليوم *
31 فقال الله لي * انظر قد بدات ان اسلم سيحون وبلده في
يدك * فابدا بقرضه * وحز بلده *
32 فخرج سيحون للقاينا هو وجميع قومه للحرب الي ياهص *
33 فاسلمه الله ربنا في ايدينا * فقتلناه وبنيه وساير قومه *
34 وفتحنا جميع قراه في ذلك الوقت * واهلكنا من كل قرية الرهط
والنساء والاطفال * لم نبق شريدا *
35 وغنمنا كل بهيمة * وسلب القري التي فتحناها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Surgite, proficiſcimini, & tranſite torrentem Arnon. Vide, tradidi in manum tuam Sihon regem Heſe-
bon Amorrhæum, & terram eius: Incipe poſſidere, & miſce cum eo prælium, 25 Incipe hac die dare pauo-
rem tuum, & terrorem tuum ſuper faciem populorum qui ſunt ſub toto cælo, qui audientes famam tuam con-
tremiſcent, & à facie tua vt parturientes dolore conſternabuntur. 26 Tum miſi nuntios de deſerto Cade-
moth ad Sihon regem Heſebon, verbis pacificis dicentes, 27 Tranſeam per terram tuam: per viam incedam,
non declinabo ad dexteram, aut ad ſiniſtram, 28 Cibum argento vendes mihi, vt comedam; & aquas ar-
gento dabis mihi vt bibam, tantùm pedibus meis tranſeam. 29 Sicut fecerunt mihi filij Eſau habitantes in
Seir, & Moabitæ habitantes in Ar, donec tranſiuero Iordanem in terram quam Dominus Deus noſter dedit
nobis. 30 Sed noluit Sihon rex Heſebon tranſitum nobis permittere per ipſum, eo quod indurauerat
Dominus Deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor eius, vt traderet eum in manus tuas ſicut hodie.
31 Dixitque Dominus mihi: Vide, cœpi tradere ante faciem tuam Sihon regem Heſebon Amorrhæum, &
terram eius: Incipe poſſidere, vt poſſideas terram eius.
32 Itaque egreſſus eſt Sihon obuiàm nobis, ipſe, & omnis populus eius ad prælium in Iaſſa.
33 Et tradidit illum Dominus Deus noſter ante faciem noſtram, & percuſſimus eum, & filios eius, & omnem
populum eius. 34 Cepimus quoque omnes vrbes eius in illo tempore, & anathemate deleuimus omnes
vrbes eius, viros, mulieres & paruulos, non reliquimus ſuperſtitem. 35 Tantùm animantia deprædati ſumus
nobis, & ſpolia vrbium quas cepimus.

36 [illegible]

37 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

36 Ab Aduir quæ eſt ad littus torrentis Ar-
non, & ciuitate quæ eſt in torrente vſque ad
Gelaad, nulla fuit vrbs quæ nobis reſtiterit,
cunctas tradidit Dominus Deus noſter ante
nos. 37 Duntaxat ad terram filiorum Amon
non acceſſimus, totam *ſcilicet* ripam torrentis
Iaboc, & ciuitates montanas, & omnia quæ
præceperat nobis Dominus Deus noſter.

CAPVT III.

ET conuerſi aſcendimus ad viam Mathnin,
egreſſuſque eſt Og rex Mathnin in oc-
curſum noſtrum cum vniuerſo populo ſuo ad
bellum in Ardei. 2 Et dixit ad me Dominus,
Ne formides eum, quia in manus tuas tradidi
eum & cunctum populum eius, ac terram eius:
& fac illi quemadmodum feciſti Sihon regi
Amoræorum qui morabatur in Heſbon.
3 Itaque tradidit Dominus Deus noſter in
manum noſtram etiam Og regem Mathnin,
totumque populum eius, & trucidauimus
eum, nec reliquimus ei ſuperſtitem.
4 Et ſubiugauimus eo tempore cunctas ciui-
tates eius, nec vllam reliquimus ciuitatem
quam non caperemus ab eis, ſexaginta nimi-
rum ciuitates, vniuerſum tractum Argob, do-
micilium regium Og quod erat in Mathnin,
5 Omneſque ciuitates illas quarum mu-
niti erant muri, altæque portæ atque repa-
guli, præter oppida planitierum admodum
multa. 6 Et vaſtauimus ea, quemadmo-
dum feceramus Sihoni regi Heſbon, cuius
ciuitates omnes funditus euertimus, & mulie-
res, atque pubem. 7 Omnia verò iumenta
& ſpolia ciuitatum deprædati ſumus nobis.
8 Et cepimus eo tempore terram de manu
duorum illorum regum Amoræorum qui erant
trans Iordanem, à torrente Arnon vſque ad
montem Hermon.

VERSIO SAMARITANA.

36 [illegible]
37 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

36 [illegible]
37 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

36 *Ab Aruir quæ eſt ſecus ripam torrentis Arnon,& vrbe quæ eſt in torrente, & vſque ad Giares. Nulla remanſit vrbs quæ nos effugerit, ſed omnia tradidit Dominus Deus noſter in manus noſtras.* 37 *Præter regionem filiorum Amman: non enim attigiſti eam, totum ſcilicet littus torrentis Iaboc, & vrbes montis, & quicquid interdixerat nobis Deus Dominus noſter.*

CAPVT III.

DEinde conuerſi aſcendimus per viam Bathniæ, & egreſſus eſt Og rex Bathniæ obuiam nobis, ipſe ac totus populus eius ad pugnam in Adreath. 2 *Dixitque Deus ad me: Ne timeas eum, quippe iam tradidi eum in manum tuam, cum vniuerſo ipſius populo & regione: facies ei ſicut feciſti Sihon regi Amoræo degenti in Haſban.*
3 *Et tradidit Deus Dominus noſter in manus noſtras etiam Og regem Bathniæ, & populum eius: & interfecimus eos, adeo vt nullus ſuperfuerit ex ipſis profuga.*
4 *Et expugnauimus omnes vrbes eius in illo tempore, nec remanſit vrbs quam non abſtulerimus ab eis, nempe ſexaginta vrbes ſuper lineam Mugeb regni Og in Bathnia.*
5 *Omnes iſtæ erant vrbes munitæ muro ſublimi & valuis & vectibus, præter oppida non ſepta quæ quidem plurima erant.*
6 *Et perdidimus eos: quemadmodum fecimus Sihoni regi Haſban, eodem modo perdidimus ab omnibus vrbibus pubes & mulieres & infantes:*
7 *Omnia verò iumenta & ſpolia vrbium deprædati ſumus.*
8 *Itaque acquiſiuimus in tempore illo regiones duorum regum Amoræorum ſitas ad latus Iordanis à torrente Arnon vſque ad montem Hermon.*

36 من عروعير التي على شط وادي ارنون * والقرية التي
في الوادي * والي جرش لم تبق قرية منعت منا * بل الكل اسلمه
الله ربنا بين ايدينا * 37 عدا بلد بني عمان * فانك لم تقربه *
كل شاطي وادي يبوق * وقري الجبل * وساير ما نهانا عنه
الله ربنا *

* الفصل الثالث *

1 ثم ولينا فصعدنا طريق البثنية * فخرج عوج ملك البثنية
للقاينا هو وجميع قومه للحرب الي اذرعات *
2 فقال الله لي * لا تخفه * فاني قد اسلمته في يدك وجميع
قومه وبلده * تصنع به كما صنعت بسيحون ملك الاموري المقيم
في حسبان * 3 فاسلم الله ربنا في ايدينا ايضا عوجا ملك
البثنية وقومه * فقتلناهم حتي لم يبق فيهم شريد *
4 وفتحنا جميع قراه في ذلك الوقت * ولم يبق قرية لم ناخذها
منهم * وذلك ستون قرية علي خط الموجب * مملكة عوج في
البثنية * 5 كل هذه قري حصينة بسور شامخ * ومصاريع
ونجور * سوي قري الربض * فانها كثيرة جدا *
6 واهلكناهم * كما صنعنا بسيحون ملك حسبان * كذلك اهلكنا من
كل قرية الارهاط والنساء والاطفال *
7 وكل بهيمة * وسلب القري غنمناها *
8 فحصل لنا في ذلك الوقت بلد ملكي الاموريين * التي في جانب
الاردن * من وادي ارنون الي جبل حرمون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

36 Ab Aroer quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnon, & ciuitate quæ eſt in valle, & vſque Galaad, non fuit ciuitas quæ ſuperior nobis fuerit: omnes tradidit Dominus Deus noſter in manus noſtras.
37 Veruntamen ad terram filiorum Ammon non acceſſiſti, ad omnem tractum torrentis Iaboc, & ad vrbes montis, ad omnia quoque quæ præcepit Dominus Deus noſter.

CAPVT III.

COnuerſi igitur aſcendimus per iter Baſan: Tum egreſſus eſt Og rex Baſan obuiam nobis, ipſe & omnis populus eius ad prælium in Edrai. 2 Dixit autem Dominus mihi; ne timeas eum, quoniam in manum tuam tradidi illum, & omnem populum eius, & terram eius: Ideo facies illi ſicut feciſti Sihoni regi Amorrhæorum qui habitabat in Heſebon. 3 Itaque tradidit Dominus Deus noſter in manum noſtram etiam Og regem Baſan, & omnem populum eius, quem ita percuſſimus vt non reliquerit ſibi ſuperſtitem.
4 Cepimus quoque omnes vrbes eius in illo tempore. Non fuit vrbs quam non ceperimus ab eis, ſexaginta vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Baſan. 5 Omnes iſtæ vrbes munitæ erant muro alto, portis, & vectibus, præter vrbes non muratas multas valde. 6 Anathemate autem deleuimus eas, ſicut feceramus Sihoni regi Heſebon, delendo omnes vrbes, viros, mulieres, & paruulos. 7 Sed omnia animantia, & ſpolia vrbium deprædati ſumus nobis. 8 Cepimus etiam illo tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon vſque ad montem Hermon.

[9] Sidonij *montem* Hermon vocant Serion,
Amoræi autem vocant eum Sonir. [10] Omnes
videlicet ciuitates planitiei, totamque Gelaad,
& Mathnin vniuerſam, vſque ad Selcha & Ar-
dei, cunctas *nimirum* ciuitates regni Og qui
erat in Mathnin. [11] Solus enim Og rex
Mathnin remanſerat è cæteris gigantibus.
Huius lectus, lectus eſt ferreus, & ecce eſt in
Rabath filiorum Ammon, nouem cubitorum
eſt eius longitudo, & quatuor cubitorum la-
titudo, in cubito gigantum. [12] Et terram
quidem iſtam poſſedimus eo tempore, ab
Aduir quæ eſt ſecus ripam torrentis Arnon. &
dimidium montem Gelaad cum ciuitatibus
eius dedi ipſis Rubil & Gad;
[13] Reliquum verò Gelaad, totamque Math-
nin domicilium regium ipſius Og, dedi dimi-
diæ tribui Manaſſe, cum toto tractu Argob:
vniuerſa verò Mathnin, ipſamet vocatur terra
gigantum. [14] Iair quoque filius Manaſſe
vendicauit ſibi totum tractum Argob, vſque
ad limitem Geſſur & Maachath, & appellauit
ea ex nomine ſuo, Mathnin & oppidula Iair
vſque ad hodiernum diem.
[15] Ipſi verò Machir dedi Gelaad.
[16] Et *familiis* Rubil & Gad dedi à Gelaad
vſque ad torrentem Arnon, & internam par-
tem torrentis eiuſque terminum, vſque ad
torrentem Iaboc limitem filiorum Amon.
[17] Necnon Arabam, & Iordanem, atque limi-
tanea à Cenarath vſque ad mare Arabæ, mare
ſcilicet ſalſum quod eſt ſub Aſdud & Phaſga,
quæ ſunt in colle ad Orientem.
[18] Eodemque tempore monui vos, & dixi
vobis, Dominus Deus veſter concedit vobis
terram iſtam, vt poſſideatis eam, armati tran-
ſite ante fratres veſtros filios Iſrael, vos omnes
potentes in bello.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

9 *Quem Sidonij vocant Serion, & Amoræi vocant eum Senir.*

10 *Præterea omnes vrbes planitiei, & Giares, & Bathniam vſque ad Selcha, & Adreath, quæ etiam erant ex vrbibus Og in Bathnia.*

11 *Ipſe enim manſerat ex cæteris gigantibus: & ecce habet lectum ferreum in Rabia quæ pertinet ad filios Amman: eius longitudo eſt nouem cubitorum, & eius latitudo quatuor cubitorum in cubito regis.*

12 *Et hanc regionem poſſedimus in illo tempore. Et quidem ab Aruir quæ eſt ſecus torrentem Arnon, & dimidium montem Giares cum ciuitatibus eius, dedi Raubinitis & Gaditis.*

13 *Reliquam verò Giares, totamque Bathniam regnum Og, dedi dimidiæ tribui Manaſſe. Tota autem linea Mugeb & Bathnia vocantur regio magnanimorum.*

14 *Et Iair filius Manaſſe accepit totam lineam Mugeb vſque ad limites Geſſuritarum & Maachatitarum, & vocauit ea nomine ſuo Suburbia Iair vſque ad hunc diem noſtrum.*

15 *Et Machir dedi Giares.*

16 *Et dedi Raubinitis & Gaditis à Giares vſque ad torrentem Arnon, & medium torrentem, eiuſque confinia, & vſque ad torrentem Iaboc terminos filiorum Ammon,*

17 *Et planitiem, & Iordanem, eiuſque terminum, a Geneſar vſque ad mare planitiei, & Lacum mortuum, & Iordanem, & fauces rupis Orientem verſus.*

18 *Præcepi autem præfatis ex vobis in eo tempore dicens: Quandoquidem Deus Dominus veſter iam dedit vobis hanc regionem, & poſſediſtis eam, tranſite expediti ante fratres veſtros filios Iſrail quicunque præditi eſtis robore.*

9 الذي يسموه الصيداويون سريون والاموريون يسمونه سنير *
10 وجميع قرى السهل * وجرش * والبثنية الي سلخة * واذرعات *
هي ايضا من قرى عوج في البثنية * 11 لانه بقي من باقية
الجبابرة * وهوذا له سرير من حديد في الرابية التي لبني عمان *
طوله تسعة اذرع * وعرضه اربعة اذرع بذراع الملك *
12 وهذا البلد حزناه في ذلك الوقت * فمن عروعير التي على
وادي ارنون * ونصف جبل جرش بقراه * دفعت ذلك الي الراوبيين
والجاديين * 13 وباقي جرش * وجميع البثنية * مملكة عوج *
دفعته الي نصف سبط منشا * وكل الخط الموجب والبثنية يسميان
بلد الشجعان * 14 ويابر بن منشا اخذ جميع الخط الموجب
الي تخم الجشوريين والمعكاثيين * فسماها باسمه سواد يابر * الي
يومنا هذا *
15 ودفعت الي ماخير جرشا *
16 ودفعت الي الروبيين والجاديين من جرش الي وادي
ارنون * ووسط الوادي * وحده * والي الوادي يبوق تخم
بني عمان *
17 والغور * والاردن * وحده * من جنسر الي بحر الغور * والاردن
والبحيرة * الميتة ومصب القلعة شرقيا *
18 فامرت هاولاء منكم في ذلك الوقت قايلا * اذ الله ربكم
قد اعطاكم هذا البلد فحزتموه * فاعبروا مجردين قدام
اخوتكم بني اسرايل من كل ذي حيل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Sidonij vocant Hermon Serin, Amorrhæi verò vocant illum Senir. 10 Omnes vrbes planitiei, & omnis
Galaad, omniſque Baſan vſque Salca, & Adrai, vrbes erant regni Og in Baſan.
11 Solus quippe Og rex Baſan ſupererat de reliquiis Raphaim. Ecce lectus eius, lectus erat ferreus: nonne hic
eſt in Rabbat filiorum Ammon? Nouem cubitorum eſt longitudo eius, & quatuor cubitorum latitudo eius
iuxta cubitum viri. 12 Terram autem iſtam poſſedimus in illo tempore, ab Aroër quæ eſt ad ripam tor-
rentis Arnon, & mediam partem montis Galaad: Vrbeſque eius dedi Rubenitis & Gaditis.
13 Reliquum verò Galaad, & vniuerſam Baſan regni Og dedi dimidio tribus Manaſſis. Omnis regio Argob
cum omni Baſan ea eſt quæ vocatur terra Gigantum.
14 Iair autem filius Manaſſis accepit vniuerſam regionem Argob vſque ad terminum Geſſuri & Machati,
vocauitque eas de nomine ſuo, Baſan-Hauoth-Iair vſque in hunc diem.
15 Machir quoque dedi Galaad. 16 Rubenitis verò, & Gaditis tradidi à Galaad vſque ad torrentem Ar-
non, medium torrentis, & terminum vſque Iaboc torrentem, terminum filiorum Ammon.
17 Planiciem etiam, & Iordanem, & terminum à Cinereth vſque ad mare planiciei, mare ſalſum ſub decli-
ui collis ad Orientem.
18 Præcipi etiam vobis in illo tempore, dicens: Dominus Deus veſter dedit vobis terram iſtam vt poſſideatis
eam: Armati tranſibitis ante fratres veſtros filios Iſrael, quotquot robuſti eſtis.

19 [illegible Syriac text]
20 [illegible Syriac text]
21 [illegible Syriac text]
22 [illegible Syriac text]
23 [illegible Syriac text]
24 [illegible Syriac text]
25 [illegible Syriac text]
26 [illegible Syriac text]
27 [illegible Syriac text]
28 [illegible Syriac text]
29 [illegible Syriac text]

19 Vxores tantùm veſtras, & pubem veſtram,
ac pecora veſtra relinquite: noui enim armen-
ta plurima vobis eſſe: maneant in ciuitatibus
veſtris quas dedi vobis, 20 Donec pacificos
reddat Dominus fratres veſtros ſicut vos, &
poſſideant ipſi quoque terram quam dat eis
Dominus Deus veſter trans Iordanem: ac tunc
reuertemini quiſque ad hæreditatem ſuam
quam dedi vobis. 21 Ieſum etiam hortatus
ſum eo tempore, ac dixi, Oculi tui viderunt
omnia quæ fecit Dominus Deus veſter hiſce
duobus regibus, idem faciet Dominus omni-
bus hiſce regnis ad quæ tranſituri eſtis.
22 Ne timeatis eos, quoniam Dominus Deus
veſter ipſe dimicabit pro vobis.
23 Et deprecatus ſum eo tempore Dominum,
ac dixi: 24 Quæſo Domine Deus, tu cœpi-
ſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam,
& manum tuam validam, & brachium tuum
excelſum. quis enim Deus eſt in cælo aut in
terra qui faciat ſecundùm opera tua & ſecun-
dùm potentias tuas? 25 Tranſeam igitur, &
videam terram bonam quæ eſt vltra Iordanem,
montem hunc optimum, & Libanum.
26 At iratus eſt mihi Dominus propter vos,
& non exaudiuit me: ſed dixit mihi Dominus,
Sufficiat tibi, ne quid amplius coram me lo-
quaris hac de re.
27 Aſcende ad verticem collis, & erige ocu-
los tuos ad Orientem, & ad Occidentem, & ad
Aquilonem, & ad Auſtrum, & vide illam ocu-
lis tuis: non enim traijcies Iordanem iſtum.
28 Et hortare Ieſum, & robora eum atque
conforta, quoniam ipſe tranſibit coram popu-
lo iſto, & ipſe hæredes conſtituet eos terræ
quam videbis. 29 Et manſimus in valle è
regione Beth-Peor.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]
22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible Samaritan text]
24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]
28 [illegible Samaritan text]
29 [illegible Samaritan text]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible Samaritan text]
20 [illegible Samaritan text]
21 [illegible Samaritan text]
22 [illegible Samaritan text]
23 [illegible Samaritan text]
24 [illegible Samaritan text]
25 [illegible Samaritan text]
26 [illegible Samaritan text]
27 [illegible Samaritan text]
28 [illegible Samaritan text]
29 [illegible Samaritan text]

[19] *Verùm vxores veſtræ & infantes veſtri & armenta veſtra (ſcio enim vos habere armenta magna) maneant in vrbibus veſtris quas dedi vobis,*

[20] *Donec confirmet Deus fratres veſtros ſicut vos, & poſſideant ipſi quoque regionem quam Deus Dominus veſter daturus eſt vobis in illo Iordanis latere: & poſtea reuertetur vnuſquiſque veſtrum ad poſſeſſionem ſuam quam dedi ei.*

[21] *Et præcepi Juſaa in illo tempore, & dixi ei: Oculus tuus iam vidit omnia quæ fecit Dominus Deus noſter hiſce duobus regibus: eodem modo faciet Deus omnibus regnis ad quæ tu tranſiturus es.*

[22] *Ne ergo timeas illos, quia Deus Dominus veſter ipſe eſt qui pugnat pro vobis.*

[23] *Præterea oraui coram Domino in illo tempore, dicens:*

[24] *O Domine, ô Deus, tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam & potentiam tuam validam; non enim poteſt quiſquam in cælo aut terra facere ſecundùm opera tua & fortitudinem tuam.* [25] *Rogo te vt tranſeam, & videam illam regionem quæ eſt ab aduerſa parte Jordanis, & regionem illam, ac montem optimum, atque Libanum.*

[26] *At ſuccenſuit mihi Deus cauſa veſtri, & non exaudiuit me: ſed dixit mihi, Sufficit tibi, ne ampliùs roges me hac de re.*

[27] *Verùm aſcende ad cacumen rupis, & attolle oculos tuos ad Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem, & Orientem, & contemplare eam oculo tuo: non enim tranſibis hunc Iordanem.*

[28] *Et præcipe Juſaa, eumque conforta & corrobora, quoniam ipſe tranſibit ante hos homines, & poſſidere faciet eos regionem quam videbis.*

[29] *Tum manſimus in valle, qua parte reſpicit Beth-Pheor.*

19 الا نساءكم * واطفالكم * وماشيتكم * فاني اعلم ان لكم
ماشية كثيرة * فليقيموا في قراكم التي اعطيتكم اياها *
20 الي ان يقر الله اخوتكم مثلكم * فيحوزوا هم ايضا
البلد الذي الله ربكم معطيكم اياه في ذاك جانب
الاردن فيرجع * كل امرء منكم الي حوزه الذي اعطيته اياه *
21 وامرت يوشع في ذلك الوقت وقلت له * عينك قد رات جميع
ما صنع الله ربنا بهذين الملكين * فكذاك يصنع الله بجميع
الممالك التي انت جايز اليها *
22 فلا تخفهم * فان الله ربكم هو المحارب عنكم *
23 ثم تضرعت بين يدي الله في ذلك الوقت قايلا *
24 يا رب يا اله انت ابتدات ان تري عبدك عظمتك وقدرتك
الشديدة * لا قادر في السماء والارض يصنع كصنايعك وجبروتك *
25 اسالك ان اجوز فانظر الي ذلك البلد الذي من ذاك
جانب الاردن * وذلك البلد والجبل الجيد ولبنان *
26 فعتب الله علي بسببكم * ولم يسمع مني * بل قال لي *
حسبك * لا تزد في مسلتي هذا الباب * 27 لكن اصعد الي
راس القلعة * وارفع عينيك الي الغرب * والشمال * والجنوب *
والشرق * وانظر بعينك * فانك لا تجوز هذا الاردن *
28 ومر يوشع وشدده * وايده * فانه يعبر بين يدي هولاء
القوم * ويخلهم البلد الذي تراه *
29 ثم جلسنا في الوادي * مما يلي بيت فعور *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[19] Tantummodo paruuli veſtri, & mulieres veſtræ, & pecudes veſtræ (noui pecudes multas eſſe vobis) rema-
nebunt in vrbibus veſtris quas dedi vobis. [20] Donec requiem præſtiterit fratribus veſtris ſicut vobis, &
poſſideant etiam ipſi terram quam Dominus Deus veſter dedit eis trans Iordanem; tum redibitis vnuſquiſque
in hæreditatem ſuam quam dedi vobis. [21] Ioſuæ quoque præcepi in illo tempore dicens; Oculi tui vide-
runt quæ fecit Dominus duobus regibus iſtis; ſic faciet Dominus omnibus regnis per quæ tu tranſis.
[22] Non timebis eos, quoniam Dominus Deus veſter ipſe pugnat pro vobis.
[23] Rogaui etiam Dominum in illo tempore dicens. [24] Deſpota Domine, tu cœpiſti oſtendere ſeruo
tuo magnitudinem tuam, & manum tuam fortem: Quis enim Deus in cælis, & in terra qui fecerit ſecundum
opera tua, & ſecundum virtutes tuas? [25] Tranſeam quæſo, & videam terram illam bonam quæ eſt trans
Iordanem, montem illum bonum, atque libanum. [26] Excanduerat autem Dominus mihi propter vos,
ideo non audiuit me; ſed dixit Dominus mihi: ſufficiat tibi, ne addas loqui mihi amplius de hac re.
[27] Aſcende ad verticem collis, & attolle oculos tuos, ad Occidentem, ad Aquilonem, ad Meridiem, &
Orientem, & contemplare oculis tuis; non enim tranſibis Iordanem iſtum.
[28] Præcipe etiam Ioſuæ, & conforta eum, & corrobora eum; nam ipſe tranſibit ante populum iſtum: ipſe
quoque diuidet iis in hæreditatem terram quam videbis.
[29] Manſimus igitur in valle è regione Bethphogor.

ܦܬܓܡܐ ✤ ܕ ✤

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

CAPVT IV.

IGitur ô Iſraël audite legem & iudicia quæ doceo vos hodie facienda, vt viuatis, & ingrediamini, atque poſſideatis terram quam daturus eſt vobis Dominus Deus patrum veſtrorum. 2 Nil addatis ad mandatum quod præcipio vobis, & nil detrahatis ex ipſo, ſed obſeruate mandatum Domini Dei veſtri quod præcipio vobis.
3 Oculi veſtri viderunt quicquid fecit Dominus Beel-Peor; nam omnem virum qui ſectatus eſt Beel-Peor, perdidit Dominus Deus veſter de medio veſtri.
4 Vos verò qui adhæſiſtis Domino Deo veſtro, ecce viui eſtis omnes vſque ad hodiernum
diem. 5 Et videte quòd docuerim vos leges & iudicia quemadmodum præcepit mihi Dominus Deus, ad hóc vt ea faciatis in terra ad quam ingreſſuri eſtis vt poſſideatis illam.
6 Itaque cuſtodietis, & facietis ea, quia hæc eſt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra coram populis, qui audientes omnes has leges, dicent, Sapiens ac prudens eſt populus iſte magnus.
7 Quis eſt enim populus magnus cui propinquus ſit Deus ſuus ſicut Dominus Deus noſter in omnibus pro quibus eum inuocamus?
8 Et quinam populus eſt magnus qui habeat leges & iudicia iuſta, qualis eſt tota lex iſta quam propono vobis hodie?
9 Duntaxat cauete diligenter, & cuſtodite animas veſtras, ne obliuiſcamini rerum omnium quas viderunt oculi veſtri, neue labantur è corde veſtro cunctis diebus vitæ veſtræ: ſed notas facite eas filiis veſtris & nepotibus veſtris.

VERSIO-SAMARITANA.

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

CAPVT IV.

NVnc ergo ô Iſrail, audi ſtatuta & iudicia quæ ego vos doceo, vt faciatis ea, quatenus viuatis, & ingrediamini, atque poßideatis regionem quam Deus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis.
2 *Et ne addatis quicquam ad ea quæ præcipio vobis, nihilque detrahatis ex eis, vt obſeruetis mandata Dei Domini veſtri quæ ego præcipio vobis hodie.*
3 *Oculi veſtri viderunt quid fecerit Deus Pheor idolo: ſiquidem omnem virum qui ſequutus eſt illud, perdidit eum Deus Dominus veſter ex vobis.*
4 *Vos verò qui adhæretis Deo Domino veſtro, viui eſtis omnes hodie.*
5 *Videte, iam docui vos hodie ſtatuta & iudicia quemadmodum præcepit mihi Deus Dominus meus, vt faciatis ea in regione ad quam vos pergitis vt poßideatis eam.*
6 *Igitur cuſtodite ea, & operamini illa, quoniam ipſa ſunt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra in præſentia gentium, quæ cùm audierint hæc ſtatuta & iudicia, dicent: Pro certo cœtus iſte maximus, populus eſt ſapiens & intelligens.*
7 *Quæ enim gens magna habet Deum proximum ſibi, ſicut proximus eſt Deus Dominus noſter nobis quandocunque inuocamus eum?*
8 *Et quænam gens magna habet ſtatuta & iudicia æqua, qualis eſt tota lex iſta quam ego recito vobis hodie?*
9 *At præcipuè caueto, & cuſtodi animam tuam quammaximè, vt ne obliuiſcaris colloquia quæ vidit oculus tuus, & ne abſcedant à corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ. Sed ſignifica ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum,*

* الفصل الرابع *

1 والآن يا اسرائيل اسمع الرسوم والاحكام التي انا معلمكم *
لتعملوا بها * لكي تحيوا فتدخلوا وتحوزوا البلد الذي الله اله
آبائكم معطيكم *
2 ولا تزيدوا شيئا على ما آمركم به * ولا تنقصوا منه *
لتحفظوا وصايا الله ربكم التي انا آمركم بها اليوم *
3 عيونكم رأت ما صنع الله بفعور الصنم * اذ كل رجل
اتبعه افناه الله ربكم من بينكم *
4 وانتم اللازمون لله ربكم كلكم احياء اليوم *
5 انظروا قد علمتكم اليوم رسوما واحكاما كما امرني الله
ربي * لتصنعوها في البلد الذي انتم صائرون اليه لتحوزوه *
6 فاحفظوها واعملوا بها * فانها حكمتكم وفهمكم بحضرة
الامم * اذا هم سمعوا هذه الرسوم والاحكام فيقولون * يقينا ان
هذا الحزب الكبير شعب حكيم فهم *
7 لان اية امة كبيرة لها اله قريب منها كقرب الله
ربنا منا متى ما دعوناه *
8 واية امة كبيرة لها رسوم واحكام عادلة كجميع هذه
التوراة التي انا تاليها عليكم اليوم *
9 وخاصة احترس واحفظ نفسك جدا * كيلا تنسى الخطوب
التي رأتها عينك * ولا تزول من قلبك كل ايام حياتك * بل عرفها
لبنيك وبني بنيك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT IV.

NVnc autem Iſrael audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo vos facere, vt viuatis, & venientes poſſideatis terram quam Dominus Deus Patrum veſtrorum dat vobis.
2 Non addetis verbo quod ego præcipio vobis hodie, neque auferetis ex eo, vt obſeruetis præcepta Domini Dei veſtri quæ ego præcipio vobis.
3 Oculi veſtri vident quæ fecit Dominus aduerſus Beelphegor: quoniam omnem hominem qui ambulauerat poſt Belphegor exterminauit Dominus Deus tuus de medio tui.
4 Vos autem qui adhæſiſtis Domino Deo veſtro, viuitis vos omnes hodie.
5 Videte, docui vos præcepta & iudicia ſicut præcepit mihi Dominus Deus meus, vt ſic faciatis in medio terræ ad quam vos itis poſſidendam.
6 Cuſtodietis igitur, & facietis; quoniam hæc eſt ſapientia veſtra, & intelligentia veſtra in oculis populorum qui audient omnia præcepta iſta: dicent enim, certè populus ſapiens eſt, & intelligens; gens iſta magna eſt.
7 Quæ eſt enim gens magna cui ſint dij propinqui, ſicut Dominus Deus noſter in omnibus quibus inuocauerimus eum?
8 Quæ præterea, gens eſt magna cui ſint præcepta, & iudicia iuſta, vt vniuerſa iſta lex quam ego do hodie in conſpectu veſtro.
9 Verumtamen caue tibi, & cuſtodi animam tuam valde, ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, néue recedant de corde tuo omnibus diebus vitę tuę; ideo nota facies ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum.

[illegible]

10 *Eas inquam res quas vidiſtis* die quo ſte-
tiſtis coram Deo veſtro in Horib, quando ait
mihi Dominus, Conuoca ad me populum, &
audire faciam eos ſermones meos, diſcentque
timere coram me cunctis diebus quibus viui
erunt ſuper terram, & filios ſuos docebunt.
11 Et accedentes ſteriſtis ad radices montis,
mons autem conflagrabat igne vſque ad cor
cæli, & obſcuritas nubis atque caligo *occupabat
eum.* 12 Et locutus eſt Dominus vobiſcum in
monte de medio ignis: vocem ſermonis audie-
batis, at effigiem nullam videbatis, ſed vocem
tantùm. 13 Et oſtendit vobis pactum ſuum,
& præcepit vobis vt faceretis decem ſermones,
ſcripſitque eos ſuper duas tabulas lapideas.
14 Mihi verò iuſſit Dominus eodem tempo-
re vt docerem vos leges & iudicia, quatenus
faceretis ea in terra ad quam tranſituri eſtis ad
eam poſſidendam. 15 Cauete diligenter vobis
ipſis, ne quia minimè vidiſtis effigiem in die
qua locutus eſt Dominus vobiſcum in Horib
de medio ignis, 16 Corruptionem gignatis, &
faciatis vobis idola & effigies omnis generis,
maſculi aut fœminæ: 17 Imaginem cuiuſcun-
que iumenti quod eſt in terra: imaginem cuiuſ-
cunque volatilis alati volantis in cælo:
18 Imaginem cuiuſcunque reptilis terræ: ima-
ginem quorumcunque piſcium qui ſunt in ma-
ri, qui ſunt infra terram. 19 Et ne fortè ſubla-
tis oculis veſtris in cælum, videatis ſolem & lu-
nam, ac ſtellas, omneſque cæli exercitus, &
aberrantes adoretis ea, & colatis ea quæ Domi-
nus Deus veſter diſtribuit cunctis populis qui
ſunt ſub cælo: 20 Vos verò aſſumpſit Domi-
nus, & eduxit vos de fornace ferrea, de Ægy-
pto, vt eſſetis ei populus & hæreditas, quem-
admodum eſtis hodie.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

10 *Quo tempore ſtetiſti coram Deo Domino tuo prope Horib,cùm dixit ad me Deus: Congrega mihi populum, vt audire faciam eos ſermonem meum, vt addiſcant timorem meum longitudine dierum quibus ipſi manſuri ſunt ſuper terram, eumque doceant filios ſuos.*
11 *Et acceſſiſtis, & ſtetiſtis infra montem, dum mons ardens eſſet igne vſque ad centrum cæli, cingeretque eum nigredo nubium & caliginis.*
12 *Et allocutus eſt vos Deus ab igne: & quidem audiebatis ſermonem, at imaginem minimè percipiebatis præter ſolam vocem.*
13 *Et annuntiauit vobis pactum ſuum quod præcepit vobis vt operaremini, nempe decem Verba, & ſcripſit ea ſuper duas tabulas lapideas.*
14 *Et præcepit mihi Deus in illo tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia quæ faceretis in regione ad quam vos pergitis vt poſſideatis eam.*
15 *Cauete igitur ſolicitè animabus veſtris (non enim vidiſtis figuram in die colloquij Dei vobiſcum in Horib in medio igne)*
16 *Ne perdatis eas, faciendo vobis ſculptilia ad imaginem cuiuſcunque perſonæ ſiue maris ſiue fœminæ,* 17 *Aut imaginem pecudum terræ, aut imaginem volucris alati quod volat in cælo,*
18 *Aut imaginem eorum quæ repunt ſuper terram, aut imaginem piſcium qui ſunt in aqua ſub terra.*
19 *Et vt ne attollas oculos tuos ad cælum, aſpiciaſque ſolem, & lunam & ſtellas, omniaque ſydera cæli, & aberres, & adores ea, & ſeruias iis quorum lumen expandit Deus Dominus tuus omnibus populis qui ſunt ſub toto cælo.*
20 *Vos autem elegit Deus, & eduxit vos è* loco *ſimili fornaci ferri, ex Ægypto, vt ſitis populus electus, vt hodierna die.*

10 في وقت وقفت فيه بين يدي الله ربك عند حوريب * حين
قال الله لي اجمع لي القوم حتى اسمعهم كلامي * لكي يتعلموا
مخافتي طول الايام التي هم مقيمون فيها على الارض * ويعلموا
ذلك بنيهم * 11 فتقدمتم ووقفتم اسفل الجبل * والجبل
مشتعل بالنار الى كبد السماء * يحيط به سواد الغيم والضباب *
12 فكلمكم الله من لدن النار * فكنتم سامعين الكلام * وشبها
لا تدركون سوى صوت فقط * 13 واخبركم بعهده الذي
امركم ان تعملوا به * وهو العشر الكلمات * وكتبها على
كلي لوحي الحجارة * 14 وامرني الله في ذلك الوقت بان اعلمكم
رسوما واحكاما تعملون بها في البلد الذي انتم سايرون اليه
لتحوزوه * 15 فاحذروا جدا على نفوسكم * فانكم
لم تروا شبها في يوم خطاب الله لكم في حوريب في وسط النار *
16 كيلا تهلكوها بان تعملوا لكم قسيلا على شكل كل شخص
من ذكر او انثى * 17 او شكل من بهايم الارض * او شكل
من الطاير ذي الجناح الذي يطير في السماء *
18 او شكل مما يدب على الارض * او شكل من السمك الذي
في الماء تحت الارض * 19 وكيلا ترفع عينيك الى السماء
فتنظر الشمس * والقمر * والكواكب * وجميع نجوم السماء *
فتزول وتسجد لها وتعبدها التي بث نورها الله ربك لجميع الشعوب
الذين تحت جميع السماء * 20 وانتم اصطفاكم الله * واخرجكم
من شبيه بكور الحديد من مصر لتكونوا شعب صفوة كهذا اليوم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Diei quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, cum dixit Dominus mihi: Congrega mihi populum vt promulgem verba quæ diſcent, vt timeant me omnibus diebus quibus viuent ſuper terram, & filios ſuos doceant.
11 Acceſſiſtis igitur, & ſtetiſtis ſub monte: Mons autem flagrabat igne vſque in cor cœlorum; tenebræ erant, nubes, & caligo.
12 Et locutus eſt Dominus vobis de medio ignis: ſonum verborum vos audiebatis, ſed ſimilitudinem non videbatis, tantummodò ſonum.
13 Tum narrauit vobis fœdus ſuum quod iuſſit facere vobiſcum, decem verba; & ſcripſit ea ſuper duas tabulas lapideas.
14 Mihique præcepit Dominus in illo tempore, vt docerem vos præcepta & iudicia, vt faceretis ea in terra ad quam vos pergitis poſſidendam.
15 Cuſtodietis etiam plurimùm animas veſtras: non enim vidiſtis vllam imaginem in die quo locutus eſt Dominus vobis in Horeb de medio ignis.
16 Ne fortè corrumpamini, & faciatis vobis ſculptile, ſimilitudinem cuiuſlibet ſimulachri, imaginem maſculi, aut fœminæ.
17 Imaginem cuiuſlibet iumenti quod eſt in terra; imaginem cuiuſlibet volucris alatæ quæ volat per cælos.
18 Imaginem cuiuſlibet repentis in terra: imaginem cuiuſlibet piſcis qui eſt in aquis ſubtus terram.
19 Ne fortè etiam attollas oculos tuos in cœlum, videaſque ſolem & lunam, & ſtellas, omnem exercitum cœlorum, & impulſus adores ea, & ſeruias eis, quæ dedit Dominus Deus tuus omnibus populis ſub vniuerſo cælo.
20 Vos enim tulit Dominus, & eduxit vos de fornace ferrea, de Ægypto, vt eſſetis ei in populum hæreditarium ſicut hoc die.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible] 25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

21 Et ira percitus in me Dominus propter ſer-
mones veſtros, iurauit me non traiecturum Ior-
danem iſtum, nec ingreſſurum terram bo-
nam quam dedit vobis Dominus Deus ve-
ſter poſſeſſionem.
22 Ego enim moriturus ſum in terra iſta, ne-
que tranſiturus hunc Iordanem: vos autem
tranſituri eſtis, & poſſeſſuri terram hanc opti-
mam quam dat vobis Dominus Deus veſter.
23 Cauete ne obliuiſcamini pactum Domini
Dei veſtri quod ſtatuit vobiſcum, & corru-
ptionem perpetrantes, faciatis vobis idola &
imagines cuiuſcunque rei quam præcepto in-
hibuit vobis Dominus Deus veſter.
24 Dominus enim Deus veſter ignis eſt de-
uorans, eſtque Deus zelotes. 25 Cùmque
procreaueritis filios aut nepotes, & inueterati
fueritis in terra, & corruptelam inducentes,
feceritis idola, & ſimulachra cuiuſcunque rei,
& geſſeritis quod malum eſt coram Domino
Deo veſtro, & eum ad iracundiam prouoca-
ueritis: 26 Obteſtor contra vos hodie cælum
ac terram quòd pereundo peribitis breui de
terra ad quam poſſidendam vos hodie traijci-
tis Iordanem, nec multos tranſigetis in illa dies,
ſed pereundo peribitis. 27 Diſpergetque
vos Dominus inter populos, & remanebitis
pauci numero inter gentes inter quas diſſipa-
bit vos Dominus. 28 Et coletis illic deos
opus manuum hominum, ligneos, & lapideos,
non videntes, nec audientes, nec edentes,
nec odorantes. 29 Et quæretis ibi Domi-
num Deum, & inuenietis eum quando in-
quiretis illum ex toto corde veſtro, & ex tota
anima veſtra, 30 Quando afflictionibus pre-
memini, & euenient vobis omnes iſti ſermo-
nes in fine dierum: & conuertemini ad Do-
minum Deum, & audietis vocem eius.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

21 *Et quandoquidem iratus eſt mihi Deus cau-*
ſa veſtri, & iurauit quod non tranſibo Iorda-
nem, neque ingrediar in regionem bonam quam
dabit tibi Dominus Deus tuus poſſeſſionem,
22 *Et ego moriturus ſum in iſta regione, nec*
tranſiturus Iordanem, vos autem tranſituri eum
eſtis, & poſſeſſuri regionem illam bonam:
23 *Cauete ergo animabus veſtris quin obliuiſca-*
mini fœderis Dei Domini veſtri, quod pepigit vo-
biſcum, & faciatis vobis ſculptilia ad imagi-
nem vllius rei quam vetuit tibi Deus Dominus
tuus. 24 *Nam ſupplicium Dei Domini tui*
ignis eſt deuorans, ipſe eſt potens, zelotes, remu-
nerator.
25 *Et cùm genueritis filios, & filios filiorum, &*
vetuſti fueritis in regione, & corruptionem egeritis
faciendo ſculptilia cuiuſcunque imaginis, & com-
miſeritis ſcelus ante Deum Dominum veſtrum,
eumque irritaueritis:
26 *Teſtor aduerſum vos ab hac die cælum &*
terram, vos breui perituros de regione ad quam
poſſidendam vos tranſituri eſtis Iordanem, nec diu
manſuros in ea: ſed interitu vos perituros,
27 *Et à Deo diſperdendos inter gentes, ita vt*
maneatis cœtus pauci *numeri inter populos ad*
quos ducturus vos eſt Deus.
28 *Et ſeruietis ibi dys arte manuum hominum*
factis ex lapide & ligno, re nimirum quæ non vi-
det, nec audit, nec comedit, nec olfacit.
29 *Quærite ergo illinc Deum Dominum ve-*
ſtrum, at quære eum ſincerè ex toto corde tuo &
anima tua.
30 *Cùmque anguſtiis deprehenſus fueris, & eue-*
nerint tibi omnes res iſtæ, in fine dierum illorum
reuertere ad Deum Dominum tuum, & acquieſ-
ce mandatis eius.

21 واذ قد وجد الله علي بسببكم * واقسم ان لا اعبر الاردن *
ولا ادخل الي البلد الجيد الذي يعطيكه الله ربك نحلة *
22 واما مايت في هذا البلد لا اعبر الاردن * وانتم عابروه *
فتحوزون ذلك البلد الجيد *
23 فاحذروا علي انفسكم من ان تنسوا عهد الله ربكم
الذي عهده معكم * فتصنعوا لكم تمثالا شبه كل ما نهاك عنه
الله ربك *
24 لان عقاب الله نار اكلة * هو القادر الغيور المعاقب *
25 واذا اولدتم بنين وبني بنين * وقدمتم في البلاد فافسدتم
بان تعملوا تمثالا من كل شبه * وفعلتم الشر بين يدي الله ربكم
واسخطتموه *
26 فقد اشهدت عليكم من اليوم السماء والارض *
بانكم تبيدون سريعا من البلد الذي انتم عابرون الاردن
اليه لتحوزوه * ولا تطول مدتكم فيه * بل فناء تفنون *
27 ويبددكم الله فيما بين الشعوب * حتي تبقوا رهطا ذا
احصاء في الامم الذين يسوقكم الله اليهم *
28 وتخدمون هناك الهة من صنعة ايدي ناس * من حجر
وخشب * ما لا يبصر * ولا يسمع * ولا ياكل * ولا يشم *
29 فاطلبوا من ثم الله ربكم تجدوه * والتمسه مخلصا بكل قلبك
ونفسك * 30 واذا ضاق بك * ونالك جميع هذه الامور * ففي
آخر تلك الايام تب الي الله ربك * واقبل اوامره *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Sed Dominus iratus eſt mihi propter verba veſtra, vt non tranſirem Iordanem, neque ingrederer in ter-
ram bonam quam Dominus Deus tuus dedit tibi in poſſeſſionem. 22 Ideo ego morior in terra iſta; non
tranſibo Iordanem, vos verò tranſibitis, & poſſidebitis terram iſtam bonam.
23 Cauete vobis ne obliuiſcamini fœdus Domini Dei veſtri quod pepigit vobiſcum, & faciatis vobis ſculpti-
le, ſimilitudinem cuiuſcunque rei, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.
24 Nam Dominus Deus tuus ignis eſt conſumens; ipſe eſt Deus zelotes: 25 Cum genueritis filios, & nepo-
tes, & ſenueritis in terra; corruperitis autem vos, & feceritis ſculptile, ſimilitudinem quamlibet, feceritiſque
iniquitatem in oculis Domini Dei veſtri ad irritandum ipſum. 26 Teſtor aduerſum vos hodie cœlos & ter-
ram quod pereundo peribitis ſtatim de terra, ad quam poſſidendam vos tranſitis Iordanem. Non producetis
dies ſuper eam, ſed exterminando exterminabimini. 27 Diſperdet quoque vos Dominus in populos, &
relinquemini homines pauci numero inter gentes ad quas deducet vos Dominus.
28 Seruietiſque ibi diis, operi manuum hominum, ligno, & lapidi, qui non vident, neque audiunt, neque
edunt, neque odorantur. 29 Quæres autem exinde Dominum Deum tuum, & inuenies eum, cum
quæſieris eum in omni corde tuo, & in omni anima tua.
30 Cum anguſtiaberis, & inuenerint te omnes res iſtæ in extremitate dierum, & reuerſus fueris ad Dominum
Deum tuum, & audieris vocem eius:

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

[31] Nam Deus eſt miſericors, Dominus Deus
veſter, non deſtruet vos, nec derelinquet vos,
nec obliuiſcetur fœderis quod iurauit patribus
veſtris. [32] Verùm ſciſcitamini de diebus an-
tiquis qui vos præceſſerunt, à die qua creauit
Deus hominem ſuper terram ab extremo cælo
vſque ad extremum cælum, ſi vnquam facta ſit
huiuſmodi res magna, aut audita fuerit ſimilis
ei? [33] Num audierit populus alius vocem Dei
loquentis de medio ignis, ſicut vos audiſtis &
vixiſtis? [34] Aut probauerint Deum qui abiens
aſſumpſerit ſibi populum è medio populi, per
tentationes, & ſigna, & miracula, & bella, &
manum validam, & brachium excelſum, &
viſiones magnas, iuxta omnia quæ fecit Do-
minus Deus veſter Ægyptiis coram vobis?
[35] Vos vidiſtis & noſtis Dominum eſſe Deum,
nec alium eſſe præter ipſum. [36] De cælo audire
vos fecit vocem ſuam ad vos edocendos, & ſu-
per terram oſtendit vobis ignem ſuum ma-
gnum, & ſermones ſuos, quemadmodum audi-
ſtis & vidiſtis è medio ignis. [37] Et quoniam
dilexit patres veſtros, elegit ſemen eorum poſt
ipſos, & eduxit vos propria in perſona magna
cum potentia ex Ægypto, [38] Ad perdendos
à conſpectu veſtro populos maiores & fortio-
res vobis, vt vos introduceret, daretque vobis
terrã eorum in hæreditatem, vt hodie *probatis*:
[39] Et ſciatis hodie, & conuertatis cor veſtrum,
quoniam Dominus eſt Deus in cælo ſupernè,
& ſuper terram infernè, nec ſit alius præter ip-
ſum. [40] Obſeruate leges eius & mandata
eius quæ præcipio vobis hodie, vt bene ſit vo-
bis & filiis veſtris poſt vos, & protrahatis
dies in terra quam dat vobis Dominus Deus
veſter cunctis diebus. [41] Tunc ſeparauit
Moſes tres ciuitates in tranſitu Iordanis ad
ortum ſolis,

VERSIO SAMARITANA.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

31 *Quoniam Deus Dominus tuus potens eſt ac*
miſericors, non te deſeret, nec te perdet. Et ne obli-
uiſcaris fœderis patrum tuorum pro quo iurauit
eis. 32 *Tandem ſciſcitare de diebus prioribus qui*
tranſacti ſunt ante te, à die quo creauit Deus
Adam ſuper terram ab extremitate cæli ad ex-
tremitatem eius: vtrum fuerit vnquam ſimile quid
huic rei maximæ, aut auditũ fuerit? 33 *Et vtrum*
audierit gens vlla vocem Dei loquentis ad ſe de
medio ignis, ſicut tu audiſti, & vixiſti? 34 *Aut*
erexerit Deus vexillum, manifeſtando beneficia
ſua, & liberando ſibi gentem de medio alterius, per
ſigna, & portenta, & prodigia, atque certamen,
manum fortem, & brachium extenſum, & terro-
res magnos, quemadmodum fecit vobis Deus Do-
minus veſter in Ægypto in præſentia veſtra?
35 *Te itaque, te inquam decet noſſe quòd Domi-*
nus ipſe eſt Deus, præter quem nullus eſt Deus.
36 *Et quidem de cælo audire te fecit vocem ſuam,*
vt erudiret te: & ſuper terram oſtendit tibi ignem
ſuum maximum, & audiſti verba eius de medio
illius. 37 *Et hoc quidem poſtquam dilexit patres*
tuos, & elegit ſtirpem eorum poſt ipſos, & eduxit
te beneplacito ſuo, cum virtute ſua magna, ex
Ægypto, 38 *Vt excinderet gentes plures & ma-*
iores te à conſpectu tuo, teque introduceret in regio-
nem eorum, & illam tibi daret poſſeſſionem, vt vi-
des hodie. 39 *Agnoſce hoc igitur, & peruolue*
illud in corde tuo, quod ſcilicet Deus ipſe ſit Deus
in cælo ſupremo & in terra infima, nec ſit alius
præter eum. 40 *Et cuſtodi ſtatuta eius &*
præcepta eius quæ mando tibi hodie, vt bene ſit
tibi & filiis tuis poſt te, & vt prorogetur tempus
tuum in regione quam Deus Dominus tuus datu-
rus eſt tibi, in longitudinem temporis.
41 *Tunc ſegregauit Moſes tres vrbes in parte*
Iordanis orientali.

31 لان الله ربك قادر رحيم * لا يخليك * ولا يهلكك * ولا ينسي
عهد اباءك الذي اقسم به لهم * 32 والان فسل عن الايام
الاولي التي سلفت من قبلك * منذ يوم خلق الله ادم علي الارض
من طرف السماء الي طرفها * هل كان قط مثل هذا الامر العظيم *
او سمع به * 33 وهل سمعت امة صوت اله مكلمها من داخل
النار * كما سمعت انت فعشت * 34 او رفع الله علما * بان
يظهر انعامه فيخلص له امة من بين اخري باعلام وايات
وبراهين وملحمة ويد شديدة وذراع ممدودة ومخاوف كبار *
حسب ما صنع لكم الله ربكم بمصر بحضرتكم *
35 فانت يجب عليك ان تعلم ان الرب هو الاله * لا اله غيره *
36 ومن السماء اسمعك صوته ليؤدبك * وعلي الارض اراك
ناره العظيمة * وسمعت كلامه من داخلها * 37 وذلك بعد ما
احب اباءك * واختار نسلهم من بعدهم * واخرجك برضاه بقوته
العظيمة من مصر * 38 ليقرض امما اكثر واعظم منك من
بين يديك * ويدخلك بلدهم * ويعطيك اياه نحلة * كما تري اليوم *
39 فاعلم ذلك * وردده في قلبك * ان الله هو الاله في السماء
العليا * والارض السفلي * ليس سواه *
40 واحفظ رسومه ووصاياه التي امرك بها اليوم * لكي يخار لك
ولبنيك من بعدك * وكي تطول مدتك في البلد الذي الله ربك
معطيك طول الزمان *
41 حينئذ افرز موسي ثلاث قريات في جانب الاردن الشرقي *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

31 Quia Deus miſericors, eſt Dominus Deus tuus, non derelinquet te, neque perdet te, neque obliuiſcetur fœ-
deris Patrum tuorum quod iurauit illis. 32 Nunc enim interroga dies antiquos qui fuerunt ante te, ab eo die
quo creauit Deus hominem ſuper terram, atque ab extremo cœlorum vſque ad extremum cælorum, an facta
fuerit res ſimilis huic magnæ, aut quid eiuſmodi auditum fuerit. 33 Num audiuit populus vocem Dei viuen-
tis, loquentis de medio ignis, ſicut audiuiſti tu, & vixit? 34 Vel numquid tentauit Deus venire vt acciperet
ſibi gentem de medio gentis cum tentationibus, cum ſignis, & cum prodigiis, & in bello, & in manu forti, & in
brachio extento, & in viſionibus magnis, ſecundum omnia quæ fecit vobis Dominus Deus veſter in Ægypto
ante oculos veſtros? 35 Tibi hæc oſtenſa ſunt, vt ſcires quod Dominus ipſe eſt Deus, nec eſt alius præter
eum. 36 De cælis audire fecit tibi vocem ſuam ad erudiendum te, & ſuper terram oſtendit tibi ignem
ſuum magnum; verba quoque eius audiuiſti de medio ignis. 37 Et propterea quod dilexit patres tuos, ele-
git etiam ſemen eorum poſt eos, atque eduxit te ante faciem ſuam, & cum virtute magna de Ægypto.
38 Vt exterminaret gentes magnas, & te fortiores à facie tua, vt introduceret te ad dandnm tibi terram ea-
rum in poſſeſſionem ſicut hodie. 39 Cognoſces igitur hodie, reuocabiſque in cor tuum quod Dominus ipſe
eſt Deus in cælis ſurſum, & ſuper terram deorſum: nullus eſt vltra. 40 Ideo cuſtodies præcepta eius, &
mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te: atque etiam vt producas dies
ſuper terram quam Dominus Deus tuus dat tibi omnibus diebus. 41 Tunc ſeparauit Moſes tres ciuitates
trans Iordanem ad ortum ſolis.

42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

42 Vt confugeret illuc homicida qui proxi-
mum ſuum occideret inuitus, nec odio proſe-
cutus eum fuerit ab heri & nudiuſtertius, fuge-
retque ad vnam ex his ciuitatibus, ac viueret.
43 Vna ex his eſt Boſar quæ eſt in ſolitudine
in terra planitiei Rubil: altera eſt Romath Ge-
laad Gaditarum: & *tertia* Golan quæ eſt in
Mathnin Manaſſis. 44 Hæc eſt lex quam pro-
poſuit Moſes coram filiis Iſrael. 45 Hæc ſunt
teſtimonia, & leges, ac iudicia quæ locutus eſt
Moſes ad filios Iſrael quando egreſſi ſunt ex
Ægypto, 46 In tranſitu Iordanis, in valle, è
regione Beth-Peor, in terra Sihonis regis Amo-
ræorum, qui morabatur in Heſbon, quem in-
terfecit Moſes & filii Iſrael, cùm egreſſi eſſent
ex Ægypto. 47 Et acquiſierunt terram eius,
& terram Og regis Mathnin, duorum regum
Amoræorum qui erant trans Iordanem ad or-
tum ſolis: 48 Ab Aduir quæ ſita eſt ad ripam
torrentis Arnon, vſque ad montem Serion, qui
eſt Hermon, 49 Et vniuerſam Arabam quæ
eſt trans Iordanem ab Oriente, vſque ad mare
Arabæ quod eſt infra Aſdod & Phaſga.

CAPVT V.

ADuocans autem Moſes vniuerſum Iſrae-
lem, dixit ad eum, Audi Iſrael leges &
iudicia quæ hodie dico vobis aſtantibus, vt diſ-
catis ea, & obſeruetis ea, & faciatis illa.
2 Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum
fœdus in Horib. 3 Nequaquam cum patri-
bus noſtris pepigit Dominus fœdus hoc, ſed
nobiſcum, nobis *inquam* qui hîc adſumus ho-
die, quique viui ſumus omnes. 4 Facie ad
faciem locutus eſt vobiſcum Dominus in mon-
te de medio ignis. 5 Et ego ſtabam inter Do-
minum & vos eo tempore, vt indicarem vobis
ſermones Domini Dei veſtri, quando timuiſtis
à conſpectu ignis, nec aſcendiſtis in montem.

VERSIO SAMARITANA.

42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

42 *Vt fugeret ad eas omnis homicida qui inter-*
fecerit proximum ſuum præter intentum, & is non
oderit eum ab heri & antea, fugeret inquam ad
vnam ex illis, & viueret: 43 *Nempe Baſer*
in regione plana deſerti, ex regione Raubin: &
Ramoth in Giares, de regione Gad: & Golan in
Bathnia, de regione Manaſſe. 44 *Atque hæc*
eſt lex quam recitauit Muſa filiis Iſrael,
45 *Et hæc ſunt teſtimonia, & ſtatuta, atque*
iudicia quæ mandauit Muſa filiis Iſrail egredien-
tibus ex Ægypto, 46 *In oppoſito latere torrentis*
qua parte contiguum eſt Beth-Pheor in regione
Sihon regis Amoræorum habitantis in Haſban,
quem occiderunt Muſa & filii Iſrail poſt exitum
ſuum ex Ægypto, 47 *Et poſſederunt regionem*
eius, & regionem Og regis Bathniæ, qui ſunt duo
reges Amoræorum qui erant in latere Iordanis
orientali: 48 *Ab Aruir quæ eſt ad littus tor-*
rentis Arnon vſque ad montem Sihan, qui eſt
Hermon. 49 *Et totam planitiem* quæ eſt *ad*
latus Iordanis orientale vſque ad lacum Ti-
beriadis, ſub faucibus rupis.

CAPVT V.

DEinde accerſiuit Muſa omnes Iſraelitas, &
dixit eis: Audite ſtatuta & iudicia quæ ego
præcipio vobis, & diſcite ea, & cuſtodite ea, & exe-
quimini illa. 2 *Sanè Deus Dominus noſter*
iniuit nobiſcum pactum in Horib;
3 *Et non cum patribus noſtris tantùm iniuit pa-*
ctum illud, ſed nobiſcum etiam: & quidem nos
hîc hodie ſumus omnes viui. 4 *Deus autem al-*
locutus eſt vos nullo interpoſito medio, in Horib, è
medio ignis. 5 *Et ego ſtans inter ignem Dei &*
inter vos tum temporis, annutiabam vobis verba
ipſius, eo quòd extimueritis ignem, & non aſcen-
deritis in montem.

42 ليهرب اليها كل قاتل يقتل صاحبه بغير قصد * وهو غير شاني
له من امس وما قبله * فيهرب الي واحدة منها فيحيا * 43 فباصر
في البلد السهل من البرية من بلد راوبين * وراموث في جرش
من بلد جاد * وجولان في البثنية من بلد منشا * 44 وهذه
الشريعة التي تلاها موسي علي بني اسرايل * 45 وهذه
الشواهد * والرسوم * والاحكام التي امر بها موسي بني اسرايل
الخارجين من مصر * 46 في ذاك جانب الوادي * مما يلي بيت
فعور في بلد سيحون ملك الاموريين المقيم في حسبان * الذي
قتله موسي وبنو اسرايل بعد خروجهم من مصر * 47 فحازوا
بلده وبلد عوج ملك البثنية * وهما ملكا الاموريين الذين في
جانب الاردن الشرقي * 48 من عروعير التي علي شاطي وادي
ارنون الي جبل سيحان هو حرمون * 49 وجميع الغور جانب
الاردن الشرقي الي بحيرة طبرية تحت مصب القلعة *

* الفصل الخامس *

1 ثم دعا موسي بجميع الاسرايلية فقال لهم * اسمعوا الرسوم
والاحكام التي انا امركم بها * فتعلموها * واحفظوها * واعملوا بها *
2 ان الله ربنا عهد معنا عهدا في حوريب * 3 وليس مع ابايِنا
فقط عهد ذلك العهد * بل معنا ايضا ونحن هاهنا اليوم كلنا
احيا * 4 وذلك ان الله كلمكم بغير واسطة في حوريب من
وسط النار * 5 وانا قايم بين نور الله وبينكم في ذلك الوقت
اخبركم بكلامه * لانكم خفتم النار * ولم تصعدوا الجبل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

42 Vt fugeret illuc homicida qui occidiſſet proximum ſuum ignoranter, cum illum non odiſſet ipſe ab heri
& nudiuſtertius, euaderetque in vnam ex iſtis ciuitatibus, & viueret. 43 Boſor in deſerto in terra campeſtri
pro Rubenitis: & Ramoth in Galaad pro Gaditis: & Golan in Baſan pro Manaſſitis. 44 Hæc autem eſt lex
quam poſuit Moſes ante faciem filiorum Iſrael. 45 Iſta ſunt teſtimonia, præcepta, & iudicia quæ dixit Mo-
ſes filiis Iſrael cum egreſſi ſunt de Ægypto. 46 Trans Iordanem in valle, è regione Bethphegor, in terra
Sihon regis Amorrhæorum qui habitabat in Heſebon, quem percuſſit Moſes, & filij Iſrael cum egreſſi ſunt ex
Ægypto. 47 Et poſſederunt terram eius, & terram Og regis Baſan, duorum regum Amorrhæorum qui
erant trans Iordanem ad ortum ſolis. 48 Ab Aroer quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnon, & vſque ad mon-
tem Sion qui eſt Hermon. 49 Omnem quoque planitiem quæ eſt trans Iordanem ab Oriente, & vſque
ad mare planitiei, mare ſalſum, ſub decliui collis.

CAPVT V.

POſtea vocauit Moſes vniuerſum Iſraelem, dixitque eis: Audi Iſrael præcepta, & iudicia quæ ego loquor
hodie in auribus veſtris, vt diſcatis illa, & illa facere ſoliciti ſitis. 2 Dominus Deus noſter pepigit
nobiſcum fœdus in Horeb. 3 Non cum Patribus noſtris pepigit Dominus fœdus iſtud, ſed nobiſcum; no-
bis ipſis hîc hodie omnibus viuentibus. 4 Facie in faciem locutus eſt Dominus vobiſcum in monte de me-
dio ignis. 5 (Ego verò ſtabam inter Dominum, & inter vos in die illo, vt renuntiarem vobis verba Domini;
quoniam timebatis à facie ignis, ideo non aſcendiſtis in montem) dicendo.

· ܥܣܪܐ ܦܬܓܡܝܢ ·

6 ܘܐܡܪ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܕܐܦܩܬܟ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ.
ܡܢ ܒܝܬ ܥܒܕܘܬܐ. 7 ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ. ܒܪ
ܡܢܝ. 8 ܠܐ ܬܥܒܕ ܠܟ ܨܠܡܐ. ܘܟܠ ܕܡܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܫܡܝܐ ܡܢ
ܠܥܠ. ܘܕܐܝܬ ܒܐܪܥܐ ܡܢ ܠܬܚܬ. ܘܕܐܝܬ ܒܡܝܐ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ.
9 ܠܐ ܬܣܓܘܕ ܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܬܦܠܘܚ ܐܢܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܐܢܐ
ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܐܠܗܐ ܛܢܢܐ. ܦܪܥ ܚܘܒܐ ܕܐܒܗܬܐ ܥܠ ܒܢܝܐ
ܥܠ ܬܠܝܬܝܐ ܘܥܠ ܪܒܝܥܝܐ ܠܣܢܐܝ.
10 ܘܥܒܕ ܐܢܐ ܛܝܒܘܬܐ ܠܐܠܦܝܢ ܕܪܝܢ. ܠܪܚܡܝ ܘܠܢܛܪܝ
ܦܘܩܕܢܝ. 11 ܠܐ ܬܐܡܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܒܕܓܠܘܬܐ.
ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܙܟܐ ܡܪܝܐ ܠܡܢ ܕܝܡܐ ܒܫܡܗ ܒܕܓܠܘܬܐ.
12 ܛܪ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܘܩܕܫܝܗܝ. ܐܝܟ ܕܦܩܕܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ.
13 ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܬܦܠܘܚ ܘܬܥܒܕ ܟܠ ܥܒܕܟ.
14 ܘܝܘܡܐ ܕܫܒܝܥܝܐ ܫܒܬܐ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܠܐ ܬܥܒܕ ܒܗ
ܟܠ ܥܒܕ. ܐܢܬ ܘܒܪܟ ܘܒܪܬܟ. ܘܥܒܕܟ ܘܐܡܬܟ. ܘܬܘܪܟ
ܘܚܡܪܟ. ܘܟܠܗ ܒܥܝܪܟ. ܘܬܘܬܒܐ ܕܐܝܬ ܒܩܘܪܝܟ. ܕܢܬܬܢܝܚ
ܥܒܕܟ ܘܐܡܬܟ ܐܟܘܬܟ.
15 ܘܐܬܕܟܪ ܕܥܒܕܐ ܗܘܝܬ ܒܡܨܪܝܢ. ܘܐܦܩܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ
ܡܢ ܬܡܢ ܒܐܝܕܐ ܥܫܝܢܬܐ ܘܒܕܪܥܐ ܪܡܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܦܩܕܟ
ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܠܡܛܪ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ.
16 ܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ. ܐܝܟ ܕܦܩܕܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܕܢܣܓܘܢ
ܝܘܡܝܟ ܘܢܐܛܒ ܠܟ. ܒܐܪܥܐ ܛܒܬܐ ܕܝܗܒ ܠܟ ܡܪܝܐ
ܐܠܗܟ. 17 ܠܐ ܬܩܛܘܠ.
18 ܠܐ ܬܓܘܪ. 19 ܠܐ ܬܓܢܘܒ.
20 ܠܐ ܬܣܗܕ ܒܚܒܪܟ ܣܗܕܘܬܐ ܕܫܘܩܪܐ.

Decem ſermones.

6 Et ait, Ego ſum Dominus Deus tuus qui
eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.
7 Non ſit tibi Deus alius præter me. 8 Ne
facias tibi idolum, nec quamcunque imaginem
eius quod eſt in cælo supernè, & quod eſt in terra
infernè, quodque in aquis eſt ſub terra.
9 Ne adores ea, neque colas ea, quoniam ego
ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, rependens
iniquitates patrum filiis, ad tres & quatuor
generationes, oſoribus meis: 10 Et faciens
beneficium ad millia generationum, diligentibus
me & obſeruantibus mandata mea.
11 Ne iures per nomen Domini Dei tui cum
mendacio, quia non inſontem faciet Dominus
eum qui iurat per nomen ipſius cum mendacio.
12 Obſerua diem ſabbathi, & ſanctifica
eum, quemadmodum præcepit tibi
Dominus Deus tuus.
13 Sex diebus operaberis, & perages omnia
negotia tua: 14 Dies autem ſeptimus ſabbathum
eſt Domino Deo tuo. non facies in eo
vllum opus, tu, & filius tuus, & filia tua, &
ſeruus tuus, & ancilla tua, & bos tuus, & aſinus
tuus, & omnia iumenta tua, & incolæ qui
ſunt in ciuitatibus tuis, vt requieſcat ſeruus
tuus, & ancilla tua ſicut & tu. 15 Et memento
quòd ſeruus fueris in Ægypto, & Dominus
Deus tuus inde te eduxerit manu valida & brachio
excelſo. propterea mandauit tibi Dominus
Deus tuus vt obſeruares diem ſabbathi.
16 Honora patrem tuum & matrem tuam
quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus
tuus, vt protrahantur dies tui, & bene tibi ſuccedat
in terra optima quam tibi dat Dominus
Deus tuus. 17 Ne occidas. 18 Ne ſis mœchus.
19 Ne fureris. 20 Ne teſteris
aduerſus proximum tuum teſtimonium falſum.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible]

6 *Dixit autem ad vos: Ego ſum Deus Domi-*
nus tuus qui eduxi te de regione Ægypti, de domo
ſeruitutis. 7 *Ne ſit tibi Deus alius præter me.*
8 *Et ne facias tibi ſculptile, nec vllum ſimula-*
chrum ex iis quæ ſunt in cælo quod ſuper te eſt,
& ex iis quæ ſunt in terra quæ ſub te eſt, &
ex iis quæ ſunt in aqua quæ ſub terra eſt.
9 *Ne adores ea, nec ſeruias illis, quia ego ſum*
Deus Dominus tuus potens, remunerator, exi-
gens peccata patrum à filiis & nepotibus & pro-
nepotibus, ab oſoribus meis:
10 *Et rependens beneficia in millia, diligentibus*
me & cuſtodientibus præcepta mea.
11 *Ne iures per nomen Dei Domini tui falsò:*
Deus enim non iuſtificat eum qui iurat per no-
men eius falsò.
12 *Obſerua diem ſabbathi, & ſanctifica eum,*
ſicut mandauit tibi Deus Dominus tuus.
13 *Sex diebus operaberis, & exercebis omnes ar-*
tes tuas: 14 *Et dies ſeptimus ſabbathum erit*
Deo Domino tuo. Ne exerceas vllam artem, tu,
& filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & an-
cilla tua, & bos tuus, & aſinus tuus, & cuncta
iumenta tua, & hoſpes tuus qui eſt in habitaculis
tuis, vt quieſcat ſeruus tuus & ancilla tua ſicut
tu. 15 *Et memineris te fuiſſe ſeruum in regione*
Ægypti, & extraxiſſe te Deum Dominum tuum
ex ea, manu robuſta & brachio extenſo, atque ita
præcepiſſe tibi vt ſtatueres diem ſabbathi.
16 *Et honora patrem tuum & matrem tuam*
ſicut mandauit tibi Deus Dominus tuus, vt pro-
rogentur dies tui, & bene ſit tibi in regione quam
Deus Dominus tuus daturus eſt tibi.
17 *Ne occidas animam.*
18 *Et ne forniceris.*
19 *Et ne fureris.*
20 *Et ne teſteris contra proximum tuum teſti-*
monium falſum.

6 فقال لكم * انا الله ربك الذي اخرجك من بلد مصر من بيت
العبودية * 7 لا يكن لك اله اخر من دوني *
8 ولا تصنع لك منحوتا * ولا كل شبه مما في السماء التي من فوقك *
ومما في الارض التي تحتك * ومما في الماء الذي تحت الارض *
9 لا تسجد لها * ولا تعبدها * لاني الله ربك القادر المعاقب *
مطالب بذنوب الاباء من البنين * والثوالث * والروابع من شاني *
10 ومجاز بالاحسان لالوف من محبي وحافظي وصاياي *
11 ولا تحلف باسم الله ربك زورا * ان الله لا يبري من يحلف
باسمه زورا * 12 احفظ يوم السبت وقدسه كما امرك الله ربك *
13 ستة ايام تعمل وتصنع جميع صنايعك *
14 واليوم السابع سبت لله ربك * لا تعمل شيا من الصنايع
انت وابنك * وابنتك * وعبدك * وامتك * وثورك * وحمارك *
وساير بهايمك * وضيفك الذي في محالك * لكي يستريح عبدك
وامتك مثلك *
15 واذكر انك كنت عبدا في بلد مصر * فاخرجك الله
ربك منه بيد شديدة وذراع ممدودة * وكذلك امرك بان تقيم
يوم السبت *
16 واكرم اباك وامك كما امرك الله ربك * لكي تطول ايامك
ويحار لك في البلد الذي الله ربك معطيك *
17 لا تقتل النفس * 18 ولا تزن * 19 ولا تسرق *
20 ولا تشهد على صاحبك شهادة زور *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruorum. 7 Non erunt tibi dij
alieni ante faciem meam. 8 Non facies tibi ſculptile, & omnem ſimilitudinem eorum quæ ſunt in cælis
deſuper, & eorum quæ in terra deorſum, & eorum quæ in aquis ſubtus terram. 9 Non adorabis ea, neque
ſeruies illis: quoniam ego ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, viſitans iniquitatem Patrum ſuper filios, &
ſuper tertiam, & ſuper quartam generationem eorum qui oderunt me.
10 Faciens quoque miſericordiam in millia diligentibus me, & cuſtodientibus mandata mea.
11 Non accipies nomen Dei tui in vanum: non enim innocentem reputabit Dominus eum qui acceperit
nomen eius in vanum. 12 Cuſtodi diem ſabbati, vt illum ſanctifices, quemadmodum præcepit tibi Do-
minus Deus tuus. 13 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum.
14 Sed die ſeptimo ſabbatum eſt Domino Deo tuo. Nullum opus facies in eo, tu, & filius tuus, & filia tua;
ſeruus tuus, & ancilla tua; bos tuus, & aſinus tuus, & omnia iumenta tua, & peregrinus tuus qui eſt in portis
tuis, vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua ſicut tu. 15 Recordaberis enim quod ſeruus fuiſti in terra Ægy-
pti, & eduxit te Dominus Deus tuus inde in manu forti, & in brachio extento. Quapropter præcepit tibi Do-
minus Deus tuus vt celebrares diem ſabbati. 16 Honora patrem tuum, & matrem tuam, ſicut præcepit tibi
Dominus Deus tuus, vt producantur dies tui, atque vt benefiat tibi ſuper terram quam Dominus Deus tuus
dedit tibi. 17 Non occides. 18 Non mœchaberis. 19 Non furaberis. 20 Non teſtaberis contra proxi-
mum tuum teſtimonium falſum.

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

21 Ne concupiſcas vxorem proximi tui. Ne
concupiſcas domum proximi tui, nec agrum
eius, nec vineam eius, nec ſeruum eius, nec
ancillam eius, nec bouem eius, nec aſinum
eius, neque rem vllam quæ pertinet ad proxi-
mum tuum. 22 Hos ſermones locutus eſt
Dominus cum vniuerſa congregatione in
monte de medio ignis, in nube, & caligine,
& voce maxima quæ nullos habebat termi-
nos, & ſcripſit eos ſuper duas tabulas lapideas,
eoſque mihi dedit.
23 Cùmque audiſſetis vocem de medio te-
nebrarum, & mons igne conflagraret, acceſſi-
ſtis ad me cuncti principes tribuum veſtra-
rum, & ſeniores veſtri:
24 Et dixiſtis, Ecce oſtendit nobis Domi-
nus Deus noſter gloriam ſuam & maieſtatem
ſuam, & vocem eius audiuimus de medio
ignis: hodie vidimus quòd locutus ſit Domi-
nus Deus cum homine & vixerit.
25 Igitur cur moriamur, & deuoret nos ignis
hic maximus? Si iterum audiamus vocem Do-
mini Dei noſtri, moriemur.
26 Quis enim carneus vt nos, audiuit vocem
Dei viui loquentis de medio ignis, & vixit?
27 Accede tu, & audi quicquid dixerit tibi
Dominus Deus noſter, & tu loqueris ad nos
quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noſter,
& audiemus, atque faciemus. 28 Audiens
autem Dominus vocem ſermonum veſtrorum
quos dixeratis mihi, ait ad me Dominus, Au-
diui vocem populi, & ſermones quos tibi dixe-
runt, recta ſunt omnia quæ locuti ſunt.

VERSIO SAMARITANA.

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

21 *Et ne exoptes vxorem proximi tui, & ne cupias domum eius, & rus eius, & ſeruum eius, & ancillam eius, & bouem eius, & aſinum eius, & omnia quæ ipſius ſunt.*

22 *Hiſce verbis allocutus eſt Deus cœtum veſtrum in monte, ex igne & nube & caligine, voce magna haud repetita, & ſcripſit ea ſuper duas tabulas gemmeas, & ambas dedit mihi.*

23 *Et cùm audiſſetis vocem è tenebris nubium, & mons arderet igne, acceſſerunt ad me principes tribuum veſtrarum, & ſeniores veſtri:*

24 *Et dixiſtis, Ecce iam oſtendit nobis Deus Dominus noſter gloriam ſuam & magnificentiam ſuam, & audiuimus vocem eius de medio ignis, & nouimus hodie fieri poſſe vt alloquatur Deus hominem & viuat.*

25 *Et modò ne pereamus, nec deuoret nos ignis iſte magnus: quoniam ſi rurſus audiamus ſermonem Dei Domini noſtri, moriemur.*

26 *Nam quis carneus audiuit vocem Dei viui colloquentem cum eo de igne ſicut nos, & vixit?*

27 *Accede tu, & audi quæcunque dixerit Deus Dominus noſter, & tu trades nobis quæcunque loquetur tibi Deus, & audiemus, eaque opere complebimus.*

28 *Audiuit autem Deus verba veſtra cùm me eſtis allocuti, & dixit ad me: Iam audiui verba iſtorum hominum quibus te ſunt allocuti, & quidem bene egerunt in omnibus quæ dixerunt.*

21 ولا تتمن زوجة صاحبك * ولا تشته منزله * وضيعته * وعبده * وامته * وثوره * وحماره * وساير ما له *

22 هذه الكلمات كلم الله بها جوقكم في الجبل من لدن النار والغمام والضباب * بصوت عظيم غير معاود * وكتبها علي لوحي الجوهر * ودفعهما الي *

23 فلما سمعتم الصوت من لدن ظلام الغيم * والجبل مشتعل بالنار * تقدم الي روساء اسباطكم ومشايخكم *

24 فقلتم * هوذا قد ارانا الله ربنا كرمه وعظمه * وسمعنا صوته من داخل النار * وعلمنا اليوم انه يجوز ان يكلم الله انسانا فيحيا *

25 والان فلا نهلك * ولا تاكلنا هذه النار العظيمة * فانا ان عاودنا استماع كلام الله ربنا ايضا متنا *

26 لانه اي بشري سمع صوت الله الحي مخاطبه من النار مثلنا فعاش *

27 تقدم انت واسمع جميع ما يقوله الله ربنا * وانت تودي الينا جميع ما يكلمك به الله ربنا * فنسمعه ونعمل به *

28 فسمع الله كلامكم اذ كلمتموني * وقال لي * قد سمعت كلام هاولاء القوم الذي كلموك به * وقد احسنوا في جميع ما قالوا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Non concupiſces domum proximi tui: neque concupiſces vxorem proximi tui, agrum eius, ſeruum eius, &
ancillam eius; bouem eius, & aſinum eius, & quidquid eſt proximi tui. Cum autem introduxerit te Dominus
Deus tuus in terram Chanaan, ad quam poſſidendam vadis, Tum eriges tibi lapides magnos, & linies eos calce,
ſcribeſque ſuper iſtos lapides omnia verba legis huius. Cum igitur tranſieritis Iordanem erigetis lapides
iſtos, quos ego præcipio vobis hodie in monte Garizim: Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare ex lapidibus.
Non eleuabis ſuper eos ferrum. Ex lapidibus informibus ædificabis altare Domino Deo tuo, vt offeras
ſuper illud holocauſta Domino Deo tuo, & ſacrifices pacifica, & comedas ibi, læteriſque in conſpectu Domini
Dei tui in monte iſto trans Iordanem, poſt iter occaſus ſolis, in terra Chananæi habitantis in planitie è regione
Galgala, prope quercum More verſus Sichem.
22 Verba iſta locutus eſt Dominus vniuerſæ Congregationi
veſtræ in monte, de medio ignis, tenebrarum, nubis, & caliginis, voce magna, nihil amplius addens: ſcripſit
que illa ſuper duas tabulas lapideas, quas tradidit mihi.
23 Factumque eſt cum audiuiſtis vocem de medio tenebrarum,
& montis flagrantis igne, vt accederetis ad me, omnes principes tribuum veſtrarum, & ſeniores
veſtri.
24 Et diceretis, Ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter gloriam ſuam, magnitudinem ſuam:
Vocem quoque eius audiuimus de medio ignis. Hodie vidimus quod locutus eſt Deus cum homine, & vixit.
25 Nunc autem quare moriemur? nam deuorabit nos ignis ille magnus: ſi nos adjecerimus adhuc audire vocem
Dei noſtri, tum moriemur.
26 Quæ eſt enim vlla caro quæ audierit vocem Dei viuentis, loquentis de
medio ignis ſicut nos, & vixerit?
27 Accede tu, & audi quæcunque dixerit Dominus Deus noſter: Tu verò
referes nobis quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noſter; vt audiamus, & faciamus.
28 Audiuit autem Dominus vocem verborum veſtrorum cum loqueremini mihi: Dixitque mihi Dominus,
audiui vocem verborum populi iſtius quæ dixerunt tibi: bene ſe habent omnia quæ dixerunt.

[illegible]

29 O vtinam ſit illis cor tale ad timendum co-
ram me, & ad cuſtodienda omnia mandata
mea cunctis diebus, vt benè ſit ipſis & filiis eo-
rum in æternum. 30 Vade, dic eis, Reuertimi-
ni in tabernacula veſtra. 31 Tu verò hìc ma-
neto coram me, & memorabo tibi cunctas le-
ges meas, & mandata mea, & iudicia mea, vt
doceas eos, & faciant *ea* in terra quam do illis
poſſidendam. 32 Seruate, & facite quemad-
modum præcepit vobis Dominus Deus veſter,
ne deflectatis ad dexteram neque ad ſiniſtram.
33 In tota via quam præcepit vobis Dominus
Deus veſter incedite, vt viuatis, & bene ſit vo-
bis, atque diuturnos exigatis dies in terra quam
poſſeſſuri eſtis.

CAPVT VI.

HÆc ſunt præcepta, & leges, atque iudicia
quæ præcepit mihi Dominus Deus veſter
vt docerem vos, & faceretis in terra ad quam
poſſidendam ingreſſuri eſtis: 2 Et metuatis
Dominum Deum veſtrum, & ſeruetis omnia
mandata & leges atque iudicia eius, quæ ego
præcipio tibi, tam tu, quàm filius tuus, & nepos
tuus cunctis diebus vitæ tuæ, vt prorogentur
dies tui. 3 Audi Iſrael, & obſerua, & perage,
vt bene ſit tibi, & multipliceris admodum:
quemadmodum dixit tibi Dominus Deus pa-
trum tuorum ſe daturum tibi terram fluentem
lacte & melle. 4 Audi Iſrael, Dominus Deus
noſter, Dominus eſt vnus. 5 Dilige Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex tota poſſeſſione tua.
6 Et ſint hi ſermones quos ego præcipio tibi
hodie, ſuper cor tuum. 7 Et repete eos filiis
tuis, & loquere eos dum ſederis domi tuæ, &
dum iter feceris, & dum cubaueris, dumque
ſurrexeris. 8 Et alliga eos in ſignum ſuper
manum tuam, & ſint nota in fronte tuo.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

29 *Et optandum eis eſſet vt perſiſteret ipſis huiuſ-*
modi cor, vt timeant me, & ſeruent præcepta mea
in longitudinem temporis, vt bene ſit ipſis & filiis
eorum vſque in ſæculum. 30 *Vade, & dic ad eos:*
Reuertimini in tentoria veſtra. 31 *Tu verò aſta*
hic coram me, vt alloquar te de omnibus præceptis,
& legibus, & iudiciis quæ docebis eos, vt operentur
ea in regione quam ego daturus ſum eis vt poſsi-
deant illam. 32 *Cuſtodite igitur, & opere complete*
ſicut mandauit vobis Deus Dominus veſter, &
ne declinetis neque dextrorſum neque ſiniſtrorſum:
33 *Sed in omnibus viis per quas præcepit vobis*
Deus Dominus veſter ambulandum, incedetis, vt
viuatis, & bene ſit vobis, & producatur ætas
veſtra in regione quam poſsidebitis.

CAPVT VI.

HÆc autem ſunt præcepta, & ſtatuta, atque
iudicia quæ iuſsit mihi Deus Dominus ve-
ſter vt docerem vos, quatenus faciatis ea in regio-
ne ad quam vos pergitis, vt poſsideatis eam. 2 *Vt*
verearis Deum Dominum tuum, & cuſtodias
cuncta ſtatuta eius & præcepta eius quæ ego præ-
cipio tibi, tu & filius tuus, & filius filij tui, omnibus
diebus vitæ tuæ, vt producatur ætas tua. 3 *Audi*
hoc igitur ô Iſrail, & ſerua illud, & fac illud, vt
bene ſit tibi, & augeſcas valde, ſicut pollicitus eſt
tibi Deus Deus patrum tuorum, in regione manan-
te lacte & melle. 4 *Noueris ô Iſrail quòd*
Deus Dominus noſter eſt Deus vnus. 5 *Et dilige*
Deum Dominum tuum ſincerè, toto corde tuo,
& anima tua, & ſolicitudine tua. 6 *Et ſint hæc*
verba quæ præcipio tibi hodie, in anima tua.
7 *Et narra ea filiis tuis, & meditaberis ea ſe-*
dens in domicilio tuo, & ambulans in itinere tuo,
ad cubitum tuum, & conſurrectionem tuam.
8 *Et liga ea in ſignum ad manum tuam, ſint-*
que expanſa inter oculos tuos.

29 فليتهم ليتهم يبقى لهم هذا القلب ليخافوني ويحفظوا وصاياي
طول الزمان * لكي يخار لهم ولبنيهم الى الدهر * 30 امض فقل لهم *
ارجعوا الى اخبيتكم * 31 وانت قايم هاهنا بين يدي * حتى
اكلمك بجميع الوصايا * والشرايع * والاحكام التي تعلمهم اياها *
يصنعوها في البلد الذي انا معطيهم اياه يحوزونه * 32 فاحفظوا
واعملوا كما امركم الله ربكم * ولا تزولوا لا يمنة ولا يسرة *
33 بل في جميع الطرق التي امركم الله ربكم بسلوكها تسيرون
لكي تحيوا * ويخار لكم * ويطول مدتكم في البلد الذي تحوزونه *

* الفصل السادس *

1 وهذه الوصايا * والرسوم * والاحكام التي امرني الله ربكم
ان اعلمكموها لتصنعوها في البلد الذي انتم صايرون اليه
لتحوزوه * 2 لكي تخاف الله ربك * وتحفظ جميع رسومه ووصاياه
التي انا امرك بها * انت وابنك * وابن ابنك طول ايام حياتك *
وكي تطول مدتك * 3 فاسمع ذلك يا اسرايل * واحفظه * واعمل به *
كي يخار لك وتكثر جدا * كما وعدك الله اله ابايك * في بلد يفيض
لبنا وعسلا * 4 اعلم يا اسرايل ان الله ربنا الله الواحد *
5 واحب الله ربك مخلصا بكل قلبك * ونفسك * وجهدك *
6 ولتكن هذه الكلمات التي امرك بها اليوم في نفسك *
7 واحكها لبنيك * وتدرسها في جلوسك في منزلك * ومسيرك في
طريقك * وعند نومك * وقيامك * 8 واعقدها علامة على
يدك * ولتكن منشورة بين عينيك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

29 Quis dabit vt ſit cor eorum iſtud in eis ad timendum me, & cuſtodiendum mandata mea omnibus diebus,
vt bene ſit iis, & filiis eorum in æternum. 30 Vade, dic eis, reuertimini in tentoria veſtra.
31 Tu verò ſta hîc mecum, vt dicam tibi omnia mandata, præcepta, & iudicia quæ docebis eos, vt illa faciant
in terra quam ego dedi illis in poſſeſſionem. 32 Soliciti igitur ſitis facere quemadmodum præcepit Domi-
nus Deus veſter vobis. Non recedetis ad dexteram aut ſiniſtram. 33 Per omnem viam quam præcepit vo-
bis Dominus Deus veſter, incedetis, vt viuatis, & benè ſit vobis, & producatis dies in terra quam poſſidebitis.

CAPVT VI.

HOc eſt autem mandatum, præcepta, & iudicia quæ præcepit Dominus Deus veſter vt docerem vos face-
re in terra ad quam vos tranſitis hæreditandam. 2 Vt timeas Dominum Deum tuum, vt cuſtodias
omnia præcepta eius, & mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, tu, & filius tuus, & filius filij tui omnibus
diebus vitæ tuæ, atque vt producantur dies tui. 3 Audias igitur Iſrael, & ſolicitus ſis facere, vt bene ſit tibi,
atque vt multipliceris valde, ſicut locutus eſt tibi Dominus Deus Patrum tuorum, in terra fluente lac & mel.
4 Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt. 5 Diliges autem Dominum Deum tuum ex to-
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. 6 Eruntque verba iſta quæ ego præcipio tibi hodie
ſuper cor tuum. 7 Et inculcabis ea filiis tuis, loqueriſque de iis cum ſedebis domi, cum ambulabis per viam,
cum cubabis, & cum ſurges. 8 Ligabiſque illa in ſignum ſuper manus tuas, erunt quoque in frontalia inter
oculos tuos.

9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
[illegible]

9 Et ſcribe eos ſuper limina domorum tua-
rum, & ſuper ianuas tuas. 10 Et cùm introdu-
cet te Dominus Deus tuus in terram quam iu-
rauit patribus tuis ſe daturum ipſis, Abrahæ
Iſahac & Iacobo, ad dandas tibi ciuitates ma-
gnas ac bonas quas non ædificaſti,
11 Domos quoque plenas omnium bono-
rum quas non impleuiſti, & ciſternas effoſſas
quas non effodiſti, & vineas atque oleas quas
non plantaſti, & comedes ac ſaturaberis:
12 Caue ne obliuiſcaris Domini Dei tui qui
eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.
13 Dominum Deum tuum time, & ipſum
cole, & per nomen eius iura. 14 Ne abeatis
poſt Deos alios gentium quæ circum vos ſunt.
15 Quia Deus eſt æmulator Dominus Deus
tuus in medio tui: ne fortè efferueat ira Do-
mini Dei tui aduerſum te, & perdat te de ſu-
perficie terræ. 16 Ne tentetis Dominum
Deum veſtrum, quemadmodum tentaſtis eum
in Tentationibus. 17 Sed cuſtodite præce-
pta Domini Dei veſtri, & teſtimonia eius, &
leges eius quæ præcepit tibi.
18 Et fac quod bonum & rectum eſt coram
Domino Deo tuo, vt bene tibi ſit, & ingre-
diaris ac poſſideas terram bonam quam iu-
rauit Dominus patribus tuis:
19 Et profliget cunctos inimicos tuos à con-
ſpectu tuo, quemadmodum dixit Domi-
nus. 20 Cùmque interrogauerit te filius tuus
cras, & dixerit tibi, Quid ſibi vult teſtimonium
& lex atque iudicium quod præcepit vobis Do-
minus Deus noſter? 21 Reſponde filio tuo, Ser-
ui fueramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit
nos Dominus ex Ægypto manu potenti.
22 Ediditque Dominus ſigna & miracula ma-
gna & peſſima in Ægypto, in Pharaonem & in
vniuerſam domum eius, nobis ſpectantibus.

VERSIO-SAMARITANA.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

*9 Et ſcribe ea ſuper poſtes aperturarum domus tuæ,
& fores tuas. 10 Cùmque introduxerit te Deus
Dominus tuus ad regionem quam iurauit patri-
bus tuis Abraham Iſhac & Iacobo daturum ſe
tibi, nimirum vrbes maximas & optimas quas
non extruxiſti, 11 Et domos plenas cunctis opibus
quas non impleſti, & ciſternas cauatas quas non
excauaſti, & vineta atque olíueta quæ non plan-
taſti, & comederis & ſaturatus fueris: 12 Caue
ne obliuiſcaris Dei Domini tui qui te eduxit de
terra Ægypti de domo ſeruitutis.
13 Sed verere Deum Dominum tuum, eumque
cole, & iura innocenter per nomen eius.
14 Et ne ſecteris cultus alios de cultibus gen-
tium quæ circum vos ſunt.
15 Nam Deus Dominus tuus potens eſt & re-
munerator inter vos: time ergò eum, ne inualeſcat
furor eius in te, & abſumat te de ſolo terræ.
16 Et ne tentetis Deum Dominum veſtrum,
vt tentaſtis eum in loco tentationis.
17 Verùm accuratè cuſtodite mandata Dei Do-
mini veſtri, & teſtimonia eius, eiuſque ſtatuta quæ
tibi mandat. 18 Et fac quod rectum & bonum
eſt apud ipſum, vt bene ſit tibi, & ingrediaris, at-
que poßideas regionem quam iurauit Deus patri-
bus tuis daturum ſe tibi: 19 Et propellat Deus
omnes hoſtes tuos è conſpectu tuo, prout pollicitus
eſt tibi. 20 Et cùm petierit à te filius tuus cras,
dicens: Quænam eſt cauſa teſtimoniorum, & ſta-
tutorum, & iudiciorum quæ mandauit tibi Deus
Dominus noſter?
21 Dic ei: Sanè fuimus ſerui Pharaoni in Ægy-
pto, & eduxit nos Deus Dominus noſter ex ea,
manu robuſta.
22 Et immiſit ſigna & prodigia magna &
noxia in Ægypto, in Pharaonem & omnes ſeruos
eius, nobis præſentibus:*

9 واكتبها على حدود فتوح منزلك وابوابك *
10 واذا ادخلك الله ربك الى البلد الذي اقسم لاباءك
لابرهيم واسحاق ويعقوب ان يعطيكه* ذلك قرى عظيمة
جياد لم تبنها * 11 وبيوت مملوة كل خير لم تملاها *
وصهاريج منقورة لم تنقرها * وكروم وزياتين لم تغرسها * فاكلت
وشبعت * 12 فاحذر ان تنسى الله ربك الذي اخرجك
من ارض مصر من بيت العبودية *
13 بل خف الله ربك* واعبده* واحلف بارا باسمه *
14 ولا تتبع معبودات اخر من معبودات الامم الذين حوالكم *
15 لان الله ربك قادر معاقب فيما بينكم* فخفه لئلا يشتد
غضبه عليك فيفنيك من وجه الارض *
16 ولا تجربوا الله ربكم * كما جربتموه في ذات المحنة *
17 بل احفظوا حفظا وصايا الله ربكم *وشواهده* ورسومه
التي يامرك بها * 18 واصنع المستقيم والجيد عنده* لكي يخار
لك فتدخل وتحوز البلد الذي اقسم الله لاباءك ان يعطيكه *
19 ويدفع الله جميع اعداءك من بين يديك كما وعدك *
20 واذا سالك ابنك غدا قايلا* ما سبب الشواهد* والرسوم
والاحكام التي امرك الله ربنا بها *
21 فقل له* انا كنا عبيدا لفرعون بمصر* فاخرجنا الله ربنا منها
بيد شديدة * 22 واحل ايات وبراهين عظيمة مضرة بمصر
في فرعون وجميع عبيده بحضرتنا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Scribes etiam illa ſuper poſtes domus tuæ, & in portis tuis. 10 Cum autem introduxerit te Dominus
Deus tuus in terram quam iurauit patribus tuis Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo ſe daturum tibi, vrbes magnas & bo-
nas quas non ædificaſti. 11 Domos plenas omnibus bonis quas non repleuiſti, puteos effoſſos quos non effo-
diſti, vineas & Olíueta quæ non plantaſti, & comederis, & ſaturatus fueris. 12 Caue tibi ne obliuiſcaris Do-
mini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruorum. 13 Dominum Deum tuum timebis, & ipſi
ſeruies, perque nomen eius iurabis. 14 Non ambulabitis poſt Deos alienos ex diis gentium qui ſunt in
circuitu veſtro. 15 Nam Deus zelotes, Dominus Deus tuus, in medio tui eſt; ne ardeat ira Domini Dei tui
in te, & exterminet te de facie terræ. 16 Non tentabitis Dominum Deum veſtrum, ſicut tentaſtis eum in
Maſa. 17 Cuſtodiendo cuſtodietis mandata Domini Dei veſtri, & teſtimonia eius, & præcepta eius quæ
præcepit tibi. 18 Et facies quod rectum & bonum eſt in oculis Domini Dei tui, vt bene ſit tibi, veniaſque &
poſſideas terram bonam de qua iurauit Dominus Patribus tuis,
19 Se expulſurum omnes inimicos tuos à facie tua, ſicut locutus eſt Dominus. 20 Fiet autem cum interro-
gauerit te filius tuus cras, dicens, Propter quid teſtimonia, præcepta, & iudicia quæ præcepit vobis Dominus
Deus noſter? 21 Tum dices filio tuo, ſerui fuimus Pharaoni in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto
in manu forti. 22 Deditque Dominus ſigna, & prodigia magna, & mala in Ægypto, aduerſus Pharaonem,
& aduerſus omnem domum eius in oculis noſtris.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

23 Nos verò eduxit Dominus illinc, vt intro-
duceret nos, daretque nobis terram quam iu-
rauerat patribus noſtris. 24 Præcepitque
nobis Dominus vt faceremus omnes has leges,
vt timeremus à conſpectu Domini Dei noſtri,
& benefaceret nobis cunctis diebus, & viuifi-
caret nos vt hodie. 25 Et iuſtitia erit nobis
cùm cuſtodierimus & fecerimus præceptum
hoc totum, coram Domino Deo noſtro, ſicut
mandauit nobis.

CAPVT VII.

1 CVm verò introduxerit te Dominus Deus
tuus in terram ad quam ingreſſurus es vt
poſſideas eam, perdideritque populos multos
à conſpectu tuo, Hethæos, Gergeſæos, Amo-
ræos, Chananæos, Pherezæos, Heuæos, & Ie-
buſæos, ſeptem *ſcilicet* populos plures & for-
tiores te, 2 Et tradiderit eos Dominus Deus
tuus ante te, & percutieritis eos, & anathema-
ti deuoueritis eos: ne ſtatuatis cum eis pactum,
nec miſereamini eorum, 3 Neque affinita-
tem contrahatis cum eis: filias veſtras ne dede-
ritis filiis eorum, & filias eorum non ſumetis
filiis veſtris, 4 Vt ne ſeducant filios veſtros à me,
& colant deos alios, & exæſtuet ira Domini
contra vos, & ſubitò vos perdat;
5 Sed ſic facite, Aras eorum extirpate, &
ſtatuas eorum confringite, & conflatilia eorum
ſuccindite, & ſculptilia eorum igne comburi-
te. 6 Nam populus es ſanctus Domino Deo
tuo, teque elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei
populus dilectus præ omnibus populis qui ſunt
ſuper faciem totius terræ.
7 Non quia plures eſtis cæteris populis, oble-
ctatus eſt vobis Dominus & elegit vos, cùm
vos pauciores ſitis cæteris populis.

VERSIO SAMARITANA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

23 *Et eduxit nos inde, vt introduceret nos, & daret nobis regionem pro qua iurauerat patribus noſtris.* 24 *Ideo præcepit nobis vt faceremus has cæremonias, & timeremus Deum Dominum noſtrum, vt bene ſit nobis longitudine temporis, & viuamus vt hac die noſtra.*

25 *Et bona opera erunt nobis, cùm ſeruauerimus & fecerimus totam hanc legem in conſpectu Dei, quemadmodum præcepit nobis.*

CAPVT VII.

1 *ET cùm introduxerit te Deus Dominus tuus in regionem ad quam tu ingreſſurus es vt poſſideatis eam, & diſperdiderit gentes multas à conſpectu tuo, Hetæos, Giareſæos, & Amoræos, & Chananæos, & Pherezæos, & Heuæos, & Jebuſæos, ſeptem gentes plures & maiores te,*

2 *Et tradiderit eas Deus Dominus tuus inter manus tuas, trucida eas, & perde eas, & ne ineas cum eis pactum, nec miſerearis illarum,*

3 *Et ne iungas cum eis connubia, deſque filiam tuam vlli earum filio, aut accipias filiam earum filio tuo.*

4 *Nam diuertent filium tuum à ſeruitute mea, & ſeruiet Deo alieno, & inualeſcet ira Dei contra te, & breui te conſumet.*

5 *Verùm hoc modo facite eis, Altaria earum deſtruite, & titulos earum perfringite, & proceras illarum arbores concidite, & ſculptilia earum igni comburite.*

6 *Tu enim populus es ſanctus Deo Domino tuo, & in te elegit vt eſſet ſibi gens peculiaris præ cunctis gentibus quæ ſunt ſuper faciem terræ.*

7 *Neque verò ob id quòd plures ſitis cunctis gentibus, elegit vos Deus & adoptauit vos, imò vos eſtis pauciores ipſis omnibus.*

23 واخرجنا من هناك لكي يدخلنا ويعطينا البلد الذي اقسم
عليه لاباينا * 24 فامرنا بان نصنع هذه الرسوم * ونخاف الله
ربنا * لكي يخار لنا طول الزمان * ونحيا كيومنا هذا *
25 وحسنات تكون لنا * اذا حفظنا وعملنا جميع هذه
الشريعة بين يدي الله كما امرنا *

* الفصل السابع *

1 واذا ادخلك الله ربك البلد الذي انت داخل اليه لتحوزوه *
فيطحطح امما كثيرة من بين يديك * الحثيين * والجرسيين *
والاموريين * والكنعانيين * والفرزيين * والحويين * واليبوسيين *
سبع امم اكثر واعظم منك *
2 فيسلمهم الله ربك بين يديك * فاقتلهم * واهلكهم * ولا تعهد
معهم عهدا * ولا تراف عليهم * 3 ولا تصاهرهم فتعطي ابنتك
لابن لهم * او تاخذ ابنتهم لابنك *
4 فانهم يزيلون ابنك عن عبادتي فيعبد الها اخر * فيشتد
غضب الله عليك ويفنيك سريعا *
5 بل كذا فاصنعوا بهم * مذابحهم فانقضوا * ودكاكهم فكسروا *
وسواريهم فجدعوا * وفسوطهم فاحرقوها بالنار *
6 لانك شعب مقدس لله ربك * وبك اختار ان يكون له امة
خاصة من جميع الامم التي على وجه الارض *
7 وليس من كثرتكم من جميع الامم اصطفاكم الله
واختاركم * بل انتم اقل منهم مجموعين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

23 Noſque eduxit inde, vt venire nos faceret ad dandum nobis terram quam iurauit Dominus patribus no-
ſtris. 24 Itaque præcepit nobis Dominus vt faciamus omnia præcepta iſta, vt timeamus Dominum Deum
noſtrum, vt bene ſit nobis omnibus diebus, atque vt viuificaret nos ſicut hodie. 25 Iuſtitia ergo erit nobis,
cum ſoliciti fuerimus facere omnia mandata iſta in conſpectu Domini Dei noſtri, ſicut præcepit nobis.

CAPVT VII.

1 CVm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram ad quam vadis poſſidendam, & deleuerit gentes mul-
tas, de facie tua, Hethæos, & Gergeſæos, & Amorrhæos, & Chananæos, & Pherezæos, & Heuæos, &
Iebuſæos, ſeptem gentes numeroſiores te, & robuſtiores. 2 Et tradiderit eas Dominus Deus tuus ante fa-
ciem tuam, percuſſeriſque eas: internecione delebis eas; non panges cum eis fœdus, neque miſereberis earum.
3 Neque affinitatem contrahes cum eis: filiam tuam non dabis filio eius, neque filiam eius accipies filio tuo.
4 Recedere enim faciet filium tuum à me, vt ſeruiat diis alienis; ideo ardebit furor Domini in vos, téque
ſtatim diſperdet. 5 Verùm ſic facietis eis; Altaria eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum confringetis, & lucos
eorum ſuccidetis, & ſculptilia eorum comburetis igne. 6 Nam populus ſanctus es Domino Deo tuo, téque
elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei in populum peculiarem præ omnibus populis, qui ſunt ſuper faciem terræ.
7 Non propter multitudinem veſtram præ omnibus populis dilexit vos Dominus, & elegit vos: Vos enim
eratis pauciores omnibus populis.

[illegible]

8 Sed quia diligit vos Dominus, & vt ſtaret
iuramento quod iurauit patribus veſtris, edu-
xit vos Dominus manu ſua valida, & liberauit
vos de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis re-
gis Ægypti. 9 Et vt ſcires quòd Dominus
Deus tuus ipſe eſt Deus, Deus *inquam* fidelis,
ſeruans pactum & gratiam diligentibus ſe &
ſeruantibus præcepta eius, in milleſimam ge-
nerationem: 10 Et rependens hoſtibus ſuis, in
vita eorum rependit eis vt perdat eos: non dif-
fert hoſtibus ſuis, ſed in vita eorum rependit eis.
11 Seruate mandata & leges atque iudicia
quæ præcipio vobis hodie, & facite ea.
12 Si enim audieritis hæc iudicia, & feceritis
ea, & cuſtodieritis illa, ſeruabit tibi Dominus
Deus tuus pactum & gratiam quam iurauit
patribus tuis,
13 Et diliget te, & benedicet tibi, & multipli-
cabit te, & benedicet fructus vteri tui, & fru-
ctus terræ tuæ, & frumentum tuum, & vinum
tuum, & oleum tuum, & armenta boum tuo-
rum, & greges pecorum tuorum: In terra quam
iurauit patribus tuis daturum ſe tibi,
14 Benedictus eris præ cunctis populis: non
erit in te infœcundus nec infœcunda, neque
in iumentis tuis. 15 Auertet quoque Do-
minus à te omnem dolorem: & omnes plagas
peſſimas Ægyptiorum, quas noſti, non ad-
ducet ſuper te, ſed adducet eas ſuper omnes
oſores tuos. 16 Et deuorabis cunctos po-
pulos quos tradet tibi Dominus Deus tuus:
& ne parcat eis oculus tuus, neque colas
Deos eorum, quia laquei ſunt tibi.
17 Quòd ſi dicas in corde tuo, Plures ſunt iſti
populi quàm ego, quomodo potero perdere
eos? 18 Ne formides eos, ſed memor eſto
rerum omnium quas fecit Dominus Deus
tuus Pharaoni, & toti Ægypto,

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

8 *Verùm ob amorem Dei erga vos, & propter*
obſeruantiam iuramenti quod iurauit patribus
veſtris, eduxit vos Deus manu potenti, & eripuit
te de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis
Ægypti. 9 *Scias ergo quòd Deus Dominus*
tuus ipſe eſt potens, fidelis, conſeruans pactum
& beneficium amicis ſuis & cuſtodientibus man-
data eius, ad mille generationes:
10 *Et retribuens oſori ſuo in præſenti ad perden-*
dum eum, & non differt ei quicquam, ſed in præ-
ſenti retribuit illi. 11 *Serua igitur præcepta*
& cæremonias atque iudicia quæ præcipio vobis
hodie, eaque opere comple.
12 *Fietque pro eo quod audietis hæc iudicia, &*
ſeruabitis ea, & facietis ea, vt cuſtodiat Deus Do-
minus tuus tibi fœdus & gratiam de qua iurauit
patribus tuis: 13 *Et diliget te, & benedicet*
tibi, & multiplicabit te, & benedicet fructui tuo,
& fructui terræ tuæ, tam tritico tuo, quàm muſto
tuo, & oleo tuo, & fœtui boum tuorum, & agnis
ouium tuarum, in regione quam Deus Dominus
tuus daturus eſt tibi.
14 *Et eris benedictus ab omnibus gentibus, &*
non remanebit in te infœcundus aut ſterilis, ne-
que in iumentis tuis. 15 *Et auferet Deus à te*
omnes infirmitates, & de cunctis morbis Ægy-
pti peſſimis quos noſti, nullum immittet in te,
ſed immittet eos in oſores tuos.
16 *Et exterminabis omnes populos quos tradet*
in manum tuam Deus Dominus tuus. Ne igi-
tur clementia vtaris in eos, & ne ſeruias diis eo-
rum, ne ſint tibi laqueo.
17 *Quòd ſi dixeris in temetipſo: Gentes iſtæ plu-*
res ſunt quàm ego, quomodo ergo potero excinde-
re eas? 18 *Ne timeas illas, ſed recordare eo-*
rum quæ fecit Deus Dominus tuus in Pharao-
nem, & cunctos Ægyptios,

8 لكن من محبة الله لكم * ومن حفظه اليمين التي اقسم بها
لاباءكم * اخرجكم الله بيد شديدة * وفداك من بيت العبودية
من يد فرعون ملك مصر * 9 فاعلم ان الله ربك هو القادر
المهيمن * حافظ العهد والاحسان لحبته وحافظي وصاياه لالف
جيل * 10 ومكافي شانيه بحضرته لابادته * ولا يوخر له شيا *
بل بحضرته يكافيه * 11 واحفظ الوصايا * والرسوم * والاحكام
التي امركم بها اليوم * واعمل بها * 12 فيكون جزاء ما
تسمعون هذه الاحكام وتحفظونها وتعملون بها * ان يحفظ الله ربك
لك العهد والفضل الذي اقسم عليهما لاباءك *
13 فيحبك * ويبارك فيك * ويكثرك * ويبارك في ثمرتك وثمرة
ارضك من برك * وعصيرك * ودهنك * ونتاج بقرك * وجفور
غنمك في البلد الذي الله ربك معطيكه *
14 وتكون مباركا من جميع الامم * ولا يبقي فيك عقيم * ولا
عاقر * ولا في بهائمك *
15 ويزيل الله منك كل مرض * وجميع ادواء مصر الردية التي
تعرفها لا يحل بك شيا منها * بل يحلها بشانيك *
16 فتفني جميع الشعوب التي يسلمهم في يدك الله ربك * ولا
تشفق عليهم * ولا تعبد معبوداتهم فيكونوا لك وهقا *
17 فان قلت في نفسك * هاولاء الامم اكثر مني * فكيف اطيق
ان اقرضهم *
18 لا تخفهم * بل تذكر ما صنع الله ربك بفرعون وساير المصريين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Sed quia dilexit vos Dominus, & conſeruat iuſiurandum quod iurauit Patribus veſtris, eduxit vos Domi-
nus in manu forti, & redemit te de domo ſeruorum, de manu Pharaonis regis Ægypti. 9 Vt ſcias, quod Do-
minus Deus tuus ipſe eſt Deus, Deus fidelis, cuſtodiens pactum, & miſericordiam diligentibus ſe, & cuſto-
dientibus mandata eius in mille generationes. 10 Et reddens odio proſequenti ipſum in faciem eius, ad
eum perdendum: Non tardabit, odio proſequenti ipſum, in faciem eius reddet ei.
11 Itaque obſeruabis mandatum, præcepta, & iudicia quæ ego præcipio tibi hodie vt facias ea.
12 Fiet enim propterea quod audiueritis iudicia iſta, & cuſtodieritis, & feceritis ea, vt conſeruet tibi Domi-
nus Deus tuus pactum & miſericordiam quam iurauit Patribus tuis. 13 Et diligat te, benedicatque tibi, &
multiplicet te, & benedicat fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, muſto tuo, & oleo tuo, fœ-
tui boum tuorum, & gregibus ouium tuarum ſuper terram quam iurauit Dominus Patribus tuis ſe daturum ti-
bi. 14 Benedictus eris præ omnibus populis: non erit in te, & in pecoribus tuis infœcundus, & infœcunda.
15 Amouebit quoque Dominus à te omnem morbum, & omnem languorem Ægypti malignum quem noſti:
Non ponet illos in te, ſed ponet illos in omnibus qui te oderunt. 16 Deuorabiſque omnes populos quos
Dominus Deus tuus dedit tibi: Non parcet oculus tuus iis, neque ſeruies diis eorum; quoniam hoc eſt tibi la-
queus. 17 Cum dixeris in corde tuo, numeroſiores ſunt me gentes iſtæ, quomodo potero eas expellere?
18 Ne timeas eas; recordando recordaberis quæ fecit Dominus Deus tuus Pharaoni, & omnibus Ægyptiis,

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible] 22 [illegible]
23 [illegible] 24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

19 Tentationum maximarum quas viderunt
oculi tui, ſignorum & miraculorum, manus
validæ & brachij excelſi, per quæ eduxit te Do-
minus Deus tuus: idem faciet Dominus Deus
tuus cunctis populis à quorum conſpectu tre-
pidas.
20 Imò etiam crabrones concitabit Dominus
Deus tuus in eos, donec abſumantur. Eos au-
tem qui reliqui fuerint, quique ſe abdiderint à
conſpectu tuo, 21 Ne timeas, quia Dominus
Deus tuus in medio tui eſt, Deus *inquam* ma-
ximus & formidabilis. 22 Et perdet Domi-
nus Deus tuus hos populos à conſpectu tuo pe-
detentim: non poteris perdere eos breui, ne
multiplicetur contra te beſtia ſilueſtris.
23 Et tradet eos Dominus Deus tuus ante te,
& percuties eos plaga magna, donec abſumas
eos. 24 Tradetque reges eorum in manus
tuas, & abolebis nomen eorum de ſub cælo,
nec quiſquam tibi reſiſtet, donec abſumas eos.
25 Sculptilia deorum ipſorum igne combu-
retis, & non concupiſces aurum & argentum
quod eſt in eis, & capies tibi, ne fortè contami-
neris in eo: abominabile enim eſt coram Do-
mino Deo tuo. 26 Ne inferas inquinamen-
tum in domum tuam, ne fias anathema ſicut
illud: ſed omnino deteſtare illud, & planè abo-
minare, quia anathema eſt.

CAPVT VIII.

OMnia itaque præcepta quæ mando vobis hodie, ſeruate & facite, vt viuatis, & multiplicemini, & ingrediamini, & poſſideatis terram quam iurauit Dominus patribus veſtris.
2 Et recordabimini cuncti itineris per quod
duxit vos Dominus Deus veſter en quadragin-
ta annis per deſertum, vt humiliaret vos, &
probaret vos, ac ſciret quid eſſet in corde ve-
ſtro, num ſeruaretis præcepta eius, an non.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

1 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

19 *Signorum maximorum quæ viderunt oculi*
tui, & portentorum atque prodigiorum, & manus
potentis, & brachij exerti. Quemadmodum edu-
xit te Deus Dominus tuus, ita faciet omnibus gen-
tibus quas times. 20 *Et mittet calamitatem in*
eos, donec perdat reſiduos & latitantes à conſpe-
ctu tuo. 21 *Ne igitur formides eos, quia lu-*
men Dei Domini tui potentis maximi & terri-
bilis tecum eſt. 22 *Et ipſe diſperdet gentes illas*
à conſpectu tuo paulatim, cùm non ſit conſenta-
neum vt ſubitò conſumat eas, vt ne multiplicetur
aduerſum te beſtia campi. 23 *Cùmque tradi-*
derit eas Deus Dominus tuus in manum tuam,
& diſperſerit eas diſperſione magna ita vt planè
conficiantur, 24 *Et tradiderit reges earum inter*
manus tuas: perde nomen earum de ſub cælo: nemo
enim ſtabit ante te donec exterminaueris eas.
25 *Et comburite ſculptilia deorum ipſarum igne,*
& ne cupias quicquam ex argento & auro quæ ſu-
per ipſis fuerint vt tollas tibi, vt ne impingas in
eo, quoniam abominanda res eſt apud Dominum
Deum tuum. 26 *Ne ergo inferas quod exe-*
cratur in domum tuam, ne fias perditus vt ipſum,
ſed contaminatione contamina illud, & horrens
horre ab eo, cùm ipſum ſit perditum.

CAPVT VIII.

ET omnia mandata quæ præcipio vobis hodie, cuſtodite & facite, vt viuatis, & multiplicemini, atque ingrediamini, & poſſideatis regionem pro qua iurauit Deus patribus veſtris.
2 *Et memento totius itineris quando duxit te Deus Dominus tuus per ſolitudinem hiſce quadraginta annis, vt fatigaret te, & probaret te, & manifeſtaret hominibus quid eſſet in corde tuo, num cuſtodires præcepta eius, an non.*

19 الاعلام العظيمة التي راتها عيناك * والايات * والبراهين *
واليد الشديدة * والذراع الممدودة * كما اخرجك الله ربك * كذا
يصنع بجميع الامم التي تخافها * 20 ويبعث بالعاهة فيهم حتى
يبيد الباقين والمستترين من بين يديك * 21 فلا ترهبهم * لان
نور الله ربك معك القادر العظيم المخوف * 22 وهو يطاطي
اوليك الامم من بين يديك قليلا قليلا * اذ لا يجوز ان يفنيهم سريعا *
كيلا يكثر عليك وحش الصحراء * 23 واذا اسلمهم الله ربك
بيدك واهامهم اهامة كبيرة الى ان يبيدوا * 24 واسلم
ملوكهم بين يديك * فابد اسمهم من تحت السماء * فان انسانا
لا يقف بين يديك الى ان تفنيهم * 25 واحرقوا فسول معبوداتهم
بالنار * ولا تتمن شيا من الفضة والذهب اللذين عليها فتاخذه
لك توهق به * فانها كريهة الله ربك *
26 ولا تدخل ما يكرهه الى بيتك * فتصير متلفا مثله * بل
رجسه ترجيسا * واكرهه كراهة * اذ هو متلف *

* الفصل الثامن *

1 وجميع الوصايا التي امرك بها اليوم * فاحفظوها واعملوا بها *
لكي تحيوا وتكثروا * وتدخلوا * وتحوزوا البلد الذي اقسم
الله عليه لابايكم *
2 واذكر جميع الطريق اذ سيرك الله ربك في البر هذه اربعين
سنة * ليتعبك ويمتحنك * ويظهر للناس ما في قلبك اتحفظ
وصاياه ام لا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna, & prodigia, & manum fortem, & brachium extentum
quibus eduxit te Dominus Deus tuus: Sic faciet Dominus Deus omnibus populis à quorum facie tibi times.
20 Crabrones etiam mittet Dominus Deus tuus, in eos donec pereant reſidui, quique abſconſi fuerint à con-
ſpectu tuo. 21 Non formidabis à facie eorum, quoniam Dominus Deus tuus eſt in medio tui, Deus ma-
gnus, & terribilis. 22 Delebitque Dominus Deus tuus gentes iſtas à facie tua, paulatim, paulatim: non po-
teris eas ſtatim conſumere, ne multiplicetur contra te fera agri. 23 Dabit quoque illas Dominus Deus tuus
ante faciem tuam, & conteret eas contritione magna donec exterminauerit eas. 24 Tradet etiam reges eo-
rum in manum tuam, delebiſque nomen eorum ſub cælo: non ſubſiſtet vir ante faciem tuam donec extermi-
naueris eos. 25 Sculptilia Deorum eorum combures igne: non concupiſces argentum, & aurum quod eſt ſu-
per ea, neque capies tibi, ne per hoc illaquearis: quoniam abominatio Domini Dei tui hoc eſt. 26 Vt non in-
troducas abominationem in domum tuam, néue ſis anathema ſicut illud: execrando execraberis illud, & abo-
minando abominaberis illud, quoniam eſt anathema.

CAPVT VIII.

OMne mandatum quod hodie præcipio tibi ſoliciti eritis facere, vt viuatis, & multiplicemini, & veniatis, & poſſideatis terram de qua iurauit Dominus Patribus veſtris.
2 Recordaberis etiam omnis itineris
per quod duxit te Dominus Deus tuus his quadraginta annis in deſerto, vt affligeret te, ad tentandum te, & cognoſceret quid erat in corde tuo, an obſeruaturus eſſes mandata eius, necne.

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

3 Et humiliauit te, & afflixit te fami, & ciba-
uit te manna quod nec tu nouiſti, nec patres tui
nouerunt, vt oſtenderet tibi quòd non in pane
tantùm viuit homo, ſed in omni re quam pro-
fert os Domini viuit homo. 4 Veſtimenta tua
non ſunt attrita ſuper te, & pedes tui non ſunt
nudati, en quadraginta annis.
5 Et vt ſcires in corde tuo quòd quem-
admodum erudit vir filium ſuum, ita eru-
dit te Dominus Deus tuus. 6 Serua mandata
Domini Dei tui, & ambula in viis eius, & time
ab eo. 7 Nam Dominus Deus tuus introdu-
cet te in terram bonam, terram in qua ſunt riui
aquarum, & fontes abyſſorum erumpentes in
planitiebus & montibus: 8 Terram frumenti,
& hordei, & vitium, & ficuum, & malograna-
torum: terram olearum, & olei, & mellis *fera-
cem*: 9 Terram in qua abſque penuria comedes
panem, & in qua nihil tibi deerit: terram cuius
lapides ſunt ferrum, & cuius è montibus æs ex-
cindes. 10 Et comedes, & ſaturaberis, & be-
nedices Domino Deo tuo in terra bona quam
daturus eſt tibi. 11 Caue tibi ne fortè obliuiſ-
caris Domini Dei tui, ſed cuſtodi præcepta eius,
iudicia, & leges eius quas hodie tibi ego præci-
pio. 12 Vt ne poſtquam comederis & ſatura-
tus fueris, & domos pulchras extruxeris & ha-
bitaueris, 13 Et pecora tua boueſque tui multi-
plicati fuerint, & argentum & aurum tibi cre-
uerit, & quicquid habes auctum fuerit: 14 Ex-
tollatur cor tuum, & obliuiſcaris Dñi Dei tui
qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitu-
tis, 15 Et duxit te per deſertum vaſtum & hor-
rendum, vbi ſunt ſerpentes immanes, & ſcor-
piones: & in locis ſitibundis vbi non erat aqua,
eduxit tibi aquam de petra ſilicis: 16 Et cibauit
te manna in ſolitudine, quod non cognouerunt
patres tui, vt te humiliaret, teque probaret, ac
demum bene tibi eſſet:

VERSIO-SAMARITANA.

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

3 *Et labore ac fami te affixit, tum cibauit te manna quod ignorabas, nec nouerant patres tui, vt notum tibi faceret quòd non ex pane ſolo viuit homo, ſed ad omne dictum Dei viuit.* 4 *Et veſtes tuæ non ſunt vetuſtate detritæ ſuper te, & pes tuus non eſt nudatus in his quadraginta annis.* 5 *Noueris ergo in temetipſo quòd quemadmodum caſtigat quis natum ſuum, Deus Dominus tuus te caſtigat.* 6 *Itaque cuſtodi præcepta eius, & ambula in via eius, eumque formida.* 7 *Quoniam Deus Dominus tuus introducturus eſt te in regionem bonam, regionem torrentium aquarum, & fontium, & abyſſorum erumpentium è vallibus eius & montibus eius:* 8 * *Regionem frumenti, & hordei, & vitium, & ficuum, & malorum punicorum: regionem olearum olei, & mellis:*
9 *Regionem in qua non manducabis cibum tuum cum menſura, in qua nullius rei indigebis: regionem de cuius lapidibus ferrum, & de montibus eius æs* elicitur. 10 *Cùm ergo manducaueris, & ſatur factus fueris, & benedixerit Deus Dominus tuus regioni optimæ quam tibi dedit:*
11 *Cauè ne obliuiſcaris Deum, & non cuſtodias mandata eius, & iudicia eius, & teſtimonia eius quæ præcipio tibi hodie.* 12 *Vt ne comedas, & ſatureris, & ædifices domos pulchras, eaſque inhabites,* 13 *Et boues oueſque tuæ multiplicentur, & argentum atque aurum multiplicentur tibi, & omnia bona tua multiplicentur,* 14 *Et eleuetur cor tuum, atque obliuiſcaris Dei Domini tui qui eduxit te de regione Ægypti, de domo ſeruitutis:* 15 *Qui te duxit per ſolitudinem magnam & horribilem, in qua erant ſerpentes vrentes, & ſcorpiones, & ſitis vbi non erat aqua: qui elicuit tibi aquam è ſilice duriſſimo:* 16 *Qui te aluit manna in ſolitudine, quod ignorauerunt patres tui, vt vexaret te, & tentaret te, & rependeret tibi bonum in extremis tuis.*

3 وأتعبك وأجاعك * فأطعمك المن الذي لم تعرفه ولم يعرفه
آباؤك * لكي يعرفك أنه ليس بالخبز وحده يحيا الإنسان * بل على
جميع قول الله يعيش * 4 وثيابك لم تبل عليك * ورجلاك لم
تحف في هذه الأربعين سنة * 5 فاعلم في نفسك أنه كما
يؤدب المرء ولده * الله ربك مؤدبك * 6 فاحفظ وصاياه * وسر
في طريقه * وخفه * 7 فإن الله ربك مدخلك إلى بلد جيد *
بلد أودية ماء وعيون وغمور تنفجر في بقاعه وجباله *
8 بلد حنطة * وشعير * وجفن * وتين * ورمان * بلد زيتون
زيت * وعسل * 9 بلد لا تأكل فيه طعامك بتقدير * لا
يعوزك فيه شيء * بلد من حجارته الحديد * ومن جباله النحاس *
10 فإذا أكلت وشبعت * وبارك الله ربك على البلد الجيد
الذي أعطاكه * 11 فاحذر أن تنسى الله * فلا تحفظ
وصاياه * وأحكامه * وشواهده التي آمرك بها اليوم *
12 كي لا تأكل وتشبع * وتبني بيوتا حسانا فتسكنها *
13 وبقرك * وغنمك يكثران * وفضة وذهب يكثران لك *
وجميع مالك يكثر * 14 فيرتفع قلبك * فتنسى الله ربك
الذي أخرجك من بلد مصر من بيت العبودية *
15 المسلكك في البر الكبير المخوف * حيث الحيات المحرقة * والعقارب
وعطش حيث ليس ماء * المخرج لك الماء من الصوان الصلد *
16 المطعمك المن في البر ما لم يعرفه آباؤك ليعذبك * ويمتحنك
ويعوضك خيرا في آخرتك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Ideo afflixit te, & eſurire te fecit, & cibauit te manna quod non cognoueras, neque cognouerant Patres tui, vt notum tibi faceret quod non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni quod egreditur ex ore Domini viuet homo. 4 Veſtis tua non veterauit ſuper te, neque pes tuus intumuit his quadraginta annis. 5 Cognouiſti quoque in corde tuo quoniam ſicut caſtigat vir filium ſuum, Dominus Deus tuus caſtigat te. 6 Quapropter cuſtodies mandata Domini Dei tui, ambulando in viis eius, & eum timendo. 7 Nam Dominus Deus tuus introducit te in terram bonam, & latam, terram torrentium aquarum, fontium, & abyſſorum erumpentium per valles & per montes. 8 Terram frumenti, & hordei, vitis, ficus, & malogranati; terram oliuæ, olei, & mellis. 9 Terram in qua cum penuria non comedes panem: non deficiet tibi quidquam in ea. Terram cuius lapides ſunt ferrum, & de cuius montibus æs effodietur. 10 Manducabis igitur, & ſaturaberis, & benedices Dominum Deum tuum propter terram bonam quam dedit tibi. 11 Caue tibi ne obliuiſcaris Domini Dei tui non cuſtodiendo mandata eius, iudicia eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie.
12 Ne forte comedas, & ſaturêris, domoſque ſpecioſas ædifices, & inhabites. 13 Boueſque tui, & pecudes tuæ multiplicentur, argentum quoque & aurum multiplicetur tibi, & omnia quæ tua ſunt multiplicentur.
14 Tum eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti, de domo ſeruorum.
15 Qui deduxit te per deſertum illud magnum & terribile, ſerpentis adurentis, ſcorpionis, & dipſadis, in quo non erant aquæ: qui eduxit tibi aquas de petra duriſſima. 16 Qui cibauit te manna in deſerto quod non cognouerant patres tui, vt affligeret te, atque vt tentaret te, ad benefaciendum tibi in nouiſſimo tuo.

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

17 Et non dices in corde tuo, Potentia mea & robore manuum mearum adeptus ſum has opes. 18 Memor ſis Domini Dei tui, quoniam ipſe dedit tibi virtutem vt acquireres opes, vt ſeruaret pactum ſuum quod iurauit patribus tuis, vt hodie *experiris*. 19 Quòd ſi obliuiſcaris Domini Dei tui, & abeas poſt deos alios, & colas eos, & adores illos, teſtor vobis hodie vos certiſſimè perituros. 20 Sicut gentes quas perdidit Dominus à conſpectu veſtro, ita vos peribitis, niſi obedieritis voci Domini Dei veſtri.

CAPVT IX.

Audi Iſrael, tu tranſiturus es hodie Iordanem, ad eundum & vaſtandum populos maiores & robuſtiores te, & vrbes magnas ac munitas, & vallatas in cælum vſque: 2 Populum magnum & procerum, filios gigantum quos tu noſti, tuque audiſti neminem poſſe reſiſtere gigantibus. 3 Et vt ſcias hodie quòd Dominus ſit Deus tuus, ipſe præcedet te. Ignis eſt ipſe deuorans, & ipſe perdet eos, ipſeque conteret eos à conſpectu tuo: & vaſtabis eos, & perdes eos ſubitò, prout dixit tibi Dominus. 4 Ne dicas in corde tuo, quum profligauerit eos Dominus Deus tuus à conſpectu tuo, Ob iuſtitiam meam introduxit me Dominus ad poſſidendam terram iſtam; nam propter peccata horum populorum, perdet eos Dominus à conſpectu tuo. 5 Neque verò propter iuſtitiam tuam & rectitudinem cordis tui ingrederis vt poſſideas terram eorum: ſed propter peccata horum populorum conſumit eos Dominus à conſpectu tuo, & vt confirmet ſermonem quem iurauit patribus tuis Abrahæ Iſahac & Iacobo: 6 Atque vt ſcias quòd non propter iuſtitiam tuam dat tibi Dominus terram iſtam bonam poſſidendam, quum ſis populus præfractæ ceruicis.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

17 *Ne dicas ergo in corde tuo quòd virtus mea
& magnitudo potentiæ meæ acquiſierint mihi has
diuitias.* 18 *Sed recordare Dei Domini tui,
quia ipſe eſt qui præſtat tibi vires quibus acquiras
opulentiam, ad hoc vt perſoluat fœdus de quo iura-
uit patribus tuis, vt hæc noſtra dies.* 19 *At ſi
oblitus fueris Dei Domini tui, & abiens ſeruieris
diis alienis, & adoraueris eos, notum vobis facio
ab hac die vos perituros* 20 *Inſtar gentium quas
Deus perditurus eſt à conſpectu veſtro, eo quòd non
acquieſcatis dicto Dei Domini veſtri.*

CAPVT IX.

*ET noueris ô Iſrail te traiecturum hac vice
Iordanem, vt ingrediens poſſideas gentes plu-
res & maiores te, in vrbibus magnis & munitis,
ad cælum pertingentibus.* 2 *Populum magnum
& altum filios gigantum, vt noſti & audiſti: quis
ſtet coram gigantibus?* 3 *Scias itaque ab hac
die lumen Dei Domini tui tranſiturum ante
te velut ignem deuorantem, ipſum perdet eos, &
ipſum profligabit illos ante te, & ſuccindes eos, &
perdes eos breui, quemadmodum pollicitus eſt tibi
Deus.* 4 *Et ne dicas in temetipſo cùm eiecerit
eos Deus à conſpectu tuo: Propter probitatem
meam introduxit me Deus vt poſſiderem hanc re-
gionem, cùm ob peruerſitatem harum gentium ſit
illas Deus exciſurus à conſpectu tuo.* 5 *Nequa-
quam igitur ob probitatem tuam & ob æquitatem
cordis tui ſolum tu pergis vt poſſideas regionem
illarum, ſed ſimul propter peruerſitatem earum
gentium Deus Dominus tuus exciſurus eſt eas à
conſpectu tuo, & vt perſoluat ſermonem quem
dixit ad Abraham & Iſhac & Iacob.*
6 *Itaque certò ſcias quòd nequaquam propter
probitatem tuam Deus Dominus tuus daturus eſt
tibi hanc regionem vt poſſideas illam, cùm tu ſis
populus durus ceruice.*

17 ولا تقل في قلبك ان قوتي وعظم قدرتي اكتسبا لي
هذا اليسار * 18 بل اذكر الله ربك * فانه المعطيك قوة
تكتسب بها اليسار * لكي يفي عهده الذي اقسم عليه لاباءك
كيومنا هذا * 19 فان نسيت الله ربك * ومضيت فعبدت
معبودات اخر وسجدت لها * عرفتكم من اليوم انكم
تبيدون 20 كالامم التي الله مبيدها من بين ايديكم * اذ لا
تقبلون قول الله ربكم *

* الفصل التاسع *

1 واعلم يا اسرايل انك جايز في هذه المرة الاردن * لتدخل تحوز
امما اكثر واعظم منك في قرى كبيرة حصينة تداني السما *
2 شعبا كبيرا رفيعا * بني الجبابرة كما علمت وسمعت * من يقوم بين
يدي الجبابرة * 3 فاعلم من اليوم ان الله ربك نور جايز بين
يديك كنار اكلة * هو يبيدهم * وهو يهزمهم بين يديك * فتعرضهم
وتبيدهم سريعا كما وعدك الله * 4 ولا تقل في نفسك اذا دفعهم
الله من بين يديك * بصلاحي ادخلني الله احوز هذا البلد * وبظلم
هاولاء الامم الله قارضهم من بين يديك * 5 فليس بصلاحك
وباستقامة قلبك فقط انت سائر لتحوز بلدهم * لكن مع ظلم
اولئك الامم الله ربك قارضهم من بين يديك * ولكي يفي بالقول
الذي قاله لابرهيم واسحاق ويعقوب *
6 فتيقن انه ليس بصلاحك الله ربك معطيك هذا البلد
لتحوزه * اذ انت شعب صعب الرقاب *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Neque dicas in corde tuo, virtus mea, & robur manuum mearum præſtitit mihi iſtas facultates. 18 Sed
reminiſcaris Domini Dei tui, quod ipſe dederit tibi virtutem facultates parandi, vt etiam confirmet fœdus
ſuum quod iurauit Patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob, ſicut hac die. 19 Sin autem obliuiſcendo obli-
uiſcaris Domini Dei tui, & ambulaueris poſt Deos alienos, ſeruierisque eis, & adoraueris eos, teſtor aduer-
sùm vos hodie quod pereundo peribitis. 20 Sicut gentes quas Dominus deleuit à facie veſtra, ſic peribitis; pro-
pterea quod non obediuiſtis voci Domini Dei veſtri.

CAPVT IX.

AVdi Iſrael, tu tranſis hodie Iordanem vt venias ad poſſidendum gentes maiores te, & robuſtiores; vrbes
magnas, & munitas vſque in cælos. 2 Populum magnum, & procerum, filios Enacim quos tu noſti,
túque audiſti, quis ſubſiſtet in conſpectu filiorum Enac? 3 Noſti etiam hodie quod Dominus Deus tuus
emittit ante te ignem conſumentem: Ipſe exterminabit eos, & ipſe humiliabit eos in conſpectu tuo; expelleſ-
que eos, & perdes eos citò, quemadmodum locutus eſt tibi Dominus. 4 Ne loquaris in corde tuo cum expu-
lerit Dominus Deus tuus eos à facie tua in hunc modum; propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus in
poſſeſſionem terræ iſtius, & propter impietatem gentium iſtarum Dominus expellit eas à facie tua. 5 Non
propter iuſtitiam tuam, & rectitudinem cordis tui venis tu vt poſſideas terram eorum; nam propter impieta-
tem gentium iſtarum Dominus expellit eas à facie tua, atque vt ſtabiliat verbum quod iurauit Patribus tuis,
Abraham, Iſaac, & Iacob. 6 Noſti quoque quod non propter iuſtitiam tuam Dominus Deus tuus dedit ti-
bi terram hanc optimam vt illam poſſideas; nam populus es duræ ceruicis.

[illegible]

7 Reuoca in memoriam, & ne obliuiſcaris
quòd irritaueris Dominum Deum tuum in de-
ſerto: à die quo exiſtis ex Ægypto donec vene-
ritis ad locum iſtum, irritatores fuiſtis coram
Domino. 8 Et quidem in Horib ad iram conci-
taſtis Dominum, & iratus eſt vobis Dominus vt
perderet vos 9 Quando aſcendi in montem, &
accepi tabulas lapideas, tabulas fœderis quod
ſtatuit vobiſcum Dominus, & manſi in monte
quadraginta diebus & quadraginta noctibus,
panem non comedens, & aquam non bibens.
10 Deditque mihi Dominus duas tabulas ſcri-
ptas digito Dei, erantque ſuper eas cuncti ſer-
mones quos locutus erat Dominus ad vos in
monte de medio ignis, in die congregationis.
11 Et poſt quadraginta dies & quadraginta
noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapi-
deas, tabulas fœderis.
12 Et dixit mihi Dominus, Surge deſcende
hinc feſtinanter, quia corrupit ſe populus tuus
quem eduxiſti ex Ægypto, aberrarunt citò à
via quam præceperas eis, & fecerunt ſibi con-
flatile. 13 Dixit etiam ad me Dominus,
Conſideraui populum iſtum, & ecce populus
eſt præfractæ ceruicis.
14 Nunc permitte mihi vt perdam eos, & de-
leam nomen eorum de ſub cælo, & faciam te in
populum fortiorem & numeroſiorem ipſis.
15 Verſus itaque deſcendi de monte, mons
autem igne ardebat, & duo tabulæ fœderis in
ambabus manibus meis erant.
16 Et videns quòd peccaueratis in Domi-
num Deum veſtrum, & feceratis vobis vitu-
lum fuſum, & citò receſſeratis de via quam
præſcripſerat vobis Dominus Deus veſter:
17 Accepi duas tabulas, & proieci eas ex
ambabus manibus meis, & confregi eas co-
ram vobis,

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

7 *Recordare & ne obliuiſcaris quomodo ad iram concitaueris Deum Dominum tuum in ſolitudine: & verò vos à die exitus veſtri ex Ægypto donec adueneritis ad hanc regionem, inceſſanter peccaſtis in Deum.*

8 *Et in Horib irritaſtis Deum, ita vt ira percitus in vos, voluerit vos conſumere.*

9 *Quo tempore conſcenderam montem, vt acciperem duas tabulas gemmeas, tabulas teſtimonij quod pactus fuerat Deus vobiſcum, manſeramque in eo quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus cibum non comedi, nec bibi aquam,*

10 *Quoad dediſſet mihi Deus duas tabulas gemmeas ſcriptas potentia Dei, ſuper quas erant eadem omnino verba quæ locutus fuerat vobis Deus de medio ignis in die comitiorum.*

11 *Accidit autem poſt quadraginta dies & quadraginta noctes, vt daret eas mihi,*

12 *Et diceret ad me: Surge & deſcende velociter iſtinc, quia populus tuus quos eduxiſti è regione Ægypti, iam corruptionem commiſerunt, & declinarunt illico à via in qua præceperam eis vt ambularent, & fecerunt ſibi fuſile.*

13 *Deinde dixit mihi: Iam noui hos homines duros eſſe ceruicibus:*

14 *Et ſi abſtineas à precando pro eis, conſumam eos, & delebo nomina eorum de ſub cælo, faciamque ex te gentem maiorem & copioſiorem ipſis.*

15 *Igitur conuerti me, & deſcendi de monte qui ardebat igne, & ambæ tabulæ teſtimonij erant ſuper manus meas.*

16 *Et aſpexi, & ecce vos iam peccaueratis Deo Domino veſtro, & adhibueratis vitulum fuſum, & aberraueratis citò à via in qua præceperat vobis vt incederetis.*

17 *Quapropter arripui vtramque tabulam, & abieci eas è manibus meis eaſque fregi in præſentia veſtra.*

7 اذكر ولا تنس اسخاطك الله ربك في البر * وذلك انكم
منذ يوم خروجكم من مصر الى ان جئتم الى هذا البلد لم
تزالوا مخطئين لله *
8 وفي حوريب اسخطتم الله * فغضب عليكم * وكاد يفقدكم *
9 حين صعدت الجبل لاخذ لوحي الجوهر لوحي الشهادة التي
عهدها الله معكم * فاقمت فيه اربعين يوما واربعين ليلة *
لم اكل طعاما * ولم اشرب ماء * 10 الى ان دفع الله الي لوحي
الجوهر المكتوبين بقدرة الله * وعليهما مثل جميع الكلمات التي
كلمكم الله بها من وسط النار في يوم الجوق *
11 وكان ذلك بعد اربعين يوما واربعين ليلة دفعهما الي *
12 وقال لي * قم فانحدر سريعا من ههنا * لان قومك قد افسدوا
الذين اخرجتهم من بلد مصر * وزالوا سريعا من الطريق التي
امرتهم بسلوكها * وصنعوا لهم مسبوكا *
13 ثم قال لي * قد علمت ان هؤلاء القوم صعاب الرقاب *
14 وان كففت عن التشفع فيهم افنيتهم * ومحوت اسماءهم من
تحت السماء * وجعلت منك امة اعظم واكثر منهم *
15 فوليت ونزلت من الجبل وهو مشتعل بالنار * ولوحا الشهادة
على يدي * 16 فنظرت فاذا بكم قد اخطاتم لله
ربكم * واتخذتم عجلا مسبوكا * وزلتم سريعا عن الطريق
الذي امركم بسلوكه * 17 فقبضت اللوحين * وطرحتهما
عن يدي * وكسرتهما بحضرتكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Recordare, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiam prouocaſti Dominum Deum tuum in deſerto: A die quo egreſſi eſtis de Ægypto donec perueniretis in locum iſtum, rebelles fuiſtis Domino.
8 In Horeb autem ad iracundiam prouocaſtis Dominum, & iratus eſt Dominus in vos, ad vos exterminandum.
9 Quum aſcendi in montem vt acciperem tabulas lapideas, tabulas fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum, tunc manſi in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: panem non comedi, neque aquas bibi.
10 Poſtea dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei: Erat autem ſuper eas iuxta omnia verba quæ locutus fuerat Dominus vobiſcum in monte de medio ignis, in die concionis.
11 Factumque eſt in fine quadraginta dierum, & quadraginta noctium, vt daret mihi Dominus duas tabulas fœderis,
12 Et diceret mihi Dominus, Surge, deſcende citò hinc, quia corrupit ſeipſum populus tuus quem eduxiſti de Ægypto: receſſerunt repente de via quam præcepiſti eis, fecerunt ſibi vitulum fuſilem.
13 Dixit præterea mihi Dominus in hæc verba: Vidi populum iſtum, & ecce populus eſt duræ ceruicis.
14 Deſiſte à me, vt exterminem eos, & deleam nomen eorum ſub cælo: Te verò faciam in gentem robuſtiorem & copioſiorem illo.
15 Tum conuerti me, & deſcendi de monte: Mons autem igne ardebat, duæque tabulæ fœderis erant in ambabus manibus meis.
16 Et vidi, & ecce peccaueratis Domino Deo veſtro, feceratis vobis vitulum fuſilem, receſſeratis ſtatim de via quam præceperat Dominus vobis.
17 Tunc apprehendi duas tabulas, & abieci eas ab ambabus manibus meis, confregique illas ante oculos veſtros.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

18 Deinde oraui coram Domino, vt antea,
quadraginta diebus & quadraginta noctibus,
quibus panem non comedi, & aquam non bibi,
pro cunctis peccatis veſtris quæ perpetraueratis, malum committentes coram Domino, eumque ad iracundiam prouocantes.
19 Timueram enim ab ira & furore quo indignatus Dominus contra vos, perdere vos decreuerat: at exaudiuit me Dominus etiam tunc
temporis. 20 Et aduerſus Aharonem iratus
eſt Dominus vehementer vt perderet eum, & deprecatus ſum etiam pro Aharone eodem
tempore. 21 Et vitulum peccatorum veſtrorum quæ feceratis, arripiens, igne combuſſi, eumque comminuens, & mola bene terens, donec attenuaretur vt puluis, proieci puluerem eius in torrentem qui defluit è monte.
22 In Incendio quoque, & in Tentationibus, &
in Sepulchris ardentium concupiſcentia, ad iram prouocaueratis Dominum.
23 Et cùm miſiſſet vos Dominus de Recem
ſuperba, & dixiſſet vobis, Aſcendite & poſſidete terram quam dedi vobis, exaſperaſtis verbum oris Domini, & non credidiſtis ei, nec audiſtis vocem eius.
24 Irritatores fuiſtis coram Domino ab ea
die qua vos cognoui. 25 Et oraui coram
Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quia decreuerat Dominus perdere vos. 26 Oraui *inquam* coram Domino,
& dixi, Domine Deus, ne corrumpas populum tuum & hæreditatem tuam quam redemiſti magnitudine tua, quoſque eduxiſti ex Ægypto manu potenti.
27 Sed recordare ſeruorum tuorum Abrahæ
Iſahac & Iacobi: ne reſpicias duritiam huius populi, & iniquitatem eius, & peccata eius.

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

[18] *Et deprecatus ſum coram Domino, vt vice præterita, quadraginta dies & quadraginta noctes, non comedens cibum, nec bibens aquam, propter peccatum veſtrum quod commiſeratis quando perpetraſtis ſcelus coram Deo, & irritaſtis eum.*
[19] *Nam extimui furorem atque indignationem qua iratus fuerat Deus contra vos vt vos deleret, audiuitque Deus eo tempore.*
[20] *Haroni quoque ſuccenſuit Deus magnopere, & parum abfuit quin perderet eum, & veniam impetraui etiam ipſi in eodem tempore.*
[21] *At verò id quo peccaueratis, nempe vitulum quem aſſumpſeratis apprehendi, & igne combuſſi, & lima minutiſſimè limaui ita vt comminutus eſſet ceu puluis, & proieci puluerem eius in torrentem aqua dilabentis è monte.*
[22] *Et in loco Incendij, & in loco tentationis, & Sepulchris concupiſcentium inceſſanter prouocaſtis Deum ad iram.*
[23] *Cùmque miſiſſet Deus aliquot ex vobis de Racim-Barni, dicens: Aſcendite, & contemplamini terram quam dedi vobis, non obediſtis illi, neque crediſtis in eum, neque acquieuiſtis mandato ipſius.*
[24] *In ſumma ſemper fuiſtis rebelles Deo à die quo eum notum feci vobis.*
[25] *Cùm ergo orarem apud eum quadraginta diebus illis & quadraginta noctibus, quando voluit vos conſumere,*
[26] *Deprecatus ſum coram eo, & dixi: Deus ô Domine, ne perdas populum tuum & electionem tuam quam liberaſti magnitudine tua, & eduxiſti ex Ægypto manu valida.* [27] *Et recordare amicorum tuorum Abraham & Jſhac & Iacob, & ne reſpicias ad duritiem iſtius populi, & impietatem eius, & ſcelus eius.*

18 وسجدت بين يدي الله كالمرة الاولى اربعين يوما واربعين
ليلة * لم اكل طعاما * ولم اشرب ماء بسبب خطيتكم التي
اخطاتموها * اذا صنعتم الشر بين يدي الله واسخطتموه *
19 لاني حذرت الغضب والموجدة التي سخط الله بها عليكم
ليفنيكم * فسمع الله في ذلك الوقت *
20 وعلى هرون غضب الله جدا * وكاد يفنيه * واستغفرت له
ايضا في ذلك الوقت * 21 واما ما به اخطاتم * وهو العجل
الذي اتخذتموه * فاني اخذته فاحرقته بالنار * وبردته بالمبرد * نعما
حتى دق كالتراب * فطرحت ترابه في وادي الماء المنحدر من
الجبل * 22 وفي ذات الاشعال * وفي ذات المحنة * وقبور
المشتهين لم تزالوا مسخطين لله *
23 ولما بعث الله بعضكم من رقيم برنيع قايلا * اصعدوا
وانظروا الارض التي اعطيتكم اياها * خالفتموه ولم تومنوا
به * ولم تقبلوا امره *
24 بالجملة لم تزالوا مخالفين لله منذ يوم عرفتكم به *
25 فلما سجدت عنده تلك الاربعين يوما والاربعين ليلة * اذ
اراد ان يفنيكم *
26 صليت بين يديه وقلت * اللهم يا رب لا تهلك قومك
وصفوتك الذين فككتهم بعظمتك * واخرجتهم من مصر بيد
شديدة * 27 واذكر اولياك ابرهيم واسحاق ويعقوب * ولا
تنظر الى صعوبة هذا الشعب وطلاحه وخطيته *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[18] Et proſtraui me ante Dominum ſicut prius: quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedi, neque aquam bibi, propter omnia peccata veſtra quæ peccaueratis faciendo malum in oculis Domini vt irritaretis eum. [19] Timebam enim propter iram, & furorem quo ardebat Dominus in vos, vt exterminaret vos: ſed audiuit me Dominus etiam hac vice. [20] In Aaronem quoque excanduit Dominus valde vt perderet eum, ideo rogaui etiam pro Aarone in illo tempore. [21] Peccatum autem veſtrum quod feceratis, vitulum illum, accepi, & combuſſi illum igne, & contriui illum molendo bene vſquequo comminueretur in puluerem, & proieci puluerem eius in torrentem deſcendentem de monte.
[22] In loco quoque incendij, & tentationis, & ſepulchrorum concupiſcentiæ ad iracundiam prouocaſtis Dominum. [23] Cum etiam emiſit vos Dominus de Cades Barne, dicens, Aſcendite, & poſſidete terram quam dedi vobis, tum rebellaſtis in verbum Domini Dei veſtri, & non crediſtis ei, neque audiuiſtis vocem eius.
[24] Rebelles fuiſtis Domino à die quo vos cognouit. [25] Et proſtraui me coram Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus quibus proſtraui me; quoniam dixerat Dominus ſe vos exterminaturum.
[26] Et rogaui Dominum dicens, deſpota Domine, ne perdas populum tuum, & hæreditatem tuam quam redemiſti in magnitudine tua, quem eduxiſti de Ægypto in manu tua forti.
[27] Recordare ſeruorum tuorum, Abraham, Iſaac, & Iacob; ne reſpicias ad duritiem populi iſtius, & ad impietatem eius, & ad peccatum eius.

28 [illegible]
29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

28 Ne dicant incolæ terræ illius è qua eduxiſti
eos, Quia non habuit facultatem Dominus introducendi eos in terram quam dixerat eis, & quia oderat illos, eduxit eos vt eos interficeret
in deſerto. 29 Ipſi verò populus tuus ſunt &
hæreditas tua, quam eduxiſti virtute tua magna & brachio tuo exerto.

CAPVT X.

EOdem ipſo tempore dixit mihi Dominus, Scalpe tibi duas tabulas lapideas priorum inſtar, & aſcende ad me in montem, & fac tibi
arcam ligneam: 2 Et ſcribam ſuper tabulas
ſermones qui erant ſuper tabulis prioribus quas
fregiſti, & repone eas in arcam. 3 Feci igitur
arcam de ligno ebeni, & ſcalpſi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & aſcendi in montem, vtramque tabulam manibus meis geſtans.
4 Et ſcripſit in tabulis, iuxta priorem ſcripturam, decem ſermones quos locutus fuerat ad vos Dominus in monte, ex igne, in die congregationis, & dedit eas mihi Dominus.
5 Et conuerſus deſcendi de monte, & poſui tabulas in arca quam feceram, & reliqui eas in ipſa, quemadmodum præceperat mihi Dominus. 6 Filij autem Iſrael caſtra mouerunt
ex Beraoth filiorum Iaacan ad Meſara, ibique mortuus eſt Aharon, & ibidem ſepultus, & functus eſt ſacerdotio Eliazar filius eius poſt ipſum.
7 Et inde profecti ſunt ad Gadgad, & de Gadgad in Ietbath terram riuis aquarum *irriguam*.
8 Eodem illo tempore ſegregauit Dominus tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, aſtaretque coram Domino, & miniſtraret ei, atque benediceret nomen Domini vſque ad hodiernam diem.

VERSIO-SAMARITANA.

28 [illegible]
29 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

28 [illegible]
29 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

28 *Vt non dicant habitatores regionis è qua nos*
eduxiſti: Eo quòd non valuit Dominus eorum in-
troducere eos in regionem quam promiſerat eis, &
ex odio ſuo erga eos, eduxit illos vt occideret eos in
deſerto. 29 *Et ipſi quidem populus tuus ſunt, &*
electio tua, quos eduxiſti potentia tua magna &
brachio tuo protenſo.

CAPVT X.

IN illo tempore dixit Deus ad me: Dola duas
tabulas gemmeas ſimiles prioribus, & defer eas
ad montem poſtquam feceris arcam ligneam:
2 *Vt ſcribam ſuper eas verba quæ erant ſuper*
duas tabulas priores quas fregiſti, & pone eas in
arca. 3 *Itaque feci arcam de ligno Santo, &*
dolaui duas tabulas gemmeas ſimiles prioribus, &
conſcendi montem habens eas in manibus meis.
4 *Et ſcripſit ſuper eas ſecundùm ſcripturam prio-*
rem, decem verba quæ locutus fuerat Deus ad
vos in monte de medio ignis, in die comitiorum, de-
ditque eas mihi.
5 *Deinde conuerſus deſcendi de monte, & poſui*
duas tabulas in arca quam fabricaueram, &
manſerunt ibi, prout imperauerat mihi Deus.
6 *Cùmque gratiam impetraſſem pro Harone,*
manſit viuus *donec proficiſcerentur filij Iſrael de*
Bairoth filiorum Iaacan, & Moſira: & mortuus
eſt ibi Haron, ac ſepultus, & ſacerdotio functus
eſt Elazar filius eius loco ipſius.
7 *Cùm inde profecti eſſent ad Gadgad, & hinc*
ad Ietbatha terram torrentium aquarum,
8 *Tunc temporis ſeparauit Deus tribum Liui,*
vt baiularent arcam fœderis eius, & ſtarent co-
ram ipſo, & miniſtrarent ei, benedicerentque illi
per nomen eius vſque ad præſentem diem noſtrum,
eo quòd opem mihi tuliſſent.

28 كي لا يقول اهل البلد الذي اخرجتنا منه * مما لم يطق
ربهم ان يدخلهم الي البلد الذي وعدهم به * ومن شناعته لهم
اخرجهم ليقتلهم في البر * 29 وهم قومك وصفوتك الذين
اخرجتهم بحولك العظيم وذراعك الممدودة *

* الفصل العاشر *

1 في ذلك الوقت قال الله لي * انحت لوحي جوهر كالاولين *
واصعد بهما الي الجبل * وقد صنعت صندوقا من خشب *
2 حتي اكتب عليهما الكلمات التي كانت على اللوحين
الاولين الذين كسرتهما * وصيرهما في الصندوق *
3 فصنعت صندوقا من خشب السنط * ونحت لوحي جوهر
كالاولين * وصعدت الجبل * وهما في يدي * 4 فكتب عليهما
كالكتاب الاول العشر الكلمات التي كلمكم الله بها في الجبل من
وسط النار في يوم الجوق * ودفعهما الي * 5 ثم وليت فنزلت من
الجبل * وصيرت اللوحين في الصندوق الذي صنعته * فبقيا هناك
كما امرني الله * 6 فلما شفعني في هرون اقام الي ان رحل
بنو اسرائيل من بايروت بني ياعقان وموسيرا * ومات هرون ثم
ودفن * وقام العازار ابنه مكانه * 7 لما رحلوا من ثم الي
جدجد * ومنها الي يطباثا ارض ذات اودية ماء *
8 في ذلك الوقت افرز الله سبط لوي ليحملوا صندوق
عهده * ويقفوا بين يديه * ويخدموه * ويباركوه باسمه الي يومنا هذا
لما اسعفوني *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

28 Ne fortè dicat populus terræ de qua eduxiſti nos, eo quod non potuit Dominus introducere eos in ter-
ram quam dixerat illis, & odiſſet illos, eduxit illos vt interficeret illos in deſerto. 29 Illi enim ſunt populus
tuus, & hæreditas tua quam eduxiſti de Ægypto, in virtute tua magna, & in brachio tuo extento.

CAPVT X.

IN tempore illo dixit mihi Dominus, dola tibi duas tabulas lapideas ſicut priores, & aſcende ad me in mon-
tem, & fac tibi arcam ligneam. 2 Vt ſcribam ſuper tabulas iſtas verba quæ fuerunt ſuper tabulas prio-
res quas fregiſti, & ponas illas in arca. 3 Et feci arcam ex lignis Setim, & dolaui duas tabulas lapideas ſicut
priores, aſcendique in montem cum duabus tabulis in manu mea. 4 Scripſit autem ſuper tabulas illas ſicut ſcri-
ptum erat prius, decem verba quæ locutus fuerat Dominus vobis in monte de medio ignis in die iſtius concio-
nis: deditque illas Dominus mihi. 5 Poſtea conuerſus deſcendi de monte, & poſui tabulas illas in arca quam fe-
ceram: fueruntque ibi ſicut præceperat mihi Dominus. 6 Filij autem Iſrael profecti ſunt de Maſeroth, & ca-
ſtrametati ſunt inter filios Iaachan. 7 Inde profecti ſunt, & caſtrametati ſunt in Gadgad. Inde profecti,
caſtrametati ſunt in Iethabatha; terram torrentium aquarum. Inde profecti, caſtrametati ſunt in Abarne. Inde
profecti, caſtrametati ſunt in Aſion-gaber. Inde profecti, caſtrametati ſunt in deſerto Sin, quod eſt Cades. Inde
profecti, caſtrametati ſunt in monte Hor, 6 Ibique mortuus eſt Aaron, & ibi ſepultus, locoque ipſius ſacer-
dotio functus eſt Eleazar. 8 In illo tempore ſegregauit Dominus tribum Leui ad ferendam arcam fœderis
Domini, ad ſtandum coram Domino vt ſeruiat ei, atque vt benedicat in nomine eius vſque in hunc diem.

[illegible]

9 Propterea non habet Leui portionem &
hæreditatem cum fratribus ſuis : Dominus
enim hæreditas eius eſt , quemadmodum dixit
illi Dominus Deus tuus. 10 . Ego autem
ſteti coram Domino in monte iuxta dies prio-
res, *nempe* quadraginta dies & quadraginta no-
ctes, audiuitque me Dominus etiam tunc tem-
poris, nec voluit Dominus Deus tuus te cor-
rumpere. 11 Et ait mihi Dominus, Surge,
proficiſcere , & abi ante populum, & ingre-
diantur atque poſſideant terram quam iuraui
patribus eorum vt traderem eis. 12 Nunc
Iſrael, quid poſtulat à te Dominus Deus tuus,
niſi vt timeas Dominum Deum tuum , & am-
bules in viis eius, & diligas eum, & colas Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua? 13 Et cuſtodias præcepta Domini
Dei tui, & leges eius quæ præcipio tibi? 14 Do-
mini Dei tui ſunt cæli & cæli cælorum , terra
quoque, & quicquid in ea eſt: 15 Et tamen
patribus tuis tantùm oblectatus eſt Dominus,
& dilexit eos, & elegit ſemen eorum poſt ipſos
ex vniuerſis populis, vt hodie. 16 Circunci-
dite præputium cordis veſtri, & ceruicem ve-
ſtram ampliùs ne in duretis, 17 Quia Domi-
nus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Do-
minus dominorum, Deus magnus, potens, &
metuendus, qui non reſpicit vultum, nec mu-
nus accipit, 18 Et facit iudicium pupillorum
& viduarum, & diligit eum qui conuertitur ad
ipſum, & tribuit ei panem & veſtitum.
19 Diligite eos qui conuertuntur ad ipſum,
quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
20 Dominum Deum tuum time, ipſum cole,
ipſi adhære, & per ipſius nomen iura.
21 Ipſe enim eſt gloria tua , ipſeque eſt Deus
tuus, qui fecit in gratiam tuam magnalia &
terribilia quæ viderunt oculi tui.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

9 *Et propterea non habuerunt Leuitæ ſortem & hæreditatem cum fratribus ſuis, ſed munera Dei ſunt ſors illorum, prout præcepit eis Deus.*
10 *Ego verò manſi in monte iuxta primam vicem quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & exaudiuit me Deus in illo quoque tempore, & placatus eſt quominus te perderet.*
11 *Et dixit ad me: Surge, vade ante populum, & caſtra mouere fac eos, vt abeant & poſſideant regionem quam iuraui patribus eorum me daturum eis.*
12 *Nunc ergo ô Iſrail, quid eſt quod petit à te Deus Dominus tuus, niſi vt timeas eum, & incedas in via eius, & ames eum, & ſincerè ſeruias ei toto corde tuo, & tota anima tua?*
13 *Et obſerues mandata eius, & cæremonias eius quas tibi hodie præcipio, vt bene ſit tibi?*
14 *Ecce enim Dei Domini tui ſunt cæli omnes, & terra, & quicquid in eis eſt:*
15 *Nihilominus elegit patres tuos, & dilexit eos, adoptauitque filios eorum poſt ipſos, nempe vos, ex gentibus, quemadmodum videtis.*
16 *Amouete ergo dolum cordium veſtrorum, & ceruices veſtras ne vehementer induretis.*
17 *Nam Deus Dominus veſter eſt Dominus Dominorum, & herus herorum, magnus, potens, gigas, terribilis, qui non adulatur vultibus, nec accipit munus,*
18 *Faciens iudicium pupilli & viduæ, & amans peregrinum, & ſuppeditans ei cibum & veſtitum.*
19 *Amate igitur peregrinum, cùm longo tempore fueritis peregrini in regione Ægypti.*
20 *Et time Deum Dominum tuum, ipſi ſerui ei adhære, & iura innocenter per nomen eius.*
21 *Ipſe eſt laus tua, & ipſe eſt Deus tuus, quemadmodum fecit tecum magnalia & horrenda illa quæ viderunt oculi tui.*

9 ولذلك لم يكن لللاويين نصيب ونحلة مع اخوتهم * بل
هبات الله هي نصيبهم حسب ما امر الله به لهم * 10 وانا اقمت
في الجبل مثل المرة الاولى اربعين يوما واربعين ليلة * فسمع الله
لي في ذلك الوقت ايضا * وشاء ان لا يهلكك *
11 فقال لي * قم فامض بين يدي القوم * فرحلهم حتى يمضوا
فيرثوا البلد الذي اقسمت لاباءهم ان اعطيهموه *
12 والان يا اسرايل ما الذي يطلبه منك الله ربك * الا ان تخافه *
وتسير في طريقه * وتحبه * وتعبده مخلصا بكل قلبك وكل نفسك *
13 وتحفظ وصاياه ورسومه التي امرك بها اليوم لخير لك *
14 وهوذا لله ربك السموات كلها * والارض * وكل ما فيها *
15 لكنه اصطفى اباءك فاحبهم * فاختار بنيهم من بعدهم * وانتم
هم * من بين الشعوب * كما تشاهدون * 16 فازيلوا غش
قلوبكم * وارقابكم لا تصعبوها جدا *
17 لان الله ربكم هو رب الارباب وسيد السادة * الكبير *
القادر * الجبار * المخوف * الذي لا يحابي الوجوه * ولا ياخذ رشوة *
18 صانع حكم اليتيم والارملة * ومحب الغريب * فيرزقه
طعاما وكسوة *
19 فاحبوا الغريب * فطالما كنتم غرباء في بلد مصر *
20 وخف الله ربك * واعبده * والزمه * واحلف برا باسمه *
21 هو مدحتك * وهو الاهك * كما صنع معك تلك العظايم
والمهايب التي راتها عيناك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

9 Ideo non fuit Leui portio, & hæreditas cum fratribus ſuis: Dominus ipſe eſt hæreditas eius, ſicut locutus eſt
ei Dominus Deus tuus. 10 Ego autem ſubſtiti in monte ſicut diebus prioribus, quadraginta diebus, & qua-
draginta noctibus: Exaudiuit me etiam Dominus hac vice, noluitque Dominus vos perdere.
11 Dixitque mihi Dominus: Surge, vade, vt proficiſcaris ante populum iſtum, vt veniant, & poſſideant ter-
ram quam iuraui Patribus eorum me ipſis daturum. 12 Nunc autem Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à
te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, vt ambules in omnibus viis eius, atque vt diligas eum, ſeruiaſque Do-
mino Deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima tua. 13 Et vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, & præ-
cepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi. 14 En Domini Dei tui ſunt cœli, & cœli cœlorum,
terra, & omnia quæ ſunt in ea. 15 Veruntamen Patribus tuis adhæſit Dominus vt amaret eos, & eligeret ſe-
men eorum poſt eos, vos præ omnibus gentibus ſicut hoc die. 16 Circuncidetis igitur præputium cordis
veſtri, & ceruicem veſtram non indurabitis amplius. 17 Quoniam Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus Deo-
rum, & Dominus Dominorum, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui non accipit perſonam, neque reci-
pit munus. 18 Faciens iudicium pupillo & viduæ; & diligens peregrinum vt det ei panem & veſtem.
19 Diligetis igitur peregrinum, quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
20 Dominum Deum tuum timebis, & ipſi ſeruies, ipſique adhærebis, atque per ipſius nomen iurabis.
21 Ipſe eſt laus tua, & ipſe eſt Deus tuus qui fecit tecum magnalia, & terribilia iſta quæ viderunt oculi tui.

22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

22 Cum ſeptuaginta animabus deſcenderunt
patres tui in Ægyptum, & nunc ecce multipli-
cauit te Dominus Deus tuus ſicut ſtellas quæ in
cælo ſunt.

CAPVT XI.

DIlige Dominum Deum tuum, & cuſto-
di obſeruantias eius, & leges, & iudicia,
atque præcepta eius cunctis diebus.
2 Et ſcito-
te hodie quòd non ad filios veſtros *ſermo eſt*, qui
non nouerunt, neque viderunt correptionem
Domini Dei veſtri, & maieſtatem eius, ma-
num ipſius validam, & brachium eius excel-
ſum:
3 Et ſigna atque opera eius quæ fecit
in Ægypto in Pharaonem regem Ægypti, &
vniuerſam terram eius:
4 Et quæ fecit exer-
citui Ægyptiorum, equis, & curribus, & equi-
tibus eorum, quomodo inundare fecerit aquas
maris Suph ſuper vultus eorum, cùm inſectati
vos eſſent à tergo, & perdiderit eos Dominus
vſque in hunc diem.
5 Præterea quicquid
fecit vobis in deſerto donec veniretis ad locum
iſtum.
6 Et quæ fecit Dathan & Abiram
filiis Eliab filij Rubil, quos aperiens terra os
ſuum, deglutiuit vnâ cum filiis eorum, & ta-
bernaculis eorum, & quicquid pertinebat ad
eos, dum ſtarent pedibus ſuis inter vniuerſum
Iſraelem.
7 *Sed vobiſcum ſermo eſt*, quorum
oculi viderunt omnia opera Domini magna
quæ fecit.
8 Seruate cuncta præcepta quæ
mando vobis hodie, vt roboremini, & ingre-
diamini, & poſſideatis terram ad quam poſſi-
dendam tranſitis.
9 Et multos protrahatis
dies in terra quam iurauit Dominus patribus
veſtris daturum ſe eis & ſemini eorum, terram
fluentem lacte & melle.
10 Nam terra ad quam
poſſidendam ingreſſuri eſtis, non eſt ſicut terra
Ægypti de qua egreſſi eſtis, vbi ſerebatis ſemen
veſtrum, & irrigabatis pedibus veſtris more pa-
radiſi irrigatione egentis.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

22 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

22 *Ex quibus illud eſt quòd patres tui deſcende-*
runt in Ægyptum cum ſeptuaginta animabus,
nunc autem fecit te Deus Dominus tuus ſimilem
ſtellis cæli numero.

CAPVT XI.

Dilige itaque Deum Dominum tuum, & ob-
ſerua quæ cuſtodire te iuſſit in longitudinem
temporis. 2 *Et ſcitote ab hac die quòd opus*
non incumbit filiis veſtris qui non nouerunt, neque
viderunt eruditionem Dei Domini veſtri, magni-
ficentiam eius, manum eius validam, & brachium
eius extentum: 3 *Eiuſque ſigna, & opera quæ*
fecit in medio Ægypti, in Pharaonem, & vniuer-
ſos duces eius, cunctoſque habitatores regionis
ipſius: 4 *Et quæ fecit exercitui Ægypti, eius*
equis, & curribus eius, quando obruit aqua ma-
ris Rubri vultus eorum, cùm vos perſecuti ſunt,
& perdidit eos vſque ad hunc diem noſtrum.
5 *Et quæ fecit vobis in ſolitudine donec veniretis*
ad hunc locum. 6 *Quæ etiam fecit Dathan &*
Abiram filiis Eliab filij Raubin, quando aperuit
terra os ſuum, & deglutiuit eos, domos eorum, ten-
toria eorum, omneſque homines qui cum eis erant,
inter filios Iſrael. 7 *At verò oculi veſtri vide-*
runt omnia opera Dei maxima quæ fecit.
8 *Cuſtodite igitur totam legem quam præcipio*
vobis hodie, vt confortemini, & introeatis, atque
poſſideatis regionem pro qua iurauit Deus patri-
bus veſtris. 9 *Et vt producatur ætas veſtra in*
illa, quemadmodum iurauit Deus, vt daret eam
patribus veſtris, & ſtirpi eorum: regionem inquam
lacte & melle manantem.
10 *Regio enim ad quam pergis vt poſſideas eam,*
non eſt ſicut regio Ægypti è qua egreſſus es, in qua
ſerebas ſemen tuum, & irrigabas illud pede tuo
more hortorum olerum.

22 فيها ان اباءك نزلوا مصر في سبعين نفسا * والان فقد صيرك
الله ربك ككواكب السماء كثرة *

* الفصل الحادي عشر *

1 فاحب الله ربك * واحفظ ما استحفظك طول الزمان *
2 واعلموا من اليوم ان ليس العمل على بنيكم الذين لم يعلموا
ولم يروا اداب الله ربكم * وعظمته * ويده الشديدة * وذراعه
الممدودة * 3 واياته واعماله التي صنعها في وسط مصر بفرعون
وجميع قواده وساير اهل بلده * 4 وما صنع بجيش مصر
وخيله ومراكبه * اذا طفى ماء بحر القلزم على وجوههم * لما
طلبوكم * فاهلكهم الي يومنا هذا * 5 وما صنع بكم في البر
الي ان جيتم الي هذا الموضع * 6 وما صنع بداثان وابيرام
ابني الياب بن راوبين * اذ فتحت الارض فاها فابتلعتهما وبيوتهما
واخبيتهما وجميع الناس الذين معهما فيما بين بني اسرايل *
7 بل عيونكم رات جميع صنع الله العظيم الذي صنعه *
8 فاحفظوا جميع الشريعة التي امركم بها اليوم * لكي تشتدوا
وتدخلوا وتحوزوا البلد الذي اقسم الله عليه لابايكم *
9 ولكي تطول مدتكم فيه * كما اقسم الله ان يعطيه لابايكم
ونسلهم * وهو بلد يفيض لبنا وعسلا *
10 فان البلد الذي انت ساير اليه لتحوزه ليس هو كبلد
مصر الذي خرجت منه الذي كنت تزرع زرعك فيه وتسقيه
برجلك كجنان البقول *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Cum ſeptuaginta animabus deſcenderunt Patres tui in Ægyptum: Nunc autem poſuit te Dominus Deus tuus ſicut ſtellas cæli præ multitudine.

CAPVT XI.

Diliges igitur Dominum Deum tuum, & cuſtodies cuſtodiam eius, præcepta eius, & mandata eius, & iu-
dicia eius omnibus diebus. 2 Cognoſcitis enim hodie (Quia non cum filiis veſtris qui non cognoue-
runt, neque viderunt) caſtigationem Domini Dei veſtri, magnitudinem eius, & manum eius fortem, & bra-
chium eius extentum. 3 Et ſigna eius, & opera eius quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni, & omni terræ eius.
4 Et quæ fecit exercitui Ægypti, equis eius, & curribus eius; quomodo inundare fecit aquas maris rubri
ſuper facies eorum cum vos perſequerentur, & perdidit eos Dominus vſque in hunc diem. 5 Et quæ fecit
vobis in deſerto donec veniretis in hunc locum. 6 Quæ præterea fecit Dathan, & Abirom filiis Eliab, filio
Ruben, quomodo aperuit os ſuum terra, & abſorpſit eos, & omnes homines qui erant cum Core, domoſque
eorum, & tabernacula eorum, & omnem ſubſtantiam quæ erat in pedibus eorum, in medio totius Iſraelis.
7 Nam oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit. 8 Obſeruabitis igitur omnia man-
data quæ ego præcipio vobis hodie, vt corroboremini, & veniatis, & poſſideatis terram ad quam vos itis poſ-
ſidendam. 9 Atque vt prolongetis dies ſuper terram quam iurauit Dominus Patribus veſtris ſe daturum ſe-
mini eorum, terram fluentem lacte & melle. 10 Terra enim ad quam itis poſſidendam non eſt illa ſimilis terræ
Ægypti, de qua egreſſi eſtis, quam ſeminabas ſemine tuo, & irrigabas cum pedibus tuis ſicut hortum olerum.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 Terra autem ad quam poſſidendam ingre-
diemini, terra eſt montium & vallium, & de-
pluuia cæli bibens aquas. 12 Terra quam Do-
minus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi Do-
mini Dei tui in ea ſunt ab initio anni vſque ad
finem anni. 13 Si ergò obedieritis mandatis
quæ ego præcipio vobis hodie, & dilexeritis
Dominum Deum veſtrum, eumque colueritis
ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra:
14 Dabo pluuiam terræ veſtræ ſuo quoque
tempore, maturam & ſerotinam: & coges fru-
mentum tuum, vinum, & oleum tuum. 15 Dabo
quoque herbam in agro tuo pro iumentis tuis,
& comedes, & ſaturaberis. 16 Cauete ne
mulceatur cor veſtrum, & aberrantes colatis
Deos alios, & adoretis eos, 17 Et exæſtuet
ira Domini contra vos, & prohibeat cælum ne
fiat pluuia, & terra non det prouentus ſuos, &
pereatis citò de terra bona quam dabit vobis
Dominus Deus veſter. 18 Ponetis igitur hæc
præcepta in corde veſtro & in anima ve-
ſtra, & ligate ea in ſignum ad manus veſtras,
ſintque ſignaculum in frontibus veſtris.
19 Et docete ea filios veſtros, vt loquantur de
eis cùm ſedebitis in domibus veſtris, cùmque
abieritis in via, cùm cubueritis, & cùm ſurrexe-
ritis. 20 Scribite quoque ea ſuper poſtes do-
morum veſtrarum, & ſuper ianuas veſtras,
21 Vt multiplicentur dies veſtri, & dies filio-
rum veſtrorum in terra quam iurauit Domi-
nus Deus veſter patribus veſtris ſe daturum
eis, ſicut dies cæli ſuper terram. 22 Si enim cu-
ſtodieritis hæc omnia præcepta quæ mando
vobis hodie, & feceritis ea, & dilexeritis Domi-
num Deum veſtrum, & ambulaueritis in cun-
ctis viis eius, & adhæſeritis ei: 23 Perdet Do-
minus omnes populos iſtos à conſpectu veſtro,
& poſſidebitis populos maiores & fortiores
vobis.

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 *Verùm terra ad quam vos tranſituri eſtis vt
poſſideatis eam, terra eſt montium & planitie-
rum, de pluuia cæli bibens aquam.*
12 *Terra quam Deus viſitat, & de qua perpe-
tuam curam habet ab initio anni ad finem vſque.*
13 *Itaque ſi diligenter audieritis præcepta mea
quæ mando vobis hodie, vt diligatis Deum Domi-
num veſtrum, eique ſincerè ſeruiatis totis cordibus
veſtris, totiſque animabus veſtris:*
14 *Deſcendet pluuia regionis veſtræ in tempore
ſuo, Vere ſcilicet & Autumno: & colliges frumen-
tum tuum, & oleum tuum, & muſtum tuum:*
15 *Et producam herbam in campis tuis pro iu-
mentis tuis, vt comedas & ſatieris.*
16 *Cauete autem ne decipiantur corda veſtra, &
nutetis, & ſeruiatis diis aliis, eoſque adoretis,*
17 *Et inualeſcat ira Dei in vos, claudatque cæ-
lum, nec ſit pluuia, & terra non producat anno-
nam ſuam, & breui pereatis de terra bona quam
Deus daturus eſt vobis.*
18 *Et reponite verba hæc mea in cordibus veſtris
& in animabus veſtris, & alligate ea in ſignum
ſuper manibus veſtris, & ſint extenſa inter oculos
veſtros.*
19 *Et docete ea filios veſtros, & repeti-
te illa quo tempore ſederis domi tuæ, & ambulaue-
ris in via tua, ad cubitum tuum, & ſurrectionem
tuam.*
20 *Et ſcribe ea ſuper poſtes ianuarum
domiciliorum tuorum, & fores tuas,*
21 *Vt producantur dies veſtri, & dies filiorum
veſtrorum ſuper terram quam iurauit Deus pa-
tribus veſtris vt daret eam vobis, ſicut dies cæli
ſuper terram.*
22 *Nam ſi cuſtodieritis cuncta hæc præcepta quæ
ego præcipio vobis, eaque feceritis diligendo Deum
Dominum veſtrum, & incedendo in omnibus viis
eius, eique adhærendo.*
23 *Excindet Deus omnes
has gentes à conſpectu veſtro, & poſſidebitis gentes
maiores & grandiores vobis.*

11 لكن الارض التي انتم جايزون اليها لتحوزوها * ارض جبال
وبقاع * من مطر السماء تشرب ماء * 12 ارض الله متعاهدها *
ودايما عنايته بها من اول السنة الى آخرها * 13 فان سمعتم
سماعا لوصاياي التي آمركم بها اليوم * لتحبوا الله ربكم *
وتعبدوه مخلصين بكل قلوبكم وبكل نفوسكم *
14 نزل مطر بلدكم في وقته وسميا وربعيا * وتجمع برك ودهنك
وعصيرك * 15 وانبت عشبا في صحرايك لبهايمك * فتاكل وتشبع *
16 واحذروا ان تنخدع قلوبكم * فتزلوا وتعبدوا معبودات
اخر * وتسجدوا لها * 17 فيشتد غضب الله عليكم * فيحبس
السماء فلا يكون مطر * والارض لا تنبت اداها * فتبيدون
بسرعة عن الارض الجيدة التي الله معطيكموها * 18 وصيروا
كلامي هذا في قلوبكم وفي نفوسكم * واعقدوه علامة على
ايديكم * ولتكن منصوبة بين عيونكم *
19 وعلموها بنيكم * وتدارسوها في حال جلوسك في منزلك * ومسيرك
في طريقك * وعند نومك وقيامك * 20 واكتبها على حدود
فتوح بيوتك وابوابك * 21 لكي تطول ايامكم وايام بنيكم
على الارض التي اقسم الله لابايكم ان يعطيكموها * كايام
السماء على الارض * 22 فانكم ان حفظتم جميع هذه
الوصايا التي انا آمركم بها وعملتم بها * بان تحبوا الله ربكم
وتسيروا في جميع طرقه وتلزموه * 23 قرض الله جميع هاولاء
الامم من بين ايديكم * فترثون امما اكبر واعظم منكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Sed terra ad quam tranſitis poſſidendam, terra montium, & vallium eſt: ad pluuiam cælorum bibit aquas.
12 Terra eſt quam Dominus Deus tuus viſitat ſemper, oculi Domini Dei tui ſunt in ea à principio anni vſque
ad finem anni.
13 Fiet igitur ſi obediendo obedieritis mandatis quæ ego præcipio vobis hodie, ad diligen-
dum Dominum Deum veſtrum, & ſeruiendum ei in omni corde veſtro, & in omni anima veſtra.
14 Vt det pluuiam terræ veſtræ in tempore ſuo, temporaneam, & ſerotinam, & colligas frumentum tuum,
muſtum tuum, ac oleum tuum.
15 Detque herbam agro tuo pro iumentis tuis. Cum autem comederis, &
ſaturatus fueris,
16 Cauete vobis ne decipiatur cor veſtrum, & recedatis, colatiſque Deos alienos, & ado-
retis eos.
17 Accendaturque ira Domini in vos, & claudat cœlos vt non fiat pluuia, terráque non det fru-
ctum ſuum, & deleamini repente de terra bona quam Dominus dedit vobis.
18 Ponetis igitur hæc verba ſu-
per corda veſtra, & ſuper animas veſtras, & ligabitis illa in ſignum ſuper manus veſtras: erunt quoque in fron-
talia inter oculos veſtros.
19 Et docebitis ea filios veſtros, vt loquantur de iis cum ſedebis domi, cum ambu-
labis per viam, cum recubueris, & cum ſurrexeris.
20 Scribes quoque illa ſuper poſtes domorum tuarum,
& in portis tuis.
21 Vt multiplicentur dies tui, & dies filiorum tuorum ſuper terram quam iurauit Dominus
Patribus veſtris, ſe daturum illis iuxta dies cæli ſuper terram.
22 Quod ſi cuſtodiendo cuſtodieritis omnia man-
data hæc quæ ego præcipio vobis hodie facienda, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, vt ambuletis in om-
nibus viis eius, & adhæreatis ei.
23 Expellet quoque Dominus omnes gentes iſtas à facie tua, & poſſidebitis
gentes maiores & robuſtiores te.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

24 Omnis locus quem calcabit planta pedis
veſtri, veſter erit: à deſerto & Libano, & à flu-
mine ad fluuium Euphratem, & vſque ad mare
extremum erit terminus veſter. 25 Et nemo
reſiſtet vobis: terrorem veſtrum, & formidi-
nem veſtram dabit Dominus Deus veſter ſu-
per faciem totius terræ per quam incedetis,
quemadmodum dixit vobis Dominus.
26 Videte quòd propono vobis hodie bene-
dictiones & maledictiones. 27 Benedictiones
quidem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei
veſtri quæ præcipio vobis hodie. 28 Maledi-
ctiones verò, niſi obtemperaueritis Domino
Deo veſtro, & ſi receſſeritis à via quam præci-
pio vobis hodie, & abieritis poſt deos alios quos
non nouiſtis.
29 Cùm autem introduxerit te Dominus
Deus tuus in terram ad quam poſſidendam
es ingreſſurus, date benedictiones ſuper mon-
tem Garzim, & maledictiones ſuper montem
Gebel: 30 En ſunt trans Iordanem, à tergo
viæ, ad occaſum ſolis, in terra Chananæorum
qui degunt in Araba, è regione Galgalæ, & è
regione loci quercus Mamre. 31 Nam tran-
ſituri eſtis Iordanem, vt introeatis ad poſſiden-
dam terram quam dat vobis Dominus Deus
veſter, & poſſidebitis eam, & habitabitis in illa.
32 Cuſtodite ergo, & facite cunctas leges &
iudicia quæ propono vobis hodie.

CAPVT XII.

HÆ ſunt leges & iudicia quæ cuſtodietis
& facietis in terra quam tradit vobis Do-
minus Deus patrum veſtrorum poſſidendam,
cunctis diebus quibus victuri eſtis ſuper terram.
2 Vaſtate omnia loca vbi coluerunt gentes
quas occupaturi eſtis, & deos earum tam ſuper
montes ſublimes, quàm ſuper colles, & ſub
quacunque arbore vmbroſa.

VERSIO-SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

14 *Et omnis locus quem calcauerit pes veſter,*
erit vobis, à ſolitudine, & Libano, & fluuio Eu-
phrate, & mari vltimo erit limes veſter:
15 *Nec ſtabit quiſquam ante vos, ſed inijciet*
Deus Dominus veſter pauorem veſtrum & ti-
morem veſtrum in omnes incolas regionis quam
perambulabitis, ſicut promiſit vobis.
16 *Videte, ecce ego recito vobis hodie benedictio-*
nes & maledictiones. 17 *Et verò benedictio-*
nes vobis aduenient, ſi recipiatis præcepta Dei
Domini veſtri quæ mando vobis hodie.
18 *Maledictiones autem vos apprehendent, ſi re-*
ſpuatis præcepta Dei Domini veſtri, & aberretis
à via in qua ego præcipio vobis hodie vt ambuletis,
& ſectemini deos alios, iiſque ſeruiatis.
19 *Cùm itaque introducet te Deus Dominus*
tuus in regionem ad quam tu pergis vt poſſideas
eam, recita benedictiones ſuper montem Karizim,
& maledictiones ſuper montem Ibal.
30 *Nonne ſunt ambo in latere Iordanis, poſt*
viam occaſus ſolis, quæ præterſecat regionem
Chananæi commorantis in valle, qua parte con-
tigua eſt monti, iuxta prata Mora?
31 *Vos enim traiecturi eſtis Iordanem, vt ingre-*
diamini & poſſideatis regionem quam Deus Do-
minus veſter daturus eſt vobis: quapropter cùm
poſſederitis eam, & habitaueritis in illa,
32 *Obſeruate, & facite omnia ſtatuta atque*
iudicia quæ ego præcipio vobis hodie.

CAPVT XII.

HÆc autem ſunt præcipua ſtatuta & iudicia
quæ oportet vt ſeruetis & faciatis in regione
quam dedit tibi Deus patrum tuorum, vt poſſide-
res eam longitudine temporis quo vos eſtis victuri
ſuper terram. 2 *Vt ſubuertatis omnia loca in qui-*
bus adorauerunt gentes quas vos exciſuri eſtis, &
deos earum ſuper montes excelſos & colles, & ſub
omni arbore frondoſa.

24 وكل موضع تطؤه قدمكم يكون لكم * من البر ولبنان ونهر
الفرات والبحر الآخر يكون تخمكم * 25 ولا يقف انسان بين
ايديكم * بل يلقي الله ربكم فزعكم وخوفكم على
جميع اهل البلد الذي تسلكونه كما وعدكم * 26 انظروا ها انا
تال عليكم اليوم بركات ولعنات * 27 فاما البركات فتنالكم ان
قبلتم وصايا الله ربكم التي انا امركم بها اليوم * 28 واما
اللعنات فتدرككم ان لم تقبلوا وصايا الله ربكم * وزغتم عن
الطريق الذي انا امركم بسلوكه اليوم * واتبعتم معبودات
أخر وعبدتموها * 29 فاذا ادخلك الله ربك البلد الذي انت
سائر اليه لتحوزه * فاتل البركات على جبل كريزيم * واللعنات على
جبل عيبال * 30 الا انهما في جانب الاردن وراء طريق مغيب
الشمس عن بلد الكنعاني المقيم في الغور * مما يلي الجلجال عند
مروج مورا * 31 لانكم جايزون الاردن لتدخلوا وتحوزوا
البلد الذي الله ربكم معطيكم * فاذا حزتموه وجلستم فيه *
32 فاحفظوا واعملوا بجميع الرسوم والاحكام التي انا امركم
بها اليوم *

* الفصل الثاني عشر *

1 وهذه اوايل الرسوم والاحكام التي يجب ان تحفظوها وتعملوا
بها في البلد الذي اعطاك اله آبايك لتحوزه طول الزمان الذي
انتم احياء فيه على الارض * 2 ان تبيدوا جميع المواضع
التي عبد فيها الامم الذين انتم وارثوهم * ومعبوداتهم على
الجبال الرفيعة والقلاع * وتحت كل شجر ريان *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

14 Omnis locus quem calcauerit planta pedis veſtri, veſter erit, à deſerto, & Libano, atque à fluuio, fluuio Eu-
phrate, vſque ad mare poſtremum erunt fines veſtri. 25 Non ſubſiſtet quiſquam in conſpectu veſtro. Timo-
rem veſtri, & tremorem veſtri dabit Dominus Deus veſter ſuper faciem omnis terræ quam calcabitis, ſicut lo-
cutus eſt vobis. 26 Vide, ego dedi hodie in conſpectu veſtro benedictionem, & maledictionem.
27 Benedictionem cum obedieritis mandatis Domini Dei veſtri quæ ego præcipio vobis hodie.
28 Maledictionem autem ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego
præcipio vobis hodie, vt eatis poſt deos alienos quos non cognouiſtis. 29 Quando autem introduxerit te
Dominus Deus veſter in terram ad quam vadis poſſidendam, tum dabis benedictionem ſuper montem Gari-
zim, & maledictionem ſuper montem Hebal. 30 Nonne ſunt illi trans Iordanem poſt viam occaſus ſolis,
in terra Chananæi habitantis in planitie, è regione Galgal, prope quercum More verſùs Sichem.
31 Vos enim tranſitis Iordanem, vt pergatis ad poſſidendam terram quam Dominus Deus veſter dedit vobis:
poſſidebitis autem illam, & habitabitis in ea. 32 Soliciti igitur eritis facere omnia præcepta, & omnia iudi-
cia quæ ego do hodie in conſpectu veſtro.

CAPVT XII.

HÆc ſunt præcepta, & iudicia quæ ſoliciti eritis facere in terra quam dat Dominus Deus Patrum tuorum
tibi, vt poſſideas eam omnibus diebus quibus vos viuetis ſuper terram. 2 Subuertendo ſubuertetis
omnia loca in quibus coluerunt gentes quas vos poſſeſſuri eſtis deos ſuos ſuper montes excelſos, & ſuper colles,
& ſub omni arbore frondoſa.

[illegible]

3 Et diruetis aras earũ, & confringetis ſtatuas
earum, & earum conflatilia igne comburetis,
& deos illarum ſculptiles perfringetis, & abole-
bitis nomen earũ de loco illo. 4 Vos autem non
ſic facietis Dño Deo veſtro: 5 Sed in loco quem
elegerit Dñs Deus veſter ex cunctis tribubus
veſtris, vt ponat ibi nomen ſuum, domicilium
eius inquirite, & ad illud abite. 6 Et illuc afferte
holocauſta veſtra pacifica, & hoſtias veſtras, &
decimas veſtras, & ſeparationes manuũ veſtra-
rum, vota veſtra, & oblationes veſtras, atque
primogenita boum veſtrorũ & ouium veſtra-
rum. 7 Ibique comedite coram Dño Deo ve-
ſtro, & lætamini in omni re ad quam porrigetis
manus veſtras, vos & domeſtici veſtri, vt bene-
dicat vobis Dñs Deus veſter. 8 Ne feceritis
quemadmodum facimus hìc nos hodie, vnuſ-
quiſque *ſcilicet* quod ſibi viſum fuerit. 9 Neque
enim adhuc perueniſtis ad habitaculum & hæ-
reditatem quam dabit tibi Dominus Deus
tuus. 10 Traiicite verò Iordanem, & commo-
ramini in terra quam Dominus Deus veſter dat
vobis poſſidendam, pacificos vos reddens ab
omnibus inimicis veſtris qui vos circundant,
& habitate confidenter. 11 Et ad locum quem
eliget Dominus Deus veſter, vt habitare faciat
in eo nomen ſuum, illuc conferte omnia quæ
præcipio vobis, *nempe* holocauſta veſtra pacifi-
ca, victimas veſtras, & decimas veſtras, ſepara-
tiones manuum veſtrarum, & ſelectum quod-
que votorum veſtrorum quæ Domino vouebi-
tis. 12 Et lætamini coram Deo Domino veſtro,
vos & filij ac filiæ veſtræ, ſerui & ancillæ veſtræ,
& Leuitæ qui fuerint in ciuitatibus veſtris,
quoniam non habent hæreditatem & portio-
nem vobiſcum. 13 Caue ne offeras holocauſta
tua pacifica vbicunque volueris: 14 Sed tantùm
in loco quem eliget Dñs in vna ex tribubus tuis,
ibi offeres holocauſta tua pacifica, ibique facies
quicquid præcipio tibi.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

3 *Præterea deſtruite altaria earum, & frangite*
pilas earum, & arbores earum proceras igne com-
burite, & concidite ſculptilia deorum earum, &
perdite nomina eorum ex eo loco. 4 *At ne facia-*
tis hoc pacto Deo Domino veſtro; 5 *Sed in loco,*
quem eliget Deus Dominus veſter ex omnibus tri-
bubus veſtris, vt habitare faciat in eo lumen ſuum,
quærite domum eius, vt ad eam vos conferatis,
6 *Et feratis ad eam holocauſta veſtra, & ſacrificia*
veſtra, & decimas veſtras, & oblationes veſtras,
& vota veſtra, & ſpontanea veſtra, & primoge-
nita pecudum & boum veſtrorum: 7 *Et illic come-*
datis ea coram Deo Domino veſtro, & gaudeatis
in omnibus ad quæ extendetur manus veſtra, vos
& domus veſtræ, prout conceſſerit tibi Deus Do-
minus tuus. 8 *Et ne agatis, quoad res iſtas, vt*
nos agimus hodie, vnuſquiſque faciens quod ſibi
placet. 9 *Non enim abyſtis adhuc ad manſio-*
nem & hæreditatem quam Deus Dominus tuus
daturus eſt tibi. 10 *Cùm autem tranſieritis*
Jordanem, & habitaueritis in regione quam
Deus Dominus veſter daturus eſt vobis, &
requiem dederit vobis à cunctis hoſtibus veſtris
circundantibus vos, & ſederitis ſecuri:
11 *Ad quemcunque locum quem elegerit Deus*
Dominus veſter, vt habitare faciat ſplendo-
rem ſuum in eo, feretis omnia quæ præcipio
vobis, tam holocauſta veſtra, quàm ſacrificia ve-
ſtra, & decimas veſtras, & oblationes veſtras, &
optima quæque vota veſtra quæ Deo vouebitis.
12 *Et iis oblectamini coram Deo Domino veſtro,*
vos & filij veſtri, atque filiæ veſtræ, & ſerui ve-
ſtri & ancillæ veſtræ, & Leuita qui fuerit in ha-
bitationibus veſtris, cùm nullam habeat partem
nec hæreditatem vobiſcum. 13 *Et caue ne offe-*
ras oblationes tuas in quolibet loco quem videris:
14 *Sed in loco quem elegerit Deus ex vna tri-*
buum tuarum, illic offer oblationes tuas, & fac
omnia quæ præcipio tibi.

3 وانقضوا مذابحهم * وكسروا مصاطبهم * واحرقوا سواريهم بالنار *
واجرعوا فسول معبوداتهم * وابيدوا اسماءهم من ذلك الموضع *
4 ولا تصنعوا كذاك لله ربكم * 5 بل الموضع الذي
يختار الله ربكم من جميع اسباطكم ليحل فيه نوره * التمسوا
فيه مسكنه حتى تصيروا اليه * 6 فتحملوا اليه صعايدكم *
وذبايحكم * واعشاركم * ورفايعكم * ونذوركم *
وتبرعكم * وبكور غنمكم وبقركم * 7 فتاكلوها
ثم بين يدي الله ربكم * وتفرحوا بجميع ما انبسطت فيه يدكم
انتم وبيوتكم * كما رزقك الله ربك * 8 ولا تصنعوا من هذه
الامور * كما نحن صانعون اليوم * كل امري يفعل ما حسن عنده *
9 فانكم لم تصيروا بعد الى المستقر والنحلة التي الله
ربك معطيكها * 10 فاذا عبرتم الاردن * وجلستم في البلد
الذي الله ربكم معطيكم اياه * واراحكم من جميع
اعدايكم المحطين بكم * وجلستم واثقين * 11 فاي موضع
يختير الله ربكم ليحل نوره فيه * فاليه تاتون بجميع ما امركم به
من صعايدكم * وذبايحكم * واعشاركم * ورفايعكم * وخيار نذوركم
التي تنذرونها لله * 12 وافرحوا بها بين يدي الله الهكم انتم
وبنوكم * وبناتكم * وعبيدكم * واماوكم * واللوي
الذي في محالكم * اذ ليس له نصيب ولا نحلة معكم *
13 واحذر ان تقرب قرابينك في اي موضع رايته *
14 الا في الموضع الذي يختار الله من احد اسباطك ثم قرب
قرابينك * واصنع جميع ما امرك به *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Et dirueris altaria earum, frangetiſque ſtatuas earum, lucos etiam earum igne comburetis, ſculptilia quo-
que deorum earum concidetis, delebitiſque nomen earum de loco iſto. 4 Non facietis ſic Domino Deo
veſtro. 5 Sed locum quem elegerit Dominus Deus veſter ex omnibus tribubus veſtris, vt ponat ibi nomen
ſuum in habitationem ſuam requiretis, & illuc venietis. 6 Afferetiſque illuc holocauſta veſtra, & ſacri-
ficia veſtra, & decimas veſtras, & oblationes veſtras, & vota veſtra, & ſpontanea veſtra, & primogenitos boum
veſtrorum, & pecudum veſtrarum, 7 Comedetiſque ibi coram Domino Deo veſtro, & lætabimini in omni-
bus ad quæ miſeritis manus veſtras, vos, & domus veſtræ quibus benedixerit tibi Dominus Deus tuus.
8 Non facietis iuxta omnia quæ nos hîc facimus hodie, ſinguli quidquid rectum eſt in oculis ſuis.
9 Non enim veniſtis vſque nunc in requiem & in hæreditatem quam Dominus Deus veſter dat vobis.
10 Cum autem tranſieritis Iordanem, & habitaueritis in terra quam Dominus Deus veſter in hæreditatem
diſtribuet vobis, & requiem dederit vobis ab omnibus inimicis veſtris in circuitu, & habitaueritis confiden-
ter. 11 Tum erit locus quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ibi inhabitet nomen eius: illuc afferetis omnia
quæ ego præcepi vobis, holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, & decimas veſtras, & oblationes veſtras, & ſponta-
nea veſtra, & omnia ſelecta votorum veſtrorum quæ voueritis Domino. 12 Et lætabimini coram Domino Deo
veſtro, vos, & filij veſtri, & filiæ veſtræ; ſerui veſtri, & ancillæ veſtræ, & Leuita qui eſt in portis tuis, quia non eſt
ei pars & poſſeſſio vobiſcum. 13 Caue tibi ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris. 14 Præterquam
in loco quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum: Ibi offeres holocauſta tua, ibique facies omnia quæ ego
præcipio tibi.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

15 Duntaxat in quolibet deſiderio animæ
tuæ macta & comede carnem iuxta benedi-
ctionem quam tribuit tibi Dominus Deus
tuus : in omnibus ciuitatibus tuis quod im-
mundum quodque mundum fuerit ſimul co-
medetis quaſi capream & quaſi ceruum.
16 Verùm ſanguinem ne comedatis, ſed ſu-
per terram effunde illum veluti aquam. 17 Ne
poteſtatem arroges tibi comedendi in ciuitati-
bus veſtris decimas frumenti veſtri & vini ve-
ſtri, & primogenita boum veſtrorum & ouium
veſtrarum, & omnia vota veſtra quæ voueri-
tis, & oblationes veſtras, atque ſeparationes
manuum veſtrarum: 18 Sed coram Domino
Deo tuo comedes illud ex anno in annum, in
loco quem eligerit ſibi Dominus Deus tuus, tu
& filius tuus, atque filia tua, ſeruus tuus & an-
cilla tua, necnon Leuita qui eſt in ciuitatibus
tuis, & lætaberis coram Domino Deo tuo in
omni re ad quam admoueris manum tuam.
19 Caue ne deſeras Leuitam cunctis diebus
tuis ſuper terram. 20 Cùmque ampliauerit
Dominus Deus tuus limitem tuum quemad-
modum dixit tibi, & dixeris, Comedam car-
nem, (eo quòd expetat anima tua comedere
carnem) quoties appetes comede carnem.
21 Quòd ſi diſſitus à te ſit locus quem elege-
rit Dominus Deus tuus, vt illic ponat nomen
ſuum, macta de bobus tuis & de ouibus tuis
quas dederit tibi Dominus Deus tuus, quem-
admodum præcepit tibi, & comede in ciuita-
tibus tuis in quibuſuis optatis animæ tuæ.
22 Veruntamen ſicut comeditur caprea &
ceruus, ita comedes eam : quod pollutum &
quod mundum eſt pariter comedetis. 23 Dun-
taxat fortes eſtote ne comedatis ſanguinem,
quoniam ſanguis anima eſt: ne ergo comedas
animam cum carne. 24 Ne *inquam* comedas il-
lum, ſed eum effunde ſuper terram ſicut aquam.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

15 *Verùm quando expetet anima tua carnem, macta & veſcere dono Dei quod tibi conceſsit, in cunctis ciuitatibus tuis : & licebit vt veſcantur ea mundus, & immundus, quemadmodum veſcuntur carne capreæ & cerui,*
16 *Excepto tamen ſanguine: ne enim comedas eum, ſed effunde eum ſuper terram vt aquam.*
17 *Neque licebit tibi comedere in habitaculis tuis decimas frumenti tui, & muſti tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum & ouium tuarum, & vota tua quæ vouebis, & ſpontanea tua, & oblationes tuas:*
18 *Sed coram Deo Domino tuo comedes ea in loco quem elegerit Deus, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui fuerit in domiciliis tuis: & lætaberis coram Deo Domino tuo in iis ad quæ ſeſe protenderit manus tua.*
19 *Et caue ne derelinquas Leuitam quamdiu moraberis in regione tua.*
20 *Et quando dilatauerit Deus Dominus tuus terminos tuos, ſicut pollicitus eſt tibi, & dixeris: Comedam carnem (ex deſiderio* nimirum *quod illius habet animus tuus,) comede eam quandocunque optaueris eam.*
21 *Quòd ſi remotus à te ſit locus quem eliget Deus Dominus tuus, vt habitare faciat in eo lumen ſuum, macta de bobus atque ouibus tuis quas tibi conceſsit Deus Dominus tuus, ſicut mandaui tibi, & comede in habitationibus tuis quandocunque optauerit eam animus tuus.*
22 *Verùm quemadmodum comeditur caprea & ceruus, ita comedes eam, ita vt liceat tam mundo quàm immundo comedere eam.*
23 *At verò in eo roborare vt non comedas ſanguinem, cùm ſit ſedes animæ: ne igitur comedas animam cum carne.*
24 *Et quandoquidem non licet eum comedere, effunde illum ſuper terram velut aquam.*

15 لكن متى اشتهت نفسك اللحم فاذبح وكل برزق الله الذي
اعطاك في سائر قراك * وجائز ان ياكل منه الطاهر والنجس * كما
ياكلان لحم الظبي والايل *
16 خلا الدم فلا تاكله * بل صبه على الارض كالماء *
17 ولا يجوز لك ان تاكل في محالك اعشار برك * وعصيرك *
ودهنك * وبكور بقرك * وغنمك * ونذورك التي تنذرها *
وتبرعك * ورفايعك * 18 الا بين يدي الله ربك تاكلها في
الموضع الذي يختار الله * انت وابنك * وابنتك * وعبدك *
وامتك * واللوي الذي في محالك * وتفرح بين يدي الله ربك
بما انبسطت به يدك *
19 واحذر ان تجفو اللوي طول مقامك في بلدك *
20 واذا اوسع الله ربك تخمك كما وعدك * فقلت اكل لحما
عن شهوة من نفسك له * فكله متى اشتهيته *
21 وان بعد عنك الموضع الذي يختار الله ربك ليحل نوره فيه *
فاذبح من بقرك وغنمك التي رزقك الله ربك * كما امرتك * وكله
في محالك متى اشتهته نفسك *
22 لكن كما يوكل الظبي والايل كذلك تاكله * في ان يجوز
للنجس والطاهر ان ياكله *
23 لكن تشدد في ان لا تاكل الدم * فانه مسكن النفس *
فلا تاكل النفس مع اللحم *
24 واذ لا يجوز ان تاكله * فصبه على الارض كالماء *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Nihilominus ſecundum quodlibet deſiderium animæ tuæ mactabis, & comedes carnem iuxta benedi-
ctionem Domini Dei tui quam dederit tibi in omnibus portis tuis: Immundus & mundus manducabunt eam
ſicut capream & ceruum. 16 Tantummodò ſanguinem non comedes : ſuper terram effundes illum ſicut
aquas. 17 Non poteris comedere in portis tuis decimas frumenti tui, muſti tui, & olei tui, & primogenita
boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ vouiſti, & ſpontanea tua, & eleuationes manuum
tuarum. 18 Sed coram Domino Deo tuo comedes illa, in loco quem elegit Dominus Deus tuus, tu, &
filius tuus, & filia tua; ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui eſt in portis tuis; lætaberiſque coram Domino
Deo tuo in omni emiſſione manuum tuarum. 19 Caue tibi ne deſeras Leuitam omnibus diebus tuis ſuper
terram tuam. 20 Cum dilatauerit Dominus Deus tuus fines tuos ſicut locutus eſt tibi, & dixeris, comedam carnem, quia deſiderium animæ tuæ eſt comedere carnem: iuxta omne deſiderium animæ tuæ comedes
carnem. 21 Cum à te longè aberit locus quem elegerit Dominus Deus tuus vt ibi inhabitet nomen eius, tum
mactabis de bobus tuis, & de pecudibus tuis quas dederit tibi Dominus quemadmodum præcepit tibi, comedeſque in portis tuis iuxta omne deſiderium animæ tuæ. 22 Certè non ſecus ac comeditur caprea, & ceruus,
ſic comedes illam: Immundus qui eſt in te, & mundus illâ pariter veſcentur.
23 Tantùm fortiter caue ne comedas ſanguinem: nam ſanguis anima eſt; non autem comedes animam cum
carne. 24 Non comedes illum; ſuper terram effundes illum ſicut aquas.

[25] Ne comedas eum, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, cùm feceris quod bonum eſt coram Domino Deo tuo. [26] Verùm ſancta tua quæ fuerint tibi, & vota tua tolle, & veni ad locum quem elegerit Dominus, [27] Et fac holocauſtum tuum pacificum, carnem & ſanguinem, ſuper altare Domini Dei tui: ſanguis verò ſacrificiorum tuorum effundatur ſuper altare Domini Dei tui, & carnem comede. [28] Cuſtodi, & audi omnia hæc præcepta quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene tibi ſit atque filiis tuis poſt te in æternum, cùm feceris quod bonum & rectum eſt coram Domino Deo tuo. [29] Et cùm iam perdiderit Dominus Deus tuus gentes ad quas tu pergis, eaſque perdiderit à conſpectu tuo, & poſſederis eas, & habitaueris in terra earum: [30] Caue ne aberres poſt eas, poſtquam conſumpſerit eas Dominus à conſpectu tuo: & ne interroges de diis earum, ac dicas, Quomodo colebant gentes iſtæ deos ſuos, vt faciam ego quoque ſicut ipſæ? [31] Tu verò non ita facies Domino Deo tuo: nam quicquid odit & execratur Dominus, fecerunt diis ſuis: imò etiam filios ſuos & filias ſuas igne combuſſerunt diis ſuis. [32] Omnem ſermonem quem præcipio tibi, ipſum ſerua, & fac: nil addes ſuper eum, & nil ab eo detrahes.

CAPVT XIII.

ET cùm ſurrexerit inter vos propheta, aut ſomnia ſomnians, dederitque tibi ſignum atque miraculum, [2] Et euenerit ſignum illud atque miraculum quod tibi prædicit, dixeritque tibi, Veni, eamus poſt deos alios quos tu ignoras, & colamus eos: [3] Ne audias ſermones prophetæ illius, aut eius ſomniantis ſomnia, quia tentando tentat vos Dominus Deus veſter, vt ſciat num diligatis Dominum Deum veſtrum ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 *Et ſi non comederis eum, bene tibi erit ac filio*
tuo poſt te, cùm feceris quod rectum eſt apud Deum.
26 *Attamen ſancta tua quæ habueris, & vota*
tua tolle, & defer ad locum quem eliget Deus,
27 *Et fac holocauſta tua, carnes eorum & ſan-*
guines eorum integrè ſuper aram Dei Domini
tui: ſanguis autem victimarum tuarum effunda-
tur ſuper ipſius aram, & comede carnes ipſarum.
28 *Obſerua, & acquieſce cunctis hiſce rebus quas*
præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te in
perpetuum, cùm feceris bonum & rectum apud
Deum Dominum tuum. 29 *Et quando ſuccin-*
det Deus Dominus tuus à conſpectu tuo gentes
quarum terram ipſe daturus eſt tibi, & extermi-
nabis eas, & commoraberis in vrbibus earum &
domibus earum: 30 *Caue ne illaqueeris ſectan-*
do illas poſt earum exterminationem à conſpectu
tuo, & ne ſciſciteris deos earum, dicens: Quomo-
do adorabant eos gentes iſtæ? faciam & ego eodem
modo. 31 *Ne hoc pacto feceris Deo Domino*
tuo, quia multa ex iis à quibus abhorret Deus quæ-
que odio habet, fecerunt diis ſuis, vſque adeò vt
filios & filias ſuas igne comburant propter eos.
32 *Quicquid ergo præcipio vobis ſeruate & facite,*
& ne addatis ad illud, neuè minuatis ab eo.

CAPVT XIII.

ET ſi ſurrexerit inter vos aliquis profitens pro-
phetiam aut ſomnium, dederitque vobis ſignum
aut portentum, 2 *Etiamſi eueniat ſignum &*
portentum ab eo qui tibi dixerit: Eamus ad Deos
alios quos non noſti, & adoremus eos:
3 *Ne acquieſcas huiuſmodi profeſſori prophetiæ*
aut ſomnij, quia Deus Dominus veſter tenta-
turus eſt vos, vt appareat vtrum vos ſitis amici
ſui ſinceri ex cordibus & animabus veſtris:

25 واذا لم تأكله يخار لك ولابنك من بعدك * اذ تصنع
المستقيم عند الله * 26 عدا اقداسك ما كان لك منها ونذورك *
فاحملها وأت بها الي الموضع الذي يختار الله * 27 واصنع
صعائدك لحومها ودماها كملا على مذبح الله ربك * ودم ذبائحك
يصب على مذبحه * وكل لحومها * 28 احفظ واقبل جميع
هذه الامور التي آمرك بها * لكي يخار لك ولبنيك بعدك الي الدهر
اذا تصنع الجيد والمستقيم عند الله ربك * 29 واذا قطع الله
ربك الامم من بين يديك الذين هو معطيك ارضهم * فقرضتهم
وسكنت في قراهم وبيوتهم * 30 احذر ان تتوهق باتباعهم بعد
افنائهم من بين يديك * وان تلتمس من معبوداتهم قائلا * كيف
كان يعبدها هاولاء الامم * فاصنع انا كذاك * 31 لا تصنع
كذاك لله ربك * فان كثيرا مما يكرهه الله ويشنوه صنعوه لمعبوداتهم *
حتى ان بنيهم وبناتهم قد يحرقونهم بالنار لها * 32 فجميع ما
آمركم به * فاحفظوه واعملوا به * ولا تزيدوا عليه * ولا تنقصوا
منه *

* الفصل الثالث عشر *

1 وان قام فيما بينكم مدعي نبوة او حلم * فاعطاكم
آية او برهانا * 2 فلو اتت الآية والبرهان ممن قال لك
تعال بنا الي معبودات اخر لم تعرفها فنعبدها * 3 فلا تقبل
من ذلك مدعي النبوة والحلم * فان الله ربكم ممتحنكم
ليظهر هل انتم تحبوه مخلصين من قلوبكم ونفوسكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Non comedes illum, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, cum feceris quod rectum eſt in oculis Domini.
26 Verùm ſancta tua quæ ad te pertinuerint, & vota tua ſumes, & venies in locum quem elegit Dominus.
27 Vt facias holocauſta tua ex carne & ſanguine ſuper altare Domini Dei tui: Sanguinem autem ſacrificio-
rum tuorum effundes ſuper altare Domini Dei tui, ſed carnes comedes. 28 Caue vt audias & facias omnia
verba iſta quæ ego præcipio tibi hodie, vt benè ſit tibi, & filiis tuis poſt te in æternum, cum feceris quod re-
ctum & bonum eſt in oculis Domini Dei tui. 29 Cum deleuerit Dominus Deus tuus gentes à facie tua ad
quas te accingis poſſidendas, & poſſederis eas, & habitaueris in terra eorum. 30 Caue tibi ne impingas poſt eas,
poſtquam exterminauerit eas à facie tua, néue inquiras de diis earum dicens: Quomodo ſeruiebant gentes illæ
diis ſuis, vt ego quoque ſic faciam? 31 Non facies ſic Domino Deo tuo; quia omnem abominationem
Domini quam odit, fecerunt diis ſuis: Nam filios etiam ſuos, & filias ſuas combuſſerunt igne diis ſuis. 32 Omne
verbum quod ego præcipiò tibi hodie ſoliciti eritis facere. Non addetis ſuper illud, neque auferetis ab eo.

CAPVT XIII.

CVm ſurrexerit in medio tui Propheta, aut ſomnians ſomnium (dederitque tibi ſignum aut portentum.
2 Adueneritque ſignum & portentum quod locutus eſt tibi) dicendo: Eamus poſt Deos alienos quos
non cognouiſtis, & ſeruiamus ijs. 3 Non audies verba iſtius Prophetæ, aut iſtius ſomniorum ſomniatoris;
quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt cognoſcat num ametis Dominum Deum veſtrum in toto corde ve-
ſtro, & in tota anima veſtra.

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

4 Poſt Dominum Deum veſtrum ite, ipſum
timete, eius mandata ſeruate, ipſum audite,
ipſum colite, & ipſi adhærete. 5 Propheta au-
tem huiuſmodi, aut talis ſomniorum ſomnia-
tor interficiatur, eo quòd iniquitatem locutus
eſt coram Domino Deo veſtro qui eduxit vos
de terra Ægypti, & eripuit vos de domo ſerui-
tutis, vt te ſeduceret à via in qua præcepit tibi
Dominus Deus tuus vt abires, & extirpa ma-
lum de medio tui. 6 Et ſi inuitauerit te frater
tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia
tua, aut vxor fœderis tui, aut amicus tuus qui
vt anima tua *tibi carus eſt*, clanculum, & dicat
tibi, Veni, eamus, & colamus deos alios quos
nec tu noſti, nec patres tui, 7 Ex diis *nimi-
rum* gentium quæ circum vos ſunt, ſiue pro-
pinquarum, ſiue remotarum, ab extremo ter-
ræ vſque ad extremum terræ: 8 Ne acquieſcas
ei, neque obedias illi, nec parcat ei oculus tuus,
nec indulgeas, neque abſcondas eum.
9 Sed occidendo occides eum: manus tua
incipiet primò ad occidendum eum, & ma-
nus totius populi vltimò. 10 Et obruite
eum lapidibus, ac moriatur, eo quòd tentaue-
rit ſeducere te à Domino Deo tuo qui te eduxit
de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.
11 Vt omnes Iſraelitæ audientes timeant, nec
vltra committant huiuſmodi rem nefandam
inter vos. 12 Et cùm audieris in aliqua ex ci-
uitatibus tuis quas dederit tibi Dominus Deus
tuus vt habites in ea, dictumque tibi fuerit,
13 Egreſſi ſunt viri ſcelerati de medio tui, &
ſeduxerunt ciues vrbis ſuæ, dicentes, Eamus &
colamus deos alios quos minimè noſtis:
14 Inquire, inueſtiga, & interroga diligenter:
& ſi verus ſit ſermo, & facta ſit eiuſmodi abo-
minatio in medio tui,

VERSIO-SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

4 *Sed poſt obedientiam Dei Domini veſtri opor-
tet vt ambuletis, eumque timeatis, & eius præce-
pta ſeruetis, eiuſque dictis acquieſcatis, ipſum ado-
retis, & ipſius obedientiæ adhæreatis.* 5 *Talis ve-
rò profeſſor prophetiæ & ſomnij occidatur, eo quòd
fraudem ſit architectatus contra Deum Domi-
num veſtrum qui eduxit vos ex Ægypto, quique
vos redemit à ſeruitute, vt te auerteret à via in
qua mandauit tibi Deus Dominus tuus vt incede-
res: eyce igitur homines nefarios de medio tui.*
6 *Et ſi te pellexerit frater tuus filius matris tuæ,
aut filius tuus, vel filia tua, ſiue vxor tua legitima,
aut amicus tuus qui fuerit ſicut anima tua, clam
dicens:* 7 *Veni adoremus deos alios quos igno-
ras tu & patres tui, ex dijs gentium quæ circum
vos ſunt, propinquarum aut remotarum, ab ex-
tremitate terræ ad extremitatem eius:*
8 *Ne approbes id, neue acquieſcas ei, neque mi-
ſerearis illius, nec indulgeas ei, neque occultes eum.*
9 *Sed interfice eum nece, & manus tua prima
irruat in eum, vt occidas illum, & deinde manus
vniuerſæ plebis.*
10 *Et obrues eum lapidibus donec moriatur,
quia molitus eſt auerſionem tuam à Deo Domino
tuo qui te eduxit è regione Ægypti, de domo ſer-
uitutis manu valida.*
11 *Et vniuerſus populus audient, ac timebunt,
nec adijcient facere huiuſmodi rem peſſimam in
medio tui.* 12 *Et ſi audieris de vlla ciuitate ex
iis quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi vt
habites in eis aliquem dicentem:*
13 *Quòd egreſſa ſit turba infidelis ex ea, & ſedu-
xerint incolas ciuitatis ſuæ dicentes: Venite ado-
remus deos alios quos non noſtis:*
14 *Quære rei veritatem, & diligenter ſcruta-
re eam, & de ea optimè interroga: & ſi res ve-
ra fuerit ac certa quoad actionem tantæ abomi-
nationis in medio tui:*

4 بل تبع طاعة الله ربكم يجب ان تسيروا* واياه فارهبوا*
ووصاياه فاحفظوا* وقوله فاقبلوا* واياه فاعبدوا* وطاعته فالزموا*
5 وذلك المدعي النبوة والحلم فليقتل* لما تقول المحال علي الله
ربكم المخرج لكم من مصر* الفادي لكم من العبودية* ليحيدك عن
الطريق التي امرك الله ربك بان تسير فيها* فانف اهل الشر من
وسطك* 6 وان اغواك* اخوك ابن امك* او ابنك* او ابنتك*
او امراتك حرمتك* او صديقك الذي هو كنفسك في السر قايلا*
7 تعال نعبد معبودات اخر ما لم تعرفها انت واباوك من
معبودات الامم الذين حواليكم القريبين منكم او
البعيدين عنكم* من طرف الارض الي طرفها* 8 فلا تشا
ذلك* ولا تقبل منه* ولا تشفق عليه* ولا ترث له* ولا تستر عليه*
9 بل اقتله قتلا* ويدك اول ما يقع عليه فقتله* ويد ساير الامة
اخيرا* 10 وترجمه بالحجارة حتي يموت* لما قصد ابعادك عن
الله ربك المخرج لك من بلد مصر من بيت العبودية بيد شديدة*
11 وكل القوم يسمعون ويخافون* فلا يعاودون ان يصنعوا مثل
هذا الامر الردي في وسطك* 12 وان سمعت عن بعض
قراك التي الله ربك معطيكها لتسكن فيها قول قايل*
13 ان قد خرج قوم كفار منها* فاضلوا اهل قريتهم قايلين*
تعالوا نعبد معبودات اخر ما لم تعرفوها*
14 فالتمس صحة ذلك* واستبره* وسل عنه نعما* فان كان الامر
حقا ثابتا من فعل هذه الكريهة في وسطك*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Poſt Dominum Deum veſtrum ambulabitis, ipſumque timebitis, mandatáque eius obſeruabitis, & vocem
eius audietis, atque ipſi ſeruietis, eique adhærebitis. 5 Propheta verò ille, aut ſomniorum ſomniator ille morie-
tur; locutus eſt enim de defectione aduerſus Dominum Deum tuum, qui eduxit te de terra Ægypti, & rede-
mit te de domo ſeruorum, vt expelleret te de via per quam præcepit tibi Dominus Deus tuus ambulare, dele-
biſque malum de medio tui. 6 Cum incitauerit te frater tuus, filius patris tui, aut filius matris tuæ, aut
filius tuus, aut filia tua, aut vxor ſinus tui, aut amicus tuus qui tibi eſt ſicut anima, clam dicens: Eamus, & ſeruia-
mus diis alienis quos tu non noſti, & patres tui. 7 Ex diis populorum qui ſunt in circuitu veſtro, propin-
qui tibi, aut à te longè poſiti ab extremo terræ vſque ad extremum terræ. 8 Non acquieſces illi, neque au-
dies illum, neque parcet ei oculus tuus: Non ignoſces, neque occultabis illum.
9 Sed interficiendo interficies illum: Manus tua erit prius in illum ad eum morte afficiendum, & manus vni-
uerſi populi poſtea. 10 Obrueſque eum lapidibus donec moriatur, quia quæſiuit auertere te à Domino Deo
tuo qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruorum. 11 Vt omnis Iſrael audiant, & timeant, & non ad-
dant amplius facere rem malam huic ſimilem in medio tui. 12 Quum audieris in vna ciuitatum tuarum
quas Dominus Deus tuus dedit tibi vt illic habitares, dicentes. 13 Egreſſi ſunt homines filij Belial de medio
tui, & incitauerunt incolas vrbis ſuæ, dicendo: Eamus, & ſeruiamus diis alienis quos non cognouiſtis.
14 Tunc inquires, & inueſtigabis, & interrogabis diligenter: ecce autem veritatis certæ verbum eſt, facta
eſt abominatio iſta in medio tui.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible]

15 Trucida incolas vrbis illius in acie gladij:
demolire eam & quicquid in ea eſt, etiam iu-
menta ipſius, in acie gladij. 16 Vniuerſa autem
eius ſpolia comporta in medium plateæ eius, &
vrbem igne combure cum vniuerſis omnino
ſpoliis eius coram Domino Deo tuo, ſitque
aceruus in perpetuum, & amplius ne reædifice-
tur. 17 Et ne hæreat in manu tua quicquam
ex anathemate illo, vt reuertatur Dominus ab
æſtu furoris ſui, detque tibi miſericordiam &
propitietur tibi, diligat te, & multiplicet te,
quemadmodum iurauit patribus tuis, 18 Si au-
dieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodieris
mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, &
bene egeris coram Domino Deo tuo.

CAPVT XIV.

FIlij vos eſtis Domini Dei veſtri, ne ergo ſitis effræni, neque feceritis laniatus in frontibus veſtris propter mortuum. 2 Nam populus es ſanctus Domino Deo tuo, teque elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus dilectus magis quàm omnes populi qui ſunt ſuper faciem terræ.

De diſtinctione ciborum.

3 Ne comedatis quicquid immundum eſt.
4 Hoc eſt animal quod comedetis, Bouem, &
agnum, & ouem, & capram, 5 Et ceruum, &
capream, & bubalum, & bouem ſilueſtrem, &
vnicornem, & hircum ſilueſtrem, & capram
rupicolam. 6 Omne animal cuius vngula ſe-
parata eſt ac bifida, quod ruminat, illud come-
dite. 7 Hæc autem non comedetis ex ijs quæ
ruminant, & quorum vngulæ fiſſæ ſunt in
plures ſciſſuras, Camelum, & leporem, & cuni-
culum, qui quidem ruminant, ſed eorum vn-
gulæ non ſunt fiſſæ: immunda ſunt vobis.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible] 4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible] 4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

15 *Omnino interfice ciues huiuſmodi ciuitatis in*
acie gladij: & perde eam cum omnibus quæ in ea
ſunt, etiam iumenta ipſius, in acie gladij:
16 *Et cunctam eius prædam congrega in medio*
plateæ eius, & igne combure talem ciuitatem &
cunctam ſimul prædam ipſius, Deo Domino tuo:
ſit tumulus in æternum, nec ædificetur vnquam.
17 *Et ne adhæreat manui tuæ quicquam ex re*
perdita, vt reuertatur Deus ad te à vehementia
iræ ſuæ, & tribuat tibi miſericordiam, indulgeat
tibi, & multiplicet te, ſicut iurauit patribus tuis,
18 *Cùm acquieueris mandato Dei Domini tui,*
& ſeruaueris illud, ac feceris omnia præcepta &
ſtatuta eius quæ præcipio tibi hodie, & feceris quod
rectum eſt apud eum.

CAPVT XIV.

ET cùm ſitis amici Dei Domini veſtri, ne diſ-
ſecetis vos cultris, & ne faciatis depilationem
inter oculos veſtros pro mortuis veſtris.
2 *Tu enim populus es ſanctus Deo Domino tuo,*
teque elegit vt eſſes ei gens peculiaris præ cunctis
gentibus quæ ſunt ſuper faciem terræ.
3 *Et ne comedas vllum abominabile.* 4 *Hoc eſt*
quod comedetis ex animantibus, Boues, & oues,
& capras, 5 *Et ceruum, & capream, & aſinum*
ſilueſtrem, & hircum ſilueſtrem, & capras rupico-
las, & damam, & camelopardalem.
6 *Et omne animal inſtructum vngula, cuius*
vngulæ ſciſſæ ſunt & ſeparatæ, & elicit rumina-
tionem ex animantibus, illud comedite.
7 *Has verò ſpecies ne comedatis ex elicienti-*
bus ruminationem & habentibus vngulas ſepara-
tas, Camelum, & leporem, & cuniculum: ſunt
enim elicientes ruminationem, at vngulis minimè
inſtructi, propterea ſunt vobis interdicti.

15 فاقتل قتلا اهل تلك القرية بحد السيف * واتلفها وجميع ما
فيها حتي بهايمها بحد السيف * 16 وجميع سلبها اجمعه الي
وسط رحبتها * واحرق بالنار تلك القرية وجميع سلبها جملة لله
ربك * تكن تلا الي الدهر * لا تبني ابدا * 17 ولا يلصق
بيدك شي من المتلف * لكي يرجع الله لك من شدة غضبه *
ويعطيك رحمة * فيرحمك ويكثرك كما اقسم لاباءك *
18 اذ تقبل امر الله ربك وتحفظه * وتعمل بجميع وصاياه
ورسومه التي امرك بها اليوم * وتصنع المستقيم عنده *

* الفصل الرابع عشر *

1 واذ انتم اولياء الله ربكم * فلا تواجوا * ولا تجعلوا نتفا
بين عيونكم على امواتكم * 2 لانك شعب مقدس لله
ربك * واختارك لتكون له امة خاصة من جميع الامم التي علي
وجه الارض * 3 ولا تاكل كل مكروه * 4 هذا ما تاكلونه
من البهايم * البقر * والضان * والمعز *
5 والايل * والظبي * واليحمور * والوعل * والاروي * والثيتل *
والزرافة *
6 وكل بهيمة مطلقة بظلف * ومفرقة تفريقا اظلافها * ومصعدة
اجترار من البهايم فكلوها *
7 الا هذه الاشخاص فلا تاكلوها من مصعدة الاجترار *
والمطلقة باظلاف مفرقة * الجمل * والارنب * والوبر * فانها مصعدة
اجترار * وغير مطلقة بظلف * وهي محرمة عليكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Percutiendo percuties incolas vrbis iſtius in ore gladij: funditus delebis eam, & quidquid in ea eſt, iu-
menta etiam in ore gladij. 16 Omnia autem ſpolia eius congregabis in medio plateæ eius; combureſque
vrbem igne, & omnia omnino ſpolia eius Domino Deo tuo, eritque tumulus ſempiternus, non ædificabitur
amplius. 17 Neque adhærebit manui tuæ quidquam de anathemate, vt auertatur Dominus à furore iræ ſuæ,
detque tibi miſericordiam, vt miſereatur tui, & multiplicet te ſicut iurauit Patribus tuis.
18 Cum audieris vocem Domini Dei tui, cuſtodiendo omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt
facias rectum, & placitum in oculis Domini Dei tui.

CAPVT XIV.

FIlij eſtis vos Domini Dei veſtri: Non incidetis vos, neque ponetis caluitium inter oculos veſtros propter
mortuum. 2 Quoniam populus ſanctus es Domino Deo tuo, téque elegit Dominus Deus tuus, vt ſis
ei in populum peculiarem præ omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ. 3 Non comedetis vllam abo-
minationem. 4 Hæc autem ſunt animantia quæ comedetis, bouem, & agnum ouium, & hœdum capra-
rum. 5 Ceruum, & capream, & bubalum, tragelaphum, & pygargum; orygem, & camelopardalum.
6 Omne animal diuidens vngulam, & findens fiſſuram duarum vngularum, reducens ruminationem, inter
animalia illud comedetis. 7 Verùm iſta non comedetis de reducentibus ruminationem, & de diuidenti-
bus vngulam: Camelum, & leporem, & chœrogryllum; quoniam iſta ruminationem quidem reducunt, ſed vn-
gulam non findunt: immundi erunt vobis.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

[illegible]

22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

8 Sus etiam cuius vngula fiſſa eſt, non tamen
ruminat, immundus eſt vobis. De horum car-
nibus non comedetis, & eorum corpora non
tangetis. 9 Hæc verò comedite ex omnibus
quæ ſunt in aquis. Quicquid habet pinnulas &
ſquamas, comedite: 10 Quicquid verò non
habet pinnulas & ſquamas, non comedetis,
immundum eſt vobis. 11 Omne volatile
quod mundum eſt, comedite. 12 Ex his au-
tem ne comedatis, Aquila, & miluo,
13 Et coruo in ſpecies eorum. 14 Et ſtru-
thione, & niſo in ſpecies eorum. 15 Et no-
ctua, & piſcatore piſcium, & pelicano,
16 Et nycticorace, & cygno, & pſittaco,
17 Et ciconia, & falcone in ſpecies ſuas.
18 Et gallina ſilueſtri, & pauone. 19 Omnis
etiam proles huiuſmodi volatilium, immunda
vobis eſt: ne comedantur. 20 Omne autem
volucre mundum, comedite. 21 Et ne come-
datis rem vllam immundam, ſed hoſpiti ciuita-
tum tuarum da illam vt ipſam comedat, aut
vendas ipſam alieno, quia tu populus es ſanctus
Domino Deo tuo. Ne coquas hædum in lacte
matris ſuæ.

De Decimis.

22 Exactè decimate omnem prouentum ſe-
mentis veſtræ, quem annuatim producit ter-
ra veſtra. 23 Et comede coram Domino
Deo tuo in loco quem elegerit vt habitare fa-
ciat ibi nomen ſuum, decimas frumenti tui, &
vini, atque olei tui, & primogenita boum
tuorum & ouium tuarum: & diſces timere co-
ram Domino Deo tuo cunctis diebus.
24 Quòd ſi longior ſit viribus tuis via, nec poſ-
ſis hæc aſportare, eo quòd procul eſt à te locus
ille quem elegerit Dominus Deus tuus vt ha-
bitare faciat illic nomen ſuum, cùm bene-
dixerit tibi Dominus Deus tuus:

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible]

8 *Porcus etiam vngulam quidem habet, tamen*
non ruminat, ideo eſt vobis prohibitus. Ne come-
deritis ex eorum carnibus, & ne tetigeritis eorum
cadauera, alioquin contaminabimini. 9 *Et hoc*
eſt quod comedetis ex omni eo quod eſt in aqua.
Quidquid habet alas & ſquamas, comedite:
10 *Et quidquid non habet alas & ſquamas, ne*
comedatis: eſt enim vobis immundum.
11 *Et omne volucre mundum comedite.*
12 *Has verò ſpecies ne comederitis ex volatilibus,*
Aquilam, & oſſifragam, & gryphum,
13 *Et auem rapacem, & bubonem, & miluum*
iuxta ſpecies ſuas.
14 *Et omnes coruos, eorumque ſpecies.*
15 *Et ſtruthionem, & cypſelum, & aquilam*
marinam, & accipitrem ſecundùm ſpecies ſuas.
16 *Et noctuam, & niſum, & falconem,*
17 *Et cygnum, & anates ſilueſtres, & vultu-*
rem, 18 *Et ſacrum, & pſittacum iuxta ſpe-*
cies eorum, & vpupam, & veſpertilionem.
19 *Et omne reptile volans quod vobis eſt inter-*
dictum, ne comedatis. 20 *Quotquot autem*
munda ſunt ex his, comedite. 21 *Et ne comede-*
ritis quicquam ex cadaueribus, ſed da ea pe-
regrino qui eſt in domicilio tuo vt comedat ea, vel
certè vendes ea, quoniam tu es populus ſanctus
Deo Domino tuo. Et ne coquas hædum in lacte
matris ſuæ. 22 *Et decimando decima omnem*
frugem ſeminis tui quod producit ager per ſingulos
annos. 23 *Et comede coram Deo Domino tuo*
in loco quem eliget vt habitare faciat lumen ſuum
in eo, decimam frumenti tui, & muſti tui, & olei
tui, & primogenita boum & ouium tuarum, vt
diſcas quo pacto colas eum longitudine temporis.
24 *Et ſi longa tibi fuerit via, & nequeas iſta*
ferre, & remotus à te ſit locus quem eliget Deus
Dominus tuus vt ponat in eo lucem ſuam, &
ad hæc benedixerit tibi:

8 والخنزير فانه مطلف بظلف ولا يجتر * فهو محرم عليكم *
لا تاكلوا من لحومها * ولا تدنوا بنبايلها * الا تنجستم *
9 وهذا ما تاكلون من جميع ما في الماء * كل ما له اجنحة
وفلوس فكلوه * 10 وكل ما ليس له اجنحة وفلوس * فلا
تاكلوه * وهو رجس لكم * 11 وكل طاير طاهر فكلوه *
12 وهذه الاشخاص فلا تاكلوها من الطير * النسر * والعقاب *
والعقاه * 13 والجارح * والصدا * والحداه باصنافها *
14 وجميع الغربان واصنافها * 15 والنعامة * والخطاف *
والساف * والبازي باصنافه * 16 والبوم * والباشق * والشاهين *
17 والقيق * والرخم * والزمج * 18 والصقر * والببغاء
باصنافها * والهدهد * والخشاف * 19 وجميع دبيب الطاير
الذي هو محرم عليكم لا تاكلوه * 20 وكل ما هو طاهر منه
فكلوه * 21 ولا تاكلوا شيا من النبايل * بل اعطها للغريب
الذي في محلتك فياكلها * او تبيعها * لانك شعب مقدس لله ربك *
ولا تطبخ جديا بلبن امه * 22 وعشر تعشيرا جميع غلة
زرعك * ما تنبته الصحرا سنة سنة * 23 وكل بين يدي الله ربك
في الموضع الذي يختار ليسكن نوره فيه عشر برك * وعصيرك *
ودهنك * وابكار بقرك وغنمك * لكي تتعلم كيف تعبده
طول الزمان * 24 وان طال عليك الطريق * ولم تطق حمله *
وبعد عنك الموضع الذي يختار الله ربك ان يجعل نوره فيه *
وبارك لك مع ذلك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Et porcum, quoniam diuidit vngulam ille, & findit fiſſuram vngulæ, ſed ruminationem non ruminat: Im-
mundus erit vobis. De carne eorum non comedetis, neque cadauera eorum tangetis. 9 Hæc autem come-
detis de omnibus quæ ſunt in aquis. Quidquid habet pinnulas, & ſquamas, comedetis.
10 Sed quidquid non habet pinnulas, & ſquamas, non comedetis: immundum hoc erit vobis.
11 Quamlibet auem mundam comedetis. 12 Hæc autem ſunt quæ non comedetis ex illis: Aquila, &
Gryphus, & Haliætus. 13 Et vultur, & Miluus ſecundum ſpeciem ſuam. 14 Et omnis coruus ſecundum
ſpeciem ſuam. 15 Et ſtruthio, & Noctua, & Larus ſecundum ſpeciem ſuam, & Accipiter.
16 Et Nicticorax, & Mergulus, & Ibis, & Porphyrion. 17 Et Pelecanus, & Cycnus. 18 Et Ciconia, &
Herodius ſecundum ſpeciem ſuam: Vpupa quoque, & Veſpertilio. 19 Omne quoque reptile volatile im-
mundum erit vobis: non comedetis ex iis. 20 Omnem auem mundam comedetis. 21 Nullum cadauer co-
medetis: Peregrino qui eſt in portis tuis trades illud vt comedat illud: Aut vende illud alienigenæ; nam populus
ſanctus es Domino Deo tuo. Non coques hædum in lacte matris ſuæ. 22 Decimando decimabis omnem pro-
uentum ſeminis tui prouenientis per ſingulos annos ex agris. 23 Comedeſque illum coram Domino Deo tuo in
loco quem elegerit Dominus Deus tuus vt ibi inhabitet nomen eius, decimas frumenti tui, muſti tui, & olei
tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, vt diſcas timere Dominum Deum tuum omnibus die-
bus. 24 Quum verò tibi fuerit adeo longa via, vt illam ferre non poſſis, propter diſtantiam à te illius loci
quem elegit Dominus Deus tuus, vt illic inhabitet nomen eius, eo quod benedixerit tibi Dominus Deus tuus.

25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

25 Vende illa pro pecunia,& colligata per faſci-
culum pecunia in manum tuam, vade ad locum
quem elegerit Dominus Deus tuus. 26 Et ea
pecunia eme quicquid optauerit anima tua,
tam ex bobus, quàm ex ouibus, ex vino, ex ſice-
ra, denique ex omnibus quæ à te petierit anima
tua , ibique comede coram Domino Deo tuo,
& lætare tu atque domus tua. 27 Et Leui-
tam qui in ciuitatibus tuis eſt, ne deſeras, quia
non habet hæreditatem & portionem tecum.
28 Et poſt tres annos produc totam decimam
prouentus tui in anno illo, relinque in ciuitati-
bus tuis: 29 Venietque Leuita qui nullam te-
cum habet hæreditatem & portionem , & is
qui ad me conuertetur, & pupillus ac vidua qui
fuerint in ciuitatibus tuis, & comedent atque
ſaturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus
tuus in omni opere manuum tuarum quod
feceris.

CAPVT XV.

ET poſt ſeptem annos fac remiſſionem.
2 Hæc autem eſt regula remiſſionis,
Remittet omnis creditor quod illi debet proxi-
mus ſuus: non repetet à proximo ſuo & à fratre
ſuo, quoniam proclamata eſt remiſſio Domi-
no. 3 Ab alienigena exige, quod autem ha-
bes apud fratrem tuum, remitte, 4 Vt non ſit
inter vos pauper. Nam vberrimè benedicet tibi
Dominus Deus tuus in terra quam dedit tibi
Dominus Deus tuus vt poſſideas eam. 5 Et ſi
audieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodie-
ris ac feceris totum hoc præceptum quod ego
tibi hodie præcipio, 6 Benedicet tibi Domi-
nus Deus tuus, quemadmodum dixit tibi: mu-
tuo dabis populis multis, tu verò nihil mutua-
beris: & dominaberis populis multis , ipſi verò
tibi non dominabuntur.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible]

28 [illegible] 29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible]

28 [illegible] 29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible]

25 *Vende ea pretio, illudque colliga in faſcicu-*
lum, & accipe illud in manu tua, & abi in locum
quem eliget: 26 *Et diſpende illud in iis omnibus*
quæ concupiſcet anima tua, ſiue ex bobus, ſiue oui-
bus, & vino, & expreſſo liquore, & omni re quam
amas, eaque comede illic coram Deo Domino tuo,
& lætare tu & domeſtici tui. 27 *Et Leuitam*
qui eſt in ciuitatibus tuis, ne derelinquas, cùm nul-
la ſit ei ſors neque hæreditas tecum.
28 *Et tertio quoque anno proferes decimas anno-*
næ tuæ in illo anno, & pones in domicilio tuo:
29 *Venietque Leuita, cùm nulla ſit ei tecum ſors*
& hæreditas, & peregrinus, & pupillus, & vidua
quæ eſt in habitatione tua, & comedent, & ſatu-
rabuntur, vt benedicat tibi Deus Dominus tuus
in omnibus quæ feceris.

CAPVT XV.

ET in ſingulis ſeptem annis fac remiſſionem.
2 *Hæc autem eſt expoſitio remiſſionis, vt remit-*
tat quilibet dominus debiti manum ſuam in iis
quæ debet amicus ſuus, & non exigat ab amico
ſuo nec à fratre ſuo, cùm iam vocauerit eam Re-
miſſionem Deo. 3 *Et verò à peregrino licebit*
exigere, in his autem quæ debebit frater tuus, re-
mitte manum tuam ab eo.
4 *Et certiſſimè nullus erit in te pauper, quia be-*
nedicet tibi Deus in regione quam tibi dabit hære-
ditario poſſidendam. 5 *Quandiu audies & ac-*
quieſces mandato Dei Domini tui, & ſeruabis,
& facies cunctam hanc legem quam præcipio tibi
hodie, 6 *Quemadmodum Deus Dominus tuus*
iam benedixit tibi, ſicut pollicitus eſt tibi: fœne-
raberis, gentibus multis, & tu non accipies mu-
tuum ab eis: & dominaberis compluribus earum,
& non dominabuntur tibi.

25 فبعه بثمن * وصره * وخذه في يدك * وامض الي الموضع الذي
يختاره * 26 واصرفه في جميع ما تشتهي نفسك من بقر * وغنم *
وخمر * ونبيذ * وجميع ما تحبه * وكله هناك بين يدي الله ربك *
وافرح انت واهل بيتك * 27 واللوي الذي في قراك لا
تتركه * اذ ليس له نصيب ولا نحلة معك * 28 وفي كل
ثلاث سنين تخرج اعشار غلتك في تلك السنة * وتضعه في محالك *
29 فياتي اللوي اذ ليس له نصيب ونحلة معك * والغريب
واليتيم والارملة التي في محالك فياكلون ويشبعون * لكي يبارك لك
الله ربك في جميع ما تصنعه *

* الفصل الخامس عشر *

1 وفي كل سبع سنين اصنع تسبيبا * 2 وهذا شرح التسبيب *
ان يسيب كل ذي سبب يده مما يسببه صاحبه * لا يقتضي
صاحبه ولا اخاه * اذ قد سماها تسبيبا لله *
3 اما الغريب فجائز ان تقتضيه * واما ما يكون على اخيك
فسيب يدك عنه *
4 ويقينا انه لا يكون فيك مسكين * مما يبارك لك الله
في البلد الذي يعطيكه نحلة تحوزها *
5 ما دمت تسمع وتقبل امر الله ربك * وتحفظ وتعمل بجميع
هذه الشريعة التي امرك بها اليوم * 6 كما ان الله ربك قد
بارك لك كما وعدك * فتعوض امما كثيرة * وانت لا تعوض
منهم * وتتسلط على كثير منهم * ولا يتسلطون عليك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Tum commutabis argento, ligabiſque argentum in manu tua, & venies in locum quem elegit Dominus
Deus tuus. 26 Dabiſque argentum pro omni eo quod deſiderat anima tua, pro bobus, & pecudibus; pro
vino & Sicera, & pro omnibus quæ petierit anima tua: atque illic comedes coram Domino Deo tuo, & læta-
beris, tu, & domus tua. 27 Leuitam autem qui eſt in portis tuis non derelinques; non eſt enim ei pars & hæ-
reditas tecum. 28 Finiente tertio anno promes omnes decimas prouentus tui in iſto anno, & repones illas in
portis tuis. 29 Venietque Leuita (quoniam non eſt ei pars & hæreditas tecum) & peregrinus, & pupillus,
& vidua qui ſunt in portis tuis, comedentque, & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni
opere manuum tuarum quod feceris.

CAPVT XV.

SEptimo quoque anno facies remiſſionem. 2 Hæc autem erit remiſſionis ratio: remittet omnis creditor
debitum manus ſuæ quod mutuò dedit proximo ſuo; non exiget à proximo ſuo, fratre ſuo, eo quod pro-
mulgata eſt remiſſio Domini. 3 Ab alienigena exiges; at quod fuerit tuum fratri tuo remittet manus tua.
4 Vt nullus omnino ſit in te egenus, cum benedicendo benedixerit tibi Dominus Deus tuus in terra quam
Dominus Deus tuus dedit tibi in hæreditatem, vt poſſideas eam. 5 Si duntaxat audiendo audieris vocem
Domini Dei tui, vt ſis ſolicitus facere omnia præcepta iſta quæ ego præcipio tibi hodie. 6 Nam Dominus
Deus tuus benedicet tibi, ſicut locutus eſt tibi; dabiſque mutuò multis gentibus cum pignore, tu autem mu-
tuò non accipies; & dominaberis multis gentibus, tibi verò non dominabuntur.

[illegible]

7 Et ſi fuerit inter vos pauper aliquis de fratribus veſtris, in vna ex ciuitatibus tuis, in terra quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus, ne obfirmes cor tuum, neque contrahas manum tuam à fratre tuo paupere:
8 Sed aperi ei manum tuam, & mutuo da illi quod ipſi deeſt.
9 Caue ne fortè ſubrepat ſermo impius in cor tuum, & dicas, Acceſſit annus hebdomadis, annus remiſſionis, & improbus fiat oculus tuus erga fratrem tuum pauperem, & non des ei, clametque contra te ad Dominum, & ſit
ſuper te peccatum. 10 Sed da ei, & ne moleſtum ſit cordi tuo cùm dederis ei, vt ob hanc rem benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in omni re ad quam admoueris manum tuam.
11 Non enim deficiet pauper de medio terræ: proinde præcipio tibi, & dico tibi vt aperias manum tuam fratri tuo pauperi & egeno
qui fuerit in terra tua. 12 Et cùm venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa, ſex annis ſeruiet tibi, & anno ſeptimo mitte eum liberum à te.
13 Cùmque miſeris eum liberum à te, non mittes eum vacuum:
14 Sed ſegrega & da illi de ouibus tuis, & de bobus tuis, & de area tua, & de torculari tuo, ex iis quæ dederit tibi Dominus Deus tuus, da
illi. 15 Et memineris quòd ſeruus fueris in Ægypto, & liberauerit te Dominus Deus tuus: propterea præcipio tibi ſermonem iſtum ho-
die. 16 Quòd ſi dicat tibi, Non egrediar à te, quia te dilexi & domum tuam, & expedit mihi tecum eſſe:
17 Sume ſtylum, perfora aurem eius ſuper ianua, ſitque tibi ſeruus in perpetuum: & ancillæ quoque tuæ ſic facies.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

7 *Et ſi fuerit in te pauper (ob culpam, aut ad ten-
tationem) ex quibuſdam fratribus tuis in vllo do-
micilio regionis tuæ quam Deus Dominus tuus
daturus eſt tibi, ne obdures cor tuum, & ne con-
trahas manum tuam ab eo:*
8 *Sed aperi ei liberaliter, & mutuum da illi pro
ratione indigentiæ ſuæ.*
9 *Et caue ne ſubeat in corde tuo ſermo ſtultus,
ac dicas: Jam appropinquauit annus ſeptimus an-
nus remiſsionis, & ob hoc auaritia vtaris erga fra-
trem tuum pauperem, ita vt nihil des ei, & im-
precetur Deum contra te, & adueniat tibi puni-
tio eius.* 10 *Sed da illi dono, & ne ſit parcus
animus tuus erga eum. Nam huius rei gratia
benedicet tibi Deus in operibus tuis, & in omni re
ad quam porrexeris manum tuam.*
11 *Jtaque, vt prædixi tibi, non carebit regio pau-
pere: & idcirco ego præcipio tibi hodie vt aperias
manum tuam fratri tuo, debili tuo, & pauperi tuo
in regione tua.*
12 *Et ſi venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus
aut ſoror tua Hebræa, ſeruiat tibi ſex annis, & in
anno ſeptimo dimitte eum à te liberum.*
13 *Et cùm ita dimiſeris eum, ne dimittas eum
vacuum:* 14 *Sed concede ei munus aliquod de
ouibus tuis, & ſemente tua, & muſto tuo: & pro
ratione eorum quæ tibi largitus eſt Deus Domi-
nus tuus, impertire ei.*
15 *Et memento quòd longo interuallo fueris
ſeruus in Ægypto, & ob id redemerit te Deus Do-
minus tuus, & imperauerit tibi vt ſatisfaceres in
huiuſmodi negotio in ſimili die.*
16 *Sin autem dixerit: Non egrediar à te, quia
nimirum te amat, & diligit domum tuam, cùm
conſultius ſit ei manere tecum:* 17 *Accipe ſtylum,
& pone illum in aurem eius apud ianuam tuam,
eritque tibi ſeruus perpetuus: & ancillæ quoque
tuæ ſimilia dabis.*

7 فان كان فيك مسكين * بذنب او محنة * من بعض اخوتك في
بعض محالك من بلدك الذي الله ربك معطيكه * فلا تقس
قلبك * ولا تقبض يدك عنه * 8 بل افتح له فتحا * وعوضه
تعويضا بمقدار ما يعوزه * 9 واحذر ان يكون في قلبك قول
جهل فتقول * قد قربت السنة السابعة سنة التسييب * فتسيء
على اخيك المسكين * فلا تعطيه شيا * فيدعوا الله عليك * فتحل
بك عقوبته * 10 بل اعطه اعطاء * ولا تسمح به نفسك عليه *
فان بجريرة هذا الامر يبارك لك الله في اعمالك وجميع ما تمد
اليه يدك * 11 فعلى ما قلت لك ليس يعدم البلد مسكين *
ولذلك انا امرك اليوم بان تفتح يدك لاخيك ضعيفك ومسكينك
في بلدك * 12 وان استباع لك اخوك العبراني او اختك
العبرانية * فليخدمك ست سنين * وفي السنة السابعة اطلقه من
عندك حرا * 13 واذا اطلقته كذاك * فلا تطلقه فارغا *
14 بل صله بصلة من غنمك * وبيدارك * ومعصرك * وبحسب
ما رزقك الله ربك فاعطه * 15 واذكر انك طال ما كنت
عبدا بمصر * فعلى ذلك افداك الله ربك * وامرك ان تفي بمثل
هذا الامر في مثل هذا اليوم *
16 فان قال * لا اخرج من عندك * لانه احبك واحب منزلك *
اذ الاصلح له المقام معك *
17 فخذ المثقب وضعه في اذنه عند بابك * فيكون لك عبد
الدهر * وامتك ايضا فصلها كذاك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

7 Cum fuerit in te egenus aliquis de fratribus tuis intra aliquam de portis tuis, in terra quam Dominus Deus
tuus dat tibi, non indurabis cor tuum, neque contrahes manum tuam à fratre tuo mendico.
8 Sed aperiendo aperies ei manum tuam, & mutuando mutuaberis ei id quod ſufficit defectui ſuo quo in-
diget. 9 Caue tibi ne fiat aliquid in corde tuo impium, dicendo; propinquus eſt annus ſeptimus, annus re-
miſſionis; malignuſque ſit oculus tuus in fratrem tuum pauperem, neque des ei, clamantéque illo aduersùm te
ad Dominum ſit in te peccatum. 10 Dando dabis ei, neque malignè aget cor tuum cum dederis ei: Nam hu-
ius rei gratia benedicet tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in omni emiſſione manus tuæ.
11 Non enim deficiet mendicus de medio terræ: Idcirco ego præcipio tibi dicens: aperiendo aperies manum
tuam fratri tuo, pauperi tuo, & mendico tuo in terra tua.
12 Cum venditus tibi fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & ſeruierit tibi ſex annis, tum anno ſeptimo
dimittes eum à te liberum. 13 Cum autem dimittes eum à te liberum, non dimittes eum vacuum.
14 Afficiendo afficies eum muneribus, de pecudibus tuis, & de area tua, & de torculari tuo: quemadmodum
benedixerit tibi Dominus Deus tuus, dabis illi. 15 Recordaberis enim quod ſeruus fuiſti in terra Ægypti,
& redemerit te Dominus Deus tuus, ideo ego præcipio tibi hanc rem hodie.
16 Sin autem dixerit tibi, non egrediar à te, quoniam amat te, & domum tuam, eo quod benè ſit illi tecum.
17 Tum accipies ſubulam, & pones in aures eius, & in portam; eritque tibi ſeruus in ſeculum: Idem etiam
ancilæ tuæ facies.

[illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

18 Et ne moleſtum ſit in oculis tuis cùm dimit-
tes eum liberum à te, quoniam plus minus pro
mercede mercenarij ſeruiuit tibi ſex annis: &
benedicet tibi Dominus Deus in omni re quam
geſſeris.

De primogenitis.

19 Omne primogenitum quod naſcetur in bo-
bus tuis & in ouibus tuis maſculum, conſecra
Domino Deo tuo: non operaberis in primoge-
nito boum tuorum: neque tondebis primo-
genita ouium tuarum. 20 Sed coram Do-
mino Deo tuo comede illud per ſingulos annos
in loco quem eliget Dominus Deus tuus, tu &
familia tua. 21 Quòd ſi fuerit in eo vitium,
vt claudicatio, vel cæcitas, aut quæuis alia de-
formitas, ne offeras illud Domino Deo tuo:
22 Sed in ciuitatibus tuis comede illud. Quod
immundum quodque mundum fuerit pariter,
vt capream & vt ceruum comedes.
23 Tantumodo ſanguinem ne comederitis,
ſed ſuper terram funde eum velut aquam.

CAPVT XVI.

De Paſchate azymorum.

OBſerua menſem florum, & celebra Paſ-
cha Domino Deo tuo, quoniam in menſe
florum eduxit te Dominus Deus tuus de Ægy-
pto noctu. 2 Macta *igitur* Paſcha Domino Deo
tuo ex ouibus & ex bobus, in loco quem eliget
Dominus Deus tuus, vt habitare faciat illic no-
men ſuum. 3 Ne comedas cum eo fermenta-
tum, ſed ſeptem diebus comede cum eo azy-
mum, panem humilem, eo quòd cum feſtina-
tione egreſſi eſtis ex Ægypto: vt memor ſis diei
quo egreſſus es ex Ægypto cunctis diebus vitæ
tuæ. 4 Et non videbitur fermentatum in toto
limite tuo ſeptem diebus, neque pernoctabit
de carne quam mactabis in veſpera diei primi,
vſque ad matutinum. 5 Non licet tibi mactare
Paſcha in vlla ciuitatum quas dabit tibi Do-
minus Deus tuus:

VERSIO SAMARITANA.

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

23 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

18 *Et ne ſit ægrum tibi dimittere eum liberum à te; cenſendus enim eſt præſtitiſſe iam tibi ſeruitutem dupliciter æquipollentem mercedi mercenarij, ſeruiendo tibi ſex annos. benedicet autem tibi Deus Dominus tuus in omnibus quæ feceris.*
19 *Omne primogenitum quod tibi naſcetur inter oues tuas & boues tuos maſculos, dedica vt ſanctum Deo Domino tuo: non arabis in primogenito boum tuorum, neque tondebis primogenitum ouium tuarum;* 20 *Sed comede illud coram Deo Domino tuo de anno in annum in loco quem elegerit, tu & familia tua.*
21 *Si vero fuerit in eo vitium aliquod, vel mancum fuerit, vel cæcum, aut quodcunque vitium pernitioſum, ne ſacrifices illud Deo Domino tuo.*
22 *Et licet vt comedas illud in habitationibus tuis, atque vt eo veſcatur etiam mundus & immundus, quemadmodum veſcuntur caprea & ceruo,* 23 *Præter ſanguinem eius: non enim comedes eum, ſed funde eum ſuper terram quaſi aquam.*

CAPVT XVI.

PRæterea obſerua menſem ſegetis perfricabilis, & vt facias in eo Paſcha Deo Domino tuo, quemadmodum in ipſo te demiſit vt exires ex Ægypto noctu. 2 *Macta autem Paſcha Deo Domino tuo de ouibus, & vnà cum eo de bobus, in loco quem elegerit vt habitare faciat lumen ſuum in eo.* 3 *Et ne comedas cum eo infermentatum, ſed comede poſt illud ſeptem diebus infermentatum, cibum imbecillitatis, quoniam egreſſus es ex Ægypto cum celeritate: & recordare diei exitus tui ex Ægypto, longitudine temporis tui.*
4 *Et ne appareat tibi infermentatum in cunctis finibus tuis ſeptem diebus, neque pernoctabit de carne eius quod veſpere mactabis vſque mane, in primo die.* 5 *Nec licitum eſt tibi mactare Paſcha in vlla habitationum tuarum quas Deus Dominus tuus daturus eſt tibi:*

18 ولا يصعب عليك اطلاقك له حرا من عندك * فانه يجوز ان
يكون قد خدمك ضعف ما يساوي اجر الاجير * في خدمته لك
ست سنين * فيبارك لك الله ربك بجميع ما تصنعه * 19 كل بكر
يولد لك في غنمك وبقرك الذكور * فالزمه التقديس لله ربك *
لا تفلح بالبكر من بقرك * ولا تجز البكر من غنمك * 20 بل كله بين
يدي الله ربك سنة بسنة في الموضع الذي يختار * انت واهلك *
21 وان كان فيه عيب من زمن او اعمى * وسائر العيوب
الفاسدة * فلا تذبحه لله ربك * 22 وجائز ان تاكله في محالك *
وان ياكله ايضا الطاهر والنجس * كما ياكلان الظبي والايل *
23 ما خلا دمه فلا تاكله * بل صبه على الارض كالماء *

* الفصل السادس عشر *

1 واحفظ شهر الفريك * وان تصنع فيه فصحا لله ربك * كما
اطلقك فيه للخروج من مصر ليلا * 2 واذبح الفصح لله ربك
من الغنم ومعه من البقر * في الموضع الذي يختار ليحل نوره فيه *
3 ولا تاكل معه خميرا * بل كل بعده سبعة ايام فطيرا * طعام
الضعف * لانك خرجت من مصر بحفز * واذكر يوم خروجك
من مصر طول زمانك *
4 ولا يرى لك خمير في جميع تخومك سبعة ايام * ولا يبيت من لحم
الذي تذبحه في العشي الى الغداة * في اليوم الاول *
5 ولا يجوز لك ان تذبح الفصح في بعض محالك الذي الله ربك
معطيكه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Neque durum erit in oculis tuis cum dimittes eum liberum à te, quod duplo mercedis mercenarij ſeruiuit
tibi ſex annis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in qualibet re quam feceris. 19 Omne primogenitum
quod naſcetur in bobus tuis, & pecudibus tuis maſculum, ſanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis
cum primogenito bouis tui, neque tondebis primogenita pecudum tuarum. 20 Coram Domino Deo tuo
comedes ea ſingulis annis in loco quem elegit Dominus, tu, & domus tua. 21 Cum verò fuerit in eo macula,
claudicationis, aut cæcitatis, aut quæuis alia macula turpis, non ſacrificabis illud Domino Deo tuo. 22 In
portis tuis comedes illud: immundus & mundus eo pariter ſicut caprea, & ceruo veſcentur. 23 Solummodo
ſanguinem eius non comedes: ſuper terram effundes eum ſicut aquam.

CAPVT XVI.

OBſerua menſem nouarum ſpicarum, vt facias Paſcha Domino Deo tuo; quoniam in menſe nouarum
ſpicarum eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. 2 Sacrificabis autem Paſcha Domino Deo
tuo oues & boues in loco quem elegit Dominus Deus tuus, vt ibi habitaret nomen eius. 3 Non comedetis
cum eo fermentum: ſeptem diebus comedetis cum eo azyma, panem afflictionis; quoniam cum feſtinatione
egreſſus es de terra Ægypti, vt reminiſcaris diei egreſſus tui de terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ.
4 Neque apparebit apud te fermentum in omnibus finibus tuis ſeptem diebus, neque pernoctabit de carne
quam immolaueris inter veſperas in die primo vſque mane. 5 Neque poteris immolare Paſcha in vna portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dedit tibi.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

[illegible]

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

[illegible]

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

[6] Sed in loco quem eliget Dominus Deus
tuus, vt habitare faciat illic nomen ſuum, ma-
cta Paſcha in veſpera ad occaſum ſolis, iuxta
tempus quo egreſſus es ex Ægypto.
[7] Coque autem & comede in loco quem ele-
gerit Dominus Deus tuus, ac tum reuertere in
matutino, & vade ad tentorium tuum.
[8] Sex diebus comedes azymum, & die ſepti-
mo congregatio erit Domino Deo veſtro: non
facietis in eo vllum opus.

De Pentecoſte.

[9] Septem hebdomades numerabis tibi: quan-
do incipies falcem *mittere* in ſegetem ſtantem,
incipe numerare ſeptem hebdomades.
[10] Et celebra ſolennitatem hebdomadum
Domino Deo tuo, pro modo ſeparationis ma-
nuum tuarum, quam ſeparabis, vt benedi-
cat tibi Dominus Deus tuus. [11] Et lætare
coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, at-
que filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, & Leui-
ta qui eſt in ciuitatibus tuis, & hoſpes, atque
pupillus, & vidua qui ſunt in medio tui, in loco
quem eliget Dominus Deus tuus vt habitare
faciat ibi nomen ſuum. [12] Et recordare quòd
ſeruus fueris in Ægypto. Obſerua & fac omnes
has leges.

De Tabernaculis.

[13] Feſtum tabernaculorum celebra ſeptem
diebus, cùm collegeris de area, & de torculari.
[14] Et lætare in feſtiuitate tua, tu & filius tuus,
& filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, & pere-
grinus, & pupillus, & vidua qui ſunt in ciuita-
tibus tuis. [15] Septem diebus celebra feſtum
Deo Domino tuo in loco quem eliget Domi-
nus, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus
in omni fruge tua, & in omni opere manuum
tuarum, & ſis lætus.

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

6 Sed in loco quem elegerit Deus Dominus tuus
vt habitare faciat lucem ſuam in eo, ibi mactabis
Paſcha prope veſperam ante occaſum ſolis, nempe
in momento exitus tui ex Ægypto.
7 Et coque illud, & comede illud eo in loco, dein-
de regredere ſequenti die, & abi in domicilium
tuum. 8 Et poſt illud comede infermentatum
ſex diebus, & in die ſeptimo mora ſit in ſan-
ctuario Dei Domini tui, & ne feceris in eo
vllum opus.
9 Deinde numera ſeptem hebdomadas: à tem-
pore quo incipiet immitti falx in ariſtas, incipe
numerationem earum.
10 Et fac feſtiuitatem hebdomadarum Deo Do-
mino tuo pro ratione facultatis manus tuæ, & eius
quod ſponte dederis, quemadmodum concedet tibi
Deus Dominus tuus.
11 Et gaude coram eo, tu & filius tuus, & filia
tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui
eſt in habitationibus tuis, & peregrinus, & or-
phanus, & vidua qui ſunt inter vos, in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus vt habitare faciat
in eo ſplendorem ſuum.
12 Et memineris te fuiſſe ſeruum in Ægypto.
Cuſtodi itaque hæc ſtatuta, & fac ea.
13 Fac etiam feſtiuitatem tabernaculorum ſe-
ptem diebus, quando colliges annonam tuam
ex area & torcularibus tuis.
14 Et gaude in feſtiuitate tua iſta, tu & filius
tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua,
& Leuita, & peregrinus, & orphanus, & vidua
qui ſunt in habitationibus tuis.
15 Hoc modo feſtum diem celebrabis ſeptem die-
bus Deo Domino tuo in loco quem elegerit, vt be-
nedicat cunctis prouentibus tuis, & omnibus ad
quæ extendes manum tuam, ſiſque gaudens
gaudio puro.

6 الا في الموضع الذي يختار الله ربك ليحل نوره فيه * هناك
تذبح الفسح عند المساء قبل مغيب الشمس * وذلك في فصل
خروجك من مصر * 7 وانضجه وكله في ذلك الموضع * ثم
ول بالغداة وامض الى منزلك * 8 وكل بعده الفطير
ستة ايام * وفي اليوم السابع مكثا في قدس الله ربك * ولا
تصنع فيه صناعة * 9 واحص سبعة اسابيع * من وقت ابتداء
المنجل في السنبل ابتدي باحصائها *
10 واصنع حج اسابيع لله ربك على مقدار نيل يدك وما تتبرع
به * كما يرزقك الله ربك * 11 وافرح بين يديه انت وابنك *
وابنتك * وعبدك * وامتك * واللوي الذي في محالك *
والغريب * واليتيم * والارملة الذين فيما بينكم في الموضع
الذي يختار الله ربك ان يحل فيه نوره *
12 واذكر انك كنت عبدا في مصر * واحفظ هذه الرسوم واعمل بها *
13 واصنع حج المظال سبعة ايام عند جمعك غلتك من
بيدرك ومعاصرك *
14 وافرح في حجك هذا انت وابنك * وابنتك * وعبدك *
وامتك * واللوي * والغريب * واليتيم * والارملة الذين
في محالك *
15 كذلك تحج سبعة ايام لله ربك في الموضع الذي يختار *
ليبارك في جميع غلاتك وسائر ما تمد اليه يدك * فتكون فرحا
فرحا محضا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Præterquam in loco quem elegerit Dominus Deus tuus vt illic inhabitet nomen eius: illic ſacrificabis Paſ-
cha veſperi cum occidit ſol, tempore egreſſus tui ex Ægypto. 7 Coques itaque, & comedes in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus, deinde conuertes te mane, & redibis in tabernacula tua.
8 Sex diebus comedes azyma, ſed die ſeptimo erit feſtum Domino Deo tuo. Non facies vllum opus ſeruile.
9 Septem ſeptimanas numerabis tibi: Ex quo cœperit falx eſſe in ſegete, incipies numerare ſeptem ſepti-
manas. 10 Tum celebrabis feſtum ſeptimanarum Domino Deo tuo, iuxta ſufficientiam ſpontaneæ obla-
tionis manuum tuarum, quam dabis ſecundum quod benedixerit tibi Dominus Deus tuus.
11 Lætaberiſque coram Domino Deo tuo, tu, & filius tuus, & filia tua; ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita
qui in portis tuis peregrinatur; & pupillus, & vidua qui ſunt in medio tui, in loco quem elegerit Dominus
Deus tuus vt illic habitet nomen eius.
12 Et recordaberis quod ſeruus fuiſti in terra Ægypti, vt obſerues, & facias præcepta iſta.
13 Feſtum tabernaculorum facies tibi ſeptem diebus cum collegeris ex area tua, & ex torculari tuo.
14 Lætaberiſque in feſto tuo, tu, & filius tuus, & filia tua; ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita, & peregrinus,
& pupillus, & vidua qui ſunt in portis tuis. 15 Septem diebus feriaberis Domino Deo tuo in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus, quoniam benedicet tibi Dominus Deus tuus in omni prouentu tuo, & in omni
opere manuum tuarum: Eris igitur tantùm lætus.

16 [illegible]

17 [illegible]

[illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

[16] Tribus vicibus in anno apparebunt monumenta tua coram Dño Deo tuo, in loco quem eliget, *nempe* in die feſto azymorum, & in die feſto hebdomadum, & in die feſto tabernaculorum: & non apparebis coram Domino Deo tuo vacuus. [17] Sed vnuſquiſque iuxta donum manus ſuæ, ſecundùm benedictionem quam tibi conceſſerit Deus Dominus tuus.

De Iudicibus & Scribis.

[18] Iudices & Scribas conſtitue tibi in cunctis ciuitatibus quas tibi dabit Deus Dominus tuus, per tribus tuas, vt dicant populo iudicia æquitatis. [19] Ne flectas iudicium, neque venereris faciem, neque accipias munus, quoniam munus excæcat oculos ſapientum in iudicio, & peruertit verba innocentum. [20] Sed cum æquitate iudica proximum tuum, vt viuas, & ingrediaris atque poſſideas terram illam quam tibi daturus eſt Dominus Deus tuus.

[21] Ne plantes tibi plantas cuiuſcunque arboris ad latus altaris Domini Dei tui quod facies tibi. [22] Et ne erigas tibi ſtatuam vllam quam abominatur Dominus Deus tuus.

CAPVT XVII.

NE mactes Domino Deo tuo bouem aut agnum in quo ſit macula, aut vlla deformitas, quoniam immundus eſt coram Domino Deo tuo. [2] Et ſi inueniatur inter vos in vna ex ciuitatibus veſtris quas daturus eſt vobis Dominus Deus veſter, vir aut mulier qui malum committat coram Domino Deo tuo, & præuaricetur fœdus eius, [3] Et abiens colat deos alios, & adoret eos, ſiue ſolem, ſiue lunam, aut omnes militias cæli, quas minimè præcepi, [4] Et indicatum tibi fuerit atque audieris: inueſtiga diligenter. Et ſi verum ſit verbum, & perpetrata ſit huiuſmodi abominatio in Iſraele,

VERSIO SAMARITANA.

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

4 [illegible]

16 *Tribus vicibus in anno aderunt omnes viri*
tui coram Deo Domino tuo in loco quem elege-
rit: In feſtiuitate azymorum, & feſtiuitate hebdo-
madarum, & feſtiuitate tabernaculorum: & ne
adſint coram eo vacui. 17 *Sed afferat quilibet vir*
quod potuerit manus eius, pro ratione muneris
Dei Domini tui quod tibi largitus eſt. 18 *Prate-*
rea conſtitue tibi iudices & præſides in omnibus
habitaculis tuis quæ dabit Deus Dominus tuus
tribubus tuis, vt iudicent inter homines iudicium
æquum. 19 *Et ne declinetis vllum iudicium,*
neque adulemini vultibus, neque accipiatis mune-
ra, quia munera excæcant oculos eruditorum à ve-
ritate, & peruertunt ſermones iuſtos.
20 *Et quære veritatem puram, vt viuas atque*
poſſideas regionem quam Deus Dominus tuus
daturus eſt tibi.
21 *Et ne plantes proceras arbores ad latus aræ*
Dei Domini tui quam facies. 22 *Et ne erigas*
tibi titulum iuxta formam quam odit Deus Do-
minus tuus.

CAPVT XVII.

NE ſacrifices Deo Domino tuo bouem aut
ouem in quibus fuerit vitium aut vlla res
deformis: hoc enim execratur Deus Dominus
tuus. 2 *Et ſi reperiatur inter vos in aliquibus*
ciuitatibus tuis quas Deus Dominus tuus datu-
rus eſt tibi, vir aut mulier qui perpetrauerit ſcelus
coram Deo Domino tuo, & tranſgreſſus fuerit
fœdus eius,
3 *Et abierit atque ſeruierit cultibus aliis, eoſque*
adorauerit, ſiue ſolem, ſiue lunam, ſiue cæteras
ſtellas cæli quas non permiſi ei:
4 *Cùm hoc ad te delatum fuerit, audi illud, &*
exactè perquire. Si que fuerit eiuſmodi res vera &
certa, & iam facta fuerit talis abominatio in-
ter vos,

16 ثلاث مرات في السنة يحضر جميع رجالك بين يدي الله
ربك في الموضع الذي يختار * في حج الفطير * وحج الاسابيع * وحج
المظال * ولا يحضروا بين يديه حضورا فارغا * 17 بل يأتي كل
رجل بما تنال يده * على حسب رزق الله ربك الذي اعطاك *
18 واجعل لك حكاما وعرفاء في جميع محالك التي يعطيها الله
ربك اسباطك * يحكموا فيما بين الناس حكم عدل * 19 ولا
تميلوا حكما * ولا تحابوا الوجوه * ولا تأخذوا الرشا * لان الرشا
تعمي عيون العلماء عن الحق * وتزيغ الاقوال العادلة *
20 واطلب الحق المحض * لكي تحيا وتحوز البلد الذي الله ربك
معطيك * 21 ولا تغرس سارية من الشجر الى جانب مذبح الله
ربك الذي تصنعه * 22 ولا تنصب لك دكة على ما
يشنوه الله ربك *

* الفصل السابع عشر *

1 لا تذبح لله الملك ثورا * او شاة يكون فيها عيب * او شي
ردي * لانه يكرهه الله الملك * 2 وان وجد فيما بينكم
في بعض قراك التي الله ربك معطيكها * رجل او امراة
صنع الشر بين يدي الله ربك * فتجاوز عهده * 3 ومضى
وعبد معبودات اخر وسجد لها * او للشمس * او للقمر * او
لساير نجوم السماء مما لم اطلق له * 4 فاذا اخبرت بذلك *
فاستمعه * والتمسه جيدا * فاذا كان ذلك الامر حقا ثابتا * وقد
صنعت هذه الكرهة فيما بينكم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Tribus vicibus in anno videbit omnis maſculus tuus faciem Domini Dei tui in loco quem elegerit; in feſto
azymorum, & in feſto ſeptimanarum, & in feſto tabernaculorum: ſed non videbunt faciem Domini vacui.
17 Vnuſquiſque iuxta facultatem manus ſuæ, iuxta benedictionem Domini Dei tui quam dedit tibi.
18 Iudices & Præfectos pones tibi in omnibus portis tuis quas Dominus Deus tuus dat tibi, ſecundum tribus
tuas, qui iudicabunt populum iudicio iuſtitiæ. 19 Non peruertes iudicium, neque dignoſces facies, neque
accipies munus; quoniam munus excæcat oculos ſapientum, & peruertit verba iuſtorum.
20 Iuſtitiam, iuſtitiam perſequeris, vt viuas, & poſſideas terram quam Dominus Deus tuus dat tibi.
21 Non plantabis tibi lucum cuiuſuis arboris iuxta altare Domini Dei tui quod tibi feceris.
22 Neque eriges tibi ſtatuam quam odit Dominus Deus tuus.

CAPVT XVII.

NOn ſacrificabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quibus fuerit macula, quæuis res turpis; quia abo-
minatio eſt Domino Deo tuo. 2 Cum inuentus fuerit in medio tui, in vna portarum tuarum quas
Dominus Deus tuus dedit tibi, vir aut mulier qui fecerit malum in oculis Domini Dei tui, tranſgrediendo pa-
ctum eius. 3 Ieritque, & ſeruierit diis alienis, & adorauerit eos, aut ſolem, aut lunam, aut omnem exer-
citum cælorum, quæ non præcepi illi.
4 Tum renuntiabunt tibi, vt audias & inquiras diligenter: Ecce autem veritas eſt, certa res eſt, facta eſt
abominatio iſta in Iſrael.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

5 Educ virum illum vel mulierem illam qui
perpetrarunt ſermonem hunc peſſimum in ci-
uitatibus tuis: ſiue vir fuerit ſiue mulier, obruite
eos lapidibus, & moriantur. 6 Ad os duorum
teſtium occidetur qui fuerit reus mortis: non
occidetur ad delationem teſtis vnius. 7 Et
manus teſtium aggredietur inprimis necem
illius, manus verò totius populi poſtremò: &
exterminate operantes mala de medio veſtri.
8 Cùmque latuerit vos ratio iudicandi inter
ſanguinem & ſanguinem, & inter litem & li-
tem, & inter plagam lepræ interque plagam le-
præ, actio *ſcilicet* iurgij in ciuitatibus tuis: ſurges
& abibis in locum quem eliget ſibi Dominus
Deus tuus. 9 Et abibis ad ſacerdotem, aut
ad Leuitam, aut ad iudicem qui fuerit in die-
bus illis, & interrogabis, & indicabunt tibi
verbum iudicij, 10 Et facies iuxta præſcri-
ptionem verbi quod indicabunt tibi de loco
illo, quemadmodum dixit Dominus, & obſer-
uabis, & ages prout te docuerint.
11 Secundùm præſcriptionem legis quam tibi indicabunt, & ſecundùm ſententiam iudicij quam tibi dicent, ages: non declinabis à pronuntiatione ſermonis quem tibi indicabunt, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.
12 Et quicunque audacter egerit, nec audierit ſacerdotem qui ſtat ad miniſtrandum ibi coram Domino Deo tuo, aut iudicem, interficiatur eiuſmodi homo: & exterminate operantes mala de medio veſtri;
13 Vt vniuerſus populus audiant, timeantque, nec vltra audacter agant.
14 Et cùm ingredieris terram quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus, eamque poſſidebis, & habitabis in illa, & dices, Conſtituam ſuper me regem ſicut gentes iſtæ quæ circum me ſunt:

VERSIO-SAMARITANA.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

5 *Educ virum illum & mulierem illam qui fecerint huiuſmodi rem turpem inter vos, virum* inquam *ſolum aut mulierem, & obrue vtrumque lapidibus, donec moriantur.*

6 *Ad delationem duorum vel trium teſtium occidetur quicunque occidendus fuerit, & non occidetur ad delationem teſtis vnius.*

7 *Et manus teſtium immittetur in eum priùs ad occidendum illum, & manus reliquorum hominum poſteriùs: & expelle maleficos de medio tui.*

8 *Et cùm occultum tibi fuerit negotium aliquod pertinens ad iudicandum inter ſanguinem & ſanguinem, & litem ac litem, & ſententiam plagæ ac ſententiam plagæ, & cauſas contentioſas in habitaculis tuis: ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Deus Dominus tuus:*

9 *Et vade ad ſacerdotes, & ad Leuitas, & ad iudicem qui fuerit tunc temporis, & pete ab eis rem illam iudicialem, & declara bunt eam tibi.*

10 *Et fac iuxta rem quam tibi declarabunt ab eo loco quem elegerit Deus, & obſerua vt facias quicquid indicabunt tibi.*

11 *Et iuxta indicationem quam indicabunt tibi, & ſententiam quam pronuntiabunt tibi, facies: & ne declines à re quam tibi decreuerint, dextrorſum, neque ſiniſtrorſum.*

12 *Et quicunque vir vtetur peruicacia, neque acquieſcet ſacerdoti ibi commoranti ad miniſtrandum coram Deo Domino tuo, aut iudici, occidatur talis vir, & expelle nefarios ex Iſraele.*

13 *Reliqui verò homines audient, ac metuent, nec ampliùs contumaciter agent.*

14 *Cumque ingreſſus fueris regionem quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi, eamque poſſederis, & manſeris in ea, & dixeris: Erigam mihi regem vt reliquæ gentes quæ circum me ſunt:*

5 فاخرج ذلك الرجل وتلك المرأة اللذين صنعا هذا الامر
الردي فيما بينكم* الرجل وحده او المرأة* وارجمهما بالحجارة
الى ان يموتا* 6 بقول شاهدين او ثلاثة يقتل من يقتل*
ولا يقتل بقول شاهد واحد* 7 ويد الشاهدين تبطش به
اولا لقتله* وايدي سائر الناس آخرا* وانف اهل الشر من
وسطك* 8 واذا خفي عليك امر من الاحكام بين دم الى دم*
ودين الى دين* وحكم بلاء الى حكم بلاء* وامور خصومات
في محالك* فقم واصعد الى الموضع الذي اختاره الله ربك*
9 وصر الى الائمة* والى اللاويين* والى الحاكم الذي
يكون في ذلك الزمان* فالتمس منهم ذلك امر الحكم* فيقولوك
به* 10 فاعمل بحسب الامر الذي يقولوك به من ذلك
الموضع الذي يختاره الله* واحفظ لتعمل جميع ما يدلوك عليه*
11 وبحسب الدلالة التي يدلوك بها والحكم الذي يقولون
لك تصنع* ولا تزل من الامر الذي يقولوك يمنة ولا يسرة*
12 واي رجل يستعمل القحة* فلا يقبل من الامام المقيم
هناك ليخدم بين يدي الله ربك* او من الحاكم* فليقتل
ذلك الرجل* وانف اهل الشر من آل اسرائيل*
13 وسائر الناس يسمعون ويخافون* ولا يتوقحون ايضا*
14 واذا دخلت البلد الذي الله ربك معطيكه* وحزته
واقمت فيه فقلت* انصب لي ملكا كسائر الامم الذين
حوالي*

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Tunc educes virum illum, aut mulierem illam qui perpetrauerunt rem hanc malam ad portas tuas, virum
ſiue mulierem, & obrues eos lapidibus donec moriantur.
6 In ore duorum teſtium, aut in ore trium teſtium morietur qui moriturus eſt: non morietur in ore vnius teſtis.

7 Manus teſtium erit in eum primò ad ipſum interficiendum, & manus vniuerſi populi poſtea, vt remoueas
malum de medio tui.
8 Cum aliquid fuerit difficilius quam illud iudicare poſſis; fuerintque inter ſanguinem & ſanguinem, & inter iudicium & iudicium, & inter plagam & plagam verba contentionum in portis tuis, tunc ſurges, & aſcendes ad locum quem elegit Dominus Deus tuus.

9 Venieſque ad ſacerdotes Leuitas, & ad iudicem qui erit in diebus illis, & inquirentes indicabunt tibi rem
iudicij.
10 Facies autem iuxta præſcriptum rei quam indicabunt tibi de loco iſto quem elegit Dominus Deus tuus, & ſolicitè curabis facere ſecundum omnia quæ docebunt te.

11 Iuxta præſcriptum legis quam docebunt te, & iuxta præſcriptum iudicij quod dicent tibi facies, & non declinabis à ſententia quam tibi indicauerint ad dexteram aut ad ſiniſtram.

12 Vir autem ille qui arroganter ſe geſſerit non obediendo Sacerdoti conſtituto vt ſeruiat Domino Deo tuo, & Iudici, morietur vir ille, vt tollas malum ex Iſraele.
13 Omniſque populus audiat, & timeat, nec
ampliùs arroganter ſe gerat.
14 Quum ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, & poſſederis eam, & habitaueris in ea, & dixeris: Conſtituam ſuper me regem ſicut omnes gentes quæ circa me ſunt.

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

15 Omnino conſtitue ſuper te regem ; quem
elegerit ſibi Dominus Deus tuus de medio fra-
trum tuorum, conſtitue ſuper te regem. Non li-
cet tibi conſtituere ſuper te virum alienigenam
qui non fuerit de fratribus tuis. 16 Modò ta-
men ne multiplicet ſibi equos, vt non reducat
populum in Ægyptum, cùm equi fuerint ei
multiplicati: Dominus enim dixit vobis, Ne
amplius reuertamini per viam iſtam. 17 Præterea
ne multiplicet ſibi mulieres, ne peruertant cor
eius: argentum etiam & aurum ne nimium ſibi
multiplicet. 18 Cùmque ſederit ſuper ſolium
regni ſui, deſcribat ſibi exemplar Legis huius
in libro, *deſumptum* à ſacerdote & Leuita,
19 Eumque lectitet cunctis diebus vitæ ſuæ,
& diſcat metuere Dominum Deum ſuum, ſer-
uetque omnes ſermones legis huius, & præce-
pta iſta, & faciat ea.
20 Et ne eleuetur cor eius præ fratribus ſuis,
neque deflectat à præceptis, neque ad dexte-
ram, neque ad ſiniſtram, vt proroget dies regni
ſui ipſe & filij eius inter filios Iſrael.

CAPVT XVIII.

NOn erit ſacerdoti & Leuitæ portio & hæreditas inter filios Iſrael, ſed oblationes Domini & hæreditatem ipſius comedent.
2 Hæreditas autem non erit ipſi inter fratres
ſuos, quia Dominus hæreditas eius eſt, quem-
admodum dixit ei.
3 Porrò hoc erit ius ſacerdotis à populo, *nem-
pè* ab his qui mactabunt victimam. Si bos fue-
rit aut agnus, det ſacerdoti armum, & maxil-
lam, atque ventriculum.
4 Primitias frumenti tui, & vini tui, & olei
tui, & primitias velleris ouium tuarum da illi.

VERSIO SAMARITANA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

15 *Licebit quidem erigere tibi regem quem eliget Deus Dominus tuus: ſit autem rex quem eriges, de fratribus tuis: neque licebit tibi erigere ſuper te virum extraneum qui non eſt frater tuus.*
16 *Verùm ne multos ſibi paret equos, ne fortè reducat populum in Ægyptum ob multitudinem bonorum. Et verò Deus iam dixit vobis: Ne iterum reuertamini per viam iſtam.*
17 *Iccirco neque multiplicabit ſibi mulieres, ne fortè auertatur cor eius: & ex auro argentoque ne multum ſibi paret.*
18 *Et cùm ſederit ſuper thronum regni ſui, ſcribendam ſibi curet hanc legem in volumine, ex præſentia ſacerdotum & Leuitarum.*
19 *Sitque cum eo, & legat eam quamdiu vixerit, quatenus diſcat timere Deum Dominum ſuum, & cuſtodire omnia verba iſtius legis, & hæc ſtatuta, eaque opere complere:*
20 *Ne fortè extollatur cor eius ſuper fratres ſuos, & ne declinet à lege dextrorſum aut ſiniſtrorſum, vtque protrahantur dies eius in regno ſuo, eius* inquam *& filiorum ipſius inter Iſraelitas.*

CAPVT XVIII.

CVmque nulla ſit Sacerdotibus & Leuitis, nempe toti tribui Liui, ſors aut hæreditas cum Iſraelitis, idcirco ex oblationibus Dei eiuſque hæreditate comedent.
2 *Et hæreditas nulla ſit ipſi inter fratres ſuos, quandoquidem ſtatuta Dei hæreditas eius ſunt, ſicuti præcepit Deus.*
3 *Hoc autem erit apud te ſtatutum ſacerdotum à populo, ab immolantibus quodcunque ſacrificium, ſiue boum, ſiue pecudum: Vt det illis armum, & vtramque maxillam, & ventriculum.*
4 *Primum quodque frumentum tuum, & muſtum tuum, & oleum tuum, & primam quamque tonſionem ouium tuarum dabis illi.*

15 فيجوز ان تنصب لك ملكا من يختاره الله ربك * وليكن
الملك الذي تنصبه من بعض اخوتك * ولا يجوز ان تنصب
عليك رجلا غريبا من ليس هو اخاك * 16 لكن لا يستكثر
من الخيل * ليلا يرد القوم الى مصر للاستكثار من الخير * والله
فقد قال لكم * لا تعاودوا الرجوع في هذه الطريق *
17 لذلك ولا يستكثر له من النساء * ليلا يزول قلبه * ومن الذهب
والفضة لا يستكثر جدا * 18 وكما يجلس على كرسي
ملكه * فليستكتب له هذه التورية في سفر من حضرة الايمة
واللوانيين * 19 ولتكن معه * يقراها فيها طول حياته * لكي
يتعلم ان يخاف الله ربه * ويحفظ جميع كلام هذه التورية وهذه
الرسوم ويعمل بها * 20 ليلا يرتفع قلبه على اخوته * وليلا
يزول من الشريعة يمنة او يسرة * ولكي تطول ايامه في مملكته
هو وبنوه فيما بين آل اسرايل *

* الفصل الثامن عشر *

1 واذ لا يكون للايمة واللوانيين الذين هم جميع سبط لوي *
قسم او نحلة مع آل اسرايل * فمن قرابين الله ونحلته ياكلون *
2 ونحلة لا تكن له فيما بين اخوته * اذ فرايض الله نحلته *
كما امر الله به *
3 وهذا يكون معك رسم الايمة من القوم من ذابحي اي
ذبح كان من البقر والغنم * ان يعطيهم الذراع * واللحيين * والقبة *
4 اول برك * وعصيرك * ودهنك * واول جز غنمك تعطيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

15 Conſtituendo conſtitues ſuper te regem quem elegerit Dominus Deus tuus: de medio fratrum tuorum pones ſuper te regem. Non poteris conſtituere ſuper te virum alienigenam qui non ſit frater tuus.
16 Verùm non multiplicabit ſibi equos, neque reducet populum in Ægyptum vt multiplicet ſibi equos; nam Dominus dixit vobis, non addetis amplius vt reuertamini per hanc viam.
17 Neque multiplicabit ſibi vxores, vt non peruertatur cor eius: Argentum quoque & aurum non multiplicabit ſibi valde.
18 Cum verò ſederit ſuper thronum regni ſui, ſcribet ſibi exemplar legis huius in libro ex eo qui eſt in conſpectu ſacerdotum Leuitarum.
19 Eritque apud illum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, vt obſeruet omnia verba legis huius, & præcepta iſta, vt faciat illa.
20 Ne eleuetur cor eius præ fratribus ſuis, néue declinet à præceptis ad dexteram vel ſiniſtram, vt producat dies ſuper thronum regni ſui, ipſe, & filij eius in medio Iſraelis.

CAPVT XVIII.

NOn erit ſacerdotibus, Leuitis, omni tribui Leui pars & hæreditas cum Iſraele: oblationes ignitas Domini, & hæreditatem eius comedent.
2 Nam hæreditas non erit ei in medio fratrum ſuorum: Dominus ipſe hæreditas eius eſt, ſicut locutus eſt ei.
3 Iſtud autem erit ius ſacerdotum in eos ex populo qui ſacrificant ſacrificia, ſiue boum, ſiue pecudum. Dabit igitur ſacerdoti armum, & maxillas, & ventriculum.
4 Primitias frumenti tui, muſti tui, & olei tui, & primitias vellerum ouium tuarum dabis illi.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

5 Ipſum enim elegit Dominus Deus tuus ex
omnibus tribubus tuis, vt ſtet ac miniſtret in
nomine Domini Dei tui, ipſe & filii eius cun-
ctis diebus.
6 Et ſi venerit Leuita aliquis de fratribus tuis,
ex toto Iſraele, ex loco quem inhabitat: veniat
ex toto deſiderio animæ ſuæ ad locum quem
elegerit Dominus,
7 Et miniſtret in nomine Domini Dei ſui
ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui ſtant ibi
coram Domino.
8 Portionem æqualiter manducabunt, exce-
pta emptione patrum.
9 Cùm ingreſſus fueris terram quam dat tibi
Dominus Deus tuus, ne diſcas facere ſecun-
dùm opera gentium illarum.
10 Ne reperiatur in te qui traducat filium
ſuum aut filiam ſuam per ignem, aut exercens
vaticinium, & claudere faciens oculos, & au-
gur, & veneficus, 11 Et vtens incantatione,
conſulens magos & diuinos, & ſciſcitans à
mortuis. 12 Nam abominandus eſt coram
Domino Deo tuo quicunque iſta facit, & pro-
pter huiuſmodi abominationes perditurus eſt
eos Dominus Deus tuus à conſpectu tuo.
13 Integer eſto coram Domino Deo tuo.
14 Nam gentes iſtæ quas tu poſſidebis, ma-
gos & hariolos audiunt, tibi verò nequaquam
talia permittit Dominus Deus tuus.
15 Prophetam de medio tui, ex fratribus tuis
ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus,
ipſum ſitis audientes:
16 Quemadmodum poſtulaſti à Domino Deo
tuo in Horib in die congregationis, & dixiſti,
Ne iterum audiam vocem Domini Dei mei,
& hunc ignem maximum vlteriùs non vi-
deam, ne moriar.

VERSIO SAMARITANA.

5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible]

9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

5 *Quoniam Deus Dominus tuus elegit eum ex cunctis tribubus tuis, vt ſtet, & miniſtret in nomine Dei, ipſe & filii eius longitudine temporis.*
6 *Et ſi ad ſolennitatem ſe contulerit Leuita quilibet ex quibuſcunque habitationibus tuis quas habent omnes Iſraelitæ, in quibus ille commoratur: ingrediatur quandocunque voluerit in locum quem eliget Deus,*
7 *Et miniſtret in nomine Dei Domini ſui quemadmodum cuncti fratres eius Leuitæ commorantes ibi coram Deo.*
8 *Et diuidant inter ſe portiones æquales, præter id quod ſtabile reliquerunt patres de ſucceſſione.*
9 *Et ſcias te ingreſſurum in regionem quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi: ne igitur diſcas facere iuxta abominationes illarum gentium.*
10 *Ne inueniatur inter vos amburens filium ſuum aut filiam ſuam igne, & aſtrologiam exercens, & ſortilegus, & augur, & magus,*
11 *Et incantator incantationum, & interrogans veneficum aut pythonem, & ſciſcitans à mortuis.*
12 *Quoniam Deus Dominus tuus execratur quicunque facit has artes, & ob cauſam earum ipſe exciſurus eſt eos à conſpetu tuo.*
13 *Sed eſto ſimplex Deo Domino tuo.*
14 *Nam iſtæ gentes quas tu es poſſeſſurus, diuinis & aſtrologis acquieſcunt, at vero tibi non permiſit Deus Dominus tuus his ſimilia:*
15 *Sed quemcunque prophetam de medio veſtri ab vno fratrum tuorum mihi ſimilem erexerit tibi Deus Dominus tuus, ipſi acquieſcite.*
16 *Iuxta omnia quæ petiſti à Deo Domino tuo in monte Horib in die cœtus, & dixiſti: Non audiam rurſus vocem Dei Domini mei, neque videbo ignem hunc magnum, ne fortè moriar.*

5 لان الله ربك اختاره من جميع اسباطك ليقوم ويخدم باسم
الله هو وبنوه طول الزمان * 6 واذا جا الاوي لوي كان
من بعض محالك التي لجميع الاسرائيلية التي هو مقيم بها * فليدخل
اي وقت شاء الى الموضع الذي يختاره الله *
7 ويخدم باسم الله ربه كجميع اخوته اللاويين المقيمين ثم بين
يدي الله *
8 وليقتسموا انصبة متساوية * ما خلا ما اثبته الاباء من النوب *
9 واعلم انك داخل الى البلد الذي الله ربك معطيكه *
فلا تتعلم العمل مثل مكان اوليك الامم *
10 لا يوجد فيكم مشعل ابنه او ابنته بالنار * ومنجم
تنجمات * ومتفايل * ومتطير * وساحر * 11 وراقي رقي *
وسايل مسعود او عراف * وملتمس من الموتى *
12 لان الله ربك يكره كل من يصنع هذه الصنايع * وبجريرتها هو
قارضهم من بين يديك * 13 بل كن ساذجا لله ربك *
14 ان هاولاء الامم الذين انت وارثهم * من المتفايلين والمنجمين
هم يقبلون * وانت لم يطلق لك الله ربك مثل ذلك *
15 لكن اي نبي من بينكم من بعض اخوتك مثلي ينصبه
الله ربك لك * منه فاقبلوا *
16 كجميع ما سالت الله ربك في جبل حوريب * في يوم الجوق
وقلت * لا اعود ان اسمع صوت الله ربي * ولا ارى هذه النار
العظيمة لئلا اموت *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Quoniam ipſum elegit Dominus Deus tuus ex omnibus tribubus tuis, vt ſtet coram Domino Deo tuo, vt
miniſtret ei, atque vt benedicat in nomine eius, ipſe, & filij eius omnibus diebus.
6 Cum etiam venerit Leuita ex vna portarum tuarum, ex quolibet loco Iſraelis vbi ipſe habitauerit, veneritque cum toto deſiderio animæ ſuæ in locum quem elegit Dominus.
7 Miniſtrabit nomini Domini Dei
ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui adſtant ibi coram Domino.
8 Portiones æqualiter comedet præter
id quod illi traditum fuerit à maioribus.
9 Cum tu veneris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, non
diſces facere ſimilia abominationibus gentium illarum.
10 Non inuenietur qui tranſire faciat filium ſuum,
& filiam ſuam per ignem, qui vaticinetur vaticinia, qui tempora obſeruet, qui auguretur, qui maleficia exerceat.
11 Qui incantatione ſodalitium faciat, qui Pythones interroget, & ariolus, & qui mortuos ſciſcitetur.
12 Nam abominatio Domini eſt, quicunque facit iſta: Et propter abominationes iſtas Dominus Deus tuus
expellet eos à facie tua.
13 Perfectus eris cum Domino Deo tuo.
14 Nam gentes iſtæ quas vos poſſeſſuri eſtis, ariolos, & vaticinantes audiunt: At tu, non ſic tradidit tibi Dominus Deus tuus.
15 Prophetam de medio fratrum tuorum ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus;
ipſum audietis.
16 Secundum omnia quæ poſtulaſti à Domino Deo tuo in Horeb in die Congregationis illius, dicendo: Non audiam iterum vocem Dei mei, & magnum iſtum eius ignem non videam amplius, vt non moriar.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

17 Et ait mihi Dominus, Bonum eſt quidquid
locuti ſunt. 18 Prophetam ſuſcitabo eis de
medio fratrum ſuorum, ſicut te, daboque ſer-
mones meos in ore ipſius, & dicet ad eos
quidquid præcipiam ei. 19 Et homo qui non
audierit ſermones meos quos loquetur in no-
mine meo, ego vlciſcar ab eo. 20 Veruntamen
propheta qui præſumpſerit loqui verbum in
nomine meo quod non præcepi ei vt diceret,
quatenus ſcilicet loquatur in nomine deo-
rum aliorum, occidatur propheta talis. 21 Quòd
ſi dixeris in corde tuo, Quomodo dignoſcam
ſermonem quem non dixit Dominus?
22 Cùm locutus fuerit propheta in nomine
Domini, & non factus fuerit ſermo ille, neque
euenerit, illum ſermonem non eſt locutus Do-
minus, audacter protulit eum propheta: ne ti-
meatis eum.

CAPVT XIX.

CVmque perdiderit Dominus Deus tuus
populos quorum terram Dominus Deus
tuus daturus eſt tibi, eoſque poſſederis, & habi-
taueris in ciuitatibus eorum & in domibus eo-
rum: 2 Tres vrbes ſegrega tibi in medio ter-
ræ tuæ quam daturus eſt tibi Dominus Deus
tuus hæreditatem: 3 Præpara viam, & in tres
partes diuide limites terræ quam poſſidendam
dabit tibi Dominus Deus tuus, vt illuc effugiat
omnis homicida. 4 Hæc autem eſt lex homi-
cidæ qui occidens proximum ſuum viuet. Cùm
occiderit proximum ſuum inuitus, nec oderat
eum ab heri & nudiuſtertius: 5 Et is qui in-
greſſus cum proximo ſuo in ſiluam lignorum
ad cædendum *ligna*, leuauerit manum ſuam
cum ſecuri ad cædenda ligna, & lapſum fuerit
ferrum de manubrio, percuſſeritque proxi-
mum eius, & moriatur: is confugiet ad vnam
ex iis vrbibus, & viuet:

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

[17] *Dixitque Deus ad me : Bene egerunt in eo*
quod dixerunt: [18] *Et prophetam illum quem*
ipſis erigam è nonnullis fratribus tuis ſimilem ti-
bi, docebo verba mea, & loquetur ad eos quæcun-
que præcipiam ei. [19] *Quicunque non recepe-*
rit verba mea quæ referet nomine meo, ego ſanè in-
quiram eum. [20] *Et quiſquis prophetans auſus*
fuerit & dixerit à me ſermonem quem non præce-
pi ei vt diceret, & quicunque vaticinabitur diis
aliis, interficiatur eiuſmodi prophetans.
[21] *Quòd ſi dixeris apud temetipſum : Quomodo*
dignoſcetur ſermo quem non dixit Deus?
[22] *Ille quem dicet prophetans ex parte Dei,*
tamen non expedit eiuſmodi ſermo, neque licet, ipſe
eſt ſermo quem non dixit Deus, ſed prophetans
ille dixit eum temerè: ne igitur metuas eum.

CAPVT XIX.

ET cum exciderit Deus Dominus tuus gentes
quarum regionem daturus eſt tibi, & poſſederis
eas, & habitaueris in ciuitatibus eorum & habita-
culis earum: [2] *Separa tibi tres ciuitates in medio*
regionis tuæ quam Deus Dominus tuus daturus
eſt tibi vt poßideas eam:
[3] *Et ſterne viam earum iuxta tres partes termi-*
norum terræ tuæ quam poßidendam dabit tibi
Deus Dominus tuus: eruntque paratæ ad hoc vt
confugiat ad eas omnis homicida.
[4] *Et hæc eſt cauſa propter quam homicida con-*
fugiet ad eas vt viuat. Si interficiat proximum
ſuum ignoranter, & ipſe non fuerit oſor illius ab
heri & antea. [5] *Atque id quidèm vt ſi quis in-*
grediatur cum proximo ſuo in ſiluam vt ligna cæ-
dat, & elabatur manus eius in cædendo lignum,
aut exiliat ferrum è ligno, tangatque proximum
eius & moriatur, iſque confugiat ad vnam ex
iſtis ciuitatibus, viuet:

17 فقال الله لي * قد احسنوا فيما قالوا * 18 وانا نبي
اقيمه لهم من بعض اخوتك مثلك القيه كلامي فيخاطبهم بجميع
ما آمره به * 19 وايما انسان لم يقبل كلامي الذي يوديه
عني فاني اطلبه * 20 وايما متنبي توقح فيقول قولا عني ما
لم آمره بقوله * ومن يتنبي لمعبودات اخر فليقتل ذلك المتنبي *
21 فان قلت في نفسك * كيف يعرف القول الذي لم يقله الله *
22 فانه ما يقوله المتنبي عن الله * ولا يجوز ذلك القول * ولا
يجب * فهو القول الذي لم يقله الله * وانما قاله المتنبي بقحة *
فلا تحذره *

* الفصل التاسع عشر *

1 واذا قطع الله ربك الامم الذين الله معطيك بلدهم فورثتهم
وسكنت قراهم ومنازلهم * 2 فافرز لك ثلاث قرى في وسط
بلدك الذي الله ربك معطيك اياه لتحوزه *
3 واصلح طريقها في تثليث تخم ارضك التي يحلك الله
ربك * فتكون معدة ليهرب اليها كل قاتل *
4 وهذا سبب القاتل الذي يهرب اليها فيحيا * ان يقتل صاحبه
بغير علم * وهو غير شانئ له من امس وما قبله *
5 وذلك مثل من يدخل مع صاحبه الى الشعراء ليقطع حطبا *
فتميل يده بالحديد ليقطع العود * او ينسل الحديد من العود *
فيصيب صاحبه فيموت * وهو يهرب الى واحدة من هذه
القرى * فيحيا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[17] Et reſpondit Dominus mihi, benè locuti ſunt. [18] Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum
ſicut te, ponamque verba mea in ore eius, & loquetur eis omnia quæ præcipiam illi. [19] Si fuerit quiſpiam
qui non audierit verba eius quæ loquetur in nomine meo, ego ab eo exquiram. [20] Veruntamen Propheta
qui ſuperbè ſe geſſerit loquendo verbum in nomine meo quod non præcepi illi loqui, quique locutus fuerit
in nomine deorum alienorum, morietur Propheta ille. [21] Quod ſi dixeris in corde tuo quomodo dignoſce-
mus verbum quod non dixerit Dòminus? [22] Cum id quod locutus fuerit Propheta ille in nomine Domini
non fuerit, neque aduenerit, hæc eſt res quam non locutus eſt Dominus; per ſuperbiam protulit illam Prophe-
ta ille, non formidabitis eum.

CAPVT XIX.

CVm deleuerit Dominus Deus tuus gentes quarum Dominus Deus tuus dedit tibi terram, & poſſede-
ris eas, & habitaueris in vrbibus earum, & in domibus earum. [2] Tres vrbes ſeparabis tibi in medio
terræ tuæ quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam. [3] Diſpones itinera, atque in tres partes di-
uides terminum terræ tuæ quam in hæreditatem daturus eſt tibi dominus deus tuus, vt ſit refugium illuc
omni homicidæ. [4] Hæc autem erit cauſa homicidæ qui fugiet illuc vt viuat: Qui percuſſerit proximum
ſuum neſcius, quemque non oderat ab heri & nudiuſtertius. [5] Et qui abierit cum proximo ſuo in ſyluam ad
ſcindenda ligna, eique manum ſuam impellenti in ſecurim ad cædenda ligna excuſſum fuerit ferrum à ligno, &
offenderit proximum ſuum quo moriatur, is fugiet in vnam vrbium iſtarum vt viuat.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

6 Ne vindex vltionis ſanguinis homicidam
perſequens in calore cordis ſui, ſi longior fue-
rit via, occidat eum licet non mereatur ſenten-
tiam mortis: non enim oderat eum ab heri &
nudiuſtertius. 7 Propterea præcipio tibi &
dico tibi, vt ſegreges tibi tres vrbes.
8 Cùmque dilatauerit Dominus terminum
tuum, prout iurauit patribus tuis, dederit-
que tibi vniuerſam terram quam iurauit patri-
bus tuis, 9 Si cuſtodieris omnia præcepta
hæc, & feceris ea, quemadmodum præcipio
tibi hodie, vt ſcilicet diligas Dominum Deum
tuum, & ambules in viis eius cunctis diebus:
addes tibi quoque tres vrbes ad tres prædictas.
10 Vt non effundatur ſanguis innocens in
medio terræ tuæ quam daturus eſt tibi Domi-
nus Deus tuus, & imputetur tibi ſanguis in-
nocens. 11 Verùm ſi quis odio proſequatur
proximum ſuum, & inſidians ei ſurgat aduer-
ſus eum, percutiatque illum, ac moriatur, con-
fugiatque ad vnam ex his vrbibus:
12 Mittent ſeniores vrbis eius, adducentque
eum inde, & tradent eum vltori vindictæ ſan-
guinis, vt eum occidat. 13 Et ne parcat ei
oculus tuus, quominus interficias eum, ſed re-
quire ſanguinem innocentem ab Iſraele, & be-
ne tibi erit. 14 Ne transferas limitem anti-
quiſſimum quem limitarunt priores in hæredi-
tate quam poſſidebis, in terra quam daturus eſt
tibi Dominus Deus tuus poſſidendam.
15 Non ſtabit teſtis vnus aduerſus aliquem in
quacunque iniquitate & in quocunque pecca-
to: *ſed* in omni peccato quod commiſerit, ad
os duorum vel ad os trium teſtium confirma-
bitur verbum.
16 Quòd ſi ſurgat teſtis mendax aduerſus ali-
quem, & teſtetur in eum iniquitatem,

VERSIO-SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

6 *Vt non perſequatur propinquus ſanguinis ho-*
micidam, eo quod incaluerit cor eius, & aſſequa-
tur eum ob diſtantiam itineris, eumque interficiat,
cùm tamen non ſit aduerſus eum iudicium necis,
quia ipſe non erat oſor illius ab heri & antea.
7 *Idcirco mando tibi hodie vt ſepares tibi tres*
ciuitates.
8 *Et ſi ampliauerit Deus Dominus tuus limites*
tuos quemadmodum iurauit patribus tuis & de-
derit tibi totam regionem quam iurauit ſe datu-
rum patribus tuis:
9 *Ac proinde cùm ſeruaueris totam hanc legem,*
eamque opere compleueris diligendo Deum Domi-
num tuum, & ambulando in via eius longitudi-
ne dierum: adiunge tres alias ciuitates hiſce tribus.
10 *Ne effundatur ſanguis vllius innocentis in*
regione tua quam Deus Dominus tuus daturus
eſt tibi hæreditatem, ſitque ſuper te ſanguis eius.
11 *Quòd ſi quiſpiam oderit proximum ſuum,*
eique inſidiatus fuerit, & aggreſſus fuerit eum
ita vt percuſſerit eum inſtrumento lethali, & mor-
tuus fuerit, deinde fugiat ad vnam harum
ciuitatum: 12 *Mittant ſeniores ciuitatis eius,*
& capiant eum inde, tradantque eum propinquo
ſanguinis, vt interficiatur.
13 *Ne ſis clemens erga eum, ſed extermina occi-*
dentes innocentem de medio filiorum Iſrail, & be-
ne tibi erit.
14 *Et ne dimoueas terminum proximi tui quem*
fixerunt priores, in hæreditate tua quam poſſide-
bis in regione quam Deus Dominus tuus daturus
eſt tibi vt poſſideas eam.
15 *Ne ſtet teſtis vnus aduerſus hominem in vllis*
vnquam criminibus & peccatis & culpis quas
committet, ſed ad dictum duorum teſtium aut
trium teſtium ſtabunt res. 16 *Et ſi ſurrexerit te-*
ſtis iniquus contra aliquem vt teſtetur aduerſus
eum falsò,

6 كيلا يكلب ولي الدم القاتل مما يحمي قلبه * فيلحقه لبعد
الطريق * فيقتله وليس عليه حكم قتل * اذ ليس هو شانيا له
من امس وما قبله * 7 فلذلك امرك اليوم بان تفرز لك ثلاث
قرى *
8 وان اوسع الله ربك تخمك كما اقسم لاباءك * فاعطاك جميع
البلاد التي اقسم بان يعطيها اباءك *
9 ولذلك اذا تحفظ جميع هذه الشريعة * وتعمل بها بان تحب
الله ربك * وتسير في طريقه طول الايام * فزد ثلاث قرى اخر
على هذه الثلاث * 10 ليلا يسفك دم بري في بلدك
الذي الله ربك معطيكه نحلة * فيكون عليك دمه *
11 وان كان رجلا شانيا لصاحبه * فكمن له وقام عليه حتى
ضربه في مقتل فمات * ثم هرب الى احدى هذه القرى *
12 فليبعث شيوخ قريته * وياخذوه من ثم * ويسلموه الى ولي الدم
حتى يقتل * 13 لا تشفق عليه * بل انف قاتلي البري من
بين بني اسرايل * يحسن لك *
14 ولا تزع تخم صاحبك الذي تخمه الاولون * بنحلتك التي
تنحلها في البلد الذي الله ربك معطيكه لتحوزه *
15 لا يقم شاهد واحد على انسان في شي من الذنوب *
والخطايا * والجنايات التي يجنيها * بل على قول شاهدين
او ثلاثة شهود تقوم الامور *
16 وان قام شاهد ظالم على انسان ليشهد عليه بمحال *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Ne perſequatur vindex ſanguinis homicidam, eo quod incaluit cor eius, & aſſequatur eum ſi longior eſt
via, & percutiat eius animam, cum non ſit reus mortis, quoniam non oderat ipſum ab heri & nudiuſtertius.
7 Ideo ego præcipio tibi dicens, tres vrbes ſeparabis tibi. 8 Cum verò dilatauerit Dominus Deus tuus
terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi omnem terram quam dixit ſe daturum patribus tuis,
9 Si cuſtodieris omnia mandata iſta, faciendo quæ ego præcipio tibi hodie, amando Dominum Deum tuum,
ambulando in viis eius omnibus diebus, tunc addes adhuc tibi tres vrbes vltra tres iſtas.
10 Vt non effundatur ſanguis innocentis in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæredita-
tem, & non ſis ſanguinis reus. 11 Cùm aliquis odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit ei, & inſurgens
in eum percuſſerit eius animam, & mortuus fuerit, fugeritque in vnam ex vrbibus iſtis.
12 Tunc mittent ſeniores vrbis illius, & tollent eum inde, tradentque eum in manus vindicis ſanguinis vt
morte afficiatur. 13 Non parcet ei oculus tuus, ſed auferes ſanguinem innocentem de Iſraele, vt bene ſit
tibi. 14 Non amouebis terminum proximi tui quem determinauerunt priores in hæreditate tua, quam
hæreditaſti in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam.
15 Non ſtabit teſtis vnus in quenquam in quolibet crimine, & in quolibet peccato, quocunque peccato pec-
cauerit: In ore duorum teſtium, aut in ore trium teſtium ſtabit verbum. 16 Cum etiam ſurrexerit teſtis
iniquus in aliquem ad teſtandum in ipſum defectionem.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

17 Stabunt ambo illi homines quibus lis eſt,
coram Domino & coram ſacerdotibus atque
iudicibus qui fuerint illis diebus, 18 Et inueſti-
gabunt iudices diligenter, ac videbunt: ſi teſti-
monium falſum intendebat teſtari contra fra-
trem ſuum, 19 Facite ei quemadmodum ipſe
cogitauerat facere fratri ſuo: & extirpate ſce-
lus de medio veſtri. 20 Et qui ſupererunt, au-
dientes timebunt, nec addent vlteriùs facere
hanc rem peſſimam inter ſe. 21 Ne parcat
oculus tuus, ſed animam pro anima, oculum
pro oculo, dentem pro dente, manum pro ma-
nu, pedem pro pede.

CAPVT XX.

CVmque egredieris ad bellum contra ho-
ſtes tuos, & videbis equos & currus, po-
pulum copioſiorem te: ne timeas eos, quoniam
Dominus Deus tuus tecum vadit, qui eduxit
te de terra Ægypti. 2 Et cùm acceſſeritis ad
prælium, accedet ſacerdos, 3 Et dicet ad po-
pulum, Audi Iſraël, vos acceditis hodie ad pu-
gnam contra hoſtes veſtros: ne frangatur cor
veſtrum, neque timeatis, neque trepidetis, &
ne paueatis à conſpectu eorum. 4 Nam Do-
minus Deus tuus tecum abit, qui eduxit te de
terra Ægypti, ipſeque pugnabit pro vobis con-
tra hoſtes veſtros, & liberabit vos. 5 Dicent
etiam Scribæ ad populum, Quicunque extruxit
domum nouam, nec initiauit eam, reuertatur
& abeat in domum ſuam, ne fortè occidatur in
prælio, & alius quiſpiam initiet eam. 6 Et qui-
cunque plantauit vineam, & muſtum ex ea
nondum collegit, reuertatur & abeat in do-
mum ſuam, ne fortè interficiatur in bello, &
alius quiſpiam muſtum eius exprimat. 7 Et qui-
cunque deſpondit vxorem, nec dum accepit
eam, reuertatur & abeat in domum ſuam, ne
fortè occumbat in bello, & alius quiſpiam acci-
piat eam.

VERSIO SAMARITANA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

17 Siſtant ſe duo illi viri quibus lis eſt, in con-
ſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint eo tem-
pore, 18 Et inquirant iudices exactè: ſique teſtis
ille fuerit teſtis falſus, & falſò teſtatus fuerit con-
tra fratrem ſuum, 19 Facite in eum quemadmo-
dum intendit facere in fratrem ſuum: & expelle
ſceleratos de medio tui. 20 Reliqui verò audient
ac timebunt, & non relabentur in ſimilem actio-
nem peſſimam inter vos. 21 Et ne ſis clemens in
lege talionis, ſed animam pro anima, & oculum
pro oculo, & manum pro manu, & dentem pro
dente, & pedem pro pede.

CAPVT XX.

ET cùm exieris ad pugnam contra inimicos
tuos, & videris equos & aurigas, & populum
te copioſiorem, ne formides eos, quia Deus Domi-
nus tuus tecum eſt, qui eruit te è regione Ægypti.
2 Cùmque appropinquaueritis ad certamen, ac-
cedat ſacerdos, & alloquatur populum, 3 Et di-
cat eis: Audite ô Iſraelitæ, Vos hodie acceſſuri eſtis
ad prælium aduerſus inimicos veſtros, ne ergo mol-
leſcant corda veſtra, neque metuatis, nec animo
cadatis, neque timeatis illos: 4 Quoniam Deus
Dominus veſter cuius lumen graditur vobiſcum,
impugnabit vobis inimicos veſtros, & auxiliabi-
tur vobis. 5 Præterea alloquentur præſides popu-
lum, dicentes: Quicunque ædificauit domum no-
uam, & non dedicauit eam, abeat & reuertatur
ad domum ſuam, ne fortè interficiatur in bello, &
dedicet eam vir alius.
6 Et quicunque plantauit vineam, & non pro-
phanauit eam, abeat & reuertatur in domici-
lium ſuum, ne fortè occidatur in prælio, & propha-
net eam vir alius. 7 Et quicunque deſpondit
vxorem, & nondum adduxit eam ad ſe, abeat
& reuertatur in domicilium ſuum, ne fortè occi-
datur in prælio, & ducat eam vir alius.

17 فليقف الرجلان اللذان الحكومة لهما بين يدي الايمة
والحكام الذين يكونون في ذلك الزمان * 18 فليلتمسوا الحكام
جيدا * فان كان الشاهد شاهد زور * وقد شهد بباطل علي اخيه *
19 فاصنعوا به كما هم بان يصنعه باخيه * وانف اهل الشر من
وسطك * 20 والباقون يسمعون ويخافون * ولا يعودوا ان
يصنعوا مثل هذا الامر الردي فيما بينكم * 21 ولا تشفق
في القصاص * النفس بالنفس * والعين بالعين * واليد باليد *
والسن بالسن * والرجل بالرجل * * الفصل العشرون *
1 واذا خرجت للحرب على اعدايك * فرايت خيولا ومراكب
وقوما اكثر منك فلا تخفهم * فان الله ربك معك المصعدك من
بلد مصر * 2 وعند تقدمكم للحرب * فليتقدم الامام ويخاطب
القوم * 3 ويقول لهم * اسمعوا يا ال اسرايل * انتم اليوم متقدمون
الي الحرب على اعدايكم * فلا ترق قلوبكم * ولا تخافوا *
ولا تحفزوا * ولا ترهبوا منهم * 4 لان الله ربكم السالك نوره
معكم * يحارب لكم اعداكم ويغيثكم * 5 ثم يكلم العرفا
القوم قايلين * اي رجل يبني بيتا جديدا ولم يدشنه * فليمض
ويرجع الي منزله * كيلا يقتل في الحرب * ويدشنه رجل اخر *
6 واي رجل غرس كرما ولم يبتذله * فليمض ويرجع الي منزله *
كيلا يقتل في الحرب * ويبتذله رجل اخر * 7 واي رجل
املك امراة * ولم يزفها * فليمض ويرجع الي منزله * كيلا يقتل
في الحرب * ويزفها رجل اخر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

17 Tum ſtabunt ambo viri inter quos eſt contentio coram Domino, coram Sacerdotibus, & iudicibus qui
erunt in diebus illis. 18 Inquirentque iudices diligenter: At ecce teſtis mendax eſt, teſtimonium falſum te-
ſtatus eſt aduerſus fratrem ſuum. 19 Tum facietis ei ſicut machinatus eſt facere fratri ſuo, & auferes ma-
lum de medio tui. 20 Vt reliqui audiant, & timeant; nec fiat amplius maſum huic ſimile in medio tui.
20 Non parcet oculus tuus: anima erit pro anima, oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes
pro pede.

CAPVT XX.

CVm egredieris ad bellum aduerſus inimicos tuos, & videris equos, & currus, & populum numeroſiorem
te, non formidabis eos; nam Dominus Deus tuus tecum eſt, qui eduxit te de terra Ægypti.
2 Fietque cum imminebit conflictus vt accedat Sacerdos, & loquatur populo, 3 Dicet autem eis: Audi
Iſrael, vos acceditis hodie ad prælium aduerſus inimicos veſtros, ne molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, neque
frangamini, neque formidetis à facie eorum. 4 Quoniam Dominus Deus veſter ambulat vobiſcum, vt
pugnet pro vobis cum inimicis veſtris, atque vt ſeruet vos.
5 Loquentur quoque populo Præfecti in hunc modum: Quis eſt qui ædificauit domum nouam, & non dedi-
cauit eam? eat, & reuertatur in domum ſuam, ne moriatur in bello, virque alius dedicet eam.
6 Quis eſt præterea qui plantauit vineam, & non eſt epulatus ex ea? eat, & reuertatur in domum ſuam, ne
moriatur in bello, & vir alius epuletur ex ea. 7 Quis etiam eſt qui deſponſauit vxorem, & non accepit eam?
eat, & reuertatur in domum ſuam, ne moriatur in bello, & vir alius accipiat eam.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 Addent præterea Scribæ, dicentque ad po-
pulum, Quicunque formidoloſus eſt ac trepidi
cordis, reuertatur & abeat in domum ſuam, ne
fortè frangat cor fratrum ſuorum ſicut cor
ſuum. 9 Cùmque finem fecerint Scribæ lo-
quendi ad populum, ſtabunt duces exercitus in
fronte populi. 10 Cùmque acceſſeris ad
vrbem dimicaturus contra eam, proclama illi
pacem. 11 Et ſi pacem tibi reſponderit,
aperueritque tibi, omnis populus qui inuenie-
tur in ea, ſint tibi ſerui reddentes tributum, &
miniſtrent tibi. 12 Verùm ſi pacem non ineat
tecum, ſed committat aduerſum te prælium,
obſide eam, 13 Tradetque eam Dominus
Deus tuus in manus tuas, & interfice omnes
maſculos eius in acie gladij. 14 Duntaxat mu-
lieres, & pubem, & iumenta, & quidquid fue-
rit in vrbe, totamque prædam diripe tibi, &
comede de præda hoſtium tuorum quos tibi
tradet Dominus Deus tuus. 15 Sic facito
cunctis vrbibus quæ à te longiſſimè diſtant,
quæ non fuerint ex vrbibus iſtarum gentium.
16 Verùm ex vrbibus horum populorum
quos daturus eſt tibi Dominus Deus tuus hæ-
reditatem, ne viuum ſerues quicquid ſpirat:
17 Sed ad internecionem vſque interfice He-
thæos, & Amoræos, & Chananæos, & Phere-
zæos, & Heuæos, & Iebuſæos, quemadmodum
præcepit tibi Dominus Deus tuus: 18 Ne do-
ceant te facere ſecundùm cunctam abomina-
tionem ſuam quam faciebant diis ſuis, & pec-
cetis coram Domino Deo veſtro. 19 Cùmque
obſederis vrbem diebus multis vt expugnes
eam & ſubigas illam, ne vaſtes arbores eius ne-
que iniicias ferrum in eas, quandoquidem ex
iis cibum capis, eaſque *cùm libuerit* ſuccindes:
nam arbor campi non eſt ſicut homo vt fugiat
à conſpectu tuo impendente anguſtia.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

8 *Subiungent quoque præſides inter loquendum cum populo, & dicent: Quicunque pauidus eſt & tenuis corde, abeat & reuertatur in domum ſuam, & ne diſſoluat corda fratrum ſuorum vt cor ſuum.* 9 *Et cùm ceſſauerint talia dicere ad populum, præficiantur eis principes exercituum.*
10 *Et cùm acceſſeris ad aliquam ciuitatem vt expugnes eam, inuita eam priùs ad pacem.*
11 *Quòd ſi conſentiat paci, & aperiat tibi, vniuerſus populus qui fuerint in ea, erunt tibi tributarij, & miniſtrabunt tibi.*
12 *At verò ſi non fœderetur tibi, ſed pugnet contra te, & obſideas illam,* 13 *Tradatque eam Deus Dominus tuus in manum tuam: trucida viros eius in acie gladij.* 14 *Veruntamen mulieres, & infantes, atque iumenta, & omnia ſpolia quæ fuerint in ciuitate, deprædare tibi, & comede ſpolia inimicorum tuorum quæ tibi largietur Deus Dominus tuus.*
15 *Hoc modo fac ciuitatibus à te valde remotis, quæ non ſunt ex ciuitatibus harum gentium.*
16 *At verò in ciuitatibus iſtarum gentium quas Deus Dominus tuus daturus eſt tibi hæreditatem, ne relinquas ex ipſis vllum ſpiritum:*
17 *Sed eas penitus abſume,* nempe *Hethæos, & Amoræos, & Chananæos, & Pherezæos, & Heuæos, & Iebuſæos, vt mandauit tibi Deus Dominus tuus:* 18 *Ne fortè doceant vos facere iuxta abominationes ſuas quas fecerunt diis ſuis, & peccetis Deo Domino veſtro.*
19 *Et cùm obſederis aliquam ciuitatem diebus multis, vt muris eius labefactatis expugnes eam, ne perdas arbores eius mouendo ſuper eas ferrum: cùm ex ipſis comedas, ne excindas eas, exiſtimans apud te quòd arbores campi ſint velut homo qui ſe iam occultauit à conſpectu tuo in obſidione.*

8 ثم يزيد العرفاء في مخاطبة القوم ويقولون * اي رجل كان
خايفا رقيق القلب * فليمض ويرجع الي منزله * ولا يحل قلوب
اخوته كقلبه * 9 فعند فراغهم من مخاطبة القوم بذلك *
يوكل بهم روساء الجيوش * 10 واذا تقدمت الي قرية لتحاربها *
فادعها اولا الي السلم * 11 فان اجابت الي السلم * وفتحت
لك * جميع القوم الذين فيها يكونون لك ذمة ويخدمونك *
12 وان لم تسالمك بل حاربتك * فحاصرها *
13 واسلمها الله ربك في يدك * فاقتل رجالها بحد السيف *
14 واما النساء * والاطفال * والبهايم * وجميع ما في القرية من
سلبها * فاغتنمهم لنفسك * وكل سلب اعداءك الذي رزقكه الله
ربك * 15 كذا فاصنع بالقرى البعيدة منك جدا * التي ليست
من قرى هاولاء الامم * 16 واما من قرى هاولاء الامم
الذين الله ربك معطيكها نحلة * فلا تبق منهم فيها نسمة *
17 بل اتلفهم اتلافا * الحتيين * والاموريين * والكنعانيين *
والفرزيين * والحويين * واليبوسيين * كما امرك الله ربك *
18 كيلا يعلموكم ان تصنعوا مثل مكارههم التي صنعوها
لمعبوداتهم * فتخطيوا لله ربكم *
19 واذا حصرت قرية اياما كثيرة لتفتحها وتحاربها * فلا
تفسد شجرها بان تحرك عليه الحديد * اذ منه تاكل فلا تقطعه
ظنا منك ان شجر الصحراء كالانسان الذي قد اختفي من بين
يديك في الحصار *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Addent quoque Præfecti loqui populo dicentes, Quis eſt homo timidus, & mollis corde? eat, & reuertatur in domum ſuam, vt non diſſoluere faciat cor fratrum ſuorum ſicut cor ſuum. 9 Cum autem Præfecti finem fecerint loquendi populo, tum recenſebunt principes exercitus populum per capita.
10 Cum acceſſeris ad vrbem vt pugnes aduerſus eam, ad eam mittes præcones pacis. 11 Si autem accide-
rit vt pacem reſpondeat tibi, & aperiat tibi, tum erit vniuerſus populus repertus in ea tibi tributarius, ſer-
uientque tibi. 12 At ſi non fecerit pacem tecum, ſed tecum fecerit bellum, obſederiſque illam.
13 Eamque tradiderit Dominus Deus tuus in manum tuam, tum percuties omnem maſculum eius in ore gla-
dij. 14 Solummodò mulieres, & paruulos, & iumenta, & omnia quæ ſunt in vrbe, omnia ſpolia eius deprædaberis tibi, comedeſque ſpolia inimicorum tuorum quæ dedit tibi Dominus Deus tuus.
15 Sic facies omnibus vrbibus quæ longè admodum abſunt à te, quæ non ſunt de vrbibus gentium iſtarum.
16 Verùm de vrbibus populorum iſtorum quos Dominus Deus tuus dedit tibi in hæreditatem, non viuifica-
bis vllam animam. 17 Sed perdendo perdes eos anathemate, Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Gergeſæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.
18 Vt non doceant vos facere ſecundum omnes abominationes ſuas quas fecerunt diis ſuis, & peccetis in Do-
minum Deum veſtrum. 19 Cum obſederis vrbem multis diebus pugnando aduersùs eam, vt illam capias, non perdes arbores eius immittendo in eas ſecurim; quoniam ex iis veſceris, ideo eas non ſuccides: Num enim homo arbor eſt agri vt veniat à facie tua in munimenta?

20 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible] 3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible] 8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

20 Veruntamen arborem quam noueris non eſſe arborem eſui aptam, ipſam vaſta & ſuccinde, & extrue propugnacula aduerſus ciuitatem quæ pugnam tecum exercet, donec ſubijcias eam.

CAPVT XXI.

ET quando inuentus fuerit interfectus in terra quam dat tibi Dominus Deus tuus poſſidendam, proiectus in agro, & ignoretur quis interfecerit eum: 2 Egredientur ſeniores tui, & iudices tui, & metientur vſque ad ciuitates quæ ſunt circum interfectum: 3 Et ciuitatis quæ propior fuerit interfecto, eius *inquam* ciuitatis ſeniores adducant vitulam bouinam quæ nec arauit, nec iugum traxit: 4 Et adducant ſeniores ciuitatis illius vitulam illam in vallem incultam quæ nec arata fuit, nec ſata, & mactent ibi vitulam in valle inculta. 5 Et accedant ſacerdotes filij Leui quos elegit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine Domini, & vt à verbo oris eorum pendeat omne iudiciũ & quælibet plaga, 6 Nec non cuncti ſeniores ciuitatis illius qui propiores ſunt interfecto, lauabunt manus ſuas ſuper vitulam mactatam in valle, 7 Et respondebunt ac dicent, Manus noſtra non effudit ſanguinem iſtum, & oculi noſtri non viderunt.
8 Propitius eſto populo tuo Iſraeli, quem redemiſti Domine, & ne imputes ſanguinem innocentem populo tuo Iſrael: & expiabuntur à ſanguine. 9 Tu verò exquire ſanguinem innocentem de medio tui, & fac quod bonum eſt coram Domino Deo tuo. 10 Cùmque exieris ad bellum contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manus tuas, & captiuitatem duxeris ab eis,

VERSIO SAMARITANA.

20 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible]

10 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 [illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible]

10 [illegible]

10 *Sed quaſcunque arbores noſti non eſſe frugiferas, eas perde & excinde, & fabrica machinas obſidionis contra quamlibet ciuitatem quæ tecum bellauerit, vt eam circumualles.*

CAPVT XXI.

1 *ET ſi reperiatur interfectus in regione quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi vt eam poſſideas, proiectus in campo, neque ſciatur quis eum occiderit:* 2 *Exeant aliquot è ſenioribus tuis & iudicibus tuis, & metiantur ab eo vſque ad oppida quæ circuniacent interfecto:* 3 *Et quodcunque oppidum fuerit propinquius ipſi, accipiant eius incolæ vitulam de bobus quæ nec arauerit, nec iugum traxerit,* 4 *Et ducant eam ad vallem aſperam quæ nec arata fuerit, neque ſeminata, & ceruicem eius incidant in ipſa.*
5 *Deinde accedant aliquot ſacerdotes filij Liui, quia Deus Dominus tuus elegit eos vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius: & ad dictum ipſorum diluitur omnis quæſtio, & omnis plaga:*
6 *Cùmque lauerint cuncti ſeniores illius oppidi quod proximum eſt interfecto, manus ſuas ſuper vitulam cui ceruix inciſa eſt in valle,*
7 *Incipiant ac dicant: Manus noſtræ non fuderunt hunc ſanguinem, & oculi noſtri non viderunt hoc, ex negligentia.*
8 *Et dicent, Deus parce populo tuo Iſraelitis quos liberaſti, & ne aſcribas eis pœnam negligentiæ in ſanguine innoxio: & remittetur eis negligentia eorum circa ſanguinem illum.*
9 *Et tu eijce interfectores innocentis de medio veſtri: atque ita facietis quod rectum eſt apud Deum.* 10 *Et cùm exieris ad pugnandum contra hoſtes tuos, & prodiderit eos Deus Dominus tuus in manum tuam, & duxeris captiuitatem eius,*

10 لكن اي شجر علمت انه ليس بمطعم * فافسده واقطعه *
وابن آلات الحصار على اية قرية حاربتك الى ان تخذرها *

* الفصل الحادي والعشرون *

1 وان وجد قتيل في البلد الذي الله ربك معطيكه لتحوزه
مطروح في الصحراء لا يعرف من قتله * 2 فليخرج بعض
شيوخك وحكامك * ويمسحوا منه الى القرى التي حوالى
القتيل * 3 فاية قرية كانت اقرب اليه فلياخذ اهلها عجلة
من البقر لم تفلح ولم تمد النير * 4 ويحدروها الى واد
صعب لم يفلح ولم يزرع * ويعقروها فيه * 5 ثم يتقدم بعض
الائمة بنو لوي * لان الله ربك اختارهم ليخدموه ويباركوا
باسمه * وعلى قولهم تفصل كل خصومة وكل بلاء *
6 فاذا غسل جميع شيوخ تلك القرية القريبة من القتيل ايديهم
على العجلة المعقاة في الوادي *
7 وابتدوا وقالوا * ايدينا لم تسفك هذا الدم * وعيوننا لم تر ذلك
بتوانيهم *
8 وقالوا * اللهم اغفر لقومك الاسرائيليين الذين فككتهم * ولا
تدع عليهم عقوبة توان في دم بريء * فيغفر لهم توانيهم في ذلك
الدم * 9 وانت فانف قاتلي البريء من بينكم * فانكم
تصنعون المستقيم عند الله *
10 واذا خرجت الى حرب اعدائك * فاسلمه الله ربك في يدك *
فسبيت سبيه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Arbores tantùm quas noſti non eſſe arbores eſui aptas, illas perdes, & ſuccides, vt ædifices munimenta aduerſus vrbem quæ tecum gerit bellum donec domineris ei.

CAPVT XXI.

1 CVm inuentum fuerit hominis cadauer in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam, proſtratum in agro, nec cognitum fuerit quis percuſſerit eum. 2 Tunc egredientur ſeniores tui, & Præfecti tui, & dimetientur verſus vrbes quæ ſunt in circuitu cadaueris. 3 Vrbis autem propinquioris cadaueri, ſeniores illius vrbis accipient vitulam de armento qua nemo vſus eſt, quæque non traxit iugum.
4 Deducentque ſeniores illius vrbis vitulam in vallem aſperam quæ non arabitur, neque ſeretur, & decollabunt ibi vitulam in valle. 5 Accedent autem ſacerdotes filij Leui, quoniam eos elegit Dominus Deus tuus ad miniſtrandum, & ad benedicendum in nomine Domini; iuxta etiam illorum ſermonem erit omnis contentio, atque omnis plaga. 6 Et omnes ſeniores vrbis iſtius propinquiores cadaueri lauabunt manus ſuas ſuper vitulam decollatam in valle. 7 Conteſtabunturque dicentes, manus noſtræ non effuderunt ſanguinem iſtum, neque oculi noſtri viderunt. 8 Propitius eſto populo tuo Iſraeli quem redemiſti Domine, neque ponas ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſraelis, ſed expietur in eis hic ſanguis.
9 Tu quoque auferes ſanguinem innocentem de medio tui, cum feceris quod rectum eſt in oculis Domini.
10 Cum egredieris ad bellum contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manum tuam, & captiuam abduxeris captiuitatem eius.

11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

11 Viderisque inter captiuos mulierem pul-
chram aſpectu, & placuerit tibi ita vt ſumas
eam tibi vxorem: 12 Introduces eam in do-
mum tuam, radetque caput ſuum, præcidet
vngues ſuos, 13 Deponet à ſe veſtes captiui-
tatis ſuæ, ſedebit domi tuæ, & planget patrem ſuum matremque ſuam menſem circiter dierum: tum demum ingredieris ad eam, & accipies illam, eritque tibi vxor.
14 Quòd ſi non placuerit tibi, dimitte eam arbitrio ſuo, & pecunia ne vendideris eam, neque mercaturam exercueris in ea, eo quòd illam ſtupraris.
15 Cùmque fuerint alicui duæ vxores, vna dilecta, altera odioſa, & pepererint ei filios tam dilecta quàm odioſa, fueritque filius primogenitus odioſæ:
16 In die qua hæredes conſtituet liberos ſuos rerum quas poſſidet, non licebit ei primogenitum facere filium dilectæ ante filium odioſæ:
17 Sed primogenitus filius odioſæ oportet vt accipiat duas portiones ex omnibus rebus quæ reperientur apud ipſum, quoniam ipſe eſt principium ſobolis eius, ipſique debentur primo-
genita. 18 Et cùm quis habuerit filium rebellem & contumacem, & non obedientem voci patris ſui & voci matris ſuæ, & caſtigent eum, nec tamen obediat eis:
19 Apprehendent eum pater eius & mater eius, educentque eum ad ſeniores ciuitatis, & ad portam patriæ ipſius,
20 Dicentque ſenioribus ciuitatis, Filius noſter iſte rebellis eſt & contumax, & non obediens voci noſtræ, & immoderatus, & ebrioſus.
21 Et obruent eum cuncti ciues vrbis ipſius lapidibus, & morietur: & expurgate ſcelus de medio veſtri. & omnis Iſrael audient, & pauebunt.

VERSIO-SAMARITANA.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]
18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]
15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible]
18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible]

11 Viderisque in captiuitate mulierem ſpecioſam
forma, & adamaueris eam, & duxeris eam tibi
vxorem, 12 Adeoque induxeris eam in me-
dium domus tuæ: tum radet caput ſuum, tum
nutriet vngues ſuos,
13 Auferetque veſtimenta captiuitatis ſuæ à ſe,
& manebit ſic in domo tua, & deplorabit reli-
gionem patris ſui & matris ſuæ menſem: ac po-
ſtea introibis ad eam, & ædificabis ſuper eam, &
erit tibi vxor.
14 Si autem nolueris eam poſtea, dimitte eam li-
beram, & nullatenus vendes eam pretio, & ne ex-
tenues eam poſtquam coieris cum ea.
15 Et cùm fuerint viro duæ vxores, altera dile-
cta, & altera odioſa, & ambæ genuerint ei filios,
& filius primogenitus fuerit odioſæ ex eis,
16 In die qua diſtribuet in hæreditatem filiis ſuis
id quod habebit, non licebit ei præferre filium dile-
ctæ filio odioſæ primogenito:
17 Sed neceſſe eſt ei vt notum faciat hominibus
primogenitum filium odioſæ, dando illi duplicem
portionem ex omnibus quæ ſua eſſe reperientur,
cùm ipſum primum obtinuerit, & ad ipſum perti-
neat ius primogenitorum.
18 Et cùm fuerit alicui filius deuius, perui-
cax, non acquieſcens mandato patris ſui, &
mandato matris ſuæ, eumque erudierint, nec ac-
quieuerit eis:
19 Capiant eum pater eius ac mater eius, produ-
cantque illum ad ſeniores ciuitatis eius, & ad ia-
nuam iudicis loci ipſius,
20 Dicantque ad eos: Filius hic noſter deuius
eſt & pertinax, haud acquieſcens præcepto noſtro,
eſtque intemperans & prodigus in illicitis.
21 Obruentque eum cuncti ſeniores ciuitatis eius
lapidibus, donec moriatur: & expelle ſceleſtos de
medio veſtri; & omnes Iſraelitæ audient ac ti-
mebunt.

11 ورايت في السبي امراة حسنة الحلية * فشغفت بها فاتخذتها
لك زوجة * 12 بان تدخلها الى وسط منزلك * وتحلق راسها *
وتربي اظفارها * 13 وتنزع ثياب سبيها عنها * وتقيم كذاك
في منزلك * وتبكي على مذهب ابيها وامها شهرا * ثم بعد ذلك
تدخل اليها فتبني عليها وتكون لك زوجة *
14 فان لم تردها بعد ذلك * فاطلقها حرة * وبيعا لا تبعها بثمن *
ولا تستعبدها بعد ما اتيتها *
15 وان كانت لرجل زوجتان * احداهما محبة * والاخرى مشنوة *
فولدتا له اولادا * وكان الولد البكر للمشنوة منهما *
16 ففي يوم تخليته بنيه ما يكون له * فليس له ان يفضل ابن
المحبة على ابن المشنوة البكر *
17 بل يجب عليه ان يعرف الناس بالبكر ابن المشنوة * ليعطيه
سهمين من جميع ما يوجد له * اذ هو اول نيله * وله حكم
البكورية * 18 واذا كان لرجل ابن رايغ مخالف * ليس يقبل
امر ابيه وامر امه * ويودبانه فلا يقبل منهما *
19 فليقبض عليه ابوه وامه * ويخرجاه الى شيوخ قريته * والى باب
حاكم موضعه * 20 فيقولا لهم * ابننا هذا رايغ ومخالف * ليس
يقبل امرنا * وهو مسرف ومفرط في الحرام *
21 فيرجمه جميع شيوخ قريته بالحجارة حتى يموت * وانف
اهل الشر من بينكم * وجميع آل اسرائيل يسمعون
ويخافون *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Viderisque in captiuitate eius mulierem ſpecioſam forma, & dilexeris eam, & acceperis eam in vxorem.
12 Et introduxeris eam in medium domus tuæ, tum radet caput ſuum, & faciet vngues ſuos.
13 Deponetque veſtem captiuitatis ſuæ à ſe, & habitabit in domo tua, ac flebit patrem ſuum & matrem ſuam
menſem dierum, poſtea autem ingredieris ad eam, & maritus eius eris, eritque tibi vxor. 14 Si autem accidat
vt diſpliceat tibi, tum dimittes eam animæ ſuæ: non enim vendendo vendes eam; argento non negotiaberis
de ea, eo quod afflixeris eam. 15 Cum fuerint viro duæ vxores, vna dilecta, & vna odioſa, genuerintque ei
filios dilecta & odioſa, fueritque filius odioſæ primogenitus. 16 In die qua diſtribuet filijs ſuis ſubſtan-
tiam ſuam, non poterit ius primogeniti transferre in filium dilectæ ante filium odioſæ primogenitum.
17 Sed filium odioſæ primogenitum agnoſcet, dando ei partem duplicem in omnibus quæ deprehendentur
ad ipſum pertinere; quia ipſe eſt principium fortitudinis eius, & ipſius eſt ius primogenituræ.
18 Cum fuerit alicui filius contumax & rebellis, non audiens vocem patris ſui, neque vocem matris ſuæ, cor-
ripuerintque ipſum, ſed non audierit eos, 19 Tunc comprehendet eum pater eius, & mater eius, & educent
eum ad ſeniores ciuitatis ſuæ, ad portam loci ſui.
20 Dicentque ad viros ciuitatis ſuæ; filius hic noſter contumax eſt, & rebellis, non audit vocem noſtram; co-
meſſator eſt, & ebrioſus. 21 Tunc obruent eum omnes viri ciuitatis ſuæ lapidibus, & morietur, vt auferas
malum de medio tui, & vniuerſus Iſrael audiant, & metuant.

22 [illegible]
23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

22 Et ſi quis pro vllo crimine reus ſit ſententiæ
mortis, & appendatur ligno atque interficia-
tur, 23 Non pernoctabit cadauer eius ſuper
lignum, ſed ſepelite eum eodem die; nam qui
blaſphemauerit Deum, ſuſpendetur: & ne pol-
luas terram quam daturus eſt tibi Dominus
Deus tuus hæreditatem.

CAPVT XXII.

NOn videbis taurum fratris tui, aut pecu-
dem eius errantes, & negliges eos, ſed
omnino reduces eos ad ipſum. 2 Quòd ſi non
fuerit vicinus tibi frater tuus, nec noueris eum,
introduc eos in domum tuam, ſintque apud te
donec requirat eos frater tuus, & reſtitue eos
ipſi. 3 Idem fac tauro, & aſino eius, & veſti-
mento ipſius: idemque fac cuicunque rei amiſ-
ſæ quæ perierit ab eo, & quam reperieris: non
enim licet tibi diſſimulare. 4 Non videbis
aſinum inimici tui aut bouem eius ſuccum-
bentes in via, & negliges eos: ſed erigendo
erige eos cum illo. 5 Ne ſint veſtes viriles
ſuper mulierem, nec induatur vir veſtimentis
muliebribus, quoniam abominandus eſt coram
Domino Deo tuo quicunque talia fecerit.
6 Et cùm inueneris nidum auis ante te in via
in quacunque arbore aut ſuper terram, pullos
videlicet aut oua, & matrem incubantem pul-
lis aut ouis, ne capias matrem cum pullis ſuis:
7 Sed auolare fac matrem, pullos autem eius
ſume tibi, vt bene tibi ſit, & multiplicentur
dies tui. 8 Et quando extrues domum no-
uam, fac balauſtium tecto tuo, ne cadat ex eo
aliquis, & ſit ſanguis in domo tua.
9 Ne ſeras aruum tuum miſcellaneis, ne ſan-
ctificetur prouentus ſeminis quod ſeres, & pro-
uentus vineæ. 10 Ne ducas aratrum cum tau-
ro & cum aſino ſimul.

VERSIO SAMARITANA.

22 [illegible]
23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

22 [illegible]
23 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

21 Et cùm conuictus fuerit aliquis ſcelere cuius
ſententia nex eſt, & occiſus fuerit, crucifige eum
ſuper trabem; 23 At ne pernoctet cadauer eius
ſuper ipſam, ſed omnino ſepeli eum in eadem die,
cùm crucifixus fuerit eo quòd blaſphemauerit con-
tra Deum. & ne polluas regionem tuam quam
Deus Dominus tuus daturus eſt tibi hæredita-
tem.

CAPVT XXII.

Et ne videas taurum fratris tui & pecudem
eius errantes, & negligas eos, ſed reducendo
reduc eos ad ipſum. 2 Quòd ſi non fuerit frater
tuus proximus tibi, vel non cognoueris eum, collige
eos in domicilium tuum, vt maneant apud te do-
nec quærat eos frater tuus, ac tum reſtitues eos ipſi.
3 Sic etiam facito aſino eius & veſti illius,
omnibuſque rebus amiſsis fratris tui, quas cùm ipſe
amiſerit, tu reperies: non licet tibi negligere eas.
4 Et ne videas aſinum fratris tui aut bouem eius
iacentem in via, & negligas eum: ſed ſubleua eum
cum ipſo. 5 Ne ſint arma virorum ſuper mu-
lieres, nec induatur vir ad modum mulierum, quia
Deus Dominus tuus execratur quemlibet id fa-
cientem. 6 Et cùm occurrerit tibi nidus auis in
via, in arbore aut ſuper terram, in quo ſunt pulli
aut oua, & mater iis incubans, ne accipias
matrem cum pullis:
7 Sed matrem dimittendo dimitte, & pullos tol-
le tibi, vt bene tibi ſit, & prorogentur dies tui.
8 Et cùm ædificabis domum nouam, fac cancel-
los tecto tuo, & ne ponas periculum in domicilio
tuo vt inde cadat is qui cadet.
9 Et ne conſeras vineam tuam duplici genere,
ne illicita fiat tibi cultura ſeminis quod ſeres vnà
cum frugibus vineæ.
10 Et ne ares in boue & aſino ſimul.

22 واذا وجبت على انسان خطية حكمها القتل فقتل *
فاصلبه على خشبة * 23 ولا تبت جثته عليها * بل ادفنه
دفنا في ذلك اليوم * اذ صلب لما افترى على الله * ولا تنجس
بلدك الذي الله ربك معطيكه نحلة *

* الفصل الثاني والعشرون *

1 ولا تر ثور اخيك وشاته ضالين فتغافل عنهما * بل ردهما عليه
ردا * 2 فان لم يكن اخوك قريبا اليك * او لم تعرفه * فضم
ذلك الي منزلك ليكون عندك الي ان يلتمسه اخوك * فرده عليه *
3 وكذا فاصنع بحمارة وثوبه وبساير ضوال اخيك التي تضيع
منه فتجدها * لا يحل لك ان تتغافل عنها *
4 ولا تر حمار اخيك * او ثوره واقعا في الطريق فتغافل عنه *
بل اقمه معه * 5 لا تكن آلات الرجال على النساء * ولا
يلبس الرجل زي النساء * لان الله ربك يكره كل من يصنع
ذلك * 6 واذ اوفيت وكر الطاير في الطريق في شجرة او
على الارض فيه * فراخ او بيض * والام جاثمة على ذلك * فلا
تاخذ الام مع الفراخ * 7 بل اطلق الام اطلاقا * وخذ الفراخ
لنفسك * لكي يخار لك وتطول ايامك *
8 واذا بنيت بيتا جديدا * فاصنع دارابزين لسطحك * ولا تجعل
عررا في منزلك يسقط منه من يسقط * 9 ولا تزرع كرمك
نوعين * كيلا تحرم عليك سلافة الزرع الذي تزرعه مع غلة الكرم *
10 ولا تحرث بثور وحمار معا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

22 Cum fuerit in aliquo peccatum morti obnoxium, & interficiendus fuerit, ſuſpenderiſque eum in ligno,
23 Non pernoctabit cadauer eius in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies illud eadem die; quia maledictio Dei eſt ſu-
ſpenſus: Non contaminabis igitur terram tuam quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæreditatem.

CAPVT XXII.

Non videbis bouem fratris tui, aut ouem eius, aut quoduis iumentum eius errantia, & abſcondes te ab
eis; reducendo reduces ea ad fratrem tuum. 2 Etiamſi propinquus tibi non ſit frater tuus, neque
cognoſcas eum, colliges tamen illud intra domum tuam; eritque tecum donec requirat illud à te frater tuus,
& reſtitues illud ei. 3 Sic facies aſino eius, & ſic facies veſtimento eius, & ſic facies de omni re perdita fratris
tui, quæ perdita eſt ab eo, & quam inueniſti: non poteris occultare te. 4 Non videbis aſinum fratris tui, aut
bouem eius, aut quoduis iumentum eius proſtrata in via, & occultabis te ab eis: erigendo eriges illa cum eo.
5 Non erit ſupellex viri ſuper mulierem, neque induet vir veſtimentum muliebre; quoniam abominatio eſt
Domino Deo tuo quicunque facit iſta. 6 Cum occurrerit nidus auis ante faciem tuam in itinere, in quauis
arbore, aut ſuper terram, pulli aut oua, materque pullis aut ouis incubans; non capies matrem cum filiis.
7 Dimittendo dimittes matrem, ſed filios capies tibi, vt bene ſit tibi, & producas dies.
8 Cum ædificaueris domum nouam, tum cancellos facies tecto tuo, vt non ponas ſanguinem in domo tua
cum corruerit aliquis cadens ex eo. 9 Non ſeminabis vineam tuam diuerſis ſpeciebus, ne forte ſanctifice-
tur plenitudo ſeminis quod ſeminaſti, & prouentus vineæ. 10 Non arabis cum boue, & cum aſino ſimul.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

11 Ne induas varia ex lana & lino ſimul.
12 Intextas fimbrias fac tibi in quatuor mar-
ginibus pallij tui quo operiris. 13 Et cùm
duxerit quiſpiam vxorem, & ingreſſus fuerit
ad eam, & oderit eam, 14 Traxeritque poſt
eam occaſionem in verbis, & promulgauerit
de ea nomen malum, ac dixerit, Vxorem hanc
duxi, & dormiui apud eam, nec inueni ei vir-
ginitatem: 15 Tollet pater puellæ & mater
eius, & proferent ſigna virginitatis puellæ ad
ſeniores ciuitatis, ad portam: 16 Dicetque pater
puellæ ſenioribus, Filiam meam dedi viro iſti
vxorem, eſtque eam odio proſequutus, 17 Et
ecce trahit poſt illam occaſionem in verbis, di-
cens: Non inueni virginitatem in filia tua: hæc
verò ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ, & ex-
pandent linteum coram ſenioribus ciuitatis.
18 Adducentque ſeniores ciuitatis virum il-
lum, & caſtigabunt eum, 19 Et damnabunt
eum centum argenteis, dabuntque patri puel-
læ, eo quòd promulgauerit famam malam de
virgine filia Iſraelis, eritque illi vxor, nec habe-
bit facultatem repudiandi eam cunctis diebus
ſuis. 20 Quòd ſi ex rei veritate acciderit ver-
bum iſtud, nec inuenta fuerit virginitas in
puella, 21 Educent puellam ad oſtium domus
patris ſui, & obruent eam lapidibus homines
ciuitatis, & morietur: quia fecit ignominiam
in Iſraele, & ſcortata eſt in domo patris ſui: &
expurgate malum de medio veſtri.
22 Cùm etiam reperietur quis dormiens cum
vxore *alicuius* viri, occidendo occidantur
ambo, tam vir qui iacuit cum ea, quàm ipſa
mulier: & expurgate malum ex Iſraele.
23 Et ſi fuerit aliqua adoleſcentula virgo de-
ſponſa viro, inueneritque eam aliquis alius in
ciuitate, & iacuerit cum ea,

VERSIO SAMARITANA.

11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]
23 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

11 [illegible] 12 [illegible]
13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible]
23 [illegible]

11 Et ne induas veſtem permiſtam lana & li-
no pariter. 12 Et fac tibi thænias contextas in
quatuor extremitatibus pallij tui quo te operis.
13 Et ſi matrimonium quis ducat cum muliere,
& ingrediatur ad eam, deinde oderit illam,
14 Et obijciat ei occaſiones in verbis, & proferat
de ea nomen turpe, ac dicat: Equidem matrimo-
nium contraxeram cum iſta muliere, acceſſique
ad eam, & non deprehendi in ea puritatem.
15 Tum accipient pater eius & mater eius puri-
tatem, & producent eam ad ſeniores ciuitatis, &
ad oſtium iudicis.
16 Et dicet pater eius ad ſeniores: Equidem ma-
trimonio coniunxi filiam meam cum hoc viro, &
odit eam,
17 Et en obijcit ei occaſiones in verbis, dicens:
Non deprehendi in ea puritatem, at hæc eſt puri-
tas eius: & explicabunt ſudarium aut aliquid
ſimile in conſpectu eorum.
18 Apprehendent autem ſeniores ciuitatis eiuſ-
modi virum, & punient eum,
19 Et multabunt eum centum drachmis, da-
buntque eas patri puellæ, eo quòd protulerit no-
men turpe de virgine Iſraelita; ſitque ei vxor, &
non licebit ei repudiare illam longitudine ætatis
ſuæ. 20 At ſi verum fuerit negotium, nec in-
uenta fuerit in puella puritas,
21 Educatur ad oſtium domus patris ſui, &
obruant eam cuncti ciues ciuitatis ſuæ lapidibus
quoad moriatur: eo quòd commiſerit turpitudinem
inter Iſraelitas per ſcortationem ſuam in domo
patris ſui: & extermina ſceleratos de medio veſtri.
22 Et ſi deprehendatur aliquis concumbens cum
muliere habente maritum, occidantur ambo, vir
concumbens cum ea, & ipſa: & extermina malum
ab Iſraelitis. 23 Præterea cùm fuerit aliqua
puella virgo deſponſata viro, & inuenerit eam
vir alius in ciuitate, & concubuerit cum ea,

11 ولا تلبس ثوبا مختلطا من صوف وكتان جميعا *
12 واصنع لك جدايل في اربعة اطراف ازارك الذي تتغطى به *
13 وان تزوج رجل بمراة * ودخل بها * ثم شنيها *
14 فجعل لها عللا من الكلام * واخرج عليها اسما رديا فقال *
اني تزوجت بهذه المراة فدنوت منها * ولم اجد لها براة *
15 ثم اخذ ابوها وامها البراة * واخرجاها الى شيوخ القرية *
والى باب الحاكم * 16 فقال ابوها للشيوخ * اني زوجت
ابنتي لهذا الرجل * فشنيها * 17 وهوذا هو جاعل لها عللا من
الكلام قايلا * لم اجد لها براة * وهذه براتها * وبسطوا المنديل
او مقامه بين ايديهم * 18 فلياخذ شيوخ القرية ذلك الرجل
فيودبوه * 19 ويغرموه ماية درهم * ويدفعوها الى اب الجارية *
لما اخرج اسما رديا على بكر من الاسرايلية * ولتكن له
زوجة * ولا يجوز له اطلاقها طول عمره *
20 وان كان الامر حقا * ولم توجد للجارية براة *
21 فلتخرج الى باب بيت ابيها * ويرجمها جميع اهل قريتها
بالحجارة الى ان تموت * لما صنعت خسة في ال اسرايل بفجورها في
بيت ابيها * فانف اهل الشر من بينكم *
22 وان وجد رجل مضاجعا امراة ذات بعل * فليقتلا جميعا
الرجل المضاجع لها وهي * وانف الشر من ال اسرايل *
23 واذا كانت جارية بكر مملكة لرجل * فوجدها رجل اخر
في القرية فضاجعها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

11 Non indues te vario genere, lana & lino ſimul. 12 Fimbrias facies tibi ſuper quatuor alas operimenti
tui quo operies te. 13 Cum quis acceperit vxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, odióque habuerit eam,
14 Impoſueritque ei occaſiones rumorum, & diffamauerit eam dicens, mulierem iſtam duxi, & acceſſi ad
eam, ſed non deprehendi in ea virginalia. 15 Tunc accipiet pater puellæ, & mater eius, & producent virgi-
nalia puellæ ante ſeniores vrbis ad portam. 16 Dicetque pater puellæ ſenioribus: filiam meam dedi huic
viro in vxorem, & odit eam. 17 Ideo ecce ille imponit ei occaſiones rumorum, dicens, non deprehendi
in filia tua virginalia: At ecce virginalia filiæ meæ, & expandet pannum ante ſeniores vrbis.
18 Tunc accipient ſeniores vrbis illius virum iſtum, & caſtigabunt eum.
19 Et multabunt eum centum argenteis quos dabunt patri puellæ, eo quod diffamauit virginem Iſrael: erit-
que ei in vxorem quam non poterit dimittere omnibus diebus ſuis.
20 Quod ſi verus fuerit rumor, non ſunt deprehenſa virginalia in virgine.
21 Tunc educent puellam ad portam vrbis patris ſui, & lapidabunt eam homines vrbis illius lapidibus, donec
moriatur, quoniam flagitium fecit in Iſrael, fornicari faciendo domum Patris ſui, tolleſque malum de medio
tui. 22 Cum deprehenſus fuerit vir cubans cum muliere habente maritum, vterque morietur; vir cubans
cum muliere, & mulier, vt tollas malum ex Iſraele. 23 Cum fuerit puella virgo deſponſata viro, inuenerit-
que illam aliquis in vrbe, & concubuerit cum ea.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

24 Educite ambos ad portam ciuitatis illius,
& obruite eos lapidibus, ac moriantur : adoleſ-
centula quidem illa, quia non tumultuauit in
ciuitate : vir autem ille, quia dedecorauit vxo-
rem proximi ſui : & extirpate malum de medio
veſtri. 25 Verùm ſi in agro inuenerit aliquis
adoleſcentulam deſponſam, eamque per vim
tenuerit, & iacuerit cum ea : occidatur homo
qui cum ea iacuit, ſolus: 26 Adoleſcentulæ
verò nihil facietis, quia rea non eſt adoleſcen-
tula peccati mortis : non ſecus ac ſi quis ſurgens
aduerſus proximum ſuum interficiat eum, ſic
ſe habet res iſta. 27 Nam in agro inuenit eam,
& tumultuauit adoleſcentula deſponſa, nec fuit
qui eam liberaret. 28 Et ſi quis inueniat puel-
lam virginem quæ nondum fuerit deſponſa, &
teneat eam, dormiatque cum illa, atque depre-
hendantur: 29 Dabit vir ille qui iacuit cum il-
la, quinquaginta argenteos patri illius, & ipſe
habebit eam vxorem, eo quòd ſtuprauerit il-
lam : nec poterit eam dimittere omnibus die-
bus ſuis. 30 Ne quis ducat vxorem patris ſui,
neque detegat alam patris ſui.

CAPVT XXIII.

Non ingredietur adulter in congregationem Domini.
2 Neque ingredietur filius adulterij in congre-
gationem Domini : ne ad decimam quidem
generationem ingredietur in congregationem
Domini. 3 Non ingredietur Amonita &
Moabita ad congregationem Domini : ne ad
decimam quidem generationem ingredien-
tur ad congregationem Domini, in perpe-
tuum: 4 Quia non obtulerunt vobis pa-
nem & aquam in via, quando egreſſi eſtis ex
Ægypto : & quia conduxit aduerſum te Be-
laam filium Beor de Pithor Aram fluuiorum,
vt malediceret tibi.

VERSIO SAMARITANA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

24 *Educite vtrumque ſimul ad portam illius ci-*
uitatis,& obruite eos lapidibus,donec moriantur:
& verò puellam propterea quòd non clamauerit
cùm eſſet in ciuitate: virum autem propterea quòd
coierit cum vxore proximi ſui: & eyce malos de
medio veſtri. 25 *Quòd ſi inuenerit vir ille de-*
ſponſatam illam in campo, & apprehenderit eam,
& concubuerit cum ea: interficiatur ille vir qui
cum ea concubuit, ſolus: 26 *Illi verò nihil fiat,*
cùm non habeat peccatum dignum nece: nam pa-
ritas iſtius negotij puellæ eſt vt eius qui inſurgens
in proximum ſuum, percutit eum & adimit ani-
mam eius. 27 *Et quandoquidem reperit eam*
in campo, fieri poteſt vt ipſa exclamauerit, nec fue-
rit qui opem illi ferret.
28 *Et cùm inuenerit vir aliquis puellam virgi-*
nem minimè deſponſatam, & apprehenderit eam,
& concubuerit cum ea, deprehenſique fuerint:
29 *Det ille vir patri eius quinquaginta drach-*
mas, & ſit ei vxor pro eo quòd coiuit cum ipſa:
& non licebit ei repudiare eam longitudine ætatis
ſuæ. 30 *Et ne nubat vir vllus cum vxore pa-*
tris ſui, & ne retegat fimbriam patris ſui.

CAPVT XXIII.

ET ne introeat fiſſus teſticulos, & ſectus ve-
retrum in cœtum Dei. 2 *Neque introeat*
ſpurius in cœtum Dei: imò generatio decima ipſius
ne introeat in cœtum Dei. 3 *Neque ingredia-*
tur Ammonita & Moabita in cœtum Dei: ne-
dum generatio decima ingrediatur ex ipſis in cœ-
tum Dei, in æternum: 4 *Eam ob cauſam quod*
non occurrerint vobis cum pane & aqua in via in
egreſſu veſtro ex Ægypto: & eo quòd conduxerit
contra te Balaam filium Beor ex Pithor Aram
Naharaim, vt malediceret tibi.

24 فاخرجوهما جميعا الى باب تلك القرية * وارجموهما بالحجارة
حتى يموتا * اما الجارية فبسبب ما لم تصرخ وهي في القرية * واما
الرجل فبسبب ما اتى زوجة صاحبه * فانف اهل الشر من
بينكم * 25 وان وجد الرجل المملكة في الصحراء فامسكها
وضاجعها * فليقتل ذلك الرجل المضاجع لها وحده *
26 ولا يصنع لها شي * اذ ليس لها خطية توجب القتل *
وانما مثل امرها هذا * كمن يقوم على صاحبه فيضربه فيقتله
نفسه * 27 واذا وجدها في الصحراء * فيمكن ان تكون
قد صرخت * فلم يكن لها مغيث * 28 واذ وجد رجل
جارية بكرا لم تملك فضبطها فضاجعها * فوجدا * 29 فليعط
ذلك الرجل اباها خمسين درهما * وتكن له زوجة بدل ما اتاها *
ولا يجوز له اطلاقها طول عمره * 30 ولا يتزوج رجل زوجة
ابيه * ولا يكشف كنف ابيه *

* الفصل الثالث والعشرون *

1 ولا يدخل مفدوغ الخصي ومقطوع الاحليل في جوق الله *
2 ولا يدخل الزنيم في جوق الله * حتى الجيل العاشر منه لا
يدخل في جوق الله * 3 ولا يدخل عماني وموابي في جوق الله *
حتى الجيل العاشر لا يدخل منهم في جوق الله الى الابد *
4 بسبب ما لم يتلقوكم بالخبز والماء في الطريق في خروجكم
من مصر * ولما استاجر عليك بلعام بن بعور من فتور ارام
ناهرايم ليلعنك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

24 Tunc educetis ambos ad portam ciuitatis iſtius, & lapidabitis eos lapidibus vt moriantur: puellam quidem,
eo quod non clamauit in vrbe; virum autem, eo quod humiliauit vxorem proximi ſui, ſicque tolles malum de
medio tui. 25 Si verò in agris inuenerit vir puellam deſponſatam, & præualuerit ei vir ille, concubueritque
cum ea, tunc morietur ſolus vir ille qui concubuerit cum ea. 26 Puellæ autem non facietis quicquam, non eſt
puellæ peccatum mortis: Quoniam ſicut inſurgit vir aduerſus proximum ſuum, & occidit eius animam, ſic &
res iſta. 27 In agris enim inuenit eam, clamauit puella deſponſata, & non fuit qui eriperet eam. 28 Cum
inuenerit quis puellam virginem quæ deſponſata non eſt, & comprehenderit eam, concubueritque cum
ea, & deprehenſi fuerint, 29 Tunc dabit vir ille qui concubuit cum ea patri puellæ quinquaginta argenteos,
eritque ei in vxorem, eo quod humiliauit eam: non poterit eam dimittere omnibus diebus ſuis. 30 Non acci-
piet vir vxorem patris ſui; non reuelabit operimentum patris ſui.

CAPVT XXIII.

NOn ingredietur vulneratus contuſione, & exſectus virilia Eccleſiam Domini. 2 Non ingredietur
Spurius Eccleſiam Domini; nec etiam generatione decima ingredietur Eccleſiam Domini.
3 Non ingredietur Ammonita, & Moabita Eccleſiam Domini; nec etiam generatione decima ingredietur
Eccleſiam Domini vſque in ſeculum. 4 Eo quod non occurrerint vobis cum pane & aqua in itinere, cùm
egreſſi eſtis de Ægypto, & eo quod mercede conduxit aduerſus te Balaam filium Beor de Patara Meſopotamiæ,
vt malediceret tibi.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

5 At noluit Dominus Deus tuus audire Be-
laam, imò conuertit Dominus Deus tuus ma-
ledictiones eius in benedictionem, eo quòd
dilexerit te Dominus Deus tuus. 6 Ne con-
ſentias paci eorum & proſperitatibus eorum,
cunctis diebus vitæ tuæ in perpetuum. 7 Ne
reſpuas Idumæum, quia frater tuus eſt: neque
repellas Ægyptium, quoniam hoſpes fuiſti in
terra eius. 8 Filij qui naſcentur eis, in ter-
tia generatione ingredientur in congregatio-
nem Domini. 9 Et cùm exieris cum exer-
citu contra hoſtes tuos, caueto ab omni re ma-
la. 10 Et ſi fuerit in te vir qui non ſit
mundus à pollutione nocturna, egrediatur ex-
tra caſtra, & non intret in caſtra, 11 Et ad
tempus veſpertinum lauet ſe aqua, cùmque ſol
occubuerit, regrediatur in caſtra. 12 Et locus
ſit tibi præfixus extra caſtra, eòque egredere
ad aquam pedum tuorum (*ideſt egeſtionem.*)
13 Et clauus ſit tibi ſuper arma tua *appenſus*,
cùmque ſederis ad aquam pedum tuorum
egerendam, fodito cum eo, & operito ex-
crementum tuum.
14 Nam Dominus Deus tuus incedit in me-
dio caſtrorum tuorum, vt liberet te, tradatque
hoſtes tuos ante te: ideoque caſtra tua ſint ſan-
cta, ne videns in te rem obſcœnam, auertat
ſe à vobis. 15 Ne tradas ſeruum domino ſuo,
qui ad te confugerit à domino ſuo:
16 Sed tecum maneat in loco quem volue-
rit, in vna ex ciuitatibus tuis, vbi placuerit
ei: & ne opprimas eum.
17 Ne ſit ſcortatrix de filiabus Iſrael, nec ſit
ſcortator de filiis Iſrael. 18 Ne inferas mer-
cedem meretricis & pretium canis in domum
Domini Dei tui pro quocunque voto: quo-
niam abominandi ſunt ambo coram Domino
Deo tuo.

VERSIO-SAMARITANA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

5 *Noluit autem Deus acquieſcere Balaamo,*
ſed conuertit tibi maledictionem in benedictionem,
quia te dilexit. 6 *Ne igitur quæras pacem*
eorum & bonum eorum longitudine temporis tui
vnquam. 7 *Et ne abomineris Idumæum, quia*
frater tuus eſt: & ne abomineris Ægyptium,
quia fuiſti peregrinus in regione ipſius:
8 *Sed generatio tertia filiorum qui naſcentur*
eis, introibunt in cœtum Dei.
9 *Et cùm egrederis cum exercitu aduerſus ini-*
micos tuos, caueto præcipuè ab omni re turpi quæ
fuerit in ipſis.
10 *Et ſi fuerit vir aliquis minimè mundus ob*
accidens nocturnum, exeat extra illa caſtra, ita
vt non ingrediatur in medium illorum.
11 *Cùmque fuerit prope aduentum noctis, abluet*
ſe aqua, & ad ingreſſum ſolis ingredietur in ea.
12 *Sitque tibi locus extra caſtra, vt ibi com-*
moretur extra ipſa.
13 *Sit etiam tibi paxillus ſimul cum armis tuis,*
& cùm egeres extra ipſa, fodito cum eo, & conuer-
ſus tege illud excrementum:
14 *Quia lumen Dei Domini tui habitans eſt &*
ambulans in medio exercitus tui, vt eripiat te, &
tradat inimicos tuos ante te: erit igitur exercitus
tuus ſanctus, vt non videat in te rem fœdam, &
diſcedat à te. 15 *Et ne prodas hero ſuo ſeruum*
qui euaſerit ad te vt pœnam ſuam euitet.
16 *Sed beneficio vteris in eum, ſedeatque apud*
te, inter vos, in loco quem eliget, in vna habita-
tionum tuarum ſibi commodiore: & ne opprimas
eum.
17 *Et ne ſit ex filiabus Iſrail ſcortum, neque ex*
filijs Iſrail ſcortator.
18 *Et ne introducas quicquam ex ſalariis forni-*
cationis, & pretiis canum in domum Dei Do-
mini tui ob vllum votum: quia Deus Dominus
tuus execratur vtrumque ſimul.

٥ ولم يشأ الله ان يقبل من بلعام * بل قلب لك اللعنة بركة
لما احبك * ٦ فلا تلتمس سلامهم وخيرهم طول زمانك ابدا *
٧ ولا تكره الادومي فانه اخوك * ولا تكره المصري *
فانك كنت غريبا في بلده * ٨ والجيل الثالث من البنين
الذين يولدون لهم يدخلون في جوق الله *
٩ واذا خرجت في عسكر على اعدائك فاحترس وصلا من كل
امر قبيح له * ١٠ وان كان رجل ليس بطاهر من عارض الليل *
فليخرج الى خارج من ذلك العسكر * من حيث لا يدخل الى
وسطه * ١١ فاذا كان عند اتجاه الليل يرحض بالماء * وعند
دخول الشمس يدخل اليه * ١٢ وليكن لك مكان خارج
العسكر تبرز هناك خارجا منه * ١٣ وليكن لك وتد مع
سلاحك * فاذا تبرزت خارجا منه * فاحفر به وعد فغط ذلك الرجيع *
١٤ لان الله ربك نور ساكن سالك في وسط عسكرك ليخلصك
ويسلم اعداءك بين يديك * فيكون عسكرك مقدسا * ولا
يرى فيك امرا قبيحا فينصرف عنك * ١٥ ولا تسلم الى مولاه
عبدا يتخلص اليك من دينه * ١٦ بل تمنه * وليجلس عندك
فيما بينكم في الموضع الذي يختاره في احدى محالك في
الاصلح له * ولا تضهده * ١٧ ولا يكن من بنات اسرائيل
ممتعة * ولا من بني اسرائيل ممتع * ١٨ ولا تدخل شيئا من
اجعال الزنا واثمان الكلاب الى بيت الله ربك في نذر * لان
الله ربك يكرههما جميعا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 At noluit Deus exaudire Balaamum, ſed conuertit Dominus Deus tuus tibi maledictionem in benedictio-
nem, quoniam amat te Dominus Deus tuus. 6 Non requires pacem eorum, nec vtilitatem eorum omni-
bus diebus tuis in ſeculum. 7 Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus ipſe eſt; neque abominaberis
Ægyptium, quia peregrinus fuiſti in terra eius. 8 Filij qui naſcentur eis tertia generatione, ingredientur
Eccleſiam Domini. 9 Cum egredietur exercitus aduerſus hoſtes tuos, cauebis tibi ab omni re mala.
10 Quum in te fuerit aliquis qui non fuerit mundus à caſu nocturno, egredietur extra caſtra; non ingredie-
tur intra caſtra. 11 Sed lauabit carnem ſuam aqua, & poſtquam occiderit ſol ingredietur in caſtra.
12 Ideo locus erit tibi extra caſtra, vt egrediaris illuc foras.
13 Paxilluſque erit tibi ad Baltheum tuum; cumque deſidere volueris, tum fodies cum eo, & poſtea conuer-
ſus operies egeſtionem tuam. 14 Nam Dominus Deus tuus ambulat in medio Caſtrorum tuorum vt eripiat
te, & tradat inimicos tuos ante faciem tuam: ideo erunt caſtra tua ſancta, neque apparebit in te turpitudo ali-
qua, ne recedat à te. 15 Non reſtitues ſeruum hero ſuo, qui penes te eripuit ſe ab hero ſuo.
16 Tecum habitabit in medio tui, in loco quem elegerit, in vna portarum tuarum vt ipſi placuerit; non op-
primes eum. 17 Non ſines viuere meretricem de filiabus Iſrael, neque ſines viuere cinædum de filiis
Iſrael. 18 Non offeres mercedem meretricis, & pretium canis in domo Domini Dei tui pro quouis voto,
quoniam abominatio Deo tuo eſt etiam vtrumque.

[illegible]

19 Ne nutrias aduerſus fratrem tuum fœnus
pecuniæ, & fœnus frumenti, & fœnus cuiuſ-
cunque rei quæ creſcit.
20 Aduerſus alienum nutri *vſuram*, at aduer-
ſus fratrem tuum ne nutrias: & benedicet tibi
Dominus Deus tuus in omni re ad quam ad-
mouebis manum tuam, in terra ad quam poſ-
ſidendam es ingreſſurus.
21 Et ſi voueas votum Domino Deo tuo, ne
cuncteris in eo perſoluendo: nam omnino re-
quiret illud à te Dominus, eritque tibi peccato.
22 Si nolueris vouere, non erit contra te pec-
catum: 23 Quicquid *autem* prodierit è labiis
tuis, ſerua & fac quemadmodum vouiſti Do-
mino Deo tuo, diſtinctionem *ſcilicet* quam
prompſiſti ore tuo. 24 Cùmque ingredieris
in vineam proximi tui, comede vuas donec
ſatietur anima tua, at in vas tuum ne reponas.
25 Et cùm ingredieris in ſegetem erectam pro-
ximi tui, perfrica ſpicas manu tua, at falcem ne
moueas ſuper ſegetem proximi tui.

CAPVT XXIV.

ET ſi ducat aliquis vxorem, dormiatque
cum ea: ſi non inueniat gratiam apud
ipſum, eo quòd deprehenderit in ea rem tur-
pem, ſcribat ei libellum repudij, detque ei, &
dimittat eam, 2 Et exeat è domo ipſius. Et
ſi abiens illa fiat viro alteri,
3 Et hic ſcribat ei libellum repudij, & det ei,
amandetque eam è domo ſua, aut ſi moriatur
vir alter qui duxerat eam:
4 Non licebit marito eius priori qui dimiſe-
rat eam, reuerti & ducere eam poſtquam pol-
luta eſt, quia abominanda res eſt coram Do-
mino: & ne peccare facias terram quam datu-
rus eſt tibi Dominus Deus tuus poſſeſſionem.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

[19] *Ne fœnereris fratri tuo fœnus pecuniæ, nec eſcæ,
aut cuiuſlibet rei quæ fœnori datur.* [20] *Sed pere-
grino fœnori dabis, fratri verò tuo ne tribuas fœ-
nori, vt benedicat tibi Deus Dominus tuus in
omni extenſione manus tuæ, in regione in quam tu
ingreſſurus es vt poſsideas eam.* [21] *Et cùm voue-
ris votum Deo Domino tuo, ne differas ſolutionem
eius, quia Deus Dominus tuus requiret illud à
te, & immittet in te punitionem.*
[22] *At ſi te cohibeas priùs à vouendo, non immit-
tetur in te pœna ipſius.* [23] *Igitur quod egreſſum
fuerit è labiis tuis, cuſtodi & opere comple, quem-
admodum vouiſti Domino Deo tuo ſponte tua
quod protuliſti ore proprio.* [24] *Et cum condu-
ctus fueris in vineam proximi tui, comede ex vuis
pro deſiderio tuo, ad ſatietatem tuam, ſed ne ponas
ex iis quicquam in vaſa tua.* [25] *Et cùm condu-
ctus fueris in ſpicas proximi tui, decerpe quod per-
frices manu tua, at ne moueas falcem ſuper ſpi-
cas proximi tui in vſum tuum.*

CAPVT XXIV.

*ET cùm matrimonium inierit quiſpiam cum
muliere, eaque potitus fuerit, deinde non inue-
nerit gratiam apud ipſum, quòd inuenerit aduer-
ſus eam rem turpem, ſcribat ei libellum abſciſsio-
nis, tradatque eum ipſi, & repudiet eam à ſe.*
[2] *Quòd ſi exierit ex eius domicilio, & abiens fiat
viro alteri,* [3] *Et oderit eam vir ille poſterior,
ſcribatque ei libellum abſciſsionis, eique tradat il-
lum, & repudiet eam à ſe, aut moriatur vir ille
poſterior qui acceperat eam ſibi vxorem:*
[4] *Non licebit marito eius priori qui repu-
diauerat eam, iterum nubere illi, aut fieri ipſi
vxor poſtquam potitus ea fuerit alius: hoc enim
execrabile eſt in conſpectu Dei. Ne igitur inducas
peccatum ſuper regionem tuam quam Deus Do-
minus tuus daturus eſt tibi hæreditatem.*

19 ولا تعاين اخاك عينة دراهم * ولا طعام * وكل امر يعاين *
20 بل الغريب تعاينه * واخاك فلا تعاينه * لكي يبارك الله الهك
في جميع ممد يدك * في البلد الذي انت داخل اليه لتحوزه *
21 واذا نذرت نذرا لله ربك * فلا تؤخر الوفا به * لان الله ربك
يطالبك به * فيحل بك عقوبة * 22 ولو انتهيت اولا من
النذر لم تحل بك عقوبة * 23 الان ما خرج من شفتيك فاحفظه
واعمل به * كما نذرت لله ربك متبرعا ما قلته بفيك * 24 واذا
استوجرت في كرم صاحبك * فكل من العنب على حسب شهوتك
شبعك * ولا تجعل منه شيا في انيتك * 25 واذا استوجرت في
سنبل صاحبك * فاقطف ما تفركه بيدك * ولا تحرك المنجل على
سنبل صاحبك لنفسك *

* الفصل الرابع والعشرون *

1 واذا تزوج رجل امراة وملكها * ثم لم تجد حظا عنده *
لانه وجد عليها امرا قبيحا * فليكتب لها كتاب قطعة * ويدفعه
اليها * ويطلقها منه * 2 فان خرجت من منزله * ومضت وصارت
لرجل اخر * 3 فشنيها الرجل الاخير * وكتب لها كتاب قطعة *
ودفعه اليها * فيطلقها منه * او مات الرجل الاخير الذي اتخذها
له زوجة * 4 فلا يحل لبعلها الاول الذي طلقها * ان يعاود
التزوج بها * او تكون له زوجة بعد ما ملكها غيره * فانها
كريهة بين يدي الله * فلا توقع خطاء على بلدك الذي الله
ربك معطيكه نحلة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[19] Non fœnerabis fratri tuo fœnus argenti, fœnus cibi, fœnus cuiuſcunque rei quæ fœneratur. [20] Extraneo
fœnerabis, ſed non fratri tuo, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni emiſſione manuum tuarum ſuper
terram ad quam tu pergis poſſidendam. [21] Cum voueris votum Domino Deo tuo, non tardabis illud redde-
re; nam requirendo requiret illud Dominus Deus tuus à te, eritque tibi in peccatum. [22] Si abſtines à vo-
uendo, non erit in te peccatum. [23] Quod egreſſum eſt à labiis tuis obſeruabis, facieſque quemadmodum
vouiſti Domino ſpontaneam oblationem de qua locutus es ore tuo. [24] Cum ingreſſus fueris in vineam
proximi tui, tum comedes vuas pro deſiderio tuo ad ſaturitatem tuam, ſed in vaſis tuis non repones.
[25] Cum intraueris in ſegetem proximi tui, tum decerpes ſpicas manu tua, ſed falcem non immittes in ſegetem
proximi tui.

CAPVT XXIV.

CVm acceperit quis vxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, eamque duxerit; accidat autem vt non inueniat
gratiam in oculis eius, quoniam deprehendit in ea rem turpem, & ſcribat ei libellum repudij, tradatque
in manum eius, ac expellat eam de domo ſua. [2] Egreſſa verò de domo eius abierit, & nupſerit viro alteri.
[3] Oderitque illam vir ille poſterior, ſcribat quoque ei librum repudij, & tradat in manum eius, expellatque
illam de domo ſua; aut ſi mortuus fuerit vir ille poſterior qui acceperat illam in vxorem.
[4] Non poterit maritus eius prior qui dimiſerat eam iterum illam accipere vt ſit ei in vxorem poſtquam pollu-
ta eſt; quoniam abominatio eſt coram Domino: peccare autem non facietis terram quam Dominus Deus
veſter dat vobis in hæreditatem.

[illegible]

5 Cùm ducet aliquis vxorem nouam, ne egrediatur in militiam, nec abeat ad vllum negotium: ſed maneat domi ſuæ annum vnum, & lætetur cum vxore quam duxit.

6 Ne accipias molam eiuſque ſuperiorem in pignus: animam enim contriſtabis.

7 Si deprehendatur aliquis de filiis Iſrael qui furetur animam ex fratribus ſuis filiis Iſrael, vt mercaturam exerceat in ea & vendat eam, omnino interficiatur homo ille: & expurgate malum de medio veſtri.

8 Obſeruate plagam lepræ, & cauti admodum eſtote, & facite quemadmodum vos docebunt ſacerdotes & Leuitæ: ſicuti præcepi eis obſeruabunt & facient.

9 Et memento quid fecerit Dominus Deus tuus Mariæ in via quando egreſſi eſtis ex Ægypto.

10 Et ſi tibi debuerit proximus tuus debitum alicuius rei, ne ingrediaris domum eius ad tollendum pignus pro ea:

11 Sed ſta in platea, & homo ille qui tibi debitor eſt, ipſe tibi proferet pignus ad plateam.

12 Quòd ſi homo ille ſit pauper, ne dormias cum pallio ipſius *apud te*:

13 Sed reſtitue ei pignus ſuum cùm ſol occubuerit, vt dormiat in pallio ſuo, & benedicat tibi, ſitque tibi iuſtitia coram Domino Deo tuo.

14 Ne deneges mercedem pauperis & egeni, ſiue ſit de fratribus tuis, ſiue ex indigena qui fuerit in ciuitatibus tuis:

15 Sed eodem ipſo die da illi mercedem ſuam, & ne occidat ſuper eam ſol: quoniam pauper eſt, & propter mercedem ſuam tradit tibi animam ſuam: ne fortè clamet contra te ad Dominum, ſitque ſuper te peccatum.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

5 *Et cùm duxerit quiſpiam vxorem nouam, ne exeat cum exercitu, nec premat eum vlla ex rebus eius: ſed ſit vacans domui ſuæ anno vno, vt lætificet vxorem ſuam quam accepit.*
6 *Nequis accipiat pro pignore molam inferiorem & ſuperiorem: is enim acciperet pro pignore victum animæ.*
7 *Et ſi quis inueniatur qui furatus ſit animam ex fratribus ſuis de filiis Iſrail, eamque extenuauerit, aut vendiderit: interfice eiuſmodi furem, & expelle nefarios ex Iſraelitis.*
8 *Et aduerte plagam lepræ, & obſerua cæremoniam eius diligenter, & gere te in illa prout docebunt te ſacerdotes, & Leuitæ, ſecundum id quod mandaui eis.*
9 *Et recordare ſignorum ſimilis operis Dei Domini tui in Maria in itinere, vobis egredientibus ex Ægypto.*
10 *Et cùm dederis proximo tuo mutuum, ne ingrediaris domum eius vt accipias pro eo pignus,*
11 *Sed ſta foris, & vir cui mutuum dediſti, ipſe proferet ad te pignus foras.*
12 *Et ſi fuerit vir imbecillis, ne pernoctes cum commutatione eius apud te,*
13 *Sed reddendo redde illud ei ad occaſum ſolis, quandoquidem dormiebat in eo, vt precetur prò te, ſitque tibi bonum opus in conſpectu Domini Dei tui.*
14 *Ne fraudes mercenarium, ac præſertim debilem & pauperem, ſiue fuerit ex fratribus tuis, ſiue hoſpes tuus qui eſt in regione tua, in habitationibus tuis:*
15 *Sed tribue ei mercedem ſuam eadem die antequam ſol occumbat, eo quòd ſit pauper, & propter illam periculo expoſuerit animam ſuam: vt non imprecetur aduerſum te Deum, & eueniat tibi punitio.*

5 واذا تزوج رجل امراة جديدة * فلا يخرج في الجيش * ولا
يمر به شي من امور * بل يكن فارغا لبيته سنة واحدة *
يفرح زوجته التي اتخذها * 6 ولا يسترهن احد الرحى
السفلي والعليا * فانه يسترهن قوت النفس * 7 وان وجد
انسان قد سرق نفسا من اخوته من بني اسرايل * فاستعبدها او
باعها * فاقتل ذلك السارق * وانف اهل الشر من آل اسرايل *
8 واحترس من بلوي البرص * واحفظ رسمه جدا * واعمل
فيها كما يعلمك الايمة واللاويون * حسب ما امرتهم به *
9 واذكر علام صنع الله ربك بمريم مثله في الطريق في
خروجكم من مصر * 10 واذا انسات صاحبك نسية * فلا
تدخل الي بيته لتاخذ عوضها *
11 بل قف خارجا * والرجل الذي انساته هو يخرج اليك
العوض الي خارج *
12 وان كان رجلا ضعيفا * فلا تبت وعوضه عندك *
13 بل رده اليه ردا عند مغيب الشمس * اذ كان ينام فيه *
ويدعوا لك * وتكون لك حسنة بين يدي الله ربك *
14 ولا تغشم اجيرا * ولا سيما ضعيف او مسكين * من اخوتك
او من ضيفك الذي في بلدك في محالك *
15 بل ادفع اليه اجرته في يومه * من قبل ان تغيب الشمس *
اذ هو ضعيف * وعليها قد خاطر بنفسه * ولا يدعوا عليك الي الله
فتحل بك عقوبة *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

5 Cum quis nuper acceperit vxorem, non egredietur ad bellum, neque iniungetur illi res vlla: immunis erit in domo ſua annum vnum, vt lætificet vxorem quam duxit.
6 Non accipiet pignori molam inferiorem & ſuperiorem, quia animam acciperet ille pro pignore.
7 Cum deprehenſus fuerit aliquis furans animam de fratribus ſuis, de filiis Iſrael, qui negotians de eo vendiderit eum, tunc morietur fur ille, vt tollas malum de medio tui.
8 Caue tibi in plaga lepræ, vt ſollicitus ſis ſtudioſè facere ſecundum omnem legem quam docebunt vos Sacerdotes Leuitæ: Quemadmodum præcepi illis ſolliciti eritis facere.
9 Recordare quæ fecit Dominus Deus tuus Mariæ in via cum egrederemini de Ægypto.
10 Quum exegeris à proximo tuo debitum quodcunque, non ingredieris domum eius, vt accipias pignus
eius. 11 Foris ſtabis; vir autem ille cui mutuum dediſti, ipſe efferet ad te pignus foras.
12 Si verò vir ille pauper eſt, non dormies cum pignore eius.
13 Reſtituendo reſtitues illi pignus cum occiderit ſol, vt dormiat cum veſte ſua, & benedicat tibi, ſitque tibi
iuſtitia coram Domino Deo tuo. 14 Non fraudabis Mercenarium pauperem, & egenum, tam de fratribus tuis, quàm de peregrinis tuis qui ſunt in terra tua, intra portas tuas.
15 Eadem die dabis mercedem eius, neque occidet ſuper eam ſol; quoniam pauper eſt, & cum ea ſuſtentat animam ſuam, ne clamet aduerſus te ad Dominum, ſitque in te peccatum.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

16 Non morientur patres pro filiis ſuis, & filij
non morientur pro parentibus ſuis, ſed quiſque
in peccatis ſuis morietur. 17 Ne flectas iu-
dicium peregrini & pupilli: & ne acceperis in
pignus veſtem viduæ. 18 Et memento quòd
ſeruus fueris in Ægypto, & inde te liberarit
Dominus Deus tuus: propterea præcipio tibi,
& dico tibi vt facias rem iſtam. 19 Cùmque
meſſueris meſſem agri tui, & oblitus fueris ma-
nipuli, ne reuertaris vt eum tollas, ſed ſit pere-
grini, & pupilli, ac viduæ, vt benedicat tibi
Dominus in omni opere manuum tuarum.
20 Et cùm decuſſeris oleas tuas, ne rimes à
tergo tuo, ſed peregrino, & pupillo, ac viduæ
erit. 21 Et cùm vindemiabis vineam tuam,
ne racemos colligas poſt te, ſed peregrino &
pupillo atque viduæ erit. 22 Et memento
ſeruum te fuiſſe in Ægypto: propterea præci-
pio tibi vt hanc rem facias.

CAPVT XXV.

ET ſi oriatur lis inter virum & proximum ſuum, accedant ad iudices, & iudicabunt eos, & innocentem pronuntiabunt enm qui innocens eſt, reum autem condemnabunt.
2 Et ſi caſtigatione dignus eſt reus, proſternet eum iudex, & flagellabit eum in conſpectu ſuo iuxta meritum culpæ eius.
3 Certo numero, *nempe* quadragenis *plagis*
flagellabunt eum, nec addent: ne cùm addide-
rint plagas plures hiſce plagis, vileſcat frater
tuus in conſpectu tuo. 4 Ne imponas fiſcel-
lam boui in tritura. 5 Cùm habitauerint
fratres ſimul, & obierit vnus ex ipſis, nec ha-
beat liberos, ne nubat vxor defuncti viro alie-
no, ſed leuir eius ducat eam, ſitque ei vxor, &
cognationem contrahat cum ea.

VERSIO SAMARITANA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

16 *Et ne occidantur patres pro filiis, nec filij pro*
patribus, ſed occidetur quilibet homo pro peccato
ſuo. 17 *Et ne peruertas iudicium peregrini, ne-*
que pupilli: neque loco pignoris accipias veſtem
viduæ. 18 *Et recordare quòd fueris ſeruus in*
Ægypto, & redemerit te Deus Dominus tuus:
idcirco ego præcipio tibi vt facias res iſtas.
19 *Et quando metes meſſem tuam in rure tuo,*
& obliuiſceris manipulum in agro, ne reuertaris
ad illum accipiendum, ſed oportet vt cedat pere-
grino, & pupillo, & viduæ, vt benedicat tibi Deus
Dominus tuus in quolibet opere manus tuæ.
20 *Et quando excuties oleas tuas, ne perſtringas*
poſtea, ſed ſit quod non perſtringes, peregrini, &
pupilli, & viduæ. 21 *Quando etiam vinde-*
miabis vineam tuam, ne attrectes poſtmodum, ſed
ſit peregrini, & pupilli, & viduæ. 22 *Et recorda-*
re quòd fueris ſeruus in Ægypto, & redemerit te
Deus Dominus tuus illinc: idcirco ego præcipio tibi
vt facias res iſtas.

CAPVT XXV.

1 *CVmque acciderit contentio inter aliquos, acce-*
dant ad moderatores iudicij, vt iudicent inter
eos, & innoxium declarent inſontem, & depri-
mant oppreſſorem. 2 *Et ſi mereatur oppreſſor*
verbera, proſternat eum iudex, & verberet eum
in præſentia ſua pro ratione criminis eius.
3 *Cum numero verberabit eum quadraginta*
plagis: ne addat illis quicquam, quia ſi quid addat
ei numero, fiet flagellatio maxima, & quidem
deſpectum reddet hoc fratrem tuum in præſentia
tua. 4 *Et ne capiſtres bouem dum triturabit.*
5 *Cùmque commorabuntur duo fratres ſimul,*
deinde moriatur alter eorum abſque liberis, ne ſit
vxor mortui viro peregrino, à fratribus alieno, ſed
cognatus eius ingredietur ad eam, ſumendo eam
ſibi vxorem, & affinitatem cum ea contrahendo.

16 ولا تقتل الاباء عن البنين * ولا البنون عن الاباء * بل يعمل
كل امرئ بخطيته * 17 ولا تمل حكم غريب ولا يتيم * ولا
تسترهن ثوب ارملة * 18 واذكر انك كنت عبدا بمصر * وفكك
الله ربك * ولذلك انا امرك بان تصنع هذه الامور * 19 واذا
حصدت حصادك في صنيعتك فنسيت كفة في الصحراء * فلا
ترجع لتاخذها * بل يجب ان تكون للغريب واليتيم والارملة *
لكي يبارك لك الله ربك في جميع عمل يديك * 20 واذا خرطت
زيتونك * فلا تستقص بعد ذلك * بل ليكن ما لم تستقصه
للغريب واليتيم والارملة * 21 واذا قطفت كرمك * فلا تمس
بعد ذلك * بل ليكن للغريب واليتيم والارملة *
22 واذكر انك كنت عبدا بمصر * وفكك الله ربك من ثم * ولذلك
انا امرك بان تصنع هذه الامور *

* الفصل الخامس والعشرون *

1 واذا وقعت خصومة بين اناس * فليتقدموا الى ذوي الحكم
ليحكموا بينهم * وليزكوا الزكي * ويظلموا الظالم * 2 فان استحق
الظالم ضربا * فليبطحه الحاكم ويضربه بحضرته كمقدار خطيته *
3 باحصاء جلده اربعين * لا يزد عليها شيئا * فان زاد على ذلك
صارت جلدة عظيمة * وليهن ذلك اخاك بحضرتك * 4 ولا تحطم
الثور في دياسه * 5 واذا اقام اخوان جميعا * ثم مات احدهما وليس
له ولدا * فلا تكن زوجة الميت لرجل غريب خارج عن الاخوة * بل
سلفها يدخل اليها * بان يتخذها له زوجة ويواصلها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Non interficietis patres propter filios, neque filios interficietis propter patres: Vnuſquiſque in peccato ſuo
morietur. 17 Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neque in pignus accipies veſtem viduæ. 18 Recorda-
beris enim quòd ſeruus fuiſti in Ægypto, & redemerit te Dominus Deus tuus; propterea ego præcipio tibi vt
facias rem iſtam. 19 Cum meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipulum in agro, non re-
uerteris vt accipias illum: Peregrino, pupillo, & viduæ erit, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni ope-
re manuum tuarum. 20 Cum excuties oliuas tuas, non ſcrutaberis ramos poſt te; ad Peregrinum, ad pupillum,
& ad viduam hoc pertinebit. 21 Cum vindemiabis vineam tuam, non racemabis poſt te; ad peregrinum,
ad pupillum, & ad viduam hoc pertinebit. 22 Recordaberis enim quod ſeruus fuiſti in terra Ægypti, pro-
pterea ego præcipio tibi rem iſtam.

CAPVT XXV.

1 CVm lis fuerit inter aliquos, & acceſſerint ad iudicium, tunc iudicabunt eos, & iuſtificabunt iuſtum, ſed
condemnabunt impium. 2 Quod ſi filius fuerit verberum impius, tunc proſterni jubebit eum iudex,
& cædi coram ſe pro merito criminis eius, iuxta numerum. 3 Quadraginta plagis affici iubebit eum; non
addet, ne forte addens percutere illum vltra hæc multis plagis, vileſcat frater tuus ante oculos tuos.
4 Non obturabis bouem dum triturat. 5 Cum habitauerint fratres ſimul, mortuuſque fuerit vnus ex
iis, cui filius non fuerit, non nubet vxor mortui foris viro extraneo; leuir eius ingredietur ad eam, accipietque
illam ſibi in vxorem, & affinitate iungetur ei.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

6 Et primogenitus quem pariet, vocabitur
nomine fratris ſui defuncti, vt non obliuioni
tradatur nomen eius ex Iſrael.
7 Quòd ſi noluerit vir ille ducere vxorem
fratris ſui, aſcendat vxor fratris eius ad por-
tam apud ſeniores, ac dicat, non vult leuir
meus ſuſcitare fratri ſuo nomen in Iſraele, nec
vult ducere me. 8 Aduocabunt eum ſenio-
res ciuitatis ipſius, & loquentur cum eo. Quòd
ſi ſtet ac dicat, Non ducam illam:
9 Accedet fratria eius ad eum coram ſeniori-
bus, ſoluetque calceum eius de pede ipſius,
ſpuetque in faciem eius, ac dicet, Ita fiet viro
qui non ædificabit domum fratri ſuo.
10 Et vocabitur nomen eius in Iſraële, Domus
ſpoliati calceis. 11 Et cùm rixati fuerint vir
& frater ſuus alter cum altero, & acceſſerit
vxor alterius ex ipſis ad liberandum maritum
ſuum de manibus eius qui cum eo contendit,
porrexeritque manum ſuam, & apprehenderit
verenda eius: 12 Abſcinde manum eius, nec
parcat ei oculus tuus. 13 Ne ſint tibi in mar-
ſupio tuo diuerſa pondera, magnum *ſcilicet*
& paruum. 14 Ne ſint tibi in domo tua di-
uerſæ menſuræ, magna *ſcilicet* & parua.
15 Pondus æquale & iuſtum ſit tibi, & menſu-
ra æqua & iuſta ſit tibi, vt multiplicentur dies
tui in terra quam daturus eſt tibi Dominus
Deus tuus. 16 Nam execrabilis eſt apud Do-
minum Deum tuum quicunque talia facit, &
quicunque perpetrat iniquitatem.
17 Memineris quæcunque tibi fecit Amalec
in via, cùm egreſſi eſſetis ex Ægypto:
18 Quòd occurrerit vobis cum gladio, &
trucidarit in vobis omnem qui remanſerat
poſt vos, cùm tu laſſus eſſes atque fatigatus,
nec timuerit à conſpectu Domini Dei tui.

VERSIO-SAMARITANA.

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible]

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

6 *Et primogenitus quem ſperat gignendum à*
ſe, ipſe ſurget nomine fratris eius mortui, ne an-
tiquetur nomen eius ab Iſraelitis.
7 *Quòd ſi nolit vir ille nubere fratriæ ſuæ, aſcen-*
dat illa ad oſtium iudicis, & ad ſeniores, & di-
cat: Renuit cognatus meus ſuſcitare fratri ſuo
nomen inter filios Iſrail, & noluit copulari
mecum. 8 *Quare aduocent eum ſeniores ci-*
uitatis ipſius, eumque alloquantur hac de re, & ſi
perſiſtat in dicendo, Equidem nolo connubium
cum ea:
9 *Accedet illa ad ipſum in præſentia ſenio-*
rum, detrahetque ſoleam eius è pede ipſius, ſpuet-
que in conſpectu eius, & reſpondebit ei ac dicet:
Sic fit viro non ædificanti domum fratris ſui.
10 *Et vocetur nomen eius inter Iſraelitas, Do-*
mus detracti calcei.
11 *Et ſi contendant duo viri ſimul, & præualeat*
alter eorum fratri ſuo, & accedat vxor eius ad
eripiendum illum, protendatque manum ſuam,
& arripiat pudenda illius:
12 *Amputa volam eius, & ne miſerearis illius.*
13 *Et ne habeas in ſacculo tuo duas bilances, ma-*
gnam & paruam.
14 *Et ne habeas domi tuæ duplicem menſuram,*
magnam & paruam.
15 *Sed bilances æquas & iuſtas habebis, & men-*
ſuras amplas & iuſtas habebis, vt prorogentur
dies tui in regione quam Deus daturus eſt tibi.
16 *Deus enim abominatur omnem iſta facien-*
tem, omnem operantem peruerſitatem.
17 *Et memor eſto eorum quæ tibi fecit Amalec in*
itinere, in egreſſu tuo ex Ægypto:
18 *Quòd ſcilicet venerit ad te in via, & exciderit*
poſtremas quaſque turmas tuas incedentes poſt
te, dum tu laſſus eſſes & defeſſus, nec timuerit
Deum.

6 وليكن البكر الذي يرجى ان يلده منه * هو الذي يقوم
على اسم اخيه الميت * لئلا يندرس اسمه من آل اسرائيل *
7 فان لم يشاء الرجل ان يزوج سلفته * فلتصعد الي باب
الحاكم والي الشيوخ وتقل * قد ابي سلفي ان يقيم لاخيه
اسما فيما بين بني اسرائيل * ولم يشاء ان يواصلني *
8 فيدعوا به شيوخ قريته ويكلموه في ذلك * فاذا وقف على
القول اني لا اريد التزوج بها *
9 تقدمت اليه بحضرة الشيوخ * وخلعت نعله من رجله * وبصقت
بحضرته * واجابته وقالت * كذا يصنع برجل لا يبني بيت اخيه *
10 وليسم اسمه في آل اسرائيل * بيت المخلوع النعل *
11 وان تشاجر رجلان جميعا * فغلب احدهما اخاه * فتقدمت
زوجته لتخلصه * فمدت يدها فامسكت فرجه *
12 فاقطع كفها ولا تشفق عليها *
13 ولا يكن لك في كيسك صنجتان كبيرة وصغيرة *
14 ولا يكن لك في بيتك مكيالان كبير وصغير *
15 بل صنجات وافيات عادلات تكون لك * واكيال وافية
عادلة تكون لك * لكي تطول ايامك في البلد الذي الله
معطيكه * 16 لان الله يكره كل فاعل هؤلاء * كل صانع جور *
17 واذكر ما صنع بك عماليق في الطريق في خروجك من مصر *
18 انه وافاك في الطريق فطرف منك جميع المزحفين وراءك *
وانت لاغب تعب * ولم يخف الله *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Fietque vt filius primogenitus quem genuerit, ſuſcitet nomen fratris ſui mortui, vt non deleatur nomen
eius ex Iſraele. 7 At ſi noluerit vir ille accipere fratriam ſuam, tunc aſcendet fratria eius ad portam ad ſenio-
res, dicetque: Renuit leuir meus ſuſcitare fratri ſuo nomen in Iſraele, non vult matrimonio iungi mecum.
8 Tunc accerſent eum ſeniores ciuitatis eius, & loquentur cum illo: ſtans autem dicet, Nolui illam accipere.
9 Poſtea accedet fratria eius ad eum ante oculos Seniorum, & exuet calceum eius de pede eius, expuetque in
faciem eius, atque reſpondens dicet: Sic fiet viro qui non ædificauerit domum fratris ſui.
10 Et vocabitur nomen eius in Iſraele, domus exuti calceo. 11 Quum rixati fuerint homines ſimul, alter
in alterum, acceſſeritque vxor vnius vt eruat virum ſuum de manu percutientis eum, immiſeritque manum
ſuam, & apprehenderit verenda eius, 12 Tunc Abſcindes manum eius, non parcet oculus tuus.
13 Non erit tibi in ſacculo tuo pondus & pondus, magnum & paruum.
14 Non erit tibi in domo tua Epha, & Epha, magnum, & paruum. 15 Pondus perfectum & iuſtum erit ti-
bi; Epha perfectum & iuſtum erit tibi, vt producantur dies tui ſuper terram quam Dominus Deus tuus dat
tibi. 16 Quia abominatio Domino Deo tuo eſt omnis qui facit iſta, quicunque facit iniquitatem.
17 Memor eſto eius quod tibi fecit Amalec in via, quum egrederemini de Ægypto,
18 Quod occurrerit tibi in via, & in cauda detruncauerit tibi infirmos poſt te, quum tu laſſus, & fatigatus eſſes,
nec timuit Deum.

19 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

19 Cùm itaque requiem tibi dederit Domi-
nus Deus tuus ab omnibus hoſtibus tuis qui circum te ſunt, in terra quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus hæreditatem, dele memoriam Amalec de ſub cælo, & ne obliuiſcaris.

CAPVT. XXVI.

ET cùm introieris in terram quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus hæreditatem, eamque poſſederis, & habitaueris in ea:
2 Tolle de primitiis omnium fructuum terræ
quos recondes de terra quam tibi daturus eſt
Dominus Deus tuus hæreditatem: & ponens
in caniſtro, ſurge, abi in locum quem eliget Do-
minus Deus tuus, vt illic habitare faciat no-
men ſuum: 3 Pergenſque ad ſacerdotem
qui fuerit in illis diebus, dic illi, Declaraui hodie
Domino Deo tuo quòd venerim in terram
quam iurauerat Dominus Deus tuus patribus
noſtris daturum ſe nobis. 4 Accipietque ſa-
cerdos caniſtrum de manu tua, & ponet illud
coram Domino Deo tuo. 5 Et reſponde ac
dicito in conſpectu Domini Dei tui, Ad Aram
ductus eſt pater meus, & deſcendit in Ægy-
ptum, & moratus eſt illic tempore breui, ibique
factus eſt in populum magnum & robuſtum.
6 Et malum nobis intulerunt Ægyptij, &
humiliarunt nos, impoſueruntque nobis ſerui-
tutem duram. 7 Exclamauimus autem ad
Dominum Deum patrum noſtrorum, & audiuit Dominus vocem, noſtram viditque humilitatem noſtram, & laborem noſtrum, atque anguſtiam noſtram.
8 Et eduxit nos Dominus ex Ægypto manu robuſta, & brachio excelſo, & viſione magna, & ſignis, atque miraculis.
9 Et venimus in locum iſtum, deditque Dominus terram iſtam, terram fluentem lacte & melle.

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

19 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

19 *Quando igitur requiem tibi dabit Deus*
Dominus tuus ab omnibus inimicis tuis qui cir-
cum te ſunt, in regione quam Deus Dominus tuus
daturus eſt tibi hæreditatem, & poſsidebis eam,
dele memoriam Amalecitarum de ſub cælo, &
ne id obliuiſcaris.

CAPVT XXVI.

CVm autem ingredieris in regionem quam
Deus Dominus tuus daturus eſt tibi hæredi-
tatem, & poſsidebis eam, & commoraberis in ea:
2 *Accipe de primitiuis fructibus terræ, quos in-*
uehes è viridariis tuis quæ Deus Dominus tuus
daturus eſt tibi, & pone eos in ſporta, & confer te
ad locum quem eliget Deus Dominus tuus vt ha-
bitare faciat lucem ſuam in eo: 3 *Et deferillos*
ad ſacerdotem qui præeſt tunc temporis, & dic ei:
Gratias egi hodie Deo Domino tuo quòd intraue-
rim in regionem quam iurauerat Deus patribus
noſtris ſe daturum nobis. 4 *Tolletque ſacerdos*
ſportam illam de manu tua, & reponet eam co-
ram ſanctuario Dei Domini tui.
5 *Deinde incipias dicere coram Deo Domino tuo:*
Sanè Laban Aramæus parum abfuit quin perde-
ret patrem meum, ſed deſcendit in Ægyptum, &
habitauit ibi cum familia pauca, factuſque eſt ibi
in gentem magnam & maximam. 6 *Et nocue-*
runt nobis Ægyptij, & cruciarunt nos, & poſue-
runt ſuper nos ſeruitutem acerbam:
7 *Et clamauimus ad Deum Deum patrum no-*
ſtrorum, audiuitque vocem noſtram, & vidit im-
becillitatem noſtram, & tribulationem noſtram,
& anguſtiam noſtram, 8 *Et eduxit nos ex*
Ægypto manu valida & brachio extenſo, & ter-
rore magno, & ſignis atque portentis.
9 *Et adduxit nos ad hunc locum, deditque no-*
bis hanc regionem quæ manat lacte & melle.

19 فاذا اراحك الله ربك من جميع اعدايك الذين حواليك في
البلد الذي الله ربك معطيك اياه نحلة فتحوزه * فامح ذكر
العمالقة من تحت السماء * ولا تنس ذلك *

* الفصل السادس والعشرون *

1 واذا دخلت الي البلد الذي الله ربك معطيكه نحلة *
فتحوزه واقمت فيه * 2 فخذ من اوايل ثمر الارض الذي
تدخله من رياضك التي الله ربك معطيكها * وصيره في سجة *
وامض به الي الموضع الذي يختار الله ربك ليحل نوره فيه *
3 وصر به الي الامام الذي يلي في ذلك الزمان * وقل له
شكرت اليوم الله ربك * اذ دخلت الي البلد الذي اقسم الله
لاباينا ان يعطيناه * 4 وياخذ الامام تلك السجة من يدك *
فيضعها بين يدي قدس الله ربك *
5 ثم ابتدي بان تقول بين يدي الله ربك * ان لابان الارمي
كاد يبيد ابي * فنزل مصرا وسكن هناك برهط قليل * فصار
ثم امة كبيرة عظيمة * 6 فاسا الينا المصريون * وعذبونا * وجعلوا
علينا خدمة صعبة *
7 فصرخنا الي الله اله اباينا * فسمع صوتنا * ونظر ضعفنا وشقاينا
وضغطنا * 8 فاخرجنا من مصر بيد شديدة * وذراع ممدودة *
وتخويف عظيم * وايات وبراهين *
9 وجاء بنا الي هذا الموضع * واعطانا هذا البلد الذي يفيض
اللبن والعسل *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Quum igitur præſtiterit tibi Dominus Deus tuus requiem ab omnibus inimicis tuis per circuitum, in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæreditatem vt poſſideas illam, delebis memoriam Amalec de ſub cœlo: Non obliuiſceris.

CAPVT XXVI.

CVm autem ingreſſus fueris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæreditatem, & poſſederis eam, & habitaueris in ea. 2 Tunc accipies de primitiis fructuum terræ quos afferes de terra tua quam Dominus Deus tuus dat tibi, & pones in cartallo, ibiſque in locum quem elegit Dominus Deus tuus, vt ibi collocet nomen ſuum. 3 Et venies ad Sacerdotem qui fuerit in diebus illis, diceſque illi: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo quod venerim in terram quam iurauit Dominus patribus noſtris ſe daturum nobis.
4 Tum accipiet Sacerdos cartallum de manu tua, & ponet illum ante altare Domini Dei tui.
5 Reſpondens autem dices coram Domino Deo tuo: Syrus periens erat pater meus, deſcendit etiam in Ægyptum, & peregrinatus eſt ibi cum hominibus paucis, factuſque eſt ibi in gentem magnam, & robuſtam, & numeroſam: 6 Et malè exceperunt nos Ægyptij, & afflixerunt nos, impoſueruntque ſuper nos ſeruitutem duram. 7 Sed clamauimus ad Dominum Deum Patrum noſtrorum, & exaudiuit vocem noſtram, viditque afflictionem noſtram, & laborem noſtrum, & oppreſſionem noſtram. 8 Et eduxit nos de Ægypto cum manu forti, & cum brachio extento, & cum viſione magna, & cum ſignis, & portentis, 9 Et introduxit nos in hunc locum, deditque nobis terram hanc, terram fluentem lacte & melle.

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

10 Nunc igitur en attuli primitias fructuum terræ quam dedit mihi Dominus. & pone eas coram Domino Deo tuo, & adora ibi coram Domino Deo tuo,

11 Et lætare in omni bono quod dabit tibi Dominus Deus tuus & domui tuæ, tu & Leuita, & aduena qui fuerit in medio tui.

12 Cùmque compleueris decimare omnem decimam prouentus tui in anno tertio qui eſt annus decimarum, da Leuitæ, & aduenæ, ac viduæ, vt comedant in ciuitatibus tuis, & ſaturentur.

13 Dic etiam coram Domino Deo tuo, Exquiſiui ſanctum de domo, dedique Leuitæ, & hoſpiti, & pupillo, atque viduæ iuxta omnia præcepta quæ præcepiſti mihi: non ſum prætergreſſus præcepta tua, nec obliuioni tradidi.
14 Et non comedi ex eo in luctu meo, nec exquiſiui illud dum eſſem pollutus, nec mortuo propoſui ex eo, ſed audiui vocem Domini Dei mei, & feci quemadmodum præcepiſti mihi.

15 Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, de cælo, & benedic populum tuum Iſraël, & terram quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terram fluentem lacte & melle.

16 Hodie Dominus Deus tuus præcipit tibi vt facias leges iſtas atque iudicia: cuſtodi *igitur* & perage ea ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

17 Domino dixiſti hodie vt ſit tibi Deus, quòd ambulabis in viis eius, & cuſtodies leges eius, & iudicia eius, & præcepta ipſius.

18 Audieſque vocem Domini quam tibi profert hodie, vt ſis ei populus dilectus, vt dixit tibi, & cuſtodies ac facies cuncta ipſius mandata,

VERSIO SAMARITANA.

10 [illegible] 11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

10 [illegible] 11 [illegible]

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible]

16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

10 *Et nunc ecce iam attuli primitiuos fructus*
terræ quam conceßiſti mihi ò Domine. Deinde po-
*ne illos ante ſanctuarium Dei Domini tui , & *
adora in conſpectu Dei Domini tui. 11 *Et frue-*
re cunctis bonis quæ largitus eſt Deus Dominus
tuus tibi & familiæ tuæ, tu & Leuita, & peregri-
nus qui eſt in habitaculis tuis. 12 *Et cùm abſolue-*
ris decimationem omnium decimarum annonæ
tuæ, idque in anno tertio, anno complementi deci-
*marum, & dederis eas Leuitæ, & peregrino, & *
pupillo, & viduæ, & comederint ex eis in habita-
tionibus tuis, & ſaturati fuerint:
13 *Dic in conſpectu Dei Domini tui: Iam emiſi*
*ſancta è domo mea, & iam dedi ea Leuitæ, & *
peregrino, & pupillo, & viduæ ſecundùm omnia
præcepta tua quæ præcepiſti mihi: non ſum tranſ-
greſſus quicquam ex eis, nec ſum illud oblitus.
14 *Et ex decima quæ mea eſt, non comedi in mœ-*
rore meo, nec impendi quicquam ex ea in rem im-
mundam, nec in neceſsitates mortui, ſed acquieui
præcepto Dei Domini mei quoad hoc, & geßi me
in hoc prout iuſsiſti mihi.
15 *Aſpice igitur de loco ſanctitatis tuæ, de cælo,*
& benedic populo tuo familiæ Iſrael, & terræ quam
dediſti nobis, quemadmodum iuraſti patribus no-
ſtris fore vt eſſet terra manans lacte & melle.
16 *Et ſcias quòd Deus Dominus tuus præcipit*
tibi in hac die has cæremonias & iudicia: quapro-
pter obſerua ea & fac illa toto corde tuo, totaque
anima tua:
17 *Et quòd quò maiorem facultatem dede-*
ris Deo Domino tuo vt ſit tibi Deus, & vt am-
*bules in via eius, & obſerues cæremonias eius, & *
præcepta eius, & iudicia eius, & acquieſcas præ-
cepto ipſius:
18 *Eò digniorem te reddet Deus vt ſis illi gens*
*peculiaris, quemadmodum pollicitus eſt tibi, & *
vt ſerues omnia præcepta eius,

10 والآن هوذا قد جئت بأوائل ثمار الأرض التي رزقتنيها يا
ربّ * ثم ضعه بين يدي قدس الله ربك * واسجد بين يدي الله
ربك * 11 وافرح بكل خير رزقك الله ربك وآلك * أنت
واللاوي والغريب الذي في محالّك * 12 وإذا فرغت من
تعشير جميع أعشار غلّتك * وذلك في السنة الثالثة * سنة كمال
الأعشار * ودفعت ذلك إلى اللاوي * والغريب * واليتيم * والأرملة *
وأكلوا منه في محالّك وشبعوا * 13 فقل بين يدي الله ربك *
فقد نقّيت الأقداس من بيتي * وقد دفعتها إلى اللاوي * والغريب *
واليتيم * والأرملة * حسب جميع وصاياك التي أوصيتني بها * لم
أتجاوز شيئا منها * ولم أنساه * 14 والعشر الذي لي لم آكل
منه في حزني * ولم أصرف منه شيئا إلى نجس * ولا في حوائج ميت *
بل قبلت أمر الله ربي فيه * وصنعت به كما أمرتني * 15 فاطّلع
من موطن قدسك من السماء * وبارك في شعبك آل إسرائيل * وفي
الأرض التي أعطيتناها * كما أقسمت لآبائنا أن تكون أرضا
تفيض لبنا وعسلا * 16 واعلم أن الله ربك يأمرك في هذا
اليوم بهذه الرسوم والأحكام * فاحفظها واعمل بها بكل قلبك
وكل نفسك * 17 وأنك كلما أمرت الله ربك أن يكون لك
إلها * وأن تسير في طريقه وتحفظ رسومه ووصاياه وأحكامه *
وتقبل أمره *
18 فكذلك أهّلك الله لأن تكون له أمة خاصة كما وعدك *
وأن تحفظ جميع وصاياه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

10 Nunc autem ecce attuli primitias fructus terræ quam dediſti mihi Domine: tunc relinques illud ante Do-
minum Deum tuum, adorabiſque in conſpectu Domini Dei tui. 11 Et lætaberis in omni bono quod dedit
Dominus Deus tuus tibi, & domui tuæ, tu, & Leuita, & peregrinus qui eſt in medio tui.
12 Poſtquam autem compleueris decimare omnem decimam prouentus tui in anno tertio, anno decimæ,
& dederis eam Leuitæ, aduenæ, pupillo, & viduæ, & comederint in portis tuis, & ſatiati fuerint. 13 Tunc di-
ces coram Domino Deo tuo, abſtuli ſanctum de domo, atque etiam dedi illud Leuitæ, peregrino, pupillo, &
viduæ, iuxta omnia præcepta tua quæ præcepiſti mihi; non tranſgreſſus ſum præcepta tua, neque oblitus ſum.
14 Non comedi in luctu meo ex iis, neque ſubduxi ex iis in rem prophanam, neque dedi ex iis pro mortuo:
obediui voci Domini Dei mei, feci iuxta omnia quæ præcepit mihi.
15 Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, de cœlis; & benedic populo tuo Iſraeli, & terræ quam dediſti nobis,
ſicut iuraſti patribus noſtris, terræ lacte & melle fluenti.
16 Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias præcepta iſta, & iudicia: obſeruabis igitur, & facies
ea ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. 17 Dominum elegiſti hodie vt ſit tibi in Deum, atque vt am-
bules in viis eius, vt cuſtodias præcepta eius, & mandata eius, & obedias voci eius.
18 Dominus quoque elegit te hodie vt ſis ei in populum peculiarem, ſicut locutus eſt tibi, atque vt cuſto-
dias omnia mandata eius.

19 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

[illegible]

11 [illegible]

19 Faciatque te excelſiorem cunctis populis
quos condidit, in laudem, & *celebre* nomen, &
honorem, ſiſque populus ſanctus Domino,
prout dixit tibi.

CAPVT XXVII.

HOrtatus eſt autem Moſes & ſeniores
Iſraelis populum, & dixerunt ad eos, Cu-
ſtodite omnia mandata quæ præcipio vobis ho-
die. 2 In die quo traiicietis Iordanem in terram
quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus, eri-
ge tibi lapides magnos, & obduc eos calce.
3 Et ſcribe ſuper eos cunctos ſermones legis
iſtius poſtquam traieceris Iordanem vt ingre-
diaris terram quam dat tibi Dominus Deus
tuus, terram manantem lacte & melle, quem-
admodum dixit tibi Dominus Deus patrum
tuorum. 4 Cùm ergo traieceritis Iordanem,
erige lapides iſtos quos hodie præcipio tibi, in
monte Gebel, & obduc eos calce.
5 Et extrue ibi altare ex lapidibus, & ne inii-
cias ſuper eos ferrum: 6 Sed lapidibus in-
tegris extrue altare Domini Dei tui, & attolle
ſuper illud holocauſta pacifica coram Domi-
no Deo tuo. 7 Macta etiam pacifica, & co-
mede ibi, & lætare coram Domino Deo tuo.
8 Et ſcribe ſuper lapides illos cunctos ſermo-
nes legis huius, eoſque bene diſtingue.
9 Dixit quoque Moſes, & Sacerdotes atque
Leuitæ omnibus filiis Iſrael, Auſculta & audi
Iſrael, hodie futurus es populus Domino Deo
tuo. 10 Audi vocem Domini Dei tui, & fac
mandata eius legeſque ipſius quas ego præ-
cipio tibi hodie.

Maledictiones.

11 Et præcepit Moſes populo in die illo, dixit-
que ad eos:

VERSIO SAMARITANA.

19 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

19 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

19 *Et vt faciat te ſublimem ſuper omnes gentes quas creauit, laude, & nomine, atque gloria, & vt ſis populus ſanctus Deo Domino tuo, vt tibi promiſit.*

CAPVT XXVII.

PRaeterea praecepit Muſa & ſeniores Iſraelitarum turbae, dicentes: Obſeruate totum praeceptum quod impero vobis hodie. 2 *Eſt autem vt qua die tranſibitis Jordanem ad regionem quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi, erigas tibi lapides praegrandes, & linias eos calce.*

3 *Et ſcribe ſuper eos praecipua quaque legis huius poſt tranſitum tuum, vt expugnes regionem quam Deus Dominus tuus daturus eſt tibi, regionem fluentem lacte & melle, ſicut pollicitus eſt tibi Deus Deus patrum tuorum.*

4 *Jtaque cum primùm tranſibitis Iordanem, erigite hos lapides quos praecipio vobis hodie, in monte Jbal, & dealbate eos calce.*

5 *Et aedifica ibi aram Deo Domino tuo, aram lapidum ſuper quos non mouebis ferrum.*

6 *Sint nihilominus lapides integri, & offer ſuper eos holocauſta tua Deo Domino tuo.*

7 *Et ſacrifica ſacrificia pacis, eaque comede illic, & laetare coram Deo vehementer.*

8 *Et ſcribe ſuper lapides cuncta eloquia huius legis clarè & optimè.*

9 *Allocuti ſunt etiam Muſa & ſacerdotes atque Leuitae ſtirpem Iſraelis, dicentes: Jnclinare & audi ò progenies Jſrael; tu enim die tua iſta factus es populus Deo Domino tuo.*

10 *Acquieſce igitur ſermoni eius, & fac omnia praecepta eius quae praecipio tibi hodie.*

11 *Praeterea praecepit Muſa populo ſuo in illa die, dicens:*

19 وان يجعلك عاليا على جميع الامم الذين خلقهم * مدحا
واسما وفخرا * وان تكون شعبا مقدسا لله ربك كما وعدك *

* الفصل السابع والعشرون *

1 ثم امر موسى وشيوخ الاسرائيليين القوم قايلين * احفظوا جميع
الوصية التي امركم بها اليوم * 2 فيكون في يوم عبوركم
الاردن الى البلد الذي الله ربك معطيك * ان تنصب لك حجارة
عظيمة * وتتصدها باسفيداج * 3 واكتب عليها جميع عيون
هذه التورية بعد عبورك * لكي تفتح البلد الذي الله ربك معطيكه *
بلدا يفيض لبنا وعسلا * كما وعدك الله اله اباىك * 4 فمن اول
ما تعبرون الاردن فلتنصبوا هذه الحجارة التي امركم بها اليوم
في جبل عيبال * وتبيضوها باسفيداج * 5 وابن ثم مذبحا لله
ربك * مذبح حجارة لا تحرك عليها حديدا * 6 ولتكن مع
ذلك حجارة صحيحة * وقرب عليها صعايدك لله ربك * 7 وادبح
ذبايح سلامة * وكلها هناك * وافرح بين يدي الله جدا *
8 واكتب على الحجارة كل خطوب هذه التورية مبينة
جيدة *
9 ثم كلم موسى والايمة واللاويون نسل اسرايل قايلين *
اركن واسمع يا نسل اسرايل * فانك يومك هذا قد صرت شعبا
لله ربك *
10 فاقبل قوله * واعمل جميع وصاياه التي امرك بها اليوم *
11 ثم امر موسى قومه في ذلك اليوم قايلا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

19 Vt etiam efficiat te excelſiorem omnibus gentibus quas fecit in laudem, in nomen, & in honorem; atque vt ſis populus ſanctus Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt.

CAPVT XXVII.

POſtea praecepit Moſes, & ſeniores Iſrael populo, dicendo: Cuſtodite omne mandatum, quod ego praecipio vobis hodie. 2 Fiet autem illo die quo tranſieritis Iordanem in terram quam Dominus Deus tuus dedit tibi, vt erigas tibi lapides magnos, & linias eos calce.

3 Scribes quoque ſuper eos omnia verba legis huius, cum tranſieris vt ingrediaris terram quam Dominus Deus tuus dedit tibi, terram fluentem lacte & melle, ſicut locutus eſt tibi Dominus Deus patrum tuorum.

4 Quando ergo tranſieritis Iordanem, erigetis lapides iſtos quos ego praecipio vobis hodie, in monte Garizim, & linies eos calce. 5 Aedificabis etiam ibi altare Domino Deo tuo, altare lapideum; non eleuabis ſuper eos ferrum. 6 Ex lapidibus informibus aedificabis altare Domino Deo tuo, offereſque ſuper illud holocauſta Domino Deo tuo. 7 Et ſacrificabis pacifica, & comedes ibi, laetaberiſque coram Domino Deo tuo. 8 Scribes quoque ſuper lapides iſtos omnia verba legis huius planè, & dilucidè.

9 Praeterea dixit Moſes, & Sacerdotes Leuitae omni Iſraeli, dicendo: Auſculta & audi Iſrael, hodie factus es in populum ſanctum Domino Deo tuo. 10 Audias igitur vocem Domini Dei tui, & facito mandata eius, & praecepta eius, quae ego praecipio tibi hodie. 11 Praecepit quoque Moſes populo eodem die, dicens.

[illegible]

12 Hi ſtabunt ſuper montem Garzim ad bene-
dicendum populo cùm traieceritis Iordanem,
Simeon, & Leui, & Ihuda, & Iſachar, & Ioſeph,
& Beniamen. 13 Et hi ſtabunt ad maledicen-
dum in monte Gebel, Rubil, & Gad, & Aſir, &
Zebolon, & Dan, & Nephtali. 14 Reſponde-
bunt autem ac dicent vniuerſo populo Iſraelis
elata voce: 15 Maledictus vir qui fecerit ſculpti-
lia & fuſilia quæ abominanda ſunt coram Do-
mino, opus manuum lignarii, poſueritque in
abſcondito. Et reſpondebunt vniuerſus popu-
lus ac dicent, Amen. 16 Maledictus quicunque
contumeliis affecerit patrem ſuum & matrem
ſuam. Et dicet vniuerſus populus, Amen.
17 Maledictus qui transferet limitem proximi
ſui. Et dicet vniuerſus populus, Amen. 18 Ma-
ledictus quicunque errare fecerit cæcum in via.
Et dicet omnis populus, Amen. 19 Maledi-
ctus quicunque flexerit iudicium peregrini &
pupilli & viduę. Et dicet omnis populus, Amen.
20 Maledictus quicunque dormierit cum vxo-
re patris ſui, & retexerit alam patris ſui. Et dicet
omnis populus, Amen. 21 Maledictus quicun-
que dormierit cum iumento. Et dicet omnis
populus, Amen. 22 Maledictus quicunque
dormierit cum ſorore ſua, filia patris ſui, aut
filia matris ſuæ. Et dicet omnis populus, Amen.
23 Maledictus quicunque dormierit cum ſo-
cru ſua. Et dicet omnis populus, Amen.
24 Maledictus quicunque percuſſerit proxi-
mum ſuum in abſcondito. Et dicet omnis po-
pulus, Amen. 25 Maledictus quicunque ac-
ceperit munus ad interficiendam animam ſan-
guinis innocentis. Et dicet omnis populus,
Amen. 26 Maledictus quicunque non per-
ſtiterit in ſermonibus legis huius, & fecerit eos.
Et dicet omnis populus, Amen.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

12 *Hi ſtabunt ad benedicendam plebem ſuper*
montem Garizim poſtquam tranſieritis Iorda-
nem, progenies Simeon, & progenies Liui, & Ihu-
da, & Iſſachar, & Ioſeph, & Beniamin.
13 *Et hi ſtabunt ad maledicendum ſuper mon-*
tem Ibal, familia Raubin, & Gad, & Aſir, &
Zebolon, & Dan, & Nephtali.
14 *Incipiant autem Leuitæ ac dicant ad omnem*
progeniem Iſrail voce elata: 15 *Maledictus*
homo qui fabricauerit ſculptile aut conflatile, illud
ſcilicet quod execratur Deus: aut adhibuerit illud
ex opere artificis, & poſuerit illud in occulto. Et
reſpondebit eis totus populus, dicetque: Amen.
16 *Et maledictus deſpiciens patrem ſuum &*
matrem ſuam. Et dicet totus populus: Amen.
17 *Et maledictus qui tranſgredietur limites*
proximi ſui. Dicetque totus populus: Amen.
18 *Et maledictus errare faciens ignarum in iti-*
nere. Et dicet totus populus: Amen.
19 *Et maledictus qui declinare faciet iudicium*
peregrini, & pupilli, ac viduæ. Dicetque totus po-
pulus: Amen. 20 *Et maledictus qui concum-*
bet cum vxore patris ſui, eo quod detexerit fim-
briam eius. Dicetque totus populus: Amen.
21 *Et maledictus qui concumbet cum vllo ex iu-*
mentis. Et dicent omnes: Amen.
22 *Et maledictus qui concumbet cum ſorore ſua,*
filia patris ſui, aut filia matris ſuæ. Et dicent
omnes: Amen. 23 *Et maledictus qui con-*
cumbet cum ſocru ſua. Et dicent omnes: Amen.
24 *Et maledictus qui clam detrectabit proxi-*
mum ſuum. Et dicent omnes: Amen.
25 *Et maledictus qui accipit munus vt interfi-*
ciat animam innocentem. Et dicent omnes:
Amen. 26 *Et maledictus qui non confirma-*
bit verba huius legis vt exequatur illa. Et dicent
omnes: Amen.

12 هاؤلاء يقومون ليبركوا الامة على جبل جرزيم بعد عبوركم
الاردن * آل شمعون * وآل ليوي * ويهودا * ويساخار * ويوسف *
وبنيامين * 13 وهاؤلاء يقومون للعنة على جبل عيبال * آل
راوبين * وجاد * واشير * وزبولون * ودان * ونفتالي *
14 فليبتدي اللاويون ويقولوا لجميع آل اسرايل بصوت عال *
15 ملعون الرجل الذي يصنع فسلا او مسبوكا * لما يكرهه
الله * او يتخذه من صنعة صانع فيصيره له في ستر * فيجيبهم
جميع القوم ويقول امين *
16 وملعون المستخف بابيه وامه * ويقول جميع القوم امين *
17 وملعون من يجوز تخم صاحبه * ويقول جميع القوم امين *
18 وملعون مضل جاهل في الطريق * ويقول جميع القوم امين *
19 وملعون من يميل حكم غريب ويتيم وارملة * ويقول
جميع القوم امين * 20 وملعون من يضاجع زوجة ابيه لما
كشف كنفه * ويقول جميع القوم امين *
21 وملعون من يضاجع شيا من البهايم * ويقول جميعهم امين *
22 وملعون من يضاجع اخته ابنة ابيه او ابنة امه * ويقول
جميعهم امين * 23 وملعون من يضاجع حماته * ويقول
جميعهم امين * 24 وملعون من يسعى على صاحبه سرا *
ويقول جميعهم امين * 25 وملعون الآخذ رشوة ليقتل نفسا
برية * ويقول جميعهم امين * 26 وملعون من لم يثبت
كلام هذه التورية ليعمل بها * ويقول جميعهم امين *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

12 Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim, poſtquam tranſieritis Iordanem, Simeon &
Leui, Iuda & Iſſachar, Ioſeph & Beniamin. 13 Iſti verò ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben,
Gad, & Aſer; Zabulon, Dan, & Nephtali. 14 Inquient autem Leuitę, & dicent ad omnem virum Iſraelis
alta voce. 15 Maledictus homo qui fecerit ſculptile, & conflatile, abominationem Domino, opus ma-
nuum artificis, & poſuerit in abſcondito: Reſpondebunt autem omnis populus, & dicent, Amen.
16 Maledictus qui maledicit patri ſuo, & matri ſuę: Et dicent omnis populus, Amen.
17 Maledictus qui transfert terminum proximi ſui; & dicent omnis populus, Amen.
18 Maledictus qui errare facit cœcum in via; & dicent omnis populus, Amen.
19 Maledictus qui peruertit iudicium peregrini, pupilli, & viduę; & dicent omnis populus, Amen.
20 Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, quoniam reuelat operimentum patris ſui; & dicent omnis
populus, Amen. 21 Maledictus qui coit cum quouis bruto; dicentque omnis populus, Amen.
22 Maledictus qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, aut filia matris ſuę; & dicent omnis populus, Amen.
23 Maledictus qui dormit cum ſocru ſua: & dicent omnis populus, Amen.
24 Maledictus qui percutit proximum ſuum in occulto; & dicent vniuerſus populus, Amen.
25 Maledictus qui accipit munus vt percutiat animam ſanguinis innocentis; & dicent omnis populus, Amen.
26 Maledictus qui non permanſerit in omnibus verbis legis huius, vt faciat ea; & dicent omnis populus,
Amen.

[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible] 4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible] 6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

CAPVT XXVIII.

Benedictiones.

SI verò audieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodieris ac feceris omnia præcepta eius quæ mando tibi hodie: faciet te Dominus Deus excelſiorem cunctis populis terræ.
2 Venientque ſuper te benedictiones iſtæ, & apprehendent te, cùm audieris vocem Domini Dei tui. 3 Benedictus eris in ciuitate, benedictus eris in agro. 4 Benedicti fructus ventris tui, & fructus telluris tuæ, & fœtus iumentorum tuorum, & armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. 5 Benedictum caniſtrum tuum, & paſta tua. 6 Benedictus eris in ingreſſu tuo, benedictus eris in egreſſu tuo.
7 Tradetque Dominus hoſtes tuos tibi aduerſos, profligatos: per viam vnam egredientur contra te, & per ſeptem vias fugient à conſpectu tuo. 8 Mandabit Dominus benedictioni *vt ſit* in horreis tuis, & in omni re ad quam extenderis manum tuam: & benedicet tibi in terra quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus. 9 Et eriget te ſibi Dominus in populum ſanctum, quemadmodum iurauit tibi, ſi cuſtodias omnia præcepta Domini Dei tui, & incedas in viis eius. 10 Et videbunt omnes populi terræ quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt à te.
11 Et promouebit te Dominus ad felicitatem, in fructibus ventris tui, & in fœtu iumentorum tuorum, & in fructibus telluris tuæ, in terra quam iurauit Dominus patribus tuis ſe daturum tibi. 12 Aperiet tibi Dominus horreum ſuum optimum, cælum, dabitque pluuiam terræ tuæ ſuo tempore, & benedicet cunctis operibus manuum tuarum: mutuo dabis populis multis, tu verò non mutuaberis: & dominaberis populis multis, ipſi verò tibi non dominabuntur.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

CAPVT XXVIII.

ET ſcito quòd ſi audieris & obtemperaris man-
dato Dei Domini tui, vt obſerues & facias
cuncta eius præcepta quæ præcipio tibi hodie: fa-
ciet te Deus Dominus tuus excelſum ſuper omnes
gentes terræ. 2 *Et aduenient tibi iſtæ benedictio-*
nes, & aſſequentur te, cùm audieris præceptum
Dei Domini tui. 3 *Eriſque benedictus in ci-*
uitate, & benedictus in campo.
4 *Et benedicti fructus corporis tui, & fructus*
hortorum tuorum, & fructus iumentorum tuo-
rum, fœtus boum tuorum, & fœtus ouium tua-
rum. 5 *Et benedictum quicquid fuerit in ſpor-*
tis tuis, & mactris tuis.
6 *Et eris benedictus in ingreſſu tuo, & bene-*
dictus in egreſſu tuo. 7 *Ponetque Deus inimi-*
cos tuos tibi inſenſos, proſtratos in conſpectu tuo:
egredientur ad te per iter vnum, & fugient à
conſpectu tuo per ſeptem itinera.
8 *Et mandabit Deus tibi benedictionem ſuam*
in horreis tuis, & in omni extenſione manuum
tuarum: & benedicet tibi in regione quam
Deus Dominus tuus daturus eſt tibi.
9 *Erigetque te Deus in populum ſanctum,*
prout pollicitus eſt tibi, cùm ſeruaueris præcepta
eius, & ambulaueris in viis eius.
10 *Et videbunt omnes gentes quòd nomen Dei*
nominatum ſit ſuper te, teque timebunt.
11 *Et addet tibi Deus proſperitatem in fructi-*
bus corporis tui, & fructibus hortorum tuorum,
& fructibus iumentorum tuorum, in regione
quam iurauit patribus tuis daturum ſe tibi.
12 *Et aperiet Deus tibi horrea bonorum ſuo-*
rum de cælo, demittetque pluuiam regionis tuæ
ſuo tempore, & benedicet omne opus manus tuæ,
ita vt mutuo des gentibus multis, & tu non mu-
tueris.

* الفصل الثامن والعشرون *

1 واعلم انك ان سمعت واطعت امر الله ربك * لتحفظ وتعمل
جميع وصاياه التي امرك بها اليوم * جعلك الله ربك عاليا على
جميع امم الارض * 2 ونالتك هذه البركات وادركتك * اذا
سمعت امر الله ربك *
3 فصرت مباركا في الحضر * ومباركا في البدو *
4 ومباركا ثمر جسمك * وثمر رياضك * وثمر بهائمك * نتاج
بقرك * ونتاج غنمك * 5 ومباركا ما في تبابجك ومعاجنك *
6 وصرت مباركا في دخولك * ومباركا في خروجك *
7 ويجعل الله اعداك المقاومين لك مصدومين بين يديك *
يخرجون اليك في طريق واحد * فيهربون من بين يديك في سبع
طرق * 8 ويامر الله لك ببركته في اهرايك * وفي جميع ممد
يدك * ويبارك لك في البلد الذي الله ربك معطيكه *
9 ويصبك الله شعبا مقدسا كما وعدك * اذ تحفظ وصاياه
وتسير في طرقه *
10 فينظر جميع الامم ان اسم الله قد سمي عليك فيخافونك *
11 ويزيدك الله خيرا في ثمر جسمك * وثمر رياضك * وثمر
بهائمك في البلد الذي اقسم لابائك ان يعطيكه *
12 ويفتح الله لك خزاين خيره من السماء * فينزل مطر بلدك في
وقته * ويبارك في جميع عمل يديك * حتى تقرض امما كثيرة *
وانت فلا تقترض *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.
CAPVT XXVIII.

FIet igitur ſi obediendo obeddiueris voci Domini Dei tui, cuſtodiendo, & faciendo omnia mandata eius, quæ
ego præcipio tibi hodie, vt conſtituat te Dominus Deus tuus excelſiorem omni gente terræ.
2 Et veniant ſuper te omnes benedictiones iſtæ, teque apprehendant, quoniam obtemperaueris voci Domi-
ni Dei tui. 3 Benedictus eris in ciuitate, benedictus quoque eris in agro. 4 Benedictus fructus ventris
tui, & fructus terræ tuæ, & fructus iumentorum tuorum, fœtus boum tuorum, & greges pecudum tuarum.
5 Benedictus Cartallus tuus, & reliquiæ tuæ. 6 Benedictus eris in ingreſſu tuo, & benedictus eris in egreſ-
ſu tuo. 7 Dabit Dominus hoſtes tuos qui inſurgunt in te, percuſſos ante faciem tuam: per viam vnam egre-
dientur aduerſum te, & per ſeptem vias fugient ante faciem tuam.
8 Mandabit Dominus vt benedictio ſit tecum, in cellariis tuis, & in omni re ad quam manus tuas extenderis,
benedicetque tibi in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi. 9 Confirmabit te Dominus ſibi in populum
ſanctum ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius.
10 Videbuntque omnes populi terræ quod nomen Domini inuocatur ſuper te, & reformidabunt te.
11 Et abundare te faciet Dominus in bonum in fructu ventris tui, & in fructu iumentorum tuorum, & in fru-
ctu terræ tuæ, ſuper terram quam iurauit Dominus patribus tuis ſe daturum tibi. 12 Aperiet tibi Dominus
theſaurum ſuum optimum, cœlum, vt det pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo, vt benedicat omnibus operibus
manuum tuarum; & fœnerabis gentibus multis, tu autem à nemine fœnus accipies.

13 Faciet te Dominus caput, & non caudam,
eriſque ſupra, nec eris infra, ſi audieris præcepta
Domini Dei tui quæ præcipio tibi hodie, &
cuſtodieris ac feceris ea, 14 Neque deflexe-
ris ab omnibus mandatis quæ præcipio tibi ho-
die, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram,
nec abieris poſt Deos gentium, neque colue-
ris eos.

Maledictiones.

15 At niſi audieris vocem Domini Dei tui, &
non cuſtodieris nec feceris omnia præcepta
eius quæ præcipio tibi hodie, aduenient tibi
omnes iſtæ maledictiones, & apprehendent
te. 16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus
eris in agro. 17 Maledictum caniſtrum tuum,
& paſta tua. 18 Maledicti fructus ventris tui,
& fructus terræ tuæ, & armenta boum tuorum,
& greges ouium tuarum.
19 Maledictus eris in ingreſſu tuo, maledi-
ctus eris in egreſſu tuo. 20 Mittet in te
Dominus penuriam, & turbationem, &
correptionem in omni re ad quam facien-
dam admoueris manum tuam, donec perdat
te, & donec breui te conſumat propter ma-
litiam operum tuorum, & eo quòd me de-
ſerueris. 21 Mittet in te Dominus mor-
talitatem, donec te perdat de terra ad quam
poſſidendam es illuc ingreſſurus.
22 Percutiet te Dominus ſtupiditate, & ele-
phantiaſi, & incendio, & flamma, & aurigine,
& gladio, & vento vredinis, & perſequentur
te, donec te perdant.
23 Eruntque cæli qui ſunt ſuper caput tuum,
ænei: & tellus quæ ſub te eſt, ferrea.
24 Dabit Dominus pluuiam terræ tuæ li-
mum, & puluerem de cælo demittet ſuper te,
donec te conſumat.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

13 *Ponetque te Deus caput, non caudam: eriſque merè ſublimis, & non eris infimus, dumodo acquieſcas præceptis eius quæ ego mando tibi vt obſerues ea & facias illa.*

14 *Et ne declines in omnibus præceptis quæ præcipio tibi hodie, dextrorſum, neque ſiniſtrorſum, & ſecteris cultus alios, & adores eos.*

15 *Verùm ſi non acquieſcas dicto Dei Domini tui, vt obſerues & facias mandata eius quæ mando tibi hodie, immittentur in te maledictiones iſtæ, & aſſequentur te:*

16 *Eriſque maledictus in ciuitate, & maledictus in campo.*

17 *Et maledictus in ſporta tua, & mactris tuis.*

18 *Eruntque maledicti fructus ventris tui, & vniuerſi fructus terræ tuæ, & fœtus boum tuorum, & fœtus ouium tuarum.*

19 *Et eris maledictus in ingreſſu tuo, & maledictus in egreſſu tuo.*

20 *Mittetque Deus in te miſeriam, & conturbationem, & increpationem in omni extenſione manus tuæ quam exercebis, donec te conſumat ac perdat quamcitiſſimè, propter malignitatem morum tuorum, quòd me dereliqueris.*

21 *Et indeſinenter affliget te Deus peſte, donec te conſumat de terra ad quam ingreſſurus es vt poſſideas eam.*

22 *Percutietque te Deus febri phtiſica, & acuta, & quartana, & paralyſi, & ariditate, & hectica, & aurigine, & perſequetur te vſque ad conſumptionem tui.*

23 *Erit quoque cælum tuum quod eſt ſuper caput tuum, velut æs: & terra quæ ſub te eſt, velut ferrum.*

24 *Vertetque Deus quicquid depluet ſuper terram tuam, in limum: & puluerem de cælo propellet in te, donec abſumaris.*

13 ويجعلك الله راسا لا ذنبا * وتكون عاليا محضا * ولا تكون مستفلا * اذ تقبل وصاياه التي انا امرك بها لتحفظها وتعمل بها *

14 ولا تزل في جميع الامور التي امرك بها اليوم يمنة ولا يسرة * فتتبع معبودات اخر وتعبدها *

15 وان لم تقبل قول الله ربك لتحفظ وتعمل وصاياه التي امرك بها اليوم * حلت بك هذه اللعنات * فادركتك *

16 وكنت ملعونا في الحضر وملعونا في البدو *

17 وملعونا في سخيتك ومعاجنك * 18 وصار ملعونا ثمر بطنك * وساير ثمر ارضك * ونتاج بقرك * وبهام غنمك *

19 وصرت ملعونا في دخولك * وملعونا في خروجك *

20 ويبعث الله عليك المحق والمدهشة والزجر في جميع ممد يدك الذي تصنعه * الى ان يفندك ويبيدك سريعا * من قبل رداءة شمايلك اذ تركتني *

21 ويلزمك الله الوباء الى ان يفنيك من الارض التي انت داخل اليها لتحوزها *

22 ويضربك الله بحمى السل * والحادة * والربع * والفالج * والجفاف * والدق * واليرقان * فيكلبك الى ابادتك *

23 وتكن سماوك التي فوق راسك كالنحاس * والارض التي تحتك كالحديد *

24 ويجعل الله جميع ما يمطر على ارضك غبارا * وترابا من السماء رد عليك الى ان تنفد *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

13 Te quoque dabit Dominus in caput, & non in caudam; eriſque tantùm ſupra, & nunquam infra, ſi audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie ad cuſtodiendum, & faciendum.

14 Neque receſſeris ab omnibus verbis quæ ego præcipio tibi hodie, ad dexteram aut ſiniſtram, eundo poſt
Deos alienos vt ſeruias eis. 15 Si verò non obedieris voci Domini Dei tui cuſtodiendo mandata eius, &
præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, tum venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent
te. 16 Maledictus eris in ciuitate, & maledictus eris in agro.

17 Maledictus cartallus tuus, & reliquiæ tuæ. 18 Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, &
fructus iumentorum tuorum, fœtus boum tuorum, & greges pecudum tuarum.

19 Maledictus eris in introitu tuo, & maledictus eris in exitu tuo.

20 Immittet Dominus in te amaritudinem, & perturbationem, & exitium in omni opere manuum tuarum
quod facies donec diſperdant te, & donec perire te faciant velociter propter malignitatem operum tuorum,
quia dereliquiſti me. 21 Agglutinabit tibi Dominus peſtem donec conſumpſerit te de terra ad quam tu
vadis poſſidendam. 22 Percutiet te Dominus tabe, & febri, & rigore, & æſtu, & gladio, & vredine, & rubigine; perſequentur te donec te perdiderint.

23 Eruntque cœli tui qui ſunt ſuper caput tuum, ærei; & terra quæ eſt ſubter te, ferrea.

24 Dabit Dominus pluuiam terræ tuæ puluerem, & puluis de cœlo deſcendet ſuper te donec atterant te.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

25 Profligabit te Dominus coram hoſtibus tuis:per iter vnum egredieris contra eos, & per ſeptem itinera fugies à conſpectu eorum, & eris terrori apud omnia regna terræ.
26 Erit etiam cadauer tuum eſca volucri cæli & beſtiæ terræ, nec erit qui abigat.
27 Percutiet te Dominus vlcere Ægyptiorum, & morbo ani, & lepra, & macie, ita vt ſanari nequeas.
28 Percutiet te Dominus caligine, & cæcitate, & ſtupiditate cordis.
29 Sis palpans in meridie quemadmodum palpat cæcus in tenebris: & ne perducatur via tua ad exitum: & ſis ductus per violentiam, & oppreſſus cunctis diebus tuis, nec ſit qui te liberet.
30 Vxorem deſpondeas, & vir alius ducat eam. Domum ædifices, & non habites in ea. Vineam plantes, & non exprimas vinum eius.
31 Bos tuus iuguletur coram te, & non comedas ex eo. Et aſinus tuus abducatur à te violenter, & non reddatur tibi. Oues tuæ tradantur hoſtibus tuis, nec ſit qui eripiat.
32 Filij tui & filiæ tuæ tradantur populo alieno, oculis tuis ſpectantibus: & affligaris propter eos tota die, nec ſint vires in manibus tuis.
33 Fructus terræ tuæ, totumque laborem tuum comedat populus quem tu ignoras: ſiſque oppreſſus, & coarctatus omnibus diebus tuis.
34 Et offundatur caligine viſus oculorum tuorum quo vides.
35 Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus tuis & in cruribus tuis, nec ſanari valeas, à planta pedis tui vſque ad cerebrum tuum.
36 Ducet te Dominus, te *inquam* & regem tuum quem conſtitueris ſuper te, ad populum quem nec tu nouiſti nec patres tui, & ſeruies ibi diis aliis ligneis & lapideis.
37 Eriſque ſtupori, & fabulæ, & meditationi inter omnes populos inter quos diſperget te Dominus.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

25 [illegible]

26 [illegible]

27 [illegible]

28 [illegible]

29 [illegible]

30 [illegible]

31 [illegible]

32 [illegible]

33 [illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

25 *Ponetque te Deus proſtratum ante inimicos
tuos, ita vt exeas ad eos per viam vnam, & fu-
gias à conſpectu eorum per ſeptem vias, fiaſque
exemplum omnibus regnis terræ. 26 *Et fiet ca-*
dauer tuum cibus volatilibus cæli & beſtiis terræ,
nec erit eis abſterrens. 27 *Percutietque te Deus*
vlcere Ægypti, & hæmorrohide, & ſcabie, & im-
petigine à quibus non poteris ſanari. 28 *Percu-*
tiet te quoque Deus amentia, & cæcitate, & ſtu-
pore cordis, 29 *Jta vt ſis palpans in meridie ſicu-*
ti palpat cæcus ac præſertim in tenebris: & non pro-
ſperaberis in viis tuis: & eris oppreſſus & coactus
longitudine temporis tui, nec erit tibi adiutor.
30 *Nubes vxori, & coibit cum ea vir alius: &*
extrues domum, & non habitabis in ea: & plan-
tabis vineam, & non delibabis eam. 31 *Eritque*
bos tuus mactatus ante oculos tuos, & non come-
des ex eo: & aſinus tuus raptus è manibus tuis,
nec reducetur ad te: & oues tuæ traditæ inimicis
tuis, nec erit qui opem ferat. 32 *Filij etiam tui*
& filiæ tuæ dati gentibus alienis, & oculi tui vide-
bunt eos intuentes illos longitudine temporis, &
nulla erit potentia in manu tua.
33 *Et fructus terræ tuæ, totumque lucrum tuum*
deuorabunt gentes quas non agnoſcis: & eris hoc
pacto oppreſſus & mancipatus longitudine tem-
poris, 34 *Ita vt euadas amens ob ſpectaculum*
oculorum tuorum quod cernes.
35 *Et percutiet te Deus vlcere malo ſuper genua*
& ſuper crura, quod curare minimè poteris.
Et dum te cruciabit à planta tua ad verticem
tuum, 36 *Migrare te faciet Deus, regemque*
tuum quem eriges tibi, ad gentem quam tu non
noſti nec patres tui, & ſeruies illic diis aliis li-
gneis & lapideis.
37 *Et eris deuitationi, & prouerbio, atque fa-*
bulæ in cunctis gentibus ad quas ducet te Deus.

25 ويجعلك الله مصدوما بين يدي اعدايك * حتي تخرج اليهم
في طريق واحد * وتهرب من بين ايديهم في سبع طرق * فتصير
عبرة لجميع ممالك الارض * 26 وتصير جثتك ماكلا لطير
السماء ولبهايم الارض * وليس لها مزعج * 27 ويضربك الله
بقرح مصر * والبواسير * والجرب * والحكة ما لا تستطيع مداواته *
28 ويضربك الله بالجنون والعمي وبهتة القلب * 29 حتي تصير
تحسسا في الظهيرة * كما يحسس الاعمي وخاصة في ظلمة * ولا تنجح
في طرقك * وتكن مغشوما مغصوبا طول زمانك * وليس لك
مغيث * 30 فتزوج امراة فياتيها رجل اخر * وتبني بيتا ولا
تجلس فيه * وتغرس كرما ولا تبتذله * 31 فيكون ثورك مذبوحا
حذا عينيك فلا تاكل منه * وحمارك مغصوبا من بين يديك
فلا يرجع اليك * وغنمك مسلمة الي اعدايك وليس لك مغيث *
32 وبنوك وبناتك مدفوعين الي قوم اخرين * وعيناك تريانهم
شاخصتان اليهم طول الزمان * ولا طاقة في يدك * 33 وثمر ارضك
وساير كسبك ياكله قوم لا تعرفهم * وتصير كذلك مغشوما مغصوبا
طول الزمان * 34 حتي تصير معتوها من منظر عينيك الذي تراه *
35 ويضربك الله بقرح ردي علي الركب وعلي السوق * ما لا تستطيع
مداواته * وكما يولمك من قدمك الي هامتك * 36 يجليك الله
وملكك الذي تنصبه لك الي قوم لم تعرفهم انت واباوك * وتخدم
هناك معبودات اخر من خشب وحجارة * 37 فتصير وحشة
ومثلة وحكاية في جميع الامم التي يسوقك الله اليها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Dabit te Dominus corruentem ante faciem inimicorum tuorum: per viam vnam egredieris aduerſus eum, & per ſeptem vias fugies ante faciem eius, eriſque in diſperſionem omnibus regnis terræ.
26 Erit quoque cadauer tuum in eſcam volucribus cœli, & beſtiis terræ, neque erit qui abigat. 27 Percutiet te Dominus vlcere Ægypti, & hæmorrhoïdibus, & ſcabie, & prurigine quibus non poteris curari.
28 Percutiet te Dominus amentia, & cæcitate, & ſtupore cordis. 29 Eriſque palpans in meridie, ſicut palpat cæcus in caligine, nec proſperare facies viam tuam: præterea eris tantùm oppreſſus & direptus omnibus diebus, & non erit qui eripiat te. 30 Vxorem deſponſabis, & vir alter dormiet cum illa; domum ædificabis, & non habitabis in ea; vineam plantabis, ſed non vindemiabis eam. 31 Bos tuus mactabitur ante oculos tuos, & non comedes ex eo; aſinus tuus rapietur à conſpectu tuo, & non reſtituetur tibi; pecudes tuæ tradentur inimicis tuis, & non erit qui eripiat. 32 Filij tui, & filiæ tuæ tradentur populo alteri, & oculi tui videbunt, & tabeſcent ad illos tota die, ſed non erit in fortitudinem manus tua. 33 Fructum quoque terræ tuæ, & omnes labores tuos comedet populus quem non cognouiſti, & tantummodò calumniam patieris, & opprimeris omnibus diebus. 34 Obſtupeſceſque propter phantaſmata oculorum tuorum quæ videbis.
35 Percutiet te Dominus vlcere malo ſuper genua, & ſuper ſuras quod non poteris curare, à planta pedis tui vſque ad verticem tuum. 36 Abducet te Dominus, & regem tuum quem conſtitueris ſuper te, in gentem quam non nouiſti tu & patres tui, ſeruieſque ibi diis alienis, ligno, & lapidi. 37 Eris quoque in nomen, in prouerbium, & in dicterium omnibus populis ad quos Dominus te deducet.

[illegible]

38 Semen cop ioſum producet ager tuus, &
parum colliges: quia comedet illud locuſta.
39 Vineam plantabis & coles, & vinum non
bibes neque colliges: quia corrodet eam vermis.
40 Oleæ tibi erunt in cunctis finibus tuis, at-
tamen oleo non vngeris: quia defluent oliuæ
tuæ. 41 Filios & filias generabis, ſed non erunt
tui: quia in captiuitatem abibunt.
42 Omnes arbores tuas & fructus terræ tuæ
deuorabit gryllus. 43 Et hoſpes qui in medio
tui eſt, ſurſum eleuabitur ſuper te, tu verò de-
ſcendes deorſum. 44 Ille mutuo tibi dabit, &
tu nihil illi mutuo dabis: ille erit caput, & tu
eris cauda. 45 Venient autem ſuper te omnes
iſtæ maledictiones, teque apprehendent, & per-
ſequentur donec te conſumant, eo quòd non
audieris vocem Domini Dei tui, neque cuſto-
dieris præcepta eius & leges eius quas præcepit
tibi: 46 Et erunt ſigna atque prodigia in te
& in ſemine tuo in ſæculum,
47 Eo quòd non colueris Dominum Deum
tuum cum lætitia & bonitate cordis, propter
affluentiam omnium rerum.
48 Et ſeruies hoſtibus tuis quos mittet Do-
minus aduerſum te, in fame, & ſiti, & nuditate,
& penuria rerum omnium: dabitque iugum
ferreum ſuper collum tuum, donec te perdat.
49 Adducet ſuper te Dominus populum de
longinquo, ab extremis terræ finibus, vt volat
aquila: populum cuius linguam non capies:
50 Populum impudentis vultus, qui non re-
uerebitur facies ſenum, & puerorum non mi-
ſerebitur. 51 Et comedet partum iumen-
torum tuorum, & fructus terræ tuę, donec te
conſumat: nec tibi relinquet frumentum, nec
vinum, nec oleum, nec armenta boum, neque
greges ouium, donec te perdat.

VERSIO-SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

[38] *Cùmque proferet campus ſemen copioſum, parum colliges ex eo, quoniam corrodet illud locuſta.* [39] *Et cum plantabis vineas & coles eas, non bibes ex iis vinum, neque recondes illud, ſed deuorabunt eas vermes.* [40] *Et cùm fuerint tibi oleæ in omnibus terminis tuis, non vngeris ipſarum oleo, ſed decidentes decident.* [41] *Cumque genueris filios & filias, non manebunt tibi, ſed abducentur in captiuitatem.* [42] *Omneſque arbores tuas & fructus terræ tuæ corrodet ærugo.* [43] *Et peregrinus qui erit inter vos, eleuabitur ſuper te altitudine maxima, tu verò deprimeris in imum profundum,* [44] *Ita vt ipſe mutuo tibi det, tu verò non des illi mutuo: & ipſe fiat tibi caput, tu verò fias cauda.* [45] *Et immittentur in te omnes hæ maledictiones, teque perſequentur, & apprehendent te vſque ad conſumptionem tui, eo quòd non acquieueris mandato Dei Domini tui, & ſeruaueris præcepta eius & ſtatuta eius quæ tibi mandauit:* [46] *Fietque in te ſignum & portentum, & in ſtirpe tua tibi ſimili, vſque in ſæculum.* [47] *Et pro eo quòd non ſeruieris Deo Domino tuo in lætitia & bonitate cordis, propter abundantiam rerum,* [48] *Profectò ſeruies inimico tuo quem præficiet tibi Deus, in fami, & ſiti, & nuditate, & egeſtate omnium rerum: ponetque iugum ferreum ſuper collum tuum, donec te conſumat.* [49] *Et laceſſet in te Deus nationem de longinquo, ab extremitate cæli, quemadmodum circunuolitat aquila: nationem cuius linguam non intelliges:* [50] *Nationem procacis vultus, quæ non reuerebitur vultum ſenis tui, neque miſerebitur pueri.* [51] *Deuorabitque fructus iumentorum tuorum, & fructus terræ tuæ, vſque ad conſumptionem tui: & non relinquet tibi frumentum, neque muſtum, neque oleum, neque fœtum boum tuorum, neque fœtum ouium tuarum, donec te perdat.*

38 واذا تخرج الصحراء زرعا كثيرا * فقليل ما تجمع منه * اذ
يقضمه الجراد * 39 فاذا تغرس كروما وتفلحها * فما تشرب
منها خمرا ولا توعيها * بل ياكلها الدود * 40 واذا تكون
لك زيتون في جميع تخمك * فما تدهن منها بدهن * بل تنثر نثرا *
41 واذا تولد بنين وبنات * فما يبقون لك * بل يحملون في السبي *
42 وجميع شجرك وثمر ارضك يفرضه القرض * 43 والغريب
الذي فيما بينكم يرتفع عليك علوا كبيرا * وانت تنحط
سفلا هويا * 44 حتى انه يقرضك * وانت لا تقرضه * وهو يصير
لك راسا * وانت تصير ذنبا * 45 وتحل بك جميع هذه اللعنات *
وتتبعك فتدركك الى انفادك * اذ لم تقبل امر الله ربك * فتحفظ
وصاياه ورسومه التي امرك بها * 46 فتصير فيك اية وبرهانا *
وفي نسلك المشابه لك الى الدهر * 47 وبدل ما لم تعبد الله
ربك بفرح وجودة قلب من كثرة الاشياء * 48 ان تخدم
عدوك الذي يسلطه الله عليك بجوع وعطش وعري وعوز
كل شيء * ويضع اصرا من حديد على عنقك الى ان يفنيك *
49 ويغري بك الله قبيلا من بعيد من طرف السماء * كما يحلق
النسر * قبيلا لا تفهم لغته * 50 قبيلا وقح الوجه * من لا يهاب وجه
شيخك * ولا يرءف على صبي *
51 فياكل ثمر بهائمك * وثمر ارضك الى انفادك * ولا يبقي لك
برا * ولا عصيرا * ولا دهنا * ولا نتاج بقرك * وسخال غنمك * الى ان
يبيدك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[38] Semen multum educes in agrum, & parum colliges; quoniam conſumet illud locuſta. [39] Vineas plantabis & coles, ſed vinum non bibes, neque colliges; quoniam deuorabit illud vermis. [40] Oliuæ erunt tibi in omnibus finibus tuis, ſed oleo non vngeris; quia excutientur oliuæ tuæ. [41] Filios, & filias generabis, ſed non erunt tuæ; ibunt enim in captiuitatem. [42] Omnem arborem tuam, & fructum terræ tuæ abſumet rubigo. [43] Peregrinus qui eſt in medio tui aſcendet ſuper te, ſupernè, ſupernè; tu verò deſcendes infernè, infernè. [44] Ipſe fœnerabit tibi, tu verò non fœnerabis illi: ipſe erit in caput, tu verò eris in caudam. [45] Venientque ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentur te, & apprehendent te, donec exterminauerint te; quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui cuſtodiendo mandata eius, & præcepta eius quæ præcepit tibi. [46] Et erunt tibi in ſignum, & in portentum, & ſemini tuo vſque in æternum. [47] Eo quod non ſeruieris Domino Deo tuo cum lætitia, & recto corde propter omnium rerum copiam. [48] Seruies quoque inimicis tuis quos immittet Dominus contra te cum fame, & cum ſiti, & cum nuditate, & cum penuria rerum omnium; dabitque iugum ferreum ſuper collum tuum donec exterminauerit te. [49] Inducet Dominus ſuper te gentem à longinquo, ab extremitate terræ, ſicut apparet Aquila, gentem cuius non audies linguam. [50] Gentem impudentem quæ non reuerebitur faciem ſenis, neque pueri miſerebitur. [51] Quæ comedet fœtum iumentorum tuorum, & fructum terræ tuæ donec diſperdiderit te: quæ nihil reſiduum faciet tibi frumenti, & muſti, & olei, fœtus boum tuorum, & gregum pecudum tuarum donec perdiderit te.

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible]

55 [illegible] 56 [illegible]

57 [illegible]

58 [illegible]

59 [illegible]

60 [illegible]

61 [illegible]

52 Et obſidebit te in omnibus ciuitatibus tuis,
donec ſubiiciat muros tuos ſublimes ac fortes
quibus tu confidis in tota terra tua: teque coar-
ctabit in omnibus ciuitatibus tuis, in tota terra
quam dedit tibi Dominus Deus tuus.
53 Et comedes fructus ventris tui: carnes filio-
rum tuorum & filiarum tuarum quas tibi dedit
Dominus Deus tuus, deuorabis in obſidione
& afflictione qua te affliget hoſtis tuus.
54 Oculus viri delicatiſſimi in te & moliſſimi
in te, reſpiciet ad fratrem ſuum, & ad vxorem
fœderis ſui, reliquoſque filios ſuos ſuperſtites,
55 Et non dabit vlli eorum de carnibus libero-
rum ſuorum quos comedet: quia nihil illi re-
linquetur in obſidione & in afflictione qua te
affliget hoſtis tuus in cunctis ciuitatibus tuis.
56 Quæ delicatiſſima fuerit in te atque molliſ-
ſima, cuius planta pedis non tentauit ſtare ſu-
per terram propter delitias ſuas & propter mol-
litiem ſuam, intuebitur oculus eius maritum
ſuum, & filium ſuum, & filiam ſuam,
57 Et ſecundinam ſuam quæ prodibit ex in-
ter pedes ſuos, & filium ſuum quem pariet,
dum comedet eos, quando omnia ipſi deerunt
in obſidione & in afflictione qua te affliget
hoſtis tuus in cunctis ciuitatibus tuis.
58 Si non ſeruaueris & feceris omnes ſermo-
nes legis huius, qui ſcripti ſunt in libro iſto, &
timueris nomen hoc glorioſum & terribile
Domini Dei tui: 59 Seliget Dominus pla-
gas tuas & plagas ſeminis tui, plagas magnas
& firmas, & dolores peſſimos atque ſtabi-
les. 60 Et adducet ſuper te omnes pla-
gas Ægyptiorum quas tu pertimeſcis, & ad-
hærebunt tibi. 61 Omnes quoque morbos
omneſque plagas quæ non ſunt ſcriptæ in hoc
libro legis, adducet Dominus ſuper, te donec
te perdat.

VERSIO SAMARITANA.

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible] 55 [illegible]

56 [illegible] 57 [illegible]

58 [illegible] 59 [illegible] 60 [illegible] 61 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

52 [illegible]

53 [illegible]

54 [illegible] 55 [illegible]

56 [illegible] 57 [illegible]

58 [illegible] 59 [illegible] 60 [illegible] 61 [illegible]

52 *Et obſidebit te in cunctis habitationibus tuis,*
donec deſtruat muros tuos excelſos & munitos in
quibus tu ſecurus es in cunctis regionibus tuis: ob-
ſidebit inquam te in cunctis habitationibus tuis in
regione tua quam tibi dedit Deus Dominus tuus,
53 *Ita vt comedas de fructibus vteri tui, de car-*
ne filiorum tuorum & filiarum tuarum quos tibi
largietur Deus Dominus tuus in obſidione &
anguſtia qua te coarctabit inimicus tuus:
54 *Adeo vt vir tenerrimus inter vos & delica-*
tiſsimus, crudeſcat erga fratrem ſuum, & erga le-
gitimam vxorem ſuam, cæteroſque filios ſuos quos
reſeruauerit, 55 *Nec det vlli eorum de carne*
filiorum ſuorum quos comedet: eo quòd nihil ei ſu-
perſit in obſidione & anguſtia qua te coarctabit
inimicus tuus in omnibus habitaculis tuis.
56 *Et adeo vt mulier tenerrima inter vos, & deli-*
catiſsima, quæ non conſueuerat ponere pedem ſuum
ſuper terram præ mollitie atque teneritudine, de-
neget marito ſuo, & filio ſuo, ac filiæ ſuæ
57 *Secundinas ſuas à ſe cadentes, & infantulos*
ſuos quos à ſe proiiciet. Sed ipſamet ſecedet cum eis,
& comedet eos, propter egeſtatem omnium rerum,
in abſcondito, in obſidione & anguſtia qua te coar-
ctabit inimicus tuus in habitationibus tuis.
58 *Et niſi cuſtodieris & feceris omnia verba hu-*
ius legis ſcripta in hoc volumine, & timueris no-
men hoc magnum & metuendum, nempe Deum
Dominum tuum:
59 *Faciet Deus verbera tua admiranda, &*
verbera poſteritatis tuæ prædicta verbera magna
& ſcatentia, & morbos diros profluentes.
60 *Et reducet ſuper te cunctas infirmitates Ægy-*
pti quas extimuiſti, & adhæreſcent tibi.
61 *Præterea omni languore, omnique plaga quæ*
ſcripta non eſt in volumine huius legis, affliget te
Deus vſque ad conſumptionem tui.

52 ويحاصرك في جميع محالك الي ان يهد اسوارك الشامخة
الحصينة التي انت واثق بها في جميع بلدك * فيحاصرك في جميع
محالك في بلدك الذي اعطاكه الله ربك * 53 حتي تاكل
من ثمر بطنك * من لحم بنيك وبناتك الذين يرزقكم الله ربك
بحصار وضيق مما يحاصرك عدوك * 54 حتي ان الرجل
الرخص منكم والمدلل جدا يشح علي اخيه وعلي حرمته
وباقي بنيه الذين يبقيهم * 55 بان يعطي لواحد منهم من لحم
بنيه الذين ياكلهم * مما لم يبق له شي بحصار وضيق مما يضيق
عليك عدوك في جميع محالك * 56 وحتي ان المراة الرخصة
منكم والمدللة التي لم تعود قدمها وضعها علي الارض من
الدلالة والرخوصة * تشح علي زوجها وابنها وابنتها *
57 بمشيمتها الساقطة منها واجنتها التي ترمي بها * فتفرد بهم هي
فتاكلهم من عوز الكل في ستر * بحصار وضيق مما يضيق عليك
عدوك في محالك *
58 وان لم تحفظ وتعمل بجميع كلام هذه التوراة المكتوب في هذا
السفر * وتخف هذا الاسم الكبير المهيب هو الله ربك *
59 فيجعل الله ضرباتك عجيبة * وضربات نسلك المذكورين
ضربات كبارا دائمة * وامراضا ردية دائمة *
60 ويرد عليك جميع ادواء مصر التي حذرتها فتلزمك *
61 وايضا كل مرضة * وكل ضربة مما ليس مكتوبا في سفر هذه
التورية * يسلطه الله عليك الي انفادك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

52 Obſidebit etiam te in omnibus portis tuis, donec corruant muri tui excelſi, & muniti, quibus tu confide-
bas per vniuerſam terram tuam: Obſidebit inquam te in omnibus portis tuis per vniuerſam terram quam dedit
tibi Dominus Deus tuus. 53 Comedes præterea fructum ventris tui, carnem filiorum tuorum, & filiarum
tuarum quos dederit tibi in obſidione, & in anguſtia qua anguſtiauerint te inimici tui.
54 Vir mollis apud te, & delicatus valde inuidebit oculo ſuo fratri ſuo, & vxori quæ eſt in ſinu ſuo, & reliquis
filiis ſuis quos reliquerit. 55 Ne det vni eorum de carne filiorum ſuorum quam comedet, eo quod non ſuper-
ſit illi quicquam in obſidione & in anguſtia qua anguſtiabunt te in omnibus portis tuis.
56 Mollis apud te, & delicata quæ non tentauit plantam pedis ſui collocare ſuper terram præ deliciis & tene-
ritudine, inuidebit oculo ſuo, in virum qui eſt in ſinu ſuo, pro filio ſuo, & filia ſua.
57 Et pro ſecundina quæ egredietur de medio pedum ſuorum, & pro filiis ſuis quos pepererit: nam comedet
iſta clam propter penuriam omnium rerum in obſidione, & in anguſtia qua anguſtiabunt te inimici tui in portis
tuis. 58 Niſi ſollicitus fueris facere omnia verba legis huius ſcripta in hoc libro, timendo nomen glorioſum
& terribile hoc, Dominum Deum tuum. 59 Tunc incredibiles reddet Dominus Deus tuus plagas tuas, &
plagas ſeminis tui, plagas ingentes & ſtabiles, & morbos malignos & perſeuerantes.
60 Et conuertet in te omnem languorem Ægypti cuius conſpectum formidaſti, adhærebitque tibi.
61 Omnem etiam morbum, & omnem plagam quæ non eſt ſcripta in libro legis huius inducet Dominus
ſuper te, donec exterminauerit te.

[illegible]

62 Et remanebitis pauci numero qui iam
magnopere creueratis ſicut ſtellæ cæli, eo quòd
non audieris vocem Domini Dei tui. 63 Et
quemadmodum lætatus eſt Dominus de vobis
vt benefaceret vobis & multiplicaret vos: ita
lætabitur Dominus de vobis vt perdat vos, &
abſumat vos, & auferamini de terra ad quam
poſſidendam es ingreſſurus.
64 Diſpergetque te Dominus in omnes po-
pulos ab extremitatibus terræ vſque ad extre-
mitates terræ: & ſeruies ibi diis aliis ligneis at-
que lapideis, quos nec tu noſti nec patres tui.
65 Et inter populos illos non ſilebis, nec erit
requies plantæ pedis tui: imò dabit tibi Domi-
nus illic cor pauidum, & caliginem oculorum,
& liquationem animæ. 66 Et erit vita tua
pendens è regione: eriſque timens diu noctu-
que, & non credes vitæ tuæ.
67 Mane dices, O quando fiet veſpera: & ve-
ſpere dices, O quando erit mane, propter ti-
morem cordis tui quo timebis, & propter vi-
ſionem oculorum tuorum quam videbis.
68 Et reducet te Dominus in Ægyptum na-
uibus per viam quam dixit tibi, Non addes
ampliùs eam videre: & venum exponemini il-
lic hoſtibus veſtris in ſeruos & ancillas, & non
erit qui emat.

CAPVT XXIX.

HI ſunt ſermones fœderis quod præcepit Dominus Moſi vt ſtatueret cum filiis Iſrael in terra Moab, præter fœdus quod ſtatuit
cum eis in Horib. 2 Et aduocauit Moſes vni-
uerſum Iſraelem, dixitque ad eos, Vos vidiſtis omnia quæ fecit Deus coram vobis in terra Ægypti, Pharaoni & omnibus ſeruis eius, atque vniuerſo populo eius, totique terræ ipſius:

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

62 *Et remanebitis familia* pauco *ſub numero*
comprehenſa, cùm eſſetis antea *multi ſicut ſtellæ*
cæli: eo quod non acquieueris præcepto Dei Domi-
ni tui. 63 *Fietque vt ſicut ſtudium Dei fuit*
erga vos vt benefaceret vobis & fœtificaret vos: ita
ſtudium eius erit erga vos vt vos perdat, & vt vos
conſumat: & delebimini de regione ad quam tu es
ingreſſurus vt poßideas eam. 64 *Et diſperdet te*
Deus inter gentes ab extremitate terræ ad extre-
mitatem eius: & ſeruies illic diis aliis quos non no-
ſti tu nec patres tui, lignis & lapidibus.
65 *Et inter illas gentes non eris tutus, nec erit fir-*
mitas veſtigio tuo: ſed faciet tibi Deus ibi cor pal-
pitans, & obtuſionem oculorum, & languorem
animæ. 66 *Eritque vita tua pendens ante te,*
ita vt trepides noctu diuque, & non fidas vitæ tuæ.
67 *Dices in matutino: O vtinam ad veſperam*
deueniſſem: & dices veſpere: O vtinam matuti-
num attigiſſem, propter formidinem cordis tui
qua terreberis, & propter ſpectacula oculorum
tuorum quæ cernes.
68 *Et reducet te Deus in Ægyptum nauibus,*
conditione de qua dixeram tibi: Ne vnquam re-
uertaris ad eam. Et exponemini illic vt venda-
mini inimicis veſtris in ſeruos & ancillas, nec
erit qui vos emat.

CAPVT XXIX.

HÆc ſunt verba fœderis quod præcepit Deus
Muſæ vt iniret cum filiis Jſrail in regione
Moab, præter fœdus quod inierat cum eo in Ho-
rib. 2 *Deinde vocauit Muſa ſeniores filio-*
rum Jſrail, & ait illis: Vos vidiſtis quicquid fe-
cit Deus in præſentia veſtra, in Pharaonem
omnemque populum eius, & cunctos incolas re-
gionis illius:

62 فتبقون رهطا ذا احصاء بعد ما كنتم ككواكب السماء
كثرة * اذ لم تقبل امر الله ربك * 63 فيكون كما قصد الله
بكم ان يحسن اليكم وان يثمركم * كذاك يقصد بكم
ان يبيدكم وان يفقدكم * فتدرسون عن البلد الذي
انت داخل اليه لتحوزه * 64 ويبددك الله فيما بين الشعوب
من طرف الارض الى طرفها * فتعبد ثم معبودات اخر ما لم تعرفها
انت واباؤك * خشبا وحجارة * 65 وفي تلك الامم لا تطمئن *
ولا يكون قرار لقدمك * بل يجعل الله لك ثم قلبا خافقا *
وشخوص العيون * وذبول النفس * 66 وتكون حياتك
معلقة حذاك * حتى تفزع ليلا ونهارا * ولا تصدق بعيشك *
67 تقول في الغداة * يا ليتني امسيت * وتقول بالعشي * يا ليتني
اصبحت من فزع قلبك الذي تفزعه * ومن منظر عينيك
الذي تراه * 68 ويردك الله الى مصر في سفن على الحال
التي قلت لك لا تعد اليها ابدا * وتعرضون هناك للبيع على
اعدائكم عبيدا واماء * وليس لكم مشتري *

* الفصل التاسع والعشرون *

1 هذا كلام العهد الذي امر الله موسى بان يعهده مع
بني اسرائيل في بلد ماب * سوى العهد الذي عهده معه في
حوريب *
2 ثم دعا موسى بشيوخ بني اسرائيل فقال لهم * انتم رايتم جميع
ما صنع الله بحضرتكم بفرعون وبجميع قومه وبساير اهل بلده *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

62 Et relinquemini cum hominibus paucis pro eo quod eratis ſicut ſtellæ cæli præ multitudine, quoniam
non audiuiſtis vocem Domini Dei veſtri. 63 Contingetque vt quemadmodum gauiſus eſt Dominus ſuper
vos benefaciendo vobis, & multiplicando vos; ita gaudeat Dominus ſuper vos perdendo vos & exterminan-
do vos, & extirpabimini de terra ad quam tu pergis illuc poſſidendam.
64 Diſpergetque te Dominus in omnes populos ab extremo terræ vſque ad extremum terræ; & ſeruies ibi diis
alienis quos non cognouiſti tu, & patres tui, ligno, & lapidi. 65 Neque in gentibus illis eris tranquillus, ne-
que erit requies plantæ pedis tui: dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, defectum oculorum, & mœro-
rem animi. 66 Erit præterea vita tua ſuſpenſa ex aduerſo tui, pauebiſque noctu diuque, ita vt non credas vi-
tæ tuæ. 67 Manè dices, quis dabit veſperam? & veſperi dices, quis dabit mane? propter pauorem cordis tui
quo pauebis, & propter phantaſmata quæ videbis.
68 Reducetque te Dominus cum nauibus per viam de qua dixeram vobis non addetis amplius illam videre;
& vendemini ibi inimicis veſtris in ſeruos, & ancillas, nec erit qui emat.

CAPVT XXIX.

HÆc ſunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moſi vt feriret cum filiis Iſrael in terra Moab, præter il-
lud fœdus quod pepigit cum iis in Horeb.
2 Vocauit igitur Moſes omnem Iſraelem, & dixit eis: Vos videtis omnia quæ fecit Dominus ante oculos ve-
ſtros in terra Ægypti, Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, & omni terræ eius.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

3 Tentationes magnas quas viderunt oculi
veſtri:ſigna & miracula illa magna quæ vidiſtis.
4 At non conceſſit vobis Dominus cor ad
cognoſcendum, & oculos ad videndum, & au-
res ad audiendum vſque in præſentem diem.
5 Et duxit vos quadraginta annos per deſer-
tum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra ſuper
vos, & calceamenta veſtra non ſunt vetuſtate
conſumpta in pedibus veſtris. 6 Panem etiam
non comediſtis, & vinum ac ſiceram non bi-
biſtis, vt ſciretis quòd ego ſum Dominus Deus
veſter. 7 Et adduxi vos ad locum iſtum,
egreſſique ſunt Sihon rex Heſbon, & Og rex
Mathnin in occurſum noſtrum ad prælium, &
interfecimus eos. 8 Et accipientes terram eo-
rum, dedimus eam hæreditatem Rubil & Gad,
& dimidiæ tribui Manaſſe. 9 Cuſtodite præ-
cepta legis huius, & facite ea, vt ad exitum
perducere poſſitis quicquid facietis. 10 Vos
ſtatis hodie coram Domino Deo veſtro, omnes
principes tribuum veſtrarum, ſeniores veſtri,
& ſcribæ veſtræ, omnes viri Iſraelis, 11 Pubes
quoque veſtra, & vxores veſtræ, & peregrinus
qui eſt in caſtris tuis, à colligente ligna tua
vſque ad haurientem aquas tuas: 12 Vt non
tranſgrediamini fœdus Domini Dei veſtri, &
iuſiurandum Domini Dei veſtri, quod pepigit
hodie vobiſcum: 13 Quatenus erigat te ſibi ho-
die in populum, & ipſe ſit tibi Deus, quemad-
modum dixit tibi, & quemadmodum iurauit
patribus tuis Abraham & Iſahac & Iacob.
14 Nequaquam vobiſcum tantùm ſtatuo fœ-
dus hoc & iuramentum iſtud:
15 Sed cum omni eo qui hìc adeſt & nobi-
ſcum ſtat hodie coram Domino Deo noſtro,
& cum omni eo qui non adeſt hìc nobiſcum
hodie.

VERSIO SAMARITANA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

3 *Signa magna quæ viderunt oculi tui, & prodigia illa atque portenta ingentia.* 4 *Et non dedit vobis Deus cor ad ſcienda ſimilia, nec vidiſtis ea oculis veſtris, nec audiſtis auribus veſtris vſque ad diem hunc veſtrum.* 5 *Præterea duxi vos per ſolitudinem quadraginta annis: non ſunt vetuſtate detrita veſtimenta veſtra ſuper vos, neque ſandalia veſtra in pedibus veſtris:*
6 *Et cibum veſtrum quem conſueueratis, non comediſtis: & vinum aut potum inebriantem non bibiſtis, vt agnoſceretis me eſſe Deum Dominum veſtrum.* 7 *Deinde veniſtis in hunc locum, egreſſuſque eſt Sihon rex Haſban, & Og rex Bathniæ in occurſum noſtrum ad bellum, & trucidauimus vtrumque:* 8 *Et accepimus regiones vtriuſque, eaſque dedimus hæreditatem Raubinitis & Gaditis, ac dimidiæ tribui Manaſſe.*
9 *Obſeruate ergo verba huius fœderis, & facite ea, vt proſperi ſitis in omnibus quæ facietis.*
10 *Vos ſtatis hodie cuncti in conſpectu Dei Domini veſtri, & principes veſtri, & tribus veſtræ, & ſeniores veſtri, & præpoſiti veſtri, & omnes viri Jſraelitæ,* 11 *Et pueri veſtri, & mulieres veſtræ, & peregrinus qui eſt in medio caſtrorum tuorum, a colligente ligna tua vſque ad haurientem aquam tuam:* 12 *Vt introducaris in fœdus Dei Domini tui & in iuramentum ipſius quod paciſcitur tecum hodie,* 13 *Vt confirmet te hodie ſibi gentem, & ſit tibi ipſe Deus, prout pollicitus eſt tibi, & prout iurauit patribus tuis Ebrahim & Jshac & Iacob.*
14 *Et non vobiſcum hodie ſolis ego paciſcor hoc pactum & hoc iuramentum:*
15 *Sed cum eo qui reperitur præſens in conſpectu Dei Domini noſtri, & cum eo qui non eſt præſens nobiſcum hodie, cùm delatum fuerit ad ipſum.*

3 الاعلام العظيمة التي نظرت عيناك * وتلك الايات والبراهين
العظيمة * 4 ولم يعطكم الله قلبا لعلم مثلها * ولم تنظروا
ذلك بعيونكم * ولم تسمعوه باذانكم الي يومكم هذا *
5 ثم سيرتكم في البرية اربعين سنة * لم تبل ثيابكم عليكم *
ولا نعالكم على ارجلكم * 6 وطعامكم الذي
اعتدتموه لم تاكلوه * وخمرا ومسكرا لم تشربوا * لكي تعرفوا اني الله
ربكم * 7 ثم وافيتم هذا الموضع * فخرج سيحون ملك
حسبان وعوج ملك البثنية للقائنا الي الحرب * فقتلناهما *
8 فاخذنا بلديهما ودفعناهما نحلة لال راوبين * وال جاد * ونصف
سبط منشا * 9 فاحفظوا كلام هذا العهد واعملوا به * لكي
تنجحوا في جميع ما تصنعون * 10 انتم وقوف اليوم اجمعون بين
يدي الله ربكم * ورؤساؤكم * واسباطكم * وشيوخكم *
وعرفاؤكم * وجميع رجال ال اسرايل * 11 واطفالكم * ونساؤكم *
والغريب الذي في وسط عسكرك * من محتطب حطبك الي مستقي
ماءك * 12 لادخالك في عهد الله ربك * وفي حرجه الذي يعهده
معك اليوم * 13 لكي يثبتك اليوم له امة * ويكون لك هو الاها
كما وعدك * وكما اقسم لابائك ابراهيم واسحق ويعقوب *
14 وليس معكم اليوم وحدكم انا عاهد هذا العهد
وهذا الحرج *
15 الا مع من هو موجود حاضر بين يدي الله ربنا * ومع من ليس
هو حاضرا معنا اليوم * اذا نقل اليه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

3 Tentationes illas magnas quas viderunt oculi tui, ſigna, & prodigia illa magna. 4 Sed non dedit vobis Dominus cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum vſque in hanc diem.
5 Quapropter deduxi vos quadraginta annis per deſertum: Non inueterauerunt veſtimenta veſtra ſuper vos, neque calceamenta veſtra attrita ſunt à pedibus veſtris. 6 Panem non comediſtis, neque vinum & ſiceram bibiſtis, vt cognoſceretis quod ego ſum Dominus Deus veſter: 7 Cumque perueniſſetis in locum iſtum egreſſus eſt Sihon Rex Heſebon & Og rex Baſan in occurſum noſtrum ad prælium, & percuſſimus eos.
8 Cepimuſque terram eorum, & tradidimus eam in poſſeſſionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe. 9 Cuſtodietis igitur verba fœderis huius, & facietis ea, vt proſperetis omnia quæ facturi eſtis.
10 Vos ſtatis hodie omnes in conſpectu Domini Dei veſtri, principes veſtri, tribus veſtræ, ſeniores veſtri, & præfecti veſtri, omnis vir Iſrael. 11 Paruuli veſtri, & mulieres veſtræ, & peregrinus tuus qui eſt in medio caſtrorum tuorum, à cæſore lignorum tuorum, & vſque ad haurientem aquas tuas: 12 Vt tranſire te faciat in fœdus Domini Dei tui, & in iuſiurandum eius, quod Dominus Deus tuus pepigit hodie tecum.
13 Vt confirmet te hodie ſibi in populum, ipſeque tibi ſit in Deum, ſicut locutus eſt tibi, & ſicut iurauit Patribus tuis Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo. 14 Non autem vobiſcum ſolis ego ferio hoc fœdus, & iuſiurandum hoc.
15 Sed cum eo qui hîc nobiſcum adſtat hodie in conſpectu Domini Dei noſtri, & cum eo qui non eſt hîc nobiſcum hodie.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

16 Vos enim noſtis quòd peregrinati ſimus in terra Ægypti,& tranſierimus inter gentes quas
tranſiſtis. 17 Et vidiſtis abominationes earum, & deos earum ex lignis & lapidibus, & argento atque auro quibus ſunt obducti.
18 Num eſt inter vos vir, aut mulier, aut familia, aut tribus, cuius cor auertatur hodie à Domino Deo noſtro, vt abeat ad colendum deos gentium iſtarum? num eſt in vobis radix germinans fel & amaritudinem?
19 Quique poſtquam audierit ſermones iuramenti iſtius, cogitet in corde ſuo, & dicat, Pax erit mihi ſi pro libidine cordis mei incedam, addatque ebrietatem ad ſitim?
20 Non placabitur Dominus ad parcendum ei, ſed tunc inualeſcet ira Domini & zelus eius aduerſus virum huiuſmodi, venietque ſuper eum tota maledictio quæ ſcripta eſt in hoc libro, & delebit Dominus nomen eius de ſub
cælo. 21 Separabitque eum Dominus ad malum ex omnibus tribubus Iſrael, iuxta omnes maledictiones fœderis quæ ſcriptæ ſunt in libro legis huius.
22 Et dicet generatio altera, filij *ſcilicet* veſtri qui exurgent poſt vos, & peregrini qui venient de terra remota, & videbunt plagas terræ illius, & morbos quos adducet ſuper eam Dominus,
23 Sulphur & ſalem ardentem, totam terram non ſeminari nec germinare, nec oriri in ea vllam herbam terræ, ſed eſſe veluti Sodomam, & veluti Gomoram, & veluti Adamam, & veluti Seboim quas ſubuertit Dominus in ira & furore ſuo,
24 Dicent inquam omnes gentes; Qua de re ſic fecit Dominus huic terræ? & quare percitus eſt ira tam magna?

VERSIO-SAMARITANA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

16 *Vos ſcitis quamdiu morati ſumus in regione Ægypti, & quamdiu iterfecimus inter gentes inter quas tranſiſtis:*
17 *Et iam vidiſtis immunditias eorum, & idola eorum lignea & lapidea, & argentea, atque aurea quæ ſunt apud ipſas.*
18 *Vt non reperiatur in vobis vir aut mulier, aut familia, aut tribus cuius cor ſit auerſum hodie à Deo Domino noſtro, abeatque ad colendos deos illarum gentium: vt non ſit in vobis quiſquam fructificans venenum aut abſynthium.*
19 *Cùmque audierit verba huius iuramenti, proponat in ſemeitpſo, dicens: Non erit mihi niſi pax cùm ſequutus fuero voluntatem cordis mei, vt traham cum ebria ſitientem.*
20 *Nolet enim Deus ignoſcere hoc ipſi, ſed tunc inualeſcet ira Dei eiuſque indignatio in ipſum, & adhærebit ei omnis execratio memorata in hoc libro, donec deleat Deus nomen ipſius de ſub cælo.*
21 *Et ſegregabit eum Deus ad malum ex omnibus tribubus Iſrail, iuxta omnes execrationes fœderis ſcriptas in iſto volumine legis.*
22 *Et dicet generatio altera filiorum veſtrorum qui ſurgent poſt vos, & peregrinus qui veniet è regione longinqua, & videbunt plagas illius terræ, & infirmitates quibus ægrotare faciet eam Deus,*
23 *Ita vt ſit tota ipſius terra combuſta igne & ſulphure, & ipſa non feratur nec germen producat, nec erumpat in ea vlla herba, non ſecus ac ruina Sodomæ, & Gomoræ, & Adamæ, & Seboim, quas ſubuertit Deus in ira & indignatione ſua,*
24 *Dicent inquam omnes gentes: Propter quid fecit Deus ſic huic terræ? & quænam eſt cauſa vehementiæ huius iræ maximæ?*

16 انتم تعلمون ما اقمنا في بلد مصر * وما سرنا فيما بين الامم
الذين جزتم بينهم * 17 وقد رايتم ارجاسهم وطواغيتهم من
خشب وحجارة ومن فضة وذهب مما هو معهم * 18 كيلا يوجد
فيكم رجل * او امراة * او عشيرة * او سبط ممن قلبه
متولي اليوم عن الله ربنا * فيمضي ليعبد معبودات اولئك الامم *
كيلا يكون فيكم رجل مثمر سم او علقم *
19 فاذا سمع كلام هذا الحرج قدر في نفسه قايلا * لا يكون لي
الاسلام اذ انما اسير مع هوا قلبي * لكي امد بالريا العطشي *
20 فلا يشاء الله ان يصفح له ذلك * بل حينيذ يشتد غضب الله
وحميته عليه * فيلصق به جميع الحرج المذكور في هذا الكتاب *
حتى يمحوا الله اسمه من تحت السماء * 21 ويفرزه الله على
شر من جميع اسباط اسرايل كجميع حرج العهد المكتوبة في سفر
هذه التورية *
22 فيقول الجيل الاخر من بنيكم الذين يقومون من بعدكم *
والغريب الذي ياتي من بلد بعيد فينظرون ضربات تلك
الارض * وامراضها التي امرضها الله *
23 حتى كان جميع ارضها محرقة بنار وكبريت * فهي لا تزرع
ولا تنبت * ولا يطلع فيها شي من العشب * كمقلب سدوم
وعمورا وادما وصبويم * التي قلبها بغضبه وحميته *
24 فيقول جميع الامم * على ماذا صنع الله كذا بهذه الارض *
وما سبب شدة هذا الغضب العظيم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

16 Vos enim ſcitis quomodo habitauerimus in terra Ægypti, & quomodo tranſierimus per medium gentium quas tranſiuiſtis. 17 Vidiſtis quoque abominationes earum, & idola earum, lignum & lapidem, argentum & aurum quæ ſunt apud eas. 18 Ne ſit in vobis vir, aut mulier, aut familia, aut tribus quæ cor ſuum auertat hodie à Domino Deo noſtro vt eat & ſeruiat diis gentium illarum; ne ſit in vobis radix germinans fel & abſinthium. 19 Accidatque cum audierit verba iſtius iuſiurandi, vt benedicat ſibi in corde ſuo dicens: Pax erit mihi cum in peruicacia cordis mei ambulauero, vt auferat reſpirationem à ſitiente.
20 Nolet Dominus illi parcere, ſed tunc ardebit ira Domini, & zelus eius aduerſus hominem illum, & requieſcent ſuper eum omnes maledictiones ſcriptæ in hoc libro, delebitque Dominus nomen eius ſub cælo.
21 Separabitque illum Dominus in malum ab omnibus tribubus Iſrael, ſecundum omnes maledictiones fœderis huius, ſcriptas in libro legis huius.
22 Vt dicat generatio poſterior, filij veſtri qui exurgent poſt vos, peregrinus quoque qui veniet de terra longinqua, & videbit plagas terræ illius, morboſque eius quibus affecit eam Dominus,
23 Sulphur, & ſal ardens; nulla terra eius ſeminabitur, neque germinabit, neque aſcendet in ea vlla herba, ſicut in ſubuerſione Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim, quas ſubuertit Dominus in ira ſua, & in furore ſuo.
24 Vt dicant inquam omnes gentes, quare fecit Dominus ſic huic terræ? & quis eſt furor iræ magnus iſte?

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

25 Et reſpondebunt, Quia deſeruerunt fœ-
dus Domini Dei patrum ſuorum, quod pe-
pigit cum eis quando eduxit eos de terra Ægy-
pti: 26 Et abeuntes coluerunt deos alios &
adorauerunt eos, deos quos non nouerant, &
qui non ſe diuiſerant (*id eſt communicauerant*)
eis: 27 Idcirco exarſit ira Domini contra
terram illam, vt induceret ſuper eam cunctas
maledictiones quæ ſcriptæ ſunt in libro iſto,
28 Et euelleret eos Dominus è patria ipſorum
cum ira & indignatione magna, & diſijceret
eos in terram aliam, vt hodierna die.
29 Occulta, Domini ſunt Dei noſtri: manife-
ſta verò, noſtra & filiorum noſtrorum in ſæcu-
lum. Faciamus igitur omnes ſermones legis
huius.

CAPVT XXX.

FIet autem vt cùm venerint ſuper te omnes iſti ſermones, *nempe* benedictiones & maledictiones quas propoſui coram te, & peruolueris mente tua cunctos populos inter quos diſperdet te Dominus Deus tuus,
2 Et conuerſus ad Dominum Deum tuum, audieris vocem eius iuxta omnia quæ præcipio tibi hodie, tu & filij tui, toto corde tuo & tota anima tua:
3 Reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui, & pœnitebit ſe, colligetque te de cunctis populis inter quos te diſperſit Dominus Deus tuus.
4 Etiamſi fuerint diſperſi tui Iſraël, diſſiti ad extremitates cæli,
5 Inde te colliget Dominus Deus tuus ad terram quam poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam: benefacietque tibi, & multiplicabit te pluſquam patres tuos.

VERSIO SAMARITANA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

2

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

2

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

25 *Et reſpondebunt, Hoc euenit eo quòd dereliquerint fœdus Dei patrum ſuorum, quod pactum fuerat cum eis quando eduxit eos de regione Ægypti:*
26 *Et abierunt atque ſeruierunt diis aliis, & adorauerunt eos, deos quos non cognouerant, & qui nullum impertiti fuerant eis beneficium:* 27 *Propterea inualuit ira Dei ſuper illam terram, & immiſit in eam omnem maledictionem ſcriptam in hoc volumine.* 28 *Et abraſit incolas eius è regionibus ſuis cum furore & ira & indignatione maxima, & proiecit eos in regionem aliam, vt videtis eos hodie.* 29 *Quare exemplum ſumentes, dicent: Abſcondita Dei Domini noſtri ſunt, & manifeſta pariter, quæ noſtra ſunt & filiorum noſtrorum vſque in ſæculum, in hoc vt faciamus omnia verba iſtius legis.*

CAPVT XXX.

Cumque aduenerint tibi omnes res iſtæ, quoad benedictiones & maledictiones quas recitaui tibi, redi in temetipſum, & conſidera quòd ſis in medio cunctarum gentium ad quas propulſauit te Deus Dominus tuus, 2 *Et conuertere ad Deum Dominum tuum, & acquieſce mandato ipſius ſecundùm omnia quæ præcipio tibi hodie, tu & filij tui, toto corde tuo totaque anima tua.* 3 *Nam Deus Dominus tuus conuertetur ad te, & miſerebitur tui, & denuo te colliget de medio cunctarum gentium in quarum regiones te diſperſit:*
4 *Itaut quanuis expulſus ex vobis fuerit in extremis cœli partibus,*
5 *Colligat diſperſionem tuam Deus Dominus tuus inde, teque admoueat, & introducat te Deus Dominus tuus in regionem quam poſſederunt patres tui, eamque poſſideas, & benefaciat tibi, & multiplicet te præ patribus tuis.*

25 فيجيبون بان ذلك على ان تركوا عهد الله اله اباهم الذي
عهده معهم باخراجه اياهم من بلد مصر *
26 فمضوا وعبدوا معبودات اخر وسجدوا لها * معبودات لم
يعرفوها ولم تنصب لهم نصيبا * 27 فاشتد غضب الله على
تلك الارض * فاحل بها جميع اللعنة المكتوبة في هذا السفر *
28 فشذب اهلها عن بلدهم بغضب وموجدة وسخط عظيم *
وطرحهم الى بلد اخر كما ترونهم اليوم * 29 فيعترفون ويقولون *
المستورات لله ربنا والمكشوفات جميعا * التي هي لنا ولبنينا الى
الدهر * في ان نعمل بجميع كلام هذه التورية *

* الفصل الثلثون *

1 فاذا حلت بك جميع هذه الامور من البركات واللعنات التي
تلوتها عليك * فارجع الى نفسك * وعلى انك فيما بين جميع الامم
الذين دحاك الله ربك هناك *
2 وتب الى الله ربك * واقبل امره مثل جميع ما امرك به اليوم
انت وبنوك بكل قلبك وكل نفسك *
3 فان الله ربك يتوب عليك ويرحمك ويعود فيجمعك من بين
جميع الامم الذين بددك في بلدانهم *
4 حتى ان المدحي منكم لو كان في اقصى السماء *
5 لجمع شملك الله ربك من ثم ولقدمك * ويدخلك الله ربك
الى البلد الذي حاز اباوك فتحوزه * ويحسن اليك ويكثرك
من ابائك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

25 Et reſpondebunt, propterea quod dereliquerunt fœdus Domini Dei Patrum eorum quod pepigit cum
eis, cum eduxit eos de terra Ægypti. 26 Et abeuntes ſeruierunt diis alienis, & adorauerunt eos, Deos quos
non cognouerant, à quibuſque nihil acceperant. 27 Ideo exarſit ira Domini in terram illam ad inducendum
ſuper eam omnem maledictionem ſcriptam in hoc libro. 28 Et extirpauit eos Dominus de terra eorum in
ira, & furore, & indignatione magna, eiecitque eos in terram alienam vt hoc die. 29 Occulta Domino Deo
noſtro, manifeſta verò nobis & filiis noſtris vſque in ſæculum, vt faciamus vniuerſa verba legis huius.

CAPVT XXX.

Fiet autem cum aduenerint tibi omnes res iſtæ, benedictio & maledictio quas poſui ante faciem tuam, & hæc reuocaueris in cor tuum in quibuſlibet gentibus ad quas expulerit te Dominus Deus tuus.
2 Reuerſuſque fueris ad Dominum Deum tuum, & audieris vocem eius ſecundum omnia quæ ego præcipio tibi hodie, tu, filijque tui, in toto corde tuo, & in tota anima tua.
3 Vt reducat Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, & diligat te, & rurſus congreget te ex omnibus populis in quos diſperſerit te Dominus Deus tuus.
4 Si fuerit diſperſio tua ad extremum cœlorum, ex hinc congregabit te Dominus Deus tuus, & ex hinc tollet te. 5 Et introducet te Dominus Deus tuus in terram quam poſſederunt Patres tui, & poſſidebis eam,
& multiplicabit te præ Patribus tuis.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

6 Et circuncidet Dominus Deus tuus cor
tuum & cor ſobolis tuæ in ſæculum: diligeſque
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &
ex tota anima tua, vt viuere te faciat. 7 Et
dabit Dominus Deus tuus omnes has male-
dictiones in hoſtes tuos & in oſores tuos qui te
fuerant perſequuti. 8 Tu verò conuerſus
obedies voci Domini Dei tui, facieſque omnia
præcepta eius quæ tibi hodie præcipio.
9 Vt perfrui te faciat Dominus Deus tuus
in quolibet opere manuum tuarum, in fru-
ctibus ventris tui, & in fœtu iumentorum
tuorum, & in fructibus telluris tuæ, bono:
nam reuertetur Dominus ad lætandum ſuper
te in bonum, quemadmodum lætatus eſt ſuper
patres tuos: 10 Si tamen audias vocem Do-
mini Dei tui, & cuſtodias præcepta eius & le-
ges eius quæ ſcriptæ ſunt in hoc libro, & con-
uertaris ad Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo & ex tota anima tua.
11 Præceptum enim hoc quod hodie præci-
pio tibi, non eſt abſconditum à te, neque re-
motum. 12 Non eſt in cælo, vt dicas, Quis
aſcendat nobis in cælum, & ipſum nobis arri-
piat, & audiamus & faciamus illud? 13 Nec
eſt vltra mare, vt dicas, Quis tranſeat nobis vl-
tra mare, tollatque illud nobis, & audiamus &
faciamus illud? 14. Sed valde propinquus eſt
tibi ſermo, in ore tuo, eſt & in corde tuo vt fa-
cias illud. 15 Vide quòd propoſuerim tibi ho-
die vitam & bona, & mortem ac mala. 16 Nam
ego præcipio tibi hodie vt diligas Dominum
Deum tuum, & ambules in viis eius, & cuſto-
dias præcepta eius, & leges ac iudicia ipſius, vt
viuas & multipliceris admodum, & benedicat
tibi Dominus Deus tuus in terra ad quam poſſi-
dendam es ingreſſurus. 17 Sin autem auerta-
tur cor tuum, & non obedias, & aberrans ado-
res Deos alios, & colas eos:

VERSIO SAMARITANA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

6 *Et exhilarabit Deus Dominus tuus pectus*
tuum, & pectus progeniei tuæ, vt diligas Deum
Dominum tuum toto corde tuo totaque anima
tua, vt viuatis. 7 *Et immittet Deus hanc exe-*
crationem in hoſtes tuos & oſores tuos qui te ſunt
perſecuti. 8 *Tu autem conuerteris, &*
acquieſces mandato Dei, facieſque omnia præce-
pta eius quæ mando tibi hodie. 9 *Et augebit tibi*
Deus Dominus tuus in omni opere manuum tua-
rum, de fructibus vteri tui, & fructibus iu-
mentorum tuorum, & fructibus terræ tuæ, bo-
num: ſiquidem reuertetur Deus ad volendum ti-
bi bonum, vt voluit patribus tuis, 10 *Si ac-*
quieſcas mandato Dei Domini tui, & obſerues
ac facias præcepta eius & ſtatuta eius ſcripta in
hoc volumine legis, conuerſus ad Deum Do-
minum tuum in toto corde tuo & in tota ani-
ma tua. 11 *Noueris autem quòd hoc præce-*
ptum quod mando tibi hodie, non eſt occultum à te,
neque diſtans. 12 *Neque enim eſt in cælo, vt*
dicat aliquis: O quis aſcendat nobis in cælum, &
deferat ipſum ad nos, & audire nos faciat ipſum,
vt exequamur illud? 13 *Nec eſt ab illo lito-*
re maris, vt dicas: Quis traiiciat nobis litus illud
maris, capiatque illud, & audire nos faciat ipſum,
vt exequamur illud? 14 *Sed mandatum proxi-*
mum tibi eſt valde, poteſque ore tuo & corde tuo
illud peragere. 15 *Et conſidera quòd poſuerim*
hodie ob oculos tuos vitam & bonum, & mortem
ac malum, 16 *Circa id quod præcipio tibi vt*
diligas Deum Dominum tuum, & incedas in
via eius, & obſerues mandata eius, eiuſque ſtatu-
ta atque iudicia, vt viuas, & multipliceris, &
benedicat tibi Deus Dominus tuus in regione ad
quam tu es ingreſſurus vt poſſideas eam.
17 *Verùm ſi auerteris cor tuum, & his minimè*
acquieueris, & declinaueris atque adoraueris deos
alios, aut ſeruieris eis,

6 ويشرح الله ربك صدرك وصدر نسلك * لتحب الله ربك بكل
قلبك وكل نفسك * لكي تحيوا * 7 ويحل الله هذا الحرج باعدائك
وشانيك الذين كلبوك * 8 وانت تتوب وتقبل امر الله * وتصنع
جميع وصاياه التي امرك بها اليوم * 9 ويزيدك الله ربك في
جميع صنعة يديك * من ثمر بطنك * وثمر بهائمك * وثمر ارضك
خيرا * اذ يرجع الله ان يقصد بك خيرا كما قصد باباءك *
10 اذ تقبل امر الله ربك * فتحفظ وتعمل بجميع وصاياه ورسومه
المكتوبة في هذا سفر التوراة * اذ تتوب الي الله ربك بكل قلبك
وبكل نفسك *
11 واعلم ان هذه الوصية التي امرك بها اليوم * ليست بخفية عنك
ولا بعيدة * 12 وليست في السماء فيقول قايل * من ذا يصعد لنا
الي السماء فينزلها لنا ويسمعناها فنعمل بها *
13 وليست من ذاك جانب البحر فيقول * من يجوز لنا جانب ذاك
البحر فياخذها ويسمعناها فنعمل بها *
14 بل الامر قريب اليك جدا * يمكنك بفمك وبقلبك فعله *
15 وانظر اني قد جعلت اليوم بين يديك الحياة والخير * والموت
والشر * 16 على ما امرك به من ان تحب الله ربك * وتسير في
طريقه * وتحفظ وصاياه ورسومه واحكامه * فتحيا وتكثر * ويبارك
فيك الله ربك في البلد الذي انت داخل فيه لتحوزه *
17 وان تولي قلبك * ولم تقبل ذلك * وملت وسجدت لمعبودات
اخر او عبدتها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

6 Circumcidetque Dominus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui ad diligendum Dominum Deum tuum
in omni corde tuo, & in omni anima tua propter vitam tuam. 7 Dabit verò Dominus Deus tuus omnes
maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos, & ſuper eos qui odio proſequentes te perſecuti ſunt te.
8 Tu ergo conuertaris, & audias vocem Domini Dei tui, faciaſque omnia mandata eius quæ ego præcipio
tibi hodie. 9 Et abundare faciet te Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum, in fructu ventris
tui, & in fructu terræ tuæ, & in fructu iumentorum tuorum in bonum; quoniam reuertetur Dominus vt gau-
deat ſuper te in bonum, ſicut gauiſus eſt ſuper Patres tuos. 10 Si audieris vocem Domini Dei tui, & cuſto-
dieris mandata eius, & præcepta eius ſcripta in libro legis huius, cum conuerſus fueris ad Dominum Deum
tuum in omni corde tuo, & in omni anima tua. 11 Nam hoc præceptum quod ego præcipio tibi hodie,
non eſt ſeparatum à te, neque remotum. 12 Non eſt in cœlo, vt dicas, Quis aſcendet nobis in cœlum, & tollet
illud nobis, illudque nobis annuntiabit, vt illud faciamus? 13 Neque eſt vltra mare, vt dicas, Quis tranſibit
nobis vltra mare, & tollet illud nobis, illudque nobis annuntiabit, vt faciamus illud?
14 Sed propinqua tibi eſt valde res illa, in ore tuo, & in corde tuo, vt illam facias. 15 Vide, poſui in con-
ſpectu tuo vitam, & bonum, & mortem, & malum. 16 Quoniam ego præcipio tibi hodie, vt diligas Domi-
num Deum tuum, & ambules in viis eius, cuſtodiaſque præcepta eius, & mandata eius, & iudicia eius, vt viuas,
& multipliceris, & benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra ad quam tu pergis poſſidendam.
17 Si verò auertatur cor tuum, & non audieris, & impulſus adoraueris Deos alienos, & ſeruieris eis.

18 Denuntio vobis hodie vos certiſſimè pe-
rituros, nec producturos dies in terra ad quam
traiicientes Iordanem ingrediemini vt poſſi-
deatis eam. 19 Obteſtor aduerſum vos ho-
die cælum & terram, quòd vitam & mortem
poſuerim coram vobis, benedictiones & male-
dictiones. Elige *ergo* tibi vitam, vt viuas tu &
ſemen tuum, 20 Diligendo Dominum
Deum tuum, & obediendo voci eius, & ipſi
adhærendo (ipſe enim eſt vita tua & longitudo
dierum tuorum) vt habites in terra quam iu-
rauit Dominus patribus tuis Abraham Iſahac
& Iacob daturum ſe tibi.

CAPVT XXXI.

1 Abiens igitur Moſes, locutus eſt omnes
ſermones iſtos ad vniuerſum Iſraelem,
2 Dixitque ad eos, Filius centum ego ſum &
viginti annorum hodie, nec poſſum ampliùs
egredi & ingredi: & Dominus dixit ad me, Non
traijcies Iordanem iſtum. 3 Dominus Deus
tuus ipſe tranſiturus eſt ante te, ipſeque perdet
populos iſtos à conſpectu tuo, & poſſidebis eos.
Ioſue ipſe tranſiturus eſt ante te, ſicut dixit Do-
minus. 4 Et faciet eis Dominus quemadmo-
dum fecit Sihon & Og regibus Amoræorum,
atque terræ eorum quos perdidit.
5 Cùmque tradiderit eos ante vos, facite eis
iuxta totum præceptum quod mandaui vobis.
6 Generosè ac fortiter agite, ne formidetis,
neque trepidetis, neque terreamini à conſpe-
ctu eorum: quia Dominus Deus tuus ipſe te
præcedit, non deſeret te, neque te deſtituet.
7 Vocauit autem Moſes Ioſue, dixitque ad
eum coram vniuerſo Iſraële, Confortare &
gnauiter age, quoniam tu introducturus es po-
pulum iſtum in terram quam iurauit Dominus
patribus eorum ſe daturum eis, & tu diuides
eam ipſis in hæreditatem.

VERSIO SAMARITANA.

HEBRÆO-SAMARITANVS.

18 *Prædico vobis ab hac die vos perituros, nec
longam futuram moram veſtram in regione ad
quam adeundam tranſmiſſurus es Iordanem.*
19 *Et obteſtor contra vos hodie cælos ac terram
quòd propoſuerim vobis ob oculos hodie vitam &
mortem, & benedictiones atque maledictiones.
Quare conſultius tibi eſt vt præligas vitam, qua-
tenus viuas tu & ſemen tuum.* 20 *Atque id
quidem diligendo Deum Dominum tuum, & ac-
quieſcendo ipſius mandato, atque adhærendo obe-
dientiæ eius (in hoc enim conſiſtit vita tua & lon-
gitudo ætatis tuæ) vt perdures in regione quam iu-
rauit Deus patribus tuis Ebrahim Iſhac & Iacob
ſe daturum eis.*

CAPVT XXXI.

*Deinde abijt Moſes, & locutus eſt ad filios
Iſrail omnia verba hæc,*
2 *Et ait illis: Ego hodie ſum natus centum &
viginti annos, nec poſſum vltra egredi & ingre-
di: & Deus iam dixit mihi, Haudquaquam tran-
ſibis hunc Iordanem.* 3 *Deus Dominus tuus
cuius lumen incedit coram te, ipſe exterminabit
has gentes à conſpectu tuo, & poſſidebis eas: & Iu-
ſaa ipſe tranſibit ante te, quemadmodum dixit
Deus.* 4 *Facietque Deus ipſis vt fecit Siho-
ni & Og duobus regibus Amorai, & incolis re-
gionum eorum quos exterminauit.* 5 *Tradet igi-
tur eos Deus in manus veſtras, & facietis eis ſe-
cundùm totum præceptum quod præcepi vobis.*
6 *Corroboramini & confortamini, ne timeatis
eos, neque formidetis eos, quoniam Deus Dominus
tuus cuius lumen tecum ambulat, non deſtituet te,
nec te derelinquet.* 7 *Præterea aduocauit Mu-
ſa Iuſaa, & ait illi in præſentia omnium Iſraeli-
tarum: Fortis eſto & robuſtus, quia ingredieris
cum filiis Iſrail in regionem quam iurauit Deus
patribus eorum ſe daturum eis, & tu trades eam
ipſis poſſidendam.*

18 فقد اخبرتكم من اليوم انكم تبيدون * ولا تطول
مدتكم في البلد الذي تعبر الاردن لتصير اليه * 19 وقد
اشهدت عليكم اليوم السموات والارض باني قد جعلت بين
ايديكم اليوم الحياة والموت والبركات واللعنات * وارى لك ان
تختار الحياة * لكي تحيا انت ونسلك * 20 وذلك بان تحب الله
ربك * وتقبل امره * وتلزم طاعته * فان في ذلك حياتك وطول مدتك *
ان تقيم في البلد الذي اقسم الله لاباءك ابرهيم واسحق ويعقوب
ليعطيهم *

* الفصل الحادي والثلثون *

1 ثم مضي موسي وكلم بني اسرايل بجميع هذا الكلام *
2 وقال لهم * انا اليوم ابن مائة وعشرين سنة * لا اطيق زيادة علي
الخروج والدخول * والله فقد قال لي انك لن تعبر هذا الاردن *
3 الله ربك الذي هو يسير بين يديك * هو يبيد هولاء الامم من
بين يديك وترثهم * ويوشع هو يعبر بين يديك كما قال الله * 4 فيصنع
الله بهم كما صنع بسيحون وعوج ملكي الاموريين وباهل بلدهما
الذين ابادهم * 5 فيسلمهم الله بين ايديكم وتصنعون بهم
بجميع الوصية التي اوصيتكم * 6 تشددوا وتايدوا * لا
تخافوهم ولا ترهبوهم * فان الله ربك هو السائر معك لا يدعك
ولا يتركك * 7 ثم دعي موسي يوشع فقال له بحضرة جميع
الاسرايلية * اشتد وتايد فانك تدخل مع بني اسرايل الي البلد
الذي اقسم الله لاباءهم ان يعطيهم اياه * وانت تنحلهم اياه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

18 Annuntio vobis hodie quod pereundo peribitis; non producetis dies ſuper terram, ad quam Iordane
tranſmiſſo ingredimini poſſidendam. 19 Teſtes inuoco contra vos hodie cælum & terram, quod vitam &
mortem poſui ante te, benedictionem & maledictionem, & elegiſti vitam, vt viuas tu, & ſemen tuum.
20 Diligendo Dominum Deum tuum, obediendo voci eius, & adhærendo ei, quia ipſe eſt vita tua, & longi-
tudo dierum tuorum, vt habites ſuper terram quam iurauit Dominus Patribus tuis, Abrahæ, Iſaaco & Iaco-
bo ſe daturum vobis.

CAPVT XXXI.

Abijt itaque Moſes, & locutus eſt verba iſta vniuerſo Iſraeli. 2 Et dixit eis, filius centum & viginti
annorum ego ſum hodie; non poſſum vltra egredi, & ingredi: Dominus quoque dixit mihi, non trans-
ibis Iordanem iſtum. 3 Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te: ipſe exterminabit gentes iſtas à facie tua,
poſſidebiſque eas, ſed Ioſue ille eſt qui tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. 4 Faciet igitur Domi-
nus iis, ſicut fecit Sihon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum de qua exterminauit eos.
5 Quum dederit eos Dominus ante faciem veſtram, tum facietis eis ſecundum omne mandatum quod præ-
cepi vobis. 6 Viriliter agite, & corroboramini, ne timeatis, neque paueatis à facie eorum, quoniam Domi-
nus Deus tuus ipſe eſt qui incedit tecum; non te deſeret, neque te derelinquet. 7 Vocauit igitur Moſes
Ioſuam, dixitque illi ante oculos omnis Iſrael: Viriliter age, & corroborare, quoniam tu introduces populum
iſtum in terram quam iurauit Dominus Patribus eorum ſe daturum eis; tu quoque illam diuides eis in hære-
ditatem.

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

8 Dominus etiam ipſe præcedet te, & ipſe
tecum erit, nec te deſeret, neque derelin-
quet: ne timeas, neque trepides, neque per-
horreſcas.
9 Et ſcripſit Moſes legem iſtam, & tradidit
eam ſacerdotibus filiis Leui portitoribus ar-
cæ fœderis Domini, omnibuſque ſenibus
filiorum Iſrael.
10 Et præcepit eis Moſes, dixitque ad eos,
Poſt ſeptem annos, in tempore anni remiſſio-
nis, in ſolennitate tabernaculorum,
11 Quando conueniet cunctus Iſrael vt ap-
pareat coram Domino Deo tuo in loco quem
electurus eſt, recita legem iſtam coram vni-
uerſo Iſraele in auribus eorum.
12 Congrega populum, viros ac mulieres,
& pubem, atque peregrinum qui eſt in ciui-
tatibus tuis, vt audiant, & diſcant, timeant-
que Dominum Deum ſuum, & cuſtodiant fa-
ciantque omnes ſermones legis huius.
13 Filij quoque eorum qui non nouerunt, au-
dient & diſcent timere Dominum Deum
ſuum, cunctis diebus quibus victuri eſtis in ter-
ra ad quam poſſidendam traiecturi eſtis Ior-
danem.
14 Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce
appropinquauerunt dies tui vt moriaris: voca
Ioſue, & ſta in tabernaculo temporis, & hor-
tabor eum. Abierunt ergo Moſes & Ioſue, &
ſteterunt in tabernaculo temporis.
15 Et apparuit Dominus in tabernaculo tem-
poris in columna nubis, ſtetitque columna
nubis in oſtio tabernaculi temporis.
16 Et dixit Dominus ad Moſen, Ecce tu
dormies cum patribus tuis, ſurgetque popu-
lus iſte, & errabit poſt deos alienos terræ
inter quos ipſe ingreſſurus eſt, deſeretque me,
& irritum faciet fœdus meum quod pepigi
cum eo.

VERSIO-SAMARITANA.

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

8 *Et Deus cuius lumen graditur ante te, ipſe aderit tibi, non te deſeret, neque te deſtituet: ne ergo timeas, neque formides.*

9 *Deinde ſcripſit Muſa hanc Legem, deditque eam ſacerdotibus filiis Liui portantibus arcam fœderis Dei, & cunctis ſenioribus Iſraelitarum:*

10 *Et præcepit eis, & dixit ad eos: In quolibet ſpatio ſeptem annorum, in feſtiuitate anni remiſſionis, in ſolennitate tabernaculorum,*

11 *In aduentu omnium Iſraelitarum ad ſiſtendum ſe coram Deo Domino veſtro in loco quem eliget, leges eis hanc Legem in conſpectu eorum, ita vt audiant illam.*

12 *Hoc autem* præſtabis *conuocando cœtum, viros & mulieres, & pueros, atque peregrinum qui fuerit in habitationibus tuis, vt audiatis, & diſcatis, atque timeatis Deum Dominum veſtrum, & cuſtodiatis ac faciatis cuncta eloquia huius legis.*

13 *Et filij eorum qui non nouerunt, audient diſcentque timorem Dei Domini veſtri, longitudine temporis ſui quo ſunt victuri in regione ad quam vos tranſmiſſo Iordane, ingrediemini, & poſſidebitis eam.*

14 *Tum dixit Deus ad Muſam: Iam acceſſerunt dies tui ad mortem: voca Iuſaa, & ſtate ambo in tentorio præſentiæ.*

15 *Apparuit ergo Deus in tentorio è columna nubis, ſtetitque ad oſtium eius.*

16 *Et dixit Deus primò ad Muſam: Tu quidem cubaturus es cum patribus tuis, & ſurget hic populus, & ſeducetur, & ſectabitur deos incolarum regionis ad quam ipſe perrecturus eſt inter eos, & derelinquet me, violabitque fœdus meum quod pactus ſum cum eo.*

8 والله الذي نور سائر بين يديك هو يكون معك * لا يدعك ولا يتركك * فلا تخف ولا تذعر *

9 ثم كتب موسى هذه التورية * ودفعها الى الائمة بني لوي حاملي صندوق عهد الله * وسائر شيوخ الاسرائيلية *

10 وامرهم وقال لهم * في كل مدة سبع سنين * في عيد سنة التسبيب * في حج المظال *

11 في مجي جميع آل اسرايل للحضور بين يدي الله ربكم في الموضع الذي يختار * تقرا عليهم هذه التورية بحذايهم بحيث يسمعوها *

12 وذاك بان تجوق القوم * الرجال * والنسا * والاطفال * والغريب الذي في محالك * لكي يسمعوا ويتعلموا ويخافوا الله ربكم * ويحفظوا ويفعلوا كل خطوب هذه الشريعة *

13 وبنوهم الذين لم يعلموا * يسمعون ويتعلمون مخافة الله ربكم طول زمانهم الذي هم احيا فيه * في البلد الذي انتم جايزين الاردن لتدخلوا اليه فتحوزوه *

14 ثم قال الله لموسى * قد قربت ايامك للموت * ادع بيوشع وقفا في خباء المحضر *

15 فتجلى الله في الخباء من عمود غمام * ووقف على بابه *

16 فقال الله اولا لموسى * انك مضطجع مع ابايك * وسيقوم هذا الشعب ويطغى * فيتبع معبودات اهل البلد الذي هو صاير اليه فيما بينهم * ويتركني وينقض عهدي الذي عهدته معه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Dominus autem incedet ante faciem tuam, ipſe erit tecum, non te deſeret, neque te derelinquet: ne timeas,
neque paueas. 9 Poſtea ſcripſit Moſes legem iſtam, & dedit eam Sacerdotibus filiis Leui, qui geſtant arcam fœderis Domini, & omnibus Senioribus Iſrael.
10 Præcepitque illis Moſes, dicens: Poſt ſeptem annos, in tempore anni remiſſionis, in feſto tabernaculorum.
11 Cum venit omnis Iſrael vt videat faciem Domini Dei tui ad locum quem elegit, legetur lex iſta
coram vniuerſo Iſraele, in auribus ipſorum. 12 Congregato populo, viris, & mulieribus, & paruulis, & peregrino tuo qui eſt in portis tuis vt audiant, atque vt diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, ſintque ſoliciti facere omnia verba legis huius:
13 Filij quoque eorum qui non cognouerunt iſta, audiant & diſcant timere Dominum Deum ſuum omnibus diebus quibus viuunt ſuper terram, ad quam poſſidendam vos tranſitis Iordanem.
14 Poſtea dixit Dominus Moſi, ecce appropinquauerunt dies tui vt moriaris; voca Ioſuam, & ſiſtite vos ad tabernaculum teſtimonij vt ei præcipiam. Iuit igitur Moſes & Ioſue, & ſteterunt ſe ad tabernaculum teſtimonij.
15 Et apparuit Deus in tabernaculo, in columna nubis; ſtetitque columna nubis ad portam tabernaculi.
16 Tunc dixit Dominus Moſi: Ecce tu dormies cum Patribus tuis; conſurgens verò populus iſte fornicabitur poſt deos alienos terræ in cuius medium venit; & derelinquent me, frangentque fœdus meum quod pepigi cum eis.

[illegible]

17 Et exardeſcet ira mea aduerſus eum in die illa, & derelinquam eos, & auertam faciem meam ab eis, eruntque in deuorationem, & aduenient ei mala multa & afflictio: dicetque in die illo, Dum non eſſet Deus in medio mei, acciderunt mihi omnia iſta mala.

18 At ego auertam faciem meam ab eis eodem die propter vniuerſum malum quod fecerunt, quòd deflexerint poſt deos alios.

19 Itaque ſcribe eis canticum hoc, in teſtimonium contra filios Iſrael.

20 Nam introducam eos in terram quam iuraui patribus eorum, fluentem lacte & melle: & comedent & ſaturabuntur & delitiis indulgebunt, & errabunt poſt Deos alios, & colent eos, irritabunt me, & irritum facient fœdus meum.

21 Cùmque acciderint eis multa mala & afflictiones, leges canticum hoc coram ipſis in teſtimonium, quod nulla delebitur obliuione ex ore poſteritatis eorum. Noui enim propenſionem eorum, & quicquid agunt iſtic hodie, antequam introducam eos in terram quam iuraui patribus eorum.

22 Scripſit itaque Moſes canticum iſtud in die illa, & docuit ipſum filios Iſrael.

23 Et hortatus eſt Ioſue filium Nun, & dixit ad eum, Generoſè & fortiter age, quoniam tu introducturus es filios Iſrael in terram quam iuraui eis, & ego ero tecum.

24 Cùmque abſoluiſſet Moſes ſcribere ſermones legis huius in libro vſque ad finem,

25 Præcepit Moſes Leuitis portantibus arcam fœderis Domini, & dixit ad eos,

26 Accipite librum iſtum legis, & reponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri, ſitque vobis illic teſtis.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBREO-SAMARITANVS.

[illegible]

¹⁷ *Et inualeſcet furor meus in eos, & tunc tem-*
poris deſtituam eos, & abſcondam miſericordiam
meam ab eis, fientque in deuorationem, & eue-
nient eis mala multa & tribulationes: & dicent
tunc temporis, Annon ob id quòd non eſt lumen
Domini mei mecum, euenerunt mihi talia infor-
tunia?
¹⁸ *Et nihilominus ego perſiſtam in velanda mi-*
ſericordia mea tunc temporis ab eis, propter malum
quod commiſit digrediens ad deos alios.
¹⁹ *Nunc igitur ſcribite eis hoc canticum, &*
edoce illud filios Iſrail, donec elicias illud ex oribus
eorum: vt ſit mihi teſtimonio,
²⁰ *Cùm introduxero eos in regionem pro qua iu-*
raui patribus eorum, quæ manat lacte & melle:
comedet enim turba eorum, & ſaturabitur, &
pinguefiet, ac tum ſe conuertet ad deos alios, &
adorabit eos: me autem reſpuet, & violabit fœdus
meum. ²¹ *Et cùm occurrerint eis miſeriæ multæ*
& calamitates, produces hoc canticum quaſi te-
ſtem aduerſus eum: ſiquidem oportet vt non excidat
ex oribus progeniei eius: nam agnoſco animum eius
ab hac die, antequam introducam eum in regionem
pro qua iuraui ei.
²² *Scripſit ergo Muſa hoc canticum in illo die,*
& docuit ipſum filios Iſrail.
²³ *Et præcepit Iehoſua filio Nun, & ait illi: Ro-*
borare & confortare, quia tu introduces filios Iſrail
in terram quam iuraui eis, & ego ero tecum.
²⁴ *Deinde cùm ceſſaſſet Muſa ſcribere omnia*
verba legis huius in volumine, donec comple-
ta eſſent,
²⁵ *Mandauit Leuitis portitoribus arcæ fœderis*
Domini, & dixit illis:
²⁶ *Tollite hoc volumen, & ponite illud ad latus*
arcæ fœderis Domini veſtri, vt ſit illic aduerſum
te teſtis.

17 فيشتد غضبي عليهم * وفي ذلك الوقت فاتركهم * واحجب
رحمتي عنهم * فيصيرون ماكلا * وتصيبهم شرور كثيرة وشدايد *
فيقولون في ذلك الزمان * الا ان من ان ليس نور ربي معي اصابتني
هذه البلايا * 18 ومع ذلك انا مقيم على حجب رحمتي في
ذلك الزمان عنهم * بسبب الشر الذي صنعه اذ ولي الى معبودات
اخر * 19 فالان فاكتبوا لهم هذه التسبحة * ولقنها بني اسرايل *
حتى تستملها من افواههم * لكي تكون لي شهادة * 20 اذ
ادخلهم الى البلد الذي اقسمت لاباىهم عليه * وهو يفيض لبنا
وعسلا * فياكل شعبهم ويشبع ويسمن * ثم يولي الى معبودات اخر
فيعبدها * ويرفضني وينقض عهدي * 21 فاذا اصابتهم بلايا
كثيرة وشدايد * حضرت هذه التسبحة كشاهد عليه * اذ يجب
ان لا تنسى من افواه نسله * لاني عالم بخاطره من اليوم من قبل ان
ادخله الى البلد الذي اقسمت عليه له * 22 فكتب موسى
هذه التسبحة في ذلك اليوم * وعلمها بني اسرايل * 23 واوصى
يهوشوع بن نون وقال له * تشدد وتايد فانك انت تدخل بني
اسرايل الى الارض التي اقسمت لهم * وانا اكون معك *
24 ثم لما فرغ موسى من كتب جميع كلام هذه التورية
في سفر الى ان كملت *
25 امر اللاويين حاملي صندوق عهد الرب وقال لهم *
26 خذوا هذا السفر * وصيروه الى جانب صندوق عهد
ربكم * يكن ثم عليك شاهدا *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

¹⁷ Ideo exardebit ira mea aduerſùs illum in die illo, & derelinquam illos, & abſcondam faciem meam ab eis,
eruntque in deuorationem, inuenientque eum mala multa & afflictiones: Et dicet in die illo; Nonne eo quod
non eſt Deus meus in medio mei inuenerunt me mala iſta? ¹⁸ Ego verò abſcondam abſcondendo faciem
meam ab eis in die illo, propter omne malum quod fecerunt, quoniam conuerterunt ſe ad deos alienos.
¹⁹ Nunc itaque ſcribite vobis canticum iſtud, & doce illud filios Iſrael, & pone illud in os eorum, vt ſit mihi
canticum iſtud in teſtimonium aduerſùs filios Iſrael. ²⁰ Cum introduxero illum in terram quam iuraui
Patribus eius me daturum eis fluentem lacte & melle: comedet enim, & ſaturabitur, & pinguefiet, poſtea
conuertet ſe ad Deos alienos, & ſeruient eis, & exacerbabunt me, frangentque fœdus meum.
²¹ Fiet igitur cum inuenerint eum mala multa, & afflictiones, vt reſpondeat canticum hoc teſtando in fa-
ciem eius: ideo obliuioni non tradetur ab ore ſeminis eius. Noui enim cogitationem eius quam ipſe fecit ho-
die, antequam introducam illum in terram quam iuraui Patribus eius. ²² Scripſit igitur Moſes canticum
iſtud illo die, & docuit illud filios Iſrael. ²³ Deinde præcepit Ioſuæ filio Nun, & dixit: Viriliter age, & cor-
roborare, introduces enim filios Iſrael in terram quam iuraui eis, egóque ero cum illis. ²⁴ Factum eſt igitur
poſtquam compleuit Moſes ſcribere verba legis huius in libro donec abſoluiſſet ea.
²⁵ Vt præciperet Moſes Leuitis geſtantibus arcam fœderis Domini, dicens: ²⁶ Capite librum legis
iſtum, & ponite illum è latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri, vt ſit ibi aduerſùs te in teſtimonium.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

27 Nam ego noui irritationem veſtram, ve-
ſtramquè ceruicem duram . ecce enim dum
viuus ſum vobiſcum hodie , irritaſtis Domi-
num, itidemque poſtquam moriar.
28 Congregamini ad me cuncti ſenes tri-
buum veſtrarum, & ſcribæ veſtri, & dicam vo-
bis ſermones iſtos, & obteſtabor aduerſum vos
cælum ac terram. 29 Scio enim quòd poſt
mortem meam corruptionem certiſſimè gi-
gnetis, & aberrabitis à via quam præcepi vobis,
& accidet vobis malum in fine dierum, quan-
do ſcilicet facietis malum coram Domino, &
ad iracundiam prouocabitis eum per opera ma-
nuum veſtrarum. 30 Dixit igitur Moſes
coram toto cœtu Iſrael ſermones cantici hu-
ius, donec abſoluti eſſent.

CAPVT XXXII.

Canticum.

AVſcultate cæli, & loquar: audiatque ter-
ra eloquium oris mei. 2 Rorabit vt
pluuia doctrina mea, & decidet ſicut ros elo-
quium meum, ſicut venti ſuper gramen, &
ſicut ſtillæ ſuper herbam, 3 Quia nomen
Domini inuocabo. Tribuite magnificentiam
Deo noſtro fortiſſimo. 4 Nam ſine macu-
la ſunt opera eius, & omnes viæ eius iudicium:
Deus eſt fidelis, & nequaquam iniquus, iuſtus
& rectus. 5 Corruperunt *quidem*, ſed non
ipſum, filij vitioſi, generatio peruerſa & detor-
ta. 6 Hæccine Domino rependitis popule
ſtulte & minimè ſapiens? Annon ipſe eſt pater
tuus qui te poſſedit? ipſeque te fecit & condi-
dit? 7 Memento dierum qui à ſæculo ſunt,
& perpende annos generationis generatio-
num. Interroga patrem tuum, & declarabit
tibi: ſeneſque tuos, & dicent tibi.

VERSIO SAMARITANA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

27 *Ego enim noui peruicaciam tuam, & aſperitatem colli tui. Ecce me adhuc viuente vobiſcum, eſtis indeſinenter rebelles Deo, quomodo ergo poſt mortem meam?* 28 *Conuocate ad me ſeniores tribuum veſtrarum, & præfectos veſtros, vt loquar ad vos hæc verba, & obteſter contra vos cælos ac terram.*

29 *Quoniam ego noui quòd vos poſt mortem meam corrumpemini, & deficietis à via in qua præcepi vobis vt ambularetis: & eueniet vobis calamitas in fine horum dierum, cùm feceritis malum in conſpectu Dei, vt irritetis eum operibus manuum veſtrarum.*

30 *Deinde locutus eſt ad eos Muſa omnia verba huius cantici, donec completa eſſent.*

CAPVT XXXII.

AVſcultent cælicolæ, vt loquar: & audiant terricolæ ſermones oris mei.

2 *Et diſtillabit ſicut imber promulgatio mea, & diffluet ſicut ros eloquium meum, ſicut tenuis pluuia ſuper gramen, & ſicut ſtillæ ſuper herbam.*

3 *Quia vos voco in nomine Dei, date magnitudinem Domino noſtro creatori,*

4 *Cuius integrum eſt opus, cuius omnis inceſſus eſt cum iudicio: potentiſſimus eſt, fidelis, nec eſt vlla peruerſitas apud eum: ipſe eſt iuſtiſſimus, rectiſſimus in opere.*

5 *Corruptè egit in ſeipſum, non in amicos eius, ſed generatio aſpera, peruerſa.*

6 *Deum compenſatis talibus operibus ò popule ſtulte, imprudens? Nonne ipſe eſt qui te vegetat & poſſidet? ipſe te fecit & compoſuit.*

7 *Recordare dierum ſæculi, & conſidera annos ſingularum generationum. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: & ſenes tuos, dicentque tibi.*

27 لاني اعلم خلافك وصعوبة رقبتك * هوذا وانا في الحياة
معكم لم تزالوا مخالفين لله * فكيف بعد موتي * 28 جوقوا
الي شيوخ اسباطكم وعرفاءكم * حتي اكلمكم بهذا
الكلام * واشهد عليكم السموات والارض * 29 فاني اعلم
انكم بعد موتي ستفسدون وتزولون عن الطريق الذي
امرتكم بسلوكه * فيوافيكم البلاء في اخر هذه الايام *
اذا تصنعون الشر بين يدي الله لتغضبوه باعمال ايديكم *
30 ثم كلمهم موسي بجميع كلام هذه التسبحة الي ان كملت *

* الفصل الثاني والثلثون *

1 ينصت اهل السموات حتي اتكلم * ويسمع اهل الارض
اقوال في *
2 ويدر كالمطر بثي * ويهطل كالطل مقالتي * كالطش علي
الكلاء * وكالرذاذ علي العشب *
3 لاني ادعوكم باسم الله فاعطوا الكبرياء لربنا الخالق *
4 الصحيح فعله الذي كل سننه بالحكم * القادر ذو الامانة *
لا جور عنده * هو العدل المستقيم الفعل *
5 افسد له لا باوليائه * لكن الجيل العسر المنقلب *
6 الله تكافون بهذه الافعال يا شعبا جاهلا غير حليم * اليس هو
منشئك قانيك * هو صنعك فاتقنك *
7 اذكر ايام الدهر * وتفهم سني جيل فجيل * سل اباك يخبرك *
واشياخك يقولوا لك *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

27 Ego enim cognoui rebellionem tuam, & ceruicem tuam duram: Ecce me adhuc viuente vobiſcum hodie contumaces fuiſtis in Dominum, & quanto magis poſt mortem meam?

28 Congregate ad me omnes ſeniores tribuum veſtrarum, & Præfectos veſtros, vt loquar in auribus eorum verba iſta, conteſterque aduerſus eos cælum & terram. 29 Scio enim quod poſt mortem meam corrumpendo corrumpemini, & declinabitis à via quam præcepi vobis, & accidet vobis malum in nouiſſimo dierum, eo quod facietis malum in oculis Domini, irritando illum in opere manuum veſtrarum.

30 Locutus eſt igitur Moſes in auribus omnis Congregationis Iſrael verba Cantici huius, donec abſoluiſſet ea.

CAPVT XXXII.

AVdite cæli & loquar, audiat quoque terra verba oris mei. 2 Aſpergatur vt pluuia doctrina mea, ſtillet vt ros eloquium meum; quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramen.

3 Cum nomen Dei inuocabo, date magnificentiam Deo noſtro.

4 Dei perfectum eſt opus; nam omnes viæ eius iudicium: Deus fidelis eſt, & non iniquus; iuſtus & rectus ipſe eſt. 5 Corruperunt ſe, non pertinent ad ipſum filij maculati, generatio praua, & peruerſa.

6 Nunquid Domino retribuitis iſta, popule ſtulte, & inſipiens? Nonne ipſe pater tuus qui poſſedit te, qui fecit te, & formauit te? 7 Recordamini dies antiquos, intelligite annos generationis & generationis: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; Seniores tuos, & dicent tibi.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

8 Cùm diuideret Altiſſimus populos, cùm-
que ſegregaret homines, conſtituit limitem
populorum pro numero filiorum Iſrael.
9 Quoniam pars Domini, populus eius: & Ia-
cob, funiculus hæreditatis eius.
10 Inuenit eum in terra ſolitudinis, & in de-
ſerto Aſimun: collegit eum, & amplexatus eſt
eum, & cuſtodiuit eum perinde ac pupillam
oculi. 11 Et velut aquila quæ volat ſuper
nidum ſuum, & pullis ſuis incubat, expandit
alas ſuas, & recipit eos, & portat eos ſuper
robur pennarum ſuarum. 12 Dominus ſolus
duxit eum, & non erat cum eo deus alienus.
13 Sedere fecit eum ſuper fortitudine terræ,
& cibauit illum prouentibus agri. Lactauit
eum melle de petra, & oleo de ſaxo rupis,
14 Butyro boum, & lacte ouium, cum adipe
ſaginatorum, arietum, pullorum damarum, &
hædorum, cum adipe & pinguedine tritici, &
ſanguine vuarum potauit eum in vinum.
15 Et pinguis factus Iſrael calcitrauit, pinguis
factus eſt & inualuit, poſſeditque opes, & obli-
tus eſt Dei qui fecit eum, & contumeliis affe-
cit Potentiſſimum qui redemit ipſum.
16 Zelum eius concitauit per alienos, & per
cultus irritauit eum. 17 Sacrificauerunt
dæmoniis qui non ſunt dij, diis quos non no-
uerunt: recentes *enim* ſunt qui nuper fabrica-
ti fuerunt, quos non coluerunt patres veſtri.
18 Potentiſſimum qui te genuit eſne oblitus?
& memoria tua excidit Deus qui te glorificauit?
19 Et vidit Dominus & iratus eſt, eo quòd ir-
ritauerint eum filij ſui & filiæ ſuæ.
20 Et ait, Auertam faciem meam ab eis, &
videbo qualis ſit futurus finis eorum: gene-
ratio enim ſunt peruerſa, filij in quibus nulla
eſt fides.

VERSIO SAMARITANA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

8 *Quòd Altiſſimus à tempore quo poſſeſſionem
dedit gentibus, & diuiſit filios Adam, deſtinaue-
rit de limitibus gentium quod erat iuxta nume-
rum filiorum Iſrail.* 9 *Nam electio Dei, po-
pulus eius eſt: & progenies Iacob, eximium & pe-
culium eius.* 10 *Prouidit ei in terra deſerta, &
in ſolitudine amœna campi circunduxit eum, &
intelligentiam dedit illi, & cuſtodiuit eum vt pu-
pillam oculi ſui.* 11 *Et ſicut aquila cum* ad
volatum *concitat nidum ſuum, & ſuper pullos
ſuos volitat, & protendit alas ſuas, & accipiens
eos geſtat illos ſuper pennas ſuas:*
12 *Ita Deus ſolus duxit eum, nec erant cum eo
dij alij.* 13 *Et equitare fecit eum ſuper nobi-
les terræ, ita vt comederit ex vbertate horto-
rum, & quaſi lactauerit eum lacte de petra, &
melle de ſilice duriſſimo,* 14 *Et butyro boum, &
lacte ouium, cum adipe agnorum & arietum filio-
rum Bathniæ, & hircorum, cum medulla ſimila-
ginis tritici, & biberit quaſi ſanguinem vuarum
in vinum.* 15 *Cùmque ſic impinguatus eſſet
Laudatus, inſolens factus eſt: & cùm dictum eſſet
ad eum, Iam pinguis & craſſus & obeſus factus es,
deſeruit Deum qui fecit illum, & reiecit fulcrum
auxilij ſui.* 16 *Et cæperunt irritare eum per
exteros, & per abominationes ipſum ad iram pro-
uocare,* 17 *Et ſacrificare dæmonibus & non
diis, nempe cultibus quos non cognouerunt, re-
centibus qui nuperrimè venerunt, quoſque mini-
mè curarunt optimi quique patrum veſtrorum.*
18 *Quare dico ei: Creatorem qui te vegetat, obli-
uiſceris, & potentiſſimum qui te condidit?*
19 *Quod cum vidiſſet Deus, reſpuit illos, eo quòd
irritauerint eum filij & filiæ ipſorum.*
20 *Et dixit, Velabo miſericordiam meam ab eis,
oſtendam eis quinam ſit finis eorum: quoniam ſunt
generatio peruerſa, filij in quibus non eſt fides.*

8 ان العالي من حين نحل الامم وفرق بني ادم * وقف من
تخوم الامم ما هو باحصاء بني اسرايل * 9 لان صفوة الله
شعبه * وال يعقوب معصلة وخاصته * 10 كفاه في ارض
البرية * وفي تيه فلا السماوة احاط به * وفهمه وحفظه كانسان عينه *
11 وكالنسر اذا ينير وكره * وعلى فراخه يرف ويبسط جناحيه *
فياخذها ويحملها على ريشه * 12 كذاك الله فردا سيره * وليس
معه معبودات اخر * 13 واركبه على قمام الارض * حتى
اكل من نمو الرياض * وكانه ارضعه اللبن من الصخر * والعسل
من الصوان الصلد * 14 وسمن البقر ولبن الغنم مع شحم
الخراف وكباش بني البثنية وعدان مع لب درمك الحنطة * وكان
يشرب دم العنب خمرا * 15 فلما سمن الموصوف كذاك بطر
اذ قيل له قد سمنت وغلظت وجسات * فترك الاله الذي صنعه
واسقط معتمد عونه *
16 واخذوا يكيدونه باجنبين * ومكان يغضبونه *
17 ويذبحون للشياطين * وليست بالهة * وهي معبودات لم
يعرفوها * حدثات جات من قريب * ولم يعباء بها خيار
اباكم *
18 فاقول له * الخالق المنشيك نسي * والقادر المبديك *
19 فلما راى ذلك الله رفضهم * مما اغضبه منهم البنون والبنات *
20 فقال احجب رحمتي عنهم * اريهم ما عاقبتهم * لانهم جيل
منقلب * بنون لا امانة فيهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Cum diuideret Excelſus hæreditatem gentibus, cum ſepararet filios hominum, conſtituit terminos popu-
lorum iuxta numerum filiorum Iſrael. 9 Nam diſtribuit Dominus populum ſuum Iacobum, & funiculum
hæreditatis ſuæ Iſraelem. 10 Confortauit eum in terra deſerti, atque in iubilationibus pinguiter ſuſtentauit
eum: Circunduxit eum, & docuit eum, & conſeruauit eum ſicut pupillam oculi ſui. 11 Sicut Aquila exci-
tat nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos volitat, extendens alas ſuas; ſic aſſumpſit eum, geſtauit eum ſuper hume-
rum ſuum. 12 Dominus ſolus deduxit eum, neque fuit cum eo Deus alienus. 13 Extulit eum ſuper ex-
celſa terræ, cibauit eum de fructu agrorum, ſugendumque dedit illi mel de petra, & oleum de rupe duriſſima.
14 Butyrum de armento, & lac ouium cum butyro paſcuorum, & arietes filios Baſan, & hircos cum pin-
guedine renunculorum tritici; ſanguinem quoque vuæ bibit merum, comedit Iacob, & ſaturatus eſt.
15 Saginatus fuit rectus, & recalcitrauit: Saginatus es, incraſſatus es, obtectus es, & dereliquit Deum facto-
rem ſuum, deſpexitque Deum ſalutem ſuam.
16 Et prouocauit eum ad zelotypiam in alienis, & in abominationibus ad iracundiam.
17 Sacrificauerunt dæmoniis, non Deo; diis quos non nouerunt, recentibus qui è propinquo venerunt,
quos non æſtimauerant Patres veſtri. 18 Deum qui genuit te dereliquiſti, & oblitus es Dei laudatoris tui.
19 Viditque Dominus, & contempſit præ iracundia filios ſuos, & filias ſuas.
20 Et dixit: abſcondam faciem meam ab eis, & videbo quid erit in nouiſſimo eorum; generatio enim peruer-
ſa ſunt, filij in quibus non eſt fides.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

21 Ipſi zelum meum concitauerunt in non
Deo, meque ad iram prouocarunt cultibus
ſuis: & ego etiam zelum eorum concitabo in
non populo meo, & in populo ſtulto irritabo
eos. 22 Nam ignis accenditur in ira mea, &
amburit vſque ad infernum profundiſſimum:
deuorabit terram & prouentus eius, & combu-
ret fundamenta montium.
23 Congeram ſuper eos mala, & ſagittas meas
depaſci faciam in eis. 24 Conturbabuntur
fame, & dabuntur eis ſpiritus mali: & volucri
tradam eos, & beſtiam dentatam concitabo in
eos, cum furore ſerpentum ſuffodientium pul-
uerem. 25 Exteriùs orbabit gladius, & in
penetralibus terror, tam iuuenes, quàm vir-
gines & pueros, cum viris ſenibus.
26 Et dixi, Vbinam ſunt? abolebo ex homini-
bus memoriam eorum; 27 Niſi eſſet ira ho-
ſtis qui robur acquiſiuit, ne fortè inſoleſcant
oppreſſores eorum, ac dicant, Manus noſtra
exaltata eſt, non autem Dominus fecit hæc.
28 Populus enim eſt cuius mens eſt perdita, &
nulla eſt in eis prudentia. 29 Si ſaperent, &
intelligerent hoc, & conſiderarent finem ſuum,
30 Perſequeretur vnus mille, & duo fugarent
myriadem. Verùm Potentiſſimus eorum tra-
didit eos, & Dominus concluſit eos.
31 Non enim eſt ſicut robur noſtrum robur
eorum, & hoſtes noſtri iudices ſunt.
32 Quoniam de viti Sodomæ eſt vitis eorum,
& de planta Gomoræ: vuæ eorum, vuæ ſunt
amaræ, & botri eorum fel eſt ipſis. 33 Furor
draconis eſt furor eorum, & caput aſpidis peſſi-
mæ. 34 Ecce repoſitum eſt apud me, & ob-
ſignatum in horreis. 35 Etenim mea eſt vltio
quam rependam eis tempore quo nutabit pes
eorum: nam proximus eſt dies confractionis eo-
rum, & feſtinum eſt quod euenturum eſt eis.

VERSIO-SAMARITANA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

21 *Et quemadmodum ipſi me irritauerunt per*
non Deum, & ad iram concitauerunt me per dæ-
mones ſuos: ita ego irritabo eos per non populum,
& per gentem abiectam iram illorum concitabo.
22 *Ignis enim erumpit ex furore meo, & ardebit*
vſque ad profundum pulueris, deuorabitque ter-
ram & germen eius, ita vt deueniat ad funda-
menta montium. 23 *Sic addam ſuper eos mala,*
& ſagittas meas diſtribuam in eos: 24 *Ardorem*
famis, & febrem caloris, & mortem acerbam, &
dentes ferarum immittam in eos, cum furore repti-
lium pulueris, 25 *Et gladium orbantem foris,*
& pauorem è penetralibus, ita vt iuuenis, &
puella, & lactens cum cano pertimeſcant illum.
26 *Et ſanè iam dixi: Perdam loca eorum meritò,*
& ceſſare faciam ex creaturis memoriam eorum:
27 *Niſi vererer eis iram inimici, ne fortè negent*
hoc hoſtes eorum, ne dicant: Manus noſtra iam ele-
uata eſt, & non Deus fecit in eis omnes res iſtas.
28 *Sunt enim gens quæ amiſit ſapientiam, & non*
eſt in eis prudentia. 29 *Quòd ſi ſaperent, percipe-*
rent modum quo intelligerent finem ſuum.
30 *Eſt autem vt dicant: Quomodo perſequetur*
vnus mille, & duo fugabunt decem millia? ſi ad-
miniculum eorum traderet eos, Deus confirmaret
multos *ex ipſis.* 31 *Nam adminiculum noſtrum*
non eſt adminiculum eorum, neque inimici noſtri
percipiunt ſe eſſe torquendos. 32 *Vt ſi de vitibus*
Sodomæ eſſent vites eorum, & de vitibus Gomoræ,
ita vuæ eorum vuæ veneni, & botri eorum amari
ſunt ipſis: 33 *Et veluti furor draconum vinum*
eorum, & veluti *virus teſſellatorum atque perni-*
cioſiſſimorum inter ipſos dracones.
34 *Nonne hæc omnia recondita ſunt apud me, &*
obſignata in ærariis meis? 35 *Et verò mea eſt*
vindicta & retributio in tempore quo labentur
veſtigia eorum: nam quàm proximus eſt dies in-
teritus eorum, & feſtina quæ parata ſunt eis!

21 وكما انهم كادوني بغير اله * واغضبوني بغروراتهم * كذاك انا
اكيدهم بلا شعب * وبقبيل ساقط اغضبهم * 22 لان النار
تقدح من غضبي * فتوقد الي اسفل الثري * وتاكل الارض
ونباتها * حتي تسطع اساس الجبال * 23 كذاك ازيد عليهم
شرورا * وسهامي افرقها فيهم * 24 سعار الجوع * وحمي الوهج *
وحتفا مرا * واسنان البهايم اطلقها فيهم * مع حموة زاحل التراب *
25 وسيفا مثكلا من خارج * وهيبة من الخدور * حتي الشاب
والعاتق والرضيع مع ذي الشيبة خافوه * 26 ولقد قلت
اهلك جهاتهم باستحقاق * واعطل من بين الانام ذكرهم *
27 لولا اني احذر عليهم كيد العدو * ليلا ينكر ذلك
اعداوهم * كيلا يقولوا يدنا قد علت * وليس الله صنع بهم كل هذه
الامور * 28 لانهم قبيل مضيع الحكمة * وليس فيهم فهم *
29 ولو تحكموا لعقلوا حلة يفهمون بها عاقبتهم *
30 وهي ان يقولوا * كيف يكلب الواحد الفا * واثنان يحربان
ربوة * لو ان معتمدهم اسلمهم الله امكن منهم * 31 ان ليس
معتمدنا معتمدهم * ولا اعداونا يفقهون انهم يعاقبون *
32 كان من جفن سدوم جفنهم ومن دوالي عمورا * كذاك عنبهم
عنب السم * وعناقيدهم مر لهم * 33 وحموة التنانين خمرهم * وسم
الرقش منها الضارية * 34 الا ان جميع ذلك مكنوز عندي
ومختوم في خزايني * 35 ولي الانتقام والتوفية في وقت تزل فيه
اقدامهم * لانه ما اقرب يوم تعسهم * واسرع المعدات لهم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

21 Ipſi prouocauerunt me ad zelotypiam in eo qui non eſt Deus: Irritauerunt me in idolis ſuis. Ego quoque
prouocabo eos ad zelotypiam in eo qui non eſt populus, in gente ſtulta irritabo eos.
22 Quoniam ignis ſuccenſus eſt in ira mea, & ardebit vſque in infernum inferiorem, deuorabit terram &
genimina eius, inflammabit fundamenta montium. 23 Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas
conſumam in eos. 24 Propter famem panis eius, prunas decerpet amaritudinum: dentes quoque beſtiarum
immittam in eos, cum furore reptilium terræ. 25 Foris orbabit gladius, & de penetralibus pauor; iuue-
nem cum virgine, & lactentem cum viro ſene. 26 Dixi, ira mea ſunt, delebo ex hominibus memoriam
eorum. 27 Sed iram inimicorum meorum timui, ne forte ſuperbiant hoſtes noſtri: ne forte dicant, manus
noſtra excelſa eſt, neque Dominus fecit hoc. 28 Gens eſt enim periens conſiliis ſuis, non eſt in ijs prudentia.
29 Neque ſapuerunt, vt intelligerent iſta, & conſiderarent nouiſſima ſua.
30 Quomodo perſequeretur vnus mille, & duo fugarent decem millia, niſi Deus eorum vendidiſſet eos, &
tradidiſſet eos? 31 Nam ſicut Deus noſter, non eſt Deus illorum; & inimici noſtri ſint iudices.
32 Quoniam de vite Sodomæ vitis eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ: Vuæ eorum, vuæ fellis, & botri ama-
ritudinum ſunt eis. 33 Furor draconum vinum eorum, & fel aſpidum inſanabile.
34 Nonne hoc eſt reconditum apud me, obſignatum in theſauris meis.
35 In die vindictæ & retributionis, in tempore quo nutabit pes eorum: propinquus eſt enim dies ruinæ
eorum, & feſtinant quæ parata ſunt eis.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

36 Quoniam iudicat Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis conſolatur: quia vidit quòd dominium acquiſierit manus, & non adſit qui auxilietur & ſuffulciat. 37 Et dicet, Vbi ſunt dij
eorum potentes quibus fidebant? 38 Quorum
victimarum adipem comedebant, & bibebant vinum libaminis? Surgant modo, & auxilientur vobis, ſintque vobis protectores. 39 Videte
igitur quòd ego ſum, & non eſt Deus præter me; ego mortifico, & ego viuifico: ego percutio, & ego ſano, & non eſt qui effugiat manus
meas. 40 Quoniam leuaui ſuper cælum manum meam, & dixi, Viuo ego in æternum,
41 Expoliam mucronem gladij mei ſicut fulgur, & arripiet iudicium manus mea: & reddam retributionem oſoribus meis, & hoſtibus
meis perſoluam: 42 Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnem: ſanguine *inquam* occiſorum & captiuorum, etiam ex apice diadematis inimici.
43 Itaque laudate gentes populum eius: quia ſanguis ſeruorum eius vindicabitur, & vindictam rependet hoſtibus ſuis, & propitius erit
terræ ſuæ & populo ſuo. 44 Venit ergo Moſes, & retulit omnes ſermones cantici huius, præſente vniuerſo populo, ipſe & Ioſue filius Nun.
45 Cùmque finem feciſſet Moſes dicendi ſermones iſtos ad vniuerſum Iſraelem,
46 Ait illis, Aduertite animum veſtrum ad omnes ſermones iſtos, quos conteſtor vobis hodie vt præcipiatis filiis veſtris, vt obſeruent ac faciant omnes ſermones legis huius.
47 Non enim eſt hic ſermo inutilis vobis, quoniam ipſe eſt vita veſtra, & per ſermonem iſtum protrahetis dies in terra ad quam poſſidendam traiecturi eſtis Iordanem.
48 Locutus eſt etiam Dominus cum Moſe illo eodem die, dixitque ad eum,

VERSIO SAMARITANA.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

[36] *Quando adiudicabit Deus populo ſuo, & ſer-*
uis ſuis miſerebitur: quando videbit potentiam eſſe
iam elapſam, & defeciſſe carcere detentum & de-
relictum ſimul, ob iram eorum.
[37] *Et dixit inimicus: Vbi eſt Deus eorum, admi-*
niculum ad quod confugerant? [38] *Quorum co-*
medebant adipes ſacrificiorum, & bibebant vinum
temperamenti eorum? Surgent modò, & adiuua-
bunt vos, eruntque vobis defenſioni.
[39] *Videte itaque quòd ego ſim ſolus, nec ſit*
Deus alius *mecum: ego mortifico & viuifico:* &
quemadmodum diuturnum eſt quo debilito, ſic *ta-*
men non deſiſto mederi, nec eſt qui de manu mea
eripiat. [40] *Et ego iuro per cælum, ac dico: Per*
diuturnitatem meam ſempiternam, [41] *Expoliam*
fulgurationem gladij mei, & apprehendet iudi-
cium manus mea, & reddam vindictam hoſtibus
meis, & terrorem oſoribus meis,
[42] *Et quaſi inebriabo ſagittas meas ſanguini-*
bus eorum, & gladius meus comedet carnes eorum,
& inebriabitur ſanguine proſtrati & captiui de
capitibus rebellium inimicorum.
[43] *Laudate ô gentes populum eius: quoniam ipſe*
vlciſcetur ſanguinem ſeruorum ſuorum, & red-
det vindictam illam hoſtibus ſuis, & parcet re-
gioni ſuæ & populo ſuo. [44] *Fuit autem vt cùm*
locutus eſſet Muſa ad turbam canticum iſtud, ipſe
& Iuſaa filius Nun, [45] *Et ceſſaſſet loqui cum*
eis hæc verba, [46] *Dixerit ad eos: Aduertite*
animum veſtrum ad omnia verba quibus obteſtor
vos hodie, vt præcipiatis ea filiis veſtris, & cuſto-
diant faciantque cuncta mandata huius legis:
[47] *Quia non ſunt verba inania vobis, imò ſunt*
vita veſtra, & per ea producetur mora veſtra in
regione ad quam tranſituri eſtis Jordanem vt poſ-
ſideatis eam.
[48] *Deinde locutus eſt Deus ad Muſam huiuſ-*
modi ſermonem in eadem illa die:

36 اذ يحكم الله لشعبه * وعن عبيده يصفح * اذا يرى ان
المقدرة قد ذهبت * وخلا المحبوس والمتروك جميعا من سخطهم *
37 وقال العدو * اين الهتهم المعتمد الذي لجوا اليه * 38 الذين
كانوا ياكلون شحوم ذبائحهم * ويشربون خمر مزاجهم * يقومون
الان فيعينونكم ويكونون عليكم جنة *
39 انظروا الان انني هو وحدي * وليس اله معي * انا اميت
واحيي * كما طال ما اوهنت ولم ازل اشفي * وليس من يدي
مخلص * 40 وانا اقسم بالسماء واقول * وبقاي الدائم *
41 لاسنن بريق سيفي * وتمسك الحكم يدي * وارد الانتقام
على اعداي والمخافة على شانيي * 42 فكاني اسكر سهامي
من دمائهم * وسيفي ياكل من لحومهم * فيروي من دم الصريع
والسبي من رؤوس فراعنة الاعداء * 43 امدحوا ايها الامم
شعبه * لانه ينقم دم عبيده * فيرد تلك النقمة على اعدائه * ويغفر
لبلاده وشعبه *
44 وكان موسى لما كلم القوم بهذه التسبحة هو ويوشع بن
نون * 45 وفرغ من مخاطبتهم بهذا الكلام * 46 قال لهم
ردوا بالكم الى جميع الكلام الذي اناشدكم به اليوم * لتامروا
به بنيكم * فيحفظوا ويعملوا جميع امور هذه التورية *
47 انه ليس بكلام فارغ عنكم * بل هو حياتكم * وبه تطول
مدتكم في البلد الذي انتم جايزون الاردن اليه لتحوزوه *
48 ثم كلم الله موسى تكليما في ذات ذلك اليوم *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

[36] Quoniam iudicabit Dominus populum ſuum, & ſuper ſeruos ſuos conſolabitur, cum viderit quod abijt
manus, & quod ſit tantùm intercluſus, & relictus. [37] Tunc dicent, vbi ſunt dij eorum, rupes cui confidebant?
[38] Qui adipem ſacrificiorum eorum comedebant, & bibebant vinum libaminum eorum; ſurgant, & auxi-
lientur vobis; ſint vobis protectio. [39] Videte nunc quod ego ſum, ego ipſe, quodque non eſt Deus me-
cum. Ego occidam, & viuere faciam; percutiam & ego ſanabo; neque eſt qui de manu mea eripiat.
[40] Cum eleuauero in cœlum manum meam, & dixero, viuo ego in ſeculum.
[41] Si acuero fulgur gladij mei, & apprehenderit iudicium manus mea, reddam vindictam inimicis meis, & iis
qui oderunt me retribuam. [42] Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de ſan-
guine occiſorum, & captiuitatis, de capite vltionum inimici.
[43] Laudate gentes populum eius, quoniam ſanguinem ſeruorum ſuorum vltus eſt, vindictamque retribuet
hoſtibus ſuis, & expiabit terram populi ſui. [44] Poſtea venit Moſes, & locutus eſt omnia verba cantici
iſtius in auribus populi, ipſe & Ioſue filius Nun. [45] Cumque abſoluiſſet Moſes loqui verba iſta omni
Iſraeli, [46] Dixit eis: Ponite cor veſtrum ſuper omnia verba quæ ego teſtor hodie contra vos, vt præcipiatis
ea filiis veſtris, vt cuſtodiant, atque vt faciant omnia verba legis huius.
[47] Non eſt enim verbum iſtud inane vobis, ſed eſt vita veſtra, & in verbo iſto producetis dies ſuper terram,
ad quam poſſidendam vos tranſitis Iordanem. [48] Locutuſque eſt Dominus Moſi illo ipſo die, dicens:

49 Aſcende in montem iſtum Hebræorum,
montem Nobu qui eſt in terra Moab è regione
Iericho, & aſpice terram Chanaan quam dabo
filiis Iſrael hæreditatem. 50 Et morere in
monte ad quem aſcendes, & recipe te ad po-
pulum tuum, quemadmodum mortuus eſt
Aharon frater tuus in monte Hor, ſeſeque re-
cepit ad populum ſuum.
51 Eo quòd offenderitis me inter filios Iſrael
ad aquas iurgij in Recem in deſerto Sin: non
enim ſanctificaſtis me inter filios Iſrael.
52 E regione aſpice terram quam dabo filiis
Iſrael, illuc autem non ingredieris.

CAPVT XXXIII.

Benedictio.

1 HÆc autem eſt benedictio qua benedixit
Moſes ſeruus Dei filios Iſrael antequam
moreretur. 2 Et dixit, Dominus de Sinai
venit & ortus eſt nobis de Soir, & apparuit de
monte Pharan, & cum eo quidem myriades
ſanctorum à dextris ſuis. 3 Largitus eſt eis,
quinetiam diligi fecit eos à populis; omneſque
ſanctos ſuos benedixit: ipſi verò apprehendent
pedem tuum, & acquieſcent verbo tuo.
4 Legem tradidit nobis Moſes, eamque de-
dit hæreditatem cœtui Iacob.
5 Et erit in Iſrael rex, quoniam conuenerunt
principes populi ſimul cum tribubus Iſrael.
6 Viuet Rubil, & non morietur, aut erit *exi-
guo* in numero.
7 Et hoc dixit ad Iuda, exaudi Domine vo-
cem Iuda, & ad gentem ſuam adduc eum: ma-
nus ſuæ contriſtabunt eum, at adiutor contra
oppreſſores ſuos eſto illi.

VERSIO SAMARITANA.

HEBREO-SAMARITANVS.

49 *Aſcende ad montem Abarin (hic eſt mons
Nobu qui eſt in regione Moab, quæ eſt ex aduerſo
Iericho) & vide regionem quam ego daturus ſum
filiis Iſrail poſſeſſionem:*
50 *Et morere in monte ad quem tu aſcenſurus
es, & colligere ad populum tuum, quemadmodum
mortuus eſt Haron frater tuus in monte Hor, &
collectus ad populum ſuum.*
51 *Eo quòd præuaricari feciſtis populum in
me ad aquam contentionis Racim deſerti Sin,
& non ſanctificaſtis me inter eos:*
52 *Propterea intueberis terram quam dedi filiis
Jſrail, è regione, & non ingredieris ad eam.*

CAPVT XXXIII.

*HÆ verò ſunt benedictiones quibus benedixit
Muſa Apoſtolus Dei filios Iſrail ante obitum
ſuum.* 2 *O Deus qui apparuit de monte Sinai,
quique oriri fecit lumen ſuum de monte Sair, &
fulgere fecit illud de monte Pharan, & attulit ad
decem millia ſanctorum legem ſplendoris à dex-
tris ſuis, pro ipſis,*
3 *Et amorem quoque meum erga populum. omnes
enim præcipui eorum ſub tua ſunt obedientia, &
ipſi inſiſtent veſtigiis tuis, & conferent inter ſeſe
verba tua.* 4 *O Deus qui præcepit nobis legem
per Muſam, & poſuit eam in hæreditatem cœtui
Iacob,* 5 *Et fuit rex in Laudabili cùm con-
gregati ſunt ad eum duces eius & cuncta tribus
eius:* 6 *Rogo te vt viuat progenies Raubin &
non moriatur, neque fiat eius familia pauci
numeri.*
7 *Hæc autem ſunt quæ dixit ad Jhuda: O Deus,
audi vocem Jhuda, & reduc eum ad populum
ſuum de prælio ſuo: & fac manus eius vltrices
ſibi, & eſto ei adminiculo contra hoſtes ſuos.*

49 اصعد الي جبل العبرين * هذا جبل نبو الذي في بلد
ماب الذي بحضرة يريحا * وانظر البلد الذي انا معطيه
بني اسرايل حوزا * 50 ومت في الجبل الذي انت صاعد
اليه * وانضم الي قومك * كما مات هرون اخوك بجبل هور وانضم
الي قومه * 51 على ما تكثتما الامة بي في ماء خصومة
رقيم برية صين * ولم تقدساني فيما بينهم *
52 لذلك تنظر الي الارض التي اعطيتها بني اسرايل من المقابلة *
ولا تدخل اليها *

* الفصل الثالث والثلثون *

1 وهذه البركات التي بارك بها موسي رسول الله في بني
اسرايل قبل موته * 2 يا الله الذي تجلي من طور سينا *
واشرق نوره من جبل ساعير * ولوح به من جبل فاران * واتي ربوة
القدس بشريعة نور من يمينه لهم * 3 واحببت ايضا شعبا *
فجميع خواصهم في طاعتك * وهم يقفون اثارك * ويتاقلون كلماتك *
4 يا الله الذي امرلنا موسي بالتورية * فجعلها وراثة لجوق
يعقوب * 5 وكان ملكا في الموصوف حين تجمع اليه روساوه
وساير اسباطه * 6 اسالك ان يحيا ال راوبين ولا يموت *
ولا يصير رهطه ذا احصاء *
7 وهذا ما قال ليهوذا * يا الله اسمع صوت يهوذا * ورده علي
قومه من غزوه * واجعل يديه منتصفين له * فكن له عونا علي
اعدايه *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

49 Aſcende in montem Abarim iſtum, montem Nebo qui eſt in terra Moab, qui eſt è regione Iericho, & vide
terram Chanaan quam ego dedi filiis Iſrael in poſſeſſionem. 50 Et morere in monte in quem tu aſcendis,
& congregare ad populum tuum, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & congregatus eſt ad
populum ſuum. 51 Quoniam præuaricati eſtis aduerſùs me in medio filiorum Iſrael, ad aquas contradi-
ctionis Cades deſerti Sin, eo quod non ſanctificaſtis me in medio filiorum Iſrael.
52 Quapropter ex aduerſo videbis terram, ſed non ingredieris in terram quam ego do filiis Iſrael.

CAPVT XXXIII.

HÆc eſt autem benedictio qua benedixit Moſes vir Dei filios Iſrael antequam moreretur. 2 Dixit igi-
tur, Dominus de Sinai venit, & ortus eſt eis de Seir, reſplenduit de monte Pharan, venerunt quoque
myriades Sanctorum, de dextera eius ignea lex eſt eis. 3 Pater eſt diligens populos: omnes enim ſancti eius
ſunt in manu tua, ipſique aſſident pedibus tuis, & excipiunt eloquia tua.
4 Legem præcepit nobis Moſes, hæreditatem congregationis Iacob.
5 Eritque in recto rex cum congregauerint ſe capita populi ſimul cum tribubus Iſraelis.
6 Viuet Ruben, non morietur, eritque ex eo numerus. 7 Hæc autem Iudæ, & dixit; audi Domine vo-
cem Iudæ, & ad populum eius introduc eum: manus eius contendit pro eo, & auxilians contra aduerſarios
eius eris.

[illegible]

8 Et ad Leui dixit, Perfectio tua & lumen tuum ad virum pium, quem probaſti in tentationibus, & ſcrutatus es in aquis iurgij.
9 Qui dixit de patre ſuo & de matre ſua, Non vidi eum, & fratres ſuos non agnouit, & filios ſuos non cognouit. Qui cuſtodierunt eloquium tuum, & fœdus tuum ſeruauerunt,
10 Docebunt iudicia tua Iacobum, & leges tuas Iſraelem: ponent incenſum in furore tuo, & perfectionem ſuper altare tuum.
11 Benedic Domine robori eius, & oblectare opera manuum eius: frange dorſum oſorum eius, & hoſtes eius ne conſurgant.
12 Et ad Beniamen dixit, Dilectus Domini habitabit cum tranquillitate, & ſuper ipſum incubabit tota die, & inter humeros eius commorabitur.
13 Et ad Ioſeph ait, Benedicta ſit terra eius in fructu, de rore cæli ſupernè, & de abyſſo cubante infernè,
14 Et de fructu prouentuum ſolis, & de fructu quem producit luna,
15 De cacumine montium Orientis, & de fructu collium æternorum,
16 Et de fructu terræ & plenitudinis eius, beneplacitum eius qui habitat in rubo, veniant ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem coronæ fratrum ſuorum.
17 Primogenita boum ſint ei ſplendori, & cornua rhinocerotis cornua illius, quibus impetet populos ſimul vſque ad fines terræ. Hæc ſunt decem millia Aphrem, & hæc ſunt millia Manaſſe.
18 Et ad Zebolon ait, Lætare Zebolon in exitu tuo, & Iſachar in tabernaculis tuis.
19 Populos ad montem vocabunt, ibique mactabunt ſacrificia iuſtitiæ: quoniam inundationem marium quaſi lac ſugent, & naues abſconſas in arena.

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

[illegible]

8 *Et dixit ad Liui: O Deus, cùm veritates tuas*
& lumina tua dederis in hæreditatem viro qui
præſtantiſſimus eſt apud te, & iam probaueris eum
in loco tentationis, & cum eo contenderis per quaſi
aquam contentionis, 9 *Et inueneris eum dicen-*
tem de patre ſuo matreque ſua quòd fermè non vi-
dit eos, nec cognouit fratres ſuos, neque profeſſus eſt
filios ſuos, qui cuſtodierunt eloquium tuum, quique
obſeruant pactum tuum, 10 *Et ipſi docebunt iu-*
dicia tua ſtirpem Iacob, & legem tuam progeniem
Iſrael, & ponent thus in conſpectu tuo, & holo-
cauſtum *perfectum ſuper aram tuam:* 11 *Ita quo-*
que ò Deus, benedic exercitui eius, & gratum ſit
tibi quicquid geſſerint manus eius, & debilita lum-
bos aduerſariorum eius & oſorum eius, quominus
ei reſiſtant. 12 *Et dixit ad Beniamin: Cùm ipſe*
ſit dilectus Dei, habitabit ſecurus in eo, ipſeque cir-
cunducet eum longitudine temporis, inter humeros
eius habitans. 13 *Et dixit ad Ioſeph: O Deus, be-*
nedic regioni eius per fructus cælorum tuorum &
rorem eorum, & de abyſſis congeſtis deorſum, 14 *Et*
de frugibus prouentuum ſolarium, & delitiis
leguminum lunarium, 15 *Et de radicibus mon-*
tium antiquorum, & de germinibus collium æter-
norum, 16 *Et de delitiis terræ totius, & fauore*
habitantis in rubo: deſcendant hæc omnia ſuper ca-
put Ioſeph, & ſuper verticem continentiſſimi fra-
trum ſuorum. 17 *Sitque maieſtas ei qui compa-*
ratur cum primogenito bouis eius, & fiant cor-
nua eius quaſi cornua rhinocerotis, vt iis inuadat
populos ad extremitates terræ, & memorent ea eſſe
decem millia Ephraim & millia Manaſſe.
18 *Et ad Zebolon dixit: Lætare ò Zebolon in iti-*
neribus tuis, & tu ò Iſſachar in domiciliis tuis:
19 *Nam turba ad montem veſtrum aderit, &*
ſacrificabit in eo victimas æquas, & ipſi diuitias
marium ſugent, & recondita in arenis, earum-
que theſauros.

8 وقال للوي * يا الله اذ نحلت صحاحك وانوارك الرجل الذي
هو فاضل عندك * وقد امتحنته في ذات المحنة واخصمته في مثل
ماء الخصومة * 9 فوجدته القايل عن ابيه وامه كانه لم يرهم *
ولم يثبت اخوته * ولم يعرف بنيه مما حرسوا مقالتك * وهم
يحفظون عهدك * 10 وهم يعنون في احكامك آل يعقوب *
وفي توراتك آل اسرايل * ويصيرون البخور بين يديك والكامل
على مذبحك * 11 اللهم كذلك فبارك في جنده وارض ما تصنعه
يداه * واوهن احقاء مقاوميه وشانييه عن ان يقاوموه *
12 وقال لبنيامين * اذ هو وديد الله فيسكن واثقا به * وهو
يطوف به طول الزمان * وبين ظهرانيه ساكن * 13 وقال ليوسف *
اللهم فبارك في بلده في مواد سمواتك وطلها * ومن الغمور
العايصة سفلا * 14 ومن مواد الغلات الشمسية وملاذ الحبوب
القمرية * 15 ومن اصول الجبال الاولي * ومن فروع اليفاع
الدهرية * 16 ومن نعمة الارض باسرها * ورضي ساكن السنا *
يحل جميع ذلك براس يوسف وهامة ناسك اخوته *
17 وليكن البهاء للممثل ببكر ثوره * فتصير قرونه كقرون
الكركدن * حتى ينطح بها الامم الي اقطار الارض * وشرحها انها
ربوات افرايم والوف منشا * 18 ولزبولون قال * افرح يا زبولون
في اسفارك * وانت يا يساخار في منازلك * 19 فان الامة الي
جبلكما تحضر * وتذبح فيه ذبايح عادلة * فهم عروق البحار يرضعون *
ودفاين الرمال وكنوزها *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

8 Ipſi autem Leui dixit, Perfectiones tuæ, & doctrinæ tuæ viri ſunt qui ſanctus tuus eſt, quem tentaſti in
Maſſa, & cum quo contendiſti ad aquas contradictionis. 9 Qui dixit Patri ſuo, & matri ſuæ non vidi, &
fratres ſuos non cognouit, & filium ſuum neſciuit. Eo quod cuſtodiunt eloquium tuum, & fœdus tuum con-
ſeruant, 10 Docebunt iudicia tua Iacobum, & leges tuas Iſraelem: Ponent incenſum in ira tua, & holocau-
ſtum ſuper altare tuum. 11 Benedic Domine fortitudini eius, & opus manus eius acceptabis: transfige lumbos
inſurgentium in eum, tum ex iis qui oderunt eum quis inſurget in eum?
12 Beniamin autem dixit, manus, manus Domini habitare fecit eum confidenter, & protexit eum tota die,
atque inter humeros eius commorabitur. 13 Ioſepho quoque dixit, benedicta à Domino terra eius ob
fructus pretioſos cælorum, ob rorem, & abyſſum ſubtus iacentem. 14 Et propter pretioſa fructuum ſolis,
& propter pretioſa prouentuum menſtruorum. 15 Propter quoque cacumina montium Orientis, & pre-
tioſos fructus collium ſeculi. 16 Propter autem delicias terræ, & plenitudinem eius, & beneuolentiam habi-
tantis rubum, veniat in caput Ioſeph, atque in verticem Nazaræi fratrum eius. 17 Primogenitus tauri erit honor
eius, & cornua vnicornium cornua eius; cum ipſis populos cornupetet: adunati ſunt fines terræ, hæ myriades
Ephraim, & hæc millia Manaſſe. 18 Zabulon etiam dixit, lætare Zabulon in egreſſu tuo, & Iſſachar in taber-
naculis tuis. 19 Populos montium meorum vocabunt, & ibi ſacrificabunt ſacrificia iuſtitiæ: quoniam
affluentiam maris ſuget, & abſconditos theſauros arenæ.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]

20 Ad Gad autem dixit, Benedictus ſit qui dilatauit Gad: quaſi leo habitat & lacerat brachium cum capite:
21 Et proſpexit in primis ipſi, quoniam illic eſt abſcondita portio Expoſitoris qui procedebat in fronte populi: iuſtitiam Domini fecit, & iudicia eius cum Iſraele.
22 Et ad Dan ait, Dan catulus leonis qui lac ſugit ex Mathnin.
23 Et ad Nephtali dixit, Nephtali ſaturatus eſt fauore, & plenus benedictione Domini, Occidentem & Meridiem occupabit.
24 Et ad Aſir dixit, Benedictus Aſir à filiis, ſit oblectamentum fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuum.
25 Ferrum & æs calceus tuus, & iuxta dies tuos robur tuum.
26 Non eſt vt Deus Iſraelis: is cuius currus in cælo, ſit in auxilium tuum, & in maieſtate ſua.
27 In cælis cælorum eſt habitaculum Dei noſtri ab æterno, & ſubtus ſeminauit mundum: & perdat à conſpectu tuo inimicum qui dixerat, Perdam.
28 Et habitabit Iſrael in tranquillitate ſolus, fons Iacob in terra frumenti & vini & olei, quin etiam cæli ſpargent rorem.
29 Beatus es Iſrael, quiſnam ſimilis eſt tibi? popule cuius ſalus Domino innititur? auxilium tuum Deus eſt, & nequaquam in gladio gloria tua: mentientur tibi inimici tui, & tu ſuper ceruicem eorum calcabis.

CAPVT XXXIV.

Aſcendit itaque Moſes ex Arboth-Moab in montem Nobu, ad verticem collis qui eſt è regione Iericho: oſtenditque ei Dominus vniuerſam terram Gelaad & Gad, vſque Dan.

VERSIO SAMARITANA.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

[illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

[illegible]

20 *Et dixit ad Gad: Benedictus ſit qui dilatauit*
ei regionem eius: nam ipſe velut leæna inhabitabit
eam, qui comminuet brachiũ cum vertice capitis.
21 *Et quidem vidit in principio regionis ſuæ quòd*
cœtus legiſlatorum eſſet ibi repoſitus: & venerunt
principes populi, & docuit eos, fecitque ſecundùm
iuſtitiam Dei & iudicia eius cum omnibus Iſrae-
litis. 22 *Et ait ad Dan: Eſto ò Dan ſimilis ca-*
tulo leonis in fortitudine cùm prodit è Bathnia.
23 *Et ait ad Nephtali: Para tibi multum terræ,*
& eſto plenus benedictionibus Dei, & poſſide de
terra ad Occaſum & ad Auſtrum.
24 *Et ait ad Aſir: Eſto benedictus ab amicis ò*
Aſir qui ſedauit voluntatem fratrum ſuorum: &
intinctus in oleo pes eius erit.
25 *Ferrum & æs ſeræ tuæ, eritque vt dies hi tui*
generoſitas tua. 26 *Deus Jſraelis, cui nihil eſt*
ſimile, qui eminet cacuminibus & cælo, ſit cum
ſua potentia in adminiculum tuum.
27 *Ipſeque eſt mens Deus æternus, & infra ip-*
ſum reges mundi: quemadmodum eiecit à conſpe-
ctu tuo hoſtem, dixitque tibi, Extermina eum.
28 *Jta vt inhabitauerint quidam ex Iſraelitis*
tuti ſeorſim, iuxta ſermonem Iacobi, regionem fru-
menti & muſti feracem, cuius quoque cælum di-
ſtillat rorem.
29 *Beata igitur es ò progenies Jſrail, non eſt ſimi-*
lis tui populus protectus a Deo, ipſeque eſt clypeus
tuus, & auxilium tuum, & gladius tuus, & ro-
bur tuum: idcirco ſubijcientur tibi inimici tui, &
tu calcabis ſuper principes eorum.

CAPVT XXXIV.

DEinde aſcendit Muſa in deſerto Moab ad montem Nobu, ad verticem rupis quæ eſt è regione Riba: & oſtendit illi Deus totam regionem, à Giares ad Banias.

20 وقال لجاد * تبارك الموسع له بلده * فهو كاللبوة يسكنها *
الذي يدق الذراع مع الهامة * 21 وانه راى في اول
بلده ان حوق الراسمين هناك مكنوز * فاتى روساء القوم
فالمدهم * وصنع بعدل الله واحكامه مع ساير ال اسرايل *
22 وقال لدان * كن يا دان كشبل الاسد قوة * اذا يعرض من
البثنية * 23 وقال لنفتالي * استكثر من الارض * وكن مملوا
بركات الله * وحز من الارض غربا وجوبا * 24 وقال لاشير * كن
مباركا من الاولياء يا اشير الذي سكن رضي اخوته * وغامسا
في الدهن قدمه يكون * 25 الحديد والنحاس معالقك *
وتكون كايامك هذه شجاعتك *
26 اله اسرايل الذي ليس كمثله شي المستوي على الشواهق
والسماء بقدرته في عونك * 27 وهو العقل الاله الازلي * ومن
دونه ملوك العالم * كما طرد من بين يديك العدو * فقال لك
انفذه * 28 حتى سكن بعض ال اسرايل وانقا مفردا
نظير قول يعقوب في بلد ذي بر وعصير * وايضا سماوه تذرطلا *
29 فطوباك يا نسل اسرايل * ليس مثلك شعب مغاث بالله * وهو
ترسك وعونك وسيفك واقتدارك * فيخضع اعداوك لك * وانت
تطا على قماقمهم *

* الفصل الرابع والثلثون *

1 ثم صعد موسى في بيداء ماب الى جبل نبو راس القلعة التي
بحصن ريحا * فاراه الله جميع البلد من جرش الى بانياس *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

20 Ad Gad verò dixit, Benedictus qui dilatat Gad; ſicut leo habitat, rapit brachium, atque etiam verticem.
21 Et vidit prærogatiuam ſuam, quoniam ibi pars legiſlatoris eſt occulta, ideo egreſſus eſt cum principibus
populi: iuſtitiam Domini fecit, & iudicia eius cum Iſraele. 22 Ad Dan autem dixit, Dan catulus Leonis,
ideo proſiliet è Baſan. 23 Nephtali etiam dixit, Nephtali ſatur eſt, & acceptus, & plenus benedictione Do-
mini, mare, & meridiem hæreditabit. 24 Et ad Aſer dixit, Benedictus propter filios Aſer, ideo erit acceptus
fratribus ſuis, & tinget in oleo pedes ſuos. 25 Ferrum & æs calceamenta tua; & ſicut dies tui, doctores tui.
26 Non eſt ſicut Deus rectiſſimi, equitans cœlum in auxilium tuum, & in magnificentia ſua nubes.
27 Habitaculum Dei eſt æternitas, & ſub brachio eius ſeculum; ideo expellet à facie tua inimicum, & dicet,
diſperde. 28 Habitabitque Iſrael confidenter ſolus: oculus Iacob ſuper terram frumenti, & muſti, atque
etiam cœli tui ſtillabunt rorem. 29 Beatus es Iſrael, quis ſicut tu? populus es conſeruatus à Domino, ſcu-
tum auxilij tui eſt, & gladius gloriæ tuæ: mentientur quidem tibi inimici tui, ſed tu ſuper excelſa eorum
calcabis.

CAPVT XXXIV.

POſtea aſcendit Moſes de valle Moab in montem Nebo, ad verticem Phaſga qui eſt è regione Hiericho; oſtenditque illi Dominus omnem terram à fluuio Ægypti, vſque ad fluuium magnum, fluuium Euphraten, & vſque ad mare poſtremum.

2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible] 6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible] 10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]

[illegible]

2 Et vniuerſum Nepthali, totamque terram
Aphrem & Manaſſe, & vniuerſam terram Iuda,
vſque ad mare extimum, & ad Meridiem,
3 Et Chobar quæ eſt in planitie Iericho ciuita-
tis palmarum, vſque Soar. 4 Dixitque ad eum
Dominus, Hæc eſt terra quam iuraui patri-
bus tuis Abraham & Iſahac & Iacob, dicens, ſe-
mini veſtro dabo eam: oſtendi eam tibi in ocu-
lis tuis, illuc verò non ingredieris. 5 Mortuus
igitur eſt ibi Moſes ſeruus Domini in terra
Moab, iuxta verbum oris Domini. 6 Et ſepeli-
uit eum in valle, in terra Moab, è regione Beth-
Peor: & nemo cognouit ſepulchrum eius vſque
in præſentem diem. 7 Moſes autem natus erat
centum & viginti annos quando mortuus eſt:
non fuerat grauatus oculus eius, nec rugas con-
traxerant genæ eius. 8 Et fleuerunt filij Iſrael
Moſen in Arboth-Moab, triginta diebus: &
completi ſunt dies planctus funerum Moſis.
9 Ioſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſa-
pientiæ, eo quòd poſuerit Moſes manus ſuas ſu-
per eum: & obediebant ei filij Iſrael, faciebant-
que, quemadmodum præceperat Dominus
Moſi. 10 Et ampliùs non ſurrexit propheta in
Iſrael quem noſſet Dominus facie ad faciem,
11 In omnibus ſignis & miraculis propter quæ
miſerat eum Dominus vt faceret in terra Ægy-
pti, in Pharaonem & in omnes ſeruos eius, to-
tamque terram ipſius: 12 Et propter cun-
ctam manum robuſtam, omnemque viſionem
magnam quam fecit Moſes coram vniuerſo
Iſraele.

Continentur in iſto volumine Repetitionis legis, verſus bis mille ſeptingenti nonaginta ſex. Totus verò liber iſte Legis complectitur verſus ſexdecim mille nongentos & ſex, ſectionibus centum viginti ſex comprehenſos. Copoſitus fuit à Moſe, diſpoſitus verò atq; abſolutus à Ioſue filio Nun eius miniſtro.

FINIS.

VERSIO-SAMARITANA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

HEBRÆO-SAMARITANVS.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

FINIS.

BIBLIOTHECA REGIA

2 *Totamque regionem Nephtali & Ephraim*
& Manaſſe, & vniuerſam regionem Jhuda vſ-
que ad mare occidentale, & Meridiem, 3 *Et*
pratum nempe planitiem Riha ciuitatis palmarũ,
vſque ad Zogar. 4 *Et dixit ad eum: Hæc eſt*
regio quam iuraui Ebrahimo & Iſhac & Jaco-
bo, dicens: Stirpi veſtræ dabo illam: eam te feci
videre oculis tuis, illuc autem non tranſibis.
5 *Jtaque mortuus eſt ibi Muſa apoſtolus Dei*
in regione Moab iuſſu Dei. 6 *Et ſepeliuit eum*
in valle, in regione Moab, qua parte contigua eſt
Beth-Peor ciuitati: & nemo nouit ſepulchrum eius
vſque ad hunc diem noſtrum. 7 *Erat autem*
Muſa filius centum & viginti annorum quando
mortuus eſt: non caligauit oculus eius, nec abſceſſit
humor eius. 8 *Fleuerunt autem filij Jſrael Mu-*
ſam in regione Moab triginta diebus donec abſol-
uerentur dies mœroris eius.
9 *Et Juſaa filius Nun repletus eſt ſpiritu &*
ſapientia, quòd impoſuiſſet illi Muſa manus
ſuas: & acquieuerunt ei filij Iſrail, feceruntque
vt præceperat Deus Muſæ.
10 *Et non ſurrexit deinceps propheta Iſraelitis*
ſimilis Muſæ illi; quia Deus allocutus eſt eum
ſine medio,
11 *Et cuncta ſigna & portenta propter quæ miſe-*
rat eum Deus, fecit in regione Ægypti in Pha-
raonem, & cunctos duces eius, omneſque habita-
tores regionis ipſius,
12 *Omnes etiam manus validas, omneſque ter-*
rores maximos quos fecit Muſa in præſentia cun-
ctorum Iſraelitarum.

Finis libri quinti, hoc eſt Legis.

Laus Deo debita, à quo munus, & cui gratiarum actio.

2 وجميع بلد نفتالي وافرايم ومنشا * وجميع بلد يهودا الي
البحر الغربي والداروم * 3 والمرج بقيع ريحا قرية النخل الي
زغر * 4 وقال له * هذا البلد الذي اقسمت لابراهيم
واسحاق ويعقوب قايلا لنسلكم اعطيها * اريتكها بعينيك
والي ثم لا تعبر * 5 فمات هناك موسي رسول الله في بلد
ماب بامر الله * 6 ودفنه في الوادي في بلد ماب مما يلي
بيت فعور القرية * ولم يعلم احد بقبره الي يومنا هذا *
7 وكان موسي بن مائة وعشرين سنة اذ مات * لم تدنس
عينه * ولم تزل رطوبته * 8 فبكا بنو اسرايل علي موسي
في بيداء ماب ثلاثين يوما الي ان انقضت ايام حزنه *
9 ويوشع بن نون ملي روح وحكمة * اذ اسند موسي يديه عليه *
وقبل منه بنو اسرايل وعملوا كما امر الله موسي *
10 ولم يقم بعد ذلك نبي لآل اسرايل كموسي ذلك * لان الله
ناجاه بغير واسطة * 11 ولساير الايات والبراهين التي بعث به الله
فصنعها في بلد مصر بفرعون وجميع قواده وساير اهل بلده *
12 ولجميع الايدي الشداد وساير المخاوف العظيمة التي صنعها
موسي بحضرة جميع آل اسرايل *

* تم السفر الخامس * وهو الناموس *

* والحمد لله حق حمده * وله المنة والشكر *

LATINA SAMARITANI TEXTVS VERSIO.

4 Tum dixit Dominus illi: hæc eſt terra quam iuraui Patribus tuis Abrahæ, Iſaaco, & Iacobo dicens, ſemi-
ni tuo do illam; oſtendi tibi in oculis tuis, ſed illuc non tranſibis.
5 Mortuus eſt igitur ibi Moſes ſeruus Domini in terra Moab iuxta verbum Domini.
6 Et ſepeliuit eum in valle, in terra Moab prope domum Phogor; nulluſque cognouit ſepulchrum eius
vſque in hunc diem. 7 Moſes autem filius erat centum & viginti annorum cum mortuus eſt, non caliga-
uit oculus eius, neque elanguerat viror eius. 8 Et fleuerunt filij Iſrael Moſen in valle Moab triginta diebus,
completique ſunt dies fletus luctus Moſis. 9 Ioſue autem filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia
impoſuerat Moſes manum ſuam ſuper eum; parueruntque ei filij Iſrael, & fecerunt quemadmodum præcepe-
rat Dominus Moſi. 10 Sed non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael ſicut Moſes, quem cognouerit Dominus
facie ad faciem. 11 In omnibus ſignis & prodigiis, ad quæ facienda in terra Ægypti miſit eum Dominus
Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, & omni terræ eius.
12 Et in omni manu forti, & in omni viſione magna quam fecit Moſes ante oculos totius Iſraelis.

BIBLIOTHECA REGIA

Hic liber quintus ſectionum eſt centum ſexaginta ſex.

Lex perfecta eſt, Benedictus qui dedit illam.

PARISIIS,
EXCVDEBAT ANTONIVS VITRAY,
M. DC. XXXII.

F3

PENTATEVCHVS
SYRIACÉ ARABICÉ
SAMARIT.

TOM. VI.

D. D.
D'ORNANO